Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

BIBLIA
SACRA VETERIS ET NOVI TESTAMENTI IVXTA *vulgatam editionem*:

Ab aliquot Theologis Parisiensibus accuratè recognita & emendata, Annorúmque à Mundo condito ad Christum vsque natum supputatione illustrata:

Adiectis ad singula quæque capita breuibus argumentis: & ad finem voluminis, Hebraicarum, Græcarum, cæterarúmque peregrinarum vocum interpretationibus:

Tribus item Indicibus, quorum primus sententias in toto contextu Bibliorum maximè insignes, secundus ea quæ in Scholijs à D. IOANNE BENEDICTO doctore Theologo ad marginem digestis notatú digniſſima occurrunt, tertius locorum illustrium nomina comprehendit atque explanat.

In hac autem editione omnium postrema, præter illa quæ in aliis omnibus inueniuntur, accesserunt: Commentariorum accurata recognitio: Tertius Machabæorum Liber: Insuper eruditus atque copiosus sententiarum & rerum tam Veteris quam Noui Testamenti Index, qui studiosis cùm minorum tum maiorum Concordantiarum loco esse poterit.

32725

PARISIIS,
Apud Sebastianum Niuellium, sub Ciconiis, via Iacobæa.
M. D. LXXIII.
Cum Priuilegio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ORDO, NVMERVS, ET NOMINA LIBRORVM veteris teſtamenti iuxta Hebræorum traditionem.

Hebræi in librorum veteris teſtamenti diſtinctione, alium quam Latini ordinem obſeruant. Totum enim veteris Inſtrumẽti corpus vocant עֶשְׂרִים וְאַרְבָּע, hoc eſt Eſrim vearba: quod eſt vigintiquatuor. Tot enim in ſuo canone indubitatæ authoritatis habent libros, quos in quatuor diuidunt partes: ſcilicet תּוֹרָה legem, נְבִיאִם רִאשׁוֹנִים prophetas priores, נְבִיאִם אַחֲרוֹנִים prophetas poſteriores, & כְּתוּבִים ſcripta, hoc eſt hagiographa.

תּוֹרָה Lex, quæ חֲמִשָּׁה id eſt quinarius, Græcè πεντάτευχον, pentateuchon, in quinque Moyſi libros diuiditur.

בְּרֵאשִׁית	Bereſith, id eſt, In principio.	1. Geneſis.
וְאֵלֶּה שְׁמוֹת	Velle ſemoth, id eſt, Et hæc nomina.	2. Exodus.
וַיִּקְרָא	Vaiikra, id eſt, Et vocauit.	3. Leuiticus.
וַיְדַבֵּר	Vaiedaber, id eſt, Et locutus eſt.	4. Numerus.
אֵלֶּה הַדְּבָרִים	Ele haddebarim, id eſt, Hæc ſũt verba.	5. Deuteronomium.

נְבִיאִים רִאשׁוֹנִים, Prophetæ priores diuiduntur in quatuor libros.

יְהוֹשֻׁעַ	Iehoſua	6. Ioſue.
שׁוֹפְטִים	Sophetim	7. Iudicum.
שְׁמוּאֵל	Semuel, vel Samuel	8. Primus & ſecũdus Regum.
מְלָכִים	Melakim, vel Malachim.	9. Tertius & quartus Regum.

נְבִיאִים אַחֲרוֹנִים Nebiim Aharonim, Prophetæ poſteriores in 4. libros.

יְשַׁעְיָה	Ieſaia	10. Iſaias.
יִרְמְיָה	Iirmeia	11. Ieremias.
יְחֶזְקֵאל	Iehezkel	12. Ezechiel.
תְּרֵי עָשָׂר	Tere Aſer	13. Duodecim prophetæ minores, qui ſunt.
הוֹשֵׁעַ	Hoſea	Hoſee
יוֹאֵל	Ioel	Ioel
עָמוֹס	Amos	Amos
עֹבַדְיָה	Obadia	Abdias
יוֹנָה	Iona	Ionas
מִיכָה	Micha	Michæas
נָחוּם	Nahum	Nahum
חֲבַקּוּק	Habakuk	Habacuc.
צְפַנְיָה	Zephania	Sophonias
חַגַּי	Haggai	Haggæus
זְכַרְיָה	Zecharia	Zacharias
מַלְאָכִי	Malachi	Malachias.

כְּתוּבִים Cetubim, Scripta ſeu Hagiographa in vndecim libros.

דִּבְרֵי הַיָּמִים	Dibre haiamim	Verba dierum	14. Paralipomenon. 2. libri.
תְּהִלִּים	Tehilim	Hymni	15. Pſalterium.
מִשְׁלֵי שְׁלֹמֹה	Miſle Selomo	Parabolę Salomonis	16. Prouerbia Salomonis.
אִיּוֹב	Iiob	Iob	17. Iob.
רוּת	Ruth	Ruth	18. Ruth
קֹהֶלֶת	Koheleth	Concionator	19. Eccleſiaſtes.
אֵיכָה	Echa	Quomodo	20. Threni.
שִׁיר הַשִּׁירִים	Sir hariſim	Canticũ canticorum	21. Canticum canticorum.
אֶסְתֵּר	Eſther		22. Eſther.
דָּנִיֵּאל	Daniel		23. Daniel.
עֶזְרָא	Ezra		24. Eſdras & Nehemias.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LIBRI SEQVENTES NON SVNT IN CANONE Hebræo ab Ecclesia tamen recepti Christiana.

1. Liber Iesu Sirach, id est, Ecclesiasticus.
2. Iudith.
3. Tobias.
4. Machabæorum libri duo, quos Hebræi in suis historiis vocant Hasmonai.
5. Tertius & quartus Esdræ.
6. Sapientia iuxta Græcos Salomonis, iuxta alios Philonis.
7. Baruch, Ieremiæ scriba.

Diuisio veteris testamenti secundum Latinos.

- Diuisio Librorũ veteris testamẽti in
  - Legales. 5.
    - Genesis
    - Exodus
    - Leuiticus
    - Numeri
    - Deuteronomium.
  - Historicos. 19.
    - Iosue
    - Iudicum
    - Ruth
    - Regum libr. 4.
    - Paralipomenõ lib. 2.
    - Esdræ libr. 4.
    - Tobias
    - Iudith
    - Ester
    - Iob
    - Machabæorũ li. 2.
  - Sapientiales. 6.
    - Psalterium.
    - Prouerbia.
    - Ecclesiastes.
    - Cantica canticorum.
    - Sapientia.
    - Ecclesiasticus.
  - Prophe-ticos. 17.
    - Isaias, Ieremias, Baruch, Ezechiel, Daniel, Hosee, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Nahũ, Habacuc, Sophonias, Haggæus, Zacharias, Malachias.
- Diuisio li. noui testamenti in
  - Legales.
    - Matthæus
    - Marcus
    - Lucas
    - Ioannes.
  - Historicos.
    - Actus Apostolorum.
  - Sapientiales.
    - Romanos,
    - Corinthios 2.
    - Galatas,
    - Ephesios,
    - Philippenses,
    - Colossenses,
    - Thessalonicenses. 2.
    - Timotheum 2.
    - Titum,
    - Philemonem,
    - Hebræos.
    - Iacobi, Petri. 2.
    - Ioannis 3.
    - Iudæ.
  - Prophe-ticos.
    - Apocalypsis.

Additus liber tertius Machabæorum, qui nuperrimè à viris bonis inuentus, typis quoque mãdatus est, in quo si tu aliquid comperias, quod tum ad laudem Dei fideique & ecclesię promotionem, atque adeò salutem tui ipsius & proximi facere possit, compertoribus gratiam habebis.

OMNIBVS

OMNIBVS ECCLESIAE CATHOLICÆ ROMANÆ FILIIS GRATIAM, MISERICORDIAM ET PACEM A DEO PATRE, & Domino nostro Iesu Christo optat Iacobus Faber, Doctor Sorbonicus.

NIHIL *hominum generi debet esse prius, nihilve antiquius, Lector Christiane, quàm vt veram, piam & syncerã de Dei Opt. Max. voluntate sacris Bibliorum libris cõprehensa, & nobis disertis sermonibus expressa, déque fide & religione sententiam animo penitus comprehensam perceptámque habeat atque conseruet. Nam sine ea neque bene beatéque viui in hoc mortali æuo potest, neque emerito huius vitæ præsentis tãquam stipendio, perpetua illa bonorum æternorum vsura, ad quam omnes boni aspirando contendunt, & contendendo aspirant, comparari. Verumenimuero posteaquam deploratissimus & infestissimus ille Ecclesiæ Catholicæ & Romanæ cacoangelus, hoc vt vlceratissimo iuxta ac infelicissimo, ita periculosissimo tẽpore sanam ac Euangelicam Christi doctrinam, quam non sustinet, oppugnare cepit, summisque viribus est aggressus, nullum telorũ genus ac arietum, nullúm denique testudinum artificium, aggerũ aut fossarum prætermittendum ducit, quo illam proscindat, lancinet, perdat, eidémque extremã perniciem vel præsentissimam, si per Christum liceret, adferat. Inter omnes autem, nisi me meus fallit animus, quas extruit affabrè machinas, longis sinuosisque anfractibus hostis versutus, nulla plerisque maximi & nominis & authoritatis viris surgere & extare omni repetita veterum memoria videtur Ecclesiæ Dei semel profligandæ, & nisi sit nobis propitius propter inundantes abusium fluctus, quibus submersa primi Pontificis Petri nauicula obruitur, euertẽdæ pernicios ior quàm illa quæ titulo nouæ vtriúsque testamenti in omni lingua promiscuæ versionis Religionis ergo, nouam quoque & peregrinam ex piscatoria arte subtrudere molitur sacræ scripturæ primum, deinde Ecclesiæ orthodoxæ & cum securitate opinionem & cum fiducia indubitatam recuperandæ salutis doctrinam. Quæ sanè machina, vt est dubio procul cum primis in Ecclesiã Dei orthodoxã, quam Tertulianus felicem vocat, D. Cyprianus matricem, sancti Irenæus & Augustinus catholicam Romanã, periculi certè pernicios issimi &, nisi maturè resipiscamus, luctuosissimi plena: ita certè omnibus pietatis verè Christianæ studiosis, sua cuiq; pro virili nempe maxima, est omni ope nitendum & obnixè contendendum, ne quid hinc vel suboriatur in caput nostrum, quod iandudum parturit Husgnaleorum synagoga, vel ipsa capiat detrimenti: omniaq; Catholicis hominibus verè masculis ea ad ferenda & præsidia & subsidia, quæ seruitutis iugum plusquàm Pharaonis nostris hisce humeris excutiãt, tenebrásq; Aegyptiorũ dissipẽt, hãc atque fidei nostræ Christianæ pestẽ procul abiiciãt, abarceant, propulsent, profligent, exterminẽt, vel loco stare vel altius radices immittere possit. Pestem porrò dixerim & intrepidè reip. Ecclesiasticæ non calamitatem istas nouas non dico priscorum modò hæreticorum, sed & Husgnaleorum atque Geneuensium, maximè verò Bezariorum istorum de Græcis hodiernis, & si voles Hebræis vulgatis codicibus sacrarum scripturarum versiones quod si modo mei satis prospiciant oculi) aliis in machinis quas vna nunc tempestatis in Dei ecclesiã erigit haud segniter malus genius, plus habeat & fiduciæ repositum, & noxij magis veneni præsentissimi recõditum: hoc est in conuulsione atque labefactatione traditæ nobis iam inde ab ipso mundi exordio doctrinæ: in qua vna re, Ecclesiastica scilicet traditione cordibus fideliũ à Spiritu sancto inscripta, exarata & veluti insculpta, vti & olim semper in hæreseon procellis, núncque adeò in primis sita recumbit Christianæ & orthodoxæ nauiculæ sacra anchora certissimo constantissimóve suæ salutis aut præsidio, si fixa hæreat, aut periculo si tempestatis vi conuulsa fluctuare & vndis insurgentibus vacillare tantillum incipiat. Hac enim vel submota & luxata, vel de vetere statione concessa authoritatis à sponso Christo domino deiecta, scripturarum quoque veluti vno fracta quassatáque impetu corruet maiestas, iudicandi potestas tolletur, si nempe contestatis Ecclesiæ de scripturarum differentia basis censurâve subducatur, quod in earum parte non exigua quibusdam de veteris instrumenti libris iisdémque multis, aliis de noui*

Universidad de Deusto
Biblioteca

testamẽti codicibus puta D.Iacobi & ad hebræos epistola aliis de Apocalypsi euenisse,& dolemus & iusto mærore tristamur. Quid & enim his supererit præsidii ? quid roboris? quid denique firmitatis illa sublata & conuulsa opinionum varietate, si istis standum esset, quibus iandudum totus proh dolor,concutitur & fractus illabitur orbis,vt aliis sacris voluminibus sua diutius stet authoritas sarta tecta? Contrà,hæc fortiter firmitérve constituta, & scripturis angustioribus sua etiam stabit altis innixa radicibus authoritas ac maiestas,nullúmque prorsus ab vniuersis ad vnum omnibus cõiunctis diaboli viribus atque machinis, vt & vafrè,callidè & artificiosè ac in speciẽ terribiliter structis, erit periculum. Quòd si de his rebus fidem tibi fieri velis, ob oculos propone Caluinum cum collega Theodoro Bezа, qui vbi Tragœdiæ suæ esset protasim exorsus tumultuabatur sanè vehemẽter,& vt solet sub initio epitaseos tragicè euenire,sese in formas varias, vt Vertũnus, turbásque vertebat,quò ad Caluinismi & Bezarismi sui corpus aliquod & ventrem pararet, ederétque tandem partum conceptæ pestis suæ. Ad cuius partus fácturam haud dubiè operam contulerunt suam draco vetus vt pronubus,& septiceps illa bestia, & ipse pseudoprophetes vt parentes: etenim ex ore illorum,vt in Apocalypsi Ioannis est, prodierunt tres illi spiritus immundi ranarum similes homologistæ,Sacramentarij, Anabaptistæ recentes, & quanquam si ipsi tres immundi spiritus,tanquam vulpes Philistiæ,capitibus longè sint latéque disiunctissimi,tamen caudis ita sunt inter se(quatenus segetem Domini incendere possint) coꝫcopulati,vt nulla penè nunc repe riatur in tota Europa hæresis,dicam Africa & Asia, quæ non aut illorum aut Husgualeorum characterе mentem gerat insignitam. Verumenimuero conetur pseudoprohetes cacodemon scripturas per hæreticos Valentinianos,Marcionitas, Arrianos,Luteranos, Zuinglianos & Pellicanos corrumpere: Tentet scripturas diabolus per apostatas Ebionem, Porphirium, Marcionem,Bucerum & Muscalum suis partibus mutilare: Doceat rana Caluinica clancularios Christianos adeuersum scripturam coaxare,qui sibi licere putant si rogentur an sint Husgualei hæretici,negare vt vitent periculum: conetur buffo Theodori Bezæ per manifestarios Husgualeos scripturarum spiritus sancti intelligentiam veneno inficere, qui putant impium esse,si cum rogantur, se negent esse quod sunt, Husgualeos perditissimos. Conetur denique tentator improbissimus sacrorum Bibliorum libros per tyrannos Diocletianum, Nabuchodonozorem,decios, Nerones,Tyberios, Maximianos, Alarianos & eius farinæ deploratos ignibus & incendio perdere,aut per purpuratos quos ex fece hominum qui se falso nobilitatis titulo ornant tanquam plumis alienis induta cornicula non iam in conuiuio falsorum deorum ridendi, sed in omnipotentis & tremendi domini sabaoth horrendo iudicio prodiisse certum est,aut per ministros de grege porcorum Epicureorum, qui cùm non habeant quod perdãt, corpus enim & animã sub hastarunt alios in baratrum scelerum pertrahere contendunt,& omnia abolere,ne nisi ex rebus cineres posteritati reseruentur. Sed verò quàm frustra erunt omnia,vt exclamare liceat,ô inanes Caluinianorum contra ortodoxos conatus!ô inutiles Bezarianorum contra Ecclesiam catholicam Romanam labores! ô vana Husgualeorum contra fidem,religionem pietatem,imò verò & Christum dominum studia,si modò vna nobis steterit salua Traditio illa ipsa Ecclesiastica, omnis plane nostræ Religionis Christianæ quondam, proh pudor,sacrosanctæ,nunc verò contemptæ procinctæ dilaceratæ, & puppis & prora, certum indubitatúmque salutis inexpugnabile castrum & tremendum spiritibus peregrinis propugnaculum,quod ea salua,vt antea dictum est,omnis protinus & scripturarum manibus nocentum perditarum, adeóque exustarum & deletarum integra consistet: quam spiritus ille christiano ouili à Christo pastore rector doctórve promissus non modò suggeret,sed tuebitur, conseruabit,proteget, prælia Domini præliabitur,próque grege illius propugnabit, vero christi sensu illustratam innata diuinitus germanáque sententia multo augustius decoratam & illustratam. Verum hac de re quia in libro quem de corruptione locorum tum sacrorum Bibliorum tum doctorum, atque adeò sacrarum historiarã per Magdeburgenses Husquenaloes, Lutheranos,pseudochristianos,& id genus monstrorum potius quam hominum,conscribimus,fusius deo duce dicemus: sed rem quæ præmanibus est persequamur. Quam igitur maximum sanè & si nõ princeps nec primarium,sit in scripturarum salute positum momentum,vt suis numeris absoluta stet,vigeat floreátque salua religio christiana(quod ex impotenti adeò diaboli hostis acerrimi studio illas & perdere si possit flammis,& aliis si concedatur nunc modis abolere conatur & in dies conualescit, licet colligere) vigilandum est,vigilandum,inquam,omnibus non modò Pontificibus,Cardinalibus,Archiepiscopis,Episcopis Abbatibus, Curionibus, quorum humeris etsi dormitantium aut ignorantiũ aut denique dissimulantium,hæc vt grauissima, ita si se suáque norint periculosissima sarsina est imposita: sed pius ad vnum omnibus, ne vnius alterius defectu, quod fit,excusationem prætexere possit, quibus vel macula mutuæ pro fratrum salute tuenda solicitudinis superest salua,vt diuina scriptura omnibus sui partibus maneat integra & incolumis. Non hic dico illorum iniuriam,non appello istorum socordiam,sed sacrilegium nefarium & inexpiabile, qui cum Lutheranis vocatis in dubium multis & sacrorum libris & doctorum,quorum adoranda potius est quàm discutienda authoritas,abolitas de canone volunt D. Iacobi epistolam & Apocalypsim: aut cum Caluino & Bezа ad Hebræos & Ecclesiasticum,vt cæteros silentio comprimã: aut cum plerisque hominibus istius deplorãdæ tempestatis hæreticis Husgnaleis Machabæorum libros,aduersus hos enim dabitur alius depugnandi locus & tempus: sed verò illorũ perstringitur irreligiosa ne dicã impia improbitas, qui vno aut altero freti codice Græculo,vel vno,aut pauculis,Hebræo codiculo,vociferari audent nos hactenus verum non habuisse scripturarum textum, nec de veris fontibus hausisse aquã, nec verum quem prætendit Spiritus sanctus sensum assecutos: nos hactenus verum ignorasse Christi euangelium,in fædissimo Geneuensium lacu per manus Angelorum, si Deo placet, occultatum. Eheu, eheu calumniam impiis dignã,& non nisi furcis vel flammis vltricibus expiandam. Verumenimuero eam citò vltróque euanituram confidimus, & ita Deo volente speramus,si modò reformata sublatáque abusium consuetudine manus puras expurgata mente addita conscientiæ cum scientia, & innocentia,ad Deum leuemus. Iam verò vt semel susceptam telam ordiar,& eandẽ perficiam, si aduersarij quibus de modò agebamus & nunc agimus, quos mens mea simul intelligit & odit, de Græcis aut Hebræis fontibus illi vetustissimæ & probatissimæ piorum omnium iudiciorũ calculo nostræ versioni nõ nisi de Hebræo & Græco datæ aliquid adferre adniterentur, aut illustrationis aut explicationis ad promouendũ non ad fucum faciendũ simplicioribus, me deuotissimum non modo haberent suffragatorẽ, sed singularẽ etiam operæ sanctissimè & peroportunè collocatæ præconem clarissimũ & disertum collaudatorẽ. Hoc enim illinc faciendũ docemus. Ideóque Theologis hoc vel in primis tempore necessariã linguarum peritiã,si vnquam aliàs,propter varia & ineluctabilia,si Deus non sit propitius nobis, ab Husgnaleis hæreticis ex linguarũ non peritia qua abutuntur,sed fallacia intẽtata demonstrabimus eo quẽ diximus antè, nos in manibus habere libro, quem veluti fœtũ parturiendo vt tersus perfectúsque emaneat, lambendo efformare & effingere conamur. Vtinã ad hoc opus thesauros Ecclesiæ adaperirẽt episcopi,nec ædificarẽt in sanguinibus, de quibus loquitur Ieremias: Væ qui facit laquearia cedrina,& pingit ea synopide. Sed cũ Græcos & Hebræos prætexunt codices,ad noua imo nouata hæreticorũ dogmata statuenda,non Christiani arbitror animi hac indignitate multo maxima,imò verò sacrilegio nefario nõ cõmoueri. Ecquis Deum immortalẽ hac impietatè perculsus nõ clamet,& ego taceam nec illis occinam ? Quid enim putas,lector candide,moueat Zuinglianos,vt illũ ad Rom. locum ex Græco malint ἐφ᾽ ᾧ, quatenus omnes peccauerunt,quàm ad verbũ ἐφῶ, in quo omnes peccauerunt,cum orthodoxis accipere, nisi vt hoc scripturæ loco subdolè callidéque subuerso,veterẽ renouent Pelagismum, quem norunt hoc vno capite ante annos 1200. constãter potentérque patrum censura notatũ ac per nigili studio fuisse expugnatũ? Sic quod Caluin⁹ cum Beza annotat ad Titũ,quem effudit in nos abundè, posse ad Baptismũ referri. quod effudit,quid sibi amabo te,vult aliud,quã vt semel & eliminet,aboleat funditúsque euellat,iuxta Massilianos,domũ Spiritus sancti,quod Catholici & tenemus & docemus ab Apostolicis tẽporibus vno cõsensu per Baptismi sacramentũ largissimè in nos effundi? Taceoprudens nunc illã nec admodũ falentem imposturam quã illi struunt loco: Gratia Dei mecũ, vt omnem tollãt eximántve cũ Pelagianis nos adiuuantẽ gratiam: de quo in libro paulò antè citato aptior dabitur dicẽdi locus. Eiusdẽ est artificij quod Melãthon,quod Brentius, quod Muscu lus, alliique propemodũ infiniti, illud Psalmi ex Hebræo adulterare autumarunt, Tibi soli peccaui,Tibi solũ pecco: hoc est,quicquid ago,pecco: sic enim,inquiunt,est in Hebræo. Sed hanc,si verũ fatear,nescio an imperitiorẽ an verò impudentiorem Psalmi versiculi peruersionẽ ex Hebræo codice vel mediocriter doctis inspecto,euanescere suo docebitur loco. Eiusdẽ coloris sunt illa Musculi emblemata,vt infinita istiusmodi horrifica Husgnaleorũ territamenta & deliramenta impietatis plenа prætereã, quibus historiã Ecclesiasticã Eusebij cæterorũve conatus vult non ornare, si verũ

Ieremi. 22.

Rom. 5

Tit. 3.

Psal. 50.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Socrab. li. 5. cap. 19.

fatear, sed cõtaminare. si nõ mentior: nõ vertere sed peruertere, non elucidare sed obtenebrare, non aperire sed obtegere. Inter quæ illud eminet velut nobilissimũ facinus furcis dignissimũ, quod vbi Græcè scriptũ erat, presbyteros pœnitentiarios, qui cõfessionibus lapsorũ ex officio præerant, fuisse tum submotos & de statione disiectos, audet ipse peruertere, cõfessionẽ à Nectario fuisse loco motã atq; sublatã. Atq; istiusmodi plagia nefariáve sacrilegia corã tota Christi ecclesia in Ioanne Oecolampadio, Erasmo, Caluino, Beza cæterisve Hussnalcis deprehensa mundo quãdoque dabimus copiosius perspicienda & cõtuenda. Etenim istarũ peruersionũ locupletiorẽ prætexere catalogũ cogit necessitas. Decreuimus autẽ vel è re nata Catholicis tenue dare specimen improbissimarũ artiũ hominibúsque liberaliter & educatis & institutis indignissimarũ, quibus adiuratus hostis catholicæ Christi Iesu Ecclesiæ, & Romanæ matris nostræ hircus emissarius Bezarianus sua per ista organa simpliciorib⁹ Christi ouiculis & incautis aduersus istas fraudes minus æquo munitis, tentat fucũ facere fascinãdo, quo à vero aliqua verisimilitudinis specie semel abducti in suã præcipites ruãt æternæ calamitatis nassã. Verum iusce alisve istiusmodi fraudib⁹ ac diabolicis incantationibus quãquam ratione sit tẽpestiuè occurrãdum, iusto opere & pollicemur nos facturos, & per Dei gratiã explebimus. Sed vero cum annis superioribus patres in Synodo tridẽtina cõgressi perneccssarius insidẽque grauissimis permoti rationũ momẽtis & appendiculis statuissent vulgatæ scripturarũ sacrarũ versionẽ latinã dico nõ Gallico sermone, quod vetãt à quoquã priuato fieri sine scelere posse, inter alias omnes solã habendã ac retinendã authentică: nõ defuere momi qui decretũ hoc sacrosanctum extra omniũ iudiciorũ aleã positum modis indignissimis cõuellere, cõtumeliis proscindere cauillisq; amarulentis perfundere & exagitare haud quaquam verebantur. Inter quos Caluinus, Betazarius Molineus & Gregorius maior facilè emicuerunt. principẽque locum tenuerunt. Sed refutandis illis nec hoc tẽpore proœmiorũ leges, nec tẽporis ratio permittit, alibi dabitur satisfaciendi locus & opportunitas. Iã verò vt certa nostri instituti habeatur ratio, cũ purioribus mentis oculis cernerent boni & docti pariter, & iusta ratione lugerent sacra Biblia ab hæreticis sæpe violata, truncata sæpius, interpollata sæpissimè pleriſque additis & detractis prout cuiusque fuit intẽperata libido, aliis immutatis inducto sensu peregrino & adulterino per cõmentarios, per excogitata dogmata, scholia, glossemata, dialogos, apologias, antidotarios, propugnacula, tragœdias, comœdias, clipeos, anticlipeos, faculos, pectines, sarculos & id genus infinita Theologiæ candidatis atque adeò omnibus orthodoxis nunc temporis si quando perneccssaria labente rep. Christiana, vel saltẽ nutante, viam aggressi sumus atque rationem demostrare qua ratione ac methodo ex vulgata eiusmodi versione Latina iuxta decreti Tridentini præscriptum (neque enim licet in tãto támque periculoso opere priuato cuiquam & credere & ludere) verus scripturarũ sensus solidè iuxta ac purè hauriri queat, si videlicet sedulò castigata ad suos reuocetur repurgatis riuulis textus & scholiorũ fontes, vnde nobis emanauit, illustranda, explenda ac perficienda: vt inde clariorẽ, pleniorem, sapidiorem, & si ita videbitur aliquando veriorẽ recuperet sui authoris Spiritus sancti sententiã, viuidioremque Christi ouiculis exhibeat cælestis pabuli gustum. In cuius rei gratiam aliquot viri Theologi vt Christianissimi ita & doctissimi debitum pensum suum exoluerunt, ex quorum cura & diligẽtia formam & imaginẽ veteris Ecclesiæ catholicæ & Romanæ priscósque ritus cognoscere intelligẽti pióque pröptum est: & nõ item ei fortasse cuius mens lucro impedita est aut ambitione cõstricta cõscientia. Ad cuius operis audacissimi & arduissimi quidem, sed tamen & pientissimi perfectionem nõ parum momenti attulere frequentes tum exhortationes ad audendũ, tum solicitationes ad cõsumendũ honesti viri vt Catholici, ita & huius nostræ tẽpestatis zeli charitatis pleni Sebastiani Niuellij iurè Tipographi morum integritate vitæque innocentia præstantis, qui rem magni & animi & impendij susccpit, publico potius cõmodo quàm suo intentus, rem dico accõmodatissimam ad horum temporum caliginẽ discutiendã, luménque veritatis hominibus veluti prælucendũ: quique antiquissimos quosque Ecclesiæ scriptores Græcos & Latinos damnatis excussísue deprauatæ lectionis Hussnalcorũ libris quibus incauta iuuentus & maleficiati homines vitiantur, corrumpuntur, deperduntur, multis vndique conquisitis & corrogatis exemplaribus, auctos emisit. Quod vt perpetuò faciat, nec à tam honestis studiis homine Christiano veréque catholico dignissimis nõ cesset, & Deum Opt. Max. vnicum bonorum operum & laborum probatorẽ & remuneratorẽ votis supplicibus ac quotidianis precibus rogamus, & ita futurum speramus. Laus Deo.

Omnia Ecclesiæ Cathol. Rom. iudicio subiecta sunto.

INDEX

INDEX TESTIMONIORVM A CHRISTO & Apostolis in nouo testamento citatorum ex veteri, quæ hic in id congesta sunt, vt pij lectores natiuam quorundam intelligentiam facilè assequi valeant, quæ ab ipso Christo vero interprete, & spiritu eius per Apostolos sit tradita: perspicianique in quem vsum ea adduxerint Apostoli & Euangelistæ.

GENESIS.

1 d Masculum & fœminam fecit eos. Matth. 19. a. Marc. 10. a.
2 a Requieuit deus die septima ab omnibus operibus suis. Hebr. 4. b.
2 b Factus est primus homo Adam in animam viuentem. 1. Corinth. 15. f.
2 d Dimittet homo patrem & matrem, & adhere. vxo. Matth. 19. a. Marc. 10. a. Eph. 5. g. 1. Cor. 6. d.
2 d Erunt duo in carne vna. Matth. 19. a. Marc 10. a. 1. Cor. 6. d. Ephe. 5. g
12 a Exi de terra tua, & de cognat. Acto. 7. a.
12 a Et in semine tuo bened. Acto. 3. a. Galat. 3. b.
15 b Sic erit semen tuum. Roma. 4. c.
15 b Credidit Abraham deo, & reputatũ est illi ad iust. Rom. 4. a. Iaco. 2. d. Galat 3. a.
15 c Erit semen tuum peregrinum. Acto. 7. a.
17 a Quia patrem multarum gent. Rom. 4. c.
18 b Secundum hoc tempus veniam, & Rom. 9. b.
21 b Eiice ancillam & filium eius. Galat. 4. d.
21 b in Isaac vocabitur tibi semen. Rom. 9. b
22 c Nisi benedicens benedicam te, & Hebr. 6. c.
22 d Quia benedicentur in te omnes gentes. Galat. 3. b. Acto. 3. d.
25 c Quia maior seruiet minori. Rom. 9. c.

EXODVS.

3 b Ego sum deus Abraham, &c. Matth. 22. c. Marc. 12. c. luc. 20 f.
9 d In hoc ipsum excitaui te, vt. Rom. 9. d.
12 g Os non comminuetis ex eo. Ioan. 19. f.
13 c Omne masculinum adaperiens. Luc. 2. d.
16 d Qui multum, non abundauit, &c. 2. Corin. 8. c.
20 c Non Mœchaberis. Matt. 5. d
20 c Non adulterabis, Non occides, &c. Rom. 13. c.
20 c Non concupisces. Rom. 7. b.
20 c Non occides. Matth. 5. c. Luc. 18. d.
20 c Honora patrem tuum & matrem. Matt. 15. a. Marc. 7. b. Ephes. 6. a
21 c Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur. Matth. 15. a. Marc. 7. b.
21 c Oculum pro oculo, dentem. Matth. 5. f.
22 d Principi populi tui non maled. Act. 23. a.
24 e Hic sanguis testamenti, quod. Hebr. 9. e.
25 g Vide, omnia facito secundum exemplar quod, &c. Hebr. 8. b. Acto. 7. f.
32 a Fac nobis deos qui præcedant. Act. 7. e.
33 d Miserebor cui voluero, & c. Rom. 9 c
34 d Non sicut Moyses ponebat. 2. Cor. 3. c

LEVIT.

11 g Sancti eritis, quoniam ego. 1. Petr. 1. c.
18 a Qui fecerit homo, viuet. Rom. 10. b. Galat. 3. b.
19 c Non periurabis. Matth. 5. c.
19 d Diliges proximum tuum sicut. Rom. 13. d. Gal. 5. c. Iaco. 2. b. Matt. 22. d. Marc. 12. c.
19 d Diliges proximum tuum. Matth. 5. g.
24 b Qui maledixerit patri, &c. Matt. 15. a.
24 d Oculum pro oculo. Matth. 5. f.
26 b Quoniam inhabitabo in. 2. Corin. 6. d.

NVMERI.

9 b Os non comminuetis ex eo. Ioan. 19. f.

DEVTERON.

4 d Etenim deus noster ignis cons. Hebr. 12. g.
5 b Non concupisces. Rom. 7. c. 13. c.
5 b Non occides. Matth. 5. c. Luc. 18. d
5 b Non mœchaberis. Matth. 5. d. Luc. 18. d.
5 b Non furtum facies. Luc, 18. d. Rom. 13. c.
5 Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Luc. 18. d. Rom. 13. c.
5 b Honora patrem & matrem. Matth. 15. a. Marc. 7. b. Ephes. 6. a.
6 a Audi Israel, dominus deus tuus. Marc. 12. c.
6 a Diliges dominum deum tuum ex toto corde. Mat. 22. d. Marc. 12. c. Luc. 10. e.
6 c. 10 d Dominum deum tuum adorabis, &. Matth. 4. b. Luc. 4. b.
6 c Non tentabis dominum. Matth. 4. b. Luc. 4. b.
8 a Non in solo pane. Matth. 4. a. Luc. 4. a.
10 d Deus personam hominis non acci. Galat. 2. b.
18 c Prophetam suscitabit vobis. Act. 3. d. 7. e.
19 d In ore duorum vel trium test. 2. Corin. 13. a. Matth. 18. b. Ioan. 8. c.
19 d Oculum pro oculo, dentem, &c. Matth. 5. f
21 d Maledictus omnis qui pend. Galat. 3. b.
25 b Non alligabis os boui trituranti. 1. Corinth. 9. a. 1. Timoth. 5. c.
25 b Si quis mortuus fuerit non habens filium. Matth. 21. c. Marc. 12. b. Luc. 20. e.
27 d Maledictus omnis qui non perm. Galat. 3. b.
30 c Quis descendet in cœlum? Rom. 10. b.
30 c Prope est verbum in ore tuo. Rom. 10. b
32 c Ego ad æmulationem vos addu. Rom. 10. d.
32 e Mihi vindictam, ego retrib. Rom. 12. d.

IOSVE.

1 a Non te deseram, neque derel. Hebr. 13. a.

REGVM II.

7 c Ego ero illi in patrem, & ipse. Heb. 1. b.
19 b Domine prophetas tuos occid. Rom. 11. a.
19 b Reliqui mihi septem millia virorum. Rom. 11. a.

IOB.

9 c Comprehendam sapientes in ast. 1. Corin. 3. d.

DAVID.

2 a Quare fremuerunt gentes? Acto. 4. c.
2 b Filius meus es tu. Act. 13. c. Heb. 1. b. 5. b.
2 c Reges eos in virga ferr. Apoc. 2. g. 19. c.
4 b Irascimini & nolite peccare. Ephes. 4. f.
5 c Sepulchrum patens est guttur. Rom. 3. b.
6 c Discedite à me om. Matth. 7. d. 25. d. Luc. 13. f.
8 b Ex ore infantium & lactantium. Matth. 21. b.
8 c Quid est homo quòd memor es eius? Heb. 2. a.
8 c Omnia subiecit sub pedibus. 1 Corin. 15. d.
9 c Quorum os maledictione Rom. 3. c.
13 a Non est iustus quisquam. Rom. 3. b.
13 b Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Roma. 3. c.
15 c Prouidebam dominum in consp. Act. 2. d.
15 b Non dabis sanctum tuum vid. Acto. 2. d. e. 13. c.
17 a Ego ero fidens in eum. Heb. 2. c.
17 g Propterea confitebor tibi in. Rom. 15. b.
18 a Et quidem in omnem terram. Rom. 10. d.
21 a Eli, eli, Lamma sabacthani. Matth. 27. d. Marc. 15. e.
21 c Diuiserunt sibi vestimenta mea. Mat. 27. d. Ioã. 19. e.
2 c Nuntiabo nomen tuum frat. Hebr. 2. c.
23 a Domini est terra, & plen. 1. Corin. 10. f.
34 c Odio habuerunt me gratis. Ioan. 15. d.
30 a In manus tuas commendo spi. Luc. 23. f.
31 a Beati quorum remissæ sunt iniqui. Rom. 4. a
33 c Qui enim vult vitam dilig. 1. Petr. 3. b.
39 b Hostiam & oblationem nol. Heb. 10. b.
40 c Qui manducat mecum panem. Ioan. 13. b.
43 d Propter te mortificamur to. Rom. 8. g.
44 b Thronus tuus deus in secul. Hebr. 1. c.
50 a Vt iustificeris in sermonibus. Rom. 3. a.
54 d Iacta super dominum curam. 1. Petr. 5. b.
61 a Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet. 1. Corinth. 3. b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

67 d Ascendens in altum, captiuam. Ephe. 4. b
68 b Zelus domus tuæ com. Ioan. 2. d
68 b Improperia improperantium. Rom. 15. a
68 c Fiat mensa eorum coram. Rom. 11. b
68 c Fiat commoratio eorum deserta. Act. 1.
68 c In siti mea potauerunt me. Ioan. 19. f
77 a Aperiam in parabolis os. Matt. 13. c
77 c Panem cœli dedit eis Ioan. 6. d
81 b Ego dixi dij estis. Ioan. 10. g
88 b Inueni Dauid seruum meum. Act. 13. d
90 c Angelis suis manda. Matt. 4. a. Luc. 4. b
93 b Dominus nouit cogitationes sapientum quoniam vanæ sunt. 1. Corinth. 3. d
94 d Sicut iuraui in ira mea. Heb. 4. a
94 c Hodie si vocem eius audier. Hebr. 3. b
96 b Et adorent eum omnes ang. Hebr. 1. c
101 d Tu in principio domine terram. Hebr. 1. c
103 a Qui facit angelos suos spiritus. Hebr. 1. c
108 b Et episcopatum eius accipiat. Act. 1. d
109 a Dixit dominus domino meo. Matt. 22. d. Luc. 20. g. Act. 2. f
109 a Sede à dextris meis. Hebr. 1. d
109 a Donec ponam inimicos tuos scabellum, &c. Hebr. 1. d. 1. Corin. 15. d
109 Tu es sacerdos in æternum. Hebr. 5. b. 7. c
109 b Iurauit dominus, & non pœn. Heb 7. e
111 b Dispersit dedit pauperibus. 2. Cor. 9. c
115 a Credidi, propter quod locutus. 2. Cor. 4. c
115 a Omnis homo mendax. Rom. 3. a
116 a Laudate dominum omnes gentes. Rom. 15. c
117 a Dominus mihi adiutor, non tim. Heb. 13. b
117 d Lapidem quem reprobauc. Matth. 21. d. Marc. 12. a. Act. 4. b. 1. Petr. 2. b
117 Hosanna filio Dauid. Matth. 21. b
131 c De fructu ventris tui ponam. Act. 2. e
139 a Venenum aspidum sub labiis. Rom. 3. b

PROVER.

3 a Nolite esse prudentes apud. Rom. 12. d
3 b Fili mi, noli negligere discipl. Heb. 12. b
3 b Quem diligit dominus corripit, &c. Hebr. 12. b Apoc. 3. d
10 b Charitas operit multitud. 1. Petr. 4. b
17 c Videte ne quis malum pro malo alicui reddat. 1. Thess. 5. d. 1. Petr. 3. b
20 c Qui maledixerit patri vel matri. Matth. 15. a. Marc. 7. b
25 c Si esurierit inimicus tuus. Rom. 12. d
26 b Canis reuersus ad vomitum. 2. Petr. 2. d

ISAIAS.

1 c Nisi dominus sabaoth reliquiss. Rom. 9. f
5 d Homo plantauit vineam. Matth. 21. b. Luc. 20. b Marc. 12. a
6 a Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus. Apoc. 4. c
6 c Auditu audietis, & non intelligetis. Matt. 13. b. Mar. 4. b. Luc. 8. b. Act. 28. f. Ioan. 12. f. Rom. 11. b.
7 c Ecce virgo in vtero habebit. Matt. 1. d
8 d Ecce ego & pueri mei quos. Hebr. 2. b
9 a Terra Zabulon & terra Netph. Matth. 4. c
10 e Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris. Rom. 9. f
11 a Reuelabitur ille iniquus quem dominus interficiet. 2. Thess. 2. c
11 c Erit radix Iesse. Rom. 15. c. Acto. 13. d
21 c Cecidit cecidit Babylon. Apoc. 14. b
22 d Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. 1. Corint. 15. e
22 f Hæc dicit sanctus & verus, qui. Apoc. 3. b
25 e Absterget dominus omnem lachrymam ab oculis, &c. Apoc. 7. d. 21. b
28 c Quoniam in aliis linguis & labiis aliis loquar populo huic. 1. Corin. 14. d
28 d Ecce pono in Sion lapidem offensionis. Rom. 9. g. 1. Petr. 2. b. Act. 4. b
29 d Populus hic labiis me honorat. Matth. 15. a. Marc. 7. b
29 c Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam, &c. 1. Corinth. 1. c
33 c Vbi sapiens? Vbi scriba? 1. Corin. 1. c
40 a Vox clamantis in deserto. Matth 3. a. Marc. 1. a. Luc. 3. a. Ioan. 1. c
40 b Omnis caro fœnum 1. Petr. 1. d. Iaco. 1. d
40 d Quis enim cognouit sensum domini? aut quis instruxit cum? 1. Cor. 2. d
40 d Quis enim cognouit sensum domini? aut quis consiliarius eius fuit? Rom. 11. d
41 b. 44. a Ego sum primus & nouissimus. Apoc. 1. d. & 22. c
42 a Ecce puer meus, quem elegi. Matt. 12. b
42 c Ecce noua facio omnia. Apocalyp. 21. b. 2. Corint. 5. d
45 d Viuo ego dicit dominus, quoniam mihi flectetur omne genu. Rom. 14. b
45 b Nunquid dicit figmentum. Rom. 9. d
49 b Posui te in lucem gentium. Acto. 13. g
49 c Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis. 2. Corinth. 6. a
49 e Non esurient, neque sitient. Apoc. 7. d
50 c Tunc expuerunt in faciem eius. Matt. 26. g
52 b Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem. Rom. 10. c
52 d Propter quod exite de medio eorum, & separamini, &c. 2. Corin. 6. d
52 b Nomen dei per vos blasph. Rom. 2. d
52 d Quibus non est annuntiatum de eo, videbunt. Rom. 15. e
53 a Domine quis credidit auditui nostro? Rom. 10. c. Ioan. 12. f
53 b Ipse infirmitates nostras. Matth. 8. c
53 c Tanquam ouis ad occisionem. Act. 8. f
53 d Et cum iniquis reputatus est. Marc. 15. c. Luc. 22. d
53 c Qui peccatum non fecit. 1. Petr. 2. d. 1. Ioan. 3. a
53 c Qui peccata nostra pertulit. 1. Petr. 2. d
54 a Lætare sterilis, quæ non paris. Galat. 4. d
54 c Et erunt omnes docibiles dei. Ioan. 6. e
55 a Et qui sitit veniat: & qui vult. Apoc. 22. d
55 b Dabo vobis sancta Dauid. Actio. 13. e
56 e Domus mea domus orationis vocabitur. Matt. 21. b. Marc. 11. c. Luc. 19. g
59 b Contritio & infœlicitas in viis. Rom. 3. c
59 c Galeam salutis. Ephes. 6. c. 1. Thess. 5. b
59 d Veniet ex Sion qui eripiat. Rom. 11. d
60 c Et portæ eius non claudentur. Apoc. 21. g
60 d Et ciuitas non eget sole. Apoc. 21. g
60 d Nox vltra non erit. Apoc. 22. a
61 a Spiritus domini super me. Luc. 4. c
62 d Dicite filiæ Sion, Ecce Rex. Matth. 21. a
64 b Quod oculus non vidit, nec. 1. Cor. 2. b
65 a Inuentus sum à non quærentibus. Rom. 10. d
65 a Tota die expandi manus meas. Rom. 10. d
65 c Nouos verò cœlos & nouam terram. 2. Petr. 3. c. Apocalyp. 21. a
66 a Cœlum mihi sedes est. Acto. 7. f
66 g Vbi vermis eorum non moritur. Mar. 9. g

IEREM.

7 b Vos autem fecistis illam, speluncam latronum. Matt. 21. b. Marc. 11. c. Luc. 19. g
9 g Qui gloriatur, in domino glorietur. 1. Corin. 1. d. 2. Corinth. 10. d
10 a Quis non timebit te domine. Apoc. 15. b
15 d Ego sum scrutans renes. Apoc. 2. f
31 c Vox in Rama audita est. Matth. 2. d
31 a Ero vobis patrem, & vos. 2. Corinth. 6. d
31 e Ecce dies venient, dicit dominus, & consummabo super domum Israel. Hebr. 8. c
31 f Hoc autem testamentum quod testabor ad illos, &c. Dabo leges meas. Hebr. 10. c.
51 a Cecidit cecidit Babylon mag. Apoc. 18. a.

EZECH.

3 a Accipe librum, & deuora illum. Apoc. 10. d.
30 b Qui fecerit homo, viuet in ea. Rom. 10. b.
32 b Sol obscurabitur, & luna non. Matth. 24. c.
36 e Nomen dei per vos blasphematur. Rom. 2. d

DANIEL.

9 g Cùm videritis abominationem desolationis. Mat. 24. b. Marc. 13. b. Luc. 21. d.

OSEE.

1 d Et erit in loco, vbi dictum est eis. Rom. 9. c.
2 d Vocabo non plebem. Rom. 9. c. 1. Petr. 2. b.
6 c. Misericordiam volo, & non. Matt. 9. b. 12. a.
10 b Tunc incipient dicere montibus. Luc. 23. d.
11 a Ex Aegypto vocaui filium meum. Matth. 2. c.
13 d Absorpta est mors in 1. Corinth. 15. g.

IOEL.

2 g Et erit in nouissimis diebus. Act. 2. c.
2 g Omnis enim quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Rom. 10. c.

AMOS.

5 g Nunquid victimas & hostias. Act. 7. c.
6 a Væ vobis diuitibus. Luc. 6. d.
9 c Post hæc reuertar, & reædificabo tabernaculum Dauid. Act. 15. c.

IONAS.

2 a Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus, &c. Matth. 12. c. Luc. 11. b.
3 b Pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionę. Matt. 12. d. Luc. 11. c.

MICHAE.

5 a Et tu Bethleem terra Iuda. Matth. 2. a
7 b Veni separare hominem aduersus patrem suum, & filiam, &c. Matt. 10. d. Luc. 12. g

AGGAE.

2 b Adhuc semel, & ego mouebo. Hebr. 12. g.

HABAC.

1 b Videte contemptores, & admiramini, & disperdimini: quia opus. Acto. 13. f
2 a Iustus autem ex fide viuit Rom. 1. c. Galat. 3. b

NAHVM.

1 d Quàm speciosi pedes euangeliz. Rom. 10. c.

ZACHAR.

8 c Loquimini veritatem vnus. Ephes. 4. f.
9 b Ecce rex tuus venit. Matth. 21. a. Ioan. 12. b
11 c Et acceperunt triginta. Matth. 27. a.
12 c Videbunt in quem compunxerunt. Ioan. 19 g.
13 c Percutiam pastorem. Matth. 26. c. Marc. 14. b.

MALACH.

1 a Iacob dilexi, Esau autem odio. Rom. 9. c
3 a Ecce ego mitto angelum meum. Matt. 11. b. Marc. 1. a. Luc. 7. d. Ioan. 1. c.
4 b Ipse est Elias qui venturus erat. Matt. 11. b.
4 b Quid est quod scribæ dicunt, quòd Eliam oporteat, &c. Matt. 17. b. Marc. b
4 b Vt conuertat corda patrum. Luc. 1.

INDEX ALTER, IN QVO ITIDEM NOVI TESTAMENTI TESTIMONIÆ EX VETERI excerpta annotantur, si non ad verbum, certè iuxta sententiam, ex quorum collatione cum iis à quibus videntur desumpta, non parum lucis accedet Christianis lectoribus.

GENESIS.

1 a Fide intelligimus aptata esse. Hebr. 11. a.
1 a Cœli erant prius & terra de aqua 2. Petr. 3 b.
1 d Bene omnia fecit, Mar. 7. d.
1 d Adam primus formatus est. 1. Tim. 2. d.
2 d Non enim vir ex muliere. 1. Corinth. 11. a.
3 a Serpens seduxit Heuam astutia. 2. Cor. 11. a.
3 b Adam non est seductus. 1. Timoth. 2. d.
4 a Fide plurimam hostiam Abel quam. Heb. 11. a.
4 b A sanguine Abel iusti. Matth. 23. d,
4 b Non sicut Cain qui ex maligno. 1. Ioan. 3. b.
4 b Væ illis qui in via Cain. Iudæ epist. d.
5 c Fide, Enoch translatus est Hebr. 11. a.
6 c Quando expectabant dei. 1. Petr. 3. d.
6 c Fide, Noe responso accepto. Hebr. 11. b.
7 a Octauum Noe iustitiæ præconem. 2. Petr. 2. b.
7 b Sicut in diebus ante diluuium Matt. 24. d.
9 a Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt. Matth. 26. e. Apoc. 13. c.
12 a Fide, qui vocatur Abraham. Hebr. 11. b
14 d Hic enim Melchisedech, rex. Hebr. 7. a.
16 d Abraham filium habuit de ancilla. Galat. 4. c
17 Et signum accepit circunci. Rom. 4. b. Acto. 7. a
18 a Fide, & ipsa Sara sterilis. Heb. 11. c
18 b Sicut Sara obediebat Abrahæ. 1. Petr. 3. a
19 b Euertit ciuitates Sodomorum. 2. Petr. 2. b
19 e Sicut Sodoma & Gomorrha Iudæ epist. c.
19 c Memores esto te vxoris Lot. Luc. 17. g.
19 e Sicut factum est in diebus Lot. Luc. 17. f.
21 a Abraham habuit filium de libera. Galat. 4. c.
22 a Fide obtulit Abraham Isaac. Heb. 11. d
22 b Offert Abraham filium Isaac super Iaco. 2. d
22 c Sicut locutus est ad patres, &c. Iuc. 1. e
25 c Rebecca ex vno concubitu. Rom. 9. b
25 d Ne quis fornicator aut proph. Heb. 12. d.
27 d Fide, & de futuris benedixit. Heb 11. d
48 c Fide, Iacob Moriens, singulos. Hebr. 11. d.
49 b Quem scripsit Moyses in lege. Ioan. 1. g
50 d Fide, Ioseph moriens, de profecti. Heb. 11. d.

EXOD.

2 a Fide, Moyses natus, occultatus. Hebr. 11. d
2 b Fide, Moyses grandis factus. Hebr. 11. e.
2 b Cum vidisset Moyses quendam. Act. 7. c.
3 a Expletis annis quadraginta. Act. 7. d
12 d Fide, celebrauit pascha. Hebr. 11. e
14 e Omnes in Moyse baptizati. 1. Cor. 10. a.
14 e Fide, transierunt mare rubrum. Heb. 11. e
16 c Patres vestri manducauerunt. Ioan. 6. e
16 d Panem de cœlo dedit eis. Ioan. 6. d
16 Omnes eandem escam spirit. 1. Corin. 10. a
17 d Bibebant de spirituali. 1. Corin. 10. a
19 b Et si bestia tetigerit montem. Heb. 12. e.
19 c Gens sancta, populus acquisitionis. 1. Petr. 2. b
20 b Non periurabis. Matth. 5. e
20 c Non homicidium facies. Matt. 19. c
20 c Non enim accessistis ad tract. Hebr. 12. e.
24 c Lecto omni mandato legis. Hebr. 9. e
26 a. 36 a Tabernaculum factum est. Heb. 9. a.
32 b Neque idololatræ efficiamini. 1. Cor. 10. b

LEVIT.

12 a In Sabbatho circunciditis. Ioan. 7. e
12 a Postquam impleti sunt dies octo. Luc. 2. c
12 a Postquam impleti sunt dies. Luc. 2. d
12 c Vt darent hostiam secundum quod. Luc. 2. d.
14 a Offer munus tuum quod præcepit Moyses, &c. Matt. 8. a. Marc. 1. Luc. 5. c
16 d Omnis multitudo populi erat. Luc. 1. a
16 e Si enim sanguis hircorum. Heb. 9. d
19 c Nolite in personarum accep. Iacob. 2. a. b
19 d Si peccauerit in te. Matt. 18. b. Luc. 17. a
20 a In lege Moyses mandauit. Ioan. 8. a

NVMER.

8 c Omne masculinum adaperiens. Luc. 2. d
9 d Patres nostri omnes sub nube. 1. Cor. 10. a
11 b Panem de cœlo dedit eis mand. Ioan. 6. d
12 b Sicut & Moyses in omni domo. Heb. 3. a

14 f Cadauera

Universidad de Deusto
Biblioteca

14 f Cadauera filiorum Israel prostra. Heb. 3. d.
14 f Neque murmuraueritis. 1. Corin. 10. c.
16 a In contradictione Core. Iudæ epist. d.
19 a Quorum enim animalium sanguis Hebr. 13. b.
29 b Bibebant autem de spirituali. 1. Corin. 10. a.
21 b Neque tentemus Christum. 1 Corin. 10. b.
21 e Sicut Moyses exaltauit serpentem. Ioan. 3. b.
22 d Animal mutum subiugale. 2. Petr. 2. c.
22 d Errore Balaam mercede effusi sunt. Iudæ epist. d.
1. Petr. 2. c.
24 c Balaam docebat Balac mittere. Apoc. 2. d.
25 b Neque fornicemur sicut. 1. Corin. 10. b
26 g Prostrati sunt in deserto. 1. Corinth. 10. b.
28 a Sabbathis sacerdotes in temp. Matt. 12. a

DEVTERON.

1 c. 16 d Nolite in personarum. Iacob. 2. a. b.
5 b Non periurabis. Matt. 5. e.
10 d Non est acceptio personarum apud deum. Rom 2.
b. Act. 10. e. Coloss 3. d. Ephe. 6. b. 1. Petr. 1. c.
17 b Irritam quis faciens legem Moysi. Hebr. 10. c.
18 a Nescitis quoniam quian sacr. 1. Corin. 9. b.
24 a Quicunque dimiserit vxorem suam, det ei libellũ.
Matth. 5. c. 19 b. Marc. 10. b.

IOSVE.

2 a Similiter & Rahab meretrix. Iacob. 2. d
6 c Fide, muri Iericho corruerunt. Hebr. 11. e.
6 d Fide, Rahab meretrix non periit Heb. 11. f.

REGVM I.

21 b Non legistis quid fecerit Dauid quando esuriit.
Matt. 12. a. Marc. 2. d. Luc. 6. a.

REGVM III.

2 b Liceat audenter dicere ad. Act. 2. e. 13. e.
10 a Regina Austri venit. Matt. 12. d. Luc. 11. d.
17 a In diebus Eliæ clausum est cœlum. Luc. 4. d.
17 a Elias homo erat similis nobis. Iaco. 5. d.

REGVM IIII.

4 e Neminem per viam salutaueritis. Luc. 10. a.
5 d Multi leprosi erant in Israel. Luc. 4. e.

I. PARALIP.

23 b Nec quisquam sumit sibi honorem. Heb. 5. b.

IOB.

1 d Nihil intulimus in hunc mundum. 1. Tim. 6. b.
5 c Beatus vir qui suffert tentationem. Iacob. 1. b.
34 b Non est personarum acceptor deus. Act. 10. e.

DAVID.

40 c Filius hominis vadit, sicut scriptum est. Matth. 26.
b. Marc. 14. b. Luc. 22. b.
131 a Petiit Dauid vt inueniret. Acto. 7 f.

PROVER.

11 d Si iustus vix saluabitur. 1. Petr. 4. d.
17 d Sit autem omnis homo velox. Iacob. 1. c.
20 b Si dixerimus quia peccatum. 1. Ioan. 1. d.
24 c Nolite in personarum acceptione. Iaco. 2. a.
25 a Cùm vocatus fueris ad prandium. Luc. 14. c.

ISAIAS.

8 c Ecce positus est hic in ruinam &c. Luc. 2. e.
13 b Statim post tribulationem dierum illorum sol.
Matt. 25. c. Marc. 13. c. Luc. 21. e.
41 b Suscepit Israel puerum suum. Luc. 1. e.
54 a Beatæ steriles, & ventres qui Luc. 23. d.
58 b Esurtiui, & dedistis mihi man. Mat. 25. c.
63 a Et vestitus erat veste aspersa. Apoc. 19. c.

IEREM.

2 d Homo erat paterfamilias qui plantauit vineam.
Matth. 21. d. Marc. 12. a. Luc. 20. b
18 a Nunquid dicit figmentum ei qui. Rom 9. d.

EZECH.

3 e Et cùm consummati fuerint. Apoc. 20. c
12 f Vbi est promissio aut aduent. 2. Petr. 3. b.
18 b Esuriui, & dedistis mihi man. Matt. 25. c.

DANIEL.

7 c Et erat numerus eorum millia. Apoc. 5. d.
12 c Et angelus quem vidi stantem. Apoc. 10. b.

IOEL.

3 c Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum.
Matth. 24. c. Marc. 13. c. Luc. 21. e.

MICHAE.

2 c Non habemus hîc manentem. Hebr. 13. c.
4 c Regnabit in domo Iacob. Luc. 1. c.

FINIS.

Epistola sancti Hieronymi ad Paulinum
PRESBYTERVM DE OMNIBVS
diuinæ historiæ libris.

FRATER AMBROSIVS tua mihi munuscula perferens, detulit simul & suauissimas literas, quę à principio amicitiarum, fidem probatæ iam fidei, & veteris amicitiæ præferebant. Vera enim illa necessitudo est, & Christi glutino copulata, quam non vtilitas rei familiaris, nõ præsentia tantùm corporum, non subdola & palpans adulatio, sed dei timor, & diuinarum scripturarum studia conciliant. Legimus in veteribus historiis, quosdam lustrasse prouincias, nouos adiisse populos, maria transisse, vt eos quos ex libris nouerant, coràm quoque viderent. Sic Pythagoras Memphiticos vates, sic Plato Ægyptum, & Archytam Tarentinum, eámque oram Italiæ, quæ quondam magna Græcia dicebatur, laboriosissimè peragrauit: vt qui Athenis magister erat, & potens, cuiúsque doctrinam Academiæ gymnasia personabant, fieret peregrinus, atque discipulus: malens aliena verecundè discere, quàm sua impudenter ingerere. Denique cùm literas quasi toto orbe fugientes persequitur, captus à piratis atque venundatus, etiam tyranno crudelissimo paruit captiuus, vinctus, & seruus: tamen quia philosophus, maior ementе se fuit. Ad Titum Liuium, lacteo eloquentiæ fonte manentem, de vltimis Hispaniæ Galliarúmque finibus quosdam venisse nobiles legimus: & quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus seculis celebrandúmque miraculum, vt vrbem tantam ingressi, aliud extra vrbem quærerent. Appolonius, siue ille magus (vt vulgus loquitur) siue philosophus, vt Pythagorici tradunt, intrauit Persas, pertransiuit Caucasum, Albanos, Scythas, Massagetas, opulentissima Indiæ regna penetrauit: & ad extremum, latissimo Phison amne transmisso, peruenit ad Brachmanas, vt Hiarchã in throno sedentem aureo, & de Tantali fonte potantem, inter paucos discipulos, de natura, de motibus siderum, ac dierũ cursu, audiret docentem. Inde per Elamitas, Babylonios, Chaldæos, Medos, Assyrios, Parthos, Syros, Phœnices, Arabes, Palæstinos, reuersus Alexandriam, perrexit Æthiopiam, vt Gymnosophistas, & famosissimam Solis mensam videret in sabulo. Inuenit ille vir vbique quod disceret, & semper proficiens, semper se melior fieret. Scripsit super hoc plenissimè octo voluminibus Philostratus. Quid loquar de seculi hominibus, cùm Apostolus Paulus vas electionis, & magister gentium, qui de conscientia tanti in se hospitis loquebatur: An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus? post Damascum Arabiámque lustratam, ascendit Ierosolymam: vt videret Petrum, & manserit apud eum diebus quindecim. Hoc enim mysterio hebdomadis & ogdoadis, futurus gentium prædicator instruendus erat. Rursúmque post annos quatuordecim, assumpto Barnaba & Tito, exposuerit Apostolis euangelium: ne forte in vacuum curreret, aut cucurrisset. Habet enim nescio quid latentis energiæ viua vox, & in aures discipuli de authoris ore transfusa, fortius sonat. Vnde & Æschines cum Rhodi exularet, & legeretur illa Demostenis oratio, quam aduersus eum habuerat, mirantibus cunctis atque laudantibus, suspirans ait: Quid si ipsam audissetis bestiam suam verba resonantem? Hęc non dico, quòd sit aliquid in me tale, quod vel possis à me audire, vel discere velis: sed quòd ardor tuus & discendi studium, etiam absque nobis per se probari debeat. Ingenium docile, & sine do-

Act. 9. e. 1. Ti. 1. c. 2. Co. 13. d. Gala. 1. d.

Gala. 1. d.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctore laudabile est. Non quid inuenias, sed quid quæras, consideramus. Mollis cera, & ad formandum facilis, etiam si artificis & plastæ cessent manus tamen virtute totum est, quicquid esse potest. Paulus Apostolus ad pedes Gamalielis legem Moysi & prophetas didicisse se gloriatur: vt armatus spiritualibus telis, postea diceret confidenter: Arma nostræ militiæ, non carnalia sunt: sed potentia deo, ad destructionem munitionum, & consilia destruentes, & omnem altitudinem extolentem se aduersus scientiam dei: & captiuantes omnem intellectum ad obediendum Christo: & parati subiugare omnem inobedientiam. Ad Timotheum scribit ab infantia sacris literis eruditum, & hortatur ad studium lectionis, ne negligat gratiam quæ data sit ei per impositionem manus presbyterij. Tito præcipit, vt inter cæteras virtutes episcopi, quem breui sermone depinxit, scientiam quoque non negligat scripturarum, obtinentem, inquit, eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem: vt potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes reuincere. Sancta quippe rusticitas solùm sibi prodest: & quantum ædificat ex vitæ merito Ecclesiam Christi, tantùm nocet si destruĕtibus non resistat. Malachias Propheta, imò per Malachiam dominus, interrogauit Sacerdotes legem. Intantum Sacerdotis officium est, interrogatum respondere de lege. Et in Deuteronomio legimus: interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: senìores tuos, & dicent tibi. In psalmo quoque centesimo decimooctauo: Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Et in descriptione iusti viri, cùm eum Dauid arbori vitæ, quæ est in Paradiso, compararet, inter cæteras virtutes hoc etiam intulit: In lege domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Daniel in fine sacratissimæ visionis ait iustos fulgere quasi stellas: & intelligentes, id est doctos, quasi firmamentum. Vides quantum inter se distant, iusta rusticitas, & docta iustitia? Alij stellis, alij cælo comparantur. Quanquam iuxta Hebraicam veritatem, vtrunque de eruditis possit intelligi. Ita enim apud eos legimus: Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Cur dicitur Paulus apostolus vas electionis? Nempe quia vas legis, & scripturarum sanctarum erat armarium. Pharisæi stupent in domini doctrina, & mirantur in Petro & Ioanne quomodo legem sciant, cum literas non didicerint. Quicquid enim alliis exercitatio & quotidiana in lege meditatio tribuere solet, illis hoc Spiritus sanctus suggerebat. Et erant, iuxta quod scriptum est, θεοδίδακτοι, id est docibiles deo. Duodecim annos Saluator impleuerat, & in templo senes de quæstionibus legis interrogans, magis docet, dum prudenter interrogat, Nisi forte rusticum Petrum, rusticum Ioannem dicimus, quorum vterque dicere poterat, Etsi imperitus sermone, non tamen scientia. Ioannes rusticus, piscator, indoctus. Et vnde illa vox obsecro? In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum? Λόγος enim Græcè multa significat. Nam & verbum est, & ratio, & supputatio, & causa vniuscuiusque rei, per quam sunt singula quæ subsistunt: quæ vniuersa rectè intelligimus in Christo. Hoc doctus Plato nesciuit, hoc Demosthenes eloquens ignorauit. Perdam, inquit, sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Vera sapientia perdet falsam sapientiam: & quanquam stultitia prædicationis in cruce sit, tamen Paulus sapientiam loquitur inter perfectos. Sapientiam autem non seculi istius, quæ destruitur: nec principum huius seculi: sed loquitur dei sapientiam in mysterio absconditam, quam prædestinauit deus ante secula. Dei sapientia Christus est. Christus enim dei virtus, & dei sapientia. Hæc sapientia in mysterio absconditа est: de qua & noni psalmi titulus prænotatur, Pro occultis filij: in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ dei absconditi. Et qui in mysterio absconditus erat, prædestinatus est ante secula: prædestinatus autem & præfiguratus in lege & prophetis.

Act.22.a. 2.Cori.10.b. 2.Tim.3.d. 1.Ti.4.d. Tit.1.b. Mala.2.b. Deut.17.b. Psal.1.a Dani.12.b. Act.9.c. Mat.7.d. Luc.2.g. Acto.4.c. Ioan.6.f. Luc.2.f. 2.Cor.11.b. Ioan.1.a Abdi.1.c. Isa.29.c 1.Cor.1.c. 1.Cor.2.b. Colo.2.a

phetis. Vnde & Prophetæ appellabantur Videntes: quia videbant eum, quem cæteri non videbant. Abraham vidit diem eius, & lætatus est. Aperiebantur cœli Ezechieli, qui populo peccatori clausi erant. Reuela, inquit Dauid, oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Lex enim spiritalis est, & reuelatione opus est vt intelligatur, ac reuelata facie dei gloriam contemplemur. Liber in Apocalypsi septem sigillis signatus ostenditur: quem si dederis homini scienti literas, vt legat, respondebit tibi: Non possum: signatus est enim. Quanti hodie putant se nosse literas? & tenent signatum librum, nec aperire possunt, nisi ille reseraverit qui habet clauem Dauid: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. In actibus Apostolorum sanctus eunuchus, imò sanctus vir (sic enim eum sancta scriptura cognominat) cùm legeret Isaiam prophetam, interrogatus à Philippo: Putásne intelligis quæ legis? respondit: Quomodo possum, nisi aliquis me docuerit? Ego (vt de me loquar interim) nec sanctior sum hoc eunucho, nec studiosior, qui de Æthiopia, id est de extremis finibus mundi, venit ad templum, reliquit aulam regiam, & tantus amator legis fuit diuinæ, atque scientiæ, vt etiam in vehiculo literas legeret sacras. Et tamen cùm librum teneret, & verba domini cogitatione conciperet, lingua volueret, labiis personaret, ignorabat eum quem in libro nescius venerabatur. Venit Philippus, ostendit ei Iesum, qui clausus latebat in litera. O mira doctoris virtus. Eadem hora credit eunuchus, baptizatur, fidelis & sanctus magister efficitur de discipulo: plús in deserto fonte Ecclesiæ, quàm in aurato synagogæ templo reperit. Hæc à me perstricta sunt breuiter: neque enim epistolaris angustia euagari longius patiebatur: vt intelligeres, te in scripturis sacris sine præuio & monstrante semitam non posse ingredi. Taceo de grammaticis, rhetoribus, philosophis, geometris, dialecticis, musicis, astronomis, astrologis, medicis, quorum scientia mortalibus vel vtilissima est, & in tres partes scinditur, τὸ διόγμα, τῷ μεθοδικῷ, τῷ ἐμπειρίᾳ. id est in doctrinam, rationem, & vsum. Ad minores artes veniam, & quæ non tam lingua, quàm manu administrantur. Agricolæ, cæmentarij, fabri mettalorum, lignorúmque cæsores, lanarij quoque & fullones, & cæteri qui variam supellectilem & vilia opuscula fabricant, absque doctore esse non possunt quod cupiunt. Quod medicorum est promittunt medici, tractant fabrilia fabri. Sola scripturarum ars est, quam sibi passim omnes vendicant. Scribimus indocti doctíque poemata passim. Hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hanc vniuersi præsumunt, lacerant, docent antequam discant. Alij adducto supercilio grandia verba trutinantes, inter mulierculas de sacris literis philosophãtur. Alij discunt, proh pudor, à fœminis, quod viros doceant: & ne parum hoc sit, quadam facilitate verborum, imô audacia, edisserunt aliis, quod ipsi non intelligunt. Taceo de mei similibus, qui si forte ad scripturas sanctas post seculares literas venerint, & sermone composito aures populi mulserint, quicquid dixerint, hoc legem dei putant: nec scire dignantur quid Prophetæ, quid Apostoli senserint: sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia, quasi grande sit, & non vitiosissimum docendi genus, deprauare sententias, & ad voluntatem suam, scripturam trahere repugnantem. Quasi non legerimus Homerocentonas & Virgiliocentonas, ac non sic etiam & Maronem sine Christo possimus dicere Christianum, quia scripserit: Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna. Iam noua progenies cœlo demittitur alto. Et patrem loquentem ad filium: Nate, meæ vires mea magna potentia solus. Et pòst verba Saluatoris in cruce: Talia perstabat memorans, fixúsque manebat. Puerilia sunt hæc, & circulatorum ludo similia, docere quod ignores: imò vt cum stomacho loquar, ne hoc quidem scire, quod nescias. Videlicet manifestissima est Genesis, in qua de creatura mundi, de exordio generis humani, de diuisione terræ, de confusione linguarum & gentium, vsque ad exitum scribitur Hebræorum. Patet

Ioan.8.g. Ezech.1.a Psal.118.a Rom.7.c 1.Cor.3.d Apoc.5.a Isa.29.d Apoc.3.b Act.8.c

Artes liberales.

Artes mechanicæ.

Horat. lib. 2.epist.1. Persius sat.1.

Hæc animaduertĕ neoterici.

Virgilius ecloga 4.

Aeneid. 7. Aeneid.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exodus. Exodus cum decem plagis, cum decalogo, cum mysticis diuinísque præceptis.
Leuiticus. In promptu est Leuiticus liber, in quo singula sacrificia, imò singulæ penè syllabæ,
Numeri. & vestes Aaron, & totus ordo Leuiticus spirant cœlestia sacramenta. Numeri
verò nónne totius arithmeticæ, & prophetiæ Balaam, & quadragintaduarum
Deutero-nomium. mansionem per eremum, mysteria continent? Deuteronomium verò secunda
lex, & euangelicæ legis præfiguratio, nónne sic ea habet quæ priora sunt, vt tamen
1.Cor.14.d noua sint omnia de veteribus? Hucusque Moyses, hucusque Pentateuchus, qui-
Iob. bus quinque verbis loqui se velle Apostolus in Ecclesia gloriatur. Iob exemplar
patientiæ, quæ non mysteria suo sermone complectitur? Prosa incipit, versu labi-
tur, pedestri sermone finitur, omnésque leges dialecticæ, propositione, assumptio-
ne, confirmatione, conclusione determinat. Singula in eo verba plena sunt sen-
Iob.19.b sibus: & vt de cæteris sileam, resurrectionem corporum sic prophetat, vt nullus
de ea vel manifestius vel cautius scripserit. Scio, inquit, quòd redemptor meus
viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circundabor pelle
mea, & in carne mea videbo deum, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei con-
Iosue. specturi sunt, & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Veniam ad Ie-
sum Naue, qui typum domini non solùm in gestis, verùm etiam in nomine præ-
fert. Transit Iordanem, hostium regna subuertit, diuidit terram victori populo,
& per singulas vrbes, viculos, montes, flumina, torrentes, atque confinia, ecclesiæ
Iudicum. cœlestísque Ierusalem spiritalia regna describit. In Iudicum libro, quot principes
Ruth. populi, tot figuræ sunt. Ruth Moabitis Isaiæ explet vaticinium, dicentis: Emitte
agnum domine dominatorem terræ, de petra deserti ad montem filiæ Sion. Sa-
Regũ.1.2. muel in Heli mortuo, & in occiso Saul, veterem legem abolitam monstrat: por-
Regũ 3. 4. rò in Sadoch, atque Dauid, noui sacerdotij nouísque imperij sacramenta testatur.
Malachim, id est, tertius & quartus Regum liber, à Salomone vsque ad Iechoniã,
& ab Ieroboam filio Nabath vsque ad Osee, qui ductus est in Assyrios, regnum
Iuda, & regnum describit Israel. Si Historiam respicias, verba simplicia sunt: si in
literis sensum latentem inspexeris, ecclesiæ paucitas, & hæreticorum contra ec-
clesiam bella narrantur. Duodecim prophetæ in vnius voluminis angustias co-
Osee. arctati, multò aliud quàm sonant in litera, præfigurant. Osee crebrò nominat E-
phraim, Samariam, Ioseph, Iezrael, & vxorem fornicariam, & fornicationis filios,
& adulteram cubiculo clausam mariti multo tempore sedere viduam, & sub ve-
Ioel ste lugubri, mariti ad se reditum præstolari. Ioel filius Phatuel, describit terram
duodecim tribuum, eruca, brucho, locusta, rubigine vastante consumptam: &
post euersionem prioris populi, effusum iri Spiritum sanctum super seruos Dei,
& ancillas, id est, super centum viginti credentium nomina, & effusum iri in cœ-
naculo Sion. Qui centum viginti ab vno vsque ad quindecim, & paulatim & per
incrementa surgentes, quindecim graduum numerum efficiunt, qui in psalterio
Amos. mysticè continentur. Amos pastor, & rusticus, & ruborum mora destringens,
paucis verbis explicari non potest. Quis enim dignè exprimat tria & quatuor
scelera Damasci, & Gazæ, Tyri & Idumææ, & filiorum Ammon & Moab, & in
septimo & octauo gradu Iudæ & Israel? Hic loquitur ad vaccas pingues quæ
sunt in Samariæ monte, & ruituram domum maiorem minorémque testatur.
Ipse cernit fictorem locustæ, & stantem dominum super murum litum vel ada-
mantinum, & vncinum pomorum, attrahentem supplicia peccatoribus, & famem
Abdias. in terra, non famem panis, nec sitim aquæ, sed audiendi verbum dei. Abdias, qui
interpretatur seruus domini, pertonat contra Edom, sanguinem terrenúmque
Ionas. hominem fratris quoque Iacob semper æmulum, hasta percutit spiritali. Ionas
pulcherrima columba, naufragio suo passionem domini præfigurans, mun-
dum ad pœnitentiam reuocat, & sub nomine Niniue, gentibus salutem nuntiat.
Michæas. Michæas de Morasthi, cohæres Christi, vastationem annuntiat filiæ latronis, &
obsidionem

obsidionem ponit contra eam, quia maxillam percusserit iudicis Israel. Nahum Nahum.
consolator orbis, increpat ciuitatem sanguinum, & post euersionem illius loqui- Habacuc.
tur: Ecce super montes pedes euangelizantis & annunciantis pacem. Habacuc
luctator fortis & rigidus, stat super custodiam suam, & figit gradum super muni-
tionem, vt Christum in cruce contempletur, & dicat: Operuit cœlos gloria eius,
& laudis eius plena est terra. Splendor eius vt lux erit: cornua in manibus eius: ibi
abscondita est fortitudo eius. Sophonias speculator, & arcanorum dei cognitor, Sophonias
audit clamorem à porta piscium, & eiulatum à secunda, & contritionem à colli-
bus. Incidit quoque vlulatum habitatoribus Pilæ, quia conticuit omnis populus Aggæus.
Chanaan, disperierunt vniuersi qui inuoluti erant argento. Aggæus festiuus &
lætus, qui seminauit in lachrymis, vt in gaudio meteret, destructum templum re-
ædificat, deúmque patrem inducit loquentem: Adhuc vnum modicum, & ego
commouebo cœlum & terram, & mare & aridam, & mouebo omnes gentes,
& veniet desideratus cunctis gentibus. Zacharias memor domini sui, multiplex Zacharias.
in prophetia, Iesum vestibus sordidis indutum, & lapidem oculorum septem,
candelabrúmque aureum cum totidem lucernis quot oculis, duas quoque oli-
uas à sinistris lampadis cernit, & à dextris, vt post equos rufos, varios, nigros, &
albos, & dissipatas quadrigas ex Ephraim, & equum de Ierusalem, pauperem Re-
gem vaticinetur, & prædicet Regem sedentem super pullum filium asinæ subiu- Malachi.
galis. Malachias apertè & in fine omnium prophetarum de abiectione Israel, &
vocatione gentium: Non est mihi, ait, voluntas in vobis, dicit dominus exerci-
tuum, & munus non suscipiam de manu vestra: Ab ortu enim solis vsque ad oc-
casum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & of- Isaias.
fertur nomini meo oblatio munda. Isaiam, Ieremiam, Ezechielem, & Danielem,
quis potest vel intelligere, vel exponere? Quorum primus non prophetiam vide- Ieremias.
tur mihi texere, sed euangelium. Secundus virgam nuceam, & ollam succensam
à facie aquilonis, & pardum spoliatum suis coloribus, & quadruplex diuersis me- Ezechiel.
tris nectit alphabetum. Tertius principia & finem tantis habet obscuritatibus
inuoluta, vt apud Hebræos ipsæ partes cum exordio Geneseos, ante annos tri- Daniel.
ginta non legantur. Quartus verò, qui & extremus inter quatuor prophetas,
temporum conscius, & totius mundi philoistor, lapidem præcisum de monte Dauid
sine manibus, & regna omnia subuertentem, claro sermone pronunciat. Dauid Psalter.
Simonides noster, Pindarus, & Alcæus, Flaccus quoque, Catullus atque Serenus,
Christum lyra personat, & in decachordo psalterio ab inferis excitat resurgen-
tem. Salomon pacificus & amabilis domini, mores corrigit, naturam docet, ec- Prouerbia
clesiam iungit & Christum, sanctarúmque nuptiarum dulce canit epithalamium. Ecclesiast.
Esther in ecclesiæ typo populum liberat de periculo, & interfecto Haman, qui Cantica.
interpretatur iniquitas, partes conuiuij & diem celebrem mittit in posteros. Pa- Esther.
ralipomenon liber instrumenti veteris ἐπιτομή id est, epitome, tantus ac talis est, vt Paralipo-
absque illo si quis scientiam in scripturarum sibi voluerit arrogare, se ipsum irri- menon.
deat. Per singula quippe nomina, iuncturásque verborum, & prætermissæ in Re-
gum libris tanguntur historiæ, & innumerabiles explicantur euangelij quæstio- Esdras.
nes. Esdras & Nehemias, adiutor videlicet & consolator à domino, in vno vo- Nehemi.
lumine coarctantur: instaurant templum, muros extruunt ciuitatis, omnísque il-
la turba populi redeuntis in patriam, & descriptio sacerdotum, Leuitarum, Israe-
lis, proselytorum, ac per singulas familias murorum & turrium opera diuisa, aliud
in cortice præferunt, aliud in medulla retinent. Cernis me scripturarum amore
raptum, excessisse modum epistolæ, & tamen non impleſse quod volui. Audiui- Psal.118.
mus tantùm quid nosse, quid cupere debeamus, vt & nos quoque possimus di-
cere: Concupit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Cæ-
terùm illud Socraticum impletur in nobis: Hoc tantùm scio, quod nescio. Tan-
gam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matthæus. Marcus. Lucas. Ioannes.

gam & nouum breuiter teſtamentum. Matthæus, Marcus, Lucas, & Ioannes, quadriga domini, & verum Cherub, quod interpretatur ſcientiæ plenitudo, per totum corpus oculati ſunt, ſcintilæ emicant, diſcurrunt fulgura, pedes habent rectos, & in ſublime tendentes, terga pennata, & vbique volitantia, tenent ſe mutuò, ſibique perplexi ſunt, & quaſi rota in rota voluuntur, & pergunt quocunque eos flatus Spiritus ſancti perduxerit. Paulus Apoſtolus ad ſeptem ſcribit eccleſias, (octaua enim ad Hebræos, à pleriſque extra numerum ponitur) Timotheum inſtruit & Titum, & Philemonem pro fugitiuo famulo deprecatur: ſuper quo melius tacere puto, quàm pauca ſcribere. Actus Apoſtolorum nudam quidem videntur ſonare hiſtoriam, & naſcentis eccleſiæ infantiam texere: ſed ſi nouerimus ſcriptorem eorum Lucam eſſe medicum, cuius laus eſt in euangelio: animaduertemus pariter omnia verba illius, animæ languentis eſſe medicinam. Iacobus, Petrus, Ioannes Iudas, apoſtoli, ſeptem epiſtolas ediderunt tam myſticas quàm ſuccinctas, & breues pariter & longas: breues in verbis, longas in ſententiis: vt rarus ſit qui non in earum cæcutiat lectione. Apocalypſis Ioannis tot habet ſacramenta, quot verba. Parum dixi, & pro merito voluminis laus omnis inferior eſt: In verbis ſingulis multiplices latent intelligentiæ. Oro te frater chariſsime, inter hæc viuere, iſta meditari, nil aliud noſſe, nihilque aliud quærere, nónne videtur tibi iam hîc in terris regni cœleſtis habitaculum? Nolo offendaris in ſcripturis ſanctis ſimplicitate & quaſi vilitate verborum, quæ vel vitio interpretum, vel de induſtria ſic prolata ſunt, vt ruſticam concionem facilius inſtruerent: & in vna eadémque ſententia aliter doctus, aliter audiret indoctus. Non ſum tam petulans & hebes, vt hæc me noſſe pollicear, & eorum fructus capere in terra, quorum radices in cœlo fixæ ſunt: ſed velle fateor. Sedenti me præfero: magiſtrum renuens, comitem ſpondeo. Petenti datur, pulſanti aperitur, quærens inuenit. Diſcamus in terris, quorum ſcientia nobis perſeueret in cœlo. Obuiis te manibus excipiam, & vt ineptè aliquid ac de Hermagoræ tumiditate effundam, quicquid quæſieris, tecum ſcire conabor. Habes hîc amantiſſimum tui fratrem Euſebium, qui literarum tuarum mihi gratiam duplicauit: referens honeſtatem morum tuorum, contemptum ſeculi, fidem amicitiæ, amorem Chriſti. Nam prudentiam, & eloquij venuſtatem, etiam abſque illo ipſa epiſtola præferebat. Feſtina quæſo te, & hærentis in ſalo nauiculæ, funem magis præſcinde quàm ſolue. Nemo renuntiaturus ſeculo, bene poteſt vendere, quæ contempſit vt venderet. Quicquid in ſumptus de tuo tuleris, pro lucro computa. Antiquum dictum eſt: Auaro tam deeſt quod habet, quàm quod non habet. Credenti, totus mundus diuitiarum eſt: infidelis autem etiam obolo indiget. Sic viuamus, quaſi nil habentes, & omnia poſſidentes. Victus atque veſtitus, diuitiæ Chriſtianorum ſunt. Si habes in poteſtate rem tuam, vende: ſi non habes, proiice. Tollenti tunicam, & pallium relinquendum eſt. Niſi ſcilicet tu ſemper recraſtinans, & diem de die trahens, cautè & pedetentim tuas poſſeſſiunculas vendideris: non habet Chriſtus vnde alat pauperes ſuos. Totum deo dedit, qui ſe obtulit. Apoſtoli tantùm nauem & retia reliquerunt, vidua duo æra miſit in Gazophylacium, & præfertur Crœſi diuitiis. Facilè contemnit omnia, qui ſe ſemper cogitat eſſe moriturum.

Paulus.

Actus Apoſtolorũ.

Iacobus. Petrus. Ioannes. Iudas. Apocalypſis.

Matth. 7. a
Luc. 11. b

2. Cor. 6. b
Matth. 5. f

Matth. 4. c
Marc. 1. b.
Matt. 12. d.
Luc. 21. d.

PRÆFATIO SANCTI HIERONYMI
preſbyteri in Pentateuchon Moyſi.

DEſiderij mei deſideratas accepi epiſtolas, qui quodam præſagio futurorum, cum Daniele ſortitus eſt nomen obſecrantis, vt tranſlatum in Latinam linguam de Hebræo ſermone Pentateuchon, noſtrorum auribus traderem. Periculoſum opus certè, & obtrectatorum meorum latratibus patens, qui me aſſerunt in Septuaginta interpretum ſugillationem, noua pro veteribus cudere: ita ingenium quaſi vinum probantes, cùm ego ſæpiſsime teſtatus ſim, me pro virili portione in tabernaculo dei offerre quæ poſsim, nec opes alterius aliorum paupertate fœdari. Quod vt auderem, Origenis me ſtudium prouocauit, qui editioni antiquæ tranſlationem Theodotionis miſcuit, aſteriſco & obelo omne opus diſtinguens: dum aut illuceſcere facit quæ minus antè fuerant: aut ſuperflua quæque iugulat & confodit, maximè quæ Euangeliſtarum & Apoſtolorum authoritas promulgauit. In quibus multa de veteri teſtamento legimus, quæ in noſtris codicibus non habentur: vt & illud: Ex Ægypto vocaui filium meum: &, Quoniam Nazaræus vocabitur: &, Videbunt in quem compunxerunt: &, Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ: &, Quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit deus diligentibus ſe: & multa alia quæ proprium ſyntagma deſiderant. Interrogemus ergo eos vbi hæc ſcripta ſint: & cum dicere non potuerint: de libris Hebraicis proferamus. Primum teſtimonium eſt in Oſee: Secundum in Iſaias: Tertium in Zacharia: quartum in Prouerbiis: Quintum æquè in Iſaia. Quod multi ignorantes, apocryphorum deliramenta ſectantur: & Hiberas nanias libris authenticis præferunt. Cauſas erroris non eſt meum exponere. Iudæi prudẽti factum dicunt eſſe conſilio: ne Ptolemæus vnius dei cultor, etiam apud Hebræos duplicem diuinitatem deprehenderet. Quod maximè idcirco faciebant, quia in Platonis dogma cadere videbatur. Denique vbicunque ſacratum aliquid ſcriptura teſtatur de patre & filio & ſpiritu ſancto, aut aliter interpretati ſunt, aut omnino tacuerunt: vt & regi ſatisfacerent, & arcanum fidei non vulgarent. Et neſcio quis primus author ſeptuaginta cellulas Alexandriæ mendacio ſuo extruxerit, quibus diuiſi eadem ſcripſitarint: cum Ariſteas eiuſdem Ptolemæi hyperaſpiſtes, & multo poſt tempore Ioſephus, nihil tale retulerint: ſed in vna baſilica congregatos contuliſſe ſcribant, non prophetaſſe. Aliud eſt enim, eſſe vatem: aliud eſt, eſſe interpretem. Ibi ſpiritus ventura prædicit: hîc eruditio & verborum copia ea quæ intelligit tranſfert. Niſi fortè putandus eſt Tullius Oeconomicum Xenophontis, & Platonis Protagoram, & Demoſthenis pro Cteſiphonte, afflatus rhetorico ſpiritu tranſtuliſſe. Aut aliter de eiſdem libris per ſeptuaginta interpretes, aliter per Apoſtolos ſpiritus ſanctus teſtimonia texuit: vt quod illi tacuerunt, hi ſcriptum eſſe mentiti ſint. Quid igitur? Damnamus veteres? Minimè. Sed poſt priorum ſtudia, in domo domini quod poſſumus laboramus. Illi interpretati ſunt ante aduentum Chriſti, & quod neſciebant, dubiis protulere ſententiis: nos verò poſt paſsionem & reſurrectionem eius, non tam prophetiam quàm hiſtoriam ſcribimus. Aliter enim audita, aliter viſa narrantur. Quod melius intelligimus, melius & proferimus. Audi igitur æmule, obtrectator auſculta: non damno, non reprehendo Septuaginta: ſed confidenter cunctis illis Apoſtolos præfero. Per iſtorum os mihi Chriſtus ſonat, quos ante prophetas inter ſpiritalia chariſmata poſitos lego: in quibus vltimum penè gradum interpretes tenent. Quid liuore torqueris? Quid imperitorum animos contra me cõcitas? Si cubi in tranſlatione tibi videor errare: interroga Hebræos, diuerſarum vrbium magiſtros conſule. Quod illi habent de Chriſto, tui codices non habent. Aliud eſt ſi contra ſe poſtea ab Apoſtolis vſurpata teſtimonia probauerunt: & emendatiora ſunt exemplaria Latina quàm Græca, & Græca quàm Hebraica. Verùm hæc contra inuidos. Nunc te deprecor Deſideri chariſsime, vt quia me tantum opus ſubire feciſti, & à Geneſi exordium capere, orationibus iuues: quò poſsim eodem ſpiritu, quo ſcripti ſunt libri, in Latinum eos tranſferre ſermonem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAROLVS IX. FRANCORVM REX, SVO diplomate sanxit,ne quis *Biblia sacra Veteris & Noui Testamenti iuxta vulgatam editionem,ab aliquot Theologis Parisiensibus accuratè recognitâ & emendata,cum Scholijs à* D. IOANNE BENEDICTO *doctore Theologo ad marginem digestis*,ante decennium à die primæ editionis numerandũ,præter Sebastianum Niuellium bibliopolam,imprimat, né ve alibi impressa diuendat in Galliis. Secus qui fecerit,multa fisco applicanda,aliisque pœnis indictis damnabitur, vt latius patet in literis Priuilegij,indultis Lutetiæ. X. Aprilis. 1571.

Liber Geneſis, Hebraice בראשית

Hic liber apud Hebræos Bereſich vocatur, hanc habẽtes conſuetudinẽ, vt voluminibus ex principijs eorũ nomina imponant. Hierony. Quæſt. in Geneſ.

Deus ex informi omnium creata materia creaturarum ſpecies diſtinguit, diſtinctáſque ornat, ad quarum vſum hominem creat, cunctáque illi creata ſubiicit. I.

Ioseph. lib. A 1. cap. 1. Anno mũdi primo, hoc eſt, ſex Chriſtum 5962. iuxta Hebr. † Eccli. 18.a Hebr. 11.a Pſal. 135. a Iuer. 10. b Iudith. 16.c Pſal. 148.a

IN principio creauit deus [a] cœlũ & terram. [2] Terra autem erat inanis & vacua:& tenebræ erant ſuper faciem abyſſi: & [b] ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas.† [3] Dixitq; deus:Fiat lux. Et facta eſt lux. [4] Et vidit deus lucem quòd eſſet bona: & diuiſit lucem à tenebris: [5] appellauítque lucem diẽ, & tenebras noctẽ. Factúmq; eſt veſpere & mane dies vnus. [6] Dixit quoq; deus:Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. [7] Et fecit deus firmamentum, diuiſitque aquas quæ erant ſub firmamento, ab iis quæ erant ſuper firmamentum. Et factum eſt ita. [8] Vocauítque deus firmamentum, cœlum:& factum eſt veſpere & mane dies ſecundus. [9] Dixit verò deus:† Congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt, in locum vnum,& appareat arida. Et factum eſt ita. [10] Et vocauit deus aridam, terram:

a Deus, ſubſtantiæ ipſius, id eſt diuinitatis nomẽ cũ ſubſtantia ſemper fuit:dominus verò non ſubſtãtiæ, ſed poteſtatis vocabulum poſtea acceſſit. Quod ex ordine creationis Moyſes oſtẽdit, primo ſe deũ inſinuans, poſt creatas verò creaturas ſe dñm indicat. Terull. cõtra Hermogenẽ. b Spiritus ſanctꝰ viuificator omnium à principio. Hierony. ibidem.

B [c] congregationéſque aquarum appellauit maria. Et vidit deus quòd eſſet bonum, & ait: [11] Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum, cuius ſemẽ in ſemetipſo ſit ſuper terram. Et factũ eſt ita. [12] Et protulit terra herbam virentem, & facientem ſemen iuxta genus ſuum, lignúmq; faciens fructum, & habens vnumquodq; ſemẽtem ſecundum ſpeciẽ ſuam. Et vidit deus quòd eſſet bonum: [13] & factũ eſt veſpere & mane dies tertius. [14] Dixit autem deus:† Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem ac noctem, & ſint in ſigna & tempora & dies & annos, [15] vt luceant in firmamẽto cœli, & illuminẽt terram. Et factum eſt ita.† [16] Fecitq; deus duo luminaria magna, luminare maius, vt præeſſet diei:& luminare minus, vt præeſſet nocti:& ſtellas. [17] Et poſuit eas in firmamẽto cœli, vt lucerẽt ſuper terrã, [18] & præeſſent diei ac nocti, & diuiderẽt lucẽ ac te-

c Omnis lacus & aquarum cõgregatio, maria nuncupantur. Hierony. ibidem.

C nebras. Et vidit deus ꝙ eſſet bonũ: [19] & factũ eſt veſpere & mane dies quartus. [20] Dixit etiã deus:Producãt aquæ reptile animæ viuẽtis, & volatile ſuper terrã, ſub firmamẽto cœli. [21] Creauítq; deus cete grandia, & omnẽ animã viuẽtem atq; motabilem, quam produxerãt aquæ in ſpecies ſuas, & omne volatile ſecundũ genus ſuũ. Et vidit deus ꝙ eſſet bonum, [22] benedixítq; eis, dicẽs:Creſcite & multiplicamini, & replete aquas maris:auéſq; multiplicẽtur ſuper terrã. [23] Et factũ eſt veſpere & mane dies quintus. [24] Dixit quoq; deus:Producat terra animã viuẽtẽ in genere ſuo, iumẽta & reptilia, & beſtias terræ ſecundũ ſpecies ſuas. Factũq; eſt ita.† [25] Et fecit deus beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas, iumenta & omne reptile terræ in genere ſuo. Et vidit deus ꝙ eſſet

D bonũ, & ait: [26] Faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinem noſtrã, & præſit piſcibus maris, & volatilibus cœli, & beſtiis, vniuerſæq; terræ, omníque reptili quod mouetur in terra.† [27] Et creauit deus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ ſuã: ad imaginem dei creauit illũ:maſculũ & fœminam creauit eos: [28] Benedixítq; illis deus, & ait:

d Creſcat & multiplicentur ille qui impleturus eſt terram. Hiero. ad Euſtochiũ.

[d] Creſcite & multiplicamini, & replete terrã, & ſubiicite eã, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis animãtibus quę mouẽtur ſuper terrã. Dixitq; deus:Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa lignа quæ habẽt in ſemetipſis ſementẽ generis ſui, vt ſint vobis in eſcam, [30] & cunctis animantibus terræ, omníque volucri cœli, & vniuerſis quæ mouentur in terra, & in quibus eſt anima viuens, vt habeant ad veſcendũ. Et factum eſt ita.† [31] Vidítq; deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Et factum eſt veſpere & mane dies ſextus.

Deus completo in ſex diebus opificio, ſeptimum benedictione ac ſanctificatione dignatus, hominem in paradiſum variis arboribus & fluminibus inſignitum tranſtulit, cui Heuam ex eo formatam coniunxit. II.

a Vnde Hiero. Arrabimur ludeos qui de otio ſabbati gloriãtur, quia tam temẽ in principio ſabbatũ diffoſum ſit, dũ deus operatur in ſabbato, cõplens opera ſua in eo, & benedicens ipſi diei, quia in illo vniuerſa compleuerit. Hæc Hiero. quæſtio. in Geneſ.

Ioseph. 1.1. I De fer. Nicer. Procop. 1.0.5. Hebr. 4.b

A IGitur perfecti ſunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum. [2] Compleuítque deus die [a] ſeptimo opus ſuum quod fecerat † & requieuit die ſeptimo ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

omni opere quod patrarat.[3] Et benedixit diei ſeptimo,& ſanctificauit illũ,quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo quod creauit deus vt faceret:[4] Iſtę ſunt generationes cœli & terrę,quãdo creatę ſunt in die quo fecit deus cœlũ & terrã.[5] & omne virgultũ agri antequam oriretur in terra,omnémq; herbam regionis priuſquam germinaret. Non enim pluerat dominus deus ſuper terram: & homo non erat qui operaretur terrã:[6] ſed fons aſcendebat è terra irrigans vniuerſam ſuperficiẽ terræ. † [7] Formauit igitur dominus deus hominem de limo terræ, & [b] inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ,& factus eſt homo in animã viuentem. [c 8] Plantauerat autẽ dominus deus paradiſum voluptatis à principio,†in quo poſuit hominẽ quem formauerat:[9] Produxitq; dominus deus de humo omne lignum pulchrũ viſu,& ad veſcendum ſuaue: lignum etiã vitæ in medio paradiſi,lignũq; ſciẽtiæ boni & mali. † [10] Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita. [11] Nomen vni [d] Phiſon:ipſe eſt qui circuit omnẽ terrã Heuilath, vbi naſcitur aurum: [12] & aurũ terræ illius optimũ eſt.Ibiq; inuenitur bdelliũ,& lapis onychinus.[13] Et nomen fluuij ſecundi Gehon:ipſe eſt qui circuit omnẽ terrã Æthiopiæ.[14] Nomen vero fluminis tertij Tigris:ipſe vadit cõtra Aſſyrios.Fluuius autẽ quartus,ipſe eſt Euphrates.[15] Tulit ergo dominus deus hominẽ,& poſuit eũ in paradiſũ voluptatis,vt operaretur & cuſtodiret illũ:[16] præcepitq; ei dicẽs:Ex omni ligno paradiſi comede,†[17] de ligno autẽ ſcientiæ boni & mali ne comedas.In quacunq; enim die comederis ex eo, morte morieris.[18] Dixit quoq; dominus deus:Non eſt bonum hominem eſſe ſolũ: †faciamus ei adiutoriũ ſimile ſibi. [19] Formatis igitur dominus deus de humo cũctis animantibus terræ,&vniuerſis volatilibus cœli,adduxit ea ad Adam,vt videret quid vocaret ea.Omne enim quod vocauit Adam animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius. [e 20] Appellauitq; Adã nominibus ſuis cuncta animantia,& vniuerſa volatilia cœli,& omnes beſtias terræ. Adæ verò nõ inueniebatur adiutor ſimilis eius. [21] Immiſit ergo dominus deus ſoporem in Adam.Cúmq; obdormiſſet,tulit vnã de coſtis eius, & repleuit carnẽ pro ea.[22] Et ædificauit dominus deus coſtã quã tulerat de Adam,in mulierem: & adduxit eam ad Adã.[23] Dixitq; Adam:Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea.Hæc vocabitur virago,quoniã de viro ſumpta eſt.† [24] Quãobrẽ relinquet homo patrẽ ſuum & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, † & erunt duo in carne vna.[25] Erat autem vterq; nudus,Adam ſcilicet & vxor eius:& non erubeſcebant.

Serpentis aſtu ſeducti parentes,dum dei præcepta contẽnunt,è paradiſo pelluntur,pœnáque poſteritati eorum indicitur,illiſque paradiſus perpetuò obſeratur. III.

SEd & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ,quæ fecerat dominus deus:qui dixit ad mulierem:Cur præcepit vobis deus,vt non comederetis ex omni ligno paradiſi? [2] Cui reſpondit mulier:† [3] De fructu lignorũ quæ ſunt in paradiſo,veſcimur:de fructu verò ligni quod eſt in medio paradiſi,præcepit nobis deus ne comederemus,& ne tangeremus illud,ne fortè moriamur. [4] [a] Dixit autẽ ſerpens ad mulierẽ:† Nequaquã morte moriemini:[5] ſcit enim deus quòd in quocunque die comederitis ex eo,aperiẽtur oculi veſtri,& eritis ſicut dij,ſcientes bonũ & malũ. [6] Vidit igitur mulier quòd bonũ eſſet lignũ ad veſcẽdũ, & pulchrũ oculis, aſpectúq; delectabile:† & tulit de fructu illius,& comedit:dedítq; viro ſuo.Qui comedit:[7] & aperti ſunt [b] oculi amborũ.Cúmq; cognouiſſent ſe eſſe nudos,cõſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.[8] Et cũ audiſſent vocem domini dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem, abſcõdit ſe Adam & vxor eius à facie domini dei in medio ligni paradiſi.[9] Vocauítq; dominus deus Adam,& dixit ei:Vbi es?[10] Qui ait: Vocẽ tuã domine audiui in paradiſo,& timui,eo quòd nudus eſſem,& abſcondi me. [11] Cui dixit dominus: Quis enim indicauit tibi q; nudus eſſes, niſi quòd ex ligno de quo præceperã tibi ne comederes,comediſti? [12] Dixitq; Adã: Mulier quã dediſti mihi ſociã,dedit mihi de ligno,& comedi.[13] Et dixit dominus deus ad mulierẽ: Quare hoc feciſti? Quæ reſpondit: † Serpens decepit me,& comedi.[14] Et ait dominus deus ad ſerpentẽ:[c] Quia feciſti hoc,maledictus es inter omnia animantia & beſtias terræ.

b Voluit & imperauit vt hoc corpus haberet vitalẽ vim, quæ facta eſt animali in animam viuentẽ, hoc eſt efficaciter operãtẽ. Chryſoſt.in Gene.homil.12.

c Hoc eſt,præcepit pũitari, vnde credas quòd & hortus dictus paradiſus factus ſit, & in illo loco vbi ſcriptura ſignificauit. Chryſo. in Gene.homil.14.

d Hunc eſſe Indiæ fluuium Gangen putant. Hieron. in Gen.

e Hic iam cõſidera voluntatis libertatem,& ſapiẽtiæ eius eminentiam, & nõ dic quòd ignorarit quid bonũ & quid malum.Chryſoſt.in Gene.homil.14.

a Hoc bruto vtitur diabolus ad inſidiarum ſuarũ machinationes, & per ipſum mulieri loquitur.Chryſoſt. in Gene.homil.16.

b Nõ de oculis ſenſibilibus, ſed de ſenſu mentis. Chryſoſt.in Gene.hom.16.

c Non iã illum dignatur vt reſpõſum ex eo audiat: ſed pœnã intẽdat, & talem quæ omni tẽpore duret. Chryſ. in Gene.homil.17.

†1.dist.cap. Simulier. †35.q.1.Manifeſtũ. Mulierem. †24.q.3.cũ. Cum ergo.

†1.dist.ca.1. Ioſeph.1.2. Tob.4.b. 1.Cor.15.f De conſec. dist.1.cap. Hi duo. †10.dist.c. Illud. 12.q.2. Moyſes. †Eccl.24.c

†De pœni. dist.1.c.Adam. 40.dist.cap. Quatuber. 27.Adam. 2.Cor.11.f

An.ante Chriſtum 3947. Anno mũ. 1. Gen.1.4.

†11.q.1.cap. Ad meſam. & ca.Quid, ergo.

†Hebr.11.d †3.c.In gra Depœn.di. 1.ca.Nunquid Cain. 8.q.1.cap.1. Dist.3.ca. Deprop. 8.q.1.Cum per bellũ. 26.dist.cap. Demãde.

†10.q.1.ca. Ad ſumma. 14.q.1.Cum per bellũ. 26.dist.cap. Demãde.

†11.q.3.cap. Deus. & 32. q.4.ca.Dixit Sara. 27. q.2.lex diuina. 1.Eſdr.4. Matth.19.a Marc.10.a †1.Cor.6.d 1.Cor.11.a Ephe.5.g Ioſ.24. Anno ante Chriſtum 3962. Anno mundi 1. Eccli.17.d †1.Cor.11.a

†Eccli.25.f 6.dist.c.Sed peſſimum. 31.dist.cap. Sexto dic. De pœnit. dist.2.ca.Et cognouerunt. De pœnit. di.3.Iudas. De pœn. dist. 1.Et venit. †33.q.5.Mulier.3.& ca. Adam.

†De pœni. di.1.ca.Ser. pẽs.& cap. Voluiſſent.

Super pectus tuum gradieris,& terrã comedes cũctis diebus vitæ tuæ.[15] Inimicitias ponã inter te & mulierẽ,& [d] ſemen tuum & ſemen illius . Ipſa cõteret caput tuum,& tu inſidiaberis calcaneo eius.[16] Mulieri quoque dixit:Multiplicabo ærumnas tuas,& cõceptus tuos.†In dolore paries filios:† &ſub viri poteſtate eris,& ipſe dominabitur tui.[17] Adæ verò dixit:Quia audiſti vocem vxoris tuæ,& comediſti de ligno ex quo præceperã tibi ne comederes,†maledicta terra in opere tuo.in laborib[e] comedes ex ea cũctis diebus vitę tuę.[18] Spinas & tribulos germinabit tibi,& comedes herbas terræ. †[19] In ſudore vultus tui veſcẽris pane tuo:†donec reuertaris in terrã de qua ſumptus es:quia puluis es,& in puluerẽ reuertẽris.[20] Et [e] vocauit Adã nomẽ vxoris ſuę Heua: eò q; mater eſſet cunctorũ viuẽtiũ.[21] Fecit quoque dominus deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas,& induit eos:[22] & ait:Ecce Adã quaſi vn[e] ex nobis fact[e] eſt,ſciẽs bonũ & malũ.Nũc ergo ne forte mittat manũ ſuã,& ſumat etiã de ligno vitæ,& comedat,& viuat in æternũ:† [23] Emiſit eũ domin[e] deus de paradiſo voluptatis,vt operaretur terrã,de qua ſumptus eſt. [24] Eiecítq; Adã,& collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim,& flãmeum gladiũ atque verſatilẽ,ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.

Humanæ præuaricationis pœna fratrem armat in fratrem. vnde Cain reprobatus vitam profugus egit:prolem genuit: ſed & Adam Abelis præmortui loco Seth generauit. IIII.

ADam verò cognouit Heuã vxorem ſuam:quæ cõcepit, & peperit Cain, dicẽs:Poſſedi hominẽ per deũ.[2] Rurſũmque peperit fratrẽ eius Abel. Fuit autẽ Abel paſtor ouiũ,& Cain agricola.[3] Factũ eſt autẽ poſt multos dies vt offerret Cain de fructibus terræ munera domino.[4] Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui,& de apidibus eorũ. † [a] Et reſpexit dominus ad Abel, & ad munera eius:[b] [5] ad Cain autẽ & ad munera illius nõ reſpexit.Iratúſque eſt Cain vehemẽter,& cõcidit vultus eius.[6] Dixítque dominus ad eũ:Quare iratus es, & cur cõcidit facies tua?† [7] Nõne ſi benè egeris,recipies?Sin autẽ malè,ſtatim in foribꝰ peccatũ tuũ aderit.ſed ſub te erit appetitus eius,& tu dominaberis illi[e].[8] Dixitq; Cain ad Abel fratrẽ ſuũ:[c] Egrediamur foras.Cúque eſſent in agro,conſurrexit Cain aduerſus fratrẽ ſuũ Abel,†&interfecit eũ.[9] Et ait dominus ad Cain:† Vbi eſt Abel frater tuus? Qui reſpõdit:Neſcio.Nũquid cuſtos fratris mei ſũ ego? [10] Dixitq; ad eũ: Quid feciſti? Vox ſãguinis fratris tui clamat ad me de terra.[11] Nũc igit[e] maledictus eris [d] ſup terrã,quæ aperuit os ſuũ, & ſuſcepit ſanguinẽ fratris tui de manu tua. [12] Cùm operatus fueris eã,nõ dabit tibi fructus ſuos.Vagus & ꝓfugus eris ſuper terrã.[13] Dixitq; Cain ad dominũ:Maior eſt iniquitas mea, q̃ vt veniã merear.[14] Ecce eicis me hodie à facie terræ,& à facie tua abſcõdar,& ero vagus & profugus in terra. Omnis igitur qui inuenerit me,occidet me.Dixitq; ei domin[e]:[15] Nequaquã ita fiet:[e] ſed omnis qui occiderit Cain,ſeptuplũ punietur.Poſuítque dominus in Cain ſignũ, vt nõ interficeret eũ omnis qui inueniſſet eũ.†[16] Egreſſúſq; Cain à facie domini,habitauit profugus in terra ad orientalẽ plagã Edẽ.[17] Cognouit autẽ Cain vxorẽ ſuã,quæ cõcepit,& peperit Enoch.†Et ædificauit ciuitatẽ, & vocauit nomen eius ex nomine filij ſui Enoch. [18] Porrò Enoch genuit Irad:& Irad genuit Mauiael:& Mauiael genuit Mathuſael: & Mathuſael genuit Lamech.[f] [19] Qui accepit duas vxores:Nomẽ vni Ada,&nomẽ alteri Sella.[20] Genuítq; Ada Iahel,qui fuit pater habitãtium in tẽtoriis,atque paſtorum: [21] & nomẽ fratris eius Iubal.Ipſe fuit pater canẽtiũ citharæ & organo.[22] Sella quoque genuit Tubalcain:qui fuit malleator & faber in cũcta opera æris & ferri. Soror verò Tubalcain,Noæma.[23] Dixitq; Lamech vxorib[e] ſuis,Adæ & Sellæ:Audite vocẽ meã vxores Lamech,auſcultate ſermonẽ meũ,† Quoniã occidi virũ in vulnus meum, & adoleſcẽtulum in liuorẽ meum.[g] [24] Septuplũ vltio dabitur de Cain, de Lamech verò ſeptuagies ſepties.[25] Cognouit quoq; adhuc Adã vxorẽ ſuã,& peperit filiũ: vocauítq; nomẽ eius Seth,dicẽs:Poſuit mihi deus ſemẽ aliud pro Abel,quẽ occidit Cain. [26] Sed & Seth natus eſt filius,quẽ vocauit Enos.Iſte cœpit inuocare nomen domini.

d Semẽ ſerpẽtis ſunt peccatores, ſemen mulieris ſunt Chriſtus & ſui ſequaces.

e Adã nomẽ etiã ſuæ vxori impoſuit Heuã,id eſt vitam, quia eſt mater omniũ viuentium. Hieronym.ibid. Hæc autem referri debent ad tempus quo hęc ſcripſit Moſes, quare præterita debet verti per futurum hoc modo quod nunc factum eſſet aut fuerit.

a Hoc eſt,cognoſcere illos fecit ſe illius approbare voluntatem, huius autem repellere ingratitudinem. Chryſo.ibid.

b Reſpexit dominus ad Abel, quoniam cum ſimplicitate & iuſtitia offerebat. Non ad Cain, quoniã cum zelo & malitia,quę erat aduerſus fratrem ſuum, diuiſionem habebat in corde. Irenæus lib.4.cap.34.

c Subauditur quod locutꝰ eſt dominus. Superſunt ergo quòd in Samaritanorum & in noſtro volumine reperitur, Tranſeamus in campum.Hier. in Geneſ. cap.4.

d Quãto maius peccatum hoc præuaricatione primoplaſti, ex maledictionis varietate liquet. Chryſo. in Gene.homi.19.

e Immo quicunque occiderit Cain, ſeptuplũ vindicabitur, vel ſeptem vindictas exoluet.Hieron. vel qui te occidere attentauerit, ſeptem maximis pœnis ſe reũ faciet. Chryſoſt.aduerſus Iudæos orat.5.

f Digamia quinta generatione à Cain profecta.

g Pluribus ego quam Cain ſupplicijs dignus ſum. Atqui Lamech fratrem nõ interfecit, ſed quia nec exẽplo quidem commonitus prudentior factus eſt, punitur.Quia enim venia fuerit dignus, qui alterius pœna emẽdatior nõ fit? Chryſoſt.homil.20.

Generationis Adæ repetitio,& propagationis eius uſque ad Noe deſcriptio & multiplicatio. V.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HIc est liber generationis Adam, in die qua creauit Deus hominẽ. †Ad similitudinẽ Dei fecit illum:[1] masculũ & fœminã creauit eos: & benedixit illis, & vocauit nomen eorũ [a] Adam, in die quo creati sunt. †[1] Vixit autem Adam centũ triginta annis, & genuit filium ad imaginẽ & similitudinẽ suam, vocauitq; nomẽ eius Seth. [4] Et facti sunt dies Adam postquã genuit Seth, octingẽti anni, genuitq; filios & filias. [5] Et factũ est omne tẽpus quod vixit Adam, anni nongenti triginta, & mortuus est. †[6] Vixit quoq; Seth[b] centũ quinq; annis, & genuit Enos. [7] Vixitq; Seth postquã genuit Enos, octingẽtis septẽ annis, genuitq; filios & filias. [8] Et facti sunt omnes dies Seth nongentorũ duodecim annorũ, & mortuus est. †[9] Vixit verò Enos nonagita annis, & genuit Cainã. [10] Post cuius ortũ vixit octingẽtis quindecim annis, & genuit filios & filias. [11] Factíq; sunt oẽs dies Enos nongẽti quinq; anni, & mortu⁹ est. †[12] Vixit quoq; Cainã septuagita annis, & genuit Malalehel. [13] Et vixit Cainã postquã genuit Malalehel, octingẽtis quadragita annis, genuitq; filios & filias. [14] Et facti sunt oẽs dies Cainã nongẽti decẽ anni, & mortuus est. †[15] Vixit autẽ Malalehel sexagintaquinq; annis, & genuit Iared. [16] Et vixit Malalehel postquam genuit Iared, octingẽtis triginta annis, & genuit filios & filias. [17] Et facti sunt oẽs dies Malalehel octingenti nonagintaquinq; anni, & mortu⁹ est. †[18] Vixitq; Iared centũ sexagita duob⁹ annis, & genuit Enoch. [19] Et vixit Iared postquã genuit Enoch, octingentis annis, & genuit filios & filias. [20] Et facti sunt oẽs dies Iared nongẽti sexagitaduo anni, & mortu⁹ est. †[21] Porrò Enoch vixit sexagitaquinq; annis, & genuit Mathusalẽ. [22] Et ambulauit Enoch cũ deo. Et vixit Enoch postquã genuit Mathusalẽ, trecentis annis, & genuit filios & filias. [23] Et facti sunt oẽs dies Enoch trecẽti sexaginta quinq; anni: [24] ambulauitq; cum deo, †& non apparuit, quia[c] tulit eũ deus. †[25] Vixit quoq; Mathusalẽ centũ octogintasexpte annis, † & genuit Lamech. [26] Et vixit Mathusalẽ postquã genuit Lamech, septingentis octoginta duobus annis, & genuit filios & filias. [27] Et facti sunt omnes dies Mathusalẽ nongẽti sexaginta nouẽ anni, &[d] mortuus est. †[28] Vixit autẽ Lamech centũ octogintaduob⁹ annis, & genuit filiũ, [29] vocauitq; nomẽ eius[e] Noe, dicẽs: Iste cõsolabitur nos ab operib⁹ & laboribus manuũ nostrarũ in terra cui maledixit dominus. [30] Vixitq; Lamech postquã genuit Noe, quingẽtis nonagintaquinq; annis, & genuit filios & filias. [31] Et facti sunt oẽs dies Lamech septingenti septuagintaseptem anni, & mortuus est. †[32] Noe verò cũ quingentorũ esset annorũ, genuit Sem, Chã, & Iaphet.

Diluuio causam hominis mala dederunt. Noe verò inter mortales soli iusto reperto,
Arca salutis fabricanda mandatur. *VI.*

SVmq; cœpissent hoies multiplicari super terrã, & filias procreassent: [2] vidẽtes[a] filij dei filias hominũ q⁹ essent pulchræ, acceperũt sibi vxores ex omnibus quas elegerãt. [3] Dixitq; deus: Non permanebit spiritus meus in homine in æternũ, quia caro est: † Eruntq;[b] dies illius centũ viginti annorũ. [4] Gigantes autẽ erant super terrã in diebus illis. Postquã enim ingressi sunt filij dei ad filias hominum, pepererunt illæ; genuerunt, isti sunt potẽtes à seculo, viri famosi. [5] Videns autem deus q⁹ multa malitia hominũ esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intẽta esset ad malũ omni tẽpore, [6] pœnituit eum quòd hominẽ fecisset in terra. Et præcauens in futurũ, & tactus dolore cordis intrinsecus, †[7] Delebo, inquit, hominem quem creaui, à facie terræ, ab homine vsq; ad animantia, à reptili vsque ad volucres cœli. Pœnitet enim me fecisse eos. [8] Noe verò inuenit gratiã coram domino. [9] Hæ sunt generationes Noe. † Noe vir iustus atq; perfectus fuit in generationib⁹ suis: cũ deo ambulauit, [10] & genuit tres filios, Sem, Cham, & Iaphet. [11] Corrupta est autẽ[c] terra corã deo, & repleta est iniquitate. [12] Cumq; vidisset deus terrã esse corruptã: (omnis quippe caro corruperat viam suã super terrã) [13] dixit ad Noe: Finis vniuersæ carnis venit corã me: Repleta est terra iniquitate à facie eorũ, & ego disperdã eos cũ terra. [14] Fac tibi arcam de lignis læuigatis. Mãsiunculas in arca facies, & bitumine linies intrinsecus & extrinsecus: [15] & sic facies eã: Trecentorũ cubitorũ erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorũ latitudo, & triginta cubitorũ altitudo illius. [16] Fenestrã in arca facies, & in cubito cõsummabis summitatem

2. Homo hominit nomen tam viro quam fœminæ cõuenit. Hieron. in Gene.

b. Hinc ad Abraham vbi Hebræi centum habent annos, Græci habẽt ducẽtos. Hieron. in Gene. ca. 5.

c. Forsasse in paradisum illum terrestrem, vbi ille & Elias pascuntur, sciat Adã priusquã propter peccatũ exinde exire meruisset: vbi nec morbo, nec senẽctute deficiãt. Augu. super Gene. ad literam. Ipse verò cum corpore trãslatus non vidit mortem. In corpore enim viuente est spiritualiter ablatus, & non animaliter propter trãslationẽ. Ephipha. contra 64. hæred. Anno diluuij, & nõ post diluuium vide Hiero.

e. Noe requies interpretatur. Ab eo igitur quòd sub illo omnia retrò opera quiescerunt per diluuium, appellatus est requies. Et natus est Noe 126. anno post mortem Adæ. Hieron. ibi.

a. Filij dei, posteri Seth ob egregiam illius in deum pietatem: filij hominum, posteri Cain. Chryso. in Gene. homi. 22.

b. Non igitur humana vita, vt multi errant, in 120. annos contracta est, sed generationi illi 120. anni ad pœnitẽtiam dati sunt. Quia verò pœnitentiam agere contẽpserunt, noluit deus tempus expectare decretũ sed 120. annorũ spatiis amputatis, induxit diluuium anno 100. agendæ pœnitẽtiæ destituto. Hiero. ibid.

c. Nomine enim terræ hominũ multitudinẽ vocat, eo quòd omnia eorum opera terrestria erant. Ideo hunc solum vocare solet hominem, qui virtutem colit, ceteros autem neque esse putat, sed aliquando vocat terrã, aliquando carnem. Chryso. hom. 24.

† Sap. 2.d Eccle. 17.a Supra 1.d

† 1. Para. 1.a.

† Anno ante Christũ 3747. Anno mundi 236.

† Anno ante Christũ 3637. Anno mundi 565.

† Anno ante Christũ 3507. Anno mundi 595.

† Anno ante Christũ 3102. Anno mũdi 460.

† Anno ante Christũ 3140. Anno mundi 622.

† Anno ante Christũ 3017. Anno mundi 627.

† Eccl. 44.c † Hebr. 11.a

† Anno ante Christũ 1088. Anno mundi 2574.

† Anno ante Christũ 2006. Anno mundi 1056.

† Anno ante Christũ 2406. Anno mundi 1656.

† Hebr. n.b

Iosi. c.

† Eccle. 18.a Psal. 89. 31. q. 1. Cum igitur.

† Iosi. 2.d

† Eccl. 44.c

mitatẽ eius: ostiũ autẽ arcæ pones ex latere deorsum. Cœnacula & tristega facies in ea. [17] Ecce ego adducã aquas diluuij super terrã, vt interficiã omnẽ carnẽ in qua spiritus vitę est subter cœlũ: & vniuersa quę in terra sunt, cõsumẽtur. [18] Ponámque fœdus meũ tecũ, & ingredieris arcã tu, & filij tui, vxor tua, & vxores filiorũ tuorũ tecũ: [19] & ex cũctis animãtibus vniuersæ carnis, bina induces in arcã, vt viuant tecũ, masculini sexus & fœminini. [20] De volucribus iuxta genus suũ: & de iumẽtis in genere suo: & ex oĩ reptili terræ, secundũ genus suũ, bina de oĩbus[d] ingrediẽtur tecũ, vt possint viuere. [21] Tolles igitur tecũ ex oĩbus escis quę mãdi possunt, & cõportabis apud te, & erũt tã tibi q̃ illis in escã. †[22] Fecit igitur Noe omnia quæ præceperat illi deus.

Clauso in area Noe, & cuiusuis animantis specie, aqua statim montium culmina superauit, cæteráque animantia submersit. *VII.*

DIxitque dominus ad eũ: [1] Ingredere tu & omnis domus tua in arcã. † Te enim vidi[a] iustũ corã me in generatione hac. † [2] Ex omnibus animãtibus mundis tolles septena & septena, masculum & fœminã: de animãtibus verò immundis, duo & duo, masculũ & fœminã: sed & de volatilibus cœli septena & septena, masculũ & fœminã: vt saluetur semẽ super faciẽ vniuersæ terræ. [4] Adhuc enim & post dies septẽ ego pluã super terrã quadraginta diebus & quadraginta noctibus: & delebo omnẽ substantiã quam feci, de superficie terræ. [5] Fecit ergo Noe omnia quæ mãdauerat ei dominus. [6] Erátque sexcentorũ annorũ quãdo diluuij aquæ inundauerunt super terrã. † [7] Et ingressus est Noe & filij eius, vxor eius, & vxores filiorũ eius cũ eo in arcã, propter aquas diluuij. [8] De animãtibus quoque mũdis & immundis, & de volucribus, & ex omni qd mouetur super terrã, [9] duo & duo ingressa sunt ad Noe in arcã, masculus & fœmina: sicut præceperat dominus Noe. [10] Cúmque trãsissent septẽ dies, aquæ diluuij inundauerũt super terrã. [11] Anno sexcẽtesimo vitæ Noe, mẽse secundo, decimo septimo die mẽsis, rupti sunt oẽs fontes abyssi magnæ: & cataractæ cœli apertæ sunt: [12] & facta est pluuia super terrã[d] quadraginta dieb⁹, & quadraginta noctibus. [13] In articulo diei illius ingressus est Noe, & Sẽ, & Chã & Iaphet filij eius: & vxor illius, & vxores filiorum eius cũ eis in arcam, [14] ipsi, & omne animal secundum genus suũ, vniuersũq; iumẽta in genere suo, & omne quod mouetur super terrã in genere suo, cunctúmq; volatile secundũ genus suũ. Vniuersæ aues, omnésq; volucres [15] ingressæ sunt ad Noe in arcam, bina & bina ex omni carne in qua erat spiritus vitæ. [16] Et quę ingressa sunt, mascul⁹ & fœmina ex omni carne introierũt, sicut præceperat ei deus: & inclusit eũ dominus deforis. [17] Factúmq; est diluuium[e] quadraginta diebus super terrã, & multiplicatæ sunt aquæ, & eleuauerunt arcã in sublime à terra. [18] Vehemẽter enim inundauerunt, & omnia repleuerunt in superficie terræ †. Porrò arca ferebatur super aquas: [19] & aquę pręualuerũt nimis super terrã, opertíq; sunt omnes mõtes excelsi sub vniuerso cœlo. [20] Quindecim cubitis altior fuit aqua sup mõtes quos operuerat. †[21] Cõsumptáq; est omnis caro quæ mouebatur super terrã, volucrũ, animãtiũ, bestiarũ, omniúmq; reptiliũ quæ reptãt super terrã. Vniuersi homines, [22] & cuncta in quibus spiraculũ vitæ est in terra, mortua sunt. [f] [23] Et deleuit deus omnem substantiam quæ erat super terram, ab homine vsque ad pecus, tam reptile, quàm volucres cœli: & deleta sunt de terra. Remãsit autem solus Noe, & qui cum eo erant in arca. [24] Obtinuerúntque aquæ terram centum quinquaginta diebus.

Recedentibus aquis diluuij à facie terræ, arca omnia contenta eiicit, Noe autem ara extructa deum immolatione placauit. *VIII.*

REcordatus autẽ dominus Noe, cunctórumq; animantium, & omniũ iumentorum quæ erant cum eo in arca, adduxit spiritum super terrã, & imminutæ sunt aquæ: [2] & clausi sunt fontes abyssi, & cataractæ cœli: & prohibitæ sunt pluuiæ de cœlo: [3] reuersæq; sunt aquę de terra[a] euntes & redeũtes, & cœperũt minui post centum quinquaginta dies. [4] Requieuitq; arca mẽse septimo, vicesimoseptimo die mensis, super mõtes Armeniæ: [5] At verò aquæ ibãt & decrescebãt vsque ad decimum mensem. Decimo enim mẽse prima die mẽsis apparuerunt cacumina mõtium.

d. Diuino nutu angelorum ministerio ex omnibus animantibus mas & fœmina ad Noe in arcam venerũt.

a. Ex genealogiis 5. cap. 2.b Adam ad diluuium iuxta textum nostrum & Hebr. colligũntur anni. 1656. iuxta verò 70. interpretes. 2242. ac iuxta Eusseb. 2242.

b. Noe solus ferrur seruatus, quia solus est iustus inuentus. Chrysost. in Gene. 24.

c. Sciẽtia Noe infra docebat quænam ad cibum accommoda, & quæ immunda habeantur, sed plura de mundis relevat, vt liberatus à periculo suam gratitudinem declaraturus pro gratiarum actione hostias & sacrificia ex ipsis mundis offerret. Chrysost. in Gen. 24.

d. Non vno die vel momẽto, volẽs simul & timorem incutere, & occasionẽ præstare qua possent pœnam quæ in futurũ erat, effugere. Chrysost. in Gen. 24. homilia.

e. Nam sicut hãc 40. diebus pluit ad purgandum mundum, ita & nunc 40. diebus misereatur ad hominem purificãdum. August. sermone. 69. de tempore.

f. Fatsum esse diluuium ad perdendam tollendámque ex orbe terrarum malitiã constat in eromnes. Idem enim & philosophi & poetæ scriptoréque rerũ antiquarum loquũtur: in eóque maxime cum prophetarum sermone cõsentiũt. Lactan. lib. 2. cap. 11.

1. Inde Ecclesiastes dicit aquas atque torrentes per occulta venas ad matricẽ abyssum reuerti. Hiero. in Gene. cap. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[6] Cúmq; trāsissent quadraginta dies, aperiēs Noe fenestram arcæ quam fecerat, [7] dimisit coruum: qui egrediebatur, & nō reuertebatur donec siccarentur aquæ super terrā.
[8] Emisit quoq; columbā post eum, vt videret si iam cessassent aquę super faciē terrę.
[9] Quæ cùm nō inuenisset vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcā. Aquæ enim erant super vniuersam terrā. Extenditq; manum suā, & apprehensam intulit in arcā. [10] Expectatis autē vltrā septē diebꝰ aliis, rursum dimisit columbā ex arca. † [11] At illa venit ad eum ad vesperā, portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore suo. Intellexit ergo Noe quòd cessassent aquæ super terrā. [12] Expectauitq; nihilo minus septē alios dies, & emisit columbā, quæ nō est reuersa vltra ad eum. [13] Igitur sexcentesimo primo anno, [b] primo mense, prima die mēsis, imminutæ sunt aquæ super terram. Et aperiens Noe tectū arcæ aspexit, viditq; quòd exiccata esset superficies terræ: [c] [14] Mēse secundo, septimo & vicesimo die mensis, arefacta est terra. [15] Locutus est autē dominus ad Noe, dicens: [16] Egredere de arca, tu, & vxor tua: filij tui, & vxores filiorum tuorum tecum. [17] cūcta animātia quæ sunt apud te, ex omni carne tam in volatilibus q̄ in bestiis, & vniuersis reptilibus quæ reptāt super terrā, educ tecum: & ingredimini super terrā. † Crescite & multiplicamini super eam. [18] Egressus est ergo Noe, & filij eius, & vxor illius, & vxores filiorum eius cum eo: [19] sed & omnia animātia, iumenta & reptilia, quæ reptāt super terrā, secundū genus suum, egressa sunt de arca. [20] Ædificauit autē Noe altare domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus [d] mundis, obtulit holocausta super altare. [21] Odoratúsq; est dominus odorē suauitatis, & ait ad eum: Nequaquam vltrà maledicam terræ propter homines. † Sensus enim & [e] cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Nō igitur vltrà percutiam omnem animam viuentē sicut feci. [22] Cunctis diebus terræ, sementis & messis, frigus & æstus, æstas & hyems, nox & dies, non requiescent.

b Nisan, nostro respōdente Martio.
c Iliar, nostro respondente Aprili.
d Et ideo maiorem numerum mundorum quàm immundorum reseruauit ad sacrificandum.
e Figmentum enim cordis humani malum est siue inclinatio, quia caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnē.

Benedictio filiorū Noe, cibum potúmque prouidit, fœdus inter deū & homines iride firmauit. IX.

Noe ebrium Cham filius ridens, in Chanaan filio maledicitur.

† De sacr. vnctio. cap. vnico.

Ann. ante Christum 2301. Anno mūdi. 1617. Ios. 1. 2.

† Sup. 2. c. d. Infra 9. 2. De consecr. dist. 2. c. Nō oportet.

† Sup. 6. 8

B[enedixitq; deus Noe & filiis eius, & dixit ad eos: † Crescite & multiplicamini, & replete terrā, [2] & terror vester ac tremor sit super cūcta animalia terræ, & super oēs volucres cœli, cū vniuersis quæ mouētur super terrā. Omnes pisces maris manu vestræ traditi sunt: [3] & omne quod mouetur & viuit, erit vobis in [a] cibum. Quasi olera virētia tradidi vobis omnia, [4] excepto q̄ carnem cum sanguine nō comedetis. [b] [5] Sanguinem enim animarum vestrarum requirā de manu cunctarū bestiarum, & de manu hominis. De manu viri, & de manu fratris eius requirā animā hominis. † [6] Quicunq; effuderit humanum sanguinē, fundetur sanguis illius. Ad imaginē quippe dei factus est homo. [7] Vos autē crescite, & multiplicamini, & ingredimini super terrā, & implete eā. [8] Hæc quoq; dixit deus ad Noe, & ad filios eius cum eo: [9] Ecce ego † statuā pactum meum vobiscū, & cum semine vestro post vos, [10] & ad omnē animā viuentē quę est vobiscū, tam in volucribus q̄ in iumentis, & pecudibus terræ, cūctisq; quæ egressa sunt de arca, & vniuersis bestiis terræ. [11] Statuā pactū meū vobiscū: & nequaquā vltrà interficietur omnis caro aquis diluuij, neq; erit deinceps diluuium dissipans omnē terrā. [12] Dixitq; deus: Hoc est signum fœderis quod do inter me & vos, & ad omnē animam viuentē quæ est vobiscum, in generationes sempiternas. [13] Arcum meum ponā in nubibus, & erit signū fœderis inter me & inter terram. † [14] Cúmque obduxero nubibus cœlum, apparebit arcus meus in nubibus cœli, [15] & recordabor fœderis mei quod pepigi vobiscū, & cum omni anima viuente quæ carnē vegetat: & nō erūt vltrà aquę diluuij ad delendā vniuersam carnē. [16] Erítq; arcus meus in nubibus, & videbo illum, & recordabor fœderis sempiterni, quod pactū est inter deum & omnē animā viuentē vniuersæ carnis quæ est super terrā. [17] Dixitq; deus ad Noe: Hoc est signum fœderis quod cōstitui inter me & omnē carnem super terrā. [18] Erāt ergo filij Noe, qui egressi sunt de arca, Sem, Chā [c] & Iaphet. Porrò Chā ipse est pater Chanaā. [19] Tres isti filij sunt Noe, & ab his disseminatū est oē genus hominum super vniuersam terrā. † [20] Cœpitq; Noe vir [d] agricola exercere terrā, & plātauit

a Vsus carnium tūc hominibus cōcessus est. Et quia iam non paradisus cultor dicēbat, sed mundus totus erat excolendus, robustior carnis cibus offertur, vt ad emolumenta cultura plus aliquid humanorum corporum viribus adderetur. Tertul. de cibis Iudaicis.
b Aliorum sanguinem vestrum de animabus vestris. Hoc est iuxta Hebr. Primū vobis prohibeo ne quis seipsum interficiat, aliquin fundam ne vestrum de animabus vestris requiram. Secundum, ne quis bestiā incitet in hominē vt illum deuoret, aliquin sanguinem illum requirā de manu cūcti animalis. Tertiū, ne quis per se vel alium hominem occidat, aliquin de manu hominis & de manu fratris sui requiram animam hominis.
c Frequenter enim 70. interp. non valentes Heth literam, quæ duplicem aspirationem sonat, in Græcum vertere, χ literam Græcam addiderunt, vt non deberent istiusmodi vocabula aspirari debere. Vnde & in præsenti loco Chā transtulerunt pro eo quod est Ham: à quo & Aegyptus vsq; hodie Aegyptiorum lingua Ham dicitur. Hier. super. Gene. cap. 9.
d Terræ esse, ita vocāt Hebræi agricolam, veluti virum sanguinum, virū mendacij & huiusmodi.

tauit vineam: [21] bibénsq; vinum inebriatus est, & nudatus iacuit in tabernaculo suo.
[22] Quod cū vidisset Chā pater Chanaā, verēda scilicet patris sui esse nudata, nūciauit duobꝰ fratribꝰ suis foras. † [23] At verò Sē & Iaphet palliū imposuerūt humeris suis, & incedētes retrorsū operuerūt verēda patris sui: faciésq; eorū auersę erant, & patris vtilia nō viderūt. [24] Euigilās autē Noe ex vino, cū didicisset quę fecerat ei filiꝰ suus minor, ait: † [25] Maledictꝰ Chanaā, seruꝰ seruorū erit fratribꝰ suis. Dixitq;: [26] Benedictꝰ dominus deꝰ Sē: sit Chanaā seruus eius. [27] Dilatet deꝰ Iaphet, & [f] habitet in tabernaculis Sē: sitq; Chanaā seruus eius. [28] Vixit autē Noe post diluuiū trecētis quinquaginta annis: [29] & impleti sunt oēs dies eius [g] nongētorū quinquaginta annorū, & mortuus est.

c Ne videretur maledicere quē deus benedixerat, ideo patris maledictū intulit filio, cū non minorē cruciatū habuerit pater, quàm filius. Chrysost. in Gen. homil. 29. Eiq; terra de nomine suo Chanaan dicta est, & posteri eiꝰ Chananæi. Hæc fuit prima gens quæ deū ignorauit, quonia principes eius & conditor culpæ fuit. Leia patre nō accepit, maledictus ab eo. Lactā. li. 2. ca. 14.
f De Sē Hebrei, de Iaphet genter. de nobis igitur prophetat, qui in eruditione & scientia scripturarū eiecto Israele versamur. Hieron. Sem enim pater fuit Iudeorū, Iaphet autē pater gentiū, quæ per Christum ingressæ sunt in tabernacula Iudæorum. Chrysost. in Matth. homil. 37.
g Inde colligunt Hebræi Noe vixisse vsq; ad 128. ann. Abrahæ. Eusebius verò vsque ad 69.

Filiorum Noe, Iaphet, Cham, & Sem propagatio & multiplicatio. X.

Hæ sunt generationes filiorū Noe, Sē, Chā, & Iaphet: natiq; sunt eis filij post diluuiū. † [32] Filij Iaphet, Gomer, & Magog, & Madai, & Iauan, & Thubal, & Mosoch, & Thiras. [3] Porrò filij Gomer, Assenez, & Riphath, & Thogorma. [4] Filij autem Iauan, Elisa, & Tharsis, Cethim, & Dodanim. [5] Ab his diuisæ sunt insulæ gentiū in regionibus suis, vnusquisq; secundū linguā suā, & familias suas in nationibus suis. [6] Filij autē Chā, Chus, & Mesraim, & Phuth, & Chanaā. [7] Filij autē Chus: Saba, Heuila, & Sabatha, & Regma, & Sabathaca. Filij Regma: Saba, & Dadam. [8] Porrò Chus genuit Nēroth. † Ipse cœpit esse potēs in terra, [9] & erat robustus venator coram domino. Ab hoc exiuit prouerbium: Quasi Nēroth robustus venator corā domino. [10] Fuit autē principiū regni eius Babylō, & Arach, & Acchat, & Chalāne in terra Sēnaar. [11] De terra illa egressus est Assur, & ędificauit Niniuē, & plateas ciuitatis, & Chale. [12] Resen quoq; inter Niniuē & Chale. Hæc est ciuitas magna. [13] At verò [c] Mesraim genuit Ludim, & Anamim, & Laabim, & Nephtuī, [14] & Phethrusim, & Cesluim, de quibꝰ egressi sunt Philistiim, & Caphthurin. [15] Chanaā autē genuit [d] Sidonē primogenitū suū, Hetheū, [16] & Iebusæū, & Amorrhæū, & Gergesæū, [17] & Euæū, & Arrachēū, Sinæū, [18] & Aradiū, Samaræū & Amathæū. Et per hos disseminati sunt populi Chananæorū. [19] Factíq; sunt termini Chanaā veniētib⁹ à Sidone Ierarā, vsq; ad Gazā, donec ingrediaris Sodomā, & Gomorrā, & Adamā, & Seboim, vsq; Lasa. [20] Hi sunt filij Chā in cognationibꝰ & linguis & generationibꝰ terrísq;, & gētibꝰ suis. † [21] De Sē quoq; nati sunt, patre omniū filiorū [e] Heber, fratre Iaphet maiore. [22] Filij Sē: Elā, & Assur, & Arphaxat, Lud, & Arā. [23] Filij Arā: Hus, & Hul, & Gether, & Mes. [24] At verò Arphaxat genuit Sale, de quo ortꝰ est Heber. [25] Natíq; sunt Heber filij duo: Nomē vni Phaleg, eo q̄ in diebus eius diuisa sit terra, & nomen fratris eius Iectan. [26] Qui Iectan genuit Helmodad, & Saleph, & Asarmoth, Iare, [27] & Adorā, & Vzal & Decla, [28] & Hebal, & Abimael, Saba, [29] & Iophir, & Euila, & Iobab. Omnes isti filij Iectā. [30] Et facta est habitatio eorū de Messa pergētibus vsq; Sephar montē orientalem. [31] Isti sunt filij Sem secūdū cognationes & linguas & regiones in gētibus suis. [32] Hæ familiæ filiorū Noe iuxta populos & nationes suas. Ab his diuisæ sunt gētes in terra post diluuium.

a Iaphet filio Noe nati sūt septē filij, qui possederunt terrā in Asia & Europa, nominalocis & gēnibus relinquētes. Sunt autē Gomer, Galatæ: Magog, Scythæ: Madai, Medi: Iauan, Iones, qui & Græci: Thubal, Iberi: Mosoch, Cappadoces, vnde & vrbs hodie apud eos Mazaca: Thiras, Thraces. Hiero. Et ita de aliis locis, vide Hiero. super Gen.
b Nemroth filius Chus arripuit insuetam primus in populo tyrannidē: regnauitq; in Babylone, quæ ab eo quòd ibi cōfusæ sunt linguæ turrim ædificantium, Babel appellata est. Hiero. in Genes.
c Aegyptus ab Hebræis Mesraim hactenus appellata, & Aethiopia Chus.
d A quo vrbs in Phœnice Sidon vocatur.
e A quo Hebræi. Vaticinio quodā filio suo Phaleg nomē imposuit: qui interpretatur diuisio, ab eo quod in diebus eius linguę in Babylone diuisæ sunt.

In turris Babel ædificatione, superborum æstus eorúmque lingua confunditur. Sem genealogia vsque ad Abram texitur. XI.

Erat autē terra labij vnius, & sermonū eorundem. [2] Cúmq; proficiscerētur de oriēte, inuenerūt cāpū in terra Sennaar, & habitauerunt in eo. [3] Dixitq; alter ad [a] pximū suū: Venite, faciamus lateres, & coquamus eos igni. Habueruntq; lateres pro saxis, & bitumē pro cæmēto, [4] & dixerūt: † Venite, faciamꝰ nobis ciuitatē, & turrē, cuius culmē pertingat ad cœlū: & celebremus nomē nostrū antequā diuidamur in vniuersas terras. [5] Descēdit autē dominus vt videret ciuitatē & turrē quā ædificabant filij Adam, [6] & dixit: Ecce vnus est populus, & vnū est labium omnibus. Cœperuntq; hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant. [7] Venite igitur, descēdamus & cōfundamus ibi linguā eorū, vt nō audiat vnusquisq; vocē proximi sui. [8] Atq; ita diuisit eos dominus ex illo loco in vniuersas terras, & cessauerunt ædificare ciuitatem. [9] Et idcirco vocatū est nomen loci illius Babel: quia ibi confusum est labium vniuersæ terræ. Et inde dispersit eos dominus super faciem cunctarū regionum. [10] Hæ sunt generationes Sem. † Sem erat centum annorū quādo

a In hac autem confusione linguarum Abrahā iam 48 annum agebat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

b diluuiũ incepit anno mũdi 1656, & durauit ãno vno & 10. diebꝰ, & sic defit ãno mundi 1657. Secũdũ ver ro anno post diluuiũ, hoc est anno 1658. Sem genuit Arphaxat.

c Cainan. Et vixit Arphaxat postquã genuit Cainã, ãnis quinq; & genuit filios & filias, & mortuꝰ est, cũ vixit annos 438. & genuit Sale. Et vixit Cainan postquam genuit Sale, ãnos 330. Grec. Aliàs nõ fuerat genealogia secundum Lucam.

genuit Arphaxat biẽnio[b] post diluuiũ. [11] Vixítq; Sẽ postquã genuit Arphaxat, quingẽtis ãnis, & genuit filios & filias. [12] Porrò Arphaxat vixit trigintaquiq; ãnis, & genuit Sale. [13] Vixítq; Arphaxat postq̃ genuit Sale, trecẽtis tribꝰ annis, & genuit filios & filias. †[14] Sale quoq; vixit trigĩta ãnis, & genuit Heber. [15] Vixítq; Sale postq̃ genuit Heber, quadrigẽtis tribꝰ ãnis, & genuit filios & filias. [16] Vixit autẽ Heber trigĩtaquatuor ãnis, & genuit Phaleg. [17] Et vixit Heber postquã genuit Phaleg, quadrigẽtis triginta ãnis, & genuit filios & filias. [18] Vixit quoq; Phaleg trigĩta ãnis, & genuit Reu. [19] Vixítq̃ Phaleg postq̃ genuit Reu, ducẽtis nouẽ ãnis, & genuit filios & filias. [20] Vixit autẽ Reu trigĩtaquiq; ãnis, & genuit Sarug. [21] Vixit quoq; Reu postq̃ genuit Sarug, ducẽtis septẽ annis, & genuit filios & filias. [22] Vixit verò Sarug triginta ãnis, & genuit Nachor. [23] Vixítq; Sarug postquã genuit Nachor, ducẽtis annis, & genuit filios & filias. [24] Vixit autẽ Nachor vigintinouem annis, & genuit Thare. [25] Vixítq; Nachor postquam genuit Thare, [d] centũ decẽ & nouẽ annis, & genuit filios & filias. [26] Vixítq; Thare septuaginta annis, & genuit Abrã, & Nachor, & Arã. [27] Hæ sunt autem generationes Thare: Thare genuit Abrã, Nachor, & Aram. Porrò Aram genuit Lot. [28] Mortuúsq; est Aram ante Thare patrẽ suũ, in terra natiuitatis suæ, in Hur Chaldæorũ. †[29] Duxerũt autẽ Abrã & Nachor vxores: Nomen vxoris Abram, Sarai. Et nomen vxoris Nachor, Melcha filia Aram, patris Melchæ, & patris[e] Iescha. [30] Erat autem Sarai sterilis, nec habebat liberos. †[31] Tulit itaq; Thare Abram filium suum, & Lot filiũ Aram, filium filij sui, & Sarai nurum suam, vxorẽ Abram filij sui: & eduxit eos de Hur Chaldæorum vt irent in terram Chanaan. Venerúntq; vsque[f] Haran, & habitauerunt ibi. [32] Et facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorum, & mortuus est in Haran.

d Ex genealogiũ 11. c. 5. dilunio ad natiuitatem Abrahæ iuxta textum Hebræum & nostrum colligitur 292. anni, & sic à creatione mũdi 1948. Iuxta verò 70. interpr. 1146. & sic à creatione mũdi 1386. Iuxta Eusebiũ 1787. Inter quos deinceps nulla est differentia, vel pauca.

e. Id est Sarai, Binominis erat. Aram enim duas filias genuit: Melcham vxorem Nachor, & Sarai quæ & Iescha, vxorem Abrahæ Hiero. ibid.

f Haran siue Charã ciuitas est Mesopotamiæ morte Thare insignis: à Chara Syriæ fluuio dicta.

Ann. ante Christum. 2012. Ann. mundi 1949.

†31. q. 1. Cũ igitur, &c. 1. Para. 1. b

† Iosef. 24. a Neam. 9. b Iudith. 5. a Sap. 10. a Acto. 7. a

Prima dei apparitio ad Abrã.

a Ad præceptũ vocãtis prima sẽde cognationẽq; relicta per fidẽ credit quæ nõ vidit, donec videre mereatur omne quod credit. Prosper.

b Iuxta Hebræos Abraham 51. annorũ erat cum exiuit de Hur Chaldæorũ: cũ verò de Haran, 75. annorũ erat. Et sic mortuus est in Haran 23. annis. In illo autẽ exitu creditur pãrẽ reliquisse vniuersum: qui postea 60. vixerit annis. Abraham verò ante mortem patris multoties reuersus visurus patrẽ, eo mortuo Haran penitus reliquit nunquã reuersurus, vt patet Acto. 7. a

c Hic annus primus est repromissionis in quo Abraham corpit cũ prole sua peregrinari in Aegyptum, à quo ad exitũ Israel ex Aegypto sun: 430. anni. Et est Secũda Dei apparitio ad Abrã

d. Abrahã non mendacium dixit, sed verum: racere volui. Hierony. Augusti.

[1] Dixit autẽ dominus ad Abram: †Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terrã quã monstrauero tibi. † [2] Faciámq; te in gentẽ magnã, & benedicã tibi, & magnificabo nomen tuũ, erísq; benedictus. [3] Benedicã benedicentibus tibi, † & maledicã maledicentibus tibi: atq; in te benedicẽtur vniuersæ cognationes terræ. [b] † [4] Egressus est itaq; Abram, sicut præceperat ei dominus, & iuit cũ eo Lot. Septuagintaquinq; annorũ erat Abram cùm egrederetur de Haran. [5] Tulítq; Sarai vxorẽ suã, & Lot filiũ fratris sui, vniuersámq; substantiam quã possederãt: & animas quas fecerãt in Haran, & egressi sunt vt irent in terrã Chanaan. Cúmq; venissent in eã, [c] pertransiuit Abram terrã vsq; ad locũ Sichem, & vsq; ad conuallẽ illustrẽ. Chananæus autẽ tunc erat in terra. [7] Apparuit autẽ [c] dominus Abram, & dixit ei: Semini tuo dabo terrã hãc. Qui ædificauit ibi altare domino, qui apparuerat ei, & inuocauit ibi nomẽ eius. [8] Et inde transgrediẽs ad montem qui erat contra orientẽ Bethel, tetendit ibi tabernaculũ suũ, ab occidente habens Bethel, & ab oriẽte Hai. Ædificauit quoq; ibi altare domino, & inuocauit nomẽ eius. [9] Perrexítq; Abrã vadens & vltra progrediens ad meridiẽ. [10] Facta est autẽ fames in terra: descẽditq; Abrã in Ægyptũ, vt peregrinaretur ibi. Prævaluerat enim fames in terra. [11] Cúmq; propè esset vt ingrederetur Ægyptũ, dixit Sarai vxori suæ: [d] † Noui quòd pulchra fis mulier, [12] & quòd cùm viderint te Ægyptij, dicturi sunt: Vxor illius est, & interficient me, & te reseruabũt. †[13] Dic ergo obsecro te, quòd soror mea sis, vt bene sit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiã tui. [14] Cùm itaq; ingressus esset Abrã Aegyptũ, viderũt Aegyptij mulierẽ, q̃ esset pulchra nimis, [15] & nunciauerunt principes Pharaoni, & laudauerũt eam apud illũ. Et sublata est mulier in domũ Pharaonis. [16] Abram verò bene vsi sunt propter illã. Fueruntq; ei oues & boues, & asini, & serui, & famulæ, & asinæ, & cameli. †[17] Flagellauit autẽ dominus Pharaonẽ plagis maximis, & domum eius, propter Sarai vxorem Abram. [18] Vocauítque Pharao Abram, & dixit ei: Quidnam est hoc quod fecisti mihi? Quare non indicasti mihi quòd vxor tua esset? [19] Quam ob causam dixisti esse sororem tuam, vt tollerem mihi eam in vxorem? Nunc igitur ecce [e] coniunx tua, accipe eam, & vade. [20] Præcepítque Pharao super Abram viris: & deduxerũt eum & vxorẽ eius, & omnia quæ habebat.

† Acto. 7. a Iosef. 1. 15 †32. q. 4. c. Recurrat. 9. Hie ita. Hebr. 11. b Anno ante Christum 1962. Ann. mundi 2000. †24. q. 3. Cũ sancti. Ann. ante Christum 1940. Anno mundi 2058 Ann. ante Christum 1039. Anno mũdi 2074. 1. annus repromissionis 32. q. 4. Recurrat. Iosef. 2. 16.

†21. q. 2. Vtilẽ. & cap. Quæritur. †Iosue. 10. c

† De pœnit. dist. 1. ca. Vt luissent.

e Quomõ cognoui quòd non est soror tua, sed vxor, ecce habes eã, nequeam aliquo offendi coniugium vestrum, neque primam te vxore tua, intacta egreditur seruata castitate sua. Chrysost. super Genesin.

Abram & Lot Aegyptum egressi, præ nimia opulentia separati, Lot Iordanis fines elegit, Abram verò Chanaan, vbi secundo diuino fretus est alloquio. XIII.

Iosef. 12. A

[1] Ascendit ergo Abram de Ægypto, ipse & vxor eius, & omnia quæ habebat, & Lot cũ eo, ad australẽ plagã. [2] Erat autem diues valde in possessione auri & argẽti. [3] Reuersúsq; est per iter quo venerat à meridie in Bethel, vsq; ad locũ vbi prius fixerat tabernaculum, inter Bethel & Hai: [4] in loco altaris quod fecerat prius: & inuocauit ibi nomen dñi. [5] Sed & Lot qui erat cũ Abrã, fuerunt greges ouium, & armẽta & tabernacula: [6] nec poterat eos capere terra, vt habitarent simul. † Erat quippe substantia eorũ multa, & nequibãt habitare cõmuniter: [7] Vnde facta est rixa inter pastores gregũ Abrã & Lot. Eo autẽ tẽpore Chananæus & Pherezæus habitabãt in illa terra. [8] Dixit ergo Abram ad Lot: Ne quæso sit iurgiũ inter me & te, & inter pastores meos, & pastores tuos: [a] fratres enim sumus. [9] Ecce vniuersa terra corã te est, recede à me obsecro. Si ad sinistrã ieris, ego dexterã tenebo: si tu dexterã elegeris, ego ad sinistrã pergã. [b 10] Eleuatis itaq; Lot oculis, vidit omnẽ circà regionẽ Iordanis, [c] quæ vniuersa irrigabatur, antequam subuerteret dominus Sodomã & Gomorrã, sicut paradisus domini, & sicut Ægyptus venientibus in Segor. [11] Elegítque sibi Lot regionem circa Iordanem, & recessit ab oriente. †Diuisíq; sunt alterutrum à fratre suo. [12] Abrã habitauit in terra Chanaan: Lot verò moratus est in oppidis quę erant circa Iordanẽ, & habitauit in Sodomis. [13] Homines autem Sodomitæ pessimi erant, & peccatores coram domino nimis. [14] Dixítque dominus ad Abram, postquam diuisus est ab eo Lot: [d] †Leua oculos tuos in directum, & vide à loco in quo nunc es, ad aquilonem & meridiem, ad orientem & occidentem. †[15] Omnem terram quam conspicis, tibi dabo & semini tuo vsque in sempiternum. [16] Faciámq; semen tuum sicut puluerem terræ. Si quis potest hominũ numerare puluerem terræ, semen quoq; tuũ numerare poterit. [17] Surge ergo, & perambula terram in longitudine & in latitudine sua, quia tibi daturus sum eam. [18] Mouens igitur tabernaculum suũ Abram, venit & habitauit iuxta conuallem Mambre, quæ est in Hebron: [e] ædificauítque ibi altare domino.

a Et certè Lot nõ est frater Abrahæ, sed filius fratris eius Aram, vt supra 11. d. Quatuor enim modis fratres in scripturis dicũtur, natura, gente, cognatione, affectu. Hie. in Gen.

b Facultatũ multitudo statim fit causa discessus: dũ vsionem operatur, cõcordiam impedit, & cognationis vinculũ dirimit. Chrys. in Genes. Homilia 33.

c Lot eamdem terræ naturã, & non inhabitantiũ malitiã aduertit. Chrysost. ibid.

Tertia apparitio dei ad Abram.

d Quatuor mundi climata possuit, orientẽ & occidentem, aquilonẽ & meridianum. Hie. ibidem.

Quatuor reges aperto marte quinque vicerant: & spoliata Sodoma, Lot cum plerisque aliis captiuum ducebant: quos Abram persequutus, omnes captiuos spoliáque reduxit, atque benedictione à Melchisedech accepta, cuncta regi Sodomæ reddidit. XIIII.

Iudith. 2. 21. A

[1] Actum est autem in illo tẽpore, vt Amraphel Rex Sẽnaar, & Arioch Rex Põti, & Chodorlahomor Rex Elamitarũ, [2] & Thadal Rex gentiũ, inirẽt bellum cõtra Bara Regem Sodomorum, & cõtra Bersa Regem Gomorræ, & contra Sennaab Regem Adamæ, & contra Semeber Regem Seboim, contraq; Regem Balę, ipsa est Segor. [3] Omnes hi cõuenerunt in vallem [a] syluestrem, quæ nũc est mare salis. [4] Duodecim enim annis seruierãt Chodorlahomor, & tertiodecimo anno recesserũt ab eo. [5] Igitur quartodecimo anno venit Chodorlahomor, & reges qui erant cũ eo, & percusserũt Raphaim in Astaroth, & Carnaim, & Zuzim cũ eis, & Emim in [b] Saue Cariathaim, & [6] Chorrhæos in mõtibus Seir, vsq; ad cãpestria Pharan, quæ est in solitudine. [7] Reuersíq; sunt, & venerunt vsque ad fontem Misphat, ipsa est Cades, & percusserunt omnẽ regionẽ Amalechitarũ & Amorræorũ, qui habitabãt in [c] Asasonthamar. †[8] Et egressi sunt Rex Sodomorũ, & Rex Gomorræ. Rexq; Adamæ, & Rex Seboim, necnõ & Rex Balę, quæ est Segor, & direxerũt aciẽ cõtra eos in valle syluestri, [9] scilicet aduersus Chodorlahomor Regẽ Elamitarũ, & Thadal Regẽ gentiũ, & Amraphael Regẽ Sẽnaar, & Arioch Regẽ Põti, quatuor reges aduersus quinq;. [10] Vallis autẽ syluestris habebat puteos multos bituminis. Itaq; Rex Sodomorũ, & Rex Gomorræ [d] terga verterunt, ceciderunt q; ibi: & qui remanserãt, fugerunt ad mõtẽ. [11] Tulerunt autẽ omnẽ substãtiã Sodomorũ, & Gomorræorũ, & vniuersa quæ ad cibum pertinent, & abierunt: [12] necnõ & [e] Lot, & substantiã eius, filiũ fratris Abram, qui habitabat in Sodomis. [13] Et ecce vnus qui euaserat, nũciauit Abrã Hebræo, qui habitabat in conualle Mãbre Amorrẽi, fratris Eschol, & fratris Aner. Hi enim pepigerãt fœdus cũ Abram. [14] Quod cũ audisset Abram, captũ videlicet Lot fratrem suũ, numerauit

Deuteron. 34. c. sed & Genesis.

a Siddim, hoc est vallẽ salsã, quam Hebræi alio loco scripturarũ Salissam vocari dicunt, & vallẽ salinarum, in qua fuerunt antè putei bituminis, post dei iram & sulphuris pluuiam, in mare mortuũ versa est. Hier. ibid.

b Planitie vel Saue, quę vsque hodie sic vocatur.

c Hoc oppidum est quod nũc vocatur Engaddi, balsami & palmarum fertile. Hier. ibid.

d Tanta erat eorũ fortitudo vt cũ hostes suos aspectu suo in fugam verterẽt. Chrysost. Hom. 31.

e Nihil profuit Lot primatus & electio, qua putabat se in maiori esse rerũ vbertate & copia: & prosperã se assequuturum, & abundare, & repẽte factus est seruus, carens domo, carens & foco. Chrysost. ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

f Dan vnus è fontibus est Iordanis. Nam & alter vocatur Ior. Dunde ergo fontibus qui haud procul à Sedimaim, in vnū riuulum fordanis, Iordanis deinceps appellatur. Hier. ibidem.

expeditos vernaculos suos trecentos decē & octo, & persecutus est eos vsque f Dan. [15] Et diuisis sociis, irruit super eos nocte, percussitq; eos, & persecutus est eos vsq; Hoba, quę est ad lęuā Damasci. [16] Reduxitq; omnē substātiā, & Lot fratrē suū cū substātia illius, mulieres quoq; & populū. [17] Egressus est autē Rex Sodomorū in occursum eius postquā reuersus est à cæde Chodorlahomor, & regū qui cum eo erant, in valle Saue, quę est vallis Regis. †[18] At verò g Melchisedech Rex salē proferens panē & vinū (erat enim sacerdos dei altissimi,) [19] benedixit ei, & ait: Benedictus Abram deo excelso, qui creauit cœlū & terrā, [20] & benedictus deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis traditi sunt. † Et dedit ei decimas ex omnibus. [21] Dixit autē Rex Sodomorum ad Abram: Da mihi animas, cætera tolle tibi. [22] Qui respondit ei: Leuo manū meam ad dominum deum excelsum, possessorē cœli & terræ, †[23] quòd à filo subtegminis, vsque ad corrigiam caligę, non accipiā ex omnibus quę tua sunt, ne dicas: Ego ditaui Abram: [24] exceptis iis quæ comederunt iuuenes, & partibus virorum qui venerunt mecum, Aner, Eschol, & Mambre. isti accipient partes suas.

g Hunc Hebraei, aiunt esse Sem filium Noe, & supputantes annos vitæ ipsius, ostendunt eum ad Isaac vsq; vixisse. Hiero. ibidem.

†Heb. 7.a De collectis. 12.c. In calice. 23.c. Accipite. 23.q.5. Dicat.

†23.q.5. dicat.

Consolatio Abræ ex futuræ prolis, peregrinationisque eiusdem, & terræ Chanaan hæreditatis per signa promissione. XV.

Quarta dei apparitio Abræ.

A

Iosi.1.a. †23.q.5. Dicat.

His itaque transactis, factus est sermo domini ad Abrā per visionē, dicēs: †Noli timere Abrā. Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. [2] Dixitque Abrā: Domine deus, quid dabis mihi? Ego vadā absq; liberis: & a filius procuratoris domus meæ (iste Damascus Eliezer.) [3] Addiditq; Abram: Mihi autem non dedisti semen, & ecce vernaculus meus, hæres meus erit. [4] Statimque sermo domini factus est ad eum, dicens: Nō erit hic hæres tuus: sed qui egredietur de vtero tuo, ipsum habebis hæredē. [5] Eduxitq; eū foras, & ait illi: Suspice cœlum, & numera stellas, si potes. Et dixit ei: Sic erit semen tuū. †[6] Credidit Abram deo, & reputatū est illi ad iustitiā. [7] Dixitq; ad eum: †Ego dns, qui eduxi te de Hur Chaldęorū, vt darē tibi terrā istā, & possideres eam. [8] At ille ait: Domine deus, vnde scire possum quòd possessurus sim eā? [9] Et respondens dns: Sume, inquit, mihi b vaccam triennē, & caprā trimam, & arietē annorum trium, turturē quoque & columbam. [10] Qui tollens vniuersa hęc, diuisit ea per medium, & vtrasque partes contra se altrinsecus posuit. Aues autem non diuisit.

a Id est: Ego sine liberis moriar, & filius procuratoris mei, vel villici mei, qui vniuersa dispensat & distribuit cibaria familiæ meæ, vocatur iste Damascus Eliezer. hic meus hęres erit. Hier. ibidem.

b Has species elegit dominus sicut etiā Moyses scripsit, ad hostias & sacrificia.

Quinta apparitio dei ad Abrā.

[11] Descenderúntque volucres super cadauera, & abigebat eas Abram. [12] Cúmque sol c occúberet, sopor irruit super Abrā, & horror magnus & tenebrosus inuasit eū: [13] dictúmq; est ad eum: †Scito prænoscēs, quòd peregrinum futurū sit semen tuū in terra nō sua, & subiiciēt eos seruituti & affligent c quadringētis annis. †[14] Veruntamen gētē cui seruituri sunt, ego iudicabo, & post hæc egredientur cū magna substātia. [15] Tu autē ibis ad patres tuos in pace sepultus in senectute bona. [16] Generatione autē d quarta reuertētur huc. Necdū enim cōpletæ sunt iniquitates Amorrhæorum vsq; ad præsens tēpus. [17] Cùm ergo occubuisset sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lāpas ignis transiens inter diuisiones illas. [18] In die illo pepigit dns fœdus cum Abrā, dicēs: †Semini tuo dabo terrā hanc, a e fluuio Ægypti vsque ad fluuiū magnum Euphraten, [19] Cinæos, & Cenezæos, Cedmonæos, [20] & Hethæos, & Pherezæos, Raphaim quoque [21] & Amorrhęos, & Chananæos, & Gergesæos, & Iebusæos.

c Cōputēdis à quinto anno Isaac cū exiret Ismael à domo Abrahę. Et fi numerentur 430. anni, cōputandi sunt à 75. anno Abrahæ cū peregrinatus est in Ægyptū, quem sequuntur ętatis semen suum.

d Ab egressu Ægypti vsque ad ingressū terræ Chanaan sub Iosue.

e. Rhinocurara dicto, Ægyptū à Chanaan separante. qui & Rhinocurus vel torrens dicitur. Imò vero Stephanos Rhinocurarum oppidū facit. Strabo & Plinius Rhinocolurā vocant.

†Sup. 12.b 23.q.5.c.vlti. §. Per scientes. Infr. 26.a Deut. 34.b

Hagar Sarai dominæ permissu se ex Abram concepisse videns, dominam contempsit, vnde fugere coacta est, donec per angelum dominæ submissa Ismaelem peperit. XVI.

a Sarai tunc 76. annorū ętate parere imporcas.

A

Ioſ.1.18. Anno ante Christum. 1959. Anno mūdi 2013. †23.q.4. quid autem. &c. Dixit Sara. &c. 10. di.c. Ismael.

B

†23.q.4.c. Quando. c Steccleſia. 32.q.4.c. Recurrat.

Agitur a Sarai vxor Abram nō genuerat sibi liberos, sed habēs ancillam Ægyptiā, nomine Hagar, b dixit marito suo: Ecce concluſit me dns, ne parerē, † ingredere ad ancillam meam, si fortè saltem ex illa susciam filios. Cúmq; ille acquieſceret deprecanti, [3] tulit Hagar Ægyptiam ancillam suam post annos decem quàm habitare cœperāt in terra Chanaan, & dedit eam viro suo vxorē. [4] Qui ingressus est ad eam. At illa concepisse se videns, despexit dominam suam. [5] Dixitque Sarai ad Abram: Iniquè agis contra me. Ego dedi ancillam meam in sinum tuum, quæ videns quòd conceperit, despectui me habet. Iudicet dominus inter me & te. [6] Cui respondit Abram: Ecce, ait, ancilla tua in manu tua est: vtere ea vt libet. † Affligente igitur

te igitur eā Sarai, fugam iniit. [7] Cumq; inuenisset eam angelus domini iuxta fontem aquę in solitudine quę est in via b Sur in deserto, [8] dixit ad illā, Hagar ancilla Sarai vnde venis? & quò vadis? Quę respondit: A facie Sarai dnę meę ego fugio. [9] Dixitq; ei angelus domini: Reuertere ad dominā tuā, & humiliare sub manu illius. Et rursum: [10] Multiplicans, inquit, multiplicabo semen tuum, & nō numerabitur præ multitudine. [11] Ac deinceps, ecce, ait, concepisti, & paries filium, vocabisq; nomen eius Ismael, c eo quòd audierit dominus afflictionem tuam. [12] Hic erit ferus homo: d manus eius contra omnes, & manus omnium cōtra eū: & è regione vniuersorum fratrū suorum figet tabernacula. [13] Vocauit autem Hagar nomē domini qui loquebatur ad eā, Tu deus qui vidisti me. Dixit enim: Profectò hîc vidi posteriora videtis me. [14] Propterea appellauit puteum illum † puteum viuentis & videntis me. Ipse est inter Cades & Barad. †[15] Peperitque Hagar Abrę filium, qui vocauit nomen eius Ismael. [16] Octoginta & sex annorum erat Abram, quando peperit ei Hagar Ismaelem.

b Consequenter Ægyptia in via Sur, quę per eremum ducit in Ægyptum, ire festinabat. Hier. ibid.

c Ismael primus mortalium nomen à deo sortitus est.

d Significat semē eius habitaturum in eremo, id est Saracenos vagos, incertisque sedibus: qui vniuersis gentes incursant, & impugnantur ab omnibus. Hier. ibid.

Nominibus Abræ & Sarai mutatis, ex circuncisionis præcepto, filio promisso, & Ismaelis successu certior factus Abraham, circuncisionis præceptum exequutus est. XVII.

Sexta dei apparitio ad Abram.

A

Iosi.1.a. Ioan. 1.c. Hebr. 4.c Hieron. 4.c

Postquam vero nonaginta & nouē annorum esse cœperat, apparuit ei deus: dixítque ad eum: Ego dominus omnipotens. Ambula coram me, & esto perfectus: † [2] ponámque fœdus meum inter me & te, & multiplicabo te vehementer nimis. [3] Cecidit Abram pronus in faciem. Dixítque ei deus: [4] Ego sum, & ponam pactum meum tecum, † eríſque pater multarum a gentium. [5] Nec vltrà vocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constitui te. [6] Faciamq; te crescere vehementissimè, & ponam te in gētibus, Regésq; ex te egrediētur, [7] & statuam b pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis fœdere sempiterno: vt sim deus tuus, & seminis tui post te. † [8] Dabóque tibi & semini tuo post te, terram peregrinationis tuę, omnem terram Chanaam, in possessionem ęternam, eróque deus eorum. [9] Dixítque iterum deus ad Abraham: Et tu ergo custodies pactum meum, & semē tuum post te in generationibus suis. [10] Hoc est pactum meum quod obseruabitis inter me & vos, & semen tuum post te: † c Circuncidetur ex vobis omne masculinū: [11] & circūcidetis carnem pręputij vestri, vt sit in signum fœderis inter me & vos. † [12] infans octo dierum circuncidetur in vobis. Omne masculinum in generationibus vestris, tam vernaculus quàm empticius circuncidetur, & quicunque non fuerit de stirpe vestra. † [13] Erítque pactum meum in carne vestra in fœdus ęternum. [14] Masculus cuius pręputij c caro circuncisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. [15] Dixit quoque deus ad Abraham: Sarai vxorem tuam non vocabis Sarai, sed d Saram. [16] Et benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum. Erítque in nationes, & Reges populorum orientur ex eo. [17] Cecidit Abraham in faciem suā, & risit in corde suo, dicens: Putáſne centenario nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet? [18] Dixítque ad Deum: Vtinam Ismael viuat coram te. [19] Et ait Deus ad Abraham: † Sara vxor tua pariet tibi filium, vocabísque nomen eius e Isaac. Et cōstituam pactum meum illi in fœdus sempiternum, & semini eius post eum. [20] Super

a Non solùm quæ ex Isaac, sed quæ per totum mundū dispersæ fidē Abrahæ imitabuntur.

b Vbicunque in Græco testamentum legimus, ibi in Hebræo sermone est fœdus: hoc pactum: id est Berith. Hieron. ibid.

c Circūcisionis signū carnale nō spirituale, filios carnales Abrahæ non spirituales obligabat.

d Sara est nomē eius, id est non dices princeps mea es, omnium quippe gentiū futura est princeps. Causa autē mutati nominis hæc est, quòd antea diceb atur princeps mea, vnius tantū domus materfamilias, posteà verò absolutè princeps, e Quatuorum veteri testamēto absque vllo velamine nominibus suis antequā nascerentur, vocati sunt: Ismael, Isaac, Salomō & Iesus. Hier. ibid.

D Ismael quoque exaudiui te: Ecce benedicam ei, & augebo & multiplicabo eum valde. Duodecim duces generabit, & faciam illum crescere in gentem magnam. [21] Pactum verò meum statuam ad Isaac, quem pariet tibi Sara tempore isto, in anno altero. [22] Cúmque finitus esset sermo loquentis cum eo, ascendit deus ad Abraham. [23] Tulit autem Abraham Ismael filium suum, & omnes vernaculos domus suę, vniuersosque quos emerat, & cunctos mares ex omnibus viris domus suę, & circuncidit carnē pręputij eorum statim in ipsa die, sicut pręceperat ei deus. [24] Abraham nonaginta & nouem erat annorum quādo circuncidit carnem pręputij sui, [25] & Ismael filius suus tredecim annos impleuerat tempore circuncisionis suę. † [26] Eadem die circuncisus est Abraham, & Ismael filius eius, [27] & omnes viri domus illius, tam vernaculi quàm empticij & alienigenę pariter circuncisi sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Angeli ab Abraham hospitio suscepti, fidem futuræ prolis illi & Saræ faciunt: quam ridentem arguentes, Sodomæ euersionem Abrahæ reuelant, pro qua precatus, non est exauditus ab eis.

XVIII.

Septima dei apparitio Abrahę.

a Videlicet fratres ſi non diſpenſatione ſancti ſpiritus res gerantur. Veniunt ad Abraham tres in meridie, venerunt ad Lot duo, & vespere. Auguſt. ibid.

APparuit autem ei dominus in cõualle Mambre, ſedenti in oſtio tabernaculi ſui, in ipſo feruore diei.[2] Cúmque eleuaſſet oculos, apparuerunt ei [a] tres viri ſtantes prope eum. Quos cùm vidiſſet, cucurrit in occurſum eorũ de oſtio tabernaculi ſui, & adorauit in terra,[3] & dixit: † Domine, ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruum tuum: [4] ſed afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes veſtri, & requieſcite ſub arbore. [5] Ponámque bucellam panis, & cõfortetur cor veſtrum, poſtea tranſibitis. Idcireo enim declinaſtis ad ſeruum veſtrum. Qui dixerunt: Fac vt locutus es. [6] Feſtinauit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitq; ei: Accelera, [b] tria ſata ſimilę commiſce, & fac ſubcinericios panes. [7] Ipſe verò ad armẽtum cucurrit, & † tulit inde vitulum tenerrimum & optimum, deditque puero. Qui feſtinauit & coxit illum. † [8] Tulit quoque butyrum, & lac, & vitulum quem coxerat, & poſuit coram eis. Ipſe verò ſtabat iuxta eos ſub arbore. Cúmq; comediſſent, [9] dixerunt ad eũ: Vbi eſt Sara vxor tua? Ille reſpondit: Ecce in tabernaculo eſt. [10] Cui dixit: † Reuertens veniam ad te tempore iſto, vita comite, & habebit filium Sara vxor tua. Quo audito Sara riſit poſt oſtium tabernaculi. [11] Erant autẽ ambo ſenes, prouectæq; ætatis: & deſierant Sarę fieri muliebria. [12] Quæ riſit occultè, dicens: Poſtquam conſenui, & dominus meus vetulus eſt, voluptati operã dabo? [13] Dixit autem dominus ad Abraham: Quare riſit Sara vxor tua, dicens: nũ verè paritura ſum, anus? [14] Nunquid deo quicquam eſt difficile? Iuxta condictum reuertar ad te [c] hoc eodem tempore, vita comite, & habebit Sara filium. [15] Negauit Sara dicens: Non riſi, timore perterrita. Dominus autem, Non eſt, inquit, ita: [d] ſed riſiſti. [16] Cũ ergo ſurrexiſſent inde viri, direxerunt oculos contra Sodomã, & Abraham ſimul gradiebatur, deducẽs eos. [17] Dixitq; dominus: Num celare potero Abrahã quę geſturus ſum, [18] cũ futurus ſit in gentem magnã ac robuſtiſſimã, & benedicẽdę ſint in illo omnes nationes terræ? [19] Scio enim quòd præceptурus ſit filiis ſuis, & domui ſuę poſt ſe, vt cuſtodiant viã domini, & faciant iudicium & iuſtitiam, vt adducat dominus propter Abraham omnia quæ locutus eſt ad eum. [20] Dixit itaq; dominus: Clamor Sodomorum & Gomorrhęorũ multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatũ eſt nimis. † [21] Deſcendam, & videbo [e] vtrum clamorem qui venit ad me, opere cõpleuerint, an nõ eſt ita, vt ſciam. [22] Conuerterúntq; ſe inde, & abierunt Sodomam. Abraham verò adhuc ſtabat corã domino, [23] & appropinquans ait: Nunquid perdes iuſtũ cum impio? [24] Si fuerint quinquaginta iuſti in ciuitate, peribunt ſimul, & nõ parces loco illi propter quinquaginta iuſtos ſi fuerint in eo? [25] Abſit à te, vt rem hanc facias, & occidas iuſtum cũ impio, fiátque iuſtus ſicut impius. Nõ eſt hoc tuum, qui iudicas omnem terram. Nequaquam facies iudiciũ hoc. [26] Dixitq; dominus ad eum: Si inuenero Sodomis quinquaginta iuſtos in medio ciuitatis, dimittã omni loco propter eos. [27] Reſpondénſq; Abraham ait: Quia ſemel cœpi: loquar ad dominũ meũ, [f] cum ſim puluis & cinis. [28] Quid ſi minus quinquaginta iuſtis quinque fuerint, delebis propter quadragintaquinque vniuerſam vrbẽ? Et ait, Nõ delebo, ſi inuenero ibi quadragintaquinq;. [29] Rurſúmq; locutus eſt ad eum: Si autẽ quadraginta ibi inuenti fuerint, quid facies? Ait: Nõ percutiã propter quadraginta. [30] Ne quęſo, inquit, indigneris dñe, ſi loquar. Quid ſi ibi inuenti fuerint triginta? Reſpondit: Non faciam, ſi inuenero ibi triginta. [31] Quia ſemel, ait, cœpi, loquar ad dominum meum. Quid ſi ibi inuenti fuerint viginti? Ait: Nõ interficiam propter viginti. [32] Obſecro, inquit, ne iraſcaris domine, ſi loquar adhuc ſemel. Quid ſi inuenti fuerint ibi decem? Dixit: Nõ delebo propter decem. [33] Abiitq; [g] dominus poſtquam ceſſauit loqui ad Abraham, & ille reuerſus eſt in locum ſuum.

Lot angelos ſuſcipiens hoſpitio, à Sodomitis vim paſſus, cum vxore & vtráque filia à Sodomitico ereptus incendio, vxorem in via amiſit, & tandem inebriatus cum vtraque filia inceſtum commiſit.

XIX.

Venerúntque

b Idem myſterium & Mic & in euangelio vbi mulier tria ſata farinæ fermentauit. Hieronym. ibidem.

c Sequentis anni.

d Quare iſtã redarguit dominus, cùm & Abraham riſerit? niſi quia illius riſus admirationis & lętitiæ fuit: Saræ autem dubitationis. Auguſt. ſuper Geneſ.

e Hoc eſt, Si permanſerint in furore, non deerit pœna peccantibus. ſi deſierint ab iniquitate, mea ſĕra cognitione diguiſſimi. Cognoſcit autẽ dominus eos qui ſui ſunt. Hieronym. ibidem.

f Quoniã nõ habebat peccata quæ diceret, ad naturã ipſam confugit. Et quoniam terra honeſtũ quodammodo videtur nomẽ, cineris addidit. Chryſoſt. 2. Cor. 11. Homil. 23.

g Ille angelus qui remiſerat cũ Abraham, alii duobus pergentibus Sodomã.

Ioan. cum Hieron. in Chron. ad medi. anno 2017. ab. 1.17. Heb. 13.2.

VEnerúntque duo angeli Sodomam veſpere, ſedente Lot in foribus ciuitatis. Qui cùm vidiſſet eos, ſurrexit, † & iuit obuiã eis, adorauítque pronus in terram, [2] & dixit: Obſecro domini, declinate in domum pueri veſtri, & manete ibi. Lauate pedes veſtros, & mane proficiſcemini in viam veſtram. Qui dixerunt: Minimè, ſed in platea manebimus. [3] Compulit illos oppidò vt diuerterẽt ad eum. Ingreſſíſq; domum eius fecit cõuiuium: & coxit azima, & comederunt. [4] Prius autẽ quàm irent cubitum, viri ciuitatis vallauerunt domum illius, à puero vſque ad ſenem, omnis populus ſimul: [5] vocauerúntque Lot, & dixerunt ei: Vbi ſunt viri qui introierunt ad te nocte? Educ illos huc, vt cognoſcamus eos. [6] Egreſſus ad eos Lot, poſt tergum accludens oſtium, [7] ait: Nolite quæſo fratres mei, nolite malum hoc facere. † [8] Habeo duas filias, quæ necdum cognouerunt virum: [a] Educam ad vos, abutimini eis ſicut vobis placuerit, dummodo viris iſtis nihil mali faciatis: quia ingreſſi ſunt ſub vmbra culminis mei. [9] At illi dixerunt: Recede illuc. Et rurſus: Ingreſſus es, inquiunt, vt aduena, nunquid vt [b] iudices? Te ergo ipſum magis quàm hos affligemus. † Vímque faciebant Lot vehemẽtiſſimè. Iámq; propè erat vt effringerent fores, [10] & ecce miſerũt manum viri, & introduxerunt ad ſe Lot, clauſerúntq; oſtium, [11] & eos qui foris erant, † percuſſerunt cæcitate, à minimo vſque ad maximum, ita vt oſtium inuenire nõ poſſent. [12] Dixerunt autem ad Lot: Habes hîc quempiam tuorum, generũ, aut filios, aut filias? Omnes qui tui ſunt, educ de vrbe hac. [13] Delebimus enim locum iſtum, eò quòd increuerit clamor eorũ coram domino, qui miſit nos vt perdamus illos. † [14] Egreſſus itaque Lot, locutus eſt ad generos ſuos, qui accepturi erãt filias eius, & dixit: Surgite, & egredimini de loco iſto, quia delebit dominus ciuitatem hanc. Et viſus eſt eis quaſi ludens loqui. † [15] Cúmq; eſſet mane, cogebãt eum angeli, dicẽtes: Surge, tolle vxorem tuam, & duas filias quas habes, ne & tu pariter pereas in ſcelere ciuitatis. [16] Diſſimulante illo, apprehenderunt manum eius, & manum vxoris, ac duarum filiarum eius, eo quòd parceret dominus illi: [17] eduxerúntq; eum, & poſuerunt extra ciuitatem, ibique locuti ſunt ad eum, dicentes: Salua animã tuam. Noli reſpicere poſt tergum, nec ſtes in omni circà regione, ſed in monte ſaluũ te fac, ne & tu ſimul pereas. [18] Dixítque Lot ad eos: Quæſo domine mi, [19] quia inuenit ſeruus tuus gratiam coram te, & magnificaſti gloriam & miſericordiam tuam quam feciſti mecum, vt ſaluares animam meam, nec poſſum in monte ſaluari, ne fortè apprehẽdat me malum, & moriar: [20] Eſt ciuitas hîc iuxta, ad quam poſſum fugere, parua, & ſaluabor in ea. nunquid nõ modica eſt, & viuet anima mea? [21] Dixítq; ad eum: † Ecce etiã in hoc [c] ſuſcepi preces tuas, vt non ſubuertam vrbem pro qua locutus es. [22] Feſtina & ſaluare ibi, quia non potero facere quicquam donec ingrediaris illuc. Idcirco vocatum eſt nomen vrbis illius, Segor. † [23] Sol egreſſus eſt ſuper terrã, & Lot ingreſſus eſt Segor. † [24] Igitur [d] domin⁹ pluit ſuper Sodomam & Gomorram ſulphur & ignẽ à domino de cœlo, [25] & ſubuertit ciuitates has, & omnem circà regionem, vniuerſos habitatores vrbium, & cuncta terræ virentia. † [26] Reſpiciénſque vxor eius [e] poſt ſe, verſa eſt in ſtatuã ſalis. [27] Abraham autem cõſurgens mane, vbi ſteterat prius cum domino, [28] intuitus eſt Sodomam & Gomorram, & vniuerſam terram regionis illius: vidítque aſcendentem fauillam de terra, quaſi fornacis fumum. [29] Cùm enim ſubuerteret Deus ciuitates regionis illius, recordatus eſt Abrahæ, † & liberauit Lot de ſubuerſione vrbium in quibus habitauerat. † [30] Aſcendítque Lot de Segor. Et manſit in monte: duæ quoq; filiæ eius cum eo. Timuerat enim manere in Segor. Et manſit in ſpelunca, ipſe & duæ filiæ eius cum eo. [31] Dixitq; maior ad minorẽ: [f] Pater noſter ſenex eſt, & nullus virorũ remanſit in terra, qui poſſit ingredi ad nos iuxta morem vniuerſæ terræ. [32] Veni, inebriemus eum vino, dormiamúſque cum eo, vt ſeruare poſſimus ex patre noſtro ſemen. [33] Dederũt itaque patri ſuo bibere vinum nocte illa: & ingreſſa eſt maior, † dormiuítq; cum patre. [g] At ille non ſenſit, nec quando accubuit filia, nec quando ſurrexit. [34] Altera quoque die dixit maior ad minorem: Ecce dormiui heri cum patre meo. Demus ei bibere vinum etiam hac nocte, & dormies cũ eo: vt ſaluemus ſemẽ de patre noſtro. [35] Dederúntque

a Nec eas animo repenſum diſſugium fugitio obiurit: ſed tãta ſubmiſſione fi rentem populum pęſcandi hunc populum talem non acceperunt oblationem arbitrum, vt frequens probauit euentus. Chryſoſto. Hom. 43.

b Lot quoque ſancti Noe iuſtitiam ſecutus, inter tot peccatiũ exempla iuſtitiam non reliquit. Hiero. Ibidem.

c Reuertius ſum faciem tuam, id eſt, Acquieſco precibus tuis. Hiero. Ibid.

d Hæc Sodomæ ſubuerſio facta eſt anno. 51. poſt ſinguarum confuſionem.

e Suo exẽplo fœtus eruditus, in propoſito ſtãto quòd eundum proficiences, noxia curioſitate ferro nõ debere reſpicere: nec poſſe euadere tales ſtatuta ſupplicia hæc forminæ demonſtrauit, quæ quod euaſerat perdidit. Proſper.

f Putauerunt generalẽ totius orbis factã interitum, nullũq; amplius ſuperſtitẽ, deinde & patris viderunt ſenectutẽ. Chryſo. In Geu. Homi. 44.

g Hoc eorum factum fuit diuina diſpenſatione, ſicut & præoptato euenit. nam ſicut illic ex dormiendi latere portio ſumpta eſt, eo non ſentiente, ſed qui ſine rat latus illud, inde vxorẽ Adæ produxit: ita ſimili modo & nũc. Chryſo. Ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam & illa nocte patri suo bibere vinũ. Ingressaq; minor filia dormiuit cum eo. Et ne tunc quidem sensit quando concubuerit, vel quando illa surrexerit. [16] Conceperũt ergo duæ filiæ Lot de patre suo. [17] Peperitque maior filium, & vocauit nomen eius Moab. Ipse est pater Moabitarum vsque in præsentem diem. [38] Minor quoque peperit filium, & vocauit nomen eius Ammon, id est filius populi mei. Ipse est pater Ammonitarum vsque hodie.

Abrahæ in Geraris peregrinanti vxor rapitur, quæ illi magno cum fœnore intacta redditur: orante autem Abraham salus regis restituitur. XX.

[a] Rofectus inde Abraham in terram australem, habitauit inter Cades & Sur: & peregrinatus est in Geraris. † [2] Dixitque de Sara vxore sua, [b] Soror mea est. Misit ergo Abimælæch Rex Geraræ, & tulit eam. [3] Venit autem deus ad Abimælæch per somniũ nocte, & ait illi: En morieris propter mulierem quam tulisti, habet enim virum. [4] Abimælæch verò non tetigerat eam. Et ait: Domine, num gentem ignorantem, & iustam interficies? [5] Nónne ipse dixit mihi, Soror mea est: & ipsa ait, Frater meus est: In simplicitate cordis mei & munditia manuũ mearum feci hoc. [6] Dixitque ad eũ deus, † Et ego scio quòd simplici corde feceris, & ideo custodiui te ne peccares in me, & non dimisi vt tangeres eam. [7] Nunc ergo redde viro suo vxorẽ, & orabit pro te, quia [c] Propheta est, & viues. Si autem nolueris reddere, scito quòd morte morieris tu, & omnia quæ tua sunt. [8] Statimque de nocte cõsurgens Abimælæch, vocauit omnes seruos suos, & locutus est vniuersa verba hęc in auribus eorum. Timueruntque omnes viri valde. [9] Vocauit autem Abimælæch etiã Abraham, & dixit ei: Quid fecisti nobis? Quid peccauimus in te, quia induxisti super me & super regnum meum, peccatum grande? Quæ nõ debuisti facere, fecisti nobis. [10] Rursusque expostulans, ait: Quid vidisti vt hoc faceres? [11] Respondit Abrahã: Cogitaui mecum, dicens: Forsitan non est timor dei in loco isto, & interficient me propter vxorem meam. [12] Alias autem & verè [d] soror mea est, filia patris mei, & non filia matris meæ: & duxi eam in vxorẽ. [13] Postquam autem eduxit me deus de domo patris meæ: & duxi eam in vxorẽ. [13] Postquam autem eduxit me deus de domo patris mei, dixi ad eam: Hanc misericordiam facies mecum: In omni loco ad quem ingrediemur, dices quòd frater tuus sim. [14] Tulit igitur Abimælæch oues, & boues, & seruos & ancillas, & dedit Abrahã. Reddiditque illi Sarã vxorẽ suã, [15] & ait: Terra coram vobis est: vbicunque tibi placuerit, habita. [16] Saræ autẽ dixit: Ecce mille argẽteos dedi fratri tuo, [e] hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecũ sunt: & quocunque perrexeris, memento te deprehensam. † [17] Orante autem Abraham, sanauit deus Abimælæch, & vxorem ancillásque eius, & pepererunt. [18] Cõclusérat enim dominus omnem vuluam domus Abimælæch, propter Saram vxorem Abrahæ.

Nato Isaac & ablactato, Ismaël cum matre pellitur, in desertis victurus: Abimælæch cum Abraham fœdus medio iuramento percussit. XXI.

Natiuitas Isaac.

Visitauit autem dominus † Saram sicut promiserat, & impleuit quæ locutus est: [2] concepitque & peperit filium in senecture sua, tempore quo prædixerat ei deus. † [3] Vocauitque Abraham nomen filij sui, quem genuit ei Sara, Isaac: [4] & circuncidit eum octauo die, sicut præceperat ei Deus, [5] cùm esset centum annorum. Hac quippe ætate patris natus est Isaac. [6] Dixitque Sara: Risum fecit mihi Deus: & quicũque audierit, corridebit mihi. [7] Rursumque ait: Quis auditurus crederet Abraham quòd Sara lactaret filium, quẽ peperit ei iã seni? [8] Creuit igitur puer, & ablactatus est. Fecitque Abrahã grande conuiuium in die ablactationis eius. † [9] Cumque vidisset Sara filium Hagar Ægyptiæ [a] ludentem cum Isaac filio suo, [10] dixit ad Abrahã: † Eiice ancillam hanc, & filiũ eius. Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac. [11] Durè accepit hoc Abraham pro filio suo. [12] Cui dixit deus: Non tibi videatur asperum super puero, & super ancilla tua. Omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocẽ eius, † quia in Isaac vocabitur tibi semen. † [13] Sed & filiũ ancillæ faciã in gentẽ magnam, quia semen tuum est. [14] Surrexit itaque Abraham mane, & [b] tollens panem, & vtrem aquæ, impositque scapulæ eius, [c] tradiditque puerum, & dimisit eam.

Quæ

a. A conualle Mambre.

b. Non dixit, non est vxor mea, sed dixit, Soror mea est. Nõ est ergo mendacium, cum filium ab excondicto verum, id cum loquendo promittur falsum. August. contra mendacium.

c. Abraham omniũ primus prophetæ appellatus: scripturis sacris inuentus est.

d. Id est fratris mei. Aut filia, & non sororis: sicut Lot vocauit fratrem. Sed quia in Hebræo habet, vere soror mea est filia patris mei, nõ filia matris mee, & magis sonat quod soror. Abraham fuerit: nõ excusatione tempore tales nuptias legi prohibitas. Hie. super Gen.

e. Hoc est, Omnes verò discant quòd nihil à me factũ est iniquum: quia inlacta exiuisti de domo mea. Propter doce hæc virum tuũ, qui pro me preces domino offerat. Chrysost. in Genes. Homil. 45.

a. Id est contendẽtem cum Isaac super primogenitura, cum maior nam esset ipsum Isaac. Hier. in Gene.

b. Ismael. 18 annorum erat cũ electus est, & Isaac 2 annorum, cũ natus est Ismael 15 annum agente. Hier. Ibid.

c. Hoc est in manus eius tradidit, commendauit, & ita emisit eam è domo. Hiero. Ibid.

A Ioseph. 2.

† 12. q. 1. c. Quæritur.

B † 12. q. 1. Nemo.

C

D

† 33. q. 1. c. Si forte iuxta. De panis dist. 1. c. Ioannes. 3. Denique.

A Ioseph. 1. 20. Ant. ante Christum. 1914. Anno mundi 2048. Sup. 17. c. 18. † Gala. 4. c. Hebræ. 11. c. Matth. 3. c. 3. 17. diction. Quæstiones.

B † Roma. 9. b. Heb. 11. d. Ioseph. 2. b. Galat. 4. d. † 21. q. 4. Sacerdotes.

† 47. dist. Quæsumus. † 32. q. 5. Nonnulli. 8. q. 4. Dicat.

Quæ cum abissет, errabat in solitudine Bersabee. [15] Cúmque consumpta esset aqua in vtre, abiecit puerum subter vnam arborem quæ ibi erat, [16] & abiit: sedítque è regione procul, quantum potest arcus iacere. Dixit enim: Non videbo moriẽtem puerum. Et c sedens contrà, leuauit vocem suam, & fleuit. [d] [17] Exaudiuit autẽ deus vocẽ pueri. Vocauítque angelus domini Hagar de cœlo, dicens: Quid agis Hagar? Noli timere: Exaudiuit enim deus vocem pueri de loco in quo est. [18] Surge, & tolle puerum, & tene manum illius, quia in gentem magnã faciã eum. [19] Aperuitq; oculos eius deus. Quæ videns puteum aquę, abiit & impleuit vtrẽ, deditq; puero bibere, [20] & fuit cũ eo. Qui creuit, & moratus est in solitudine, factúsq; est iuuenis sagittarius: [21] habitauítque in deserto Pharan. Et accepit illi mater sua vxorẽ de terra Ægypti. † [22] Eodem tempore dixit Abimælęch & Phicol princeps exercitus eius ad Abrahã: Deus tecũ est in vniuersis quæ agis. [23] Iura ergo per deũ, ne noceas mihi, & posteris meis, stirpíq; meę: sed iuxta misericordiam † quam feci tibi, facies mihi, & terræ in qua versatus es aduena. D [24] Dixitq; Abraham: Ego iurabo. [25] Et increpauit Abimælæch propter puteum aquę, quẽ vi abstulerant serui eius. [26] Respõditq; Abimælæch: Nescíui quis fecerit hanc rẽ: sed & tu non indicasti mihi, & ego nõ audiui præter hodie. [27] Tulit itaque Abraham oues & boues, & dedit Abimælæch. Percussérúntq; ambo fœdus. [28] Et statuit Abrahã septem agnas gregis seorsum. [29] Cui dixit Abimælęch: Quid sibi volũt septẽ agnæ istæ, quas stare fecisti seorsum? [30] At ille: Septẽ, inquit, agnas accipies de manu mea, vt sint mihi in testimonium, quoniam ego fodi puteum istum. [31] Idcirco vocatus est locus ille Bersabee, quia ibi vterque iurauit, [32] & inierũt fœdus pro puteo iuramenti. [33] Surrexit autem Abimælæch, & Phicol princeps exercitus eius: reuersíq; sunt in terram Palęstinorum: Abraham verò plantauit nemus in Bersabee, & inuocauit ibi nomen dei æterni, [34] & fuit colonus terræ Palæstinorum diebus multis.

d Nõ quia ancilla erat, despexit eã: sed quia patriarchæ promittebat, & illius hoc semen erat, cantã quoque curam erga illã declarare dignatur. Chrysost. Hom. 46.

Fides Abrahæ in filij sui Isaac immolatione probata, ab executione prohibetur, & repromissione confirmatus, fratris sui Nachor natam prolem audiuit. XXII.

Nona dei apparitio Abrahæ.

Væ postquam gesta sunt, † tentauit deus Abrahã, & dixit ad eum: Abraham Abraham. Ille respondit: Adsum. [2] Ait illi: Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Isaac: & vade in terram [a] visionis, atq; ibi offeres eum in holocaustum, super vnum montium quem monstrauero tibi. [3] Igitur Abraham de nocte consurgens, strauit asinum suum, ducens secum duos iuuenes, & Isaac filium suum. Cúmque concidisset ligna in holocaustum, abiit ad locum quem præceperat ei deus. [4] Die autem tertio eleuatis oculis vidit locum procul, [5] dixítque ad pueros suos: Expectate hîc cum asino: ego & puer illuc vsque properantes, postquam adoraueri mus, [b] reuertemur ad vos. [6] Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum. Ipse verò portabat in manibus ignem & gladium. Cúmque duo pergerent simul, [7] dixit Isaac patri suo, Pater mi. At ille respondit: Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis & ligna: vbi est victima holocausti? [8] Dixit autem Abraham, Deus prouidebit sibi victimam holocausti, fili mi. Pergebant ergo pariter, [9] & venerunt ad [c] locum quem ostenderat ei deus: in quo ædificauit altare, & desuper ligna composuit. Cúmque alligasset Isaac filium suum, † posuit eum in altare super struem lignorum. [10] Extendítque manum, & arripuit gladium, vt immolaret filium suum. [11] Et ecce angelus domini de cœlo clamauit, dicens: Abraham, Abraham. Qui respondit: Adsum. [12] Dixítque ei: Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quicquam. Nunc cognoui quòd timeas dominum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me. [13] Leuauit Abraham oculos suos, vidítque post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus. Quem assumens, [d] obtulit holocaustum pro filio. [14] Appellauítque nomen loci illius, Dominus videt. Vnde vsque hodie dicitur, In monte dominus videbit. [15] Vocauit autem angelus domini Abraham secundò de cœlo, dicens: † [16] Per memetipsum iurauí, dicit dominus, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, [17] benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut [e] stellas cœli,

a Super quem Salomon templum domini ædificauit. Hieron. ibid.

b Indubitatã animo mactare filium volebat, laudãdus in constantia offerendi, & in fide suscitandi. Alc. Trẽ. Deo iubẽti ea intentione paruit Abrahã, qui sciebat Deum nec imminentem promissionum suarum, & mysticum quoddã futuræ passionis dominicæ gerisa crastinum. Prosper.

c A Geraris vbi natus fuit Isaac, ad montem Moriah iter triũ dierũ est: à quercu verò Mambre vix iter diei habetur. Hier. Ibidem.

Decima dei apparitio Abrahę.

d Ideo Isaac immolatus nõ est, quia resurrectio dei filio seruata est. Prosper.

e Promissio dei vt stellas cœli, & vt arenã maris, quæ numerari nequeũt, concernit: quę in Christo per fidẽ gentium, quarum pater est Abrahã, benedictionẽ esse supplerant, & ipse rerũ ordo demonstrat. Prosper.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& velut arenam quæ est in littore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum D
suorum,† [18] & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci
meæ. [19] Reuersus est Abraham ad pueros suos, abieruntque Bersabee simul: &
habitauit ibi. [20] His itaque gestis nunciatum est Abraham, quòd Melcha quoque
genuisset filios Nachor fratri suo, [f 21] Huz primogenitum, & Buz fratrem eius, &
Chamuel patrem Syrorum, [22] & Caseth, & Azau, Pheldas quoque, & Iedlaph, [23] &
Bathuel, de quo nata est Rebecca. Octo istos genuit Melcha Nachor fratri Abra-
ham. [24] Concubina verò illius nomine Roma, peperit Thabee, & Gaon, & Thaas,
& Maacha.

† Heb 4.c 11.q.1.ca. Recurras. 1. Mach. 12.f. Ioc. 1.c Galat. 3.a Atho 3.d Eccle. 44.d

f Huz primogenitus Nachor, de cuius stirpe Iob Auctor fuit. Male igitur quidam existimant Iob de genere Esau esse. Hier. ibidē.

Mortua Sara plangitur, atque in spelunca duplici (quam ab Ephron cum agro Abraham præsenti pecunia emit) cum honore sepelitur. XXIII.

A Ioseph. 25. Anno ante Christum 1880. Anno mundi 2082 Tit. 9. 2. c Hebron.

[1] Vixit autem Sara cētum vigintiseptem annis, [2] & mortua est in [a] ciuitate † Ar-
bee, quæ est Hebron in terra Chanaan. Venitque Abraham vt plange-
ret & fleret eam. [3] Cúmque surrexisset ab officio funeris, locutus est ad
filios Heth, dicens: † Aduena sum & peregrinus apud vos: date mihi ius sepulchri
vobiscum, vt sepeliam mortuum meum. [5] Responderunt filij Heth, dicentes: [6] Au-
di nos domine. Princeps dei es apud nos, in electis sepulchris nostris sepeli mor-
tuum tuum: nullúsque te prohibere poterit, quin in monumento eius sepelias
mortuum tuum. [7] Surrexit Abraham, & adorauit populum terræ, filios videlicet B
Heth. [8] Dixítque ad eos: Si placet animæ vestræ vt sepeliam mortuum meum, au-
dite me, & intercedite pro me apud Ephron filium Seor, [9] vt det mihi speluncam
duplicem, quam habet in extrema parte agri sui. Pecunia digna tradat eam mihi co-
ram vobis in possessionem sepulchri. [10] Habitabat autem Ephron in medio filiorum
Heth. Respondítque Ephron ad Abraham cunctis audientibus qui ingrediebān-
tur portam ciuitatis illius, dicens: [11] Nequaquam ita fiet, domine mi: sed tu magis au-
scultа quod loquor: Agrum trado tibi, & speluncam quæ in eo est, præsentibus filiis
populi mei. Sepeli mortuum tuum. [12] Adorauit Abraham coram domino & popu- C
lo terræ, [13] & locutus est ad Ephron, circunstante plebe eius: Quæso vt audias me.
Dabo pecuniam pro agro, suscipe eam, & sic sepeliam mortuum meū in agro. [14] Re-
sponditque Ephron: † [15] Domine mi, audi me. Terra quam postulas, quadringentos
siclos argenti valet. Istud est precium inter me & te. Sed quātum est hoc? Sepeli mor-
tuum tuum. [16] Quod cum audisset Abraham, appendit pecuniam quam Ephrō po-
stulauerat, audientibus filiis Heth, quadringentos siclos argēti probatæ monetæ pu-
blicæ. [17] Confirmatúsque est ager quondam Ephronis, in quo erat spelūca duplex re- D
spiciens Mambre, tam ipse quam spelunca, & omnes arbores eius in cunctis terminis
eius per circuitum, [18] Abrahæ in possessionem, videntibus filiis Heth, & cunctis qui
intrabant portam ciuitatis illius. † [19] Atque ita sepeliuit Abraham Saram vxorem suā
in spelunca agri duplici, quæ [b] respiciebat Mambræ. hæc est Hebrō in terra Chanaan.
[20] Et confirmatus est ager, & antrum quod erat in eo, Abrahæ in possessionem mo-
numenti à filiis Heth.

† 13. q. 2. cap. Postquam a Hebron.

† 13. q. 2. Hebron. & Quesita. De sepul. c.

a Cariath Arbe, id est ciuitas quatuor, Adam, Abrahā, Isaac & Iacob ibi sepultorum, vt dicunt Hebræi.

b Per medię lucce distantiam.

Seruus Abrahæ in Mesopotamiam ad quærendam Isaac vxorem missus, mandatum fideliter implet: Rebeccam adducit, quam Isaac ducit in vxorem, super morte matris consolatus. XXIIII.

A Ioel. 2. 24.

[1] Erat autem Abraham senex, dierúmque multorum: & dominus in cun-
ctis benedixerat ei. [2] Dixítque ad [a] seruum seniorem domus suæ, qui præe-
rat omnibus quæ habebat: † Pone manum tuam subter [b] femur meum,
[3] vt adiurem te per deum cœli & terræ, vt non accipias vxorem filio meo de filia-
bus Chananæorum, inter quos habito: [4] sed ad terram & cognationem meam pro-
ficiscaris, & inde accipias vxorem filio meo Isaac. [5] Respondit seruus: Si nolue-
rit mulier venire mecum in terram hanc, nunquid reducere debeo filium tuum
ad locum de quo tu egressus es? [6] Dixítque Abraham, Caue ne quando reducas fi-
lium

† Infra. 24. 42. g.

a Eliezer procurator domus sue. Comestor, ibidem. b In femore Abrahæ deū cuidā fuisse hic ordo ostenditur, quòd Abraham genuit Isaac, &c. ex quibus per seriē generationū virgo Maria processit, quæ peperit Christum, qui est deus cœli. Prosper.

† Sup. n. b

lium meum illuc. † [7] Dominus cœli & terræ, qui tulit me de domo patris mei, & de
terra natiuitatis meæ, qui locutus est mihi, & iurauit mihi, dicens: Semini tuo dabo
terrā hanc: ipse mittet angelū suum coram te, & accipies inde vxorem filio meo. [8] Sin
autem mulier noluerit sequi te, non teneberis iuramento: filium tātùm meum ne re-
ducas illuc. [9] Posuit ergo seruus manum sub fœmore Abraham domini sui, & [c] iura- c Iurauit in semine Abra-
uit illi super sermone hoc. [10] Tulítq; decem camelos de grege domini sui, & abiit, ex hæ, hoc est in Christo, qui
omnibus bonis eius portans secum: profectúsque perrexit in Mesopotamiam ad vr- ex illo nasciturus erat, & nō
bem Nachor. [11] Cúmq; camelos fecisset accumbere extra oppidum iuxta puteum a- in circūcisione. Hier. ibid.
B
† Genes. 9.
quæ, vespere, eo tempore quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquam, orauit
dominum dicens: † [12] Domine deus domini mei Abraham, occurre obsecro mihi ho
die, & fac misericordiam cum domino meo Abraham. [13] Ecce ego sto prope fontem
aquæ, & filiæ habitatorū huius ciuitatis egredientur ad hauriēdam aquam. [14] Igitur
[d] puella cui dixero: Inclina hydriam tuam vt bibam, & illa responderit: Bibe, quin & d Pro adolescentula quæ
camelis tuis dabo potum: ipsa est quam præparasti seruo tuo Isaac: & per hoc intel- Græce νεᾶνις, Hebraice dici-
ligam quòd feceris misericordiam cum domino meo Abraham. [15] Necdum intra se tur alma, quod quidē & in Isaia habetur ibi: Ecce
verba compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur, filia Bathuel filij Melchæ vxoris virgo concipiet & pariet. Hiero. ibid.
Nachor, fratris Abraham, habens hydriā in scapula sua, [16] puella decora nimis, [e] vir-
góque pulcherrima, & incognita viro. Descenderat autem ad fontem, & impleuerat e Sed cur ista repetitio, vir-
hydriam aqua, ac reuertebatur. [17] Occurritq; ei seruus, & ait: Pauxillū aquæ mihi ad go erat, & incognita viro? nisi quia virginitatis com-
bibendum præbe de hydria tua. [18] Quæ respondit: Bibe, domine mi. Celeritérq; de- mendationem insinuat. Au-
posuit hydriam [f] super vlnam suam, & dedit ei potū. [19] Cúmque ille bibisset, adiecit: gust. ibid.
C
Quin & camelis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant. [20] Effundénsque hydriā
in canalibus, recurrit ad puteum, vt hauriret aquam, & haustam omnibus camelis
dedit. [21] Ipse autem contemplabatur eam tacitus, scire volens vtrum prosperum iter
suum fecisset deus, an non. [22] Postquam autem biberunt cameli, protulit vir inaures
aureas, [g] appendentes siclos duos: & armillas totidem, pondo siclorum decem: g Quarum pondus erat di-
[23] dixítq; ad eam: Cuius es filia? Indica mihi. Est in domo patris tui locus ad manen- midium sicli, id est semun-
dum? [24] Quæ respondit: Filia sum Bathuelis, filij Nachor, quem peperit ei Melcha. cia. Hiero. ibid.
[25] Et addidit dicēs: Palearum quoq; & fœni plurimum est apud nos, & locus spacio-
sus est ad manendū. [26] Inclinauit se homo, & adorauit dominum, [27] dicens: Benedi-
ctus dominus deus domini mei Abraham, qui non abstulit misericordiam & verita-
tem suam à domino meo, & recto itinere me perduxit in domum fratris domini mei.
[28] Cucurrit itaque puella, & nunciauit in domum matris suæ omnia quæ audierat.
[29] Habebat autem Rebecca fratrem nomine Labā: qui festinus egressus est ad homi-
D nem, vbi erat fons. [30] Cúmque vidisset inaures & armillas in manibus sororis suæ, &
audisset cuncta verba referentis, Hæc locutus est mihi homō: venit ad virum, qui
stabat iuxta camelos, & prope fontem aquæ, [31] dixítque ad eum: Ingredere, benedi-
cte domini. cur foris stas? Præparaui domū & locum camelis tuis. [32] Et introduxit eū
in hospitium, ac destrauit camelos, dedítque paleas & fœnum, & aquam ad lauandos
pedes camelorum, & virorum qui venerant cum eo. [33] Et appositus est in conspectu
eius panis. Qui ait: Non comedam donec loquar sermones meos. Respondit ei: Lo-
quere. [34] At ille: Seruus, inquit, Abraham sum: [35] & dominus benedixit domino meo
valde, magnificatúsq; est, & dedit ei oues & boues, argentum & aurum, seruos & an-
cillas, camelos & asinos: [36] & peperit Sara vxor domini mei filiū domino meo in sene-
ctute sua, dedítq; illi omnia quę habuerat. [37] Et adiurauit me dominus meus, dicēs:
Nō accipies vxorē filio meo de filiabus Chananæorū, in quorū terra habito, [38] sed ad
domū patris mei perges, & de cognatione mea accipies vxorem filio meo. [39] Ego re-
spondi domino meo: Quid si noluerit venire mecum mulier? [40] Dominus, ait,
in cuius conspectu ambulo, mittet angelum suū tecum, & diriget viam tuā, accipiésque vxorē filio meo de cognatione mea, & de domo patris mei. [41] Innocēs eris à ma-
ledictione mea, cū veneris ad proximos meos, & nō dederint. [42] Veni ergo hodie ad
fontem aquæ, & dixi: [h] Domine deus domini mei Abrahā, si direxisti viam meam in

h Quærendum quid differant auguriones illicitæ ab illa petitione signi, qua petiuit seruꝰ Abrahæ vt ei deus ostēderet futurā vxorē domini sui Isaac. Aliud est enim mirum aliquid petere quod ipso miraculo significatum sit, aliud hæc obseruare quæ ita fiunt vt mira nō sint, sed à consuetudinibus superstitiosa vanitate interpretētur. August. super Genes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qua nunc ambulo, [43] ecce ſto iuxta fontẽ aquæ, & virgo quæ egredietur ad hauriendam aquam,audierit à me,da mihi pauxillum aquæ ad bibendum de hydria tua,[44] & dixerit mihi:Et tu bibe,& camelis tuis hauriam,ipſa eſt mulier quam præparauit dominus filio domini mei. [45] Dúmque hæc tacitus mecum volurem,apparuit Rebecca veniens cum hydria quam portabat in ſcapula,deſcenditque ad fontem, & hauſit aquam:& aio ad eam:Da mihi paululum bibere.[46] Quæ feſtinans depoſuit hydriam de humero,& dixit mihi:Et tu bibe,& camelis tuis tribuam potum.Bibi:& adaquauit camelos.[47] Interrogauíque eam, & dixi: Cuius es filia? Quæ reſpondit:Filia Bathuelis ſum,filij Nachor,quem peperit ei Melcha.Suſpendi itaque inaures ad ornandam faciem eius,& armillas poſui in manibus eius.[48] Pronúſque adoraui dominum, benedicẽs domino deo domini mei Abrahã, qui perduxit me recto itinere vt ſumerem filiam fratris domini mei filio eius. [49] Quamobrẽ ſi facitis miſericordiam & veritatem cum domino meo,indicate mihi.Sin autem aliud placet, & hoc dicite mihi, vt vadam ad dexteram ſiue ad ſiniſtram.[50] Reſpõderunt Laban & Bathuel:A domino egreſſus eſt ſermo. Non poſſumus extra placitum eius quicquam aliud loqui tecum.† [51] En Rebecca coram te eſt:tolle eam, & proficiſcere, & ſit vxor filij domini tui,ſicut locutus eſt dominus.[52] Quod cùm audiſſet puer Abraham, procidens adorauit in terram dominum: [53] prolatíſque vaſis argenteis & aureis ac veſtibus,dedit ea Rebeccæ pro munere. † Fratribus quoque eius & matri dona obtulit. [54] Inito cõuiuio,veſcentes pariter & bibentes mãſerunt ibi.Surgens autẽ mane, locutus eſt puer: Dimittite me,vt vadam ad dominum meum. [55] Reſponderúntq; fratres eius, & mater,Maneat puella ſaltem decem dies apud nos, & poſtea proficiſcetur.[56] Nolite,ait, me retinere:quia dominus direxit viam meam. Dimittite me vt pergam ad dominũ meum.[57] Et dixerunt:Vocemus puellam,& quæramus ipſius voluntatem.[58] Cúmq; vocata veniſſet,ſciſcitati ſunt: Vis ire cum homine iſto? Quæ ait: Vadam.[59] Dimiſerunt ergo eam,& [i] nutricem illius,ſeruúmque Abrahã,& comites eius, [60] imprecantes proſpera ſorori ſuę,atque dicentes:Soror noſtra es:Creſcas in mille millia,& poſſideat ſemen tuum portas inimicorum ſuorũ. [61] Igitur Rebecca & puellæ illius aſcẽſis camelis ſecutæ ſunt virum:qui feſtinus reuertebatur ad dominũ ſuum. [62] Eo autẽ tempore deambulabat Iſaac per viam quæ ducit ad puteum,† cuius nomẽ eſt viuentis & videntis. Habitabat enim [k] in terra auſtrali, [63] & egreſſus fuerat ad meditãdum in agro,inclinata iam die. Cúmque eleuaſſet oculos,vidit camelos venientes procul. † [64] Rebecca quoque conſpecto Iſaac,deſcẽdit de camelo, [65] & ait ad puerum: Quis eſt ille homo qui venit per agrum in occurſum nobis? Dixítque ei: Ipſe eſt dominus meus.At illa tollens cito pallium ſuum,cooperuit ſe.[66] Seruus autem cũcta quæ geſſerat,narrauit domino ſuo Iſaac. [67] Qui introduxit eam in tabernaculũ Saræ matris ſuæ,& acccepit eam vxorem,& intantum dilexit eam,vt dolorem qui ex morte matris eius acciderat,temperaret.

i Decẽt quippe erat vt ad nuptias abſque parentibus virgo proficiſcẽs, nutricis ſolatio frueretur.Hieron. ibid.

k In Geraris.

† Sup.16.d

Abraham multis ex Cetura filiis ſuſceptis mortuus eſt,atque in ſpelunca duplici ſepultus. Iſmael multa prole diues moritur.Iſaac pro vxore ſterili precatus,geminos genuit,quorum primogenita maior vendidit minori. XXV.

a Suſpicantur Hebræi mutato nomine eandem eſſe Hagar, quæ Sara mortua de concubina tranſierit in vxorem. Hieron. In quæſt. ſuper Geneſ.

A ABraham† verò aliam duxit vxorem nomine [a] Ceturam: [1] quæ peperit ei Zamran,& Iecſan,& Madan,& Madian,& Iesboc,& Sue.[2] Iecſan quoq; genuit Saba, & Dadan.Filij Dadan fuerunt Aſſurim & Latuſim & Laomim.[4] At verò ex Madian ortus eſt Epha,& Opher,& Enoch,& Abida, & Heldaa. Omnes hi filij Ceturæ.[5] Dedítque Abraham cũcta quæ poſſederat,Iſaac: [6] filiis autem concubinarũ largitus eſt munera:& ſeparauit eos ab Iſaac filio ſuo, dum adhuc ipſe viueret ad plagam orientalem. [7] Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ centũ ſeptuagintaquinque anni, [8] & deficiens [a] mortuus eſt in ſenectute bona, prouectæq; ætatis, & plenus dierum, congregatúſque eſt ad populum ſuum. † [9] Et ſepelierunt eum Iſaac & Iſmael filij ſui in ſpelunca duplici,quæ ſita eſt in agro Ephron filij Seor

Mors Abrahæ.

a Omne enim tempus vitæ ipſius dies fuerunt: & non nox.Hierony.

† 1.Para.1.g 32.3.4.5.6. Ioſa.1.13.

Ioſa.1.25. † 11.q.3.c. Hebroñ. Sup.23.c. De ſepul.c. 1. Anno ante Chriſtum 1840. Anno mũdi 3112

B Seor Hethæi,è regione Mambre:[10] quam emerat à filiis Heth.Ibi ſepultus eſt ipſe,& Sara vxor eius.[11] Et poſt obitũ eius benedixit deus Iſaac filio eius, qui habitabat iuxta puteum nomine viuentis & videntis. [12] Hæ ſunt generationes Iſmael filij Abrahę quem peperit ei Hagar Ægyptia,famula Saræ:[13] & hæc nomina filiorum eius in vocabulis & generationibus ſuis. † Primogenitus Iſmaelis Nabaioth, deinde Cedar & Adbeel,& Mabſan,[14] Maſma quoque & Duma,& Maſſa,[15] Hadad,& Thema,& Iethur,& Naphis,& Cedma.[16] Iſti ſunt filij Iſmaelis,& hæc nomina per caſtella & oppida eorum,duodecim principes tribuum ſuarum. [17] & facti ſunt anni vitæ Iſmaelis centum triginta ſeptem, deficiénſque mortuus eſt, & appoſitus ad populum ſuum. [18] Habitauit autem ab Heuila vſque Sur, quæ reſpicit Ægyptum introeuntibus Aſſyrios.Coram cunctis fratribus ſuis obiit.[19] Hæ quoque ſunt generationes Iſaac filij Abraham.Abrahã genuit Iſaac.[20] Qui cùm quadraginta eſſet annorum,duxit vxorẽ Rebeccam, filiam Bathuelis Syri de Meſopotamia, ſororem Laban. [21] Deprecatúſq; eſt Iſaac dominum pro vxore ſua,eo quòd eſſet ſterilis. Qui [b] exaudiuit eum,& dedit conceptum Rebeccæ:† [22] ſed collidebantur in vtero eius paruuli. Quæ ait: Si ſic mihi futurum erat, quid neceſſe fuit concipere? [c] Perrexítq; Rebecca vt conſuleret dominum.[23] Qui [d] reſpondens ait: † Duæ gentes ſunt in vtero tuo,& duo populi ex ventre tuo diuidentur,populúſq; populũ ſuperabit:& [e] maior ſeruiet minori.[24] Iam tempus pariẽdi aduenerat: & ecce gemini in vtero eius reperti ſunt.† [25] Qui primus egreſſus eſt,rufus erat:& totus in morem pellis hiſpidus, vocatúmque eſt nomẽ eius Eſau.† [26] Protinus alter egrediens,plantam fratris tenebat manu: & idcirco appellauit eũ Iacob.Sexagenarius erat Iſaac quando nati ſunt paruuli.[27] Quibus adultis,factus eſt Eſau vir gnarus venandi,& homo agricola:Iacob autem vir ſimplex habitabat in tabernaculis. [28] Iſaac amabat Eſau,eo quòd de venationibus illius veſceretur: & Rebecca diligebat Iacob. [29] Coxit autem Iacob pulmentum. Ad quem cum veniſſet Eſau de agro laſſus,[30] ait:Da mihi de [f] coctione hac rufa,quia oppidò laſſus ſũ. Quam ob cauſam vocatum eſt † nomen eius Ædom.[31] Cui dixit Iacob:Vende mihi primogenita tua. [32] Ille reſpondit: En morior:quid mihi proderunt primogenita? [33] Ait Iacob:Iura ergo mihi. † Iurauit ei Eſau,& vendidit primogenita:[34] & ſic accepto pane & lentis edulio comedit,& bibit,& abiit, paruipendens quòd primogenita vendidiſſet.

Mors Iſmaelis.

b Nec protinus exauditus eſt, ſed annis viginti perſeuerabat orans. Chryſoſto. Homil.49.

c Feſtinauit ad ſacerdotẽ dei miniſtrũ, per quem latẽtium ſcientiam didicit. Chryſoſto.Homil.50.

d Nempe per ſacerdotem. Chryſoſt.ibidem.

e Idumæus populus Iſraeli ſeruiuit tẽpore Dauid.

f Iudeus per Eſau deſignatus, quod naſcẽdo habuit, vendidit, & per concupiſcẽtiam perdidit: Chriſtianus per gratiã quod in natura nõ habuit, acquiſiuit. Proſper.

Iſaac Rebeccam dicens ſororem ſuam,taxatur ab Abimælæch in Geraris peregrinatus.Paſtoribus autem eorum pro puteis diſsidentibus,Abimælæch cũ Iſaac fœdus iniit. XXVI.

Ioſa.10. A RAta autem fame ſuper terrã poſt eam ſterilitatem quæ acciderat in diebus Abraham,[a] abiit Iſaac ad Abimælæch Regem Palæſtinorum in Gerara.[2] Apparuítque ei dominus, & ait: Ne deſcendas in Ægyptum: ſed quieſce in terra quam dixero tibi, [3] & peregrinare in ea: eróque tecum, & benedicã tibi. Tibi enim & ſemini tuo dabo vniuerſas regiones has, complens iuramentum quod ſpopondi Abraham patri tuo: [4] & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli.Dabóque poſteris tuis vniuerſas regiones has, † & benedicẽtur [a] in ſemine tuo omnes gentes terræ, [5] eo quòd [b] obedierit Abraham voci meæ, & cuſtodierit præcepta mea, & mandata mea, & cæremonias legéſque ſeruauerit. [6] Manſit itaq; Iſaac in Geraris. [7] Qui cum interrogaretur à viris loci illius ſuper vxore ſua,reſpondit:Soror mea eſt.Timuerat enim confiteri quòd ſibi eſſet ſociata coniugio, reputans ne fortè interficerent eum propter illius pulchritudinem. [8] Cúmque pertranſiſſent dies plurimi,& ibidem moraretur, proſpiciens Abimælæch Rex Palæſtinorum per feneſtram,vidit eum iocantẽ cum Rebecca vxore ſua,[9] & accerſito eo, ait:Perſpicuum eſt quòd vxor tua ſit.Cur mentitus es eam ſororẽ tuam eſſe?Reſpondit:Timui ne morerer propter eam.[10] Dixítq; Abimęlęch: Quare impoſuiſti nobis? Potuit coire quiſpiam de populo cum vxore tua,& induxeras ſuper nos grande peccatũ. [11] Præcepítq; omni populo,dicens:Qui tetigerit hominis huius vxorem,morte morietur. [12] Seuit autẽ Iſaac in terra illa,& inuenit in ipſo anno cẽtuplũ.Benedixítq;

Prima dei apparitio Iſaac.

a Promiſsio eſt Meſſiæ olim facta Abrahæ.

b Ab obſeruatiõe quatuor rerũ diuinarum Abraham commendatur.

† 12.para.1.b

† 1.q.1.c.1. in prin.

† Rom.9.c Iac.2.d

† Oſee.12.a Anno ante Chriſtum 1914. Anno mũdi 3038. † Matt.1.a

† 1.q.1.c. Quæritur. † 1.q.1.c. Hinc ergo. † 1.q.1.c. Quod permittit. † Hebr.11.c Abrahã.2.a

† 30.q.3.ca. Necillud. Ioſa.1.24. Anno ante Chriſtum 1874. Anno mũdi 2088.

† Supra.12.b 13.d.14.b. 15.a Infra.22.d 26.a 28.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

ei dominus:[13] & locupletatus eſt homo,& ibat proficiẽs atq; ſuccreſcens, donec magnus vehemẽter effectus eſt:[14] habuitq; poſſeſſiones ouiũ & armẽtorũ,& familię plurimũ.Ob hoc inuidẽtes ei Palæſtini,[15] omnes puteos quos foderãt ſerui patris illius Abraham,illo tempore obſtruxerunt,implentes humo:[16] intantũ vt ipſe Abimęlęch diceret ad Iſaac:Recede à nobis,quoniam potẽtior nobis factus es valde. [17] Et ille diſcedens vt veniret ad torrentem Geraræ, habitarétque ibi,[18] rurſum fodit alios puteos,quos foderant ſerui patris ſui Abraham,& quos illo mortuo olim obſtruxerant Philiſtiim. Appellauitq; eos eiſdẽ nominibus quibus antè pater vocauerat. [19] Foderúntq; in torrente, & repererunt aquam viuam. [20] Sed & ibi iurgium fuit paſtorum Geraræ aduerſus paſtores Iſaac,dicentium:Noſtra eſt aqua. Quamobrem nomẽ putei ex eo quod acciderat,vocauit calumniam.[21] Foderunt autem & alium, & pro illo quoq; rixati ſunt,appellauitq; eum inimicitias. [22] Profectus inde fodit alium puteũ, pro quo non contenderunt: itaq; vocauit nomen eius latitudo,dicens: Nunc dilatauit nos dominus,& fecit creſcere ſuper terram.[23] Aſcendit autem ex illo loco in Berſabee,[24] vbi apparuit ei dominus in ipſa nocte, dicẽs: Ego ſum deus Abraham patris tui:Noli timere,quia ego tecum ſum.Benedicã tibi,& multiplicabo ſemẽ tuum propter ſeruum meũ Abraham.† [25] Itaq; ædificauit ibi altare domino, & inuocato nomine domini extendit tabernaculum, præcepitque ſeruis ſuis vt foderent puteum. [26] Ad quẽ locũ cũ veniſſent de Geraris Abimęlęch,& Ochozath amici illius,& Phicol dux militum, [27] locutus eſt eis Iſaac: Quid veniſtis ad me hominem quẽ odiſtis, & expuliſtis à vobis?[28] Qui reſponderunt:† Vidimus tecum eſſe dominum,& idcirco nos diximus:Sit iuramẽtũ inter nos,& ineamus fœdus, [29] vt nõ facias nobis quicquam mali,ſicut & nos nihil tuorum attigimus,nec fecimus quod te læderet: ſed cũ pace dimiſimus auctum benedictione domini.[30] Fecit ergo eis cõuiuium.Et poſt cibum & potum [31] ſurgentes mane,iurauerunt ſibi mutuo, dimiſitq; eos Iſaac pacificè in locum ſuum. [32] Ecce autem venerunt in ipſo die ſerui Iſaac annunciantes ei de puteo quem foderant, atq; dicentes: Inuenimus aquã. [33] Vnde appellauit eum abundãtiam,& nomen vrbi impoſitum eſt Berſabee,vſque in præſentem diem. [34] Eſau verò quadragenarius duxit vxores duas, Iudith filiam Beeri Hethæi, & Baſemath filiam Elon eiuſdem loci,[35] quæ ambæ offenderent animum Iſaac & Rebeccæ.

Secũda dei apparitio Iſaac.

†Sup.21.d

†Iudic.11.d

Ioſ.15.26. Anno ante Chriſtum 1814. Anno mũdi 2148.

Iacob per matris aſtutiam benedictionem loco Eſau præripuit,vnde concepto Eſau odio in Iacob,à matre monetur concedere in Haran. XXVII.

SEnuit autem Iſaac,& caligauerunt oculi eius,& videre non poterat:vocauítque Eſau filium ſuum maiorem, & dixit ei: Fili mi. Qui reſpondit: [2] Adſum. Cui pater: Vides,inquit,quòd ſenuerim,& ignorem diem mortis meæ.[3] Sume arma tua,& pharetram & arcũ,& egredere foras. † Cúmque venatu aliquid apprehenderis,[4] fac mihi inde pulmentum, ſicut velle me noſti, & affer,vt comedam,& benedicat tibi anima mea antequam moriar.[5] Quod cum audiſſet Rebecca,& ille abiſſet in agrum vt iuſſionem patris impleret,[6] dixit filio ſuo Iacob: Audiui patrem tuum loquentem cum Eſau fratre tuo,& dicentem ei: [7] Affer mihi de venatione tua, & fac cibos vt comedam, & benedicam tibi coram domino antequam moriar. [8] Nunc ergo fili mi acquieſce conſiliis meis,[9] & pergens ad gregem, affer mihi duos hœdos optimos, vt faciam ex eis eſcas patri tuo, quibus libenter veſcitur: [10] quas cum intuleris, & comederit, benedicat tibi priuſquam moriatur. [11] Cui ille reſpondit: Noſti quòd Eſau frater meus homo [a] piloſus ſit, & ego leuis. [12] Si attrectauerit me pater meus,& ſenſerit, timeo ne putet me ſibi voluiſſe illudere, & inducat ſuper me maledictionem pro benedictione. [13] Ad quem mater:in me ſit,ait,iſta maledictio,fili mi:tantùm audi vocem meam, & pergens affer quæ dixi. [14] Abiit & attulit,deditque matri.Parauit illa cibos ſicut velle nouerat patrẽ illius: & [b] [15] veſtibus Eſau valde bonis,quas apud ſe habebat domi,induit eum,[16] pelliculáſque hœdorũ circundedit manibus, & colli nuda protexit. [17] Dediítq; pulmentum,& panes quos coxerat,tradidit. [18] Quibus illatis,dixit:Pater mi. At ille reſpõdit: Audio. Quis

A Ioſ.1.27.

†26.diſt.c Eſau.

B

c

a Vbi nos piloſum legimus, Hebræi ſeir, vel ſair, vnde mons habitationis eius dictus eſt.

b Tulit Rebecca veſtimenta precioſa Eſau filij ſui maioris, quæ erant apud ſe in domo, & induit Iacob filiũ ſuum minorem. In hoc loco tradant Hebræi primogenitos ſanctos officio ſacerdotum, & habuiſſe veſtimentum ſacerdotale, quo induti deo victimas offerebant, antequam Aaron in ſacerdotium eligeretur. Hier.ibid.

†33.q.1.c Quæritur.

Quis es tu fili mi?[19] Dixítq; Iacob:†Ego ſum primogenitus tuus Eſau.Feci tibi ſicut præcepiſti mihi. Surge,ſede, & comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua. [20] Rurſũmq; Iſaac ad filiũ ſuũ:Quomodo,inquit,tam cito inuenire potuiſti, fili mi?Qui reſpõdit: Voluntas dei fuit,vt cito occurreret mihi quod volebam.[21] Dixítque Iſaac,Accede huc,vt tangam te fili mi, & probem vtrũ tu ſis filius meus Eſau,an non.[22] Acceſſit ille ad patrẽ,& palpato eo dixit Iſaac:Vox quidem vox Iacob eſt,ſed manus manus ſunt Eſau. [23] Et non cognouit eum, quia piloſæ manus ſimilitudinem maioris expreſſerant.Benedicẽs ergo illi,[24] ait:Tu es filius meus Eſau?Reſpõdit:Ego ſum.[25] At ille:† Affer,inquit,mihi cibos de venatione tua fili mi,vt benedicat tibi anima mea.Quos cũ oblatos comediſſet,obtulit ei etiã vinũ.Quo hauſto,[26] dixit ad eũ: Accede ad me,& da mihi oſculũ fili mi.[27] Acceſſit, & oſculatus eſt eũ. Statímque vt ſenſit veſtimentorum eius fragrantiam,benedicens illi ait:† Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni,[c] cui benedixit domin⁹.[28] Det tibi deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, vini & olei, [29] & ſeruiant tibi populi, & adorent te Tribus.Eſto dominus fratrum tuorum,& incuruentur ante te filij matris tuæ.† Qui maledixerit tibi,ſit ille maledictus:& qui benedixerit tibi, benedictionib⁹ repleatur. [30] Vix Iſaac ſermonẽ impleuerat,& egreſſo Iacob foras,[d] venit Eſau,[31] coctóſque de venatione cibos intulit patri,dicens:Surge pater mi,& comede de venatione filij tui, vt benedicat mihi anima tua.[32] Dixitq; illi Iſaac:Quis enim es tu? Qui reſpõdit:Ego ſum filius tuus primogenitus Eſau.[33] Expauit Iſaac ſtupore vehementi,& vltra quàm credi poteſt admirans,ait: Quis igitur eſt ille qui dudum captam venationem attulit mihi,& comedi ex omnibus priuſquã tu venires, benedixíque ei, & erit benedictus? [34] Auditis Eſau ſermonibus patris,irrugiit clamore magno,& conſternatus ait:Benedic etiam & mihi pater mi.[35] Qui ait:† Venit germanus tuus fraudulenter,& accepit benedictionem tuam. [36] At ille ſubiunxit:Iuſtè vocatum eſt nomen eius Iacob:Supplantauit enim me en altera vice.† Primogenita mea antè tulit, & nunc ſecundò ſurripuit benedictionem meam.Rurſúmque ad patrem,Nunquid non reſeruaſti,ait, & mihi benedictionẽ?[37] Reſpondit Iſaac:Dominum tuum illũ conſtitui, & omnes fratres ſuos ſeruituti eius ſubiugaui.Frumento & vino & oleo ſtabiliui eum,& tibi poſt hæc, fili mi, vltrà quid faciam? [38] Cui Eſau: Num vnam, inquit, tantùm benedictionem habes pater?Mihi quoque obſecro vt benedicas.†Cúmq; eiulatu magno fleret, [39] motus Iſaac dixit ad eum: † In pinguedine terræ & in rore cœli deſuper, [40] erit benedictio tua.Viues in gladio,& fratri tuo ſeruies, tempúſque veniet cum excutias & ſoluas [e] iugum eius de ceruicibus tuis. [41] Oderat ergo ſemper Eſau Iacob, pro benedictione qua benedixerat ei pater:dixítque in corde ſuo: [f] † Veniẽt dies luctus patris mei,& occidam Iacob fratrem meum.[42] Nuntiata ſunt hæc Rebeccæ. Quæ mittens & vocãs Iacob filiũ ſuum,dixit ad eum: Ecce Eſau frater tuus minatur vt occidat te. [43] Nunc ergo fili mi audi vocem meam,& conſurgens fuge ad Laban fratrem meum in Haran, [44] habitabíſque cum eo dies paucos,donec requieſcat furor fratris tui,[45] & ceſſet indignatio eius, obliuiſcatúrque eorum quæ feciſti in eum: poſtea mittam & adducam te inde huc.Cur vtroque orbabor filio in vno die? [46] Dixitque Rebecca ad Iſaac:Tædet me vitæ meæ propter filias Heth. Si acceperit Iacob vxorem [g] de ſtirpe huius terræ,nolo viuere.

†33.q.1.c Quæritur. Beda.c. Quidam.

†Ibidem.n.d

†34.quæſt. 2.c.Cum ergo.

E

d Venit præſtitis illis & filius primogenitus Eſau ex nimori gratia ſũ reprobus. Benedictã⁹ poſterior populus Chriſtianus ſi patri dicit: Dediſti lectũ in corde meo, ã fructu frumenti, vini & olei multiplicati ſit. Maiori autẽ populo ſudzo pater dicit: Nõ accepiſ de domo tua vitulos, neq; de gregib⁹ tuis hircos. Sacrificiũ enim laudis honorificabit me, &c. Proſper.

e Quod implerum dicunt ſub Iora Rege Iuda, à quo Idumæa receſſit.4. Reg.8.

f Verba Eſau filij maioris ipſi. Bis in vna cauſa delinquit:& dum optat obitum patris, ſtdũ diſponit parricidium fratris, Chryſoſto. de martyribus.Serm.8.

g De filiabus Heth, (vt ſũt ite de filiabus huius terræ) vt quid mihi vita? Et malos mores harũ filiarũ deſignare videtur. Chryſoſt. ibid.Hom.54.

†Ioſ.24. Abrahæ Chriſtum vera. Anno mũdi 2108.

†33.q.3.c. Ecce iam.

†Ibidem.n.d

A

Vocauit itaque Iſaac Iacob,& benedixit eum,præcepítque ei dicens:† Noli accipere coniugem de genere Chanaan:[2] ſed vade & proficiſcere in Meſopotamiam Syriæ,ad domum Bathuel patris matris tuæ: & accipe tibi inde vxorem de filiabus Laban auunculi tui. [3] Deus autem omnipotens benedicat tibi, & creſcere te faciat atque multiplicet, vt ſis in turbas populorum, [4] & det tibi benedictiones Abrahæ,& ſemini tuo poſt te,vt poſſideas terram peregrinationis tuæ,quam pollicitus eſt auo tuo. [5] Cúmque dimiſiſſet eum Iſaac,profectus peruenit

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Mesopotamiam Syriæ ad Labā filium Bathuel Syri, fratrem Rebeccæ matris suæ.
6 Videns autem Esau quòd benedixisset pater suus Iacob, & misisset eum in Mesopotamiam Syriæ, vt inde vxorem duceret, & quòd post benedictionem præcepisset ei dicens: Non accipies vxorem de filiabus Chanaan: 7 quódque obediens Iacob parentibus suis, isset in Syriam: 8 probans quoque quòd non libenter aspiceret filias Chanaan pater suus, 9 iuit ad Ismaelem, & duxit vxorem absque iis quas prius habebat, Maheleth filiam Ismael filij Abraham sororē Nabaioth. 10 Igitur egressus Iacob de Bersabee, pergebat Haran. 11 Cúmque venisset ad quendam locum, & vellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus qui iacebant, & supponens capiti
Prima dei apparitio Iacob. suo, dormiuit in eodem loco: 12 Vidítque in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cœlum, † angelos quoque dei ascendentes & descendentes per eam, 13 & dominum innixum scalæ, dicentem sibi: Ego sum dominus deus Abraham patris tui, & deus Isaac. Terrā in qua dormis, tibi dabo & semini tuo, † 14 erítque semen tuum quasi puluis terræ. † 8 Dilataberis ad orientem & occidentem, & septentrionem & meridiem, & benedicentur in te & in semine tuo cunctæ tribus terræ. 15 Et ero custos tuus quocunque perrexeris, & reducam te in terram hanc, nec dimittam nisi compleuero vniuersa quæ dixi. 16 Cúmque euigilasset Iacob de somno, ait: Verè dominus est in loco isto, & ego nesciebam. 17 Pauénsq;, Quàm terribilis est, inquit, locus iste: Nō est hic aliud nisi domus dei, & porta cœli, † 18 Surgens ergo Iacob mane, tulit lapidem quem suppossuerat capiti suo, & [b] erexit in titulum, fundens oleum desuper. 19 Appellauítque nomen vrbis Bethel, quæ prius Luza vocabatur.
20 Vouit etiam votum, dicens: Si fuerit dominus mecum, & custodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentū ad induendum, 21 reuersúsque fuero prosperè ad domum patris mei: erit mihi dominus in deū, 22 & lapis iste quem erexi in titulum, vocabitur domus dei: † cunctorúmque quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.

Iacob à Laban susceptus, septem annos pro Rachel impleuit: cui cùm supposita esset Lia, septem aliis seruiuit. Rachele autem sterili, Lia quatuor peperit filios. XXIX.

Prosectus ergo Iacob venit in terram orientalem, 2 & vidit puteum in agro, tres quoque greges ouium accubantes iuxta eum. Nam ex illo adaquabantur pecora, & os eius grandi lapide claudebatur. 3 Móssque erat, vt cunctis ouibus congregatis deuoluerent lapidem, & refectis gregibus rursum super os putei ponerent: 4 Dixítque ad pastores: Fratres, vnde estis? Qui responderunt: De Haran. 5 Quos interrogans, nunquid, ait, nostis Laban filium Nachor? Dixerunt: Nouimus. † 6 Sanúsne est, inquit? Valet, inquiunt, & ecce Rachel filia eius venit cum grege suo. 7 Dixítque Iacob: Adhuc multum diei superest, nec est tempus vt reducantur ad caulas greges. Date antè potum ouibus, & sic eas ad pastum reducite. 8 Qui responderunt: Non possumus, donec omnia pecora congregentur, & amoueamus lapidem de ore putei, vt adaquemus greges. 9 Adhuc loquebantur, & ecce [a] Rachel veniebat cum ouibus patris sui. nam gregē ipsa pascebat. 10 Quā cum vidisset Iacob, & sciret consobrinam suam, ouésque Laban auunculi sui, amouit lapidem quo puteus claudebatur, 11 & [b] adaquato grege osculatus est eam. Et eleuata voce fleuit, 12 & indicauit ei quòd frater esset patris sui, & filius Rebeccæ. At illa festinans nunciauit patri suo. 13 Qui cùm audisset venisse Iacob filium sororis suæ, occurrit obuiam ei, complexúsque eum, & in oscula ruens, duxit in domum suam. Auditis autem causis itineris, 14 respondit: Os meum es, & caro mea. Et postquam impleti sunt dies mensis vnius, 15 dixit ei: Num quia frater meus es, gratis seruies mihi? Dic quid mercedis accipias.
16 Habebat verò duas filias. Nomen maioris Lia: minor verò appellabatur Rachel. 17 Sed [c] Lia lippis erat oculis: Rachel decora facie, & venusto aspectu: 18 quam diligens Iacob, ait: Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore septem annis. 19 Respondit Laban: Melius est vt tibi eam dem quàm alteri viro. Mane apud

Iosi.22.

† 88.dist.c.1.1.q.7. Plerunque

† Sup.17.d † Deut.12.e 19.c

† Sap.10.b Infra.31.b

† 16.q.7.c Decimas deo.

† Inf.43.f

a Messias Iacob promittitur sicut Abrahæ.

b Posuit illum in staturam, eumque illinēs oleo Christum nobis lapidem angularem consecrauit: de quo propheta. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes.

a Rebecca ad puteū inuenta est, Rachel ad puteum, Sephora ad puteum.

b Prius Rachel gregē adaquauit, & postea Iacob osculatus est eam: quia non prius nos osculatur Christus quàm baptismi vnda abluamur. August. ibid.

c Quæ cogitationes incertæ prouidentiæ designat, Rachel verò spem æternæ beatitudinis des. August.

† 30.q.1.§. Sed obiicitur.

† 30.q.1.c.1. Anno ante Christum 1915. Anno mundi 2215.

† Ferra.1.2 Anno ante Christum 1906. An. mundi 2224. † De restitu. Nihil tum prodest. & regulari. c. licet. † Ferra.1.2 Anno ante Christum 1904. Anno mundi 2226.

† Anno ante Christum 1902. Anno mundi 2228.

apud me † 20 Seruiuit ergo Iacob pro Rachel septē annis, & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine. 21 Dixítque ad Laban: Da mihi vxorem meam, quia iam tēpus expletum est, vt ingrediar ad illam. 22 Qui vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium, fecit nuptias, 23 & vespere Liam filiam suam introduxit ad eum, 24 dans ancillam filiæ, Zelpham nomine. Ad quam cum ex more Iacob fuisset ingressus, 25 facto mane vidit Liam, & dixit ad socerum suum: Quid est quod facere voluisti? Nōne pro Rachel seruiui tibi? † Quare imposuisti mihi? 26 Respondit Laban, Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores antè tradamus ad nuptias. [d] 27 Imple hebdomadam dierum huius copulę, & hanc quoque dabo tibi pro opere quo seruiturus es mihi septem annis aliis. 28 Acquieuit placito: & hebdomada transacta, † Rachel duxit vxorem. 29 Cui pater seruam Balam tradiderat. 30 Tandémque potitus optatis nuptiis, amorem sequentis priori prætulit, seruiens apud eum septem annis aliis. † 31 Videns autem dominus quòd despiceret Liam, aperuit vuluam eius, sorore sterili permanente. † 32 Quæ conceptū genuit filium, vocauítq; nomen eius Ruben, dicēs: Vidit dominus [e] humilitatē meam. Nunc amabit me vir meus. 33 Rursúmq; cōcepit, & peperit filiū, & ait: Quoniā audiuit me dominus haberi contemptui, dedit etiā istum mihi. Vocauítq; nomen eius Simeō. 34 Concepítq; tertio, & genuit alium filium, dixítque: Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus, eo quòd pepererim ei tres filios. Et idcirco appellauit nomen eius Leui. 35 Quarto concepit, & peperit filium, & ait: Modò confiteor domino. Et ob hoc vocauit eum Iudam. Cessauitque parere.

Lia parere cessans, & Rachel sterilis, ancillas suas marito concedunt, ex quibus quatuor filios genuit, ex Lia duos & filiam, & ex Rachele vnum: paciscitúrque Iacob cum Laban de mercede. XXX.

Cernens autem Rachel q̄ infœcunda esset, [a] inuidit sorori suę, & ait marito suo: Da mihi liberos, alioquin moriar. 2 Cui iratus respōdit Iacob: Num pro deo ego sum, qui priuauit te fructu vētris tui? 3 At illa, † Habeo, inquit, famulā Balā, ingredere ad illā, vt pariat super genua mea, & habeā ex illa filios. 4 Deditq; illi Balā in coniugiū. Quæ ingresso ad se viro, 5 concepit, & peperit filiū. 6 Dixítq; Rachel: Iudicauit mihi dominus, & exaudiuit vocē meā, dans mihi filiū. Et idcirco appellauit nomē eius Dan. 7 Rursúmq; Bala concipiēs peperit alterū, 8 pro quo ait Rachel: Comparauit me dominus cum sorore mea, & inualui. Vocauítque eum Nephthalim. 9 Sentiens Lia quòd parere desisset, † Zelpham ancillā suā marito tradidit. 10 Qua post conceptum edēte filium, 11 dixit: Fœliciter. Et idcirco vocauit nomē eius Gad. 12 Peperit quoq; Zelpha alterum: 13 dixítq; Lia: Hoc pro beatitudine mea. Beatam quippe me dicent omnes mulieres. Propterea appellauit eū Aser. 14 Egressus autē Ruben tēpore messis triticeæ in agrum, reperit mandragoras, quas matri Liæ detulit. Dixítq; Rachel: Da mihi partem de mandragoris filij tui. 15 Illa respondit: Parúmne tibi videtur q̄ præripueris maritū mihi, nisi etiā mandragoras filij mei tuleris? Ait Rachel: Dormiat tecū hac nocte pro mandragoris filij tui. 16 Redeūtíq; ad vesperā Iacob de agro, egressa est in occursum eius Lia, & ait: Ad me, inquit, intrabis: quia mercede cōduxi te pro mandragoris filij mei. Dormiuítq; cum ea nocte illa, 17 & exaudiuit deus preces eius. Concepitq;, & peperit filium quintū, 18 & ait: Dedit deus mercedē mihi, quia dedi ancillā meam viro meo. Appellauítq; nomen eius Issachar. 19 Rursum Lia cōcipiens peperit sextū filium, 20 & ait: Dotauit me deus dote bona. Etiā hac vice mecum erit maritus meus, eo quòd genuerim ei sex filios. Et idcirco appellauit nomē eius Zabulon. 21 Post quē peperit filiam nomine Dinā. 22 Recordatúsq; dominus Rachelis, exaudiuit eā, & aperuit vuluam eius: 23 quæ concepit, & peperit filium, dicens: Abstulit deus opprobriū meum. 24 Et vocauit nomen illius Ioseph, dicens: Addat mihi dominus filium alterum.
25 Nato autem Ioseph, dixit Iacob socero suo: Dimitte me vt reuertar in patriā meā, & ad terram meam. 26 Da mihi vxores & liberos meos, pro quibus seruiui tibi, vt abeam. Tu verò nosti seruitutem qua seruiui tibi. 27 Ait illi Laban, Inueniam gratiam

[d] Malè igitur existimant Iacob post septem annos alios Rachel accepisse vxorem, sed post septem dies nuptiarum vxoris primæ. Hiero. ibid.

[e] Afflictionem. Rabē enim dicitur visionis filius. Hieron. ibid.

[a] Aegrè tulit suam sterilitatē respectu suæ sororis quod esset inuidia largè dicta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in cõſpectu tuo. Experimento didici, quia benedixerit mihi deus propter te. [28] Conſtitue mercedem tuam quam dem tibi. [29] At ille reſpõdit: Tu noſti quomodo ſeruierim tibi, & quanta in manibus meis fuerit poſſeſſio tua. [30] Modicum habuiſti antequam venirem ad te, & nunc diues effectus es, benedixitque tibi deus ad introitum meum. Iuſtum eſt igitur vt aliquando prouideam etiam domui meæ. [31] Dixítque Labã: Quid tibi dabo? At ille ait: Nihil volo, ſed ſi feceris quod poſtulo, iterum paſcam & cuſtodiam pecora tua. [32] Gyra omnes greges tuos, & ſepara cunctas oues varias & ſparſo vellere: & quodcunque furuum & maculoſum variúmq; fuerit, tam in ouibus quàm in capris, erit merces mea: [33] reſpondebítque mihi cras iuſtitia mea, quando placiti tempus aduenerit coram te, & omnia quæ non fuerint varia & maculoſa & furua tam in ouibus quàm in capris, furti me argues. [34] Dixítque Laban: Gratum habeo quod petis. [35] Et ſeparauit in die illa capras, & oues, & hircos, & arietes varios & maculoſos: Cunctum autem gregem vnicolorem, id eſt albi & nigri velleris, tradidit in manu filiorum ſuorum, [36] & poſuit ſpatium itineris inter ſe & generum trium dierum, qui paſcebat reliquos greges eius. [37] Tollẽs ergo Iacob virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticauit eas: detractíſque corticibus, in iis quæ ſpoliata fuerant, candor apparuit: illa verò quæ integra fuerunt, viridia permanſerunt, atque in hunc modum color effectus eſt varius. [38] Poſuítque eas in canalibus vbi effundebatur aqua, vt cùm veniſſent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & in aſpectu earum conciperent. [39] Factúmq; eſt vt in ipſo calore coitus oues intuerentur virgas, & parerent maculoſa & varia, & diuerſo colore reſperſa. [40] Diuiſítque gregem Iacob, & poſuit virgas in canalibus ante oculos arietum. Erant autem alba & nigra quæque Laban, cætera verò Iacob, ſeparatis inter ſe gregibus. [41] Igitur quando primo tempore aſcendebant oues, ponebat Iacob virgas in canalibus aquarum ante oculos arietum & ouium, vt in earum contẽplatione conciperent: [42] quando vero ſerotina admiſſura erat, & conceptus extremus, non ponebat eas. Factáque ſunt ea quæ erant ſerotina, Laban: & quæ primi temporis, Iacob. [43] Ditatúſque eſt homo vltra modum, & habuit greges multos, ancillas & ſeruos, camelos & aſinos.

Laban proſequitur Iacob in ſalutato hoſpite fugientem: Rachel idola patris furata, quærentem patrem decipit, & tandem Iacob & Laban inito fœdere ad propria diſcedunt. XXXI.

Secũda dei apparitio Iacob.

POſtquam autem audiuit verba filiorum Laban, dicentiũ: Tulit Iacob omnia quę fuerunt patris noſtri, & de illius facultate ditatus, factus eſt inclytus, [2] animaduertit quoq; faciem Laban, quòd nõ eſſet erga ſe ſicut heri & nudiuſtertius, [3] maximè dicente ſibi domino: Reuertere in terrã patrum tuorum, & ad generationem tuam, eróq; tecum: [4] miſit & vocauit Rachel & Liam in agrum vbi paſcebat greges, [5] dixítq; eis: Video faciẽ patris veſtri quòd nõ ſit erga me ſicut heri & nudiuſtertius: Deus autem patris mei fuit mecum: [6] & ipſæ noſtis q̃ totis viribus meis ſeruierim patri veſtro. [7] Sed & pater veſter circumuenit me, & mutauit mercedẽ meam [a] decem vicibus, & tamen nõ dimiſit eum deus vt noceret mihi. [8] Si quãdo dixit, [b] Variæ erunt mercedes tuę, pariebãt omnes oues varios fœtus: quando verò è cõtrario ait, Alba quæq; accipies pro mercede, omnes greges alba pepererunt. [9] Tulítq; deus ſubſtãtiam patris veſtri, & dedit mihi. [10] Poſtquam enim cõceptus ouium tempus aduenerat, leuaui oculos meos, & vidi in ſomnis aſcendentes mares ſuper fœminas, varios reſperſos & maculoſos, & diuerſorum colorum. [11] Dixítq; angelus domini ad me in ſomnis: Iacob. Et ego reſpõdi: Adſum. [12] Qui ait: Leua oculos tuos, & vide vniuerſos maſculos aſcendentes ſuper fœminas, varios, maculoſos atq; reſperſos. Vidi enim omnia quę fecit tibi Laban. [13] Ego ſum deus Bethel † vbi vnxiſti lapidẽ, & votũ vouiſti mihi. Nunc ergo ſurge, & egredere de terra hac, reuertens in terrã natiuitatis tuæ. [14] Reſpõderúntq; Rachel & Lia: Nunquid habemus reſidui quicquam in facultatibus & hæreditate domus patris noſtri? [15] Nónne quaſi alienas reputauit nos, & vendidit, comeditq; precium noſtrum? [16] Sed

a Scilicet in in ſex annis. Oues enim Meſopotamiæ ſicut & Italiæ bis in anno pariunt: Hiero. ibid.
b Quæ notis reſpergantur (ſcilicet oues & capræ,) erunt pro mercede tua.

A Ioſ. 11. 17.

B

† Sup. 28. 4

[16] Sed deus tulit opes patris noſtri, & eas tradidit nobis ac filiis noſtris. Vnde omnia
c quæ præcepit tibi deus, fac. [17] Surrexit autem Iacob, & impoſitis liberis ac cõiugibus ſuis ſuper camelos, abiit, [18] tulítq; omnem ſubſtantiam ſuam, & greges, & quicquid in Meſopotamia acquiſierat: pergens ad Iſaac patrem ſuum in terrã Chanaan. [19] Eo tempore ierat Laban ad tondẽdas oues, & Rachel furata eſt [c] idola patris ſui. [20] Noluítque Iacob cõfiteri ſocero ſuo quòd fugeret. [21] Cúmq; abiſſet tã ipſe quàm omnia quæ iuris ſui erant, & [d] amne tranſmiſſo pergeret contra montẽ [e] Galaad, [22] nũciatum eſt Laban die tertio quòd fugeret Iacob. [23] Qui aſſumptis fratribus ſuis, perſecutus eſt eum diebus ſeptẽ, & cõprehendit eum in monte Galaad: [24] vidítq; in ſomnis dicentem ſibi
D dominum: Caue ne quicquam aſperè loquaris contra Iacob. [25] Iámque Iacob extenderat in monte tabernaculum. Cúmque ille conſecutus fuiſſet eũ cum fratribus ſuis, in eodem monte Galaad fixit tentorium: [26] & dixit ad Iacob. Quare ita egiſti, vt clam me abigeres filias meas quaſi captiuas gladio? [27] Cur ignorãte me fugere voluiſti, nec indicare mihi, vt proſequerer te cũ gaudio & canticis, & tympanis, & citharis? [28] Nõ es paſſus vt oſculares filios meos & filias. Stultè operatus es. [29] Et nunc quidem valet manus mea reddere tibi malum, ſed deus patris tui heri dixit mihi: Caue ne loquaris cõtra Iacob quicquã durius. [30] Eſto, ad tuos ire cupiebas, & deſiderio erat tibi domus patris tui: cur furatus es deos meos? [31] Reſpõdit Iacob: Quòd inſcio te profectus ſum, timui ne violenter auferres filias tuas. [32] Quòd autẽ furti me arguis, apud quencũque
E inueneris deos tuos, necetur coram fratribus noſtris. Scrutare. quicquid tuorũ apud me inueneris, aufer. Hęc dicens, ignorabat quòd Rachel furata eſſet idola. [33] Ingreſſus itaq; Laban tabernaculum Iacob & Liæ, & vtriuſq; famulæ, non inuenit. Cúmque intraſſet tentorium Rachelis, [34] illa feſtinans abſcondit idola ſubter ſtramẽta cameli, & ſedit deſuper: ſcrutantíq; omne tentorium, & nihil inuenienti, [35] ait: Ne iraſcatur dominus meus quòd coram te aſſurgere nequeo, quia iuxta conſuetudinem fœminarũ nunc accidit mihi. Sic deluſa ſolicitudo quærẽtis eſt. [36] Tuménſq; Iacob cum iurgio ait: Quam ob culpam meam, & ob quod peccatũ meũ ſic exarſiſti poſt me, [37] & ſcrutatus es omnem ſupellectilem meã? Quid inueniſti de cuncta ſubſtantia domus tuæ? Pone hîc corã fratribus meis, & fratrib⁹ tuis, & iudicẽt inter me & te. [38] Idcirco vigĩti annis fui tecum? oues tuæ & capræ ſteriles nõ fuerunt, arietes gregis tui non comedi,
Hebr. 31. b [39] nec captum à beſtia oſtẽdi tibi. Ego damnum omne reddebam. † Quicquid furtim
F Hebr. 34. b peribat, à me exigebas: [40] die noctũq; æſtu [f] vrgebar & gelu, fugiebátq; ſomnus ab oculis meis. † [41] Sicq; per viginti annos in domo tua ſeruiui tibi, quatuordecim pro filiabus, & ſex pro gregibus tuis. Immutaſti quoq; mercedẽ meã decem vicibus. [42] Niſi deus patris mei Abrahã, & timor Iſaac affuiſſet mihi, forſitan modò nudũ me dimiſiſſes. Afflictionem meam & laborem manuum mearũ reſpexit deus, & arguit te heri. [43] Reſpondit ei Laban: Filiæ meæ & filij, & greges tui, & omnia quæ cernis mea ſunt. Quid poſſum facere filiis & nepotibus meis? [44] Veni ergo, & ineamus fœdus, vt ſit in teſtimoniũ inter me & te. [45] Tulit itaq; Iacob lapidem, & erexit illum in titulũ: [46] dixitq; fratribus ſuis: Afferte lapides. Qui cõgregãtes fecerũt tumulũ, comederúnt
G que ſuper eũ. [47] Quem vocauit Laban [g] tumulum teſtis, & Iacob aceruum teſtimonij, vterq; iuxta proprietatẽ linguę ſuę. [48] Dixitq; Labã: Tumulus iſte teſtis erit inter me & te hodie. Et idcirco appellatũ eſt nomẽ eius Galaad, id eſt tumul⁹ teſtis. Et adiecit Laban: [49] Intueatur & iudicet dñs inter nos, quando receſſerimus à nobis: [50] Si affli-
Hebr. ſi cr. xeris filias meas, & ſi introduxeris alias vxores ſuper eas, nullus ſermonis noſtri teſtis eſt abſq; deo, qui præſens reſpicit. [51] Dixitq; rurſus ad Iacob: † En tumulus hic, & lapis quẽ erexi, inter me & te, [52] teſtis erit: tumulus inquã iſte & lapis ſint in teſtimoniũ: ſi aut ego tranſiero illum pergens ad te, aut tu præterieris malũ mihi cogitans. [53] Deus Abrahã & deus Nachor iudicet inter nos, deus patris eorũ. Iurauit ergo Iacob per timorẽ patris ſui Iſaac: [54] immolatíſque victimis in monte, vocauit fratres ſuos vt ederent panem. Qui cùm comediſſent, manſerunt ibi. [55] Laban verò de nocte conſurgens, oſculatus eſt filios & filias ſuas, & benedixit illis, reuerſúſq; eſt in locum ſuum.

c In Hebræo teraphim ſcriptum eſt, hoc eſt figuræ vel imagines. Hiero. ibid.
d Euphrate, Meſopotamiã à Syria diuidente.
e Non quòd eo tẽpore Galaad diceretur, ſed per anticipationem vocatur. Hiero. ibid.

f Si cũra de irrationali pecude cura, quãta de rationali eſſe debet ſolicitudo? Chryſo.

g Acerous Hebr. lingua gallicana, eod verò teſtis vel teſtimonium. Hiero. ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iacob viſis angelis nuncios & munera ad fratrem ſuum Eſau mittit: interea cum angelo luctatur viriliter, donec tacto femoris neruo benedictionem acciperet, & ex Iacob Iſrael appellaretur. XXXII.

Tertia dei apparitio Iacob.

A Ioſ.21.

IAcob autem abiit in itinere quo cœperat, fuerúntq; ei obuiam angeli dei: [2] quos cum vidiſſet, ait: Caſtra dei ſunt hæc. Et appellauit nomen loci illius Mahanaim, id eſt [a] caſtra. [3] Miſit autem & nuncios ante ſe ad Eſau fratrem ſuum in terram Seir, in regione Ædom: [4] præcepítq; eis, dicens: Sic loquimini domino meo Eſau: Hæc dicit frater tuus Iacob: Apud Laban peregrinatus ſum & fui vſque in præſentē diem. [5] Habeo boues, & aſinos, & oues, & ſeruos, & ancillas, mittóq; nunc legationem ad dominum meum, vt inueniam gratiā in conſpectu tuo. [6] Reuerſíque ſunt nuncij ad Iacob, dicentes: Venimus ad Eſau fratrē tuū, & ecce properat in occurſum tuum cum quadringētis viris. [b] [7] Timuit Iacob valde, & perterritus diuiſit populum qui ſecum erat, greges quoque, & oues, & boues, & camelos, in duas turmas, [8] dicēs: Si venerit Eſau ad vnam turmam, & percuſſerit eam, alia turma quæ reliqua eſt ſaluabitur. [9] Dixítq; Iacob: †Deus patris mei Abraham, & deus patris mei Iſaac, domine qui dixiſti mihi: Reuertere in terram tuam, & in locum natiuitatis tuæ, & benefaciā tibi: [10] minor ſum cūctis miſerationibus tuis, & veritate tua quam expleſti ſeruo tuo. In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum, & nunc cum duabus turmis regredior. [11] Erue me de manu fratris mei Eſau, quia valde eū timeo: ne fortè veniens percutiat matrē cū filiis. [12] Tu locutus es quòd benefaceres mihi, & dilatares ſemē meū ſicut arenam maris, quæ præ multitudine numerari nō poteſt. [13] Cumq; dormiſſet ibi nocte illa, ſeparauit de iis quæ habebat, munera Eſau fratri ſuo, [14] capras ducētas, hircos viginti, oues ducētas, & arietes viginti, [15] camelos fœtas cū pullis ſuis trigintа, vaccas quadraginta, & tauros viginti, aſinas viginti, & pullos earum decē. [16] Et miſit per manus ſeruorum ſuorum ſingulos ſeorſum greges. Dixítq; pueris ſuis: Antecedite me, & ſit ſpacium inter gregem & gregem. [17] Et præcepit priori, dicēs: Si obuiū habueris fratrem meū Eſau, & interrogauerit te: cuius es? aut, quò vadis? aut, cuius ſunt iſta quæ ſequeris? [18] reſpondebis, Serui tui Iacob: munera miſit domino ſuo Eſau: ipſe quoq; poſt nos venit. [19] Similiter dedit mandata ſecūdo & tertio, & cūctis qui ſequebantur greges, dicens: Hiſdem verbis loquimini ad Eſau cū inueneritis eū, [20] & addetis: Ipſe quoq; ſeruus tuus Iacob iter noſtrū inſequitur. Dixit enim: Placabo illū muneribus quæ præcedunt, & poſtea videbo illū. forſitan propitiabitur mihi. [21] Præceſſerunt itaq; munera ante eum, ipſe verò māſit nocte illa in caſtris. [22] Cumq; maturè ſurrexiſſet, tulit duas vxores ſuas, & totidem famulas cum vndecim filiis, & tranſiuit vadū Iaboch. [23] Traductíſq; omnibus quæ ad ſe pertinebant, [24] māſit ſolus: & †ecce vir luctabatur cum eo vſq; mane. [25] Qui cum videret quòd eum ſuperare nō poſſet, tetigit neruum femoris eius, & ſtatim emarcuit. [26] Dixítque ad eum. Dimitte me. Iam enim aſcendit aurora. Reſpondit: Non dimittam te, niſi benedixeris mihi. [27] Ait ergo: Quod eſt nomē tibi? Reſpōdit: Iacob. [28] At ille: † Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuū, ſed Iſrael: quoniam ſi contra deum fortis fuiſti, quanto magis cōtra homines præualebis? [29] Interrogauit eū Iacob: Dic mihi, quo appellaris nomine? Reſpondit: †Cur quæris nomē meum, quod eſt mirabile? Et benedixit ei in eodem loco. [30] Vocauítq; Iacob nomen loci illius, Phanuel, dicens: [c] Vidi dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea. [31] Ortúſq; eſt ei ſtatim ſol, poſtquā trāſgreſſus eſt Phanuel. Ipſe verò [d] claudicabat pede. [32] quam ob cauſam non comedunt neruum filij Iſrael, quia emarcuit in femore Iacob, vſque in præſentem diē, eo quòd tetigerit neruum femoris eius, & obſtupuerit.

a Duplicia, ſcilicet turma angelorum & ſua.

b Quæri poteſt quomodo timebat, & certus erat de promiſſis diuinis? hoc potuiſſet accidere, vt Eſau caſtra eius euerteret, quod timebat, ſed tamen poſt illam afflictionem ipſum liberaret cui confidebat. Auguſt. ibid.

B

C

D

†Sup.31.b

†Oſee 12. 2.b

Quarta dei apparitio Iacob.

E

F

†Infra. 35.b.

†Iud.13.c

c Vere enim tunc facie ad faciem deū non vidit, quia in ſchemate hominis lucta tus eſt cōtra eum deus, ſed mente vidit deum.

d Claudicatio iſta quæ ex femore eius facta eſt, populū ipſum Hebræum ſignificat claudicātem. Proſper.

G

Eſau Iacob obuius muneribus eius placatur. Inde vale facientes, Eſau Seir repetit, Iacob verò in Sichem profectus eſt. XXXIII.

A Ioſ.24.

a Hoc eſt, dimidiauit, vt vnam turmam faceret ancille cum filiis ſuis, alteram liberæ cum filiis ſuis. Hier. ibid.

LEuans autem Iacob oculos, vidit venientem Eſau, & cum eo quadringentos viros: [a] diuiſítque filios Liæ & Rachel, ambarúmque famularum, [2] & poſuit vtramque ancillam & liberos earum in principio: Liam verò & filios

filios eius in ſecundo loco, Rachel autem & Ioſeph nouiſſimos. [3] Et ipſe progrediens adorauit pronus in terram ſepties, donec appropinquaret frater eius. [4] Currens itaq; Eſau obuiam fratri ſuo, amplexatus eſt eum, ſtringénſque collum eius, & oſculans, fleuit: [5] leuatíſque oculis vidit mulieres & paruulos earum, & ait: Quid ſibi volūt iſti, & ſi ad te pertinent? Reſpondit: Paruuli ſunt, quos donauit mihi deus ſeruo tuo. [6] Et appropinquantes, ancillæ & filij earū, incuruati ſunt. [7] Acceſſit quoque Lia cum pueris ſuis: & cùm ſimiliter adoraſſent, extremi Ioſeph & Rachel adorauerunt. [8] Dixítq; Eſau: Quænam ſunt iſtæ turmæ quas obuiam habui? Reſpōdit: Vt inuenirem gratiā coram dño meo. [9] At ille ait: Habeo plurima, frater mi. ſint tua tibi. [10] Dixítq; Iacob: Noli ita, obſecro, ſed ſi inueni gratiam in oculis tuis, accipe munuſculū de manibus meis. †[b] Sic enim vidi faciem tuam, quaſi viderim vultum dei. Eſto mihi propitius, [11] & ſuſcipe benedictionem quam attuli tibi, & quam donauit mihi deus, tribuens omnia. Vix fratre cōpellente ſuſcipiens, [12] ait: Gradiamur ſimul, eróque ſocius itineris tui. [13] Dixítq; Iacob: Noſti domine mi, quòd paruulos habeam teneros, & oues & boues fœtas mecū: quas ſi plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges. [14] Præcedat dominus meus ante ſeruū ſuum, & ego ſequar paulatim veſtigia eius, ſicut videro paruulos meos poſſe, donec veniā ad dominū meum in Seir. [15] Reſpondit Eſau: Oro te, vt de populo qui mecum eſt, ſaltem ſocij remaneant viæ tuæ. [D] Non eſt, inquit, neceſſe: hoc vno tantùm indigeo, vt inueniam gratiam in conſpectu tuo, dñe mi. [16] Reuerſus eſt itaque illo die Eſau itinere quo venerat in Seir. [17] Et Iacob venit in Soccoth, vbi ædificata domo & fixis tentoriis, appellauit nomen loci illius Soccoth, id eſt tabernacula. [18] Tranſiuitq; in Salem vrbem Sichimorū, quæ eſt in terra Chanaan, poſtquam reuerſus eſt de Meſopotamia Syriæ, & habitauit iuxta oppidum, [19] emítq; partem agri in qua fixerat tabernacula, à filiis Hemor patris Sichem centum agnis, [20] & erecto ibi altari inuocauit ſuper illud fortiſſimum deum Iſrael.

b Non enim dixit: Quōdmodum ſi viderem faciem dei, quaſi pauencis & perturbati animi verba vſque in hanc adulationem proruperēt: ſed quam videt aliquis facié dei, volunt intelligere. Aug. ſuper Gene.

Ob Dinæ ſtuprum & raptum, Sichimitæ prius circunciſi, à duobus fratribus Dinæ perimuntur, atque vrbs eorum à cæteris filiis Iacob penitus vaſtatur, quapropter duo primi à patre arguuntur. XXXIIII.

Iudith.5.c.1. Machab.1.c. A

GReſſa † eſt autem Dina filia Liæ vt videret mulieres regionis illius. [2] Quā cum vidiſſet Sichem filius Hemor Heuæi, princeps terræ illius, adamauit eam, & rapuit, & dormiuit cum illa, vi opprimens virginem. [3] Et conglutinata eſt anima eius cum ea, triſtémque deliniuit blanditiis: [4] & pergens ad Hemor patrem ſuum, Accipe, inquit, mihi puellam hanc coniugem. [5] Quod cum audiſſet Iacob abſentibus filiis, & in paſtu pecorum occupatis, ſiluit donec redirent. [6] Egreſſo autem Hemor patre Sichem vt loqueretur ad Iacob, [7] ecce filij eius veniebant de agro: auditóque quod acciderat, irati ſunt valde, eo quòd fœdam rem operatus eſſet in Iſrael, & violata filia Iacob rem illicitam perpetraſſet. [8] Locutus eſt itaque Hemor ad eos: Sichem filij mei adhæſit anima filiæ veſtræ. Date eam illi vxorem, [9] & iungamus viciſſim connubia. Filias veſtras tradite nobis, & filias noſtras accipite, [10] & habitate nobiſcū. Terra in poteſtate veſtra eſt, exercete, negociamini, & poſſidete eam. [11] Sed & Sichem ad patrem & ad fratres eius ait: Inueniam gratiam coram vobis, & quæcunque ſtatueritis, dabo. [12] Augete dotem, & munera poſtulate, & libēter tribuam quod petieritis: tantùm date mihi puellam hanc vxorem. [13] Reſponderūt filij Iacob Sichem & patri eius in dolo, fœuientes ob ſtuprū ſororis: [14] Non poſſumus facere quod petitis, nec dare ſororem noſtram homini incircunciſo, quod illicitum & nepharium eſt apud nos. [15] Sed in hoc valebimus fœderari: Si volueritis eſſe ſimiles noſtri, & circuncidatur in vobis omnis maſculini ſexus, [16] tunc dabimus & accipiemus mutuò filias veſtras ac noſtras, & habitabimus vobiſcum, erimúſq; vnus populus. [17] Si autem circūcidi nolueritis, tollemus filiam noſtram, & recedemus. [18] Placuit oblatio eorū Hemor, & Sichē filio eius: [19] nec diſtulit adoleſcēs quin ſtatim quod petebatur expleret. Amabat enim puellam valde, & ipſe erat inclytus in omni domo

B

C

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

patris sui.[20] Ingressiq; portam vrbis locuti sunt ad populũ:[21] Viri isti pacifici sunt, & volunt habitare nobiscum. Negociẽtur in terra, & exerceant eam, quæ spatiosa & lata, cultoribus indiget. Filias eorũ accipiemus vxores, & nostras illis dabimus. [22] Vnũ est quo differtur tantum bonum. Si circũcidamus masculos nostros, ritũ gẽtis imitãtes,[23] & substantia eorum, & pecora, & cuncta quæ possident, nostra erunt. Tantùm in hoc acquiescamus, & habitantes simul, vnum efficiamus populũ.[24] Assensiq; sunt omnes, circuncisis cunctis maribus.[25] Et ecce die tertio quando grauissimus vulnerũ dolor est, arreptis duo filij Iacob Simeõ & Leui fratres Dinę, gladiis, ingressi sunt vrbẽ confidenter, interfectisq; omnibus masculis,[26] Hemor & Sichem pariter necauerunt: tollentes Dinã de domo Sichem, sororem suam.[27] Quibus egressis, irruerũt super occisos cæteri filij Iacob, & depopulati sunt vrbẽ in vltionẽ stupri,[28] oues eorum & armenta, & asinos, cunctaq; vastantes quæ in domibus & in agris erãt:[29] paruulos quoq; eorum & vxores duxerunt captiuas.[30] Quibus perpetratis audacter, Iacob dixit ad Simeon & Leui: Turbastis me, & odiosum fecistis me Chananæis & Pherezęis habitatoribus terræ huius. Nos pauci sumus, illi cõgregati percutient me, & delebor ego & domus mea.[31] Respõderunt: Nunquid vt scorto abuti debuere sorore nostra?

Postquam Iacob iuxta Sichem infodit idola, ascendit in Bethel, votum domino soluturus: moritur interea Debbora, visione verò dei Iacob fretus, dum Bæthlehem peteret, Rachel in partu Beniamin moritur. Ruben cum Bala dormit. Isaac quoque moritur, atque à filiis cum patribus suis sepelitur. XXXV.

Quinta apparitio dei Iacob.

A Ioel.1.17. †Sup.28.6

Nterea locutus est deus ad Iacob: Surge, & ascẽde Bethel, & habita ibi, fac- que altare deo † qui apparuit tibi quãdo fugiebas Esau fratrẽ tuum.[2] Iacob verò cõuocata omni domo sua, ait: Abiicite deos alienos qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mutate vestimẽta vestra.[3] Surgite & ascẽdamus in Bethel, vt faciamus ibi altare domino, qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, & socius fuit itineris mei.[4] Dederũt ergo ei omnes deos alienos quos habebãt, & inaures quæ erãt in auribus eorum. At ille infodit eas subter terebinthum, quæ est post vrbem Sichem.[5] Cumq; profecti essent, terror dei inuasit omnes per circuitum ciuitates, & non sunt ausi persequi recedentes.[6] Venit igitur Iacob[a] Luzam quę est in terra Chanaan, cognomento Bethel, ipse & omnis populus cũ eo.[7] Ædificauitq; ibi altare, & appellauit nomẽ loci illius, domus dei. Ibi enim † apparuit ei deus cùm fugeret fratrem suum.[8] Eodem tempore mortua est[b] Debbora nutrix Rebeccæ, & sepulta est ad radices Bethel, subter quercum: vocatúmque est nomen loci illius, quercus fletus.[9] Apparuit autem iterum deus Iacob postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ, & venit in Bethel, benedixitq; ei,[10] dicens: † Non vocaberis vltrà Iacob, sed Israel erit nomẽ tuum. & appellauit eum Israel.[11] Dixitq; ei: Ego deus omnipotens. Cresce, & multiplicare: gentes & populi nationũ ex te erunt. Reges de lumbis tuis egredientur,[12] terrámq; quam dedi Abraham & Isaac, dabo tibi & semini tuo post te.[13] Et recessit ab eo.[14] Ille verò erexit titulum lapideum in loco quo locutus fuerat ei deus, libans super eum libamina, & effundens oleum,[15] vocánsque nomen loci illius Bethel.

a Id est, Amygdalum ante vocatam. Hiero.

b Quę mortua Rebecca ad Iacob reuertiam à Mesopotamia confugerat.

Sexta dei apparitio Iacob.

†Sup.32.6

B

C

†Sup.32.6

[16] Egressus autem inde, venit verno tempore ad terram quæ ducit Ephratam. In qua cùm parturiret Rachel,[17] ob difficultatem partus periclitari cœpit. Dixitq; ei obstetrix: Noli timere, quia & hunc habebis filiũ.[18] Egrediẽte autem anima præ dolore, & imminẽte iam morte, vocauit nomen filij sui Bennoni, id est filius doloris mei. Pater verò appellauit eũ[c] Beniamin, id est filius dexteræ. †[19] Mortua est ergo Rachel, & sepulta est in via quę ducit Ephratã, hæc est Bethlehem.[20] Erexitq; Iacob titulũ super sepulchrum eius. Hic est titulus monumenti Rachel, vsq; in præsentẽ diẽ.[21] Egressus inde, fixit tabernaculum trans turrem gregis.[22] Cúmq; habitaret in illa regione, abiit Ruben, & dormiuit cum Bala concubina patris sui: quod illum minimè latuit. Erant autem filij Iacob duodecim.[23] Filij Liæ: primogenitus Ruben, & Simeon, & Leui, Iudas, & Isachar, & Zabulon.[24] Filij Rachel: Ioseph & Beniamin.[25] Filij Balæ ancillæ Rachelis: Dan & Nephthalim.[26] Filij Zelphæ ancillę Lię: Gad & Aser. Hi sunt filij Iacob,

c Beniamin enim filij dexteræ, non dixit. Nempe iamin per n in fine, dexteræ significat, tamim verò per m, dies. Mortua est autẽ Rachel cum esset 36 annorum secũdum Heb. & Iacob 97. Hiero. ibid.

†33.9.1. cap. Vaiquy qui

D

cob, qui nati sunt ei in Mesopotamia Syrię.[27] Venit etiã ad Isaac patrẽ suũ in Mãbre ciuitatẽ Arbee: hæc est Hebron, in qua peregrinatus est Abrahã & Isaac.[28] Et cõpleti sunt dies Isaac centũ octoginta annorũ,[29] cõsumptúsq; ætate mortuus est,[d] & appositus est populo suo, senex & plenus dierum: & sepelierũt eum Esau & Iacob filij sui.

Esau vxores: & filij, eorúmque genealogia & habitatio describitur: Iacob verò in Chanaan remansit, Esau in Seir redeunte. XXXVI.

A

[1] Hæ autẽ sunt generationes[a] Esau, ipse est Ædon.[2] Esau accepit vxores de filiabus Chanaan, Ada filiam Elom Hethæi, & Oolibama filiã Anæ filij Sebeon Heuæi,[3] Basemath quoq; filiam Ismael, sororem Nabaioth.†[4] Peperit autem Ada Eliphaz, Basemath genuit Rahuel,[5] Oolibama genuit Iehus, & Ihelon, & Core. Hi filij Esau, qui nati sunt ei in terra Chanaan.[6] Tulit autẽ Esau vxores suas, & filios & filias, & omnem animã domus suæ, & substantiam, & pecora, & cuncta quæ habere poterat in terra Chanaan, & abiit in alteram regionẽ, recessitq; à fratre suo Iacob.†[7] Diuites enim erant valde, & simul habitare non poterant, nec sustinebat eos terra peregrinationis eorum præ multitudine gregũ.[8] Habitauitq; Esau in monte Seir, ipse est Ædom.[9] Hæ autẽ sunt generationes Esau patris Ædom in monte Seir,[10] & hæc nomina filiorũ eius. Eliphaz filius Ada, vxoris Esau: Rahuel quoque filius Basemath, vxoris eius.†[11] Fueruntq; Eliphaz filij: Theman, Omar, Sepho, & Gathan, & Cenez,[12] & Core. Erat autẽ[b] Thamna cõcubina Eliphaz filij Esau, quę peperit ei Amalech.† Hi sunt filij Ada, vxoris Esau.[13] Filij autẽ Rahuel: Naath, & Zara, Semma, & Meza, hi filij Basemath vxoris Esau.[14] Isti quoq; erãt filij Oolibama filiæ Anæ filij Sebeõ vxoris Esau, quos genuit ei: Iehus, & Ihelon, & Core.[15] Hi duces filiorũ Esau, filij Eliphaz primogeniti Esau: dux Themã, dux Omar, dux Sephoa, dux Cenez,[16] dux Core, dux Gathã, dux Amalech. Hi filij Eliphaz in terra Ædom: & hi filij Ada.[17] Hi quoque filij Rahuel, filij Esau: Dux Naath, dux Zara, dux Semma, dux Meza. Hi autẽ duces Rahuel, in terra Ædom. Isti filij Basemath vxoris Esau.[18] Hi autẽ filij Oolibama vxoris

C

Esau: Dux Iehus, dux Ihelon, dux Core. † Hi duces Oolibama filiæ Anæ vxoris Esau.[19] Isti sunt filij Esau, & hi duces eorum, ipse est Ædom.[c][20] Isti sunt filij Sei Horæi habitatoris terrę: Lothan, & Sobal, & Sebeon, & Ana,[21] & Dison, & Aser, & Disan. Hi duces Horæi filij Seir in terra Ædõ.[22] Facti sunt autẽ filij Lothan, Horæi & Hemam. Erat autẽ soror Lothan,[d] Thamna.[23] Et isti filij Sobal, Aluhan, & Manahath, & Ebal, Sepho, & Onan.[24] Et hi filij Sebeon: Aia, & Ana. Iste est Ana, qui inuenit aquas calidas in solitudine, cũ pasceret asinas Sebeõ patris sui.[25] Habuitq; filiũ Dison, & filiam Oolibama.[26] Et isti filij Dison: Hamdan, & Esban, & Iethrã, & Charan.[27] Hi quoque filij Eser: Balaã, & Zouan, & Akan.[28] Habuit autẽ filios Disan: Hus, & Aran.[29] Hi duces Horęorũ. Dux Lothan, dux Sobal, dux Sebeon, dux Ana,[30] dux Dison, dux Eser, dux Disan. Isti duces Horæorũ, qui imperauerunt in terra Seir.[31] Reges autẽ qui regnauerũt in terra Ædom antequã haberẽt regem filij Israel, fuerũt hi.[32] Belach filius Beor, nomẽq; vrbis eius Denaba.[33] Mortuus est autẽ Belach, & regnauit pro eo[e] Iobab filius Zare de Bosra.[34] Cũq; mortuus esset Iobab, regnauit pro eo Husan de terra Themanorũ.[35] Hoc quoq; mortuo regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percussit Madian in regione Moab, & nomẽ vrbis eius Auith.[36] Cumq; mortuus esset Adad, regnauit pro eo Semla de Masrecha.[37] Hoc quoq; mortuo, regnauit pro eo Saul, de fluuio Rohoboth.[38] Cumq; & hic obisset, successit in regnũ Balanan filius Achobor.[39] Isto quoq; mortuo, regnauit pro eo Adar, nomẽq; vrbis eius Phau. Et appellabatur vxor ei[e] Meelcabel filia Matred, filię Mezaab.[40] Hęc ergo nomina ducũ Esau in cognationib[e], & locis, & vocabulis suis: dux Thãna, dux Aluha, dux Ietheth,[41] dux Oolibama, dux Ela, dux Phinõ, dux[42] Cenez, dux Themã, dux Mabsar,[43] dux Mabdihel, dux Hirã. Hi duces Ædõ habitãtes in terra imperij sui. Ipse est Esau pater Idumęorũ.

a Esau & Aedom & Seir nomẽ est vnius hominis. Nam Esau dictus est Aedom ab אדם rubeus, quod rubra ora, seu rufa vẽdiderit primogenita sua. Partier dict9 est Seir- שעיר quod pilosum signat. inde montã nomina dedit: ac tota Idumæa nomen accepit: à Iudæa versus occasum, à Casio monte vsque Ierusalem tendens.

b Idcirco autem Horęorũ recordatus inferuit, quia primogenitus filiorũ Esau ex filiabus eorum accepe- rat concubinam.

c Postquam enumerauit filios Esau, alterius reperit & exponit qui ante Esau in Aedõ terra principes fuerint ex genere Horęorum, quos filij Esau occiderunt, & terram eorũ hæreditate possederunt. Hier. ibid.

d Hæc est concubina primogeniti Esau, ex qua natus est Amalech.

e Hunc quidã suspicantur esse Iob, vt in fine voluminis ipsius additũ est. Cõtrà Hebræi afferũt de Nachor eum stirpe generatũ. Hiero. Ibi. Chryso. verò quintum ad Abrahã ait Iob esse narũ quippe quod Abrahã genuit Isaac: Isaac, Esau: Esau, Ragaelem: Raguel, Zaram: Zara, Iob. Hæc Chryso. de patientia Iob. homil. 2. Sed si ad verã vocis orthographiã inspexeris, nõ hũc Iobab esse Iob dixeris: nẽpe quia hic Iobab per Iod incipitur Iob, vel Iiob per Aleph, quorum multũ est differmea.

Ioseph fratres apud patrem accusans, ac visa somnia narrans, fratrum in se concitauit odium: vnde Ruben inscio venditur Ismaelitis, à patre lugetur, atque in Aegypto Phutiphari venditur. XXXVII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HAbitauit autem Iacob in terra Chanaan in qua pater suus peregrinatus est.[a] Et hæ sunt generationes eius: Ioseph cum sedecim esset annorum pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer. Et erat cum filiis Balæ & Zelphæ vxorum patris sui: accusauitque fratres suos apud patrem crimine pessimo. [3] Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios, eo quòd in senectute genuisset eum. Fecitque ei tunicam[b] polymitam. [4] Videntes autem fratres eius quòd à patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quicquam pacificè loqui. [5] Accidit quoque vt visum somnium referret fratribus suis, quæ causa maioris odij seminarium fuit. [6] Dixitque Ioseph fratribus suis: Audite somnium meum quod vidi. [7] Putabam nos ligare manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum & stare, vestrósque manipulos circunstantes adorare manipulum meum. [8] Responderunt fratres eius: Nunquid Rex noster eris? aut subiiciemur ditioni tuæ? Hæc ergo causa somniorum atque sermonum, inuidiæ & odij fomitem ministrauit. [9] Aliud quoque vidit somnium, quod narrans fratribus, ait: Vidi per somnium quasi solem & lunã & stellas vndecim adorare me. [10] Quod cùm patri suo & fratribus retulisset, increpauit eum pater suus, & dixit: Quid sibi vult hoc somnium quod vidisti? Num ego & [c] mater tua & fratres tui adorabimus te super terram? [11] Inuidebant ei igitur fratres sui: pater verò rem tacitus considerabat. [12] Cumque fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in Sichem, [13] dixit ad eum Israel: Fratres tui pascunt oues in Sichimis, veni, mittam te ad eos. Quo respondente, [14] Præsto sum, ait ei, Vade, & vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos, & pecora, & renuncia mihi quid agatur. Missus de valle Hebron, venit in Sichem. [15] Inuenítque eum vir errantem in agro, & interrogauit quid quæreret. [16] At ille respondit: Fratres meos quæro. Indica mihi vbi pascant greges. [17] Dixítque ei vir: Recesserunt de loco isto: audiui autem eos dicentes: Eamus in Dothaim. Perrexit itaque Ioseph post fratres suos, & inuenit eos in Dothaim. [18] Qui cùm vidissent eum procul, antequam accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere: [19] & mutuò loquebantur: [d] Ecce somniator venit: † [20] Venite occidamus eum, & mittamus in cisternam veterem, dicemúsque: Fera pessima deuorauit eum. & tunc apparebit quid prosint somnia sua. [21] Audiens autem hoc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum, & dicebat: [22] Non interficiamus animam eius, nec effundamus sanguinem: sed proiicite eum in cisternam veterem, quæ est in solitudine, manúsque vestras seruate innoxias. Hoc autem dicebat volens eripere eum de manibus eorum, & reddere patri suo. [23] Confestim igitur vt peruenit ad fratres suos, nudauerunt eum tunica talari & polymita, [24] miserúntque eum in cisternam veterem, quæ non habebat aquam. [25] Et sedentes vt comederent panem, viderunt Ismaelitas viatores venire de Galaad, & camelos eorum portantes aromata, & resinam & stacten in Ægyptum. [26] Dixit ergo Iudas fratribus suis: † Quid nobis prodest si occiderimus fratrem nostrum, & celauerimus sanguinem ipsius? [27] Melius est vt venundetur Ismaelitis: & manus nostræ non polluantur. Frater enim & caro nostra est. Acquieuerunt fratres sermonibus illius, [28] & prætereuntibus Madianitis negociatoribus, extrahentes eum de cisterna vendiderunt eum Ismaelitis triginta argenteis: qui duxerunt eum in Ægyptum. [29] Reuersúsque Ruben ad cisternam, non inuenit puerum, & scissis vestibus, [30] pergens ad fratres suos, ait: Puer non comparet, & ego quò ibo? [31] Tulerunt autem tunicam eius, & in sanguinem hœdi quem occiderant, tinxerunt, [32] mittentes qui ferrent ad patrem, & dicerent: Hanc inuenimus, vide vtrum tunica filij tui sit, an non. [33] Quam cùm cognouisset pater, ait: Tunica filij mei est. Fera pessima comedit eum, bestia deuorauit Ioseph. [34] Scissísque vestibus indutus est cilicio, lugens filium suum multo tempore. [35] Congregatis autem cunctis liberis eius vt lenirent dolorem patris, noluit consolationem accipere, sed ait: Descendam ad filium meum lugens † in infernum. Et illo perseuerante in fletu, [36] Madianitæ vendiderunt Ioseph in Ægypto Phutiphari eunucho Pharaonis, magistro militum.

Iudas

a Et cõ Isaac 167. & Iacob 107. esset annorum.

b Variam & diuersorũ colorum.

c Cùm vir & vxor idẽ sint corpus, & vnũ: cùm caput scilicet Iacob adorauit, & Rachel adorasse dicitur. Chrysost. vel, vt dicũt Hebræi, intellexit Balam Rachelis ancillã, quæ Ioseph vice matris suæ prẽmortuæ educauerat.

d Zelant manifestum inuidi, modestũ superbi, improbi probum, mitem tumidi inimica æmulatione lacessunt. Chrysost.

† Credibile est apud infernum quædã loca secreta, & minus pœnalia ante passionem domini fuisse, adquæ etiam sancti descendebãt: quia nullus paradisum ingredi poterat, donec Christus romphæam igneam amoueret. Glos. ord.

A Ioseph. 1. Anno ante Christum 1748. Anno mundi 2214.

Iudas ex Chananæa tribu filiis susceptis, primum & secundum Thamar copulauit, quibus mortuis eam pro scorto cognouit, ex qua gemellos genuit. XXXVIII.

Anno ante Christum 1748. Anno mundi 2214. † Paral. 2. † Matth. 1. c

EOdem tẽpore descendens Iudas à fratribus suis diuertit ad virum Odollamiten, nomine Hiram: [2] vidítq; ibi filiam hominis Chananæi, vocabulo Sua, & accepta vxore, ingressus est ad eam. † [3] Quæ cõcepit, & peperit filium, † & vocauit nomẽ eius Her. [4] Rursumq; concepto fœtu, natum filium vocauit Onan. [5] Tertium quoq; peperit, quẽ appellauit Sela. Quo nato, parere vltrà cessauit. [6] Dedit autẽ Iudas vxorem primogenito suo Her, nomine Thamar. [7] Fuit quoque Her primogenitus Iudæ, nequam in conspectu domini, & ideo ab eo occisus est. [8] Dixit ergo Iudas ad Onan filium suum: Ingredere ad vxorem fratris tui, & sociare illi, vt suscites semen fratri tuo. [9] Ille sciens non nasci sibi filios, introiens ad vxorem fratris sui, semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur. [10] Et idcirco percussit eum dominus, eo quòd rem detestabilem faceret. [11] Quamobrem dixit Iudas Thamar nurui suæ: Esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus. Timebat enim ne & ipse moreretur sicut fratres eius. Quæ abiit & habitauit in domo patris sui. [12] Euolutis autẽ multis annis, mortua est Sua vxor Iudæ. Qui post luctum consolatione suscepta, ascendebat ad tonsores ouium suarũ ipse & Hiras opilio gregis Odollamites in Thamnas. [13] Nunciatumq; est Thamar quòd socer illius ascenderet in Thamnas ad tondendas oues. [14] Quæ depositis viduitatis vestibus, assumpsit [a] theristrum, & mutato habitu sedit in biuio itineris quod ducit Thamnan: eo quòd creuisset Sela, & non eum accepisset maritum. [15] Quam cum vidisset Iudas, suspicatus est esse meretricẽ. Operuerat enim vultũ suũ, ne agnosceretur. † [16] Ingrediénsq; ad eam, ait: Dimitte me vt coëam tecũ. Nesciebat enim quòd nurus sua esset. Qua respondente, Quid dabis mihi vt fruaris cõcubitu meo? [17] dixit: Mittam tibi hœdum de gregibus. Rursumq; illa dicẽte, Patiar quod vis, si dederis mihi arrabonẽ, donec mittas quod polliceris. [18] ait Iudas: Quid tibi vis pro arrabone dari? Respondit: Annulũ tuũ, & armillam, & baculum quem manu tenes. Ad vnum igitur coitum mulier concepit, [19] & surgens abiit, depositóq; habitu quem sumpserat, induta est viduitatis vestibus. [20] Misit autẽ Iudas hœdum per pastorem suum Odollamiten, vt reciperet pignus quod dederat mulieri. Qui cùm non inuenisset eam, [21] interrogauit homines loci illius: Vbi est mulier quæ sedebat in biuio? Respondẽtibus cunctis, Nõ fuit in loco isto meretrix: [22] reuersus est ad Iudam, & dixit ei: Non inueni eam. Sed & homines loci illius dixerunt mihi, nunquam sedisse ibi scortum. [23] Ait Iudas: Habeat sibi. [7] Certè mendacij arguere nos non potest. Ego misi hœdum quem promiseram, & tu nõ inuenisti eã. † [24] Ecce autem post tres menses nunciauerunt Iudę, dicentes: Fornicata est Thamar nurus tua, & videtur vterus illius intumescere. Dixítq; Iudas: Producite eam, vt cõburatur. [25] Quæ cùm duceretur ad pœnam, misit ad socerũ suum, dicens: De viro cuius hæc sunt, cõcepi. Cognosce cuius sit annulus, & armilla, & [b] baculus. [26] Qui agnitis muneribus, ait: Iustior me est, quia nõ tradidi eã Sela filio meo. Attamen vltrà non [b] cognouit eã. [27] Instante autem partu, apparuerunt gemini in vtero, [28] atque in ipsa effusione infantium vnus protulit manũ, in qua obstetrix ligauit coccinum, dicẽs: Iste egredietur prior. [29] Illo verò retrahente manum, egressus est alter. Dixítq; mulier: Quare diuisa est propter te [c] maceria? † Et ob hanc causam vocauit nomẽ eius Phares. [30] Postea egressus est frater eius, in cuius manu erat coccinum, quem appellauit Zaram.

a Peplũ, seu velũ lineũ mœrorem abesse deũgnans.

b Vera litera eam Hebræa quam Græca est, & non apposuit, siue nõ addidit amplius scire vel cognoscere eã, locutio est pro eo quod est misceri ei. August. ibid. super Genesin.

c Membranula secundinarum qua partus obuolutus, vtero prodit. Hiero. ibid.

Ioseph cuncta prosperè succedunt, donec à domina pluries interpellatus, apud dominum adulterij accusaretur: vnde carceri mancipatus, gratiam pariter nactus custodis, cunctam eius dirigit domum. XXXIX.

† Matth. 1. d Luc. 3.

A Sup. cap. 21. Deuteron.

ITaque Ioseph ductus est in Ægyptum: † emitq; eum Phutiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercitus sui, vir Ægyptius de manu Ismaelitarum, à quibus perductus erat. [2] Fuítque dominus cum eo, & erat vir in cunctis prosperè agens. Habitauítque in domo domini sui, [3] qui optimè nouerat dominum esse cum eo, & omnia quę gereret, ab eo dirigi in manu illius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 Inuenítq; Ioſeph gratiam coram domino ſuo, & miniſtrabat ei. A quo præpoſitus
omnibus gubernabat creditam ſibi domum,& vniuerſa quæ ei tradita fuerãt.5 Bene-
dixítque dominus domui Ægyptij propter Ioſeph, & multiplicauit tam in ædibus
quàm in agris cunctam eius ſubſtantiam. 6 Nec quicquam aliud nouerat niſi panem
quo veſcebatur. †Erat autem Ioſeph pulchra facie,& decorus aſpectu. 7 Poſt multos B 1.Reg.11.d
itaque dies iniecit domina ſua oculos ſuos in Ioſeph,& ait: Dormi mecum. 8 qui ne-
quaquam acquieſcens operi nephario,dixit ad eam: Ecce dominus meus omnibus
mihi traditis ignorat quid habeat in domo ſua, 9 nec quicquam eſt quod non ſit in
mea poteſtate, vel non tradiderit mihi, præter te,quæ vxor eius es.quomodo ergo
poſſum hoc malum facere, & peccare in dominum meum? 10 Huiuſcemodi verbis
per ſingulos dies loquebatur,& mulier moleſta erat adoleſcenti,& ille recuſabat ſtu-
prum. 11 Accidit autem quadam die vt intraret Ioſeph domum, & operis quippiam C
abſque arbitris faceret, 12 & illa apprehenſa lacinia veſtimẽti eius diceret:Dormi me-
cum.Qui relicto in manu eius pallio,fugit, & egreſſus eſt foras. 13 Cumque vidiſſet
mulier veſtem in manibus ſuis, & ſe eſſe contemptam, 14 vocauit ad ſe homines do-
mus ſuæ,& ait ad eos:En introduxit virum Hebræum,vt illuderet nobis. Ingreſſus
eſt ad me,vt coiret mecum:cúmque ego ſucclamaſſem, 15 & audiſſet vocem meam,
reliquit pallium quod tenebam,& fugit foras. 16 In argumentum ergo fidei retentum
pallium oſtendit marito reuertenti domum, 17 & ait:Ingreſſus eſt ad me ſeruus He- D
bræus quem adduxiſti, vt illuderet mihi. 18 Cumque audiſſet me clamare, reliquit
pallium quod tenebam, & fugit foras. 19 His auditis dominus,& nimium credulus
verbis coniugis,iratus eſt valde,† 20 tradiditque Ioſeph in carcerem, vbi vincti regis Ioſe. 4.
cuſtodiebantur,& erat ibi clauſus. 21 Fuit autem dominus cum Ioſeph,& miſertus eſt † Pſa.104.b
illius,& dedit ei gratiam in conſpectu principis carceris. 22 Qui tradidit in manu il-
lius vniuerſos vinctos qui in cuſtodia tenebantur: & quicquid fiebat, ſub ipſo erat:
23 nec nouerat aliquid,cunctis ei creditis. Dominus enim erat cum illo,& omnia ope-
ra eius dirigebat.

Eunuchorum Pharaonis ſomnia Ioſeph interpretatus,alterum officio reſtituendum, alterum ſuſpendio finiendum prædixit:quæ omnia in Pharaonis natalitio euenerunt. XL.

His itaque geſtis accidit vt peccarent duo eunuchi,pincerna Regis Ægypti, & A Ioſ.2.4.
piſtor,domino ſuo: 2 iratuſque contra eos Pharao: (nã alter pincernis præerat,
alter piſtoribus,) 3 miſit eos in carcerem principis militum,in quo erat vinctus
& Ioſeph. 4 At cuſtos carceris tradidit eos Ioſeph,qui & miniſtrabat eis. Aliquantu-
lum temporis fluxerat,& illi in cuſtodia tenebantur: 5 viderúntq; ambo ſomniũ no-
cte vna,iuxta interpretationem congruam ſibi. 6 Ad quos cùm introiſſet Ioſeph ma-
ne,& vidiſſet eos triſtes, 7 ſciſcitatus eſt eos,dicens: Cur triſtior eſt hodie ſolito facies
veſtra? 8 Qui reſponderunt: †Somnium vidimus, & non eſt qui interpretetur nobis. †Sup.37.d
Dixítq; ad eos Ioſeph:Nunquid non dei eſt interpretatio? Referte mihi quid videri- B
tis. 9 Narrauit prior præpoſitus pincernarũ ſomnium ſuum: Videbam coram me vi-
tem, 10 in qua erant tres propagines,creſcere paulatim in gemmas,& poſt flores vuas
matureſcere, 11 calicemq; Pharaonis in manu mea.Tuli ergo vuas,& expreſſi in calicẽ
quem tenebam,& tradidi poculum Pharaoni. 12 Reſpondit Ioſeph:Hæc eſt interpre-
tatio ſomnij.Tres propagines,tres adhuc dies ſunt, 13 poſt quos recordabitur Pharao
miniſterij tui,& reſtituet te in gradum priſtinum,dabíſque ei calicem iuxta officium
tuum,ſicut ante facere conſueueras. 14 Tantùm memẽto mei cum tibi bene fuerit, & c
facias mecum miſericordiã,vt ſuggeras Pharaoni vt educat me de iſto carcere, 15 quia
furtim ſublatus ſum de terra Hebræorum,& hîc innocẽs in lacum miſſus ſum. 16 Vi-
dens piſtorum magiſter quòd prudenter ſomnium diſſoluiſſet, ait: Et ego vidi ſom-
nium:quòd tria caniſtra farinæ haberem ſuper caput meũ, 17 & in vno caniſtro quod
erat excelſius, portare me putabam omnes cibos qui fiunt arte piſtoria, auéſque co-
medere ex eo. 18 Reſpondit Ioſeph: Hæc eſt interpretatio ſomnij: Tria caniſtra, D
tres adhuc dies ſunt, 19 poſt quos auferet Pharao caput tuum, ac ſuſpendet te in
cruce,

cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas. 20 Exinde dies tertius natalitius Pharaonis
erat.Qui faciẽs grande conuiuiũ pueris ſuis,recordatus eſt inter epulas magiſtri pin-
cernarum,& piſtorum principis: 21 reſtituítq; alterum in locum ſuum, vt porrigeret
ei poculum, 22 alterum ſuſpendit in patibulo:vt coniectoris veritas probaretur. 23 Et
tamen ſuccedentibus proſperis,præpoſitus pincernarum oblitus eſt interpretis ſui.

Somnia Pharaonis de bobus & ſpicis Ioſeph interpretatus,toti Aegypto præficitur,& ex Aſeneth vxore imminente tempore famis duos genuit filios. XLI.

Ioſ.2.4. A POſt duos annos vidit Pharao ſomnium.Putabat ſe ſtare ſuper fluuium, 2 de
quo aſcendebant ſeptem boues pulchræ & craſſæ nimis, & paſcebantur in
locis paluſtribus. 3 Aliæ quoq; ſeptem emergebant de flumine, fœdæ,con-
fectæq; macie:& paſcebantur in ipſa amnis ripa in locis virentibus: 4 deuo-
rauerúntq; eas,quarum mira ſpecies & habitudo corporum erat.Expergefactus Pha
raõ, 5 rurſum dormiuit,& vidit alterum ſomnium. Septem ſpicæ pullulabant in cul-
mo vno,plenæ atq; formoſæ: 6 alię quoque totidem ſpicę tenues,& percuſſæ vredine
oriebãtur, 7 deuorantes omnem priorum pulchritudinẽ.Euigilans Pharao poſt quie-
tem, 8 & facto mane, pauore perterritus, miſit ad omnes coniectores Ægypti, cun-
B ctóſque ſapientes:& accerſitis narrauit ſomnium.Nec erat qui interpretaretur. 9 Tũc
demum reminiſcens magiſter pincernarum,ait:Confiteor peccatum meum. 10 Iratus
Rex ſeruis ſuis, me & magiſtrum piſtorum retrudi iuſſit in carcerem principis mili-
tum: 11 vbi vna nocte vterq; vidimus ſomnium,præſagium futurorũ. 12 Erat ibi puer
Hebræus,eiuſdem ducis militũ famulus:cui narrãtes ſomnia, 13 audiuimus quicquid
poſtea rei probauit euentus.Ego enim redditus ſum officio meo, & ille ſuſpenſus eſt
in cruce. 14 Protinus ad Regis imperium eductum de carcere Ioſeph totonderunt,
ac veſte mutata obtulerunt ei. 15 Cui ille ait: Vidi ſomnia, nec eſt qui ediſſerat, quæ
† Pſa.104.b audiui te ſapientiſſimè coniicere. 16 Reſpondit Ioſeph: † Abſq; me deus reſpondebit
proſpera Pharaoni. 17 Narrauit ergo Pharao quæ viderat: Putabam me ſtare ſuper ri-
pam fluminis, 18 & ſeptem boues de amne conſcendere pulchras nimis,& obeſis car-
C nibus, quæ in paſtu paludis vireta carpebant. 19 Et ecce has ſequebantur aliæ ſeptem
boues intantum deformes & macilentæ,vt nunquam tales in terra Ægypti viderim:
20 quæ deuoratis & cõſumptis prioribus, 21 nullum ſaturitatis dedêre veſtigium: ſed
ſimili macie & ſqualore torpebant. 22 Euigilans, rurſus ſopore depreſſus, vidi ſom-
nium.Septẽ ſpicæ pullulabant in culmo vno,plenæ atque pulcherrimæ. 23 Aliæ quo-
que ſeptem tenues,& percuſſæ vredine,oriebantur è ſtipula, 24 quę priorum pulchri-
tudinem deuorauerunt.Narraui coniectoribus ſomnium, & nemo eſt qui ediſſerat.
25 Reſpondit Ioſeph:Somnium Regis vnum eſt.Quæ facturus eſt deus,oſtendit Pha
D raoni. 26 Septem boues pulchræ, & ſeptem ſpicæ plenæ, ſeptem vbertatis anni ſunt,
eandémque vim ſomnij cõprehendunt. 27 Septem quoq; boues tenues atque ma-
cilentæ,quæ aſcenderunt poſt eas, & ſeptem ſpicæ tenues, & vento vrente percuſſæ,
ſeptem anni venturæ ſunt famis, 28 qui hoc ordine complebũtur. 29 Ecce ſeptem anni
venient fertilitatis magnæ in vniuerſa terra Ægypti, 30 quos ſequentur ſeptem anni
alij tantæ ſterilitatis,vt obliuioni tradatur cuncta retro abundãtia. Conſumptura eſt
enim fames omnẽ terram, 31 & vbertatis magnitudinem perditura eſt inopiæ magni-
tudo. 32 Quod autẽ vidiſti ſecundo ad eandẽ rem pertinens ſomnium, firmitatis in-
dicium eſt,eo q; fiat ſermo dei,& velocius impleatur. 33 Nũc ergo prouideat Rex virũ
ſapientem & induſtrium,& præficiat eum terræ Ægypti, 34 qui cõſtituat præpoſitos
E per cunctas regiones,& quintã partem fructuum per ſeptem annos fertilitatis 35 qui
iam nunc futuri ſunt,congreget in horrea: & omne frumentum ſub Pharaonis pote-
ſtate condatur:ſeruetúrq; in vrbibus, 36 & præparetur futuræ ſeptem annorum fami,
† Pſa.104.b quę oppreſſura eſt Ægyptũ:& non conſumatur terra inopia. 37 Placuit Pharaoni cõ-
Act.7.c ſilium,& cũctis miniſtris eius. 38 Locutúſq; eſt ad eos: Num inuenire poterimus talẽ
Dan.2.g virũ qui ſpiritu dei plenus ſit? 39 Dixit ergo ad Ioſeph:Quia oſtendit tibi deus omnia
quæ locutus es,nunquid ſapientiorem & cõſimilem tui inuenire potero? † 40 Tu eris

Universidad de Deusto
Biblioteca

super domum meam,& ad tui oris imperium cunctus populus obediet. Vno tantùm regni solio præcedam te.[41] Dixítq; rursum Pharao ad Ioseph: Ecce constitui te super vniuersam terrã Ægypti.[42] Tulítq; annulũ de manu sua,& dedit eũ in manu eius,vestiuítq; eũ stola byssina, & collo torquem aureã circumposuit. [43] Fecítq; eum ascendere super currum suum secundũ,clamante præcone, vt omnes corã eo genu flecterent,& præpositum esse scirent vniuersæ terræ Ægypti. [44] Dixit quoq; Rex Ægypti F ad Ioseph: Ego sum Pharao: absq; tuo imperio non mouebit quisquam manum aut pedem in omni terra Ægypti.[45] Vertítq; nomen illius, & vocauit eum lingua Ægyptiaca saluatorem mundi. Dedítq; illi vxorem Aseneth filiam Putipharis, sacerdotis Heliopoleos. † Egressus est itaque Ioseph ad terram Ægypti.[a] [46] (Triginta annorum erat quando stetit in cõspectu Regis Pharaonis,) & circuiuit omnes regiones Aegypti.[47] Venítq; fertilitas septem annorum,& in manipulos redactę segetes congregatæ sunt in horrea Aegypti. [48] Omnis etiam frugum abundantia in singulis vrbibus condita est.[49] Tantáq; fuit abundantia tritici, vt arenæ maris coæquaretur, & copia mensuram excederet.[50] Natíq; sunt Ioseph filij duo antequam veniret fames, quos G peperit ei Aseneth filia Putipharis sacerdotis Heliopoleos. [51] Vocauítq; nomen primogeniti Manasses,dicens: Obliuisci me fecit deus omnium laborum meorũ,& domus patris mei.[52] Nomen quoq; secundi appellauit Ephraim, dicens: † Crescere me fecit deus in terra paupertatis meæ.[53] Igitur trãsactis septem vbertatis annis, qui fuerant in Aegypto,[54] cœperunt venire septem anni inopiæ,quos prædixerat Ioseph: & in vniuerso orbe fames præualuit. In cuncta etiam terra Aegypti fames erat. [55] Qua esuriente, clamauit populus ad Pharaonem,alimenta petens. Quibus ille respondit: Ite ad Ioseph,& quicquid ipse vobis dixerit,facite. [56] Crescebat autem quotidie fames in omni terra,aperuítq; Ioseph vniuersa horrea,& vendebat Aegyptiis. Nam & illos oppresserat fames.[57] Omnésque prouinciæ veniebant in Aegyptum,vt emerent escas,& malum inopiæ temperarent.

a Anno præcedente istum mortuus est Isaac 189. annos natus, cum Iacob 120. esset annorũ,& Ioseph 29.

† Pſal.80.

† Iaſa.47.g

Ioseph. 2. y. Anno ante Christum 1734. Anno mũdi 2228.

† Iaſa.46.a

Fratres Ioseph pro emendis alimentis in Aegyptum profecti, à fratre cognoscuntur: inde Simeone in vinculis coniecto,cæteri abeunt Beniamin secum adducturi. XLII.

A Vdiens autem Iacob quòd alimenta venderentur in Aegypto, dixit fi- A Ioſ.2.f.
liis suis: Quare negligitis? [2] Audiui quòd triticum venũdetur in Aegypto. Descendite, & emite nobis necessaria, vt possimus viuere, & non consumamur inopia. † [3] Descendentes igitur fratres Ioseph decem, vt † Act.7.b
emerent frumenta in Aegypto, Beniamin domi retẽto à Iacob, qui dixerat fratribus eius,Ne fortè in itinere quicquam patiatur mali, [5] ingressi sunt terram Aegypti cum aliis qui pergebant ad emendum. Erat autem fames in terra Chanaan, [6] & Ioseph erat princeps in terra Aegypti,atq; ad eius nutum frumenta populis vendebãtur. Cúmque adorassent eum fratres sui, [7] & agnouisset eos, quasi ad alienos du- B
rius loquebatur,interrogans eos: Vnde venistis? Qui respõderunt: De terra Chanaã, vt emamus victui necessaria. [8] Et tamen fratres ipse cognoscens, non est cognitus ab eis.[a] [9] Recordatúsque somniorum quæ aliquando viderat,ait ad eos: Exploratores estis: vt videatis infirmiora terræ,venistis. [10] Qui dixerunt: Non est ita domine,sed serui tui venerũt vt emerẽt cibos. [11] Omnes filij vnius viri sumus. Pacifici venimus, nec quicquam famuli tui machinantur mali. [12] Quibus ille respondit: Aliter est: Immunita terræ huius cõsiderare venistis. [13] At illi dixerunt: Duodecim,inquiunt, fratres serui tui sumus,filij viri vnius in terra Chanaan.[b] Minimus cũ patre nostro est,alius non c
est super. [14] Hoc est,ait,quod locutus sum. Exploratores estis. [15] Iam nũc experimentum vestri capiam. † Per salutem Pharaonis, non[c] egrediemini hinc, donec veniat † 22.q.1. ca. Mouet. §. Sed obiicitur.
frater vester minimus. [16] Mittite ex vobis vnum,& adducat eum: vos autem eritis in vinculis, donec probentur quæ dixistis, vtrum vera,an falsa sint. Alioquin per salutem Pharaonis exploratores estis. [17] Tradidit ergo illos custodiæ tribus diebus: [18] die autem tertio eductis de carcere, ait: Facite quæ dixi, & viuetis. Deum enim timeo. [19] Si pacifici estis, frater vester vnus ligetur in carcere, vos autem abite, & ferte fru- D † Iaſa.41.c
menta

a Ira nec Iudæi Christi fratres cognouerunt illum. Si enim eũ cognouissent, nũquam dominum gloriæ crucifixissent. Prosper.

b Beniamin ille iunior, Ipse est Paulus ex Saulo, ex tribu Beniamin, qui se asserit minimum apostolorum. Simeon verò ligatus, ipse est Petrus trina negatione ligatus, vel cui data est potestas ligandi & soluendi. Prosper.

c Hoc iuramentum impletum est, quando nõ omnes inde egressi sunt, donec veniret Beniamin.

menta quæ emistis, in domos vestras, [20] & fratrẽ vestrũ minimũ ad me adducite,vt possim vestros probare sermones,& non moriamini. Fecerunt vt dixerat, [21] & locuti sunt adinuicem.[d] Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum vidẽtes d. Cum tredecim anni prætiissent, puniri metuentes, & de vita timẽtes, peccati recordati sunt, quod non sentiebant quãdo peccabant. Chrysost.
angustias animę illius,dũ deprecaretur nos,& nõ audiuimus. idcirco venit super nos ista tribulatio. [22] E quib⁹ vnus Rubẽ ait: Nũquid nõ dixi vobis,nolite peccare in pue- E
rum, & non audistis me? En sanguis eius exquiritur. [23] Nesciebant enim q⁹ intelligeret Ioseph,eo q⁹ per interpretem loqueretur ad eos. [24] Auertítq; se parumper, & fleuit,& reuersus locutus est ad eos. [25] Tollénsq; Simeõ,& ligãs illis præsentib⁹ iussit mi nistris vt implerẽt saccos eorum tritico,& reponerẽt pecunias singulorum in sacculis suis,datis suprà cibariis in via. † Qui fecerũt ita. [26] At illi portantes frumẽta in asinis suis profecti sunt. [27] Apertóq; vnus sacco vt daret iumento pabulum in diuersorio,cõtemplatus pecuniã in ore sacculi,[28] dixit fratribus suis: Reddita est mihi pecunia. En habetur in sacco. Et obstupefacti turbatíque mutuo, dixerunt: Quidnam est F
hoc quod fecit nobis deus? [29] Venerúntq; ad Iacob patrem suum in terra Chanaan,& narrauerũt ei omnia quę accidissent sibi,dicẽtes: [30] Locutus est nobis dominus terrę durè:& putauit nos exploratores esse prouinciæ. [31] Cui respondimus: Pacifici sumus, nec vllas molimur insidias. [32] Duodecim fratres vno patre geniti sumus,vnus non est super,minimus cum patre nostro est in terra Chanaan. [33] Qui ait nobis: Sic probabo quòd pacifici sitis. Fratrem vestrum vnum dimittite apud me,& cibaria domibus vestris necessaria sumite,& abite. [34] Fratrémque vestrum minimum adducite ad me, vt sciam quòd non sitis exploratores,& istum qui tenetur in vinculis, recipere possitis, ac deinceps quæ vultis emendi habeatis licentiam. [35] His dictis cùm frumenta effunderent,singuli repererunt in ore saccorum ligatas pecunias: exterritíq; simul omnibus, [36] dixit pater Iacob: Absque liberis me esse feciſtis: Ioseph non est super: Simeon tenetur in vinculis, & Beniamin auferetis? In me hæc omnia mala reciderunt. [37] Cui respondit Ruben: Duos filios meos interfice,si non reduxero illum tibi. Trade illum in manu mea,& ego eum tibi restituam. [38] At ille, Non descendet,inquit,filius meus vobiscum. Frater eius mortuus est: & ipse solus remansit. Si quid ei aduersitatis acciderit in terra ad quam pergitis,deducetis canos meos cum dolore ad inferos.

Fratres Ioseph Beniamin secum ducentes in Aegyptum, redeunt cum muneribus, dupliciq́ue pecunia,qui simul cum Ioseph Simeone educto de carcere epulantur. XLIII.

Ioſ.4.f. A I Nterim[a] fames omnem terram vehementer premebat: [2] consumptíq;
cibis quos ex Ægypto detulerãt,dixit Iacob ad filios suos: Reuertimini,& emite nobis pauxillum escarum. [3] Respondit Iudas: Denunciauit nobis vir ille sub attestatione iurisiurandi,dicens: Non videbitis faciẽ
† Sup.42.d meam, nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobiscũ. [4] Si ergo vis eum mittere nobiscum,pergemus pariter,& ememus tibi necessaria: [5] si autem nõ B
† Gen.44.c vis,non ibimus. Vir enim,vt sæpe diximus,denunciauit nobis,dicens: † Non videbitis faciem meam absque fratre vestro minimo. [6] Dixit eis Israel: In meam hoc fecistis miseriam,vt indicaretis ei & alium habere vos fratrem. [7] At illi responderunt: † [b] Interrogauit nos homo per ordinem nostram progeniem,si pater viueret,si haberemus fratrem. Et nos respondimus ei consequenter iuxta id quod fuerat scisciatus. Nunquid scire poteramus quòd dicturus esset: Adducite fratrẽ vestrum vobiscum? [8] Iudas quoq; dixit patri suo: Mitte puerũ mecum,vt proficiscamur, & possimus viuere: ne moriamur nos & paruuli nostri. [9] Ego suscipio puerũ: de manu mea require illum. † Gen.44.g C
† Nisi reduxero & reddidero eum tibi,ero peccati reus in te omni tempore. [10] Si non intercessisset dilatio,iam vice altera venissemus. [11] Igitur Israel pater eorum dixit ad eos: Si sic necesse est,facite quod vultis. Sumite de optimis terræ frugibus in vasis vestris,& deferte viro munera: modicum resinæ & mellis, & storacis, stactes, & terebinthi,& amygdalarum: [12] pecuniam quoq; duplicem ferte vobiscum, & illam quã inueniſtis in sacculis reportate,ne fortè errore factum sit. [13] Sed & fratrẽ vestrum tollite,& ite ad virum. [14] Deus autem meus omnipotens faciat vobis eum placabilem &

a. Vide hic dilecte quomodo famis necessitas patris amorem vicerit. Videns enim quòd non aliunde famis consolationem habere posset,& fames in dies magis ac magis incresceret. Chryso. hom. 64. in Gene.

b. Iuxta Græca & Hebraica exemplaria legitur: interrogãs interrogauit nos homo. Assidua est locutio in scripturis. Aug. in Gene.

Universidad de Deusto
Biblioteca

remittat vobiscum fratrẽ vestrũ quem tenet in vinculis,& hunc Beniamin.Ego autem quasi orbatus absque liberis ero.[15] Tulerunt ergo viri munera,& pecuniã duplicem,& Beniamin:descenderuntq; in Ægyptũ,& steterunt corã Ioseph.[16] Quos cum ille vidisset,& Bẽiamin simul,præcepit dispensatori domus suæ, dicens: Introduc viros domum,& occide victimas,& instrue cõuiuium: quoniã hodie mecum sunt cõmesturi meridie.[17] Fecit ille quod sibi fuerat imperatũ,& introduxit viros domum. [18] Ibiq; exterriti dixerũt mutuò:Propter pecuniã quã retulimus pri⁹ in saccis nostris, inducti sumus,vt deuoluat in nos calumniã, & violẽter subiiciat seruituti & nos & asinos nostros.[19] Quãobrẽ in ipsis foribus accedentes ad dispensatorem,[20] locuti sunt:Oramus domine,vt audias nos:† Iã antè descẽdimus vt emeremus escas:[21] quibus emptis,cùm venissemus ad diuersorium, aperuimus saccos nostros,&inuenimus pecuniam in ore saccorũ,quã nunc eodem põdere reportauimus.[22] Sed & aliud attulimus argẽtum,vt emamus quæ nobis necessaria sunt. Non est in nostra conscientia, quis posuerit eam in marsupiis nostris.[23] At ille respõdit:Pax vobiscũ, nolite timere, Deus vester,& deus patris vestri dedit vobis thesauros in saccis vestris. Nam [d] pecuniã quã dedistis mihi, probatã ego habeo. Eduxítq; ad eos Simeon. [24] Et introductis domũ,attulit aquam,& lauerunt pedes suos:dedítq; pabulũ asinis eorum. [25] Illi vero parabant munera,donec ingrederetur Ioseph meridie. Audierant enim quòd ibi comesturi essent panẽ.[26] Igitur ingressus est Ioseph domũ suã, obtuleruntq; ei munera tenẽtes in manibus suis: † & adorauerũt proni in terram. [27] At ille clementer resalutatis eis,interrogauit eos,dicens:Sanúsne est pater vester senex, de quo dixeratis mihi?Adhuc viuit?[28] Qui respõderunt:Sospes est seruus tuus pater noster:adhuc viuit. [e] Et incuruati adorauerũt eũ.[29] Attollẽs autẽ Ioseph oculos,vidit Bẽiamin fratrẽ suũ vterinum,&ait:Iste est frater vester paruulus,de quo dixeratis mihi?Et rursum:Deus inquit,misereatur tui,fili mi.† [30] Festinauítque in domum,quia commota fuerãt viscera eius super fratre suo, & erumpebant lachrymæ, & introiens cubiculum, fleuit. † [31] Rursúmque lota facie egressus,continuit se,& ait:Ponite panes.[32] Quibus appositis seorsum Ioseph,& seorsum fratribus, Ægyptiis quoque qui vescebantur simul, seorsum : (illicitum est enim Ægyptiis comedere cum Hebræis, & prophanum putant huiuscemodi conuiuium)[33] sederunt corã eo primogenitus iuxta primogenita sua,& minimus iuxta ętatem suam. Et mirabantur nimis,[34] sumptis partibus quas ab eo acceperant:maiórque pars venit Beniamin,ita vt quinque partibus excederet. Biberuntq; & [f] inebriati sunt cum eo.

Ioseph absconso & deprehenso scypho suo in sacco Beniamin,furti fratres arguit,quos Iudas excusans,sese obsid em libere offert. XLIIII.

PRæcepit autẽ Ioseph dispensatori domus suæ,dicẽs:Imple saccos eorum frumento,quantum possunt capere:& pone pecuniam singulorum in summitate sacci.[2] Scyphum autem meum argenteum, & precium quod dedit tritici, pone in ore sacci iunioris.Factúmq; est ita.[3] Et orto mane dimissi sunt cũ asinis suis. [4] Iámq; vrbem exierant,& processerant paululũ.Tunc Ioseph accersito dispensatore domus,ait:Surge,inquit,& persequere viros,& apprehẽsis dicito: Quare reddidistis malũ pro bono?[5] Scyphus quem furati estis,ipse est in quo bibit dominus meus,& in quo [a] augurari solet.Pessimã rem feciſtis.[6] Fecit ille vt iusserat,& apprehensis,per ordinem locutus est.[7] Qui respõderunt: Quare sic loquitur dominus noster, vt serui tui tantũ flagitij cõmiserint?[8] Pecuniã quã inuenimus in summitate saccorũ, reportauimus ad te de terra Chanaan:& quomodo cõsequens est vt furati simus de domo domini tui aurum vel argẽtum?[9] Apud quencunq; fuerit inuentũ seruorum tuorum quod quæris,moriatur:& nos erimus serui domini nostri.[10] Qui dixit eis: Fiat iuxta vestrã sententiã. Apud quencunq; fuerit inuẽtum, ipse sit seruus meus, vos autẽ eritis innoxij.[11] Itaq; festinatò deponentes in terram saccos,aperuerunt singuli.[12] Quos scrutatus,[b] incipiẽs à maiore vsq; ad minimũ,inuenit scyphũ in sacco Beniamin.[13] At illi scissis vestibus,oneratísq; rursum asinis,reuersi sunt in oppidũ :[14] primúsq; Iudas cum

d Vide quomodo preces patris omnia eis prospera fecerunt,cum diceret:Deus autem meus omnipotens faciat eum vobis placabilem.Chrysost. homil 66.

e Quæritur quomodo scriptum sit, Dominum deum adorabis,& illi soli seruies, cũ Abrahã adoraucrit populum quendam gentium, & fratres Ioseph eundem? Sed animaduertendum est in eodem præcepto non dictum, Dominum deum tuum solum adorabis,sicut dictũ est, & illi soli seruies, quia vnica est dei seruitus, quæ dicitur latria, multiplex autẽ est adoratio. Augustꝰ super Genes.

f Solent hinc ebriosi adhibere testimonij patrocinium. nõ propter illos filios Israel, sed propter Ioseph, qui valde sapiens cõmendatur. Sed hoc verbũ pro satietate solere poni in scripturis qui diligenter aduerterit,inueniet: vnde illud: Visitasti terrã, & inebriasti eam. Augustꝰ super Genesin.

a De hoc augurio quod mandauit Ioseph per hominem suum fratribus dicendo, quæri solet quid sibi velit, an quia non serio sed ioco dictum est, vt exitus docuit, non est habẽdũ mendaciũ.Mendacia enim à mẽdacibus serio agũtur, non ioco.Cum autem quæ non sunt, tanquam ioco dicuntur,nõ deputantur mẽdacia. Augustꝰ. in quæst. super Genesin.

b Per ordinem singulorum prius inspiciuntur saccuti. Docet te moralitatẽ scriptura diuina. Per ordinem ante discubuerunt in conuiuio. Vides quòd seniori locus ille sit deferẽdus,per eundẽ iterum requiritur saccuti. &c. Ambro. de Ioseph patriarcha.cap.11.

† 44.q.1. ca. Quod ait. cum fratribus ingressus est ad Ioseph: (necdum enim de loco abierat.) omnésq; ante eum pariter in terrã corruerunt.[15] Quibus ille ait:Cur sic agere voluistis? † An ignoratis quòd nõ sit similis mei in augurandi scientia?[16] Cui Iudas:Quid respondebimus, inquit,domino meo ? vel quid loquemur ? aut iustè poterimus obtendere ? Deus inD uenit ini quitatem seruorum tuorum . En omnes serui sumus domini mei, & nos, & apud quem inuentus est scyphus .[17] Respondítque Ioseph : Absit à me vt sic agam. Qui furatus est scyphum, ipse sit seruus meus : vos autem abite liberi ad patrem vestrum.[18] Accedens autem propius Iudas,confidenter ait:Oro domine audi me,vt loquatur seruus tuus verbũ in auribus tuis,& ne irascaris famulo tuo . Tu es enim post Pharaonem[19] dominus meus.Interrogasti prius seruos tuos: Habetis patrem aut fraE trem?[20] & nos respondimus tibi domino meo:Est nobis pater senex,& puer paruulus qui in senectute illius natus est,cuius vterinus frater est mortuus , & ipsum solum habet mater sua:pater verò tenerè diligit eum. [21] Dixistíq; seruis tuis: Adducite eum ad me,& ponam oculos meos super illum.[22] Suggessimus tibi domino meo,Nõ potest puer relinquere patrem suum.si enim illum dimiserit, morietur: [23] Et dixisti seruis tuis,Nisi venerit frater vester minimus vobiscum , non videbitis amplius faciem meam.[24] Cùm ergo ascendissemus ad famulum tuum patrem nostrum , narrauimus F ei omnia quę locutus est dominus meus.[25] Et dixit pater noster:Reuertimini,& emite nobis parum tritici.[26] Cui diximus:Nõ possumus ire.Si frater noster minimus descenderit nobiscum, proficiscemur simul : alioquin illo absente non audemus videre faciẽ viri.[27] At ille respõdit:Vos scitis quòd duos genuerit mihi vxor mea:†[28] Egressus est vnus,& dixistis:Bestia deuorauit eum.& hucusq; non comparet.[29] Si tuleritis & istum,& aliquid ei in via contigerit, deducetis canos meos cum mœrore ad infeG ros. [30] Igitur si intrauero ad seruum tuũ patrem nostrũ , & puer defuerit,cùm anima illius ex huius anima dependeat,[31] videritq; eum non esse nobiscũ,morietur:& deducent famuli tui canos eius cũ dolore ad inferos.[32] Ego propriè seruus tuus sim,qui in meam hunc recepi fidem,& spopondi,dicens: † Nisi reduxero eum, peccati reus ero in patrem meum omni tẽpore.[33] Manebo itaque seruus tuus pro puero in ministerio domini mei,& puer ascendat cũ fratribus suis.[34] Non enim possum redire ad patrem absente puero,ne calamitatis quæ oppressura est patrem meum,testis assistam.

Ioseph tandem se fratribus manifestans, omnes osculatur : vnde Pharao totáque domus eius exultans,ad quærendum patrem in Chanaan cum muneribus & plaustris multis fratres remittit. XLV.

NOn se poterat vltrà cohibere Ioseph multis corã astantibus:vnde præcepit vt egrederẽtur cuncti foras,& nullus interesset alienus agnitioni mutuæ.[1] Eleuauítque vocem cum fletu,quam audierunt Ægyptij, omnísq; domus Pharaonis,[2] & dixit fratribus suis:† Ego sum Ioseph. Adhuc pater meus viuit ? Non poterant respondere fratres,nimio terrore perterriti.[4] Ad quos ille clemẽter:Accedite, inquit,ad me.Et cùm accessissent propè,Ego sum,ait,Ioseph frater vester, quẽ vendiB distis in Ægyptũ: [5] Nolite pauere, neq; vobis durum esse videatur, quòd vendidistis me in his regionibus.† Pro salute enim vestra misit me deus ante vos in Ægyptum. [6] Biennium est enim quòd cœpit fames esse in terra,& adhuc quinq; anni restãt,quibus nec arari poterit, nec meti. [7] Præmisítq; me deus,vt reseruemini super terram,& c escas ad viuendũ habere possitis.[8] Non vestro consilio, sed dei voluntate huc missus sum,qui fecit me quasi patrẽ Pharaonis,& dominũ vniuersæ domus eius,ac principẽ in omni terra Ægypti.[9] Festinate & ascendite ad patrẽ meum,& dicetis ei:Hęc mandat filius tuus Ioseph·Deus fecit me dominum vniuersæ terræ Ægypti.Descende ad me,ne moreris:[10] & habitabis in terra Gessen:eríque iuxta me tu,& filij tui,& filij filiorum tuorum,oues tuæ,& armenta tua,& vniuersa quæ possides:[11] ibiq; te pascam. D adhuc enim quinque anni residui sunt famis:ne & tu pereas,& omnis domus tua, & omnia quæ possides.[12] En oculi vestri & oculi fratris mei Beniamin vident quod [a] os meum loquatur ad vos.[13] Nunciate patri meo vniuersam gloriam meam, & cuncta

a Nunc enim nõ per interpretem sicut prius loquebatur ad illos, sed Hebraicè.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ vidistis in Ægypto. Festinate, & adducite eum ad me. [14] Cúmq; amplexatus cecidisset in collum Beniamin fratris sui, fleuit, illo quoq; similiter flente super collum eius. [15] Osculatúsq; est Ioseph omnes fratres suos, & plorauit super singulos. Post quę ausi sunt loqui ad eum. [16] Auditumq; est & celebri sermone vulgatũ in aula Regis: E Venerunt fratres Ioseph. Et gauisus est Pharao, atque omnis familia eius. [17] Dixítque ad Ioseph vt imperaret fratribus suis, dicens: Onerátes iumenta ite in terrã Chanaan, [18] & tollite inde patrẽ vestrum, & cognationem, & venite ad me: & ego dabo vobis omnia bona Ægypti, vt comedatis medullam terræ. [19] Præcipe etiam vt tollãt plaustra de terra Aegypti, ad subuectionem paruulorum suorum ac coniugum. Et dicito: Tollite patrẽ vestrũ, & properate quantocyus venientes, [20] nec dimittatis quicquam F de supellectili vestra, quia omnes opes Ægypti vestræ erunt. [21] Fecerúntq; filij Israel vt eis mandatũ fuerat. Quibus dedit Ioseph plaustra secũdum Pharaonis imperium, & cibaria in itinere. [22] Singulis quoq; proferri iussit binas stolas, Beniamin verò dedit trecentos argenteos, cum quinq; stolis optimis, [23] tantundem pecuniæ & vestium mittens patri suo, addens eis asinos decẽ, qui subueherent ex omnibus diuitiis Ægypti, & totidem asinas triticum in itinere panésque portantes. [24] Dimisit ergo fratres G suos, & proficiscentibus ait: Ne irascamini in via. [25] Qui ascendentes ex Ægypto, venerunt in terram Chanaan ad patrem suum Iacob, [26] & nunciauerunt ei dicentes: Ioseph filius tuus viuit: & ipse dominatur in omni terra Ægypti. Quo audito Iacob quasi de graui somno euigilans, tamen non credebat eis: [27] illi econtra referebãt omnem ordinem rei. Cúmque vidisset plaustra, & vniuersa quæ miserat, reuixit spiritus eius, [28] & ait: Sufficit mihi si adhuc Ioseph filius meus viuit: vadam & videbo illum antequam moriar.

Iacob cum filiis & nepotibus in Aegyptum descendens, à filio suo Ioseph magno cum honore, lætitia & amplexibus suscipitur. XLVI.

a Beersabee, in quo Abraham cũ Abimælech, & idẽ Abimælech cum Isaac iuraverunt pactum.

PRofectúsque Israel cum omnibus quæ habebat, venit [a] ad puteum iuramẽti, A Ios.2.7.
& mactatis ibi victimis deo patris sui Isaac, [2] audiuit eum per visionem nocte vocantem se, & dicentem sibi: Iacob, Iacob. Cui respondit: Ecce adsum. [3] Ait illi deus: Ego sum fortissimus, deus patris tui. Noli timere: sed descẽde in Ægyptum, quia in gentẽ magnã faciam te ibi. [4] Ego descendã tecum illuc, & ego inde adducam te reuertentem. Ioseph quoque ponet manus suas super oculos tuos. [5] Surrexit autẽ Iacob mane à puteo iuramenti, tuleruntq; eum filij cũ paruulis & vxoribus suis in plaustris quæ miserat Pharao ad portandũ senẽ, [6] & omnia quæ possederat in terra Chanaan. † Venítq; in Ægyptũ cum omni semine suo: [7] filij eius & nepotes, filię & cuncta simul progenies. [8] Hæc sunt autẽ nomina filiorũ Israel, qui ingressi sunt in Ægyptũ, ipse cũ liberis suis. † Primogenitus Ruben: [9] Filij Rubẽ: Hęnoch, & Phallu, B
& Hezron, & Charmi. [10] Filij Simeõ: Iamuel, & Iamin, & Ahod, & Iachin, & Soher, & Saul filius Chanaanitidis. [11] Filij Leui: Gerson, & Caath, & Merari. [12] Filij Iuda: Her, & Onan & Sela, & Phares, & Zara. Mortui sunt autẽ Her & Onan in terra Chanaan. Natíq; sunt filij Phares: Ezrõ, & Hamul. [13] Filij Isachar: Thola, & Phua, & Iob, & Sẽron. [14] Filij Zabulõ: Sared, & Elon, & Iahleel. [15] Hi filij Liæ: quos genuit in Mesopotamia Syrię, cũ Dina filia sua. Omnes animę filiorũ eius & filiarũ, [b] triginta tres.

b Filij Iacob ex Lia sunt 33. præter Her & Onã mortuos in Chanaan. Hebræi autem habent solũ 32. quibus connumerant Iocabed filiam Leui & matrẽ Moysi natam in Aegypto, & sunt 33.

[16] Filij Gad: Sephõ, & Aggi, & Esebõ, & Suni, & Eri, & Arodi, & Areli. [17] Filij Aser: Iẽna, & Iesua, & Iesui, & Beria, Sara quoq; soror eorũ. Filij Beria: Heber, & Melchiel. [18] Hi filij Zelphę quã dedit Labã Lię filię suę: & hos genuit Iacob, [c] sedecim animas.

c Filij Iacob ex Zelpha cũ Sara filia Aser, sunt 16.

[19] Filij Rachel vxoris Iacob: Ioseph, & Bẽiamin. † [20] Natíq; sunt Ioseph filij in terra C † Supr.41.5
Ægypti, quos genuit ei Aseneth filia Putipharis, sacerdotis Heliopoleos: Manasses, & Ephraĩ. [21] Filij Bẽiamĩ: Bela, & Bechor, & Asbel, & Gera, & Naamã, & Echi, & Rosch, & Mophim, & Ophĩ, & Ared. [22] Hi filij Rachel, quos genuit Iacob: oẽs animæ [d] quatuordecĩ. [23] Filij Dã: Husim. [24] Filij Nephthalĩ: Iasiel, & Guni, & Ieser, & Salẽ. [25] Hi filij Balę, quã dedit Labã Racheli filiæ suę, & hos genuit Iacob: oẽs animæ [e] septẽ. [26] Cũctæq; animę quæ ingressæ sunt cũ Iacob in Aegyptũ, & egressæ sunt de femore illius, absque

d Filij Iacob ex Rachele cũ Ioseph & filiis eius sunt 14.

e Filij Iacob ex Bala sunt 7.

† Deu.10.d Exod.1.a

absq; vxoribus filiorum eius, [f] sexagintasex. [27] Filij autem Ioseph, qui nati sunt ei in terra Aegypti: animæ duæ. † Omnes animę domus Iacob quę ingressę sunt in Aegyptũ, fuere septuaginta. [28] Misit autẽ Iacob Iudã ante se ad Ioseph in Aegyptũ, vt nunciaret ei, & ille occurreret in Gessen. [29] Quò cùm peruenisset, iũcto Ioseph curru suo ascẽdit obuiã patri suo ad eundem locum: vidénsq; eum, irruit super collum eius, & inter amplexus fleuit. [30] Dixítq; pater ad Ioseph: Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo. [31] Et ille locutus est ad fratres suos, & ad omnem domum patris sui: Ascendam & nunciabo Pharaoni, dicámq; ei: Fratres mei, & domus patris mei, qui erant in terra Chanaan, venerunt ad me, [32] & sunt viri [g] pastores ouiũ, curámque habent alendorum gregum. Pecora sua, & armenta, & omnia quæ habere potuerunt, adduxerunt secum. [33] Cúmq; vocauerit vos, & dixerit. Quod est opus vestrum? [34] respondebitis, Viri pastores sumus serui tui, ab infantia nostra vsq; in præsens, & nos & patres nostri. Hæc autẽ dicetis, vt habitare possitis in terra Gessen, quia detestantur Aegyptij omnes pastores ouium.

f Præter Dinam & Ioseph cũ duobus filiis, quibus additis sũt 70. quibus 70. interp. addunt filios filiorum Ioseph, & sunt 75. vt Act.7.

g Cãmendatur in patriarchis quòd pecorum nutritores erant à pueritia sua & à parentibus suis, quia hæc iusta est seruitus, iusta dominatio, cũ pecora homini seruiunt, & pecoribus ipse dominatur. Seruũ autem hominem homini vel iniquitas vel ad meritas facit. Augu. super Gen.

Iacob cum filiis ad Pharaonem introducto, terra Gessen conceditur. At fames tantum premit Aegyptum, vt venditis pecoribus terram quoque vendere coacti sint. vnde quinta pars fructuum regibus perpetuò cedat. XLVII.

Ios.7 Anno ante Christum 1711. Anno mũdi 2257. A

INgressus ergo Ioseph nunciauit Pharaoni, dicens: Pater meus & fratres, oues eorum & armenta, & cuncta quę possident, venerunt de terra Chanaan, & ecce consistunt in terra Gessen. [2] Extremos quoq; fratrũ suorum quinq; viros cõstituit coram rege. [3] Quos ille interrogauit: Quid habetis operis? Respónderunt, Pastores ouium sumus serui tui, & nos, & patres nostri. [4] Ad peregrinandũ in terrã tuam venimus, quoniã non est herba gregibus seruorũ tuorũ, ingraueścente fame in terra Chanaan. Petimúsq; vt esse nos iubeas seruos tuos in terra Gessen. [5] Dixit itaq; Rex ad Ioseph: Pater tuus & fratres tui venerunt ad te. [6] Terra Aegypti in conspectu tuo est, in optimo loco fac eos habitare, & trade eis terrã Gessen. Quòd si nosti in eis esse viros industrios, cõstitue illos magistros pecorũ meorũ. [7] Post hæc introduxit Ioseph patrẽ suũ ad Regẽ, & statuit eum corã eo. [a] Qui benedíxit Iacob Pharaoni. [8] & interrogatus ab eo, Quot sunt dies annorũ vitæ tuæ? [9] respõdit: Dies peregrinationis vitæ meæ [b] centũ triginta annorũ sunt, parui & mali: & non peruenerunt c vsq; ad dies patrũ meorũ, quibus peregrinati sunt. [10] Et benedícto Rege egressus est foras. [11] Ioseph verò patri & fratribus suis dedit possessionem in Aegypto in optimo terræ loco Rameses, vt præceperat Pharao: [12] & alebat eos, omnẽq; domũ patris sui, prębẽs cibaria singulis. [13] In toto enim orbe panis deerat, & oppresserat fames terram, maximè Aegypti, & Chanaan: [14] è quibus omnẽ pecuniã cõgregauit pro venditione frumẽti, & intulit eã in ęrariũ Regis. [15] Cũq; defecisset emptoribus preciũ, venit cuncta Aegyptus ad Ioseph, dicẽs: Da nobis panes: quare morimur corã te, deficiẽte pecunia? [16] Quibus ille respõdit: Adducite pecora vestra, & dabo vobis pro eis cibos, si preciũ nõ habetis. [17] Quæ cùm adduxissent, dedit eis alimẽta pro equis & ouibus, & bobus, & asinis: sustẽtauitq; eos illo anno pro cõmutatione pecorũ. [18] Venerũt quoq; anno secũdo, & dixerũt ei: Nõ celamus domino nostro q, deficiente pecunia, pecora simul defecerũt: nec clãre est, q, absq; corporibus & terra, nihil habemus. [19] Cur ergo moriemur te vidẽte? Et nos & terra nostra tui erimus. Eme nos in seruitutẽ Regiã, & præbe semina, ne pereunte cultore redigatur terra in solitudinẽ. † [20] Emit igitur Ioseph omnẽ terrã Aegypti, vẽdentibus singulis possessiones suas præ magnitudine famis. Subiecítq; eã Pharaoni, [21] & cũctos populos eius à nouissimis terminis Aegypti vsq; ad extremos fines ei [c] [22] prẽter terrã sacerdotũ, quę à Rege tradita fuerat eis, quibus & statuta cibaria ex horreis publicis prębebãtur: & idcirco nõ sunt cõpulsi vẽdere possessiones suas. [23] Dixit ergo Ioseph ad populos: En vt cernitis, & vos & terrã vestrã Pharao possidet. Accipite semina, & serite agros, [24] vt fruges habere possitis. Quãtã partẽ Regi dabitis, quatuor reliquas permitto vobis in semẽtem, & in cibũ familiis & liberis vestris. [25] Qui respõderũt: Salus nostra in manu tua est. Respiciat nos tantũ

a Benedixit Iacob Pharaonem laudis [illegible] tionis.

b Et ita Ioseph erat 39. an. in secundo anno famis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dominus noster,& læti seruiemus Regi. [26] Ex eo tempore vsque in præsentem diem in vniuersa terra Aegypti Regibus quinta pars soluitur, & factũ est quasi in legẽ, absq; terra sacerdotali,quę libera ab hac cõditione fuit. [27] Habitauit ergo Israel ī Aegypto, id est in terra Gessen,& possedit eā: auctúsq; est & multiplicatus nimis. [28] & vixit in ea decẽ & septẽ annis. Factíque sunt omnes dies vitæ illius centũ quadraginta septem annorum. [29] Cúmq; appropinquare cerneret diẽ mortis suæ:vocauit filium suum Ioseph,& dixit ad eum:Si inueni gratiã in conspectu tuo,† pone manũ tuam sub femore meo,& facies mihi misericordiam & veritatẽ,vt nõ sepelias me in Aegypto: [30] sed dormiam cum patribus meis,& auferas me de terra hac, condásque me in sepulchro maiorum meorum. Cui respondit Ioseph:Ego faciam quod iussisti. [31] Et ille:† Iura ergo,inquit,mihi. Quo iurante,adorauit Israel dominum,conuersus ad lectuli caput.

† Sup.24.a

† Sup.47.d

Iacob ægrotantem Ioseph cum filiis suis visitat, benedictionem illis à patre impetraturus: quibus Iacob benedicens,minorem maiori prætulit,ac Ioseph vltra fratres suos vna parte donat. XLVIII.

A Ioel.2.

His ita transactis,nunciatum est Ioseph quòd ægrotaret pater suus. Qui assumptis duobus filiis Manasse & Ephraim, ire perrexit. [2] Dictúmque est seni:Ecce filius tuus Ioseph venit ad te. Qui confortatus sedit in lectulo. [3] Et ingresso ad se Ioseph,ait:Deus omnipotens † apparuit mihi in Luza, quæ est in terra Chanaã,benedixítq; mihi, [4] & ait:Ego te augebo,& multiplicabo,& faciam te in turbas populorum:daboq; tibi terram hanc, & semini tuo post te in possessionem sempiternam. † [5] Duo ergo filij tui qui nati sunt tibi in terra Aegypti, antequam huc venirem ad te, [a] mei erunt, † Ephraim & Manasses:sicut Simeon & Ruben reputabũtur mihi. [6] Reliquos autem quos genueris post eos,tui erunt, & nomine fratrum suorum vocabuntur in possessionibus suis. [7] Mihi enim quãdo veniebam de Mesopotamia,† mortua est Rachel in terra Chanaan,in ipso itinere: erátq; vernũ tempus. Et ingrediebar Ephratã,& sepelui eam iuxta viam Ephrathæ, quæ alio nomine appellatur Bethlem. [8] Videns autem filios eius, dixit ad eum: Qui sunt isti? [9] Dixítque ei: Filij mei sunt,quos donauit mihi dominus in hoc loco. Adduc, inquit, eos ad me,vt benedicam illis. [10] Oculi enim Israel caligabant præ nimia senectute, & clarè videre nõ poterat. Applicitósq; ad se deosculatus,& circũplexus eos, [11] dixit ad filium suum:Non sum fraudatus aspectu tuo:insuper ostendit mihi deus semẽ tuum. [12] Cúmq; tulisset eos Ioseph de gremio patris,adorauit pronus in terram, [13] & posuit Ephraim ad dexteram suam,id est ad sinistram Israel:Manassen verò in sinistra sua,ad dexteram scilicet patris,applicuítq; ambos ad eum. [14] Qui extendens manum dexteram,posuit super caput Ephraim minoris fratris,sinistram autẽ super caput Manasse, qui maior natu erat,commutans manus. † [15] Benedixítque Iacob filios Ioseph,& ait: Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei Abraham & Isaac,deus qui pascit me ab adolescentia mea vsq; in præsentem diem, † [16] angelus qui eruit me de cunctis malis,benedicat pueris istis,& inuocetur [b] super eos nomen meum,nomina quoque patrum meorum Abraham & Isaac,& crescant in multitudinem super terram. [17] Videns autem Ioseph quòd posuisset pater suus dexterã manum super caput Ephraim, c grauiter accepit:& apprehẽsam manum patris leuare conatus est de capite Ephraim, & transferre super caput Manasse: [18] dixitq; ad patrem:Non ita conuenit,pater,quia hic est primogenitus.pone dexteram tuam super caput eius. [19] Qui renuens,ait:Scio, fili mi,scio. Et iste quippe erit in populos, & multiplicabitur: sed frater eius minor maior erit illo,& semen illius crescet in gentes. [20] Benedixítq; eis in tempore illo,dicens:In te benedicetur Israel,atq; dicetur:Faciat tibi deus sicut Ephraim & sicut Manasse. Cõstituítq; Ephraim ante Manassen. [21] Et ait ad Ioseph filium suũ: En ego morior,& erit deus vobiscũ, & reducet vos ad terram patrũ vestrorũ. † [22] Do tibi [c] partem vnam extra fratres tuos,quam tuli de manu Amorræi in gladio & arcu meo.

† Sup.35.c 32.a

† Sup.41.f † Iosue.13.d 16.17.a

† Sup.35.c 32.a

† Hebr.11.d 21. dist. cap. Ecclesiastic. † Supr.31.d

† Ioan.4.d Iosu.24. 16.a.24.b

Iacob filiis suis benedicens, defectus eorum arguit,illisque futura prædicit:sepulturæ autem electa,in pace quieuit. XLIX.

Vocauit

a Succedẽ mihi in terram promissam, cõstituẽnque duas familias, vtrumque suũ, sicut cæteri filij mei. Hieron. ibid.

b Vnde nomina sanctorum inuocanda sunt in benedictionib⁹ & profectibus viuorum. Hieron. ibid.

c Quidam Hebræorum dicunt hæc esse dicta per anticipationem, Quam tuli siue accepturo, Quam accipiam, nepotésq; mei accepturi sunt iure bellico. Amorræum autem solum nominat,quia erant fortissimi Amorræi omnũ horum quos Israelitæ deuicerunt. Alij putant hic significari Sichimam: quam ob stupratam Dinam acquisierunt: cuius etiam Ioãnes Euangelista meminit. Alij intelligũt de Ioseph, cuius filij duas partes acceperũt, atque ita partem vnam vltra fratres suos videntur accepisse Ioseph: est autẽ Hebraismus, in gladio & arcu meo, pro iure bellico.

a In benedictionibus Iacob historia tenenda, & allegoria inuestiganda. Historia de diuisione terræ promissionis, quæ diuidenda erat nepotibus eorũ, allegoria de Christo & ecclesia in nouissimis temporibus reuelanda. Albinus in quæstio. super Gene.

b Significat enim quòd ex cõsilio suo non destruxerunt Sichem.

c Leui inter cæteras tribus dispersus est, & Simeon in familiarium aliorum, videlicet scriptores.

d Quidã doctissimus Hebræus dicit vertendũ esse donec veniat filius eius: filium autem Iudæ Christũ intelligit, qui de tribu Iudæ descendit, cui bona pars gentium credidit.

e Stola & pallium carnem demonstrans, & vinã sanguinem,ita & nunc sanguinem suum in vino cõsecrauit,qui tunc vinum in sanguine figurauit. Tertul. lib. 4. aduersus Marcionem.

f Hoc impletum aiunt in Sampsone.

g Hoc intelligunt de Antichristo.

A

Iosue.2. 1 Esdr.13.a.b Supr.35.a

† Exod.1.a

Exo.4.c Sapient. 10.a.d

Deut.21.c Ecclesiast. 47.a

Hieron. in Epitaphio Paulæ. Anno mundi 5314

Ioan.19.a

Num.24.c Matthæi.2.d

Supr.47.g

Vocauit autem Iacob filios suos,& ait eis:† Congregamini, [a] vt annunciem quæ ventura sunt vobis in diebus nouissimis. [2] Congregamini,& audite filij Iacob,audite Israel patrem vestrum.† [3] Ruben primogenitus meus. Tu fortitudo mea,& principium doloris mei. Prior in donis, maior in imperio. † [4] Effusus es sicut aqua.Non crescas,quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. † [5] Simeon & Leui fratres,vasa iniquitatis bellantia. [6] In cõsilium eorum non veniat anima mea,& in cœtu illorum nõ sit gloria mea:quia [b] in furore suo occiderunt virum,& in voluntate sua suffoderunt murum. [7] Maledictus furor eorũ, quia pertinax:& indignatio eorum,quia dura. [c] Diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israel. [8] Iuda,te laudabunt fratres tui. Manus tuæ in ceruicibus inimicorũ tuorum,adorabunt te filij patris tui. [9] Catulus leonis Iuda. Ad prædam fili mi ascendisti, requiescens accubuisti vt leo,& quasi leæna. Quis suscitabit eum? [10] Non auferetur sceptrũ de Iuda,& dux de femore eius,donec veniat [d] qui mittendus est: & ipse erit expectatio gentium. [11] Ligans ad vineam pullum suum,& ad vitem ô fili mi, asinam suam. [e] Lauabit in vino stolam suam,& in sanguine vuæ pallium suum. [12] Pulchriores sunt oculi eius vino,& dentes eius lacte candidiores. [13] Zabulon in littore maris habitabit,& in statione nauium,pertingens vsque ad Sidonem. [14] Isachar asinus fortis, accubans inter terminos. [15] Vidit requiem quòd esset bona, & terram quòd optima, & suppossuit humerum suum ad portandum,factúsq; est tributis seruiens. [16] [f] Dan iudicabit populum suum,sicut & alia tribus in Israel. [17] Fiat Dan [g] coluber in via,cerastes in semita,mordens vngulas equi,vt cadat ascensor eius retro. [18] Salutare tuum expectabo domine. [19] Gad accinctus præliabitur ante eũ, & ipse accingetur retrorsum. [20] Aser,pinguis panis eius,& præbebit delicias Regibus. [21] Nephthalim ceruus emissus:& dans eloquia pulchritudinis. † [22] Filius accrescẽs Ioseph,filius accrescens,& decorus aspectu. Filiæ discurrerunt super murum, [23] sed exasperauerunt eum, & iurgati sunt inuiderúntq; illi habẽtes iacula. [24] Sedit in forti arcus eius,& dissoluta sunt vincula brachiorum & manuum illius,per manus potentis Iacob: inde pastor egressus est,lapis Israel. [25] Deus patris tui erit adiutor tuus,& omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli desuper,benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus [h] vberũ & vuluæ. [26] Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum eius,donec veniret desiderium collium æternorum.Fiant in capite Ioseph,& in vertice Nazaræi,inter fratres suos. [27] Beniamin lupus rapax, mane comedet prædam, & vespere diuidet spolia. [28] Omnes hi in tribubus Israel duodecim. Hæc locutus est eis pater suus, benedixítque singulis benedictionibus propriis, [29] & præcepit eis dicens:Ego congregor ad populum meum.† Sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici,quæ est in agro Ephron Hethæi, [30] cõtra Mambre in terra Chanaan, quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hethæo in possessionem sepulchri. [31] Ibi sepelierunt eum,& Saram vxorem eius.Ibi sepultus est Isaac cum Rebecca coniuge sua. Ibi & Lia condita iacet. [32] Finitísque mandatis quibus filios instruebat,collegit pedes suos super lectulum,& obiit:appositúsque est ad populum suum.

† Supr.47.g

b Vreri,hoc est virtutis nutritiuæ & generatiuæ

Ioseph patris exequias curans,corpus eius in Chanaan sepeliendum duxit, iniuriam fratribus sibi timentibus remittit, susceptа ab eis fide de ossibus suis secum in Chanaan deferendis. L.

A

Gen.46.c Exod.13.

Vod cernens Ioseph ruit super faciem patris flens, & deosculans eum, [2] præcepitque seruis suis medicis,vt aromatibus condirent patrem. [3] Quibus iussa explentibus,transierunt quadraginta dies. Iste quippe mos erat cadauerum conditorum. Fleuítq; eum Aegyptus septuaginta diebus. [4] Et expleto planctus tempore,locutus est Ioseph ad familiam Pharaonis:† Si inueni gratiam in conspectu vestro,loquimini in auribus Pharaonis, [5] eo quòd pater meus adiurauerit me, dicens: En morior: in sepulchro meo, quod fodi mihi in terra Chanaan, sepelies me. Ascendam igitur, & sepeliam patrem meum, ac reuertar. [6] Di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

xítq; ei Pharao: Aſcende,& ſepeli patrem tuum,ſicut adiuratus es. 7 Quo aſcẽdente, ierunt cum eo omnes ſenes domus Pharaonis, cunctíq; maiores natu terræ Ægypti
B 8 domus Ioſeph cum fratribus ſuis,abſq; paruulis,& gregibus atq; armentis,quæ dereliquerunt in terra Geſſen. 9 Habuit quoque in comitatu currus,& equites, & facta eſt turba non modica: 10 venerúntq; ad aream Atad,quæ ſita eſt trans Iordanem : vbi celebrantes exequias planctu magno atque vehementi , impleuerunt ſeptem dies.
11 Quod cùm vidiſſent habitatores terrę Chanaan,dixerunt: Planctus magnus eſt iſte †Act.7.b
Ægyptiis. Et idcirco vocatum eſt nomen loci illius Planctus Aegypti.† 12 Fecerũt ergo filij Iacob ſicut præceperat eis, 13 & portantes eum in terrã Chanaan,ſepelierunt †Sup.23.d & 48.d
eum in ſpelunca duplici,† quam emerat Abrahã cum agro in poſſeſſionem ſepulchri ab Ephron Hethæo contra faciẽ Mambre. 14 Reuerſuſq; eſt Ioſeph in Aegyptũ cum
C fratribus ſuis,& omni comitatu,ſepulto patre. 15 Quo mortuo timentes fratres eius, & mutuo colloquentes,ne fortè memor ſit iniuriæ quam paſſus eſt , & reddat nobis omne malũ quod fecimus, 16 mandauerunt ei,dicentes: Pater tuus præcepit nobis antequam moreretur, 17 vt hæc tibi verbis illius diceremus: Obſecro vt obliuiſcaris ſceleris fratrum tuorum,& peccati atque maliciæ quam exercuerunt in te. Nos quoque oramus,vt ſeruo dei patri tuo dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis fleuit Ioſeph, 18 venerúntq; ad eum fratres ſui,& proni adorantes in terram,dixerunt, † Serui Sup.47.b †Num.12.g Heb.11.d 13.g.2. Hebreor. 10f.24.g Exod.31.d 10f.24.g Anno ante Chriſtum 1654. Anni mundi qui Paſcam colligunter ex 7000 libris generis, 10 iuxta 36 hebraos, 2310 iuxta autem 70. interpretes iuxta Eusebium vero 3543. Gene.47.b
tui ſumus. 19 Quibus ille reſpondit: Nolite timere. Num dei poſſumus reſiſtere volũtati? 20 Vos cogitaſtis de me malum,ſed deus vertit illud in bonum: vt exaltaret me
D ſicut impræſentiarũ cernitis,& ſaluos faceret multos populos. 21 Nolite timere: Ego paſcam vos,& paruulos veſtros. Conſolatúſq; eſt eos,& blandè & leniter eſt locutus: 22 & habitauit in Aegypto cum omni domo patris ſui. Vixítq; centum decem annis, & vidit Ephraim filios vſque ad tertiam generationem. † Filij quoque Machir filij Manaſſæ nati ſunt in genibus Ioſeph. 23 Quibus tranſactis locutus eſt fratribus ſuis: Poſt mortem meam deus viſitabit vos, & aſcendere vos faciet de terra iſta ad terram quam iurauit Abrahã, Iſaac, & Iacob. † 24 Cumque adiuraſſet eos,atque dixiſſet: [illegible] vos,aportate oſſa mea vobiſcum de loco iſto: 25 mortuus eſt, expletis centum decem vitæ ſuæ annis, & conditus aromatibus, repoſitus eſt in loculo in Aegypto.

Incipit liber Moſeos ſecundus, quem nos EXODVM DICIMVS, QVI ET וְאֵלֶּה שְׁמוֹת hoc eſt Velle ſemoth: & hæc nomina.

Iſraelis multiplicationem nouus Pharao onerum impoſitione, maſculorum cæde & ſubuerſione (niſi obſtetricum induſtria obſtitiſſet) impedire ſatagit. I.

HÆc† ſunt nomina filiorum Iſrael qui ingreſſi ſunt in Aegyptum cum Iacob. Singuli cum domibus ſuis introierũt: A †Gene.46.b Ioſ.1.g
1 Rubẽ, Simeon, Leui, Iudas, 2 Iſachar, Zabulõ, & Beniamin, 4 Dan,& Nephthalim, Gad,& Aſer.† 5 Erant igitur omnes animæ eorũ qui egreſſi ſunt de femore Iacob, a ſeptuaginta. Ioſeph autem in Aegypto erat. 6 Quo b mortuo,& vniuerſis fratribus eius,omnique cognatione ſua,† 7 filij Iſrael creuerunt,& quaſi germinantes multiplicati ſunt,ac roborati nimis impleuerũt terram.† Surrexit interea rex nouus B †Act.7.c
ſuper Aegyptum, qui ignorabat Ioſeph: 9 & ait ad populum ſuum: Ecce populus filiorum Iſrael multus,& fortior nobis eſt. 10 Venite ſapienter opprimamus eum,ne fortè multiplicetur,& ſi ingruerit contra nos bellum,addatur inimicis noſtris,expugnatíſque nobis,egrediatur de terra. 11 Præpoſuit itaque eis magiſtros

a Iuxta id quod cap.46.ſupra dictum eſt.
b Mortuo Ioſeph Hebræorum dura ſeruitus fuit in Aegypto 144. an.

magiſtros operum,vt affligerent eos oneribus. Ædificauerúntque vrbes tabernaculorum Pharaoni, Phithom & Rameſſes. 12 Quantóque opprimebant eos,tanto magis
C multiplicabantur,& creſcebant. Oderántq; filios Iſrael Ægyptij, 13 & affligebant illudentes & inuidentes eis: 14 atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti & lateris,omniq; famulatu quo in terræ operibus premebantur. 15 Dixit autem Rex Ægypti obſtetricibus Hebræorum,quarum vna vocabatur Sephora, Sup.18.a
altera Phua, 16 præcipiẽs eis:† Quando obſtetricabitis Hebræas,& partus tempus aduenerit: ſi maſculus fuerit,interficite eum: ſi fœmina,reſeruate. 17 Timuerunt autem obſtetrices deum,& non fecerunt iuxta præceptum regis Aegypti, ſed conſeruabant
D mares. 18 Quibus accerſitis ad ſe Rex,ait: Quidnam eſt hoc quod facere voluiſtis,vt pueros ſeruaretis? 19 Quæ reſponderunt: Non ſunt Hebrææ ſicut Aegyptiæ mulieres. Ipſæ enim obſtetricandi habent ſcientiam,& priuſquam veniamus ad eas , pariunt. Exo.1.ca. 19.vulgat.
20 Bene ergo fecit dominus obſtetricibus,& creuit populus, confortatúſq; eſt nimis.
†21 Et quia c timuerunt obſtetrices deum, ædificauit eis domos. 22 Præcepit ergo Pharao omni populo ſuo,dicens: Quicquid maſculini ſexus natũ fuerit,in flumen proiicite: quicquid fœminini,reſeruate.

c Non ergo propter mẽdacium officioſum, ſed quia timuerũt cõmittere homicidiũ, illis temporale cõſtituit præmiũ. Amore enim vitæ præſentis inciuitas ſũt, non intentione mercedis. Grego.lib.12. Moral.cap.1.

Moyſes aquis expoſitus, & inde extractus, in aula regia à matre ſua nutritus, propter homicidium in Madian fugit, vbi duxit vxorem. II.

A EGreſſus† eſt poſt hæc vir de domo Leui,& accepit vxorẽ ſtirpis ſuæ, 1 quæ concepit &† peperit filium: & videns eum elegantẽ, abſcondit tribus menſibus. 3 Cúmque iam celare non poſſet, ſumpſit ſiſcellam ſcirpeam , & liniuit eam bitumine ac pice, poſuítque intus infantulum, & 2 expoſuit eum in a Sed nemo poteſt dei voluntati reſiſtere, etiamſi infinitas artes in hoc cõminiſcatur: nã & puer de quo ſacrorum ſcriba prædixerat, eluſis regis obſeruatoribus clam fuit educatus, & vatem non fuiſſe vanum eorum rei comprobauit. Ioſ.ant.lib.2.cap.9.
carecto ripæ fluminis, 4 ſtante procul ſorore eius,& conſiderante euentum rei.† 5 Ecce autem deſcendebat filia Pharaonis,vt lauaretur in flumine, & puellæ eius gradiebantur per crepidinem aluei. Quæ cum vidiſſet ſiſcellam in papyrione , miſit vnam è famulabus ſuis,& allatam 6 aperiens,cernénſque in ea paruulum vagientem,miſerta
B eius,ait: De infantibus Hebræorum eſt hic. 7 Cui ſoror pueri, Vis,inquit,vt vadam,& vocem tibi mulierem Hebræam,quæ nutrire poſſit infantulum? 8 Reſpondit: Vade. Perrexit puella,& vocauit matrem ſuam. 9 Ad quam locuta filia Pharaonis, Accipe, ait,puerum iſtum,& nutri mihi,ego dabo tibi mercedem tuam. Suſcepit mulier & nutriuit puerum, 10 adultúmque tradidit filiæ Pharaonis. Quem illa adoptauit in lo-
cum filij,vocauítque nomen eius Moyſes,dicens: Quia de aqua tuli eum. 11 In diebus illis,poſtquam creuerat Moyſes,† egreſſus eſt ad fratres ſuos,viditq; afflictionem eorum,& virum Aegyptium percutientem quendã de Hebræis fratribus ſuis.† 12 Cúm- b Cũ percuſſiſſet: Aegyptiũ quãquam illi deus nõ præciperet, in perſona tamen prophetæ diuinitus fieri permiſſum eſt, vt futurum aliquid præſignaret. Augu. contra Fauſtũ Manicheum.
que circunſpexiſſet huc atque illuc,& nullum adeſſe vidiſſet, b percuſſum Aegyptiũ
C abſcondit ſabulo. 13 Et egreſſus die altero, conſpexit duos Hebræos rixantes, dixítque ei qui faciebat iniuriam: Quare percutis proximum tuũ? 14 Qui reſpondit, Quis conſtituit te principem & iudicem ſuper nos? Num occidere me tu vis, ſicut heri occidiſti Aegyptium? Timuit Moyſes,& ait: Quomodo palam factum eſt verbum iſtud? Exo.2.c. Anno ante Chriſtum 1414.
15 Audiuitq; Pharao ſermonem hunc,& quærebat occidere Moyſen. Qui fugiens de conſpectu eius,moratus eſt in terra Madian,& ſedit iuxta puteum. 16 Erant autem ſacerdoti Madian ſeptem filiæ,quæ venerant ad hauriendam aquam, & impletis canalibus adaquare cupiebant greges patris ſui. 17 Superuenere paſtores,& eiecerunt eas. Surrexítque Moyſes, & defenſis puellis adaquauit oues earum. 18 Quæ cum reuertiſſent ad Iethro patrem ſuum,dixit ad eas: Cur velocius veniſtis ſolito? 19 Reſponde-
D runt: Vir Aegyptius liberauit nos de manu paſtorum. Inſuper & hauſit aquam nobiſcum,potumque dedit ouibus. 20 At ille, Vbi eſt, inquit? Quare dimiſiſtis hominem? Vocate eum, vt comedat panem. 21 Iurauit ergo Moyſes quòd habitaret cum eo: † accepítque Sephoram filiam eius vxorem, 22 quæ peperit ei filium, quem vocauit Gerſam, dicens: Aduena fui in terra aliena. Alterum verò peperit, quem vocauit Eliezer, dicens : Deus enim patris mei adiutor meus , & eripuit me de manu Pha-

c Accepit Aethiopiſſam vxorem. Agnoſcere fratres hoc nõ parum eſſe myſterii. Aethiopiſſa illa ex gẽtibus erat, cũ beatus Moyſes eam duxit vxorẽ: quia & Chriſtus ex gentibus ſibi ſociatus erat eccleſiam. Augu. Ser.86. de tempo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

raonis.[23] Post multum verò temporis mortuus est Rex Ægypti: Et ingemiscentes filij Israel propter opera, vociferati sunt: ascenditq; clamor eorum ad deum ab operibus, [24] & audiuit gemitum eorum, ac recordatus est fœderis quod pepigit cũ Abraham, Isaac, & Iacob. [25] Et respexit dominus filios Israel, & liberauit eos.

Dominus Moysi in Rubo apparens, mittit eum ad filios Israel de manu Pharaonis liberandos. III.

Moyses autem pascebat oues Iethro soceri sui, sacerdotis Madian. Cúmque A Iosi.1.tit. De pœnit. distin.1.c. Sunt qui ar bitrantur. † Actio.7.d
a Etenim in terra Madian, quæ Moseñ aduenam cum coniuge & charis liberis quadragesta annis aluit, est mons Sina, prius Moñ vocatione per Angelũ in flãmeo rubi incendio, mox & legis diuinę eodẽ in monte datæ stupẽda reuelatione nob litatus. Cui unctus mons Horeb per iuga tantùm dissectus. Est itaq; orientalis Sina, occidẽtalis verò Horeb: inde vno nomine mons dei appellãtur, & legem datam nunc in Sina nunc in Horeb scriptũ inuenim⁹. Hic Moses Iethro soceri oues pascebat dum dux populi eligitur.
b. Quid flamma nisi legem de qua scriptum est, In dextera eius ignea lex: & quid rubus ille nisi Iudaicũ populũ designauit, peccatorũ suorũ spinis obsitũ? Grego. super Ezech. Homil. 7.

parauisset gregem ad interiora deserti, venit ad montem dei[a] Horeb. † [2] Apparuitq; ei dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbat quòd rubus [b] arderet, & non combureretur. [3] Dixit ergo Moyses: Vadam, & videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus. [4] Cernens autẽ dominus quòd pergeret ad videndum, vocauit eum de medio rubi, & ait: Moyses, Moyses. Qui respondit: Adsum. [5] At ille, Nõ appropies, inquit, huc. † Solue calceamẽtum de pedibus tuis. Locus enim in quo stas, terra sancta est. [6] Et ait: † Ego sum deus patris tui, deus Abrahã, & deus Isaac, & deus Iacob. † Abscondit Moyses faciem suam. Non enim audebat aspicere contra deum. [7] Cui ait dominus: Vidi afflictionẽ populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui, propter duritiam eorum qui præsunt operibus: [8] Et sciens dolorem eius, descendi vt liberem eum de manibus Ægyptiorum, & educam de terra illa in terram bonam & spaciosam, in terram quæ fluit lacte & melle: ad loca Chananæi, & Hethæi, & Amorræi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebusæi. [9] Clamor ergo filiorum Israel venit ad me, vidíq; afflictionem eorum, qua ab Ægyptiis opprimuntur. [10] Sed veni, & mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum filios Israel de Ægypto. [11] Dixítque Moyses ad deum: [c] Quis sum ego, vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Israel de Ægypto? [12] Qui dixit ei: Ego ero tecum, & hoc habebis signũ quòd miserim te. Cùm eduxeris populum meum de Ægypto, immolabis deo super montem istum. [13] Ait Moyses ad deum: [d] Ecce ego vadam ad filios Israel, & dicam eis: Deus patrum vestrorum misit me ad vos. Si dixerint mihi, quod est nomẽ eius, quid dicam eis? [14] Dixit dominus ad Moysen: [e] Ego sum, qui sum. Ait. Sic dices filiis Israel: Qui est, misit me ad vos. [15] Dixítque iterum deus ad Moysen: Hæc dices filiis Israel: Dominus deus patrum vestrorum, deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob, misit me ad vos. Hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meum in generatione & generationem. [16] Vade, & congrega seniores Israel, & dices ad eos: Dominus deus patrum vestrorum apparuit mihi, deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob, dicens: Visitans visitaui vos, & vidi omnia quæ acciderunt vobis in Ægypto, [17] & dixi vt educam vos de afflictione Ægypti in terram Chananæi, & Hethæi, & Amorrei, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebusæi, ad terram fluentem lacte & melle: [18] & audient vocem tuam. Ingredieríque tu, & seniores Israel ad Regem Ægypti, & dices ad eum: Dominus deus Hebræorum vocauit nos. † Ibimus viam trium dierum in solitudinem, vt immolemus domino deo nostro. [f] [19] Sed ego scio quòd non dimittet vos Rex Ægypti vt eatis, nisi per manum validam. [20] Extendámque manum meam, & percutiam Aegyptum in cunctis mirabilibus meis quæ facturus sum in medio eorum: post hoc dimittet vos, [21] dabóque gratiam populo huic coram Aegyptiis: † Et cum egrediemini, [g] non exibitis vacui: [22] sed postulabit mulier à vicina sua, & ab hospita sua, vasa argentea & aurea, ac vestes, ponetíque eas super filios & filias vestras: & spoliabitis Aegyptum.

Moyses tribus signis à deo acceptis, in Aegyptum cum vxore & liberis proficiscitur: vxor verò eius circunciso primogenito discedit à Moyse. Aaron illi occurrit. IIII.

Respondens Moyses, ait: [A] Non credent mihi, neque audient vocem meã: sed dicent: Non apparuit tibi dominus. [2] Dixit ergo ad eum: Quid est quod tenes in manu tua? Respondit: Virga. [3] Dixitque dominus: Proiice eam in terram. Proiecit, † & versa est in colubrum, ità vt fugeret Moyses. [4] Dixítque dominus: Extende manum tuam, & apprehende caudam

b Quarta Moysi excusatio ex impeditiori lingua.
c Sum tardus ad loquẽdũ.
d Nunc per manum illius, scilicet aliũ me digniorem iuxta beneplacitum tuum.
e Socer Moysi fertur septẽ habuisse nomina, Raguel sine Rehuel, Iether, Iethro, Cinæus Hobab, Heber, Phutiel.
f Obdurare per iustitiã dicitur deus, quando corrector probum per gratiam non emollit, sed obdurari permittit: Non enim cor peccantis dominus obdurat, sed obdurare dicitur, cũ ab obduratione nõ liberat. Greg. lib. 11. Mora. ca. 5.
g Visitatio domini multiplex. Prima condemnationis. Hiere.

a. Prima Moysi excusatio ex sua imparitate.
d. Secunda Moysi excusatio, ex nominis dei ignoratione.
e Quod enim dixit deus Moysi: Ego sum qui sum: &, Qui est misit me ad vos, diuinitatis substantiã significat. Quia autẽ dicit, Ego sum deus Abrahã & deus Isaac, & deus Iacob, mysterium suscepturæ incarnationis innuit, quia de illis secundũ carnem generatus agnoscebatur. Augu.
f. Quid ergo incongruum, quòd postquã percussit Petrus seruum pontificis, factus est pastor Ecclesiæ, sicut Moyses post percussũ Aegyptiũ factus est rector illius synagogæ? Augu. cõtra Faust. Manich. lib. 22.
g. Philosophi siquidẽ qui vocantur, si qua forte vera & fidei nostræ accommoda dixerunt, maximè Platonici, nõ solum formidãda nõ sunt, sed ab eis etiam tanquam iniustis possessoribꝰ in vsum nostrum vendicãda. Augustin. de doctr. Christia. lib. 2. cap. 40.
2. Tertia Moysi excusatio ex populi incredulitate.

caudam eius. Extendit, & tenuit, versáque est in virgam. [5] Vt credant, inquit, quòd apparuerit tibi dominus deus patrum tuorum, deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. [6] Dixítque dominus rursum: Mitte manum tuam in sinum tuum. Quam cũ misisset in sinum, protulit leprosam instar niuis. [7] Retrahe, ait, manum tuam in sinum tuum. Retraxit, & protulit iterum, & erat similis carni reliquæ. [8] Si non crediderint, inquit, tibi, neque audierint sermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis. [9] Quòd si nec duobus quidem his signis crediderint, neque audierint vocem tuam, sume aquam fluminis, & effunde eam super aridam, & quicquid hauseris de fluuio, vertetur in sanguinem. [10] Ait Moyses: [b] Obsecro domine: non sum eloquens ab heri & nudiustertius: & ex quo locutus es ad seruum tuum, [c] impeditioris & tardioris linguæ sum. [11] Dixit dominus ad eũ: Quis fecit os hominis? Aut quis fabricatus est mutum & surdum? videntem & cæcum? Nónne ego? [12] Perge igitur, & † ego ero in ore tuo, docebóque te quid loquaris. [13] At ille, Obsecro domine, inquit, [d] mitte quem missurus es. [14] Iratus dominus in Moysen, ait: Aaron frater tuus Leuites, scio quòd eloquens sit: ecce ipse egredietur in occursum tuum, vidénsq; te lætabitur corde. † [15] Loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius, & ego ero in ore tuo, & in ore illius, & ostendam vobis quid agere debeatis. [16] Et ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum, tu autem eris ei in iis quæ ad deum pertinent. [17] Virgam quoque hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa. [18] Abiit Moyses, & reuersus est ad [e] Iethro socerũ suum: dixítque ei: † Vadam, & reuertar ad fratres meos in Ægyptum, vt videam si adhuc viuant. Cui ait Iethro: Vade in pace. [19] Dixit ergo dominus ad Moysen in Madian: † Vade, & reuertere in Ægyptum: Mortui enim sunt omnes qui quærebant animam tuam. [20] Tulit ergo Moyses vxorem suam, & filios suos, & imposuit eos super asinum, reuersúsque est in Ægyptum, portans virgam dei in manu sua. [21] Dixítque ei dominus reuertenti in Ægyptum: Vide vt omnia ostenta quæ posui in manu tua, facias coram Pharaone. [f] Ego indurabo cor eius, & non dimittet populum. [22] Dicésque ad eum. Hæc dicit dominus: Filius meus primogenitus, Israel. [23] Dixi tibi: Dimitte filium meum, vt seruiat mihi: & noluisti dimittere eum. Ecce ego interficiam filium tuum primogenitum. [24] Cúmque esset in itinere in diuersorio, occurrit ei dominus, & volebat occidere eum. [25] Tulit illico Sephora acutissimam petram, & circuncidit præputium filij sui. Tetigítque pedes eius, & ait: Sponsus sanguinum tu mihi es. [26] Et dimisit eum postquam dixerat, Sponsus sanguinum tu mihi es, ob circuncisionem. [27] Dixítque dominus ad Aaron: Vade in occursum Moysi, in desertum. Qui perrexit obuiam ei in montem dei, & osculatus est eum. [28] Narrauítque Moyses Aaron omnia verba domini pro quibus miserat eum, & signa quæ mandauerat. [29] Venerúntq; simul, & congregauerunt cunctos seniores filiorum Israel. [30] Locutúsque est ad Aaron omnia verba quæ dixerat dominus ad Moysen: & fecit signa coram populo, [31] & credidit populus. Audierúntq; [g] quòd visitasset dominus filios Israel, & quòd respexisset afflictionem illorum, & proni adorauerunt.

Moyses & Aaron apud Pharaonem dei legatione funguntur: quam contemnens grauius premit Israelitas ad dominum conquerentes. V.

Post hæc ingressi sunt Moyses & Aaron, & dixerunt Pharaoni: Hæc dicit dominus deus Israel: [a] Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi in deserto. [2] At ille respondit: Quis est dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Israel? Nescio dominum, & Israel nõ dimittam. [3] Dixerúntq;: † Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus [b] viam trium dierum in solitudinem, & sacrificemus domino deo nostro, ne fortè accidat nobis pestis, aut gladius. [4] Ait ad eos Rex Ægypti: Quare Moyses & Aaron sollicitatis populum ab operibus suis? Ite ad onera vestra. [5] Dixítque Pharao: Multus est populus terræ. Videtis quòd turba succreuerit, quanto magis si dederitis eis requiem ab operibus? [6] Præcepit ergo in die illo præfectis operum, & exactoribus populi, dicens: [7] Nequaquam vltrà dabitis paleas populo ad conficiendos lateres, sicut prius: sed ipsi vadant & col-

a Neque enim mendaciter deus rabet quod scit non facturũ cui iubetur, vt iustum iudicium consequatur. Aug. super Exo. lib. 2. ca. 13.
b Nõ volebat princeps huius mundi exercitũ domini trium dierum sacramenta cognoscere illa vtique sacramenta de quibus prophæta Hose dixit. 6. ca. Vsificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos. Prima dies passio domini saluatoris est. Secunda, qua descendit ad infernum. Tertia autẽ resurrectionis est dies. Augu. Ser. 90. de tempo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ligant stipulas,[8] & mensuram laterum quam prius faciebãt,imponetis super eos, nec minuetis quicquam. Vacant enim,& idcirco vociferantur, dicẽtes: Eamus, & sacrificemus deo nostro.[9] Opprimantur operibus,& expleant ea:vt non acquiescant verbis mendacibus.[10] Igitur egressi præfecti operum,& exactores ad populum, dixerũt: Sic dicit Pharao: Non do vobis paleas:[11] Ite & colligite sicubi inuenire poteritis, nec minuetur quicquam de opere vestro.[12] Dispersúsque est populus in omnem terram Ægypti ad colligendas paleas.[13] Præfecti quoque operum instabant,dicentes: Complete opus vestrum quotidie, vt prius facere solebatis quando dabantur vobis paleæ.
[14] Flagellatíque sunt qui præerant operibus filiorum Israel, ab exactoribus Pharaonis,dicentibus: Quare non implestis mensuram laterum sicut prius,nec heri nec hodie?[15] Venerúntque præpositi filiorum Israel,& vociferati sunt ad Pharaonem, dicẽtes: Cur ita agis contra seruos tuos?[16] Paleæ non dantur nobis,& lateres similiter imperantur. En famuli tui flagellis cædimur, & iniustè agitur contra populum tuum.
[17] Qui ait: Vacatis ocio,& idcirco dicitis: Eamus,& sacrificemus domino.[18] Ite ergo, & operamini. Paleæ non dabuntur vobis, & reddetis consuetum numerum laterum.
[19] Videbántque se præpositi filiorum Israel in malum,eo quòd diceretur eis: Nõ minuetur quicquam operis de lateribus per singulos dies.[20] Occurrerúntque Moysi & Aaron qui stabant ex aduerso egredientes à Pharaone,[21] & dixerunt ad eos: Videat dominus,& iudicet: quoniam fœtere fecistis odorem nostrum coram Pharaone & seruis eius,& præbuistis ei gladium, vt occideret nos.[22] Reuersúsque est Moyses ad dominum,& ait: Domine,[c] cur afflixisti populum istum? Quare misisti me?[23] Ex eo enim quo ingressus sum ad Pharaonem vt loquerer ex nomine tuo,afflixit populum tuum,& non liberasti eos.

c. Non contumaciæ verba sunt vel indignationis, sed inquisitionis & orationis: quod ex illis apparet quæ dominus respondet. Aug. Quæst.14.super Exod.

Consolatur deus Israelitas terræ Chanaan promissione,recensétque Simeonis,Ruben, & Leui genealogiam vsque ad Moysen. VI.

[A] Dixítque dominus ad Moysen: Nunc videbis quæ facturus sum Pharaoni. Per manum enim fortem dimittet eos, & in manu robusta eiiciet illos de terra sua.[2] Locutúsque est dominus ad Moysen,dicens: Ego dominus,[3] qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob,in deo omnipotente: & nomen meum Adonai[a] non indicaui eis.[4] Pepigíque fœdus cum eis, vt darem eis terram Chanaan, terram peregrinationis eorum, in qua fuerunt aduenæ.[5] Ego audiui gemitum filiorum Israel, quo Ægyptij oppresserunt eos, & recordatus sum pacti mei.
[6] Ideo dic filiis Israel: Ego dominus, qui educam vos de ergastulo Ægyptiorum, & eruam de seruitute, ac redimam in brachio excelso, & iudiciis magnis:[7] & assumam vos mihi in populum, & ero vester deus. Et scietis quia ego sum dominus deus vester, qui eduxerim vos de ergastulo Ægyptiorum,[8] & induxerim vos in [B] terram super quam leuaui manum meam,vt darem eam Abraham, Isaac, & Iacob: dabóque illam possidendam vobis,ego dominus.[9] Narrauit ergo Moyses omnia filiis Israel: qui non acquieuerunt ei, propter angustiam spiritus, & opus durissimum.[10] Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens:[11] Ingredere, & loquere ad Pharaonem Regem Ægypti, vt dimittat filios Israel de terra sua.[12] Respondítque Moyses coram domino: Ecce filij Israel non audiunt me: & quomodo audiet Pharao? Præsertim cum incircuncisus sim labiis?[13] Locutúsq; est dominus ad Moysen & Aaron,& dedit mandatum ad filios Israel,& ad Pharaonem Regem Ægypti,vt educerent filios Israel de terra Ægypti.†[14] Isti sunt principes domorũ per familias suas. Filij[b] Ruben primogeniti Israelis: Enoch & Phallu, Hesron,& Charmi. Hæ cognationes Ruben.[15] Filij Simeon: Iamuel,& Iamin,& Ahod,& Iachim,& Sohar, & Saul [c] filius Chananitidis. Hæ progenies Simeon.[16] Et hæc nomina filiorum Leui per cognationes suas: Gerson,& Caath,& Merari. Anni autem vitæ Leui fuerunt centum triginta septem. †[17] Filij Gerson: Lobni, & Semei per cognationes suas.[18] Filij Caath: Amram, & Isaar, & Hebron, & Oziel. Anni quoque vitæ Caath centum triginta tres.[19] Filij Merari: Moholi & Musi. Hæ cognationes Leui per familias suas.

a. Ecce plus Moysi quàm Abrahæ innotuit,qui agnouit quod Abraham nõ nouerat. Greg. homi.16. super Ezech. Adonai enim nomẽ dei est apud Hebræos, qd generaliter interpretatur dominus,quòd cunctæ dominentur creaturæ. Et est vnũ de decẽ dei nominibus teste Hierony. super Ezechielem cap.6.

b. Nota verò quòd nõ ponit hic omnes duodecim tribus, sed tres tantum, vt ad Leui qui tertius fuit, veniat,& vt ab eo oriũdæ venisse Moysen & Aaron, de quibus in præsenti agitur, pro quibus hoc totum dicitur. Hugo de S. Victore.

suas.[20] Accepit autem Amram vxorem [c] Iochabed, patruelem suam: quæ peperit ei Aaron,& Moysen,& Mariam. Fuerúntque anni vitæ Amram centum triginta septẽ.[21] Filij quoque Isaar: Core,& Nepheg,& Zechri.[22] Filij quoq; Oziel: Misael,& Elisaphan,& Sethri.†[23] Accepit autem Aaron vxorem [d] Elisabeth,filiam Aminadab,sororem Naason: quæ peperit ei Nadab,& Abiu,& Eleazar,& Ithamar.[24] Filij quoq; Core: Aser,& Elcana,& Abiasaph. Hę sunt cognationes Coritarum.†[25] At verò Eleazar filius Aaron accepit vxorem de filiabus Phutiel: quę peperit ei Phinees. Hi sunt principes familiarum Leuiticarum per cognationes suas.[e] [26] Iste est Aarõ & Moyses quibus præcepit dominus vt educerẽt filios Israel de terra Aegypti per turmas suas.[27] Hi sunt qui loquuntur ad Pharaonem Regem Aegypti,vt educant filios Israel de Aegypto. Iste est Moyses & Aaron,[28] in die qua locutus est dominus ad Moysen in terra Aegypti.[29] Et locutus est dominus ad Moysen, dicens: Ego dominus. Loquere ad Pharaonem Regem Aegypti omnia quæ loquor tibi.[30] Et ait Moyses coram domino: En incircuncisus labiis sum: quomodo audiet me Pharao?

c Iochabed filia Leui quam genuit in Aegypto,hæc genuit viro suo Amram filio Caath fratris sui, Aaron, Moysen,& Mariã. Nu.26.
d De tribu Iuda. Vnde postea ambæ sunt permixtæ tribus.

e Notandum autem quia primo sic dicit. Iste est Aaron & Moyses, deinde paulo inferius præposterat, dicens: Iste est Moyses & Aarõ. Natiuitatis namque ordine Aaron, vocatione autem vel administrationis priuilegio Moyses prior est apud deum. Rupertus ibi.

Induratus Pharao ob virgæ in serpentem conuersionem,& aquarum in sanguinem,quod sui malefici fecissent,populum Israel dimittere noluit. VII.

Aaaa sacre Cathol. non. Anno mundi.2455. Ilup.a.d.

[A] Dixítque dominus ad Moysen: Ecce constitui te deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit[a] Propheta tuus.†[2] Tu loquêris ei omnia quæ mando tibi,& ille loquetur ad Pharaonem,vt dimittat filios Israel de terra sua.[3] Sed ego indurabo cor eius,& multiplicabo signa & ostẽta mea in terra Aegypti:[4] & non audiet vos. Immittámq; manum meam super Aegyptum, & educam exercitum meum & populum meum filios Israel de terra Aegypti per iudicia maxima:[5] & scient Aegyptij quia ego sum dominus,qui extenderim manum meam super Aegyptum,& eduxerim filios Israel de medio eorum.[6] Fecit itaque Moyses & Aaron sicut præceperat dominus. ita egerunt.[7] Erat autem Moyses octoginta annorum, & Aaron octoginta trium,quando locuti sunt ad Pharaonem.[8] Dixítque dominus ad Moysen & Aaron:[9] Cum dixerit vobis Pharao, Ostendite signa: dices ad Aaron: Tolle virgam tuã, & proiice eam coram Pharaone, ac vertetur in colubrum.[10] Ingressi itaque Moyses & Aaron ad Pharaonem, fecerunt sicut præceperat dominus. † Tulítque Aaron virgam coram Pharaone & seruis eius, quæ versa est in colubrum. †[11] Vocauit autem Pharao[b] sapientes & maleficos,& fecerunt etiam ipsi per incantationes Aegyptiacas & arcana quædam similiter:[12] proiecerúntque singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones. Sed [c] deuorauit virga Aaron virgas eorum.[13] Induratúmq; est cor Pharaonis,& non audiuit eos,sicut præceperat dominus.[14] Dixit autem dominus ad Moysen: †Ingrauatum est cor Pharaonis,& non vult dimittere populum.[15] Vade ad eum mane: ecce †egredietur ad aquas,& stabis in occursum eius super ripam fluminis: & virgam quæ conuersa est in draconem,tolles in manu tua,[16] dicéisque ad eum: Dominus deus Hebræorum misit me ad te,dicens: † Dimitte populum meum,vt sacrificet mihi in deserto: & vsque ad præsens audire me noluisti.[17] Hæc igitur dicit dominus: In hoc scies quòd sim dominus: ecce percutiam virga quæ in manu mea est,aquam fluminis,& vertetur in sanguinem.†[18] Pisces quoque qui sunt in fluuio, morientur: & computrescent aquæ: & affligentur Aegyptij bibentes aquam fluminis.[19] Dixit quoque dominus ad Moysen: Dic ad Aaron: Tolle virgam tuam, & extẽde manum tuam super aquas Aegypti,& super fluuios eorum, & riuos & paludes, & omnes la- [D] cus aquarum,vt vertantur in sanguinem,& sit cruor in omni terra Aegypti,tam in lignеis vasis quàm in saxeis. d [20] Fecerúntque Moyses & Aaron sicut præceperat dominus: & eleuans virgam, percussit aquam fluminis coram Pharaone, & seruis eius: quæ versa est in sanguinem:[21] & pisces qui erant in flumine,mortui sunt. Cõputruitque fluuius, & non poterant Aegyptij bibere aquam fluminis: † & fuit sanguis in tota terra Aegypti. †[e 22] Fecerúntque similiter malefici Aegyptiorum incantationibus suis. Et induratum est cor Pharaonis, nec audiuit eos, sicut præceperat do-

a Propheta dei nil aliud est nisi enunciator verborum dei hominibus qui deũ vel nõ possunt vel nõ merẽtur audire. August. q.17. super Exod.

b De quibus Paulus 2. Timo.3. Quemadmodũ Iamnes & Mãbres restiterunt Moysi,sic & hi reẽstũt veritati. Hi autẽ qui per ipsam corruptionem mentis inquietissimi fuerũt,in signo tertio defecerunt fatentes sibi aduersum esse spiritum sanctum qui erat in Moyse. Isido. in Exod. ca.13.

c Quomodo enim signis dei, quæ operabatur per Moysen, Magi suos restituere medacio, & virga Moysi deuorauit virgas eorũ: ita mendacium Antichristi, Christi veritas deuorabit. Hier. quæst.2.ad Algasiam.

d. Prima plaga sanguinis.

e Sed cur ista miracula etiam magicis artibus fiunt? hæc autẽ fiunt vel ad fallẽdos fallaces, vel ad admonẽdos fideles, ne tale quid pro magno facere dedignẽtur. Aug. de tri. libr 3. ca.7

Universidad de Deusto
Biblioteca

minus.[23] Auertítque se,& ingressus est domum suam, nec apposuit cor etiã hac vice.
[24] Foderunt autem omnes Ægyptij per circuitum fluminis aquam,vt biberent. Non enim poterant bibere aquam fluminis.[25] Impletíque sunt septem dies postquam percussit dominus fluuium.

Pharaonis pertinacia Aegyptum ranis,pediculis,& muscis vexari coegit. VIII.

A Ioel.2.

Dixit quoque dominus ad Moysen:Ingredere ad Pharaonem, & dices ad eum:Hæc dicit dominus: Dimitte populum meum, [a] vt sacrificet mihi.[2] Si autem nolueris dimittere: ecce ego percutiam omnes terminos tuos ranis,[3] & ebulliet fluuius ranas,quæ ascendent & ingredientur domum tuam,& cubiculum lectuli tui,& super stratũ tuum,& in domos seruorum tuorum,& in populum tuum,& in furnos tuos,& in reliquias ciborũ tuorum,[4] & ad te & ad populum tuũ, & ad omnes seruos tuos intrabunt ranæ. [5] Dixítque dominus ad Moysen:Dic ad Aaron:†Extende manum tuam super fluuios,& super riuos,& paludes,& educ ranas super terrã Aegypti. [b 6] Et extendit Aaron manum super aquas Ægypti, & ascenderunt ranæ, operuerúntque terram Ægypti. †[7] Fecerunt autem & malefici per incantationes suas similiter: † eduxerúntque ranas super terram Ægypti. [8] Vocauit autem Pharao Moysen & Aaron,& dixit eis:Orate dominum vt auferat ranas à me & à populo meo,& dimittam populũ vt sacrificet domino. [9] Dixítque Moyses ad Pharaonem: [c] Constitue mihi quando deprecer pro te,& pro seruis tuis,& pro populo tuo,[d] vt abigantur ranæ à te,& à domo tua, & à seruis tuis, & à populo tuo,& tantùm in flumine remaneant.[10] Qui respõdit:Cras. At ille,Iuxta,inquit, verbum tuum faciam, & scias quoniam non est sicut dominus deus noster,[11] & recedent ranæ à te, & à domo tua,& à seruis tuis, & à populo tuo, & tantùm in flumine remanebunt.[12] Egressíque sunt Moyses & Aaron à Pharaone, & clamauitMoyses ad dominum pro sponsione ranarum,quam condixerat Pharaoni. [13] Fecítque dominus iuxta verbum Moysi, & mortuæ sunt ranæ de domibus, & de villis,& de agris: [14] congregauerúntque eas in immensos aggeres, & computruit terra.[15] Videns autem Pharao quòd data esset requies, ingrauauit cor suum, & non audiuit eos,sicut præceperat dominus.[16] Dixítque dominus ad Moysen:Loquere ad Aaron:Extende virgam tuam,& percute puluerem terræ,& sint cyniphes in vniuersa terra Ægypti.[17] Fecerúntque ita.†[c] Et extendit Aaron manum virgam tenens,percussítque puluerem terræ, & facti sunt cyniphes in hominibus & in iumentis. Omnis puluis terræ versus est in cyniphes per totam terram Ægypti. [18] Fecerúntque similiter malefici incantationibus suis vt educerent cyniphes, & non potuerunt. Erántque cyniphes tam in hominibus quàm in iumentis. [19] Et dixerunt malefici ad Pharaonem: † Digitus dei est hic. Induratúmque est cor Pharaonis, & non audiuit eos,sicut præceperat dominus. [20] Dixit quoque dominus ad Moysen:Consurge diluculo,& sta coram Pharaone.Egredietur enim ad aquas:& dices ad eum:Hæc dicit dominus:Dimitte populum meum,vt sacrificet mihi.[21] Quòd si non dimiseris eum, † ecce ego mittam in te,& in seruos tuos,& in populum tuũ,& in domos tuas, omne genus [g] muscarum:& implebuntur omnes domus Aegyptiorum muscis diuersi generis,& vniuersa terra in qua fuerint. [22] Faciámque mirabilem in die illa terram Gessen,in qua populus meus est,vt non sint ibi muscæ: & scias quoniam ego dominus in medio terræ: [23] ponámque diuisionem inter populum meum, & populum tuum.Cras erit signum istud. [24] Fecítque [h] dominus ita. †[i] Et venit muſca grauissima in domos Pharaonis,& seruorum eius,& in omnem terram Aegypti: corruptáque est terra ab huiusce modi muscis.[25] Vocauítque Pharao Moysen & Aaron, & ait eis:Ite,& sacrificate deo vestro in terra hac.[26] Et ait Moyses: Non potest ita fieri.Abominationes enim Aegyptiorum immolabimus domino deo nostro:Quòd si mactauerimus ea quæ colunt Aegyptij coram eis, lapidibus nos obruent. † [27] Viam trium dierum pergemus in solitudinem, & sacrificabimus domino deo nostro, †sicut præcepit nobis. [28] Dixítque Pharao:Ego dimittam vos vt sacrificetis domino deo

a. Oderãt ergo Aegyptij immolata sacrificia, id est peracta studijs virtutum, & plena disciplinæ. Quod ergo vitiosi oderunt, hoc apud bonos synceramq; ac piũ est. Opus virtutis detestatur luxuriosus helluo, refugit Aegyptius. Ambr. Epist.4.

b. Secũda plaga ranarum.

c. Gloriari poteris super precibus meis, super ranarum ablatione magis quàm precibus magorũ tuorum. d. Secunda verò plaga in qua inducuntur ranæ, indecorisigaraliter arbitror carmina poetarum, qui nanquadam & inflata modulatione velut ranarum simis & cantibus similes huic mũdo deceptionis fabulas intulerunt. Auguſt. Serm.87. de Tempo.

c. Tertia plaga cyniphium.

e. Digitus dei est iste, quo tabulæ lapideæ scriptę sunt in mõte Sina. Scriptor manus & brachium dei, filius est, & digitus eius spiritus sanctus,patris & filij & spiritus sancti vna substantia est,nõ te scandalizet membrorũ inæqualitas, cũ edificet vnicas corporis. Hieronym. super 12. cap. Matth.

f. Ferarum,reptilium tam venenolarũ, quàm spacium, vt serpentiũ, draconũ,leonum, luporum, pardorum, scorpionum,& huiusmodi, secundũ Rabinos Hebræos

h. Ipse solus nõ per Aaron, vel Moysen mediante virga, ac virtus malefica incisæ virgæ patescit.

i. Quarta plaga muscarum.

D Ioel.2.d

E Exod.9.c. Psal.77.d. Ecclesiast.39.d. Ioel.1.c. Sapient.16. Hinc Aegyptiorum

no deo vestro in deserto:verũtamen lõgius ne abeatis.Rogate pro me.[29] Et ait Moyses:Egressus à te orabo dominum,& recedet musca à Pharaone, & à seruis suis, & à populo eius cras.Veruntamen noli vltrà fallere vt non dimittas populum sacrificare domino.[30] Egressúsque Moyses à Pharaone,orauit dominum.[31] Qui fecit iuxta verbum illius,& abstulit muscas à Pharaone,& à seruis suis,& à populo eius.Nõ superfuit nec vna quidem.[32] Et ingrauatum est cor Pharaonis, ita vt nec hac quidem vice dimitteret populum.

Animalium peste,vlceribus,tonitru,& grandine vexata Aegypto, annuit Pharao liberationi:post Moysi verò orationem induratus renuit. IX.

Exod.10.a

A Dixit autem dominus ad Moysen,Ingredere ad Pharaonem, & loquere ad eum:Hæc dicit dominus deus Hebræorum : Dimitte populũ meũ, vt sacrificet mihi.[2] Quòd si adhuc renuis, & retines eos,[3] ecce manus mea erit super agros tuos & super equos,& asinos,& camelos, & oues & boues pestis valde grauis.[4] Et faciet dominus mirabile inter possessiones Israel,& possessiones Aegyptiorum,vt nil omnino pereat ex iis quæ pertinent ad filios Israel.[5] Cõstituítque dominus tempus, dicens: Cras faciet dominus verbum istud in terra. [a 6] Fecit ergo dominus verbum hoc altera die,& mortua sunt [b] omnia a Quinta plaga animantia Ægyptiorum:de animalibus verò filiorum Israel nihil omnino periit.[7] Et misit Pharao ad videndum, nec erat quicquam mortuum de iis quæ possidebat Israel. [c] Ingrauatúmque est cor Pharaonis, & non dimisit populum. [8] Et dixit dominus ad Moysen & Aaron: Tollite plenas manus cineris de camino, & spargat illum Moyses in cœlum coram Pharaone: [9] sitíque puluis super omnem terram Ægypti. Erunt enim in hominibus & iumentis vlcera & vesicæ turgentes in vniuersa terra Ægypti.[10] Tulerúntq; cinerem de camino,& steterunt corã Pharaone,& sparsit illũ Moyses in cœlum. [d] Factáque sunt vlcera vesicarum turgẽtium in hominibus & iumentis,[11] nec poterant malefici stare coram Moyse propter vlcera quæ in illis erant, & in omni terra Ægypti.[12] Indurauítque dominus cor Pharaonis,& non audiuit eos sicut locutus est dominus ad Moysen.[13] Dixítq; dominus ad Moysen:† Mane cõsurge,& sta corã Pharaone,& dices ad eũ:Hęc dicit dominus deus Hebræorũ:Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi : [14] quia in hac vice mittam omnes plagas meas super cor tuum,& super seruos tuos,& super populum tuum,vt scias quòd non sit similis mei in omni terra.[15] [e] Nunc enim extendens manum,percutiam te & populum tuum peste : peribísq; de terra. † [16] Idcirco autem posui te,vt ostendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra. [17] Adhuc retines populum meum,& non vis eum dimittere? [18] En pluam cras hac ipsa hora grandinem multam nimis, qualis non fuit in Ægygto à die qua fundata est, vsque in præsens tempus. [19] Mitte ergo iam nunc,& congrega [f] iumenta tua,& omnia quæ habes in agro.Homines enim & iumenta, & vniuersa quæ inuenta fuerint foris, nec congregata de agris,ceciderítq; super ea grando, morientur. [20] Qui timuit verbum domini de seruis Pharaonis,fecit confugere seruos suos & iumenta in domos: [21] qui autẽ neglexit sermonẽ domini,dimisit seruos suos & iumenta in agris. [22] Et dixit dominus ad Moysen:Extende manum tuam in cœlum, vt fiat grando in vniuersa terra Aegypti super homines & super iumenta,& super omnẽ herbam agri in terra Aegypti.† [23] [g] Extendítque Moyses virgã in cœlum,& dominus dedit tonitrua & grandinem, ac discurrentia fulgura super terram.Pluítq; dominus grandinem super terram Aegypti, [24] & grando & ignis mixta pariter ferebantur. Tantæque fuit magnitudinis, quanta antè nunquã apparuit in vniuersa terra Aegypti,ex quo gẽs illa cõdita est.[25] Et [h] percussit grãdo in omni terra Aegypti cuncta quæ fuerunt in agris,ab homine vsq; ad iumentum:cunctámq; herbam agri percussit grando, & omne lignum regionis confregit. [26] Tantùm in terra Gessen,vbi erant filij Israel grando non cecidit. [27] Misítque Pharao,& vocauit Moysen & Aaron,dicẽs ad eos:Peccaui etiam nunc.Dominus iustus, & ego & populus meus impij. [28] Orate dominum,vt desinant tonitrua dei, & grandinis, & ego dimittam vos,& non ultra moremini.

a Quinta plaga pestis.

b. Vel sola quæ in agris erant, vel animantia multa quæ omnia erãt Aegyptiorũ. Aliàs nullũ relinqueretur sequentibus plagis afficiendum.vel cum dicitur omnia animãtia, intelligitur de omni genere vel specie animantiũ aliqua fuisse mortua:vt dicitur Act.10 de beato Petro, quòd viderit vas descendere de cœlo velut linteum magnum,in quo erant omnia quadrupedia & serpẽtia terræ, & volatilia cœli.

c Quid ergo cor graue vel durum ? Ipsum est quod nec compunctione scinditur, nec pictate mollitur, nec mouetur precibus:minis non cedit, flagellis durat. Ingratum ad beneficia est,ad consilia insidum, ad iudicia ferum, inuerecundum ad turpia, impaciũdũ ad pericula, inhumanũ ad humana, temerariũ ad diuina. Bernard. De cõsideratione.

d Sexta plaga vlcerum.

e Nouit ergo deus bene vti malis, in quibus tamẽ humanam naturam nõ ad malum creat, sed eos perfere patienter quousque scit oportere. Auguſt. quæſt.32. super Exod.

f Illud est quod merito moues, quibus nũc pecoribus consulatur, si omnia mortua fuerant plaga superiore.sed plaga superiore intelligi potest de his pecoribus quæ remanserant in cãpo, ista verò etiam de his quæ in domib collecta fuerãt. Aug. quæſt. 32. super Exod.

g. Septima plaga grandinis.

h Cum Aegyptus in ipsa hyeme ver agat, neque penitus niuem sentiat, subito tamen aer ille tenuis & temperatus naturã nouã prepemodum induit, vt quæcũque iã virescere incepe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

do: vt dimittam vos, & nequaquam hic vltrà maneatis. [29] Ait Moyſes: Cum egreſſus fuero de vrbe, extendam palmas meas ad dominum, & ceſſabunt tonitrua, & F grando non erit: vt ſcias quia domini eſt terra. [30] Noui autem quòd & tu & ſerui tui necdum [i] timeatis dominum deum. [31] Linum ergo & hordeum læſum eſt: eo quòd hordeum eſſet virens, & linum iam folliculos germinaret. [32] Triticum autem & far non ſunt læſa: quia ſerotina erant. [33] Egreſſúſque Moyſes à Pharaone ex vrbe, tetendit manus ad dominum: & ceſſauerunt tonitrua & grando, nec vltrà ſtillauit pluuia ſuper terram. [34] Videns autem Pharao quòd ceſſaſſet pluuia & grando, & tonitrua, auxit peccatum, [35] & ingrauatum eſt cor eius, & ſeruorum illius. Et induratum eſt nimis, nec dimiſit filios Iſrael: ſicut præceperat dominus per manum Moyſi.

i Qualem timorem quærebat cui timor? ſic nondum erat ei timor dei? Facile eſt enim pœnã timere: ſed nõ eſt hic deum timere: illo felices domini timore pie tauit. Auguſt. queſt. 35. ſuper Exodum.

Pharaone obdurato mittuntur locuſtæ, quibus per Moyſen ablatis, renitente Pharaone tenebræ fiunt palpabiles. X.

ET dixit dominus ad Moyſen: Ingredere ad Pharaonem. Ego enim in- A duraui cor eius, & ſeruorum illius, vt faciam ſigna mea hæc in eo, [2] & narres in auribus filij tui, & nepotum tuorum, quoties contriuerim Ægyptios, & ſigna mea fecerim in eis: & ſciatis quia ego dominus. [3] Introierũt ergo Moyſes & Aaron ad Pharaonem, & dixerunt ei: Hæc dicit dominus deus Hebræorum: Vſquequo non vis ſubiici mihi? † Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi. [4] Sin autem reſiſtis, & non vis dimittere eum: ecce ego inducam cras [a] locuſtam in fines tuos, [f] quæ operiet ſuperficiem terræ, ne quicquam eius appareat, ſed comedatur quod reſiduum fuerit grandini. Corrodet enim omnia B ligna quæ germinant in agris, [6] & implebunt domos tuas, & ſeruorum tuorum, & omnium Ægyptiorum: quantum non viderunt patres tui & aui, ex quo orti ſunt ſuper terram, vſque in præſentem diem. Auertítque ſe, & egreſſus eſt à Pharaone. [7] Dixerunt autem ſerui Pharaonis ad eum: Vſquequo patiemur hoc ſcandalum? dimitte homines, vt ſacrificent domino deo ſuo. Nõnne vides quòd perierit Ægyptus? [8] Reuocauerũntque Moyſen & Aaron ad Pharaonem. Qui dixit eis: Ite, ſacrificate domino deo veſtro. Quinam ſunt qui ituri ſunt? [9] Ait Moyſes: Cum paruulis noſtris & ſenioribus pergemus, cum filiis & filiabus, cum ouibus & armentis. Eſt enim ſolen- C nitas domini dei noſtri. [10] Et reſpondit Pharao: Sic dominus ſit vobiſcum, quomodo ego dimittam vos & paruulos veſtros. cui dubium eſt quòd peſſime cogitetis? [11] Nõ fiat ita: ſed ite tantùm viri, & ſacrificate domino. Hoc enim & ipſi petiſtis. Statímque eiecti ſunt de conſpectu Pharaonis. [12] Dixit autem dominus ad Moyſen: Extende manum tuam ſuper terram Ægypti ad locuſtam, vt deſcendat ſuper terram, & deuoret omnem herbam quæ reſidua fuerit grandini. [13] b Et extendit Moyſes virgam ſuper terram Aegypti, & dominus induxit ventum vrentem tota illa die & no- D cte. Et mane facto ventus vrens leuauit locuſtas, [14] quæ aſcenderunt ſuper vniuerſam terram Aegypti, & ſederunt in cunctis finibus Aegyptiorum innumerabiles, quales ante illud tempus non fuerant, nec poſtea futuræ ſunt: [15] operueruntq; vniuerſam ſuperficiem terræ, vaſtantes omnia. Deuorata eſt igitur herba terræ, & quicquid pomorum in arboribus fuit, quæ grando dimiſerat. Nihil quoque omnino virens relictum eſt in lignis, & in herbis terræ in cuncta Aegypto. [16] Quamobrẽ feſtinus Pharao vocauit Moyſen & Aaron, & dixit eis: Peccaui in dominum deum veſtrum, & in vos. [17] Sed nunc dimittite peccatum mihi etiam hac vice, & rogate dominum deũ E veſtrum, vt auferat à me mortem iſtam. [18] Egreſſúſque eſt Moyſes de conſpectu Pharaonis, & orauit dominum. [19] Qui flare fecit ventum ab occidente vehementiſſimũ, & arreptam locuſtam proiecit in mare Rubrum. Non remanſit ne vna quidem in cunctis finibus Ægypti. [20] Et indurauit dominus cor Pharaonis, nec dimiſit filios Iſrael. [21] Dixit autem dominus ad Moyſen: Extende manũ tuam in cœlum, & ſint tenebræ ſuper terram Ægypti, tam denſę, vt palpari queant. [22] c Extendítq; Moyſes manũ E in cœlum, & factæ ſunt tenebræ horribiles in vniuerſa terra Aegypti. Tribus die-

a Si quid intactum grando reliquit, nubes locuſtarum ſuperuenientes ita abſumpſerunt, vt fructuum colligendorum ſpes Aegyptiis omnibus omnino hi ademptæ. Quòd ſi rex ſtultus tãtùm & nõ etiam malus fuiſſes, poterat vel iam dictis cladibus admonitus reſipiſcere, vt tandem de aliquo tot malorum remedio cogitare inciperes. Ioſeph. antiq. libr. 2. cap. 12.

b Octaua plaga locuſtarum.

c Nona plaga tenebrarum.

† Sup. 27. a 32. a

bus † [23] nemo vidit fratrem ſuum. nec mouit ſe de loco in quo erat. † Vbicunq; autẽ habitabant filij Iſrael, lux erat. [24] Vocauítque Pharao Moyſen & Aaron, & dixit eis: Ite, ſacrificate domino. Oues tantùm veſtræ & armenta remaneant, paruuli veſtri eãt vobiſcum. [25] Ait Moyſes: Hoſtias quoque & holocauſta dabis nobis, quæ offeramus G domino deo noſtro. [26] Cuncti greges pergent nobiſcum. Non remanebit ex eis vngula, quæ neceſſaria ſunt in cultum domini dei noſtri: præſertim cũ ignoremus quid debeat immolari, donec ad ipſum locum perueniamus. [27] Indurauit autem dominus cor Pharaonis, & noluit dimittere eos. [28] Dixítque Pharao ad Moyſen: Recede à me, & caue ne vltrà videas faciem meam. Quocunque die apparueris mihi, morieris. [29] Reſpondit Moyſes: Ita fiat vt locutus es. [d] Non videbo vltrà faciem tuam.

d Subaudi, niſi me accerſeris prius. quia vidit poſtea eo accerſente. Hugo de S. Victore.

Minatur dominus Aegypti ſpoliationem, primogenitorum cædem, tam hominum quàm animalium, præ nimia cæcitate Pharaonis. XI.

A

Iuſt. 19. † Sup. 3. 8 Iudith. 11. a

ET dixit dominus ad Moyſen: Adhuc vna plaga tangam Pharaonem & Ægyptum, & poſt hæc dimittet vos, & exire compellet. † [2] Dices ergo omni plebi, [a] vt poſtulet vir ab amico ſuo, & mulier à vicina ſua, vaſa argentea & aurea, & veſtem. [3] Dabit autem dominus gratiam populo ſuo coram Aegyptiis. † Fuítque Moyſes vir magnus valde in terra Aegypti coram ſeruis Pharaonis, & omni populo. [4] Et ait: Hæc dicit dominus: [b] Media B noctè ingrediar in Aegyptum, [5] & † morietur omne primogenitum in terra Aegyptiorum à primogenito Pharaonis, qui ſedet in ſolio eius, vſq; ad primogenitum ancillæ quæ eſt ad molam, & omnia primogenita iumentorum. [6] Erítque clamor magnus in vniuerſa terra Aegypti, qualis nec antè fuit, nec poſtea futurus eſt. [7] Apud omC nes autem filios Iſrael non mutiet canis ab homine vſque ad pecus: vt ſciatis quanto miraculo diuidat dominus Aegyptios & Iſrael. [8] Deſcendéntque omnes ſerui tui iſti ad me, & adorabunt me, dicentes: Egredere tu, & omnis populus qui ſubiectus eſt tiD bi. Poſt hæc egrediemur. Et exiuit à Pharaone iratus nimis. [9] Dixit autem dominus ad Moyſen: Non audiet vos Pharao, vt multa ſigna fiant in terra Aegypti. [10] Moyſes autem & Aaron fecerunt omnia ſigna & oſtenta quæ ſcripta ſunt, coram Pharaone: & indurauit dominus cor Pharaonis, nec dimiſit filios Iſrael de terra ſua.

Iud. 11. 33. 1 Reg. 17. d. & 19. f. 2. 4. c. 6. Ecclus. 8. 12. 2 Pet. 2. 3. Apoc. 16. 19. a Longum Hebræi tempus in Aegypto in lateribus, muris, vrbibus faciẽdis cõſumpſerũt: dominus igitur deus mercedem aliquã laboris ſui illos percipere voluit: idcóque hac illos calliditate vti voluit. Nam & Aegyptij regi ſuo in vexãdis Hebræis operam ſuam & ſtudiũ addiderũt. Theodoretus ibidem.

b In Aegypto nocte media Aegyptiis deus plagã decimam minabatur, vt eorum primogenita deperirẽt, quia primogenitũ eius populum decimebant.

Paſchalis agni ritu celebrato, cæſis Aegypti primogenitis, Iſraelitæ cum diuitiis Aegypti liberè egrediuntur. XII.

A

DIxit quoq; dominus ad Moyſen & Aaron in terra Aegypti: [2] Menſis iſte, vobis principium mẽſium, [a] primus erit in mẽſibus anni. [3] Loquimini ad vniuerſum cœtum filiorũ Iſrael, & dicite eis: Decima die mẽſis huius tollat vnuſquiſq; agnum per familias & domos ſuas. [4] Sin autem minor eſt numerus, vt ſufficere poſſit ad veſcendum agnum, aſſumet vicinum ſuum qui coniunctus eſt domui eius, iuxta numerum animarum quę ſufficere poſſint ad eſum agni. [5] Erit autem agnus abſq; macula, maſculus anniculus. Iuxta quem ritum tolletis & hœdum, [6] & ſeruabitis eum vſque ad quartamdecimam diem menſis huius. Immolabítque eum vniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperam, † [7] & ſument de ſanguine eius, ac ponent ſuper vtrumque poſtem, & in ſu- † Deut. 16. a. c. Quid ſibi vult. perliminaribus domorũ in quibus comedent illum. [8] Et edent carnes nocte illa aſſas B igni, & azymos panes cum lactucis agreſtibus. [9] Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua: ſed aſſum tantùm igni. Caput cum pedibus eius & [b] inteſtinis vorabitis: [10] nec remanebit quicquam ex eo vſque mane. Si quid reſiduum fuerit, igne comburetis. [11] Sic autem comedetis illum: Renes veſtros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus: & [c] comedetis feſtinanter. Eſt enim Phaſe, id eſt tranſitus domini. [12] Et tranſibo per terram Aegypti nocte illa, percutiámque omne primogenitum in terra Aegypti, ab homine vſque ad pecus,

a Menſis lunaris, ſcilicet Niſan, cui? prima lunario cernit principiũ arietis, & noſtro reſpondet Martio.

b Præter fel & illa fœces cõtinentia, quæ ſunt abiicẽda.

c Hoc eſt, ad ſolennitatem patriæ cœleſtis anhelare. Nemo in huius vitæ itinere corpeat, nemo patriã locum perdat. Greg. hom. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Ferunt omnia deorū Aegypti simulachra illa nocte comminuta.

& in[a] cunctis diis Ægypti faciam iudicia, ego dominus. [13] Erit autem sanguis vobis in signum, in ædibus in quibus eritis: & videbo sanguinem, ac transibo vos: nec erit in vobis plaga disperdens, quando percussero terrā Ægypti. [14] Habebitis autem hanc diem in monumentum: & celebrabitis eam solennem domino in generationibus vestris, cultu sempiterno. [15] Septem diebus azyma comedetis. In die primo non c erit fermentū in domibus vestris. Quicunque comederit fermentum, peribit anima illa de Israel, à primo die vsque ad diem septimum. [16] Dies prima erit sancta ac solennis, & dies septima eadem festiuitate venerabilis. Nihil operis facietis in eis, exceptis iis quæ ad vescendum pertinent, [17] & obseruabitis azyma. In eadem enim ipsa die educam exercitum vestrum de terra Ægypti, & custodietis diem istum in generationes vestras ritu[c] perpetuo. † [18] Primo mēse quartadecima die mēsis ad vesperum comedetis azyma, vsque ad diem vicesimamprimam eiusdem mensis ad vesperam. [19] Septem diebus fermentatū non inuenietur in domibus vestris. Qui comederit fermentatum, peribit anima eius de cœtu Israel, tam de aduenis, quàm de indigenis terræ. [20] Omne fermentatū non comedetis. In cunctis habitaculis vestris edetis azyma. [21] Vocauit autem Moyses omnes seniores filiorum Israel, & dixit ad eos: † Ite, D tollentes animal per familias vestras, & immolate Phasē. [22] Fasciculúmque hyssopi tingite in sanguine qui est in limine, & † aspergite ex eo superliminare, & vtrunque postem. Nullus vestrum egrediatur ostium domus suæ vsque mane. † [23] Transibit enim dominus percutiens Aegyptios. Cúmque viderit sanguinem in superliminari, & in vtroque poste, transcendet ostium domus, & nō sinet percussorem ingredi domos vestras, & lædere. [24] Custodi verbum istud, legitimum tibi & filiis tuis vsque in æternum. [25] Cúmque introieritis terram quam dominus deus daturus est vobis, vt pollicitus est: obseruabitis ceremonias istas. [26] Et cum dixerint vobis filij vestri, Quæ est ista religio? [27] dicetis eis: Victima transitus domini est, quando transiuit super domos filiorum Israel in Aegypto, percutiens Aegyptios, & domos nostras liberās. Incuruatúsq; populus, adorauit. [28] Et egressi filij Israel fecerunt sicut præceperat dominus Moysi, & Aaron. † [29] Factū[f] est autem in noctis medio, percussit dominus omne primogenitum in terra Aegypti, à primogenito Pharaonis qui in solio eius sedebat, vsque ad primogenitum captiuæ quæ erat in carcere, & omne[g] primogenitum iumentorum. [30] Surrexitq; Pharao nocte, & omnes serui eius, cunctáq; Aegyptus: & ortus est clamor magnus in Aegypto. Neq; enim erat domus in qua nō iaceret mortuus. [31] Vocatísque Pharao Moyse & Aaron nocte, ait: Surgite, egredimini à populo meo, vos & filij Israel. Ite & immolate domino[h] sicut dicitis. [32] Oues vestras & armēta assumite, vt petieratis, & abeūtes[i] benedicite mihi. [33] Vrgebātq; Aegyptij populū de terra exire velociter, dicētes: Omnes moriemur. [34] Tulit igitur popul[9] cōspersam farinam antequam fermentaretur, & ligans in palliis, posuit super humeros suos. [35] Fecerúntque filij Israel sicut præceperat dominus Moysi, & petierunt ab Aegyptiis vasa argentea & aurea, vestémq; plurimam. † [36] Dominus[k] autē dedit gratiam populo F coram Aegyptiis, vt cōmodarēt eis: & [l]spoliauerūt Aegyptios. [37] Profectíq; sunt filij Israel de Rameſſe in[m] Soccoth, fexcēta ferè milia peditum virorū, absque paruulis & mulieribus. [38] Sed & vulgus promiscuum innumerabile ascendit cum eis, oues & armenta, & animantia diuersi generis multa nimis. [39] Coxerúntque farinā quam dudū de Aegypto cōspersam tulerant, & fecerunt subcinericios panes azymos. neq; enim poterat fermentari, cogentibus exire Aegyptiis, & nullā facere sinentibus morā: nec pulmenti quicquā occurrerat præparare. [40] Habitatio autem filiorum Israel, qua māserūt in Aegypto, fuit[n] quadringentorū triginta annorum. [41] Quibus expletis, eadē die egressus est omnis exercitus domini de terra Aegypti. [42] Nox ista est obseruabilis domini quādo eduxit eos de terra Aegypti. Hanc obseruare debent omnes filij Israel in generationibus suis. [43] Dixitque dominus ad Moysen & Aaron: Hæc est religio G Phasē. Omnis alienigena nō comedet ex eo. [44] Omnis autē seruus emptitius circucidetur, & sic comedet. [45] Aduena & mercenari[9] nō edēt ex eo. † [46] In vna domo comedetur,

e Aut ergo sic appellauit perpetuum, quod non ius sponte audēt desinere celebrare, aut non vt ipsa signa rerum, sed res quæ his significātur, æternæ & perpetuæ intelligantur. Augu. ibidem.

† Leui. 23.4. Nume. 28.6

f. Decima plaga primogenitorum.

g Primogenitus appellauit qui vnicum aperit, & ante quem nullus fratrū is quem frater post genitus sequitur. Hieronym.

h Iuxta verbum vestrum.

i Sacrificate etiam pro benedictione mei.

k Id est reddiderat populo sinum gratum Aegyptiis.

l Quod si & Christi[9] dignos pronunciat mercede operarios, excusauit præceptū illud creatoris de vasis aureis & argēteis Aegyptiorum auferendis. Qui enim vrbes & villas operiri fuerant Aegyptiis, dignā vtiq; operarij mercede, non ad fraudem sunt instincti, sed ad mercedis expensionem, quām altius à dominatoribus exigere nō poterāt. Tertul. lib. aduer. Marcio. lib. 4. Ieſ. Sicut Aegyptij non solām idola habebāt, & onera grauia quæ populus Israel deferebat, & fugere, sed etiam vasa atque ornamēta de auro & argēto, & vestes, quæ ille populus exiens de Aegypto sibi potius cīqui ad vsum meliorem clanculo vendicauit, non auctoritate propria, sed præcepto dei, ipsis Aegyptiis nescientibus et commodantibus ea quibus non bene vtebantur. & Augu. de doct. Christ. lib. 2. cap. 40.

Prima māsio in Rameſſe.

Secunda māsio in Soccoth.

n In hac māsione coquunt azymos panes, & primum tendunt tabernacula, vnde & ex eo loco nomen accepit. Hier. de 42. mansionibus.

n Imō solum manserunt in Aegypto ab ingressu facti ad hunc exitum, 111. an. Verum illi 430. anni computandi sunt à primo anno repromissionis Abrahæ in valle Mambre, secundo anno post egressum de Aarā, cū cœpit peregrinari in Aegyptum.

Iosh. 19.6

detur, nec efferetis de carnibus eius foras, † nec os illius cōfringetis. [47] Omnis cœtus filiorum Israel faciet illud. [48] Quòd si quis peregrinorū in vestram voluerit transire coloniam, & facere Phasē domini, circuncidetur prius omne masculinū eius, & tunc rite celebrabit, eritque sicut indigena terræ. Si quis autem circumcisus non fuerit, nō vescetur ex eo. [49] Eadem lex erit indigenæ, & colono qui peregrinatur apud vos. [50] Fecerúntque omnes filij Israel sicut præceperat dominus Moysi & Aaron, [51] & eadem die eduxit dominus filios Israel de terra Ægypti per turmas suas.

Liberationem ab Aegypto dominus primogenitorum sanctificatione meminisse iubet. Inde Israel egrediens ossa Ioseph secum defert, & à columna ignis illustratur. XIII.

† Deuter. c regis. Nume. 18. c 8. Leu. 2. d 1. Reg. 14. 8 Matth. 17. c

DOcutúsque est dominus ad Moysen, dicēs: † [1] [2] Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vuluam in filiis Israel, tam de hominibus quàm de iumētis. Mea sunt enim omnia. [3] Et ait Moyses ad populum: Memētote diei huius, in qua egressi estis de Ægypto, & de domo seruitutis, quoniā in manu forti eduxit vos dominus de loco isto, vt non comedatis fermentatū panem. [4] Hodie egredimini mense nouarum frugum. [b] [5] Cūq; introduxerit te dominus in terram Chananæi, & Hethæi, & Amorræi, & Heuæi, & Iebuzæi, quam [c] iurauit patribus tuis vt daret tibi terram fluentem lacte & melle, celebrabitis hunc morem sacrorum mense isto. [6] Septem diebus vescēris azymis, & in B die septimo erit solennitas domini. [7] Azyma comedetis septem diebus. Non apparebit apud te aliquid fermentatum, nec in cunctis finibus tuis. [8] Narrabísque filio tuo in die illo, dicens: Hoc est quod fecit mihi dominus, quando egressus sum de Ægypto. [9] Et erit quasi signum in manu tua, & quasi monumētum ante oculos tuos, & vt lex domini [d] semper sit in ore tuo. In manu enim forti eduxit te dominus de Ægypto. [10] Custodies huiuscemodi cultū statuto tempore, à diebus in dies. [11] Cúmque introduxerit te dominus in terram Chananēi, sicut iurauit tibi & patribus tuis, & dederit tibi eam: [12] separabis omne quod aperit vuluam, domino, & quod primitiuum est in pecoribus tuis. Quicquid habueris masculini sexus, cōsecrabis domino. [13] Primo- C genitum asini mutabis oue: quòd si non redemeris, interficies. [e] Omne autem primogenitum hominis de filiis tuis, pretio redimes. [14] Cúmq; interrogauerit te filius tuus eras, dicens: Quid est hoc? respondebis ei: In manu forti eduxit nos dominus de terra Ægypti, de domo seruitutis. [15] Nam cum induratus esset Pharao, & nollet nos dimittere, occidit dominus omne primogenitum in terra Aegypti, à primogenito hominis vsque ad primogenitum iumentorum. Idcirco immolo domino omne quod aperit vuluam masculini sexus, & omnia primogenita filiorum meorum redimo. [16] Erit igitur quasi signum in manu tua, & quasi appēsum quid ob recordationē ante oculos tuos, eo quòd in manu forti eduxit nos dominus de Aegypto. [17] Igitur cum D emisisset Pharao populum, non eos duxit dominus per viam terræ Philisthiim, quæ vicina est, reputans ne fortè pœniteret eum, si vidisset aduersum se bella consurgere, & reuerteretur in Aegyptum: [18] sed circunduxit per viam deserti, quæ est iuxta mare Rubrum. Et armati ascenderunt filij Israel de terra Aegypti. [19] Tulítque Moyses ossa Ioseph secum, eo quòd adiurasset filios Israel, dicens: † Visitabit vos deus, efferte ossa mea hinc vobiscum. [20] Profectíque de Soccoth, castrametati sunt in [f] Etham, in extremis finibus solitudinis. † [21] Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viā E per diē in columna nubis, & per noctem in columna ignis: vt dux esset itineris vtroque tempore. [22] Nunquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem, coram populo.

Gen. 50. d Nume. 14. c 1. Cor. 10. d Exo. 14. 8. † Nume. 9. d Iosh. 24. Vsq; quo Hiere. 4. d

a Commēdat populo per Moysen dominus ereptionis suæ memoriam habendam, & Aegyptiorū interfectionis, vt scirēt debitores se esse, & primogenita sua, & primogenita iumentorum suorū domino offerre, qui in eorū liberatione ola primogenita Aegyptiorum extinxit. Rabanus ibid.

b. Erit a hæc lex non obligabat donec promissa possiderent terram.

c Iurantem deum sæpius scriptura describit. Primū in Genes. 22. Vocauit angelus dominus Abrahā secundò de cœlo dicēs, per memetipsum iuraui, dicit dominus, &c. Hiero. super Amos cap. 8.

d Non semel in paschali die, sed quotidie lex dei memoranda erat.

e Quod hic dicitur de filiis tuis, subaudiri vult, nō de alienigenis, siue mercenariis. Pretio redimes, nō tam iussio quàm permissio est. nā qui pretio redemit, bene quidem fecit: verumtamen Anna, quæ Samuelē non redimere voto proposuit, melius fecit. Ruper.

f. Tertia māsio in Etham.

In qua primùm dominus videtur nocte in columna ignis, & per diem in colūna nubis, vt præcedat populum, & dux itineris fiat. Hieronymus. Ethā tertia mansio Hebræorū ante maris rubri ingressum, desertum magnum & arenosum ad mare Rubrū. Nam sicut tertia castra in Etham extremis finibus solitudinis habuisse populus Hebræus fertur, ita tribus diebus in solitudine Ethā post transitum mare vagabundus errauit. Vnde vel duplex est Etham, vnde exeta mare in Aegypto, alterū vlera mare in desereto. vel mare Rubrum cōuenter in solitudine Etham. Ethā aliud Etham in Iudæa, in quo Sāson abscondebatur. Est viculus in tribu Iudæ, quem Roboam muris cinxisse fertur. De alio Etham mētio fit in 73. psal. Tu siccasti fluuios Etham. De quo ramē non frustra intelligas hanc terram: manifestum est vt sic sensus: Tu siccasti mare Rubrum, quod conuenerat in deserto Etham.

Pharao cum equitatu Israelem per siccum fugientem persequutus, cum suo equitatu submergitur. XIIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quarta mansio in Phiairoth.

LOcutus est autē dominus ad Moysen dicens:[2] Loquere filiis Israel:Reuersi castrametentur è regione Phiairoth, quæ est inter Magdalum & mare contra Beelsephon. In conspectu eius castra ponetis super mare. [3] Dicturúsq; est Pharao super filiis Israel:Coarctati sunt in terra,cōclusit eos desertū.[4] Et indurabo cor eius, ac persequetur vos,& glorificabor in Pharaone,& in omni exercitu eius: sciéntq; Ægyptij quia ego sum dominus. Fecerúntque ita.[5] Et nuntiatum est Regi Ægyptiorum quòd [a] fugisset populus. Immutatúmque est cor Pharaonis & seruorum eius super populum,& dixerunt: Quid voluimus facere, vt dimitteremus Israel ne seruiret nobis? [6] Iunxit ergo currum,& omnem populum suum assumpsit secum:[7] tulítque sexcētos currus electos, & quicquid in Ægypto curruum fuit,& duces totius exercitus.[8] Indurauítque dominus cor Pharaonis Regis Ægypti, & persecutus est filios Israel. At illi egressi erant in manu excelsa.[9] †Cúmque persequerentur Ægyptij vestigia præcedentium,repererunt eos in castris super mare. Omnis equitatus & currus Pharaonis, & vniuersus exercitus, erant in Phiairoth contra Beelsephon. [10] Cúmque appropinquasset Pharao,leuantes filij Israel oculos,viderunt Ægyptios post se,[b] & timuerunt valde: clamauerúntque ad dominum,[11] & dixerunt ad Moysen:Forsitan nō erant sepulchra in Aegypto,ideo tulisti nos vt moreremur in solitudine. Quid hoc facere voluisti, vt educeres nos ex Aegypto?[12] Nonne iste est sermo quem loquebamur ad te in Aegypto,dicentes:Recede à nobis,vt seruiamus Aegyptiis?Multo enim melius erat seruire eis, quàm mori in solitudine. [13] Et ait Moyses ad populum: Nolite timere.State, & videte magnalia domini quæ facturus est hodie. Aegyptios enim quos nunc videtis,[c] nequaquam vltrà videbitis vsque in sempiternum. [14] Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.[15] Dixítque dominus ad Moysen:[d] Quid clamas ad me? Loquere filiis Israel,vt proficiscantur.† [16] Tu autem eleua virgam tuam,& extende manum tuā super mare, & diuide illud,vt gradiātur filij Israel in medio mari per siccum. [17] Ego autem indurabo cor Aegyptiorum, vt persequantur vos, & glorificabor in Pharaone,& in omni exercitu eius,& in curribus & in equitibus illius. [18] Et sciēt Aegyptij quia ego sum dominus,cùm glorificatus fuero in Pharaone,& in curribus atque in equitibus eius. [19] Tollénsq; se angelus domini qui præcedebat castra Israel, abiit post eos: & cum eo pariter columna nubis,priora dimittens post tergum,[20] stetit inter castra Aegyptiorum,& castra Israel.Et erat nubes tenebrosa, & illuminans noctem, ita vt ad se inuicem toto noctis tempore accedere non valerent.[21] Cúmque extendisset Moyses manum super mare,abstulit illud dominus flante vento vehementi & vrente tota nocte, & vertit in siccum.† Diuisáq; est aqua,[22] & ingressi sunt filij Israel per medium sicci maris. Erat enim aqua quasi murus à dextera eorū & læua.[23] [e] Persequentésq; Aegyptij, ingressi sunt post eos,† & omnis equitatus Pharaonis,currus eius,& equites per medium maris. [24] Iámq; aduenerat vigilia matutina, & ecce respiciens dominus super castra Aegyptiorum per columnam ignis & nubis,†interfecit exercitum eorum, [25] & subuertit rotas curruum,ferebantúrq; in profundum. Dixerunt ergo Aegyptij: Fugiamus Israelem, dominus enim pugnat pro eis contra nos. [26] [f] Et ait dominus ad Moysen:Extende manum tuam super mare,vt reuertantur aquę ad Aegyptios,super currus & equites eorum. [27] Cúmq; extēdisset Moyses manum cōtra mare, reuersum est primo diluculo ad priorem locum. Fugientibúsq; Aegyptiis occurrerunt aquæ, & inuoluit eos dominus in mediis fluctibus. [28] Reuersæque sunt aquæ,& operuerūt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis,qui sequentes ingressi fuerant mare:nec vnus quidem superfuit ex eis. [29,8] Filij autē Israel perrexerunt per medium sicci maris,& aquæ eis erant quasi pro muro à dextris & à sinistris.† [30] Liberauítq; dominus in die illa Israel de manu Aegyptiorum,[31] & viderunt Aegyptios mortuos super littus maris,& manum magnam quam exercuerat dominus cōtra eos. Timuítque populus dominum,& crediderunt domino,& Moysi seruo eius.

Israelitæ

A Ios.2.14. Anno ante Christum 1507. Anno mūdi 2454.

a Vniuersa enim quæ ex Aegypto profecturo fiebat populi, à deo typus & imago fiebat profectionis ecclesiæ, quæ erat futura ex gentibus. Irenæus lib.4. cap.50.

B

b Parua nimis, nec digna profectibus erudita secundis quæ viderāt opera dei, illorū fides hęc dicentium. Rupertus.

C

c Vbi enim vltimus ex Hebræorum populo ascendit, Aegyptiorum quoque vltimus descendit in mare,& continuò æquæ maris relaxatæ. Clemens lib.1. recognitionum.

D

d Respondit dominus ad Moysen. Quid clamas ad me?cū penitus Moysi vox nulla præcesserit. Verùm compactum cor,& pro populo lachrymabiliter ingemiscens,scriptora clamore vocauit.Hieron.in cap.4. ad Galat.lib.2.

†Nehe.9.b Sa.10.d Ioā.12.b Ioānis 2.b. & 4.d

E

e Elegerat deus Moysen, qui Pharaonem virtutibus inuitare; signis & magnalibus admoneret, vindicta terreret, qui iam dei sententiā arrahebatur. Aug. Serm. 89. de tempo.

†Iudith.13.b Psal.77.b.d 104.d Hebr.11.e De consec. dist.2.c.Reuera.

F

f Hoc anno repromissionis 430. Moyses 80. annū agēs populum Israel iubēte deo signis ab Aegyptiaca educit seruitute,cui per 40. annos in eremo legem exposuit. Ab hoc loco ad templi ædificationē anni 480. numerantur.

†Iudith.c.c †Eccle.38.a

G

g Anno Moysi 80. missus ad liberandum populum, fecit signa coram Pharaone anno mundi 2412. anno verò exitus filiorum 82. & mundi 2453. in principio anni mēse primo,15. die mensis eiusdem.

†Num.33.b

†Iudich.5.b Psal.113.a Habac.3.d Ioānis 2.d De consec. dist.2.c.Reuera. Deprom.dist.2.c.vt cognouerunt. Iudich.9.b Anno ante Christum 1507. Anno mūdi 2454. †Iosue.24.d †Sap.18.b 23.q.5.c. Quid ergo. Sap.10.d De cōsec.dist. 4.c.Nec quenquam.

†Psal.105. Isa.11.d

Israelitæ gratiis deo cum cantu peractis, venerunt in Marath, vbi amaritudine aquarum versa in dulcedinem,venerunt in Helim. XV.

A Vnc cecinit Moyses,& filij Israel carmen hoc domino,& dixerunt:Cātemus domino:glorioſè enim magnificatus est, equum & ascensorē deiecit in mare.† [2] Fortitudo mea & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem.Iste deus meus,& glorificabo eum:deus patris mei,& exaltabo eum.[3] Dominus quasi vir pugnator,omnipotens nomen eius,[4] currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare. Electi principes eius submersi sunt
B in mari Rubro:[5] abyssi operuerunt eos,descēderunt in profundū quasi lapis. [a 6] Dextera tua domine magnificata est in fortitudine: dextera tua domine percussit inimicum,[7] & in multitudine gloriæ tuæ deposuisti aduersarios meos. Misisti iram tuam, quæ deuorauit eos sicut stipulam: [8] & in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ. Stetit vnda fluens,congregatæ sunt abyssi in medio mari.[9] Dixit inimicus,Persequar & comprehēdam,diuidam spolia,implebitur anima mea. Euaginabo gladium meū,
C interficiet eos manus mea.[10] Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare: submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.[11] Quis similis tui in fortibus domine?Quis similis tui magnificus in sanctitate? terribilis atque laudabilis? & faciens mirabilia? [12] Extendisti manum tuam, & deuorauit eos terra. [13] Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti:& portasti eum in fortitudine tua, ad habitaculum sanctum tuum. [14] Ascenderunt populi, & irati sunt: dolores obtinuerunt habitatores Philistiim. [15] Tunc conturbati sunt principes Ædom, robustos Moab obtinuit tremor:
D obriguerunt omnes habitatores Chanaan. [16] Irruat super eos formido & pauor, in magnitudine brachij tui. Fiant immobiles quasi lapis: donec pertranseat populus tuus domine,donec pertranseat populus iste,quem possedisti.[17] Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ, firmissimo habitaculo tuo quod operatus es domine:sanctuarium tuum domine, quod firmauerunt manus tuæ.[18] Dominus regnabit in æternum & vltra.[19] Ingressus est enim eques Pharao cum curribus & equi-
E tibus eius in mare:& reduxit super eos dominus aquas maris. Filij autem Israel ambulauerunt per siccum in medio eius.† [20] Sumpsit ergo Maria prophetissa, soror
b Aaron,tympanum in manu sua,egressæq; sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris,[21] quibus præcinebat,dicens:Cantemus domino: Gloriosè enim magnificatus est,equum & ascēsorem eius deiecit in mare.[22] Tulit autem Moyses Israel
F de mari rubro,& egressi sunt in desertum Sur, ambulauerúntq; tribus diebus per solitudinem,& non inueniebant aquam.[23] Et venerunt in † c Marath, nec poterant bibere aquas de Marath,eo quòd essent amaræ. Vnde & congruum loco nomen imposuit,vocans illum Marath, id est, amaritudinem.[24] Et murmurauit populus contra Moysen,dicens.† Quid bibemus?[25] At ille clamauit ad dominum. Qui ostēdit ei lignum,quod cum misisset in aquas,in dulcedinem versæ sunt. Ibi † constituit ei præ-
G cepta,atque iudicia: & ibi tentauit eum,[26] dicens: Si audieris vocem domini dei tui, & quod rectum est coram eo feceris,& obedieris mandatis eius,custodieríſque omnia præcepta illius,cunctum languorem quem posui in Aegypto,non inducam super te.Ego enim sum dominus deus sanator tuus.† [27] Venerunt autem in Helim filij Israel:vbi erant duodecim fontes aquarum,& septuaginta palmæ, & castrametati sunt iuxta aquas.

a. Hostes dei etsi in sinistra eius proficiunt,in dextera frāguntur:quia plerūque vita præsens prauos eleuat, sed aduentus æternæ beatitudinis damnat. Greg.in pastoral.3. part.c, admo.17.

Murmurantibus in Sin pro cibo Israelitis,pluit dominus coturnices,& Man ad saturitatem. XVI.

A Rofectíq; sunt de Helim, & venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum [a] Sin,quod est inter Helim & Sinai:quintadecima die mensis secūdi postquā egressi sunt de terra Aegypti.[2] Et murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen & Aaron in solitudine.[3] Dixerúntq; filij Israel ad eos: Vtinam mortui essemus per manum

Ios.14. Sap.11.a

Quinta mansio in Marath.

b Quia prior fuit soror Aaron quam Moysi, & vtroq; senior.

c Marath quinta est mansio prima tamen postquā mare rubrum egressi sunt: locus ab aquarū amaritudine dictus, quas Moyses ligno à domino monstrato dulces fecit.

Sexta mansio in Helim.

Septima mansio in deserto.

a. Sin, quam tamen Hiero. dicit octauam in ordine, & omnis eremus vsq; ad Sinai dicitur Sin,in quo sunt quinque mansiones.

Universidad de Deusto
Biblioteca

b Moyses vacuo ventre legem accipit scripram digito dei, populus mandducans & bibens consurgensque ludere, aurum conflatum vitulum: Hieron. aduersus Iouin. lib. 2.

domini in terra Ægypti, quando sedebamus super ollas carnium, & [b] comedebamus panem in saturitate! Cur induxistis nos in desertum istud, vt occideretis omnem multitudinem fame? [4] Dixit autem dominus ad Moysen: Ecce ego pluam vobis panes de cœlo. Egrediatur populus, & colligat quæ sufficiunt per singulos dies, vt tentem eũ, vtrum ambulet in lege mea, an non. [5] Die autem sexto parent quod inferãt, & sit duplum quàm colligere solebant per singulos dies. [6] Dixeruntq; Moyses & Aaron ad omnes filios Israel: Vespere scietis quòd dominus eduxerit vos de terra Ægypti: [7] & mane videbitis gloriã domini. Audiui enim murmur vestrum cõtra dominum. Nos verò quid sumus, quia mussitastis contra nos? [8] Et ait Moyses: [c] Dabit vobis dominus vespere carnes edere, & mane panes in saturitate, eo quòd audierit murmurationes vestras, † quibus murmurati estis cõtra eum. Nos enim quid sumus? [d] Nec contra nos est murmur vestrum, sed contra dominum. [9] Dixit quoq; Moyses ad Aaron: Dic vniuersæ congregationi filiorum Israel: Accedite corã domino: Audiuit enim murmur vestrum. [10] Cúmque loqueretur Aaron ad omnem cœtum filiorum Israel, respexerũt ad solitudiné: Et ecce gloria domini apparuit in nube. [11] Locutus est autem dominus ad Moysen, dicens: † [e] [12] Audiui murmurationes filiorũ Israel. Loquere ad eos: Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panibus: scietísq; quòd ego sum dominus deus vester. [13] Factũ est ergo vespere, & ascendens [f] coturnix cooperuit castra: mane quoq; ros iacuit per circuitum castrorum. [14] Cúmq; operuisset superficiẽ terræ, † apparuit in solitudine minutum, & quasi pilo tusum in similitudinem pruinę super terram. [15] Quod cùm vidissent filij Israel, dixerunt adinuicem: Manhu: Quod significat, Quid est hoc? Ignorabant enim quid esset. Quibus ait Moyses: † Iste est panis quem dominus dedit vobis ad vescendum. [16] Hic est sermo quem præcepit vobis dominus. Colligat vnusquisque ex eo quãtum sufficit ad vescendum, gomor per singula capita. Iuxta numerum animarum vestrarum quæ habitant in tabernaculo, sic tolletis. [17] Fecerúntq, ita filij Israel, & collegerunt, alius plus, alius minus: [18] & mẽsi sunt ad mensuram gomor. † [g] Nec qui plus collegerat, habuit amplius: nec qui minus parauerat, reperit minus: sed singuli iuxta id quod edere poterant, congregauerunt. [19] Dixítq; Moyses ad eos: Nullus relinquat ex eo in mane. [20] Qui nõ audierunt eum, sed dimiserunt quidam ex eis vsq; mane, & scatere cœpit vermibus, atq; computruit. Et iratus est contra eos Moyses. † [21] Colligebant autem mane singuli quantum sufficere poterat ad vescendum. Cúmque incaluisset sol, liquefiebat. [22] In die autem sexta collegerunt cibos duplices, id est, duo gomor per singulos homines. Venerũt autem omnes principes multitudinis, & narrauerũt Moysi. [23] Qui ait eis: Hoc est quod locutus est dominus: Requies sabbati sanctificata est domino. Cras quodcunq; operãdum est, facite: & quæ coquenda sunt, coquite. Quicquid autẽ reliquum fuerit, reponite vsq; in mane. [24] Fecerúntq, ita vt præceperat Moyses, & non computruit, neque vermis inuentus est in eo. [25] Dixítq; Moyses: Comedite illud hodie, [h] quia sabbatum est domini: non inuenietur hodie in agro. [26] Sex diebus colligite, in die autẽ septimo sabbatũ est domini, idcirco nõ inuenietur. [27] Venítq; septima dies: & egressi de populo vt colligerent, nõ inuenerunt. [28] Dixit autẽ dominus ad Moysen: † Vsquequo non vultis custodire mãdata mea, & legẽ meam? [29] Videte quòd dominus dederit vobis sabbatum, & propter hoc die sexta tribuit vobis cibos duplices. Maneat vnusquisq; apud semetipsum, & nullus egrediatur de loco suo die septimo. [30] & sabbatizauit populus die septimo. [31] Appellauítq; domus Israel nomen eius, man: † quod erat quasi semen [i] coriandri album, gustúsq; eius quasi similæ cum melle. [32] Dixit autem Moyses: Iste est sermo quem præcepit dominus. Imple gomor ex eo, & custodiatur in futuras retro generationes, vt nouerint panẽ, quo alui vos in solitudine quando educti estis de terra Ægypti. [33] Dixítque Moyses ad Aaron: Sume vas vnũ, & mitte ibi man, quantum potest capere gomor: & repone coram domino ad seruandum in generationes vestras, sicut præceperat dominus Moysi. [34] Posuítque illud Aaron [k] in tabernaculo reseruandũ. [35] † Filij autem Israel comederunt man quadraginta annis, donec venirent

c Nõ vacat mysterio, quòd dicit ad vesperam carnes, & mane panes se daturum: quia ad vesperam Christus mortuus est, & mane resurrexit, Aug. Ibid.

d Qui enim contra superpositam sibi potestatẽ murmurat, illum redarguit qui eandem homini potestatem dedit: vt Paulus. Rom. 13.a

e Hoc autẽ dixit vt illi aduersus illum se sciret murmurasse, qui istos miserat, & per istos operabatur. Aug. Ibidem.

f Vt non modo panes cœlesti, sed etiam instructioribus epulis saturarentur. Lactan. libr. 4. cap. 10.

g Mirabile quid in ipsa collectione fiebat: Nullus enim minus quim egeret, aut propter ætatẽ aut propter infirmitatẽ sibi assumpsit: Nullus quia validior, sibi plusquam esset opus in eo die potuit arripere. Itaque quicquid in vna die cõgregauerat, eius ipsius diei cãtummodo cibus erat. Gregorius Nyssenus.

h Si quis timore furũ quandam cibi particulã ad crastinum conseruasset, totum quod repositum erat, per noctem corruptum in vermes transformabatur, præsertim in die sabbati. Ilem.

i Alij etiam dicũt quòd sapiebat vnicuique quod magis appetebat. Hugo de S. Victore.

k Hoc est, in arca quæ testimonium vocatur Israelis propter tabulas fœderis quæ licèt ibidem nondum essent, mox tamen acceptæ legẽ formari iubetur, cui sit tabernaculum testimonii. Aug. quæst. 61. super exodum.

venirent in terram habitabilem. Hoc cibo aliti sunt vsquequo tangerent fines terræ Chanaan. [36] Gomor autem decima pars est ephi.

Murmurantibus rursum in Raphidim pro aqua Iudæis, dat dominus aquam de petra, & inde orante Moyse vincunt ipsi Amalechitas. XVII.

Iosue 17. A

Num. 20. a

Num. 20. b

B

Num. 14. c Psal. 77. b 1. Cor. 10. a 1. Pet. 6. d. Act. Reuel. 14. c. Iohan. 8. Iosue 3.

C

Iudith. 4. d Sap. 16. a Deut. 32. d

D

Iud. 6. c. 16. d

Iosue 8. d Psal. 20. a. 43. b. 59. c. 82. d. 107. a. Ecclesiast. 46. a

[1] IGitur profecta omnis multitudo filiorum Israel de deserto Sin, per mansiones suas iuxta sermonem domini castrametati sunt in [a] Raphidim, vbi non erat aqua ad bibendum populo. † [2] Qui iurgatus contra Moysen, ait: Da nobis aquam vt bibamus. Quibus respondit Moyses: Quid iurgamini contra me? Cur tentatis dominum? [3] Sitiuit ergo ibi populus præ aquæ penuria: & murmurauit contra Moysen, dicens: † Cur fecisti nos exire de Ægypto, vt occideres nos & liberos nostros ac iumenta siti? [4] Clamauit autem Moyses ad dominum, dicẽs: Quid faciam populo huic? Adhuc paululum, & lapidabit me. [5] & ait dominus ad Moysen: Antecede populum, & sume tecum de senioribus Israel, † & virgã qua percussisti fluuium, tolle in manu tua, & vade. † [6] En ego stabo ibi coram te supra petrã [b] Horeb: percutiésque petram, & exibit ex ea aqua, vt bibat populus. Fecit Moyses ita coram senioribus Israel. [7] Et vocauit nomen loci illius, tentatio, propter iurgiũ filiorum Israel, & quia tentauerunt dominum, dicentes: Estne dominus in nobis, an non? † [8] Venit autem Amalech, & pugnabat contra filios Israel in Raphidim. [9] Dixítque Moyses ad Iosue: Elige viros, & egressus pugna contra Amalech: cras ego stabo in vertice collis, habẽs virgam dei in manu mea. [10] Fecit Iosue vt locutus erat Moyses, & pugnauit contra Amalech: Moyses autem & Aaron & Hur ascenderunt super verticem collis. † [11] Cúmq; leuaret [c] Moyses manus, vincebat Israel: sin autem paululũ remisisset, [d] superabat Amalech. [12] Manus autem Moysi erant graues. Sumentes igitur lapidem posuerunt subter eum, in quo sedit: Aaron autem & Hur sustentabant manus eius ex vtraque parte. Et factum est vt manus illius non lassarentur vsq; ad occasum solis. [13] Fugauítq; Iosue Amalech & populum eius in ore gladij. [14] Dixit autem dominus ad Moysen: Scribe hoc ob monumentum in libro, & trade auribus Iosue. Delebo enim memoriam Amalech sub cœlo. [15] [e] Ædificauítq; Moyses altare, & vocauit nomen eius, dominus exaltatio mea, dicẽs: [16] Quia manus solius domini, & bellum domini erit contra Amalech à generatione in generationem.

a. Raphidim, vnde decima est missio, alias autẽ omissis, repetiturus eas. Numeri 33. Sin autẽ, tentatio, Raphidim sanitas iudicij interpretatur. Qui bene igitur exit de tentatione, & quem tentatio probabilem reddit, ipse venit ad sanitatem iudicij. Aug. Ser. 93. de tempore.

b In Horeb. Et ita mõs Horeb erat iuxta Raphidim, à quo vndæ in Raphidi fluere possent.

c Moyses cum taceret, clamabat: cum otiosus staret, præliabatur: nec solũ præliabatur, sed etiã de hostibus, quos non conspexerat, triumphabat. Ambr. Offic. lib. 3. ca. 1. Itẽ, sic Moyse orante occulta pugna, sed manifesta victoria. Solusorat, vt malet saluẽtur. Chrysost. sermone de Moyse.

d Orat Moyses & vincit, cessat & vincitur. Etsi in Moyse corpus deficiebat, non voluntas aliquãdo cessabat.

e Israeliticus populus primum sacrificium in Ægypto obtulit, secundũ verò in eremo. Greg. super Ezechie. Homil. 20.

Iethro Moysi socer vxorem cum filiis illi reduxit, factúsque est illi à consiliis in constituendis iudiciorum magistratibus. XVIII.

Iosue 1. A

Num. 10. d

[1] QVmq; audisset Iethro sacerdos [a] Madian, cognatus Moysi, omnia quæ fecerat deus Moysi, & Israel populo suo, & quòd eduxisset dominus Israel de Ægypto, [2] tulit Sephoram vxorem Moysi, quam remiserat, [3] & duos filios eius, quorum vnus vocabatur Gersam, dicente patre: † Aduena fui in terra aliena. [4] alter verò Eliezer: deus enim, ait, patris mei adiutor meus, & eruit me de gladio Pharaonis. [5] Venit ergo Iethro cognatus Moysi, & filij eius, & vxor eius, ad Moysen in desertum, vbi erat castrametatus iuxta [b] montem dei, [6] & mandauit Moysi, dicens: Ego Iethro cognatus tuus venio ad te, & vxor tua, & duo filij tui cum ea. [7] Qui egressus in occursum cognati sui, adorauit & osculatus est eum. Salutauerúntque se mutuo verbis pacificis. Cúmq; intrasset [c] tabernaculum, [8] narrauit Moyses cognato suo cuncta quæ fecerat dominus Pharaoni & Ægyptiis propter Israel, vniuersumque laborem qui accidisset eis in itinere, & quòd liberauerat eos dominus. [9] Lætatúsq; est Iethro super omnibus bonis quæ fecerat dominus Israeli, eo quòd eruisset eum de manu Ægyptiorum. [10] Et ait: Benedictus dominus qui liberauit vos de manu Ægyptiorũ, & de manu Pharaonis, qui eruit populũ suum de manu Ægypti. [11] Nunc cognoui quia magnus dominus super omnes deos, † eo quòd superbè egerint contra illos. [12] Obtulit ergo Iethro cognatus Moysi holocausta & hostias domino, † venerúntq; Aaron, & omnes seniores filiorũ Israel, vt comederent panem cum eo coram

a Madian ciuitas regia gẽris Amalech, sita in valle ad finum Elaniticũ. Huius fuit Sacerdos Iethro socer Moysi, qui visitauit eum in deserto.

b Ad mõtẽ Sinai, legis datione domino dicatum.

c Quidam sunt qui intelligunt hoc de tabernaculo domini, & dicunt hoc esse dictũ per anticipationem: sed nõ oportet. Neque enim vnquã in tabernaculo domini immolauit, vel etiam illud intrauit, quia gentilis erat. Hugo de S. Victore.

Universidad de Deusto
Biblioteca

deo.[13] †Altera autem die sedit Moyses vt iudicaret populum, qui assistebat Moysi à mane vsq; ad vesperam.[14] Quod cùm vidisset cognatus eius, omnia scilicet quæ agebat in populo, ait: Quid est quod facis in plebe? Cur solus sedes, & omnis populus præstolatur de mane vsque ad vesperam?[15] Cui respódit Moyses: Venit ad me populus, quærens sententiam dei.[16] Cumq; acciderit eis aliqua discrepatio, veniunt ad me, vt iudicem inter eos, & ostendam præcepta dei, & leges eius. [17] At ille, Non bonam, inquit, rem facis.[18] Stulto[d] labore consumeris, & tu & populus iste qui tecum est. Vltra vires tuas est negotium. †Solus illud non poteris sustinere.[19] Sed audi verba mea atque consilia, & erit dominus tecum. Esto tu populo[c] in iis quæ ad deum pertinent, vt referas quæ dicuntur ad eum,[20] ostendásque populo ceremonias & ritum colendi, viámque per quam ingredi debeant, & opus quod facere debeant.[21] Prouide autē de omni plebe viros sapientes, & timentes deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis Tribunos, & Centuriones, & Quinquagenarios, & Decanos,[22][f] qui iudicēt populum omni tempore. Quicquid autem maius fuerit, referāt ad te, & ipsi minora tantummodo iudicent: leuiúsque sit tibi, partito in alios onere.[23] Si hoc feceris, implebis imperium dei, & præcepta eius poteris sustentare, & omnis hic populus reuertetur ad loca sua cum pace.[24] Quibus auditis, Moyses fecit omnia quę ille suggesserat.[25] Et electis viris strenuis de cuncto Israel, constituit eos principes populi,[g] Tribunos, & Centuriones, & Quinquagenarios, & Decanos,[26] qui iudicabant plebem domini omni tempore. Quicquid autem grauius erat, referebant ad eum, faciliora tantummodo iudicantes.[27] Dimisitque cognatum suum, qui reuersus abiit in terram suam.

d. Cur hoc de famulis suū, ea quo ipse cāta & talia loquebatur, ab alienigena pass⁹ est admoneri? In quo scriptura nos admonet, p quemlibet hominē deriuari consilium veritatis, nō debere cōtemni. Aug. quæst. 68. super Exod.

e. Boni iudicis cōditiones.

f. Audiit principes populi & presbyteri plebis, quia debent omni hora populū iudicare, semper & sine intermissione sedere in iudicio, dirimere lites, reconciliare dissidentes, in gratiā reuocare discordes. Discat vnusquisq; ex scripturis sanctis officium suum. Origenes ibid.

g. Chiliarchos siue millenarios.

Populus iuxta montem Sinai in peculiarem eligitur, sanctificaríque iubetur, domino in fulgure & tonitru Moysi in monte apparente. XIX.

[a] In 47. die ab exitu Israel de Aegypto, hoc est i principio tertij mēsis, venerūt in hanc mānsionem, quæ est duo decima, vbi medius pars Exodi, & totus Leuiticus liber, & numerorū præcepta & per singulas populi tribus distributio, & oblatio principum descripta sunt. Hieronym. ad Fabiolam.

[a] Ense † tertio egressionis Israel de terra Ægypti, [a] in die hac venerunt in solitudinem Sinai.[2] Nam profecti de Raphidim, & peruenientes vsq; in desertum Sinai, castrametati sunt in eodem loco, ibíq; Israel fixit tentoria è regione montis. †[3] Moyses autem ascendit in montem ad deum. Vocauitque eum dominus de monte, & ait: Hæc dices domui Iacob, & annunciabis filiis Israel:[4] Vos ipsi vidistis quę fecerim Ægyptiis, quomodo portauerim vos super alas aquilarū, & assumpserim mihi. †[5] Si ergo audieritis vocem meā, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cūctis populis. Mea est enim omnis terra: †[6] & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Hęc sunt verba quæ loquêris ad filios Israel.[7] Venit Moyses, & cōuocatis maioribus natu populi, [B] exposuit omnes sermones quos mandauerat dominus.[8] Respondítq; omnis populus simul: † Cuncta quæ locutus est dominus, faciemus. Cúmq; retulisset Moyses verba populi ad dominum,[9] ait ei dominus: †Iam nūc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentē ad te, & credat tibi in perpetuum. Nuntiauit ergo Moyses verba populi ad dominū.[10] Qui dixit ei: Vade ad populum, [b] & sanctifica illos hodie & cras, lauéntq; vestimenta sua,[11] & sint parati in diem tertium. In die enim tertio descēdet dominus coram omni plebe super montē Sinai.[12] Constituéſq; terminos populo per circuitum, & dices ad eos: Cauete ne ascēdatis in montē, † nec tangatis fines illius. †Omnis qui tetigerit montem, morte morietur.[13] Manus non tangent eum, sed [c] lapidibus opprimetur, aut confodietur iaculis. Siue iumentum fuerit, siue homo, nō viuet. Cū cœperit clangere buccina, tūc ascendent in montē.[14] Descendítq; Moyses de monte ad populū, & sanctificauit eū. Cúmq; lauissent vestimenta sua,[15] ait ad eos: Estote parati in diem tertiū, & ne appropinquetis vxoribus vestris.[16] Iámq; aduenerat [c] tertius dies, & mane inclaruerat, & ecce cœperūt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montē. Clangórq; buccinę vehemētius perstrepebat, & timuit populus qui erat in castris.[17] Cúmq; eduxisset eos Moyses in occursum dei de loco castrorū, steterunt ad radices montis. †[18] Totus autē mons Sinai fumigabat, eo quòd descendisset dominus deus super eū in igne, & ascenderet fumus ex eo quasi de

b. Non solum sanctificari, sed etiam vestimēta lauare Hebræi a deo iubentur, cū legem sunt accepturi: quia per corporales res ad spirituales eos adducit, & timorē incutit, & reuerētiores reddit. Theodo. ibid.

c. Tertius dies ingressus in Sinai, qui a 14. die primi mēsis agni immolati quinquagesimus erat, cū aduenissent in Sinai die 15. tertij mensis. Hieronym. ad Fabiolam.

de fornace. Erátq; omnis mons terribilis,[19] & sonitus buccinæ paulatim crescebat in [D] maius, & prolixius tendebatur. Moyses loquebatur, & deus respondebat ei.[20] Descēditq; dominus super montem Sinai in ipso montis vertice: & vocauit Moysen in cacumen eius. Quò cum ascendisset,[21] dixit ad eum: Descende, & contestare populum, ne fortè velit transcēdere terminos ad videndum dominum, & pereat ex eis plurima multitudo.[22][d] Sacerdotes quoq; qui accedunt ad dominū, sanctificētur, ne percutiat eos.[23] Dixítq; Moyses ad dominum: Non poterit vulgus ascendere in montem Sinai. Tu enim testificatus es, & iussisti, dicens: Pone terminos circa montem, & sanctifica illum.[24] Cui ait dominus: Vade, descende, ascendésq; tu & Aaron tecum. Sacerdotes autem & populus non transeant terminos, nec ascendant ad dominum, ne fortè interficiat illos.[25] Descendítque Moyses ad populum, & omnia narrauit eis.

d. Sacerdotibus iampridē mandatur voce cœlesti, & dei lege præscribitur quos & quales oporteat destinare altari, & sacrificia diuina celebrare. Cyprian. Epist. 4.

Moyses decalogum à domino auditum tersito populo narrat, ac terreum altare iubet fieri, ad quod non sit per gradus ascendendum. XX.

[A] Locutúsq; est dominus cunctos sermones hos: †[2] Ego sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo seruitutis.[3] Nō habebis deos alienos coram me. †[4] Non facies[a] tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in cœlo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorū quæ sunt in aquis sub terra.[5] Non adorabis ea, neq; coles. Ego sum dominus deus tuus, fortis zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum[b] qui oderunt me:[6] & faciens misericordiam in milia iis qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea. †[7] Non assumes nomen domini dei tui in vanū. † Non enim habebit insontem dominus eum, qui assumpserit nomen domini dei sui frustra.[8] Memento vt diem sabbati sanctifices.[9] Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua.[10] Septimo autem die sabbatum domini dei tui est. Non facies omne opus in eo tu, & filius tuus, & filia tua, seruus tuus, & ancilla tua, iumentum tuum, & aduena qui est intra portas tuas.[11] Sex enim diebus fecit deus cœlum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, & requieuit in die septimo, † Idcirco benedixit dominus diei sabbati, & sanctificauit eum.[12] †[c] Honora patrem tuum & matrem tuam, vt sis longæuus [C] super terram quam dominus deus tuus dabit tibi.[13] †[d] Non occides.[14] Non mœchaberis.[15] †Non furtum facies.[16] Non loquêris cōtra proximum tuum falsum testimonium.[17] †Non concupisces domum proximi tui. Nec desiderabis vxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quę illius sunt.[18] †Cúctus autem populus videbat voces, & lampades, & sonitum buccinæ, montémq; fumantem, & perterriti ac pauore concussi steterunt procul.[19] dicentes Moysi: Loquere tu nobis, & audiemus. Non loquatur nobis dñs, ne fortè moriamur.[20] & ait Moyses [D] ad populum: Nolite timere. Vt enim probaret vos, venit deus: & vt error illius esset in vobis, & non peccaretis.[21] Stetítque populus de longe: Moyses autem accessit ad caliginem in qua erat deus.[22] Dixit præterea dominus ad Moysen: Hæc dices filiis Israel: Vos vidistis quòd de cœlo locutus sim vobis.[23] Non facietis deos argēteos, nec deos aureos facietis vobis.[e][24] Altare de terra facietis mihi, & offeretis super eo holocausta & pacifica vestra, oues vestras & boues. In omni loco in quo memoria fuerit nominis mei, veniam ad te, & benedicam tibi.[25] †Quòd si altare lapideū feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus. Si enim leuaueris cultrum tuum super eum, polluetur.[26] Non ascendes per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudo tua.

a. Non enim dicitur: Non facies idolum, vel sculptile, aut similitudinē, in quo inhiberes artem pingendi, dolandi, sculpendi, & fundēdi imagines, sed dicitur, non facies tibi, hoc est, vt tuum deum vel tuū idolū. De his ampli⁹ Damascen. lib. 4. cap. 17. de orthodoxa fide.

b. Recte addidit, qui oderūt me: quia pater ō fuerit contemptor dominorū præceptorum, & filius talis fuerit æque deo nō obediēs, & neporē sequūtur fuerit vitæ aut, & patris sui, pronepos fuerit arrenderit, repēdetur eis vsque in tertiā & quartam generationem. Chryl. super 33. cap. Matth.

c. Nō in verborū sono, sed in victus necessarijs ministrandis. Hieron. ad Gerūtiam viduam de monogamia.

d. Dubium est apud nōnullos an sint 4. præcepta primæ tabulæ, & 6. tantū secūdæ, an tantum 3. primæ, & 7. secundæ. cui respondens Aug. Mihi quidem, inquit, cōgruentius videtur accipi tria illa, & illa septē. Trinitatē vidētur illa tria, quæ ad deū pertinent insinuare diligentius incuendibus. Augustī. Ibid. quæst. 71.

e. In sequentibus tamē facū est æneum. Sed & illud cantum terra implebatur quando sacrificia fiebāt. Et hæc est sententia Iudæorū de altari. Hugo de S. Victore.

Præcepta iudicialia quo ad emptitios seruos & ancillas, furta, homicidia, parricidia, parentum maledicta, rixas, & talionis pœnas, atque cornupetam bouem. XXI.

[A] Hæc sunt iudicia quæ proponeſ eis: †[2] Si emeris seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi, in septimo egredietur liber gratis.[3] [a] Cum quali veste intrauerit, cum tali exeat. Si habens vxorem, & vxor egredietur simul.[4] Sin autem dominus dederit illi vxorem, & pepererit filios & filias, mulier & liberi eius erunt domini sui, ipse verò exibit cum vestitu suo.[5] Quòd si dixerit seruus, diligo dominum meum, & vxorem ac liberos, non egrediar liber:[6] offe-

a. Si cum corpore suo venerit, cū corpore suo exibit. hoc est, si solus sine vxore venerit, sine vxore exeat. Chald.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret eum dominus[b] diis,& applicabitur ad ostium & postes,perforabítque aurem eius subula,& erit ei seruus in seculum.[7] Si quis vendiderit filiam suam in famulam, non B
egredietur sicut ancillæ exire consueuerunt.[8] Si displicuerit oculis domini sui, cui tradita fuerat,dimittet eam: populo autem alieno vendendi nō habebit potestatem, si spreuerit eam.[9] Si autem filio suo despōderit eam,iuxta morem filiarum faciet illi.[10] Quod si alterā ei acceperit,prouidebit puellæ nuptias,& vestimēta, & pretium pudicitiæ non negabit.[11] Si tria ista nō fecerit,egredietur gratis absque pecunia. †[12] Qui †Leui.24.c De homic. c.1.
percusserit hominem volens occidere,morte moriatur.[13] Qui autem non est insidiatus, C
†sed deus illum tradidit in manus eius,cōstituā tibi locū in quem fugere debeat. †xi.q.1.cap. Illa. De fur. c.1 †De homic. c.1
†[14] Si quis per industriam occiderit proximū suum,&per insidias,ab altari meo euelles eum,vt moriatur.[15] Qui percusserit patrē suū aut matrē,morte moriatur. †[16] [c] Qui †Matt.15.a Matth.15.b Marc.7.b Leuit.20.b Prou.20.c
maledixerit patri suo vel matri,morte moriatur. †[17] Qui furatus fuerit hominē,& vēdiderit eum,conuictus noxæ,morte moriatur. †[18] Si rixati fuerint viri,& percusserit †De fur.c.1 †De iniu. c.1.
alter proximum suum lapide vel pugno,& ille mortuus non fuerit,sed iacuerit in lectulo:[19] si surrexerit,& ambulauerit foris super baculū suū,innocens erit qui percussit:ita tamen,vt operas eius,& impensas in medicos,restituat.[20] Qui percusserit ser- D
uum suum vel ancillam virga,& mortui fuerint in manibus eius, criminis reus erit. †[21] Sin autē vno die vel duobus superuixerit,nō subiacebit pœnæ,quia pecunia illius †Deu.21.d Matth.5.f 22.9.2. Sed differēter 17.q.c.CCS saluatti.
est. †[22] Si rixati fuerint viri,& percusserit quis mulierem prægnantem, & abortiuum quidem fecerit,sed ipsa vixerit: subiacebit damno quātum maritus mulieris expetierit,& arbitri iudicauerint.[23] Sin autem mors eius fuerit subsecuta,reddet animam pro
d Ex hoc loco Manichæi uersus à nouo testamentum differre dicunt: quòd illic permittatur vindicta, hīc prohibeatur. Verū ex hoc intelligitur & mentira vindictā rectē carnalibus cō strutam: & omnino ōdi iniuriæ remissionē non tantūm in nouo testamento esse præceptā, sed longe antea in veteri esse prænunciatam. Augu. contra Adimantū Manichæum, cap.8.
anima,†[24] [d] oculum pro oculo,dentem pro dente,manum pro manu, pedem pro pe- E †Matt.5.f Leui.24.d Deu.19.d 14.9.1.cap. Quod dicitur.33.q.2.c. Sex differentiæ &c. Hæc sunt.
de,[25] adustionē pro adustione,vulnus pro vulnere,liuorē pro liuore.[26] Si percusserit quispiam oculū serui sui aut ancillæ,& luscos eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo quē eruit.[27] Dentem quoq; si excusserit seruo vel ancillæ suæ,similiter dimittet eos liberos.[28] Si bos cornu percusserit virum aut mulierem,& mortui fuerint,lapidibus obruetur,& non comedentur carnes eius:dominus quoque bouis innocens erit.
†[29] Quòd si bos cornupeta fuerit ab heri & nudiustertius,& contestati sunt dominū F †De iniu. c.1.
eius,nec recluserit dominus eum,occideritq; virum aut mulierem , & bos lapidibus obruetur,& dominum eius occident.[30] Quòd si pretium fuerit ei impositum, dabit pro anima sua quicquid fuerit postulatus.[31] Filium quoq; & filiam si cornu percusserit,simili sententiæ subiacebit. †[32] Si seruum ancillámque inuaserit,triginta siclos argenti domino dabit,bos verò lapidibus opprimetur. †[33] Si quis aperuerit cisternam & G †De iniu. c. 6. §.
foderit,& non operuerit eam,cecideritque bos aut asinus in eam,[34] reddet dominus cisternæ pretium iumentorum:quod autem mortuum est,ipsius erit.[35] Si bos alienus bouem alterius vulnerauerit,& ille mortuus fuerit, vendent bouem viuum , & diuident pretium,cadauer autem mortui inter se dispartiēt.[36] Si autem sciebat quòd bos cornupeta esset [e] ab heri & nudiustertius,& nō custodiuit eum dominus suus , reddet bouem pro boue,& cadauer integrum accipiet.

b Ad iudicē. Nempe elohim,vel deos, iudices, vel summos viros, seu etiam sacerdotes designat, iudices inquā , quibus commissum est iudicium, quòd dei summi proprium est.

c Lex hæc in veteri testamento proposita est, cum nondum optimæ vitæ diligētia exigebatur, quid igitur nos dicemus nunc, qui sumus sub gratia,quādo nō tantū parti , sed & ipsi omnū deo maledicitur? Chrysost. de proud. Serm.2.

e Hoc est, ante hesternam vel nudiustertianam diem quod pro tempore præterito positum, quantumcunq; illud fuisset, more scripturarum. Augu. super Exod. Locutio.98.

Furti damnique illati pœna:depositi,commodati,atque stupri lex:idololatriæ supplicium: aduenæ,viduæ,& pupillo nocentium pœnæ:mutui,usuræ,& pignoris lex,ac obedientiæ,& decimarum. XXII.

[a] Si quis furatus fuerit bouem aut ouem , & occiderit vel vēdiderit, quin- A †2.Reg.12.b †Deu.19.c Si periuria.
que boues pro vno boue restituet,† & quatuor oues pro vna oue. †[2] Si effringens fur domū siue suffodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit,percussor nō erit reus sanguinis.[3] Quòd si orto sole hoc fecerit,homicidium perpetrauit,& ipse morietur . Si nō habuerit quod pro furto reddat,ipse venundabitur.[4] Si inuentum fuerit apud eum quod furatus est, viuens,siue bos,siue asinus,siue ouis:duplum restituet. †[5] Si lęserit quispiam agrū vel vineam, & dimiserit iumētum suum vt depascatur aliena,quicquid optimum habuerit in agro suo,vel in vinea,pro damni æstimatione restituet. †[6] Si egressus ignis inuenerit

a Iuxta hoc decretum rex Dauid ad sermonē Nathā prophetæ respondit. Viuit dominus , quoniam filius mortis est vir qui fecit hoc, ouē reddet in quadruplū, & ipse gladio punietur. Chrysost. in 50. Psal.

nerit spicas, & comprehenderit aceruos frugum siue stantes segetes in agris , reddet B
damnum qui ignem succenderit.[7] Si quis commendauerit amico pecuniam , aut vas in custodiam,& ab eo qui susceperat,furto ablata fuerint:si inuenitur fur,duplū reddet.[8] Si latet fur,dominus domus applicabitur ad deos,& iurabit quòd non extenderit manum in rem proximi sui,[9] ad perpetrandam fraudem,tam in boue,quàm in asino,& oue,ac vestimēto,& quicquid damnum inferre potest. Ad deos vtriusq; causa perueniet:& si illi iudicauerint,duplum restituet proximo suo.[10] Si quis commēdauerit proximo suo bouem,asinum,ouem,& omne iumētum ad custodiam, & mortuum fuerit ac debilitatum,vel captum ab hostibus,nullúsq; hoc viderit,[11] iusiurandum erit in medio quòd non extenderit manum ad rem proximi sui : suscipiétq; dominus iuramentum,& ille reddere non cogetur.[12] †Quòd si furto ablatum fuerit,re- C
stituet damnum domino.[13] Si comestum à bestia , deferat ad eum quod occisum est, & nō restituet.[14] Qui à proximo suo quicquam horum mutuo postulauerit, & debilitatum aut mortuum fuerit domino non præsente,reddere compelletur.[15] Quòd si impræsentiarum dominus fuerit , non restituet : maximè si conductum venerat pro mercede operis sui.[16] †Si seduxerit quis virginem necdum desponsatam,dormieritq; cum ea,dotabit eam,& habebit eam vxorem.[17] Si pater virginis dare noluerit,reddet pecuniam iuxta modum dotis quam virgines accipere consueuerunt. [18] †Maleficos D
non patieris viuere.[19] Qui coierit cum iumento, morte moriatur. [20] † Qui immolat diis,occidetur,præterquàm dño soli. [21] Aduenam non contristabis,neque affliges eū. Aduenæ enim & ipsi fuistis in terra Ægypti.[22] †Viduæ & pupillo non nocebitis.[23] Si læseritis eos,vociferabuntur ad me,& ego audiam clamorem eorum,[24] & indignabitur furor meus,percutiámque vos gladio,& erunt vxores vestræ viduæ,& filij vestri pupilli.[25] Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi,qui habitat tecum , nō vrgebis eum quasi exactor,nec vsuris opprimes.[26] Si pignus à proximo tuo acceperis vestimentum,ante solis occasum reddes ei.[27] Ipsum enim est solum quo operitur indumentum carnis eius,nec habet aliud in quo dormiat.Si clamauerit ad me, exaudiam eum,quia misericors sum.[28] [b] Dijs non detrahes,† & principi populi tui nō maledices.[29] Decimas & primitias tuas non tardabis reddere. Primogenitum filiorum tuorum dabis mihi.[30] De bobus quoque & ouibus similiter facies. Septem diebus sit cum matre sua,die octaua reddes illum mihi.[31] Viri sancti eritis mihi.† Carnem quæ à bestiis fuerit prægustata,non comedetis,sed proiicietis canibus.

b. Illi autem qui dicuntur dij,etiā si qui sunt qui merito dicētur,prohibiti sunt maledici,non iussi sunt sacrificijs vel vllis latriæ obsequijs honorari. Augu. super Exod. ca.84.

Ceremonialia quo ad iudicij fauorem,inimici auxilium,munerum acceptionem, anni septimi & diei septimi quietem,ac tria præcipua festa,promißáque seruantium. XXIII.

[N]On suscipies vocem mendacij,† nec iunges manum tuam vt pro impio A
dicas falsum testimonium.[2] Non sequēris turbam ad faciendum malum,nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ,vt à vero deuies.
†[3] Pauperis quoque non misereberis in iudicio. †[4] Si occurreris boui inimici tui aut asino erranti,reduc ad eum.[5] Si videris asinum odientis B
te iacere sub onere,non pertransibis,sed subleuabis cum eo.[6] Non declinabis in iudicium pauperis.[7] Mendacium fugies.† Insontem & iustum non occides : quia auersor impium.[8] Nec accipies munera,quæ etiam excæcant prudentes , & subuertunt verba iustorum.[9] Peregrino molestus non eris.Scitis enim aduenarum animas:† quia & ipsi peregrini fuistis in terra Ægypti.[10] Sex annis seminabis terram tuam , & con- Præcepta cere-
gregabis fruges eius:[11] anno autem septimo dimittes eam , & requiescere facies , vt monialia deinceps.
comedant pauperes populi tui : & quicquid reliquum fuerit, edant bestiæ agri. Ita facies in vinea , & in olueto tuo.[12] Sex diebus operaberis,septima die cessabis , vt requiescat bos & asinus tuus , & refrigeretur filius ancillæ tuæ, & aduena.[13] Om- c
nia quæ dixi vobis , custodite : & per nomen externorum deorum non iurabitis, neque audietur ex ore vestro.[14] Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis.[15] Solennitatem quoque azymorum custodies . Septem diebus comedetis azyma , sicut præcepi tibi tempore mensis nouorum , quando

Universidad de Deusto
Biblioteca

egressus es de Ægypto.[a] †Non apparebis in conspectu meo vacuus. [16] Et solennitatē messis primitiuorum operis tui, quæcunque seminaueris in agro, solennitatem quoque in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro. [17] † Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram domino deo tuo. [18] Nō immolabis super fermento sanguinem victimæ tuæ, nec remanebit adeps solennitatis meæ vsq; mane. [19] †Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum domini dei tui.[b] Non coques hædum in lacte matris suæ. [20] Ecce ego mittam angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum quem præparaui. [21] Obserua eum, & audi vocē eius, nec contemnendum putes: quia non dimittet cum peccaueris, & est nomen meū in illo. [22] Quòd si audieris vocem eius, & feceris omnia quę loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te. [23] †Præcedétq; te[c] angelus meus, & introducet te ad Amorræum, & Hethæum, & Pherezæum, Chananæumque, & Heuæum, & Iebusæum, quos ego conteram. [24] Non adorabis deos eorum, nec coles eos. Non facies opera eorum, sed destrues eos, & confringes statuas eorum. [25] †[d] Seruietísque domino deo vestro, vt benedicam panibus tuis, & aquis, & auferam infirmitatem de medio tui. [26] Non erit infœcúda nec sterilis in terra tua. Numerum dierum tuorum implebo. [27] Terrorem meum mittam in præcursum tuum, & occidam omnem populum ad quem ingredieris. Cunctorúmque inimicorum tuorum coram te terga vertam, [28] emittens crabrones prius qui fugabunt Heuæum, & Chananæum, & Hethæum, antequam introeas. [29] Non eiiciam eos à facie tua anno vno, ne terra in solitudinē redigatur, & crescant contra te bestiæ. [30] Paulatim expellam eos de conspectu tuo, donec augearis, & possideas terram. [31] Ponam autem terminos tuos à mari rubro vsq; ad mare Palæstinorum: & à deserto vsque ad fluuium. Tradam in manibus vestris habitatores terræ: & eiiciam eos de conspectu vestro. [32] † Non inibis cum eis fœdus, nec cum diis eorum. [33] Non habitent in terra tua, ne fortè peccare te faciant in me, si[f] seruieris diis eorum: quod tibi certè erit in scandalum.

Oblatis domino sacrificiis, fœderísque sanguine in populum respersō, Moyses multa ad montis vsque radicem comitante caterua, solus ascendit in montem, vbi cum domino quadraginta diebus permansit. XXIIII.

[1] MOysi quoq; dixit: Ascēde ad dominum[a] tu, & Aaron, Nadab, & Abiu, & septuaginta senes ex Israel: & adorabitis procul: [2] †solúsq; Moyses ascendet ad dominum, & illi non appropinquabunt, nec populus ascendet cū eo. [3] Venit ergo Moyses, & narrauit plebi omnia verba domini atq; iudicia. Respondítq; omnis populus vna voce: Omnia verba domini quæ locutus est, faciemus. [4] Scripsit autem Moyses vniuersos sermones domini: & mane cōsurgens[b] ædificauit altare domino ad radices mōtis, & duodecim titulos per duodecim tribus Israel. [5] Misítq; iuuenes de filiis Israel, & obtulerunt holocausta: immolauerúntq; victimas pacificas domino, vitulos[c] duodecim. [6] †Tulit itaq; Moyses dimidiam partem sanguinis, & misit in crateras, partem autem residuam fudit super altare. [7] Assumēnsq;[d] volumen fœderis, legit audiente populo. Qui dixerūt: Omnia quæ locutus est dominus, faciemus, & erimus obedientes. [8] Ille verò sumptum sanguinem respersit in populū: & ait: Hic est sanguis fœderis quod pepigit dominus vobiscum super cunctis sermonibus his. [9] †Ascenderúntq; Moyses & Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta de senioribus Israel, [10] & viderunt deum Israel. Sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cœlum cum serenum est. [11] Nec super eos qui procul recesserāt de filiis Israel, misit manum suam. [e] Viderúntq; deum, & comederūt, ac biberunt. [12] Dixit autem dominus ad Moysen: Ascende ad me in montē, & esto ibi, dabóq; tibi duas tabulas lapideas, & legem, ac mandata quæ scripsi, vt doceas filios Israel. [13] Surrexerunt Moyses, & Iosue minister eius: ascendénsq; Moyses in montē dei, [14] senioribus ait: Expectate hic, donec reuertamur ad vos. Habetis Aaron & Hur vobiscum, si quid natum fuerit quæstionis, referetis ad eos. [15] Cúmq; ascēdisset Moyses, operuit nubes montem, [16] & habitauit gloria domini super Sinai, tegens illum nube sex

a. Ve nō solūm persoluerū, sed & verū in his vultus sui cōtemptū[b] dei oblatio fiat.

b. Per quem significat, Christum dominum nostrū, qui vere est agnus dei est, nō nisi maturo tempore pati uoluit. Chrysost. 10.

c Hæc sententia secūdum historiam, Iosue ducem populi Israelitici indenotat, qui ideo angel[a] denominatur, quia ad legationem dominū peragendam destinatus erat. Rabanus ibid.

d Seruorum dei promissa. e Quamuis promissiones istæ possint & spiritaliter intelligi, tamen cum secundum temporalem hominū felicitatem intelligantur, ad vetus testamentum pertinent, vbi quanquā præcepta (exceptis his quæ in sacramento aliquid significant) eadem ad mores bonos pertinentia reperiantur, promissiones tamē carnales sunt atque terrenæ. Aug. quæst. 92. super Exod.

f Græcus προσκύνησις habet, nō λατρείαν. Vnde intelligitur quia & προσκύνησις debetur deo tanquam domino, λατρεία verò nō nisi deo tanquam deo. August. quæst. 94. super Exod.

a Significatur autē in quaternario numero, in Moyse & Aaron & Nadab & Abiu, propter quatuor euangelistas, & totius orbis qui in quatuor partes diuiditur, promissionē, & septuaginta de senioribus Israel, numero scilicet septenario duplicato. Augu. in Exod. quæst. 102.

b Hoc est secundū altare, quod Moyses in deserto construxit.

c Quod neq; Hebraei neq; 70. posuerūt. Nā & plures quam 12. esse potuerant, sicut & Salomō immolauit.

d Continens promissa dei populo, & promissa populi deo, scilicet Genesim, secundum Hebræos.

e Quòd autē deus se ostendit specie corporali, vel signis corporaliter expressis, non substantia eius apparet, qua est ipse quod est, sed assumptis formatis visibilium eius omnipotentia subiacet. Augu. quæst. 101. super Exodum.

†De consecr. dist. 1. c. Omnis Christianus. Infra 34. 4 †Deut. 16. d Eccle. 5. a

†Deut. 16. d Infra 34. c

†Infra 23. a Iosue 24. 6 Deut. 7. c Psal. 80. c

†Deute. 7. c

†Deut. 7. d Infra 34. b

†Sup. 20. b

†Hebr. 8. b

†Hebr. 9. c

sex diebus. Septimo autem die vocauit eum dominus de medio caliginis. [17] Erat autē species gloriæ domini, quasi ignis ardens super verticem montis, in conspectu filiorum Israel. †[18] [f] Ingressúsque Moyses medium nebulæ, ascendit in mōtem, & fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus.

Iubetur primitiarum oblatio ad dei tabernaculum formandum, arcam, mensam, ac candelabrum, atque cuncta illis pertinentia. XXV.

[1] LOcutúsq; est dominus ad Moysen, dicens: [2] Loquere filiis Israel, vt tollant mihi primitias. Ab omni homine qui offert vltroneus, accipietis eas. †[3] Hæc sunt autem quæ accipere debetis. [a] Aurum, & argentum, & æs, [4] hyacinthum, & purpuram, coccúmq; bis tinctum, & byssum, & pilos caprarum, [5] & pelles arietum rubricatas: pelléq; hyacinthinas, & ligna sethim, [6] oleum ad luminaria concinnanda, aromata in vnguentum, & thymiamata boni odoris, [7] lapides onychinos, & gemmas ad ornandum Ephod, & rationale. †[8] Faciéntque mihi sanctuarium, & habitabo in medio eorum, [9] iuxta omnem similitudinem tabernaculi quod ostendam tibi, & omnium vasorum in cultum eius. Sícq; facietis illud. [10] Arcam de lignis sethim compingite, cuius longitudo habeat duos & semis cubitos, latitudo cubitum & dimidium, altitudo cubitum similiter ac semissem: [11] & deaurabis eam auro mundissimo intus & foris. Faciésque suprà coronam auream per circuitū, [12] & quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcæ angulos. † Duo circuli sint in latere vno, & duo in altero. [13] Facies quoque vectes de lignis sethim, & operies eos auro. [14] Inducésq; per circulos qui sunt in arcæ lateribus, vt portetur in eis. [15] Qui semper erunt in circulis, nec vnquam extrahētur ab eis. [16] Ponésque in arca[b] testificationem quam dabo tibi. [17] Facies & propitiatorium de auro mūdissimo. Duos cubitos & dimidium tenebit longitudo eius, & cubitū ac semissem latitudo. [18] Duos quoque Cherubim aureos & productiles facies ex vtraq; parte oraculi. [19] Cherub vnus sit in latere vno, & alter in altero. [20] Vtrunque latus propitiatorij tegant expandentes alas, & operientes oraculum: respiciántq; se mutuo versis vultibus in propitiatoriū, [c] quo operienda est arca: [21] in qua pones testimonium quod dabo tibi. [22] Inde præcipiā & loquar ad te supra propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim qui erunt super arcam testimonij, cuncta quæ mandabo per te filiis Israel.

f. Moyses ingressus tiedii nebulæ, vt diuina & occulta sapientiæ facilius penetraret, fuísque ibi cum domino quadraginta diebus ac noctibus, vt hoc numero temporis disceret, quòd illi solùmodo decalogū legis, quem cum populo suo acceperat, possent implere, quos euangelicæ gratia veritatis, quæ quatuor libris erat describēda, inuenient. Beda ibid.

a. Hi quatuor colores quibus tabernaculum conficitur, quatuor elementa quibus mundus constituitur, designabant, vt mundo tabernaculum assimilaretur.

b. Tabulas decem præceptorum fœdus inter deum & hominem testificantes.

ARCA TESTIMONII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[23] Facies & mensam de lignis sethim habentem duos cubitos longitudinis,& in latitudine cubitum,& in altitudine cubitum ac semissem: [24] & inaurabis eam auro purissimo. Faciésq; illi labium aureum per circuitum, [25] & ipsi labio coronam interrasilem altam quatuor digitis,& super illam alteram coronā aureolam. [26] Quatuor quoque circulos aureos præparabis, & pones eos in quatuor angulis eiusdem mensæ per singulos pedes. [27] Subter coronam erunt circuli aurei,vt mittantur vectes per eos, & possit mensa portari. [28] Ipsos quoq; vectes facies de lignis sethim, & circundabis auro,ad subuehendam mēsam. [29] Parabis & acetabula,ac phialas,thuribula, & cyathos, in quibus offerenda sunt libamina,ex auro purissimo: [30] & pones super mensam[c] panes propositionis in conspectu meo semper.

c. Duodecim panes quolibet sabbato renouabat.

MENSA PANVM PROPOSITIONIS.



[31] Facies & candelabrum ductile de auro mundissimo, hastile eius, & calamos, scyphos,& sphęrulas,ac lilia ex ipso procedentia. [32] Sex calami egredientur de lateribus, tres ex vno latere,& tres ex altero. [33] Tres scyphi quasi in nucis modum per calamos singulos,sphærulæq; simul & lilia,& tres similiter scyphi instar nucis in calamo altero,sphęrulæque simul & lilia. Hoc erit opus sex calamorum,qui producendi sunt de hastili. [34] In ipso autem candelabro erunt quatuor scyphi in nucis modum,sphærulęque per singulos,& lilia. [35] Sphærulæ sub duobus calamis per tria loca: qui simul sex fiunt procedentes de hastili vno. [36] Et sphærulæ igitur,& calami ex ipso erunt vniuersa ductilia ex auro purissimo. [37] Facies & lucernas septem,& pones eas super candelabrum,vt luceant ex aduerso. [38] Emunctoria quoque,& vbi ea quæ emuncta sunt extinguantur,fient de auro purissimo. [39] Omne pondus candelabri cum vniuersis vasis suis,habebit talentum auri purissimi. †[40] Inspice,& fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est.

†Hebr. 8.5 Actor. 7.44

CANDE-

CANDELABRVM AVREVM.



A Hastile, siue truncus candelabri.
B Calami sex.
C Scyphi, siue calices viginticuo.
D Sphærulæ vndecim.
E Lilia, siue flores nouē.
F Lucernæ septem.

Tabernaculi Mosaici,veli arcæ,propitiatorij,mensæ, candelabri,& tentorij forma & constructio. XXVI.

A Tabernaculum[a] verò ita facies: Decē cortinas de byssо retorta, & hyacintho ac purpura,coccóque bis tincto variatas opere plumario facies. [2] Lōgitudo cortinę vni[9] habebit vigintiocto cubitos,latitudo quatuor cubitorum erit. Vnius mensuræ fient vniuersa tentoria. [3] Quinque cortinæ sibi iungētur mutuo, & aliæ quinq; nexu simili cohærebūt. [4] Ansulas hyacinthinas in lateribus ac summitatibus facies cortinarum, vt possint inuicē copulari. [5] Quinquagenas ansulas cortina habebit in vtraque parte ita insertas, vt

[a] Tabernaculum quod fecit domino Moyses in solitudine, sicut & templum quod fecit Salomon in Ierusalem, signum vniuersalis ecclesiæ designansque partim iam cū domino regnat in cœlis, partim in præsenti adhuc peregrinatur à domino. Beda lib. 2. cap. 1. de tabernaculo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ansa contra ansam veniat, & altera alteri possit aptari. [6] Facies & quinquaginta circu- B
los aureos, quibus cortinarum vela iungenda sunt, vt vnum tabernaculū fiat. [7] Facies
& saga cilicina vndecim ad operiendum tectum tabernaculi. [8] Longitudo sagi vnius
habebit triginta cubitos, & latitudo quatuor. Æqua erit mensura sagorum omnium.
[9] E quibus quinq; iunges seorsum, & sex sibi mutuo copulabis, ita vt sextū sagum in
fronte tecti duplices. [10] Facies & quinquaginta ansas in ora sagi vnius, vt cōiungi cū
altero queat, & quinquaginta ansas in ora sagi alterius, vt cum altero copuletur. [11] Fa-
cies & quinquaginta fibulas æneas, quibus iungantur ansæ: vt vnum ex omnibus ope-
rimentum fiat. [12] Quod autem superfuerit in sagis quæ parantur tecto, id est, vnum C
sagum quod amplius est, ex medietate eius operies tabernaculi posteriora: [13] & cubi-
tus ex vna parte pēdebit, & alter ex altera, qui plus est in sagorum longitudine, vtrūq;
latus tabernaculi protegens. [14] Facies & operimētum aliud tecto de pellibus arietum
rubricatis, & super hoc rursum aliud operimentum de hyacinthinis pellibus. [15] Facies
& tabulas stantes tabernaculi de lignis sethim, [16] quæ singulę denos cubitos in longi-
tudine habeant, & in latitudine singulos ac semissem. [17] In lateribus tabulæ, duæ inca-
straturæ fient, quibus tabula alteri tabulæ connectatur. Atq; in hunc modum cunctæ
tabulæ parabuntur. [18] Quarum viginti erunt in latere meridiano, quod vergit ad au- D
strum: [19] quibus quadraginta bases argēteas fundes, vt binæ bases singulis tabulis per
duos angulos subiiciātur. [20] In latere quoq; secūdo tabernaculi, quod vergit ad aqui-
lonē, viginti tabulę erunt, [21] quadraginta habentes bases argēteas. Binæ bases singulis
tabulis supponentur. [22] Ad occidentalē verò plagā tabernaculi facies sex tabulas, [23] &
rursum alias duas, quę in angulis erigantur post tergum tabernaculi. [24] Erúntque sibi
coniunctæ à deorsum vsque ad sursum, & vna omnes compago retinebit. Duabus E
quoq; tabulis quæ in angulis ponendæ sunt, similis iunctura seruabitur. [b 25] Et erunt
simul tabulæ octo, bases earum argenteæ sedecim, duabus basibus per vnam tabulam
supputatis. † [26] Facies & vectes de lignis sethim, quinque ad continendas tabulas in
vno latere tabernaculi, [27] & quinq; alios in altero, & eiusdem numeri ad occidentalē
plagam: [28] qui mittentur per medias tabulas à summo vsq; ad summū. [29] Ipsas quoq;
tabulas deaurabis, & fundes in eis annulos aureos, per quos vectes tabulata cōtineāt:
quos operies laminis aureis. [30] Et eriges tabernaculum iuxta exemplar quod tibi † in F
monte monstratum est. [31] Facies & velum de hyacintho, & purpura, coccóq; bis tin-
cto, & byssо retorta, opere plumario, & pulchra varietate contextum: [32] quod appen-
des ante quatuor columnas de lignis sethim, quæ ipsæ quidem deauratę erunt, & ha-
bebunt capita aurea, sed bases argenteas. [33] Inseretur autem velum per circulos, intra
quod pones arcam testimonij, quo & sanctuarium, & sanctuarij sanctuaria diuiden-
tur. [34] Pones & propitiatorium super arcam testimonij, in sancta sanctorum: [35] men- G
samque extra velum, & contra mensam candelabrum in latere tabernaculi meridia-
no. Mensa enim stabit in parte aquilonis. [36] Facies & tentorium in introitu taberna-
culi, de hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & byssо retorta, opere plumario,
[37] & quinque columnas deaurabis lignorum sethim: ante quas ducetur tentorium,
quarum erunt capita aurea, & bases æneæ.

b Quanta fuerit longitudo tabernaculi, specialiter nō exprimitur, sed ex co mu-nitur, quòd parietes eius ex tabulis viginti compacti essent, & hæ singulæ singulos cubitos ac semissem latitudinis habuisse perhibentur. viginti namque cubiti, & vicies semis cubiti erigunta cubitorum summā complebunt: quā fuisse tabernaculi longitudinē etiā Iosephus scribit. Beda. lib. 2. ca. 1. de tabernaculo.

† 26. Alii ex. Qui exclu- stallicis. & Ecce quod. Infra 38.

† Sup. 24.

CORTINÆ

CORTINÆ CHERVBINIS SPARSÆ.



A Altera portio decem cortinarū alatis imaginibus ornatarum, quæ primum tabernaculi operimentum constituebant. Illis enim saga cilicina, pelles arietum rubricatæ, & pelles taxorū quas interpres vocat hyacinthinas, superstruebantur.
B C Longitudo, viginti octo cubitorum.
B D Latitudo singularum, quatuor cubitorum.
E Ansulæ, siue laqueoli hyacinthini, quinquaginta.
F Circuli, siue vncini aurei, quinquaginta.

SAGA CILICINA.

A Vndecim sagorum cilicinorum quibus tabernaculum tegebatur, altera portio.
B C Longitudo, triginta cubitorum.
B D Latitudo, quatuor cubitorum.
E Ansulæ, siue laqueoli, quinquaginta.
F Fibulæ æneæ, siue vncini ænei, quinquaginta.
G Sextum sagum, quod introrsum replicatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TABERNACVLVM.



A Tabulæ viginti in latere Aquilonari, longitudinis decem cubitorum, & latitudinis cubiti & dimidij.
B Tabulæ viginti in latere meridiano.
C Incastraturæ duæ vel potius cardines duo (deux tenõs) sub vnaquaque tabula. Idem videres in octodecim reliquis, nisi cardines immissi essent in foramina basium suarum in terram defixarum.
D Bases duæ sub vnaquaque tabula.
E Tabulæ sex ad occidentem.
F Tabulæ duæ angulares, quæ viginti tabulis meridionalibus & viginti tabulis septentrionalibus iunguntur compage vna, siue circulo vno.
G Compages, vel potius circuli.
H Vectes quatuor, qui per annulos mittuntur ad coniungendas tabulas.
I Vectis medius, qui transitur per medias tabulas.
K Annuli siue circuli in quos immittuntur vectes.
L Velum quo sanctum sanctorum à Sancto separatur.
M Columnæ quatuor, cum capitellis & basibus.
N Arca testimonij in sancto sanctorum.
O Propitiatorium, siue cooperimentum arcæ.
P Mensa propositionis panum.
Q Candelabrum.
R Tentorium aut velum in introitu tabernaculi.
S Columnæ quinque cum capitellis & basibus.
T Sanctum.
V Sanctum sanctorum.

Altare,

Altare, & atrium tabernaculi, tentorium, columnæ, & oleum lucernarum formari iubentur. XXVII.

†Exod. 38. 1 A

Facies† & [a] altare de lignis sethim, quod habebit quinq; cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, id est quadrum, & [b] tres cubitos in altitudine. [2] Cornua autem per quatuor angulos ex ipso erunt, & operies illud ære. [3] Faciésq; in vsus eius lebetes ad suscipiendos cineres, & forcipes, atque fuscinulas, & ignium receptacula. Omnia vasa ex ære fabricabis. [4] Craticulámque in modũ retis æneam, per cuius quatuor angulos erunt quatuor annuli ænei, [5] quos pones subter arulam altaris. Erítque craticula vsq; ad altaris medium.† [6] Facies & vectes altaris de lignis sethim duos, quos operies laminis æneis: [7] & induces per circulos, erúntq; ex vtroque latere altaris ad portandum. [8] Non solidum, sed inane & cauum intrinsecus facies illud, sicut tibi in monte monstratum est.

†Exod. 38. 2. Quercedinem. B

[c 9] Facies & atrium tabernaculi: in cuius australi plaga contra meridiẽ erunt tentoria de bysso retorta. Centũ cubitos vnũ latus tenebit in longitudine, [10] & columnas viginti cum basibus totidem æneis, quæ capita cum cælaturis suis habebunt argentea. [11] Similiter & in latere aquilonis per longum erunt tentoria centum cubitorum, columnæ viginti, & bases æneæ eiusdem numeri, & capita earum cum cælaturis suis argentea. [12] In latitudine verò atrij quod respicit ad occidentẽ, erunt tentoria per quinquaginta cubitos, & colũnæ decẽ, basésq; totidem. [13] In ea quoq; atrij latitudine quæ respicit ad orientẽ, quinquaginta cubiti erunt, [14] in quibus quindecim cubitorũ tentoria lateri vno deputabuntur, columnæq; tres, & bases totidẽ: [15] & in latere altero erunt tentoria cubitos obtinentia quindecim, columnæ tres, & bases totidem. [16] In introitu verò atrij fiet tẽtorium cubitorum viginti ex hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & byssо retorta, opere plumarij. Columnas habebit quatuor, cum basibus totidem. [17] Omnes columnæ atrij per circuitum vestitæ erunt argenteis laminis, capitibus argenteis, & basibus æneis. [18] In longitudine occupabit atrium cubitos centum, in latitudine quinquaginta. Altitudo quinque cubitorum erit, fiétq; de byssо retorta, & habebit bases æneas. [19] Cuncta vasa tabernaculi in omnes vsus & ceremonias, tam paxillos eius quàm atrij ex ære facies. [d] † [20] Præcipe filiis Israel, vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum purissimum, pilóque contusum, vt ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij [21] extra velum quod oppansum est testimonio, & collocabunt eam Aaron & filij eius, vt vsq; mane luceat coram domino. Perpetuus erit cultus per successiones eorum coram filiis Israel.

Leuit. 7. b Leuit. 16. d Exod. 38. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. Leuit. 24. a

a Scilicet holocaustorum extra tabernaculũ sub dio.

b. De altari quæritur quomodo tribus cubitis altum esse voluerit, cum tanta ferè sit statura hominis altitudo. Quomodo ergo ministrabatur altari, cum gradus habere altare alio loco prohibeat? Sed illud dicebat de altari quod ferro vel lapidibus construendũ esset, vbi gradus ipsi coædificati ad corpus altaris vtiq; pertinerent.

c Item cùm dicit: Et super atrium in circuitu tabernaculi & altaris, manifestat altare holocaustomatum ad ostium tabernaculi foris secas fuisse, vt atrio totum ambiretur, & altare esset infra atrium inter portam atrij & ostiũ tabernaculi.

d Dispositio omni ornamẽto tabernaculi consequenter etiam lumen lucernæ prævidetur, vt decor eius admirabilis sicut interdiu lumine solari, ita etiam nocte lucernalibus flammis illustretur, ne vnquã in domo dei aliquis tenebrarum locus aliqua vmbra posset hora subrepere. Beda de Taberna. lib. 3. cap. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ALTARE HOLOCAVSTI.



A B Longitudo, quinque cubitorum.
A C Latitudo, quinque cubitorum.
B D Altitudo, trium cubitorum.
E Cornua.
F Craticula.
G Annuli æræi.
H Vectes.

ATRII DESCRIPTIO.

A B Longitudo atrij centum cubitorum versus meridiem, in qua xx. columnæ altitudinis quinque cubitorum cum basibus & capitellis, & tentoriis de byſſo retorta.
C D Longitudo æqualis versus septentrionem.
B C Latus occidentale L. cubitorum longitudinis, in quo decem columnæ altitudinis quinque cubitorum cum basibus & capitellis & tentoriis de byſſo retorta.
A D Latus orientale eciam quinquaginta cubitorum.
E Tentoria, quindecim cubitorum in latere vno de byſſo retorta, cum tribus columnis altis quinque cubitos, cum capitellis & basibus suis.
F Tentoria æqualia in latere altero.
G Tentoria viginti cubitorum in introitu atrij opere phrygionico facta, cum columnis quatuor.
H Paxilli quibus funes tentoriorum alligabantur.

SEcundum dimensiones quæ traduntur Exodi xxvij. atrium tabernaculi accedit ad formam quadratam potius quàm ad pyramidatam. Quòd verò in hoc schemate pyramidatam speciem præ se ferat magis quàm quadratam, id pictori tribues, qui ne imperitiæ artis luæ damnaretur, hic opticæ seruire voluit. Ordinem castrorum filiorum Israel pete è capite secundo Numerorum.

Describuntur pagina proxima

ATRIVM, TABERNACVLVM, OBLATIONES, ET SACRIFICIA, CASTRA.



Universidad de Deusto
Biblioteca

Pontificalia indumenta Aaronis & filiorum eius. XXVIII.

†11.dist.c.1. & 75.ca.Ordinationes.

APplica † quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filiis suis de medio filiorum Israel,vt sacerdotio fungantur mihi Aaron,Nadab,& Abiu, Eleazar, & Ithamar, [2] faciéſque vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem. [3] Et loquéris cunctis sapientibus corde quos repleui spiritu prudentiæ:vt faciant vestes Aaron in quibus sanctificatus ministret mihi.[4] Hæc autem erunt vestimenta quæ facient. † [a] Rationale, & superhumerale,tunicam,& lineam strictam,cidarim,& balteum.Facient fratri tuo Aarõ, & filiis eius vestimenta sancta:vt sacerdotio fungantur mihi.[5] Accipiéntq; aurum,& hyacinthum,& purpuram,coccúmq; bis tinctum,& byssum.[6] Facient autem [b] superhumerale de auro,& hyacintho,& purpura,coccóq; bis tincto, & byssо retorta, opere polymito.[7] Duas oras iunctas habebit in vtroq; latere summitatum,vt in vnum redeãt. [8] Ipsa quoq; textura,& cuncta operis varietas,erit ex auro,& hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto,& byssо retorta.[9] Sumésque duos lapides onychinos,& sculpes in eis nomina filiorum Israel,[10] sex nomina in lapide vno,& sex reliqua in altero,iuxta ordinem natiuitatis eorum.† [11] Opere sculptoris, & cælatura gẽmarij sculpes eos nominibus filiorum Israel,inclusos auro atque circundatos, [12] & pones in vtroq; latere superhumeralis,memoriale filiis Israel.Portabítque Aaron nomina eorum corã domino super vtrunque humerum ob recordationem. [13] Facies & vncinos ex auro, [14] & duas catenulas auri purissimi sibi inuicem cohærentes, quas inseres vncinis. † [c 15] Rationale quoq; iudicij facies opere polymito iuxta texturam superhumeralis, ex auro,hyacintho,& purpura,coccóq; bis tincto,& byssо retorta.[d 16] Quadrangulũ erit,& duplex.Mensurã palmi habebit tam in longitudine,quàm in latitudine:[17] ponéſq; in eo quatuor ordines lapidum.In primo versu erit lapis sardius,& topazius,& smaragdus. [18] In secundo carbunculus & sapphirus, & iaspis. [19] In tertio lyncurius, achates,& amethystus.[20] In quarto chrysolithus,onychinus,&beryllus.Inclusi auro erunt per ordines suos,[21] habebúntq; nomina filiorum Israel.Duodecim nominibus cælabuntur,singuli lapides nominibus singulorum per duodecim tribus.[22] Facies in rationali catenas sibi inuicem cohærentes,ex auro purissimo, [23] & duos annulos aureos,quos pones in vtraque rationalis summitate, [24] catenásq; aureas iunges annulis qui sunt in marginibus eius, [25] & ipsarum catenarum extrema duobus copulabis vncinis in vtroque latere superhumeralis,quod rationale respicit. [26] Facies & duos annulos aureos,quos pones in summitatibus rationalis,& in oris quę è regione sunt superhumeralis,& posteriora eius aspiciunt:[27] necnõ & alios duos annulos aureos, qui ponendi sunt in vtroque latere superhumeralis deorsum, quod respicit cõtra faciem iuncturæ inferioris,vt aptari possit cum superhumerali,[28] & stringatur rationale annulis suis cum annulis superhumeralis vitta hyacinthina,vt maneat iunctura fabrefacta,& à se inuicẽ rationale & superhumerale nequeant separari. [29] Portabítq; Aaron nomina filiorum Israel in rationali iudicij super pectus suum quãdo ingredietur sanctuarium,memoriale coram domino in æternum.[30] Pones autem in rationali iudicij doctrinam & veritatem,quę erunt in pectore Aaron,quando ingredietur coram domino:& gestabit iudicium filiorum Israel † in pectore suo,in conspectu domini semper. [31] Facies & [e] tunicam superhumeralis totam hyacinthinam,[32] in cuius medio suprà erit capitium,& ora per gyrum eius textilis, sicut fieri solet in extremis vestium partibus,ne facilè rumpatur. [33] Deorsum verò ad pedes eiusdem tunicæ per circuitũ quasi mala punica facies ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, & byssо retorta,mixtis in medio tintinnabulis, [34] ita vt tintinnabuũl sit aureum & malum punicum,† rursumq; tintinnabulum aliud aureum, & malum punicum. [35] Et vestietur ea Aaron in officio ministerij, vt audiatur sonitus quando ingreditur & egreditur sanctuarium in cõspectu domini,& nõ moriatur. [36] Facies & [f] laminam de auro purissimo, in qua sculpes opere cælatoris [g] sanctum domino.[37] Ligabísque eam vitta hyacinthina, & erit super tiaram [38] imminens fronti pontificis. Portabítque Aaron iniquitates eorum quæ obtulerunt & sanctificauerunt filij Israel, in cunctis muneribus & donariis suis. Erit autem lamina semper in fronte eius,vt placatus sit ei dominus.[39] Stringéſque tunicam byssо,& [h] tiaram byssinam facies,& [i] balteum opere plumarij.[40] Porrò filiis Aaron tunicas lineas parabis, & balteos, ac tiaras in gloriam & decorem:[41] vestiéſque his omnibus Aaron fratrẽ tuum,& filios eius cum eo, & cunctorum consecrabis manus,sanctificabísq; illos,vt sacerdotio fungantur mihi. [42] Facies & [k] fœminalia linea, vt operiant carnem turpitudinis suæ, à renibus vsque ad femora,[43] & vtentur eis Aaron & filij eius quando ingredientur tabernaculũ testimonij,vel quando appropinquant ad altare,vt ministrent in sanctuario:ne iniquitatis rei moriantur.Legitimum sempiternum erit Aaron,& semini eius post eum.

a Indumenta sacerdotis abunde Hiero.exposuit to.2. ad Fabiolam.

b Ephod primum sacerdotis indumentum.

†40.di.c.t. 36.di.c.Qui ecclesiasticis.5.Eccl.

†Sap.18.d

c Pectorale, secundum sacerdotis indumentum. d Id est, quadrum æquilaterum.

†36.dist.ca. Qui ecclesiasticis. Sapi.10.d

e Tertium sacerdotis indumentum.

†41.dist.cõ Sit rector. Eccle.41.b

f Quartum sacerdotis ornamentum.

g יהוה Iehouah nomen domini tetragrammaton.

† Ecclesiastici 45.b † 43.dist.ca Sit rector.

h. Quintum sacerdotis indumentum.
i. Sextum sacerdotis indumentum.

k. Braccas ab vmbilico ad genua vsque porrectas,quibus verenda celantur.Hiero. de veste sacerdo. ad Fabiolam.

ORNATVS SVMMI SACERDOTIS.

A Superhumerale,seu ephod.
BC Duæ oræ superhumeralis.
D Textura,siue artificium superhumeralis, la bordure.
F Lapides onychini duo, quibus insculpta erant nomina duodecim filiorum Israel.
E Palex aureæ, pro quibus interpres vertit vncinos.
G Catenulæ.
H Pectorale iudicij,pro quo interpres vertit,rationale iudicij, in quo duodecim lapides, in quibus incisa nomina duodecim filiorum Israel.
I Vncini in palcis aureis.
K Annuli quatuor in extremitatibus pectoralis iudicij.
L Annuli in lateribus superhumeralis.
M Vitta hyacinthina.
N Tunica quæ superhumerali supponebatur,in cuius superiori parte erat capitium siue foramẽ,per quod caput traiiciebat sacerdos.
O Tintinnabula aurea.
P Mala punica.
Q Lamina, qua vitta hyacinthina religabatur tiaræ.
R Tunica byssina.
S Tiara.
T Balteum siue cingulum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sacerdotum consecratio, ritúsque oblationis pro illis. XXIX.

SEd & hoc facies, vt mihi in sacerdotio consecrentur. Tolle vitulum de armento, & arietes duos immaculatos, [2] panésque azymos, & crustulam absque fermento, quæ conspersa sint oleo, lagana quoque azyma oleo lita. De simila triticea cuncta facies, [3] & posita in canistro offeres: vitulum autem & duos arietes. †[4] & Aaron ac filios eius applicabis ad ostiũ tabernaculi testimonij. Cúmque laueris patrem cum filiis suis aqua, [5] indues Aaron vestimentis suis, id est linea & tunica, & superhumerali, & rationali, quod constringes balteo, [6] & pones tiaram in capite eius, & laminam sanctam super tiaram, [7] & oleum vnctionis fundes super caput eius, atque hoc ritu consecrabitur. [8] Filios quoque illius applicabis, & indues tunicis lineis, [9] cingésque balteo, Aaron scilicet & liberos eius, & impones eis mitras, erúntque sacerdotes mihi religione perpetua. †Postquam initiaueris manus eorum, [10] applicabis & vitulum coram tabernaculo testimonij. Imponéntque Aaron & filij eius manus super caput illius, [11] & mactabis eum in conspectu domini iuxta ostium tabernaculi testimonij: [12] sumptúmque de sanguine vituli pones super cornua altaris digito tuo, reliquum autem sanguinem fundes iuxta basim eius † [13] Sumes & adipem totum qui operit intestina, & reticulum iecoris, ac duos renes, & adipem qui super eos est: & offeres incensum super altare: [14] carnes verò vituli & corium & fimum combures foris extra castra, eo quòd pro peccato sit. [15] Vnum quoque arietem sumes, super cuius caput ponent Aaron & filij eius manus: [16] quem cùm mactaueris, tolles de sanguine eius, & fundes circa altare: [17] ipsum autem arietem secabis in frusta, lotáque intestina eius, & pedes pones super concisas carnes, & super caput illius, [18] & offeres totum arietem incensum super altare. †Oblatio est domino odor[a] suauissimus victimæ domini. [19] Tolles quoque arietem alterum, super cuius caput Aaron & filij eius ponent manus. [20] Quem cum immolaueris, sumes de sanguine eius, & pones super extremum auriculæ dextræ Aaron & filiorum eius, & super pollices manus eorum, ac pedis dextri: fundéſque sanguinem super altare per circuitum. † [21] Cúmque tuleris de sanguine qui est super altare, & de oleo vnctionis, asperges Aaron & vestes eius, filios & vestimenta eorum. Consecratíſque ipsis & vestibus, [22] tolles adipem de ariete, & caudam, & aruinam quæ operit vitalia, ac reticulum iecoris, & duos renes atque adipem qui super eos est, armúmque dextrum, eo quòd sit aries consecrationis, [23] tortámque panis vnius crustulam conspersam oleo, laganum de canistro azymorum, quod positum est in conspectu domini, [24] ponésque omnia super manus Aaron & filiorum eius, & sanctificabis eos eleuans coram domino. † [25] Suscipiésque vniuersa de manibus eorum, & incendes super altare in holocaustum, odorem suauissimum in conspectu domini: quia oblatio eius est. [26] Sumes quoque pectusculum de ariete quo initiatus est Aaron, sanctificabísque illud eleuatum coram domino, & cedet in partem tuam. [27] Sanctificabísque & pectusculum consecratum, & armum quem de ariete separásti, [28] quo initiatus est Aaron & filij eius, cedéntque in partem Aaron & filiorum eius iure perpetuo à filiis Israel: quia primitiua sunt, & initia de victimis eorum pacificis quæ offerunt domino. [29] Vestem autem sanctam qua vtetur Aaron, habebunt filij eius post eum, vt vngantur in ea, & consecrentur manus eorum. [30] Septem diebus vtetur illa qui pontifex pro eo fuerit constitutus de filiis eius, & qui ingredietur tabernaculum testimonij, vt ministret in sanctuario. [31] Arietem autem consecrationis tolles, & coques carnes eius in loco sancto, [32] quibus vescetur Aaron & filij eius. †Panes quoque qui sunt in canistro, in vestibulo tabernaculi testimonij comedent, [33] vt sit placabile sacrificium, & sanctificentur offerentium manus. Alienigena non vescetur ex eis, quia sancti sunt. [34] Quòd si remanserit de carnibus consecratis siue de panibus vsque mane, combures reliquias igni. Non comedentur, quia sanctificata sunt. [35] Omnia quæ præcipi tibi, facias super Aaron & filiis eius. Septem diebus consecrabis manus eorum, [36] & vitulum pro peccato offeres per singulos dies ad expiandum.

a Quòd odor suauitatis sæpe domino dicitur sacrificium de iecorum victimis in scripturis sactis, nõ vtique deus odore fumi delectatur, sed tantùm illud quod hic significatur, spiritaliter deũ delectat, cùm spiritaliter exhibetur. August. in Exod. quæst. 157.

piandum. Mundabísque altare cum immolaueris expiationis hostiam, & vnges illud in sanctificationem. [37] Septem diebus expiabis altare, & sanctificabis: & erit sanctum sanctorum. Omnis qui tetigerit illud, sanctificabitur. [38] Hoc est quod facies in altari, †[b] Agnos anniculos duos per singulos dies iugiter: [39] vnum agnum mane, & alterum vespere: [40] decimam partem similæ conspersæ oleo tuso, quod habeat mensurã quartam partem hin: & vinum ad libandum eiusdem mensuræ in agno vno. [41] Alterum verò agnum offeres ad vesperam, iuxta ritum matutinæ oblationis, & iuxta ea quæ diximus, in odorem suauitatis. [42] Sacrificium domino deo est oblatione perpetua in generationes vestras, ad ostium tabernaculi testimonij coram domino: vbi constituã vt loquar ad te. [43] Ibíque præcipiam filiis Israel: & sanctificabitur altare in gloria mea. [44] Sanctificabo & tabernaculum testimonij cum altari, & Aaron cum filiis suis, vt sacerdotio fungantur mihi. [45] Et habitabo in medio filiorum Israel, eróq; eis deus, [46] & sciẽt quia ego dominus deus eorum, qui eduxi eos de terra Ægypti, vt manerem inter illos, ego dominus deus ipsorum.

†Num. 28. a

b. Iuge sacrificium. An verò vespertinus agnus dominam mortem præfigurat? Christũ enim offerri oportebat circa vesperam diei, vt hora ipsa sacrificij ostẽderet occasum & vesperã mundi. Cypria. Epist. 2. ad Cæcilium fratrẽ.

Altaris thymiamatis, & pecuniæ exigendæ, labij æneiconstruendi, vnctionis thymiamatis, & quæ ad tabernaculum spectant, institutio. XXX.

FAcies quoque[a] altare ad adolendum thymiama de lignis sethim, [2] habens cubitum longitudinis, & alterum latitudinis, id est quadrangulũ, & duos cubitos in altitudine. Cornua ex ipso procedent, [3] vestiésq; illud auro purissimo, tam craticulam eius, quàm parietes per circuitum, & cornua. Faciésq; ei coronam aureolam per gyrum, [4] & duos annulos aureos sub corona per singula latera, vt mittantur in eos vectes, & altare portetur. [5] Ipsos quoque vectes facies de lignis sethim, & inaurabis. [6] Ponésque altare contra velum quod ante arcam pendet testimonij, coram propitiatorio quo tegitur testimonium, vbi loquar tibi: [7] & adolebit incensum super eo Aaron, suauè fragrans mane. Quando componet lucernas, incendet illud: [8] & quando collocabit eas ad vesperum, vret thymiama sempiternum coram domino in generationes vestras. [9] Non offeretis super eo thymiama cõpositionis alterius, nec oblationem & victimam, nec libamina libabitis. [10] Et deprecabitur Aaron super cornua eius semel per annum in sanguine quod oblatum est pro peccato, & placabit super eo in generationibus vestris. Sanctum sanctorum erit domino. †[11] Locutúsque est dominus ad Moysen, dicẽs: [12] Quando tuleris summam filiorum Israel iuxta numerum, dabunt singuli pretium pro animabus suis domino, & non erit plaga in eis, cum fuerint recensiti. [13] Hoc autem dabit omnis qui trãsit ad nomen, dimidium sicli iuxta mensuram templi. †[b] Siclus viginti obolos habet. Media pars sicli offeretur domino. [14] Qui habetur in numero à viginti annis & supra, dabit pretium. [15] Diues non addet ad medium sicli, & pauper nihil minuet. [16] Susceptámq; pecuniam quæ collata est à filiis Israel, trades in vsus tabernaculi testimonij, vt sit monimentum eorum coram domino, & propitietur animabus eorum. [17] Locutúsq; est dominus ad Moysen, dicens: [18] Facies & labium æneum cùm basi sua ad lauandum, ponésq; illud inter tabernaculum testimonij & altare. Et † missa aqua [19] lauabunt in ea Aaron & filij eius manus suas ac pedes, [20] quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij, & quando accessuri sunt ad altare, vt offerant in eo thymiama domino, [21] ne fortè moriantur. Legitimum sempiternum erit ipsi & semini eius per successiones. [22] Locutúsq; est dominus ad Moysen, [23] dicens: [c] Sume tibi aromata, primæ myrrhæ & electæ quingentos siclos, & cinamomi medium, id est ducẽtos quinquaginta siclos, calami similiter ducentos quinquaginta siclos, [24] casiæ autem quingentos siclos in pondere sanctuarij, oleum de oliuetis mensuram hin. † [25] Faciésque vnctionis oleum sanctum, vnguentum compositum opere vnguentarij, [26] & vnges ex eo tabernaculũ testimonij, & arcam testamenti, [27] mensãmque cum vasis suis, candelabrum & vtensilia eius, altaria thymiamatis [28] & holocausti, & vniuersam supellectilem quæ ad cultum eorum pertinet, [29] sanctificabísq; omnia, & erunt sancta san-

a. Scilicet thymiamatis, vel incensi.

†Num. 3. a

†Exod. 38. d

†Exod. 40. d

b. Siclus reste Bud. 4. drachmis constat, quæ 9. libras Turonen. faciunt.

c. Erat Iudæis antè præceptum vt sacrum conficerẽt vnguentum, quo perungi possent ij qui vocabantur ad sacerdotium, vel ad regnũ. Et licuit nõc Romanis indumentum purpureæ insigne est dignitatis assumere, sic illis vsus sacri vnguenti nomen ac potestatẽ regiam conferebat. Lactan. lib. 4. cap. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

d Quod duobus modis potest intelligi, siue tangendo sanctificabitur, siue sanctificabitur vt liceat illi tangere. Non omnes sic quemadmodum sacerdotes, qui vt æterno sacerdotio fungerentur, vngebatur ex illo. Aug. super Exod. q. 137.

ctorum.[d] Qui tetigerit ea, sanctificabitur.[10] Aaron & filios eius vnges, sanctificabísque eos, vt sacerdotio fungantur mihi.[11] Filiis quoque Israel dices: Hoc oleũ vnctionis sanctum erit mihi in generationes vestras.[12] Caro hominis non vngetur ex eo, & iuxta compositionem eius non facietis aliud, quia sanctificatum est, & sanctum erit vobis.[13] Homo quicunque tale composuerit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo suo.[14] Dixítque dominus ad Moysen: Sume tibi aromata, stacten, & onycha, galbanum boni odoris, & thus lucidissimũ, æqualis ponderis erunt omnia.[15] Faciésque thymiama compositum opere vnguentarij mixtum diligenter, & purum, & sanctificatione dignissimum.[16] Cúmque in tenuissimum puluerem vniuersa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo testimonij, in quo loco apparebo tibi. Sanctũ sanctorum erit vobis thymiama.[17] Talem compositionem non facietis in vsus vestros, quia sanctum est domino.[18] Homo quicunq; fecerit simile, vt odore illius perfruatur, peribit de populis suis.

Tabernaculi & quæ ad ipsum spectant institutio, sabbati obseruatio, & tabularum legis collatio. XXXI.

a Non abs re miratur hic Hugo de S. Victore, si Caleph 38. annorum fuerit in exitu Israel de Aegypto, vt pater Iosue 14. & genuerit Hur, & Hur genuerit Vri patre huius Beseleel, cuius ætatis potuit esse ipse Beseleel hoc anno exitus. Quòd si ponas Caleph genuisse Hur 12. ætatis suæ anno, & Hur 12. etiam ætatis suæ anno genuisse Vri, & ipsum Vri genuisse Beseleel 12. ætatis suæ anno, tũc ad summam esset 4. annorum: quæ omnia videtur satis absurda.

LOcutúsque est dominus ad Moysen, dicens:[2] Ecce vocaui ex nomine A
[a] Beseleel, filium Vri filij Hur, de tribu Iuda:[3] & impleui eũ spiritu dei, sapientia, & intelligentia, & scientia in omni opere,[4] ad excogitandum quicquid fabrefieri potest ex auro, & argẽto, & ære,[5] marmore, & gemmis, & diuersitate lignorum.[6] Dedíque ei socium Ooliab, filium Achisamech, de tribu Dan. Et in corde omnis eruditi posui sapientiam, vt faciant cuncta B
quæ præcepi tibi,[7] tabernaculum fœderis, & arcam testimonij, & propitiatoriũ quod super eam est, & cuncta vasa tabernaculi,[8] mensámque & vasa eius, candelabrum purissimum cum vasis suis, & altaria thymiamatis,[9] & holocausti, & omnia vasa eorum, labium cum basi sua,†[10] vestes sanctas in ministerio Aaron sacerdoti, & filiis eius, vt fungantur officio suo in sacris,[11] oleũ vnctionis, & thymiama aromatum in sanctuario. Omnia quæ præcepi tibi, faciẽt.[12] Et locutus est dominus ad Moysen, dicẽs:[13] Loquere filiis Israel, & dices ad eos: † Videte vt sabbatum meũ custodiatis, quia [b] signum est inter me & vos in generationibus vestris: vt sciatis quia ego dominus, qui sanctifico vos.[14] Custodite sabbatum meum. Sanctum enim est vobis. Qui polluerit illud, morte morietur. Qui fecerit opus in eo, peribit anima illius de medio populi sui. †[15] Sex diebus facietis opus, in die septimo sabbatũ est, requies sancta domino. Omnis qui fecerit opus in hac die, morietur.[16] Custodiant filij Israel sabbatum, & celebrent illud in generationibus suis. Pactum est sempiternum[17] inter me & filios Israel, signúmq; perpetuum. Sex enim diebus fecit dominus cœlum & terram, & in septimo ab omni opere cessauit. †[18] Dedítque dominus Moysi, completis huiuscemodi sermonibus in monte Sinai, duas tabulas testimonij lapideas, scriptas digito dei.

b Signum est sanctificationis, quia deus sanctificator est suos sanctificans.

† Exod. 20. b

† De consec. dist. 2. c. 2. De sacra vnctio. c. vnico.

Ob vitulum adoratum Moyses deum exorans, tabulas frangit, Aaronem obiurgat, idololatras punit, & cæteris veniam precatur. XXXII.

a Nomina plurimorũ deorum non commemorabis, ceu dubitet quin dubio quali parens dominatus sit serpes qui primus nominauerit deos. Clemens lib. 2. Recognitionũ.

† Non absurde intelligitur ea lex precipere voluisse, vt hoc modo eos obliuioni penitus renouaretur. Augustinus, 141. quæ super Exod. c. Semper ei erant iuncta scelus, luxuria, & idololatria. Item. Causa peccati gula, peccatum autem ipsum ludus, qui secundum est prostratio in deserto. Chrysost. super illum Pauli. Nolo vos ignorare fratres.

VIdens autem populus quòd morã faceret Moyses descendendi de monte, A
congregatus aduersus Aaron, dixit: † Surge, fac nobis [a] deos qui nos præcedant. Moysi enim viro huic, qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus quid acciderit.[2] Dixítque ad eos Aaron: [b] Tollite inaures aureas de vxorum filiorúmque & filiarum vestrarũ auribus, & afferte ad me.[3] Fecítq; populus quæ iusserat, deferens inaures ad Aaron.[4] Quas cùm ille accepisset, formauit opere fusorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem: dixerúntque: Hi sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti.[5] Quòd cùm vidisset Aaron, ædificauit altare coram eo, & præconis voce clamauit, dicens: Cras solennitas domini est.[6] Surgentéque mane obtulerunt holocausta, & hostias pacificas, † & sedit populus manducare & bibere, & [c] surrexerunt ludere.[7] Locutus est autem dominus ad Moysen, dicens:

† Act. 7. c. Psal. 105. b

† Deut. 9. b
13. Reg. 12. g
† Reg. 12. g
† Ar. distin. Disciplinas. Inscr. ij. a

cens: † Vade, descẽde, peccauit populus tuus quem eduxisti de terra Ægypti.[8] Recesserunt cito de via quam ostendisti eis. † Feceruntq; sibi vitulum cõflatilem, & adorauerunt, atq; immolantes ei hostias, dixerunt: † Isti sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti.[9] Rursúmq; ait dominus ad Moysen: † Cerno quòd populus iste duræ ceruicis sit.† [d] [10] Dimitte me vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciámq; te in gentem magnam.[11] Moyses autem orabat dominum deum suum, dicẽs, † Cur domine irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Ægypti in fortitudine magna, & in manu robusta? †[12] Ne quæso dicant Ægyptij: Callidè eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret è terra. Quiescat [e] ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui.[13] Recordare Abraham & Isaac & Israel seruorũ tuorum, quibus iurasti per temetipsum, dicens: † Multiplicabo semen vestrum sicut stellas cœli: & vniuersam terrã hanc de qua locutus sum, dabo semini vestro, & possidebitis eam semper.[14] Placatúsq; est dominus, ne faceret malum quod locutus fuerat aduersus populum suum.[15] Et reuersus est Moyses de monte, portans duas tabulas testimonij in manu sua, scriptas ex vtraq; parte,[16] & factas opere domini. Scriptura quoque dei erat sculpta in tabulis.[17] Audiens autem Iosue tumultum populi vociferantis, dixit ad Moysen: Vlulatus pugnæ auditur in castris.[18] Qui respondit: Nõ est clamor adhortantium ad pugnam, neq; vociferatio compellentiũ ad fugam, sed vocem cantantium ego audio.[19] Cumq; appropinquasset ad castra, vidit vitulũ, & choros: iratúsque valde, proiecit de manu tabulas, & † confregit eas ad radicem montis,[20] Arripiénsq; vitulum quem fecerant, combussit, & contriuit vsque ad puluerẽ: quẽ sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Israel.[21] Dixítq; Moyses ad Aaron: Quid tibi fecit hic populus, vt induceres super eum peccatum maximum?[22] Cui ille respondit: Ne indignetur dominus meus. Tu enim nosti populum istum quòd pronus sit ad malũ.[23] Dixerunt mihi: Fac nobis deos, qui nos præcedant: huic enim Moysi qui nos eduxit de terra Ægypti, nescimus quid acciderit.[24] Quibus ego dixi: Quis vestrum habet aurum? Tulerunt & dederunt mihi: & proieci illud in ignem, egressúsque est hic vitulus.[25] Videns ergo Moyses populum quòd esset nudatus, (spoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam sordis, & inter hostes nudũ constituerat)[26] & stans in porta castrorum, ait: Si quis est domini, iungatur mihi. † Congregatíq; sunt ad eũ omnes filij Leui,[27] quibus ait: Hæc dicit dominus deus Israel: Ponat vir gladium super femur suum. Ite & redite de porta vsq; ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem suum, & amicum, & proximum suum.[28] Fecerúntq; filij Leui iuxta sermonem Moysi, ceciderúntq; in die illo quasi triginta tria milia hominum.[29] Et ait Moyses: Consecrastis manus vestras hodie domino, vnusquisque in filio, & in fratre suo, vt detur vobis benedictio.[30] Facto autem altero die locutus est Moyses ad populum: Peccastis peccatum maximum. Ascendam ad dominum, si quo modo eum quiuero deprecari pro scelere vestro.[31] Reuersúsque ad dominum, ait: Obsecro domine, peccauit populus iste peccatum maximũ, fecerúntq; sibi deos aureos. †[32] Aut dimitte eis hanc noxam, aut si nõ facis, [h] dele me de libro tuo quem scripsisti.[33] Cui respondit dominus: † Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo.[34] Tu autem vade, & duc populum istum quò locutus sum tibi. † Angelus autẽ meus præcedet te. Ego autem in die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum.[35] Percussit ergo dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron.

d. Quando dicit, Dimitte me, ostendit se teneri posse efficiat quod minatus est. Dei enim potentiam, seruis preces impedientibus. Hier. ad Gaudentium.

e. Irasci dicitur deus, non animi motu vel quauis alia perturbatione, quę illi omnino accidere non potest, sed impiis & peccatoribus iustam inferre dicitur vltionem: hoc est, reddere illis quæ merentur: & hæc vltio diuina, ira vel furor eius dicitur. Hier. ibid.

f. Frangit audacter Moyses tabulas: sciebat enim dei sermonem non posse audire temulentos. Hiero. ibid.

g. Cõpendio loquutus est, non dicens quòd ipse formauerit vt exiret vitulus fusilis. An excusationis causa timendo meritus est, tãquam ipse in igne periturũ aurum proiecerit, acq; ipso nouo id agente forma vituli exierit? Quod ideo nõ est credendum hoc eũ animo dixisse, quia nec latere Moysen posset quid esset in viro: cum quo deus loquebatur, & fratre de mendacio non redarguit. Aug. in Exod. q. 147.

h. Vult perire cũ pereuntibus, nec propria salute cõtentus est: perire autẽ vult non in perpetuum, sed impræsentiarum. Hiero.

Minas dei in populum Moyse sedante, luget populus delictum: vix tamen deum populo iratum Moyses placare potest. XXXIII.

a. Deus iratus dicere videtur. Tu & populus tuus quẽ eduxisti, &c. Alioquin dixisset, eu & populus meus. Sed illi quando posuerunt idolũ, ita locuti sunt: Moyses hic homo qui eduxit nos de terra Aegypti, &c. liberationẽ suã in homine constituendo defecerunt. Aug. quæst. 149. super Exo.

LOcutúsque est dominus ad Moysen, dicens: Vade, descende de loco A
isto [a] tu, & populus tuus, quem eduxisti de terra Ægypti, † in terram quam iuraui Abraham, Isaac, & Iacob, dicens: Semini tuo dabo eam,† [2] & mittam præcursorem tui angelum, vt eiiciam Chananæum, & Amorræum & Hethæum, & Pherezæum, & Heuæum, & Iebuzæũ,[3] & intres in ter-

† Genes. 12. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

ram fluentem lacte & melle. Non enim ascendam tecum, quia populus duræ ceruicis
es: ne fortè disperdam te in via. [4] Audiénsque populus sermonem hunc pessimum lu-
xit, & nullus ex more indutus est cultu suo. [5] Dixítq; dominus ad Moysen: Loquere
filiis Israel: Populus[b] duræ ceruicis es: semel ascendam in medio tui, & delebo te. Iam
nunc depone ornatum tuum, vt sciam quid faciam tibi. [6] Deposuerũt ergo filij Israel B
ornatum suum à monte Horeb. [7] Moyses quoque tollens tabernaculum tetendit ex-
tra castra procul, vocauítq; nomẽ eius tabernaculum fœderis. Et omnis populus qui
habebat aliquam quæstionem, egrediebatur ad tabernaculum fœderis extra castra.
† 88. dist. cs 30. dist. c. fi. vt q. 1. c. Sic- [8] Cúmque egrederetur Moyses ad tabernaculum, surgebat vniuersa plebs, & stabat
imoperet. vnusquisque in ostio papilionis sui, aspiciebántque tergum Moysi donec ingrederetur tentorium. [9] Ingresso autem illo tabernaculum fœderis, descẽdebat columna nubis, & stabat ad ostium, loquebatúrque dominus cum Moyse, [10] cernentibus vniuersis quòd columna nubis staret ad ostium tabernaculi. Stabántque ipsi, & adorabant
per fores tabernaculorum suorum. † [11] Loquebatur autem dominus ad Moysen fa- † 2. q. 1. c Moyses. Nume. 12. a
cie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Cúmque ille reuerteretur in C 24. q. 1. cap. Quia ea lo-
castra, minister eius Iosue filius Nun puer non recedebat de tabernaculo. [12] Dixit au- la.
tem Moyses ad dominum: Præcipis vt educam populum istum, & non indicas mihi
quem missurus es mecum: præsertim cum dixeris: Noui te ex nomine, & inuenisti
gratiam coram me. [13] Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem
tuam, vt sciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos. Respice populum tuum, gẽ-
tem hanc. [14] Dixítq; dominus: Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi. [15] Et ait
Moyses: Si non tu ipse præcedas, ne educas nos de loco isto. [16] in quo enim scire pote-
rimus ego & populus tuus, inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaueris
nobiscum, vt glorificemur ab omnibus populis qui habitãt super terram? [17] Dixit au- D
tem dominus ad Moysen: Et verbũ istud quod locutus es, faciam. Inuenisti enim gra-
tiam coram me, & teipsum noui ex nomine. [18] Qui ait: Ostende mihi gloriam tuam. Rom. 9. c

b. Quod significat deũ nõ esse cũ eis, qui dura ceruicis sunt, quia non eum propitium, sed salubrẽ nõ nisi humiliras & pietas capit. Idem quæst. 150.

c. Homines ergo donec homines sunt, deũ videre nõ possunt. Ex resurrectione autem mortuorum cum facti fuerint sicut angeli, videre poterunt deum. Clemens lib. 3. Recognitionũ. d. Hoc est, incarnationem meã videbis in nouissimis diebus, diuinitatem autem meam videre non poteris. Hie. de his qui deo in scripturis attribuuntur.

[19] Respondit: Ego ostendam omne bonum tibi, & vocabo in nomine domini coram
te, & miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. [20] Rursũmq; ait: † 33. dist. Moyses. † 24. q. 1. c Quia ea lo-
†Non poteris videre faciem meam. [c] Non enim videbit me homo, & viuet. [21] Et ite- la.
rum: †Ecce, inquit, est locus apud me, & stabis supra petram. [22] Cúmq; transibit glo-
ria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea, donec transeam.
[23] Tollámque manum meam, & [d] videbis posteriora mea: faciem autem meam vide-
re non poteris.

Moyses reparatis tabulis, prohibitáque gentium societate & idololatria, præceptísque primogenitis, sabbato, azymis, & cæteris festis, Moyses post ieiunium cornutus descendit.

XXXIIII.

AC deinceps, [a] † præcide, ait, tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & A † Deu. 10. a
scribam super eas verba quæ habuerunt tabulæ quas fregisti. [2] Esto para-
tus mane, vt ascendas statim in montem Sinai: stabísq; mecum super ver-
ticem montis. [3] Nullus ascendat tecum, nec videatur quispiam per totum
montem: boues quoq; & oues non pascantur econtra. [4] Excidit ergo duas tabulas la-
pideas, quales antea fuerant, & de nocte consurgens ascendit in montem Sinai, sicut
præceperat ei dominus, portans secum duas tabulas. [5] Cúmque descendisset dominus
per nubem, stetit Moyses cum eo, inuocans nomen domini. [6] Quo transeunte coram B † Psal. 144. a
eo, ait: † [b] Dominator domine deus, misericors, & clemens, patiens, & multæ misera- † Iere. 32. a
tionis, & verax, [7] qui custodis misericordiam in milia, qui aufers iniquitatẽ, & scelera Deut. 5. a
atque peccata: † nullúsque apud te per se innocẽs est: qui reddis iniquitatem patrum Numer. 14. a
filiis ac nepotibus in tertiam & quartam progeniem. [8] Festinúsque Moyses curua- De pœnit. dist. 4. capit. Quid est
tus est pronus in terram, & adorans, ait: [9] Si inueni gratiam in conspectu tuo domi- quod dicitur.
ne, obsecro vt gradiaris nobiscum. populus enim duræ ceruicis est, vt auferas ini-
quitates nostras atque peccata, nósque possideas. [10] Respondit dominus: Ego ini- C
bo pactum videntibus cunctis, & signa faciam quæ nunquam visa sunt super ter-

a. Magna oritur quæstio, quomodo illæ tabulæ, quas erat Moyses deo vtique præsciente fracturus, non hominis opus essent sed dei nec ab homine scriptæ, sed scriptæ digito dei: posteriores verò tabulæ ratiõ mensuræ, ac in taberna culo & in cẽplo dei futuræ, iubente quidẽ deo tam ab homine excisæ sint q̃ ab homine scriptæ. An forte in illis prioribus gratia dei significabatur, nõ hominis opus, qua gratia indignifa ctuus reuertentes corde in Aegyptum, & facientes idolũ: vnde illo beneficio priuati sunt. August. quæst. 166. super Exod.

b. Duodecim vocibus deũ Moyses protestatur, qui secundum ipsum diligenter inspicit, & pro peccatis suis carnem macerare & desiderat mortificare nõ desperat, nõ solũm veniam delictorum, sed & supernum præmium à vero saluatore & clemen tissimo iudice sperare debebit, qui omnes homines vult saluos facere. misericors enim & miserator dominus, patiens & multũ misericors. Hieron. in lamenta. Iere. cap. 3.

ram, nec in vllis gentibus: vt cernat populus iste in cuius es medio, opus domini terri-
bile, quod facturus sum. [11] Obserua cuncta quæ hodie mandaui tibi. Ego ipse eiiciam
ante faciem tuam Amorræum & Chananæum & Hethæum, Pherezæum quoque &
Heuæum & Iebusæum. [12] Caue ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iungas a-
micitias, quæ tibi sint in ruinam: [13] sed & aras eorum destrue, & confringe statuas, lu-
cósq; succide. [14] Noli adorare deum alienum. Dominus [e] Zelotes nomẽ eius: deus est
[5]pp. c. 33. d Deut. 7. a æmulator. † [15] Ne ineas pactum cum hominibus illarum regionum, ne cum fornicati
[1]3. Reg. 11. a fuerint cum diis suis, & adorauerint simulachra eorum, vocet te quispiam vt come-
das de immolatis. † [16] Nec vxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis, ne postquam
ipsæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant & filios tuos in deos suos. [17] Deos conflatiles
[1]Leui. 26. d [2]ap. 11. a [3]Deutro. c Magna. non facies tibi. [18] Solẽnitatem azymorum custodies. Septem diebus vescẽris azymis,
sicut præcepi tibi in tempore mensis nouorum. Mense enim verni temporis egressus
es de Ægypto. † [d] [19] Omne quod aperit vuluam generis masculini, meũ erit. De cun- d. Definiit sermo dei quid sit primogenit⁹. Omne, inquit, q̃ aperit vulũ. Hier. aduersus Heluidium.
E ctis animantibus tam de bobus quàm de ouibus, meum erit. † [20] Primogenitum asini
[5]pp. c. b Deut. 26. d Iezech. 2. a redimes oue. Sin autem nec pretium pro eo dederis, occidetur. Primogenitum filio-
rum tuorum redimes: nec apparebis in conspectu meo vacuus. [21] Sex diebus opera-
beris, die septimo cessabis arare & metere. † [22] Solennitatem hebdomadarum facies
tibi in primitiis frugum messis tuæ triticeæ: & solennitatem, quando redeunte anni
tempore cuncta conduntur. [23] Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum
tuum in conspectu omnipotentis domini dei Israel. [24] Cum enim tulero gentes à fa-
[1]Reg. 23. b F cie tua, & dilatauero terminos tuos, nullus insidiabitur terræ tuæ, ascendẽte te & ap-
[1]Reg. 23. c 2. Deut. 12. c 2. Par. 31. d Deut. 16. b parente in conspectu domini dei tui ter in anno. † [25] Non immolabis super fermen-
to sanguinem hostiæ meæ, neque residebit mane de victimis solennitatis Phase.
† [26] Primitias frugum terræ tuæ, offeres in domo domini dei tui. † Non coques hœ-
dum in lacte matris suæ. [27] Dixítque dominus ad Moysen: Scribe tibi verba hæc, qui-
1. Cor. 10. b bus & tecum & cum Israel pepigi fœdus. [28] Fuit ergo ibi cum domino Moyses [e] qua-
e. Moyses secundam quadrageũmam ieiunas.
draginta dies, & quadraginta noctes: panẽ non comedit, & aquam non bibit: & scri-
psit in tabulis verba fœderis decem. [29] Cúmque descenderet Moyses de mõte Sinai,
tenebat duas tabulas testimonij, & ignorabat quòd cornuta esset facies sua ex con-
G sortio sermonis domini. [30] Videntes autem Aaron & filij Israel [f] cornutam Moysi fa-
f. Lex enim cõtra peccatores data est. Moyses ergo quia non peccauerat, gloriosus apparuit, & intantũ ve à peccatoribus videri nõ posset. Ostensum enim in eo est, quia peccatoribus gloriam dei non mercentur aspicere. Aug. quæst. 8. veteris & noui testamenti.
ciem, timuerunt prope accedere: [31] vocatíque ab eo reuersi sunt, tam Aaron, quàm
[1]Cor. 3. c principes Synagogæ. Et postquam locutus est ad eos, [32] venerunt ad eum etiam om-
nes filij Israel. Quibus præcepit cuncta quæ audierat à domino in monte Sinai. [33] Im-
pletísque sermonibus, † posuit velamen super faciem suam. [34] Quod, ingressus ad do-
minum, & loquens cum eo, auferebat donec exiret: & tunc loquebatur ad filios Is-
rael omnia quæ sibi fuerant imperata. [35] Qui videbant faciem egredientis Moysi esse
cornutam, sed operiebat rursus ille faciem suam si quando loquebatur ad eos.

Præcepto sabbato, & primitiis, quæruntur artifices, & quæ necessaria sunt pro tabernaculo.

XXXV.

A CGitur congregata omni turba filiorum Israel, dixit ad eos: Hæc sunt quę
iussit dominus [a] fieri. [2] Sex diebus facietis opus: septimus dies erit vobis
sanctus, sabbatum & requies domini. Qui fecerit opus in eo, occidetur.
[3] Non succendetis ignem in omnibus habitaculis vestris per diem sab-
bati. † Et ait Moyses ad omnem cateruam filiorum Israel: Iste est sermo quem
præcepit dominus, dicens: [4] Separate apud vos primitias domino. † Omnis volunta-
rius & prono animo offerat eas domino. Aurum & argentum, & æs, [6] hyacinthum,
& purpuram, coccúmq; bis tinctum, & byssum, pilos caprarum, [7] pellésque arietum
rubricatas, & hyacinthinas, ligna sethim, [8] & oleum ad luminaria concinnanda, & vt
conficiatur vnguentum, & thymiama suauissimum, [9] lapides onychinos, & gem-
B mas, ad ornatum superhumeralis & rationalis. [10] Quisquis vestrum sapiens est, ve-
niat, & faciat quod dominus imperauit, [11] taberna culum scilicet, & tectum eius, atq;

a. Ambiguum est an ea fierẽ à domino, an ab illis dominus iubeat. Sed vtriq; manifestũ est quòd ab illis insinte ea fieri. Sed ideo sic positũ est, vt ex vtroque accipiatur, quia & dominus facit, cùm faciẽtes à diuinat. Augu. quæst. 167. super Exodũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

operimentum,annulos,& tabulata cum vectibus,paxillos & bases,[11] arcam &vectes, propitiatorium,& velum quod ante illud oppanditur,[12] mẽsam cũ vectibus,& vasis, & propositionis panibus,[13] candelabrum ad luminaria sustentanda,vasa illius & [b]lucernas,& oleum ad nutrimenta ignium,[14] altare thymiamatis,& vectes,& oleum vnctionis,& thymiama ex aromatibus,tentorium ad ostium tabernaculi,[15] altare holocausti,& craticulam eius æneam cum vectibus & vasis suis,labrũ & bases eius,[16] cortinas atrij cum columnis & basibus,tentorium in foribus vestibuli,[17] paxillos tabernaculi & atrij cum funiculis suis,[18] vestimẽta quorum vsus est in ministerio sanctuarij,vestes Aaron Pontificis ac filiorum eius,vt sacerdotio fungantur mihi.[19] Egressáque omnis multitudo filiorũ Israel de conspectu Moysi,[20] obtulerunt mente promptissima atque deuota primitias domino ad faciendum opus tabernaculi testimonij. Quicquid ad cultum & ad vestes sanctas necessarium erat,[21] viri cũ mulieribus præbuerunt,armillas,& inaures,annulos,& dextralia. Omne vas aureum in donaria domini separatum est.[22] Si quis habebat aurum,hyacinthum,& purpuram,coccúmque bis tinctum,byssum,& pilos caprarum,pelles arietũ rubricatas,& hyacinthinas,[23] argenti & auri æriſq; metalla obtulerunt domino, lignáq; sethim in varios vsus.[24] Sed & mulieres doctæ quæ neuerant,dederunt hyacinthum,purpuram, & vermiculum, ac byssum,[26] & pilos caprarum,sponte propria cuncta tribuentes.[27] Principes verò obtulerunt lapides onychinos, & gemmas ad superhumerale &[c] rationale,[28] aromatáque,& oleum ad luminaria concinnanda,& ad præparandum vnguentum, ac thymiama odoris suauissimi componendum.† [29] Omnes viri & mulieres mente deuota obtulerunt donaria,vt fierent opera quæ iusserat dominus per manum Moysi. Cũcti filij Israel voluntaria domino dedicauerunt.[30] Dixítq; Moyses ad filios Israel:†Ecce vocauit dominus ex nomine Beseleel filium Vri filij Hur,de tribu Iuda:[31] impleuítq; cum spiritu dei,sapientia,& intelligentia,& scientia,& omni doctrina[32] ad excogitãdum & faciendum opus in auro,& argento,& ære,& ferro,[33] sculpendíſque lapidibus,& opere carpentario. Quicquid fabre adinueniri potest,[34] dedit in corde eius. Ooliab quoque filium Achisamech,de tribu Dan.[35] Ambos erudiuit sapientia, vt faciant opera Abietarij,Polymitarij,ac Plumarij de hyacintho,&purpura,coccóque bis tincto,& byſſo:& texant omnia,ac noua quæque reperiant.

b. In sanctis etiam candelabrum luminis, collocandũ, vt sine eis lucernæ semper ardentes, & lumbi iancti, & ipse tanquam ferus qui expectat dominũ suum redire de nuptiis. Origen. in Exod. Homil. 9.

c. Quod in pectore pontificis locatur, formã habet rationalis sensus qui in nobis est: in hoc cõpositi sunt lapides repletionis, qui cohærent & connexi sunt ad lapides humeralis. Origen. Ibid.

d. Ooliab frater Solomonis quã non sponte oppressit Aegyptius quidã: idcirco meritis eius factum fuisse dicitur, vt de filiabus eius talis nasceretur qui operaretur domo domini. Hieronym. super 3. lib. Reg.

Oblatis plus æquo donariis paratur tabernaculum iuxta omnes partes suas,cortinas,saga,opertoria,tabulata,vectes,velum,& tentorium. XXXVI.

A Exod.25

Ecit† ergo Beseleel,& Ooliab,& omnis vir sapiens, quibus dedit dominus sapiẽtiam & intellectum,vt scirent fabre operari quę in vsu sanctuarij necessaria sunt,& quæ præcepit dominus.[2] Cúmq; vocasset eos Moyses,& omnem eruditum virum cui dederat dominus sapientiam, & qui sponte sua obtulerant se ad faciendum opus,[3] tradidit eis vniuersa donaria filiorum Israel. Qui cum instarent operi,quotidie mane vota populus offerebat.[4] Vnde artifices venire compulsi,[5] dixerunt Moysi: Plus offert populus quàm necessarium est.[6] Iussit ergo Moyses præconis voce cantari: Nec vir,nec mulier quicquam offerat vltrà in opere sanctuarij. Sícque cessatum est à muneribus offerendis,[7] eo quòd oblata sufficerent,& superabundarent.[8] Fecerúntque omnes corde sapientes ad explendum opus tabernaculi, cortinas decem de byſſo retorta, & hyacintho, & purpura, cocco bis tincto,opere vario,& arte polymita.[9] Quarum vna habebat in longitudine vigintiocto cubitos,& in latitudine quatuor. Vna mensura erat omnium cortinarũ. B [10] Coniunxítque cortinas quinque alteram alteri, & alias quinque sibi inuicem copulauit.[11] Fecit & ansas hyacinthinas in ora cortinæ vnius ex vtroque latere, & in ora cortinæ alterius similiter.[12] vt contra se inuicem venirent ansæ, & mutuo iungerentur.[13] Vnde & quinquaginta fudit circulos aureos, qui morderent cortinarum ansas, & fieret vnum tabernaculum.[14] Fecit &[a] saga vndecim de pilis caprarum ad operiendũ tectum tabernaculi.[15] Vnum sagum in lõgitudine habebat cubitos triginta,

a Cortinas de pilis Caprarum.

ginta,& in latitudine cubitos quatuor. Vnius mensuræ erant omnia saga.[16] Quorum quinque iunxit seorsum, & sex alia separatim.[17] Fecítque ansas quinquaginta in ora sagi vnius,& quinquaginta in ora sagi alterius,vt sibi inuicẽ iungerentur:[18] & fibulas æneas quinquaginta, quibus necteretur tectum, vt vnum pallium ex omnibus sagis fieret.[19] Fecit & opertorium tabernaculi de pedibus arietum rubricatis,aliúdq; desuper,velamẽ de pellibus hyacinthinis. [20] Fecit & tabulas tabernaculi de lignis sethim, stantes.[21] Decem cubitorum erat lõgitudo tabulæ vnius, & vnum ac semis cubitum latitudo retinebat.[22] Binæ incastraturę erant per singulas tabulas,vt altera alteri iungeretur. Sic fecit in omnibus tabernaculi tabulis.[23] E quibus viginti ad plagam meridianam erant contra austrum,[24] cum quadraginta basibus argenteis. Duæ bases sub vna tabula ponebantur ex vtraq; parte angulorum, vbi incastraturæ laterũ in angulis terminantur.[b] [25] Ad plagam quoq; tabernaculi quæ respicit ad aquilonem, fecit viginti tabulas [26] cum quadraginta basibus argenteis, duas bases per singulas tabulas. [27] Contra occidentem verò,id est ad eam partem tabernaculi quę mare respicit,fecit sex tabulas,[28] & duas alias per singulos angulos tabernaculi retro,[29] quę iunctæ erãt à deorsum vsque sursum,& in vnam cõpaginem pariter ferebãtur. Ita fecit ex vtraq; parte per angulos,[30] vt octo essent simul tabulæ,& haberent bases argẽteas sedecim, D binas scilicet bases sub singulis tabulis.[31] Fecit & vectes de lignis sethim quinque ad continendas tabulas vnius lateris tabernaculi,[32] & quinq; alios ad alterius lateris coaptandas tabulas,& extra hos quinq; alios vectes ad occidentalem plagam tabernaculi contra mare.[33] Fecit quoq; vectem alium,qui per medias tabulas ab angulo vsq; ad angulum peruenirẽt. [34] Ipsa autẽ tabulata deaurauit,fusis basibus earũ argenteis. Et circulos eorum fecit aureos,per quos vectes induci possent,quos & ipsos laminis aureis operuit.[35] Fecit & velum de hyacintho,& purpura,vermiculo,ac byſſo retorta,opere polymitario,varium atque distinctum:[36] & quatuor columnas de lignis sethim: quas cum capitibus deaurauit,fusis basibus earum argenteis.[37] Fecit & tentorium in introitu tabernaculi ex hyacintho,purpura,vermiculo,byſſóq; retorta,opere plumarij,[38] & columnas quinque cum capitibus suis,quas operuit auro: baséſq; earũ fudit æneas,quas & operuit auro.

b Tabernaculũ hoc per allegoriam ecclesia est in huius vitæ eremo constituta, de quo Psalmista ait: Quoniã abscondit me in tabernaculo suo in die malorũ. Variis igitur speciebus instruitur tabernaculũ, partim pretiosis, partim vilioribus, per quod demõstratur alios sanctos, alios esse peccatores in ecclesia, fideles autem omnes intra corpus ecclesiæ cõstitutos. Isido. in Exod. cap. 50.

Formantur arca,propitiatorium,mensa,candelabrum,lucernæ,altare thymiamatis, ipsúmque thymiama. XXXVII.

Exod.25.g

A

Ecit† autem Beseleel & [a] arcam de lignis sethim,habentem duos & semis cubitos in lõgitudine,& cubitum ac semissem in latitudine.altitudo quoq; vnius cubiti fuit,& dimidij. [2] Vestiuítque eam auro purissimo intus & foris. Et fecit illi coronã auream per gyrum, [3] cõflans quatuor annulos aureos per quatuor angulos eius, duos annulos in latere vno,& duos in altero.† [b] [4] Vectes quoq; fecit de lignis sethim,quos vestiuit auro,[5] & quos misit in annulos qui erant in lateribus arcæ ad portandum eam. [6] Fecit & propitiatorium,id est oraculum,de auro mundissimo,duorum cubitorum & dimidij in longitudine,& cubiti ac semis in latitudine.[7] Duos etiam Cherubim ex auro ductili, quos posuit ex vtraque parte propitiatorij, [8] Cherub vnum in summitate vnius partis,& Cherub alterũ in summitate partis alterius. Duos Cherubim in singulis summitatibus propitiatorij,[9] extendentes alas,& tegentes propitiatorium, séque mutuo & illud respicientes.[10] Fecit & mẽsam de lignis sethim in lõgitudine duorum cubitorũ,& in latitudine vnius cubiti,quę habebat in altitudine cubitũ ac semissem. [11] Circundeditq; eam auro mundissimo,& fecit illi labium aureum per gyrum,[12] ipsíq; labio coronã auream interrasilem quatuor digitorũ, & super eandem alteram coronã aureã.[13] Fudit & quatuor circulos aureos, quos posuit in quatuor angulis per singulos pedes mẽsę [14] cõtra coronam,misitq; in eos vectes,vt posset mẽsa portari. [15] ipsos quoq; vectes fecit de lignis sethim,& circũdedit eos auro.[16] Et vasa ad diuersos vsus

a Per hanc itaq; arcam quã de lignis imputribilibus Moyses fabricauit, ecclesia Christi significatur ædificata ex omnibus mente & corpore incorruptis, habẽtibus intus ea quæ duas tabulas testamenti, id est, obseruantiam legis & euangelij, Isido. in Exod. cap. 44.

b Vectes quoque de lignis sethim sunt, qui eisdem ad portandũ circuli inseruntur: quia fortes perseuerãtéq; doctores velut imputribilia ligna quærẽdi sunt, qui institutioni sacrorum voluminum semper inhærentes, sanctæ ecclesiæ vnitatem denuncient, & quasi intromissis circulis arcam portent. Isido. vbi sup.

Universidad de Deusto
Biblioteca

c. Candelabrum autẽ illud septẽ ramorũ, fabrefactũ gerebat imaginem eorũ, quæ septiformi gratia illustrarẽt ecclesiam omnẽ in vnitate fidei cõstitutam, iuxta id in Exod. cap. 25.

mensæ, acetabula, phialas, & cyathos, & thuribula ex auro puro: in quibus offerenda sunt libamina. c [17] Fecit & candelabrum ductile de auro mundissimo. De cuius vecte c calami, scyphi, sphærulæq; ac lilia procedebant, [18] sex in vtroq; latere. Tres calami ex parte vna, & tres ex altera. [19] Tres scyphi in nucis modũ per calamos singulos, sphærulæque simul & lilia, & tres scyphi instar nucis in calamo altero, sphærulæque simul & lilia. Æquum erat opus sex calamorum qui procedebant de stipite cãdelabri. [20] In ipso autẽ vecte erãt quatuor scyphi in nucis modum, sphęruleq; per singulos, & lilia, [21] & sphærulæ sub duobus calamis per loca tria, qui simul sex fiunt calami, procedẽtes de vecte vno. [22] Et sphærulæ igitur, & calami ex ipso, erãt vniuersa ductilia ex auro purissimo. [23] Fecit & lucernas septem cum emunctoriis suis, & vasa vbi ea quæ emuncta sunt extinguantur, de auro mũdissimo. [24] Talentũ auri appendebat candelabrum cum omnibus vasis suis. [25] Fecit & altare thymiamatis de lignis sethim, per quadrum singulos habens cubitos, & in altitudine duos, è cuius angulis procedebãt cornua: [26] vestiuitque illud auro purissimo, cum craticula ac parietibus, & cornibus. [27] Fecitq; ei coronam aureolã per gyrũ, & duos annulos aureos sub corona per singula latera, vt mittãtur in eos vectes, & possit altare portari. † [28] Ipsos autẽ vectes fecit de lignis sethim, & operuit laminis aureis. [29] Cõposuit & oleum ad sanctificationis vnguentum, & thymiamata de aromatibus mundissimis opere pigmentarij.

† 36. diff. ca. Quæ ecclesiastica. 9. Ecce.

Formatur altare holocausti, cum labio æneo, & atrio, oblatáque donaria designantur. XXXVIII.

FEcit † & altare holocausti de lignis sethim quinque cubitorum per quadrum, & trium in altitudine, [1] cuius cornua de angulis procedebant: operuitque illud laminis æneis. [2] Et in vsus eius parauit ex ære vasa diuersa, lebetes, forcipes, fuscinulas, vncinos, & igniũ receptacula. [3] Craticulãq; eius in modum retis fecit æneam, & subter eam in altaris medio arulam, [4] fusis quatuor annulis per totidem retiaculi summitates, † ad immittẽdos vectes ad portandũ. [5] Quos & ipsos fecit de lignis sethim, & operuit laminis æneis, [6] induxítque in circulos qui in lateribus altaris eminebant. Ipsum autem altare non erat solidũ, sed cauum ex tabulatis, & intus vacuum. [7] Fecit & labrum æneum cum basi sua de speculis mulierum quæ excubabant in ostio tabernaculi. [8] Fecit & atrium, in cuius australi plaga erant tentoria de bysso retorta, cubitorum centum, [9] columnæ æneæ viginti, cum basibus suis, capita columnarum, & tota operis cęlatura argentea. [10] Æquè ad septen- B trionalem plagam tentoria, columnæ, basesq;, & capita columnarum eiusdem mensuræ & operis ac metalli erant. [11] In ea verò plaga quæ ad occidentẽ respicit, fuerunt tentoria cubitorum quinquaginta, columnæ decem cum basibus suis æneæ, & capita columnarum & tota operis cęlatura argentea. [12] Porrò cõtra orientem quinquaginta cubitorum parauit tentoria, [13] è quibus quindecim cubitos columnarum trium cum basibus suis vnum tenebat latus: [14] & in parte altera, quia inter vtraque introitum tabernaculi fecit, quindecim æquè cubitorum erant tentoria, columnæq; tres, & bases totidem. [15] Cuncta atrij tentoria byssus retorta texuerat. [17] Bases columnarum fuere æneæ, capita autem earum cum cunctis cælaturis suis argentea, sed & ipsas columnas atrij vestiuit argento. [18] Et in introitu eius opere plumario fecit tentorium ex hya- c cintho, purpura, vermiculo, ac byssо retorta: quod habebat viginti cubitos in longitudine, altitudo verò quinque cubitorum erat, iuxta mensuram quam cuncta atrij tentoria habebant. [19] Columnæ autem in ingressu fuere quatuor cum basibus æneis, capitáque earum & cælaturæ argenteæ. [20] Paxillos quoque tabernaculi & atrij per gyrum fecit æneos. [21] Hæc sunt instrumenta tabernaculi testimonij, quæ enumerata sunt iuxta præceptum Moysi in ceremoniis Leuitarum per manum Ithamar filij Aaron sacerdotis, [22] quæ Beseleel filius Vri filij Hur de tribu Iuda, domino per Moysen iubente compleuerat, [23] iuncto sibi socio Ooliab filio Achisamech de tribu Dan, qui & ipse artifex lignorum egregius fuit, & polymitarius, atque plumarius, ex hya-

† 36. diff. ca. Quæ ecclesiastica. 8. Ecce.

D cintho, purpura, vermiculo, & byssо. [24] Omne aurũ quod expensum est in opere sanctuarij, & quod oblatum est in donariis, vigintinouem talentorum fuit, & septingentorum triginta siclorum ad mensuram sanctuarij. [25] Oblatum est autem ab iis qui transierunt ad numerum, à viginti annis & suprà, de sexcentis tribus milibus & quingentis quinquaginta armatorum. [26] Fuerunt præterea cẽtum [a] talenta argenti, è quibus conflatæ sunt bases sanctuarij, & introitus vbi velum pendet. [27] Centum bases factę sunt de talentis centũ, singulis talentis per bases singulas supputatis. [28] De mille autẽ septingẽtis & septuagintaquinq; siclis fecit capita colũnarũ, quas & ipsas vestiuit argento. [29] Æris quoq; oblata sunt talẽta septuaginta duo milia, & quadringenti supra sicli, [30] ex quibus fusæ sunt bases in introitu tabernaculi testimonij, & altare æneum cum craticula sua, omniáque vasa quæ ad vsum eius pertinent, [31] & bases atrij tam in circuitu quàm in ingressu eius, & paxilli tabernaculi atq; atrij per gyrum.

a. Talentum habet 60. libras. In pondere libra septima habet 12. siclos. Siclus habet 4. denarios. Denarius habet 6. obelos. Obolus habet 16. grana hordeacea.

Pontificalia sacerdotaliáque conficiuntur ornamenta, totúmque iniunctum opus perficitur, ac Moysi benedicendum offertur. XXXIX.

Matth. 6. Nec Salomon.

A DE hyacintho † verò & purpura, vermiculo ac byssо fecit vestes quib' indueretur Aaron quãdo ministrabat in sanctis, sicut præcepit dominus Moysi. [a] [2] Fecit igitur superhumerale de auro, hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & byssо retorta, [3] opere polymitario. Incidítque bracteas aureas, & extenuauit in fila, vt possent torqueri cum priorum colorum subtegmine, [4] duásque oras sibi inuicem copulatas in vtroq; latere summitatum, [5] & balteum ex eisdem coloribus, sicut præceperat dominus Moysi. B [6] Parauit & duos lapides onychinos astrictos & inclusos auro, & sculptos arte gemmaria nominibus filiorum Israel. Sex nomina in lapide vno, & sex in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum. [7] Posuítque eos in lateribus superhumeralis, in monumentum filiorum Israel, sicut præceperat dominus Moysi. [8] Fecit & rationale opere polymito, iuxta opus superhumeralis, ex auro hyacintho, purpura, coccóque bis tincto, & byssо retorta [9] quadrangulum duplex mensuræ palmi: [10] & posuit in eo gemma- C rum ordines quatuor. In primo versu erat sardius, topazius, smaragdus: [11] in secundo carbunculus, sapphirus, iaspis: [12] in tertio lygurius, achates, amethystus: [13] in quarto chrysolithus, onychinus, & beryllus, circundati & inclusi auro per ordines suos. [14] Ipsíque lapides duodecim sculpti erant nominibus duodecim tribuum Israel, singuli per nomina singulorum. [15] Fecerunt in rationali & catenulas sibi inuicem co- D hærentes de auro purissimo: [16] & duos vncinos, totidémque annulos aureos. Porrò annulos posuerunt in vtroque latere rationalis, [17] ex quibus penderent duæ catenæ aureæ, quas inseruerunt vncinis qui in superhumeralis angulis eminebant. [18] Hæc & ante & retro ita conueniebant sibi, vt superhumerale & rationale mutuò necterentur, [19] stricta ad balteum & annulis fortius copulata, quos iungebat vitta hyacinthina, ne laxa fluerent, & à se inuicem mouerentur, sicut præcepit dominus Moysi. [20] Fecerunt quoque tunicam superhumeralis totam hyacinthinam, [21] & capitium in superiori parte contra medium, orámque per gyrum capitij textilem: [22] deorsum autem ad pedes mala punica ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac byssо retor- E ta, [23] & tintinnabula de auro purissimo, quæ posuerunt inter malogranata in extrema parte tunicæ per gyrum: [24] tintinnabulum autem aureum & malum punicum, quibus ornatus incedebat Pontifex quando ministerio fungebatur, sicut præcepit dominus Moysi. [25] Fecerunt & tunicas byssinas opere textili Aaron & filiis eius, [26] & mitras cum coronulis suis ex byssо. [27] Fœminalia quoque linea, byssina: [28] cingulum verò de byssо retorta, hyacintho, purpura, ac vermiculo, distinctum arte plumaria, sicut præceperat dominus Moysi. [29] Fecerunt & laminam sacræ venera- F tionis de auro purissimo, scripseruntque in ea opere gemmario [b] sanctum domini, [30] & strinxerunt eam cum mitra vitta hyacinthina, sicut præceperat dominus Moysi. [31] Perfectum est igitur omne opus tabernaculi, & tecti testimonij. Fecerúntque filij Israel cuncta quæ præceperat dominus Moysi: [32] & obtulerunt tabernaculum &

a. Quia in humeris onera portamus, superhumerale pontificis labores bonorũ operum, quæ iugiter corã domino ferre debet, ostendit quod lene primò faciẽdum præcipitur. Qui enim ad sacerdotium magisteriúmq; populi dei promouentur, primùm eorũ opera cognoscantur, vt dũ hoc quod foris patet, omnibus irreprehensibile patuerit, integritas cordis & syncęritas fidei probetur, ſiid. in Exo. cap. 59.

b. Nomen est omnipotẽtis dei, quod quatuor literis Hebraicis scribitur יהוה & apud eos vocatur ineffabile, dum nomen eius non potest dici. Cuius maiestatem etiam gentilitas non ignorat, vt Atheniensium testatur ara, Ignoto deo. Hier. super 16. cap. Ezech.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tectum,& vniuersam supellectilem,annulos,tabulas,vectes,colũnas,ac bases,[11] opertorium de pellibus arietum rubricatis, & aliud operimentum de hyacinthinis pellibus,[14] velum,arcam,vectes,propitiatorium,[15] mensam cum vasis suis,& propositionis panibus,[16] candelabrum,lucernas, & vtensilia earum cum oleo,[17] altare aureum, G & vnguentum,& thymiama ex aromatibus:[18] & tentorium in introitu tabernaculi,[19] altare æneum,retiaculum,vectes,& vasa eius omnia:labrum cum basi sua, tentoria atrij,& columnas cum basibus suis,[20] tentorium in introitu atrij, funiculósq; illius, & paxillos. Nihil ex vasis defuit,quæ in ministerium tabernaculi, & in tectum fœderis iussa sunt fieri.[21] Vestes quoque,quibus sacerdotes vtuntur in sanctuario, Aaron scilicet,& filij eius,[22] obtulerunt filij Israel:sicut præceperat dominus.[23] Quæ postquam Moyses cuncta vidit completa,benedixit eis.

Tabernaculum erigitur,consecratur,ac dei maiestate repletur. XL.

a Mense Nisan, secũdo anno post exitũ ex Aegypto.

Locutúsq; est dominus ad Moysen,dicens:[a 2] Mense primo prima die A Ioſ.32. Anno ante Christum 1509. Anno mũdi 2453.
mensis eriges tabernaculum testimonij,[3] & pones in eo arcam,demittétsq; ante illam velum,[4] & illata mensa pones super eam quę rite præcepta sunt. Candelabrum stabit cum lucernis suis,[5] & altare aureum in quo adoletur incensum coram arca testimonij. Tẽtorium in introitu tabernaculi testimonij pones,[6] & ante illud altare holocausti. [7] Labrum inter altare & tabernaculum,,quod implebis aqua.[8] Circundabísque atrium tentoriis,& ingressum eius.[9] Et assumpto vnctionis oleo,vnges tabernaculum cum vasis suis,vt sanctificentur[10] altare holocausti,& omnia vasa eius,[11] labrum cum basi sua. † Omnia vnctionis oleo consecrabis, vt sint sancta sanctorum.[12] Applicabísque Aaron & filios B † De consti. tũ. prim.
eius ad fores tabernaculi testimonij, & lotos aqua[13] indues sanctis vestibus, vt ministrent mihi, & vnctio eorum in sacerdotium sempiternum proficiat.[14] Fecítque Moyses omnia quæ præceperat dominus.[15] Igitur mense primo anni secundi, prima die mensis,collocatum est tabernaculum.† [16] Erexítq; Moyses illud, & posuit tabulas,ac bases,& vectes,statuítque columnas,[17] & expandit tectum super tabernaculũ, † Num.7.1
b. Tabulæ decem præceptorum. impositó desuper operimento,sicut dominus imperauerat.[18] Posuit & b testimoniũ in arca,subditis infrà vectibus, & Oraculum desuper.[19] Cúmque intulisset arcam in tabernaculum testimonij, appendit ante eam velum, vt expleret domini iussionem. [20] Posuit & mensam in tabernaculo testimonij ad plagam septentrionalem extra velum, c
[21] ordinatis coràm propositionis panibus, sicut præceperat dominus Moysi. [22] Posuit & candelabrum in tabernaculo testimonij è regione mensæ in parte australi,[23] locatis per ordinem lucernis iuxta præceptum domini.[24] Posuit & altare aureũ sub tecto testimonij contra velum,[25] & adoleuit super eo incensum aromatum,sicut iusserat dominus Moysi. [26] Posuit & tentorium in introitu tabernaculi testimonij,
[27] & altare holocausti in vestibulo testimonij,offerens in eo holocaustum & sacrifi-
c Notanda est rei multum mirabilis, quòd nube descendente & implente tabernaculum, quæ tamẽ gloria domini dicitur, nõ poterat Moyses intrare tabernaculum, qui in monte Sina, quando legem primitus a deo accepit, intrauit in nubem vbi erat deus. Procul dubio ergo aliam personã tunc figurabat, aliam nunc. Et tunc eorũ qui sunt participes intima veritatis dei, nisi autem Iudæorum, quibus cloſa domini quæ sit tabernaculo est, quod est gratia Christi, cuiquam nubes opponitur non eam mente intelligentibus, & ideo nõ intrantibus in tabernaculũ testimonij. Aug. quæst. 173. super Exodum.
cia,vt dominus imperauerat. † [28] Labrum quoque statuit inter tabernaculum testi- D † Supra 30.18
monij & altare,implens illud aqua: [29] lauerúntq; in eo Moyses & Aaron ac filij eius manus suas & pedes,[30] cum ingrederentur tectum fœderis, ac accederent ad altare, sicut præceperat dominus Moysi. [31] Erexit & atrium per gyrum tabernaculi & altaris,ducto in introitu eius tẽtorio. Postquam omnia perfecta sunt, † [32] operuit nubes † Num. 9.e 2. Reg. 8.b 2. Para. 6.c 2. Macch. 2.a
tabernaculum testimonij, & gloria domini impleuit illud. c [33] Nec poterat Moyses ingredi tectum fœderis,nube operiente omnia,& maiestate domini coruscante:quia cuncta nubes operuerat.[34] Si quando nubes tabernaculum deserebat, proficiscebantur filij Israel per turmas suas.[35] Si pendebat desuper,manebãt in eodem loco.[36] Nubes quippe domini incubabat per diem tabernaculo,& ignis in nocte,videntibus cunctis populis Israel per cunctas mansiones suas.

Incipit

Incipit tertius Moysi liber ויקרא Vaiicra,

id est,Et vocauit:qui dicitur Leuiticus.

Holocaustorum,armentorum,pecudum & auium offerendorum varius ritus & modus. I.

Leuit.1.a

Leuit.22.b Iob.42.a.d

Vocauit autem Moysen, & locutus est ei dominus de tabernaculo testimonij, dicens: [2] Loquere filiis Israel, & dices ad eos. a † Homo qui obtulerit ex vobis hostiam domino de A a Sacrificia quapecoribus,id est de bobus, & ouibus, offerens victimas: [3] si drupedum.
b holocaustum fuerit eius oblatio,ac de armento, masculum B b. In hostiis legalibus quædam erãt holocausta, quædam verò hostiæ dicebantur. Holocausta tota in altari cremabantur: inde dicta holocausta, quasi tota incensa. Hostiarum autem pacificarum solis crematis adipibus, cætera in sacerdotum seu ipsorum qui obtulerant, cedebant vsum. Radulphus super Leuit.
immaculatum offeret ad ostium tabernaculi testimonij, ad placandum sibi dominum. [4] Ponétque super caput hostiæ manus,& acceptabilis erit, atque in expiationem eius proficiens. [5] Immolabitq; vitulum coram domino, & offerẽt filij Aaron sacerdotis sanguinem eius, fundentes per altaris circuitum,quod est ante ostium tabernaculi. [6] Detractáque pelle hostiæ, artus in frusta concident,[7] & subiicient in altari ignem,strue lignorum antè compositа, [8] & membra quæ sunt cæsa desuper ordinantes,caput videlicet,& cuncta quæ adhærẽt iecori, [9] intestinis & pedibus,lotis aqua:adolebítque ea sacerdos super altare in holocaustũ, c
& suauem odorem domino. c [10] Quòd si de pecoribus oblatio est, de ouibus siue de capris holocaustum,agnum anniculum & absque macula offeret. [11] immolabítq; ad latus altaris quod respicit aquilonem,coram domino. Sanguinem verò illius fundẽt super altare filij Aaron per circuitum, [12] diuidéntque membra,caput,& omnia quæ adhærent iecori, & imponent super ligna, quibus subiiciendus est ignis. [13] Intestina verò & pedes lauabunt aqua,& oblata omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustum,& odorem suauissimum domino. d [14] Si autẽ de auibus holocausti oblatio D
fuerit domino,de turturibus & pullis colũbę [15] offeret eam sacerdos ad altare,& e retorto ad collum capite,ac rupto vulneris loco,decurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris: [16] veſiculam verò gutturis, & plumas proiiciet prope altare ad orientalem plagam,in loco in quo cineres effundi solent.[17] Confringétque ascellas eius,& non secabit,neque ferro diuidet eam,& adolebit super altare, lignis igne suppositо. † Holocaustum est,& oblatio suauissimi odoris domino.

c. Sunt autem tria genera holocaustorum. Primũ bouis. Secundum ouis aut capræ. Tertium auium,scilicet turturis, aut columbarum. Radulphus super Leuitic.

d. Sacrificia auium.

e. Riper caput eius, & incedet in altari. Hoc est: Os turturis in lege ad ascellas eius reconqueri iubetur, ne separetur os ab opere, & corpus nostrum nõ diuidatur ab ore. Hier. in 1. ca. Marci.

Iob.42.a.c. Psal.50. Ecclesiast. 34.

Oblatio sacrificiorum similæ oleo conspersæ,thuris,panum,laganorum,atque primitiarum. II.

Leuit.3

Anima cum obtulerit oblationẽ sacrificij domino, [2] similа erit eius ob- A
latio. b Fundétque super eam oleum,& ponet thus, [2] ac deferet ad filios Aaron sacerdotis. Quorum vnus tollet pugillum plenum similæ & olei,ac totum thus,& ponet memoriale super altare,in odorem suauissimum domino. † [3] Quod autem reliquum fuerit de sacrificio,erit Aa- Matth.7.d
ron & filiorum eius,sanctum sanctorum de oblationibus domini. [4] Cum autẽ obtu- B
leris sacrificiũ coctum in clibano de similа, panes scilicet absq; fermento conspersos oleo, & lagana azyma oleo lita: [5] si oblatio tua fuerit de sartagine similæ conspersæ oleo & absq; fermento, [6] diuides eam minutatim,& fundes super eam oleum. c [7] Sin- C
autem de craticula fuerit sacrificium,æquè similа oleo cõspergetur, [8] quã offerẽs domino trades manibus sacerdotis. [9] Qui cum obtulerit eam,tollet memoriale de sacrificio,& adolebit super altare in odorem suauitatis domino. [10] Quicquid autẽ reliquũ est,erit Aaron & filiorum eius sanctũ sanctorũ de oblationibus domini. † [11] Omnis oblatio quæ offertur domino,absque fermento fiet, nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio domini. [12] Primitias tantùm eorum offeretis ac munera,

a. Rectè post auis holocaustum similа sequitur: quæ quisquis per studium sapientiæ cernam mentis inhabitat, purgationi illius insistere debet: vt nequaquam exteriori sanctificatiõe cõtentus, sicut à corpore præuios recidit actus, sic & à mẽte eorundẽ extirpet affectus. Radulph. ibidem.

b. Sacrificia insensibilium.

c. Craticulam ignis nõ vndiq; inuoluit clibani more sed inferiùs superposita tonet. Radulph. ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſuper altare verò non imponentur in odorem ſuauitatis.[13] Quicquid obtuleris ſacrificij, ſale condies, nec auferes ſal fœderis dei tui de ſacrificio tuo. † In omni oblatione offeres ſal. [14] Si autem obtuleris munus primitiarum frugum tuarum domino de ſpicis adhuc virentibus, torrebis eas igni, & confringes in morem farris, & ſic offeres primitias tuas domino,[15] fundes ſuper eas oleum, & thus imponens, quia oblatio domini eſt,[16] de qua adolebit ſacerdos in memoriam muneris, partem farris fracti, & olei, ac totum thus. D † De cōſec. di. 4. c. Sal.

Hoſtiæ pacificorum pro beneficij impetratione, ex bobus, ouibus, agnis, & capris. III.

a. Sacrificiū pacificorū ſolum de bobus, ouib⁹ & capris tā maſculis quàm fœminis fiebat.

QVòd † [a] ſi hoſtia pacificorum fuerit eius oblatio, & de bobus voluerit offerre marem ſiue fœminam, immaculata offeret coram domino. [2] Ponétq; manum ſuper caput victimæ ſuæ, quæ immolabitur in introitu tabernaculi teſtimonij. † Fundéntq; filij Aaron ſacerdotis ſanguinem per altaris circuitum,[3] & offerēt de hoſtia pacificorum in oblationem domino adipem qui operit vitalia, & quicquid pinguedinis eſt intrinſecus:[4] duos renes cum adipe quo teguntur ilia, & reticulum iecoris cum renunculis,[5] adolebúntq; ea ſuper altare in holocauſtum lignis igne ſuppoſito, in oblationem ſuauiſſimi odoris domino.[6] Si verò de ouibus fuerit eius oblatio, & pacificorum hoſtia: ſiue maſculum obtulerit, ſiue fœminam, immaculata erunt omnia. [7] Si agnum obtulerit coram domino,[8] ponet manum ſuā ſuper caput victimæ ſuæ: quæ immolabitur in veſtibulo tabernaculi teſtimonij. Fundéntq; filij Aaron ſanguinem eius per circuitum altaris,[9] & offerēt de pacificorum hoſtia ſacrificium domino, adipem & caudam totam [10] cum renibus, & pinguedinem quæ operit ventrem, atque vniuerſa vitalia, & vtrunque renunculùm cum adipe qui eſt iuxta ilia, reticulúmq; iecoris cum renunculis:[11] & adolebit ea ſacerdos ſuper altare in pabulum ignis & oblationis domini. [12] Si capra fuerit eius oblatio, & obtulerit eam domino,[13] ponet manum ſuam ſuper caput eius, immolabítque eam in introitu tabernaculi teſtimonij. Et fundent filij Aarō ſanguinem eius per altaris circuitum,[14] tollénteq; ex ea in paſtum ignis dominici adipē qui operit ventrē, & qui tegit vniuerſa vitalia,[15] duos renunculos cum reticulo quod eſt ſuper eos iuxta ilia, & aruinam iecoris cum renunculis:[16] adolebítque ea ſuper altare ſacerdos in alimoniam ignis, & ſuauiſſimi odoris. Omnis adeps domini erit [17] iure pepetuo in generationibus, & cunctis habitaculis veſtris: nec ſanguinem nec adipem omnino comedetis. A Ioſ. 22. † Eccl. 50. b † 6. diſt. cap. Nō eſt peccatū. 8. Item ita. Exod. 29. b B D

Hoſtiæ ſacerdotis, principis, & multitudinis per ignorantiam peccantis. IIII.

LOcutúſq; eſt dominus ad Moyſen, dicēs:[2] Loquere filiis Iſrael: Anima quæ peccauerit per ignorantiam, & de vniuerſis mandatis domini quæ præcepit vt nō fierēt, quippiā fecerit: † [3] ſi ſacerdos qui vnctus eſt, peccauerit, delinquere faciens populum, offeret pro peccato ſuo vitulum immaculatum domino,[4] & adducet illum ad oſtium tabernaculi teſtimonij coram domino, ponétque manum ſuper caput eius, & immolabit eum domino.[5] Hauriet quoque de ſanguine vituli inferens illum in tabernaculum teſtimonij. [6] Cúmq; intinxerit digitum in ſanguinem, aſperget eum ſepties coram domino contra velum ſanctuarij. † [7] Ponétque de eodem ſanguine ſuper cornua altaris thymiamatis gratiſſimi domino, quod eſt in tabernaculo teſtimonij. Omnem autem reliquum ſanguinem fundet in baſim altaris holocauſti in introitu tabernaculi. [8] Et adipem vituli offeret pro peccato, tam eum qui vitalia operit, quàm omnia quæ intrinſecus ſunt:[9] duos renunculos, & reticulū quod eſt ſupra eos iuxta ilia, & adipē iecoris cū renūculis,[10] ſicut offertur de vitulo hoſtiæ pacificorū: & adolebit ea ſuper altare holocauſti.[11] Pellem verò & omnes carnes cum capite & pedibus & inteſtinis & fimo[12] & reliquo corpore efferet extra caſtra in locū mundū vbi cineres effundi ſolent: A Ioſ. 22. † De vot. c. Magnæ. 22. q. 1. c. Principē. Pſal. 109. d. B † De vot. ca. Magnæ.

lent: incendétque ea ſuper lignorum ſtruem, quę in loco effuſorum cinerum crematuntur.[13] Quòd ſi omnis turba filiorum Iſrael ignorauerit, & per imperitiam fecerit quod contra mandatum domini eſt,[14] & poſtea intellexerit peccatum ſuum: offeret pro peccato ſuo vitulum, adducétque eum ad oſtium tabernaculi, & [a] [15] ponent ſeniores populi manus ſuper caput eius coram domino. Immolatóque vitulo in conſpectu domini,[16] inferet ſacerdos qui vnctus eſt, de ſanguine eius in tabernaculum teſtimonij,[17] tincto digito aſpergens ſepties contra velum. [18] Ponétque de eodē ſanguine in cornibus altaris quod eſt corā domino in tabernaculo teſtimonij. Reliquū autem ſanguinem fundet iuxta baſim altaris holocauſtorum, quod eſt in oſtio tabernaculi teſtimonij.[19] Omnémque eius adipem tollet, & adolebit ſuper altare:[20] ſic faciens & de hoc vitulo quomodo fecit & prius: & rogāte pro eis ſacerdote, propitius erit eis dominus.[21] Ipſum autem vitulum efferet extra caſtra, atque comburet, ſicut & priorem vitulum: quia eſt pro peccato multitudinis.[b] [22] Si peccauerit princeps, & fecerit vnum è pluribus per ignorantiam, quod domini lege prohibetur,[23] & poſtea intellexerit peccatum ſuum: offeret hoſtiam coram domino hircum de capris immaculatum,[24] ponétque manum ſuam ſuper caput eius: cúmque immolauerit eum in loco vbi ſolet mactari holocauſtum coram domino, quia pro peccato eſt,[25] tinget ſacerdos digitum in ſanguine hoſtiæ pro peccato, tangens cornua altaris holocauſti, & reliquum fundens ad baſim eius:[26] adipem verò adolebit ſuprà, ſicut in victimis pacificorum fieri ſolet. Rogabítque pro eo ſacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei.[27] Quòd ſi peccauerit anima per ignorantiam de populo terræ, vt faciat quicquam de iis quæ domini lege prohibentur, atque delinquat,[28] & cognouerit peccatum ſuum: offeret capram immaculatam,[29] ponétque manus ſuper caput hoſtię quę pro peccato eſt, & immolabit eam in loco holocauſti.[30] Tollétque ſacerdos de ſanguine in digito ſuo, & tangens cornua altaris holocauſti, reliquum fundet ad baſim eius. †[31] Omnem autem adipem auferens ſicut auferri ſolet de victimis pacificorum, adolebit ſuper altare in odorem ſuauitatis domino: rogabítque pro eo, & dimittetur ei.[32] Si autem de pecoribus obtulerit victimam pro peccato, ouem ſcilicet immaculatam:[33] ponet manum ſuper caput eius, & immolabit eam in loco vbi ſolent cædi holocauſtorum hoſtiæ.[34] Sumétque ſacerdos de ſanguine eius digito ſuo, & tangēs cornua altaris holocauſti, reliquum fundet ad baſim eius. †[35] Omnem quoque adipem auferens, ſicut auferri ſolet adeps arietis qui immolatur pro pacificis, cremabit ſuper altare incenſum domini: rogabítque pro eo & pro peccato eius, & dimittetur ei. C Sup. 3. d Sup. 3. d Sup. 3. d D E F G

a. Non enim coactam, ſed ſpontaneam agere pœnitētiam oportet, nec humano timore ad hoc cōpelli, ſed amore diuino, & propriæ ſalutis intuitu prouocari. Radulphus ibidem.

b. Principem quemlibet ex doctioribus & ſanctioribus hic appellat. Principis eſt quanto ſcientia maior, & eminentior ſanctitas, tanto ſi peccauerit, reatus vehementior erit. Radulphus ibidem.

Hoſtiæ pro peccatis ex paſſione, ſilentio veritatis, errore, iuramento, ſacrorum abuſu, atque ignorantia. V.

A SI peccauerit anima, & audierit vocē iurantis, teſtíſq; fuerit quòd aut ipſe vidit, aut cōſcius eſt: niſi indicauerit, portabit iniquitatem ſuam. [2] Anima quæ tetigerit aliquid immūdum, ſiue quod occiſum à beſtia eſt, aut per ſe mortuū, aut quodlibet aliud reptile, & oblita fuerit immunditiæ ſuæ, rea eſt, & deliquit.[3] Et ſi tetigerit quicquā de immūditia hominis iuxta omnem impuritatem qua pollui ſolet, oblitáque cognouerit poſtea, ſubiacebit delicto.[4] Anima quę iurauerit, & protulerit labiis ſuis vt vel malè quid faceret, vel bene, & non fecerit, & idipſum iuramento & ſermone firmauerit, oblitáq; poſtea intellexerit delictum ſuum,[5] agat pœnitentiam pro peccato,[6] & offerat de gregibus agnam ſiue capram, orabítq; pro ea ſacerdos, & pro peccatis eius.[7] Sin autem non potuerit offerre pecus, offerat duos turtures, vel duos pullos colūbarum domino, vnum pro peccato, & alterum in holocauſtum:[8] dabítq; eos ſacerdoti. Qui primum offerens pro peccato retorquebit caput eius ad pennulas, ita vt collo adhæreat, & non penitus abrumpatur:[9] & aſperget de ſanguine eius parietē altaris. Quicquid autem reliquum fuerit, faciet diſtillare ad fundamentum eius: quia pro peccato eſt.[10] Alterum verò in holocauſtum adolebit, vt fieri ſolet: rogabítque pro eo ſacer- B C

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Dignum est enim, vt qui peccatorum suorum cõfessionem facit, cõsummet ea omnia quæ reuocare ad memoriam potest domino pendens, non alia prodens, alia abscondés. Radulphus ibidem.

dos, & pro peccato eius, & dimittetur ei. [a 11] Quòd si non quiuerit manus eius† duos offerre turtures, aut duos pullos columbarum, offeret pro peccato suo similę partem ephi decimam. Non mittet in eam oleum, nec thuris aliquid imponet, quia pro peccato est: [12] tradétq; eam sacerdoti, qui plenum ex ea pugillum hauriēs cremabit super altare in monumentum eius qui obtulerit, [13] rogās pro illo & expians: reliquam verò partem ipse habebit in munere. [14] Locutúsq; est dominus ad Moysen, dicens: [15] Anima si prævaricans ceremonias per errorem in iis quæ domino sunt sanctificata peccauerit, offeret pro delicto suo arietē immaculatum de gregibus, qui emi potest duobus siclis iuxta põdus sanctuarij: [16] ipsúmque quod intulit damni restituet, & quintam partem ponet supra, tradens sacerdoti, qui rogabit pro eo, offerens arietem, & dimittetur ei. † [17] Anima quæ peccauerit per ignorantiam, fecerítque vnum ex iis quæ domini lege prohibentur, & peccati rea intellexerit iniquitatem suam, [18] offeret arietem immaculatum de gregibus sacerdoti, iuxta mensuram æstimationémque peccati: qui orabit pro eo, [19] quia nescięs fecerit: & dimittetur ei, quia per errorem deliquit in domino.

† Lac. 2. d

† Sup. 4. d

Oblatio pro peccato ex certa scientia commisso, leges holocausti, ignis perpetui, singulorum sacrificiorum, & oblationum sacerdotis in die vnctionis suæ. VI.

A Loc. 23.

LOcutúsque est dominus ad Moysen, dicens: [2] Anima quæ peccauerit, & contempto domino negauerit proximo suo depositum quod fidei eius creditum fuerat, vel vi aliquid extorserit, aut calumniam fecerit, [3] siue rem perditam inuenerit, & inficiās insuper peierauerit, & quodlibet aliud ex pluribus fecerit in quibus solent peccare homines, [4] cóuicta delicti [5] reddet omnia quę per fraudem voluit obtinere, integra, & quintam insuper partem domino cui damnum intulerat. [6] Pro peccato autem suo offeret arietem immaculatum de grege, & dabit eum sacerdori iuxta æstimationem mensurámque delicti: [7] qui rogabit pro eo coram domino, & dimittetur illi pro singulis quæ faciendo peccauit. [8] Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens: [9] Præcipe Aaron & filiis eius: Hæc est lex holocausti: Cremabitur in altari tota nocte vsque mane. B Ignis ex eodem altari erit. † [10] Vestietur tunica sacerdos, & fœminalibus lineis, tollétque cineres quos vorans ignis exussit: & ponens iuxta altare, [11] spoliabitur prioribus vestimentis, indutúsque aliis efferet eos extra castra, & in loco mūdissimo vsque

† De cēs. A. c. 2. post. fœminoq; cum vestib.

a Id est, ab illo igne in quo arsit holocaustum vsque in mane. Non vult enim ignē prorsus extingui: sed cum vsque in mane arserit holocaustum, ablatis inde reliquiis consumptionis, nec sic extingui ignem, sed inde iterum renouari quo ordeant alia quæ imponuntur Augustin. quæst. 12. in Leuitic.

† De pœnit. d. 1. c. Iniustè hæc hircus. De celebrat. missæ. c. 69.

ad fauillam consumi faciet. † [a 12] Ignis autem in altari semper ardebit: quem nutriet sacerdos subiiciens ligna mane per singulos dies: & impósito holocausto desuper, adipes adolebit pacificorum. [13] Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet in altari. [14] Hæc est lex sacrificij & libamentorum, quæ offerent filij Aaron coram domino, & coram altari. [15] Tollet sacerdos pugillum similæ quæ consperśa est oleo, & totum thus, quod super similam positum est: adolebítque illud in altari in monumentum odoris suauissimi domino. [16] Reliquam autem partem similæ comedet Aaron cum filiis suis absque fermento, & comedet in loco sanctuarij tabernaculi. [17] Ideo C autem non fermentabitur, quia pars eius in domini offertur incensum. Sanctum sanctorum erit, sicut pro peccato atque delicto. [18] Mares tantùm stirpis Aaron comedent illud. Legitimum ac sempiternum erit in generationibus vestris de sacrificiis domini. Omnis qui tetigerit illa, sanctificabitur. [19] Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens: [20] Hæc est oblatio Aaron & filiorum eius, quam offerre debent domino in die vnctionis suæ. Decimam partem ephi offerent similæ in sacrificio sempiterno. Medium eius mane, & medium eius vespere: [21] quæ in sartagine oleo consperśa frigetur. Offeret autem eam calidam in odorem suauissimum domino, [22] sacerdos qui iure patri successerit: & tota cremabitur in altari. [23] Omne enim sacrificium sacerdotum igne consumetur, nec quisquam comedet ex eo. [24] Locutus est autem dominus ad Moysen, dicens: [25] Loquere Aaron, & filiis eius: Ista est lex holocausti pro peccato. In loco vbi offertur holocaustum, immolabitur coram domino. D Sanctum sanctorum est. [26] Sacerdos qui offert, comedet eam in loco sancto in atrio

tabernaculi. [27] Quicquid tetigerit carnes eius, sanctificabitur. Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa, lauabitur in loco sancto. [28] Vas autem fictile in quo cocta est confringetur, quòd si vas æneum fuerit, defricabitur, & lauabitur aqua. [29] Omnis masculus de genere sacerdotali vescetur de carnibus eius, quia sanctū sanctorū est. [b 30] Hostia enim quę cæditur pro peccato, † cuius sanguis infertur in tabernaculum testimonij ad expiandum, in sanctuario non comedetur, sed comburetur igni.

† Hebr. 13. b

b. Quomodo ergo ad sacerdotes pertinent mandūcanda quę remanent de sacrificijs pro peccatis? Quod intelligendū est, hæc excepta esse, de quorū sanguine infertur aliud altare incensi in tabernaculo testimonij. August. quæst. 12. super Leuiticum.

Oblatio hostiæ pro delicto: pacificorum, adipis, & sanguinis ritus. VII.

A HÆc est quoque lex hostiæ pro delicto. Sancta sanctorum est. [2] Idcirco vbi immolabitur holocaustum, mactabitur & victima pro delicto. Sanguis eius per gyrum altaris fundetur. [3] Offerent ex ea caudam, & adipem qui operit vitalia, [4] duos renunculos, & pinguedinem quæ iuxta ilia est, reticulúmque iecoris cum renunculis, [5] & adolebit ea sacerdos super altare. Incensum est domini prò delicto. [6] Omnis masculus de sacerdotali genere in loco sancto vescetur iis carnibus, quia sanctum sanctorum est. [7] Sicut pro [a] peccato offertur hostia, ita & pro delicto. Vtriusque hostiæ lex vna erit. Ad sacerdotem qui eam obtulerit, pertinebit: [8] Sacerdos qui offert holocausti victimam, habebit pellem eius. [9] Et omne sacrificium similæ quod coquitur in clibano, & quicquid in craticula vel in sartagine præparatur, eius erit sacerdotis, à quo offertur. [10] siue oleo consperśa, siue arida B fuerit. Cunctis filiis Aaron mensura æqua per singulos diuidetur. [11] Hæc est lex hostiæ pacificorum, quæ offertur domino. [12] Si pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerent panes absque fermento consperśos oleo, & lagana azyma vncta oleo, coctámque similam, & collyridas olei admixtione consperśas, [13] panes quoque fermentatos, cum hostia gratiarum, quæ immolatur pro pacificis, [14] ex quibus vnus pro primitiis offertur domino, & erit sacerdotis qui fundet hostiæ sanguinem: [15] Cuius carnes eadem comedentur die, nec remanebit ex eis quicquam vsque manè. [16] Si voto vel spōte quispiam obtulerit hostiam, eadem similiter edetur die. Sed & si quid in crastinum remanserit, vesci licitum est. [17] Quicquid autem tertius inuenerit dies, ignis absumet. [18] Si quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit, irrita fiet eius oblatio, nec proderit offerenti, quin potius quæcunque anima tali se edulio cõraminauerit, C prævaricationis rea erit. [19] Caro quæ aliquid tetigerit immundum, non comedetur, sed comburetur igni. Qui fuerit immundus, vescetur ex ea. [20] Anima polluta quę ederit de carnibus hostiæ pacificorū quæ oblata est domino, peribit de populis suis: [21] & quæ tetigerit immunditiam hominis vel iumenti, siue omnis rei quæ polluere potest, & comederit de huiusmodi carnibus, interibit de populis suis. [22] Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens: [23] Loquere filiis Israel: Adipem ouis & bouis & capræ nō comedetis. [24] Adipem cadaueris morticini, & eius animalis quod à bestia captum est, habebitis in varios vsus. [25] Si quis adipem qui offerri debet in incensum domini, comederit, peribit de populo suo. † [26] Sanguinem quoq; omnis animalis nō sumetis in cibo, tam de auibus quàm de pecoribus. [27] Omnis anima quæ ederit sanguinem, peribit de populis suis. [28] Locutúsq; est dominus ad Moysen, dicens: [29] Loquere filiis Israel, dicens: Qui offert victimam pacificorum domino, offerat simul & sacrificium, id est libamenta eius. [30] Tenebit in manibus adipem hostiæ, & pectusculum. D Cúmque ambo oblata domino cõsecrauerit, tradet sacerdoti, [31] qui adolebit adipem super altare: pectusculum autem erit Aaron & filiorum eius. [32] Armus quoq; dexter de pacificorum hostiis, cedet in primitias sacerdotis. [33] Qui obtulerit sanguinem & adipem filiorum Aaron, ipse habebit & armum dextrum in portione sua. [34] Pectusculum enim eleuationis, & armum separationis tuli à filiis Israel de hostiis eorum pacificis, & dedi Aarō sacerdoti & filiis eius lege perpetua ab omni populo Israel. [b 35] Hęc est vnctio Aaron & filiorum eius in ceremoniis domini, die quo obtulit eos Moyses vt sacerdotio fungerentur, [36] & quæ præcepit eis dari dominus à filiis Israel religione perpetua in generationibus suis. [37] Ista est lex holocausti & sacrificij pro peccato atque delicto, & pro consecratione & pacificorum victimis, [38] quam constituit

a Peccatum ergo est perpetratio mali, delictum verò desertio boni: vt aliud sit declinare à malo, aliud sit facere bonum. Aug. quæst. 20. super Leuiticum.

b. Recordare quomodo tibi Aaron fictus sit sacerdos, quot hostias pro illo immolarit Moyses, quot pecudes prostrauerit, quomodo illū lauerit, quomodo illi vnxerit, extremum auriculæ manū dexterā, in sanctis sactoram introduxerit. Post hæc insuis prescripto sepē dierū numero manere iussit. Chrysost. aduersus Iudæos, Oratione tertia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dominus Moysi in monte Sinai, quando mandauit filiis Israel vt offerrent oblationes suas domino in deserto Sinai.

Aaronis & filiorum eius consecratio, ac tabernaculi supellectilisque eius vnctio. VIII.

a Legimus in Leuitico, iuxta præceptum dei, Moysen iussisse Aaron & filios eius. nam tunc purgatione mundi, & rerum omnis sanctitatem, baptismi sacramenta signabant. Hieron. ad Fabiolã, de veste sacerdotali.

b. Vrim & Thummim: in quibus explicandis omnes ferè dissident interpretes.

c. Hic executioni demandantur quæ cap. 29. Exodi præcipiuntur.

d. Sacerdos, aut Christi aut præpositi cuiuspiam typũ tenet. Sanguis verò hostiæ pro peccato, lachrymæ sunt peccatoris, & corporis afflictio. Nõ est autem negligenter transeundum, quòd sanguine isto prius cornua altaris tinguntur, deinde quod reliquũ est, ad basim eius funditur. Per altare præsentem ecclesiã, per cornua altaris prælatos, per basim ipsius dicim' Christũ figurari. Docemur quippe per hanc sanguinis partitionẽ Iudæi & afflictionẽ nostra primùm sanctificandum doctoribus, deinde per eorũ absolutionem ad diuinam indulgentiam pertingendum. Radulphus super cap. 4 Leuitici.

1 Occutúsq; est dominus ad Moysen, dicens: [a] 2 Tolle Aaron cũ filiis suis, A vestes eorum, & vnctionis oleum, vitulum pro peccato, duos arietes, canistrum cum azymis, 3 & cõgregabis omnem cœtũ Israel ad ostium tabernaculi. 4 Fecit Moyses vt dominus imperarat: cõgregatáq; omni turba ante fores tabernaculi, 5 ait: Iste est sermo quem iussit dominus fieri. †6 Statímq; obtulit Aaron & filios eius. Cúmq; lauisset eos, 7 vestiuit Pontificem subucula linea, accingens eum balteo, & induens eum tunica hyacinthina: & desuper humerale imposuit, 8 quod astringens cingulo aptauit rationali, in quo [b] erat doctrina & veritas. 9 Cidari quoque texit caput, & super eam contra frontem posuit laminam B auream consecratam in sanctificatione, sicut præceperat ei dominus. †10 Tulit & vnctionis oleum, quo liniuit tabernaculum cum omni supellectili sua. 11 Cúmq; sanctificans aspersisset altare septem vicibus, vnxit illud, & omnia vasa eius: labrúmq; cum basi sua sanctificauit oleo. 12 Quod fundens super caput Aaron, vnxit eum, & consecrauit. †13 Filios quoque eius oblatos cõsecrauit, vestiuitq; tunicis lineis, & cinxit balteis, imposuitq; mitras, vt iusserat dominus. [c] 14 Obtulit & vitulũ pro peccato. Cúmq; c super caput eius posuisset Aarõ & filij eius manus suas, 15 immolauit eũ hauriens sanguinem, & tincto digito [d] tetigit cornua altaris per gyrum. Quo expiato & sanctificato, fudit reliquum sanguinem ad fundamenta eius. 16 Adipem verò qui erat super vitalia, & reticulum iecoris, duósq; renunculos cum aruinulis suis adoleuit super altare, 17 vitulũ cum pelle & carnibus & fimo cremans extra castra, sicut præceperat dñs. 18 Obtulit & arietem in holocaustum. † Super cuius caput cùm imposuissent Aaron & filij eius manus suas, 19 immolauit eum, & fudit sanguinẽ eius per circuitũ altaris. 20 Ipsúmq; arietem in frusta cõcidens, caput eius & artus & adipẽ adoleuit igni, 21 lo- D tis prius intestinis & pedibus. Totúmq; simul arietem incendit super altare, eo quòd esset holocaustum suauissimi odoris domino, sicut præceperat ei. 22 Obtulit & arietẽ secundum in consecrationem sacerdotum, posuerúntq; super caput eius Aaron & filij eius manus suas. 23 Quem cũ immolasset Moyses, sumens de sanguine eius tetigit extremum auriculę dextrę Aaron, & pollicem manus eius dextræ, similiter & pedis. 24 Obtulit & filios Aaron. Cúmq; de sanguine arietis immolati tetigisset extremũ auriculæ sinistrę, & pollices manus ac dextri pedis, reliquum fudit super altare per circuitum. 25 Adipem verò & caudam omnémque pinguedinem quæ operit E intestina, reticulúmq; iecoris, & duos renes cum adipibus suis, & armo dextro, separauit. 26 Tollens autem de canistro azymorum quod erat coram domino, panes absque fermento, & collyridam consparsam oleo, laganúmque, posuit super adipes, & armũ dextrum, 27 tradens simul omnia Aaron & filiis eius. Qui postquam leuauerũt ea coram domino, 28 rursum suscepta de manibus eorum adoleuit super altare holocausti, eo quòd cõsecrationis esset oblatio in odorem suauitatis sacrificij domini. 29 Tulítq; F pectusculum, eleuans illud coram domino de ariete consecrationis in partem suam, sicut præceperat ei dominus. 30 Assuménsque vnguentum, & sanguinem qui erat in altari, asperst super Aaron & vestimenta eius, & super filios illius, ac vestes eorum. 31 Cúmq; sanctificasset eos in vestitu suo, præcepit eis, dicẽs: Coquite carnes ante fores tabernaculi, & ibi comedite eas. † Panes quoque consecrationis edite, qui positi sunt in canistro, sicut præcepit mihi dominus, dicẽs: Aarõ & filij eius comedent eos. 32 Quicquid autem reliquum fuerit de carne & panibus, ignis absumet. 33 e De ostio G quoque tabernaculi non exibitis septem diebus, vsq; ad diem quo implebitur tẽpus consecrationis vestrę. Septem enim diebus finitur cõsecratio, 34 sicut in præsentiarum factum est, vt ritus sacrificij compleretur. 35 Die ac nocte manebitis in tabernaculo obseruantes

†21. dist. c. 1. & 3. q. 1. cap. In scripturis. De consecr. dist. 1. c. Tabernaculum.

†Deconsecr. dist. 1. c. 1. Psal. 44. h. Isa. 61. a

†Eccl. 45. e Exod. 29. a.

†Sup. 4. g.

†Exo. 29. f.

e. Nunquid nam credibile est situ corporis vno loco sedere præceptos per dies septẽ die & nocte, vnde se omnino nõ commouere? Nec tamen hunc tanquam allegoricè aliquid significatum quod non fieret cogendi sumus accipere, sed potius agnoscere locutionem scripturarum, vbi sæpe fiunt pro habitatione & cõmoratione ponit. Aug. quæst. 14. super Leuit.

obseruantes custodias domini, ne moriamini. Sic enim mihi præceptum est. 36 Feceruntque Aaron & filij eius cuncta quæ locutus est dominus per manum Moysi.

Primitiis sacrificiorum pro sacerdote & populo deo redditis, Aaron populo benedixit, gloria domini apparuit, ignisque holocaustum deuorauit. IX.

a. Prima oblatio est sacrificium pro peccato pontificis, & eius holocaustum.

b. Secunda oblatio est pro populo.

Hebr. Nõ A adiecit. Hinc. dist. 16. Quem penitet.

†3. q. 5. ca. Ignis fecit.

Octauo † autem die, vocauit Moyses Aaron & filios eius, ac maiores natu Israel, dixítque ad Aaron: [a] 2 Tolle de armento vitulum pro peccato, & arietem in holocaustum, vtrumque immaculatum, & offer illos coram domino: 3 & ad filios Israel loquéris: † [b] Tollite hircum pro peccato, & vitulum atque agnum anniculum, & sine macula in holocaustum, 4 bouem & arietem pro pacificis: & immolate eos coram domino, in sacrificio singulorum similam consparsam oleo offerentes. Hodie enim dominus apparebit vobis. 5 Tulerunt ergo cuncta quæ iusserat Moyses ad ostium tabernaculi: vbi cum omnis multitudo adstaret, 6 ait Moyses: Iste est sermo quem præcepit dominus: facite, & apparebit vobis gloria eius. 7 Et dixit ad Aaron: Accede ad altare, & immola pro peccato tuo. Offer holocaustum, & deprecare pro te & pro populo. Cúmque mactaueris hostiam populi, ora pro eis, sicut præcepit dominus. 8 Statímque Aaron accedens ad altare immolauit vitulum pro peccato suo, 9 cuius sanguinem obtulerunt ei filij sui. In quo tingens digitum, tetigit cornua altaris, & fudit residuum ad basim eius. 10 Adipémque & renunculos, ac reticulum iecoris, quæ sunt pro peccato, adoleuit super altare, sicut præceperat dominus Moysi. 11 Carnes verò & pellem eius extra castra cõbussit igni. 12 Immolauit & holocausti victimam. Obtulerúntque ei filij sui sanguinem eius, quem fudit per altaris circuitum. 13 Ipsam etiam hostiam in frusta concisam cum capite & membris singulis obtulerunt, quæ omnia super altare cremauit igni, 14 lotis aqua prius intestinis & pedibus. † 15 Et pro peccato populi offerens mactauit hircum, expiatóque altari, 16 fecit holocaustum, 17 addens in sacrificio libamenta quæ pariter offeruntur, & adolens ea super altare, absque ceremoniis holocausti matutini. 18 Immolauit & bouem atque arietem, hostias pacificas populi. Obtulerúntque ei filij sui sanguinem, quem fudit super altare in circuitu: 19 adipem autem bouis, & caudam arietis, renunculósque cum adipibus suis, & reticulum iecoris, 20 posuerunt super pectora. Cúmque cremati essent adipes super altare, 21 pectora eorum, & armos dextros separauit Aaron eleuans coram domino, sicut præceperat Moyses. 22 Et extendens manum ad populum, benedixit ei: sicque completis hostiis pro peccato, & holocaustis & pacificis, [c] descendit. 23 Ingressi autem Moyses & Aaron in tabernaculum testimonij, & deinceps egressi, benedixerunt populo. † Apparuitque gloria domini omni multitudini, 24 & ecce egressus ignis à domino, deuorauit holocaustum, & adipes qui erant super altare. Quod cùm vidissent turbæ, laudauerunt dominum, ruentes in facies suas.

3. Mac. 2. c.

c. Vnde autem descenderic qui ad altare stabat, ad quod prohibebatur per gradus ascendere? Sed nũc cum dicit scriptura sacerdotem cũ fecisset sacrificia, descendisse, vtiq; manifestat cũ alicubi stetisse vnde descenderet: & quia ibi steterat, ideo trium cubitorum altari ministrando deseruire potuisse. Augu. quæst. 18. super Leuit.

Igne consumpti Nadab & Abiu planguntur, vino autem sacerdotibus interdicto residuum oblationis comedunt. X.

Hebr. 24. A Arreptísque † [a] Nadab & Abiu filij Aaron thuribulis, imposuerũt ignem, & incensum desuper, offerentes coram domino ignem [b] alienum, quod eis præceptum non erat. 2 Egressúsque ignis à domino, deuorauit eos, & mortui sunt coram domino. 3 Dixitque Moyses ad Aaron: Hoc est quod locutus est dominus: [c] Sanctificabor in iis qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor. Quod audiens tacuit Aaron. 4 Vocatis autẽ Moyses Misaele & Elisaphan filiis Oziel patrui Aaron, ait ad eos: Ite, & tollite fratres vestros de conspectu sanctuarij, & asportate extra castra. 5 Confestímq; pergentes tulerunt eos, sicut iacebant, vestitos lineis tunicis, & eiecerunt foras, vt sibi fuerat imperatũ. 6 Locutúsq; est Moyses ad Aaron, & ad Eleazar & Ithamar filios eius: [d] Capita vestra nolite nudare, & vestimenta nolite scindere, ne fortè moriamini, & super omnem cœtum oriatur indignatio. Fratres vestri & omnis domus Israel plangant incendium,

a Per hos enim heretici designãtur, qui alienũ ignem adferentes ad altare dei, id est, alienas doctrinas, à cœlesti igne cõburentur, quẽadmodum Nadab & Abiu. Irenæus lib. 4. ca. 42.

b. Ab igne altaris perpetuo, de quo supra cap. 6.

c. Eos appropinquare domino voles intelligi, qui in tabernaculo sacerdotio fũgebantur, sanctificari autẽ in eis eriã vindicãdo, sicut factũ est. Verũ vt hinc sciretur, quam minus aliis parcar, si illis non parcit. Aug. quæst. 31. super Leuitic.

d. Tria signa loctus exercitora prohibentur, capitis nudatio, vestium scissio, & extra tabernaculi ostio egressus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod dominus ſuſcitauit:[7] vos autem non egrediemini fores tabernaculi, alioquin peribitis.† Oleum quippe ſanctæ vnctionis eſt ſuper vos. Qui fecerunt omnia iuxta præceptum Moyſi.[8] Dixítq; dominus ad Aaron:†[e 9] Vinum & omne quod inebriare poteſt, non bibetis tu & filij tui quando intrabitis in tabernaculum teſtimonij, ne moriamini, quia præceptum ſempiternum eſt in generationes veſtras,[10] & vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & prophanum, inter pollutum & mundum, [11] doceátíſque filios Iſrael omnia legitima mea quæ locutus ſum ad eos per manum Moyſi.[12] Locutúſq; eſt Moyſes ad Aarō & ad Eleazar & Ithamar filios eius, qui erāt reſidui: Tollite ſacrificium quod remanſit de oblatione dñi, & comedite illud abſq; fermēto iuxta altare, quia ſanctum ſanctorum eſt.†[f 13] Comedetis autem in loco ſancto, quod datum eſt tibi & filiis tuis de oblationibus domini, ſicut præceptum eſt mihi.[14] Pectuſculum quoq; quod oblatum eſt, & armum qui ſeparatus eſt, edetis in loco mūdiſſimo tu & filij tui, & filiæ tuæ tecum. Tibi enim ac liberis tuis repoſita ſunt de hoſtiis ſalutaribus filiorum Iſrael,†[15] eo quòd armum & pectus & adipes qui cremantur in altari, eleuauerūt coram domino, & pertineant ad te, & ad filios tuos lege perpetua, ſicut præcepit dominus.† [16] Inter hæc hircum qui oblatus fuerat pro peccato, cum quæreret Moyſes, exuſtum reperit: iratúſq; contra Eleazar & Ithamar filios Aaron qui remanſerant, ait: [17] Cur non comediſtis hoſtiam pro peccato in loco ſancto, quæ ſancta ſanctorum eſt, & data vobis, vt portetis iniquitatem multitudinis, & rogetis pro ea in conſpectu domini,[18] præſertim cum de ſanguine illius non ſit illatum intra ſancta, & comedere debueratis eam in ſanctuario, ſicut præceptū eſt mihi?[19] Reſpondit Aaron: Oblata eſt hodie victima pro peccato, & holocauſtum corā domino, mihi autem accidit quod vides. Quomodo potui comedere eam, aut placere domino in ceremoniis mente lugubri?[20] Quod cum audiſſet Moyſes, recepit ſatisfactionem.

e. Quidam Hebræi dicunt hæc de causa dominum vinum prohibuiſſe, quia filij Aaron ebrij erant: cū propter ire reuerentiā deus occidit illos, ne quid tale ſuccedens molíretur. Quod Petrus Rauennas videtur ſentire cum dicit: Hoc præceptum poſt mortē Nadab & Abiu datum eſt, vt cunctis innotéſceret, qd ebrietas eorum mortis cauſa extitit & erroris. Petrus Rauennas.

f. Tu & filij tui, ſed nō filię, quia de hoſtia pro peccato ſolę mares comedebāt: de hoſtia autē pacifica fœminæ poterant comedere.

†2a. diſt. ca. Propoſuiſti. Ter. diſt. ca. 1 & ca. Vinolentum.

†Tert. diſt. ca. Tenere &. 82. diſt. Proponuiſti.

†2. Mac. 1.

†Deut. 18. c. 1. Leuit. 6.

Animalium mundorum ab immundis ſeparatio, ac eorum vſus, & vtentium domino aſſimilatio. XI.

A [1] Locutúſq; eſt dominus ad Moyſen & Aaron, dicēs: [2] Dicite filiis Iſrael: Cuſtodite omnia quę ſcripſi vobis, vt ſim deus veſter.† Hæc ſunt[a] animalia quę comedere debetis de cunctis animantibus terræ. [3] Omne quod habet diuiſam vngulam, & ruminat in pecoribus, comedetis. [4] Quicquid autē ruminat, & habet vngulam, ſed non diuidit eam, ſicut camelus, & cætera, non comedetis illud, & inter immūda reputabitis. [5] Chœrogryllius qui ruminat, vngulámq; non diuidit, immundus eſt. [6] Lepus quoq;: nam & ipſe ruminat, ſed vngulam nō diuidit:†[7] & ſus quę cum vngulam diuidat, non ruminat: [8] horum carnibus non veſcemini, nec cadauera contingetis, quia immunda ſunt vobis. [9] Hæc etiam ſunt quæ gignuntur in aquis, & veſci licitum eſt. [b] Omne quod habet pinnulas & ſquamas, tam in mari quàm in fluminibus & ſtagnis, comedetis. [10] Quicquid autē pinnulas & ſquamas non habet eorū quæ in aquis mouētur, & viuunt, abominabile vobis[11] execrādúmq; erit. Carnes eorū nō comedetis, & morticina vitabitis. [12] Cuncta quæ nō habēt pinnulas & ſquamas in aquis, polluta erūt. [13] Hæc ſunt quæ de auibus comedere non debetis, & vitanda ſunt vobis. Aquilā, & gryphem, & halyætū, [14] & miluū, ac vulturē iuxta genus ſuum, [15] & omne coruini generis in ſimilitudinē ſuam, [16] ſtruthionem, & noctuam, & larum, & accipitrem iuxta genus ſuū, [17] bubonem, & mergulum, & ibin, [18] & cygnū, & [c] onocrotalū, & porphyrionē, [19] herodionē, & charadrium iuxta genus ſuum, vpupam quoque, & veſpertilionē. [20] Omne de volucribus quod graditur ſuper quatuor pedes, abominabile erit vobis. [21] Quicquid autē ambulat quidē ſuper quatuor pedes, ſed habet[d] longiora retro crura, per quę ſalit ſuper terrā, [22] comedere debetis, vt eſt bruchus in genere ſuo, & [e] athacus, atq; [f] ophiomachus, atq; locuſta: ſingula iuxta genus ſuū. [23] Quicquid autē ex volucribus quatuor tantùm habet pedes, execrabile erit vobis: [24] & quicunq; morticina eorū tetigerit, polluetur, & erit immundus vſq; ad veſperam: [25] & ſi neceſſe fuerit vt portet quippiam horum mortuū, lauabit veſtimenta ſua, & immundus erit

a. Si omnia à deo creata dicūtur valde bona, quomodo quędam animalia dicūtur immunda? Immūda dicta ſunt: vſui, nō creationi quorū interdictus vſus ſub quibuſdā figuris cognoſcitur. Lex enim cibos carnis cum diſcretione diſponit. Quędā enim ad eſum quaſi munda contribuit & cōceſſit animalia, quędā interdixit quaſi non munda, & ipſos ędētes inquinatura. Et mundorū quidē hāc formā dedit, vt quæ ruminatione ruminēt, vngulas findant, munda: immunda verò, quę neutrum. Tertul. de cibis Iudaicis.

b. Duę ſolum conditiones ſunt ad animalium in aquis degentium electionem.

c. Alias dicitur Truo, auis quędam ſic dicta, quòd dū collum aquæ mergit, velut aſinus ſonū emittit. Butor Gallice.

d. Vt omne genus locuſtæ.

e. Scarabæus.

f. Locuſtæ genus cū ſerpentibus dimicans, vt nomen importat.

dus erit vſq; ad occaſum ſolis.[26] Omne animal quod habet quidem vngulam, ſed nō diuidit eam, nec ruminat, immundū erit: & quicquid tetigerit illud, contaminabitur. [27] Quod ambulat ſuper manus ex cunctis animantibus quæ incedunt quadrupedia, immundum erit. Qui tetigerit morticina eorum, polluetur vſque ad veſperum: [28] & qui portauerit huiuſcemodi cadauera, lauabit veſtimenta ſua, & immundus erit vſq; ad veſperum: quia omnia hæc immunda ſunt vobis. [29] Hæc quoq; inter polluta reputabuntur de iis quæ mouentur in terra, [g] muſtela, & mus, & crocodilus, ſingula iuxta genus ſuum, [h 30] mygale, chamæleon, & [i] ſtellio, & lacertā, & talpa, [k 31] omnia hæc immunda ſunt. Qui tetigerit morticina eorū, immūdus erit vſq; ad veſperū: [32] & ſuper quod ceciderit quicquā de morticinis eorū, polluetur. Tam vas ligneum & veſtimētum, quàm pelles, & cilicia, & in quocunque fit opus, tingentur aqua, & polluta erūt vſque ad veſperum: & ſic poſtea mundabuntur.† [33] Vas autem fictile in quod horum quicquam intro ceciderit, polluetur, & ideo frangendum eſt. [34] Omnis cibus quē comedetis, ſi fuſa fuerit ſuper eum aqua, immundus erit, & omne liquens quod bibitur de vniuerſo vaſe, immundum erit. [35] Et quicquid de morticinis huiuſcemodi ceciderit ſuper illud, immundum erit, ſiue clibani, ſiue chytropodes, deſtruentur, & immūdi erunt. [36] Fontes verò & ciſternæ, & omnis aquarum congregatio munda erit. Qui morticinum eorum tetigerit, polluetur. [37] Si ceciderit ſuper ſementem, non polluet eam. [38] ſinautem quiſpiam aqua ſementem perfuderit, & poſtea morticinis tacta fuerit, illico polluetur. [39] Si mortuum fuerit animal, quod licet vobis comedere, qui cadauer eius tetigerit, immūdus erit vſq; ad veſperum. [40] Et qui comederit ex eo quippiam, ſiue portauerit, lauabit veſtimenta ſua, & immundus erit vſque ad veſperum. [41] Omne quod reptat ſuper terram, abominabile erit, nec aſſumetur in cibū. [42] Quicquid ſupra pectus quadrupes graditur, & multos habet pedes, ſiue per humum trahitur, non comedetis, quia abominabile eſt. [43] Nolite contaminare animas veſtras, nec tangatis quicquam eorum, ne immundi ſitis. [44] Ego enim ſum dominus deus veſter. †Sācti eſtote, quia ego ſanctus ſum: ne polluatis animas veſtras in omni reptili quod mouetur ſuper terram. [45] Ego enim ſum dominus qui eduxi vos de terra Ægypti, vt eſſem vobis in deum. Sancti eritis, quia ego ſanctus ſum.† [46] Iſta eſt lex animātium, ac volucrum, & omnis animæ viuentis quæ mouetur in aqua, & reptat in terra, [47] vt differentias noueritis mundi & immundi, & vt ſciatis quid comedere & reſpuere debeatis.

g. Quis aurē muſtela corpus cibum faciat, ſed fœtura reprehēdit. Quis lacertā ſed odit incertam vitæ varietatē. Quis ſtellionē ſed maculas execratur prædā de aliena morte quærentes. Tertul. de cibis Iudaicis.

h. Ericius.

i. Lacertæ genus nigræ croceis ſtellulis maculatæ.

k. Acceſſerūt multę cauſę quib⁹ multa à Iudæis ciborū genera tolleréntur, quod vt herēt, immunda multa ſunt dicta, non vt illa damnarētur, ſed vt iſti coercerentur ſeruituti vni deo: quia ad hoc aſſumptos fragilitas docēbat, & gulæ cōcupiſcentia, quæ ſemper religioni deprehēdit eſſe vicina, imò, vt ita dixerim, cōſanguinea potiùs atque cognata Sanctitati enim inimica eſt luxuria. Tertul. de cibis Iudaicis.

Puerperij lex, & puerperæ purgatio. XII.

A [1] Locutúſque eſt dominus ad Moyſen, dicens: [2] Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos:[a]†Mulier ſi ſuſcepto ſemine pepererit maſculū, immunda erit ſeptem diebus iuxta dies ſeparationis menſtruæ,†[1] & die octauo circuncidetur infantulus, [4] ipſa verò [b] trigintatribus diebus manebit in ſanguine B purificationis ſuæ. Omne ſanctum non tanget, nec ingredietur in ſanctuarium, donec impleantur dies purificationis ſuæ.†[5] Si autem fœminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus iuxta ritum fluxus menſtrui, & ſexagintaſex diebus ma- C nebit in ſanguine purificationis ſuæ.†[6] Cúmq; expleti fuerint dies purificationis ſuę, pro filio ſiue pro filia deferet agnum anniculum in holocauſtum, & pullum columbæ ſiue turturem pro peccato ad oſtium tabernaculi teſtimonij, & tradet ſacerdoti [7] qui offeret illa coram domino, & orabit pro ea, & ſic mundabitur à profluuio ſan- D guinis ſui. Iſta eſt lex parientis maſculum aut fœminam. [c] †[8] Quòd ſi non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, ſumet duos turtures, vel duos pullos columbarum, vnum in holocauſtum, & alterum pro peccato. Orabítq; pro ea ſacerdos, & ſic mundabitur.

a. Suſceperat dixiſſe mulier ſi pepererit filium: ſed excipit ſanctam virginē, quæ nullius ſeminis ignara concepit filiū enixa eſt. Proco. ibid.

b. Sed hoc intelligas ſuprà illos ſeptem dies immūditiæ eius, ita vt 40. diēb⁹ durare debeat purgatio mulieris, quæ pepererit maſculū: quod in fœmina geminatur. Lactan. lib. 4. ca. 17. de vera ſapientia.

c. Hoc feciſſe conſtat parēres domini, cum haud abhorrerent diuitias, vt agnum poſſent offerre. Vel forſitan id accidit, vt Chriſtus qui erat agnus dei in mundum natus, ſemetipſum vt holocauſtū oblaturus erat pro mundi vita. Procopius ibi.

Lex & cognitio lepræ in homine, domo, & veſtimento. XIII.

D [1] Locutúſq; eſt dominus ad Moyſen & Aaron, dicēs: †[2] Homo in cuius cute & carne ortus fuerit diuerſus color, ſiue puſtula, aut quaſi lucens quippiā, id eſt plaga lepræ: adducetur ad Aaron ſacerdotem, vel ad vnū quemlibet fi-

a. Lepræ varia genera. Alia enim lepra in parietib⁹ demonſtratur, alia humano corpori in corpore, alia in vaſculis, alia in veſte, alia in ſtamine. Hieron. de diuerſis generibus lepræ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

liorū eius.[3] Qui cum viderit lepram in cute,& pilos in albū mutatos coloré,ipſámq; ſpeciem lepræ humiliorem cute,& carne reliqua,plaga lepræ eſt, & ad arbitriū eius ſeparabitur.[4] Si autem lucens candor fuerit in cute,nec humilior carne reliqua,& pili coloris priſtini,recludet eū ſacerdos ſeptem diebus,[5] & cōſiderabit die ſeptimo. Et ſi quidem lepra vltrà non creuerit,nec tranſierit in cute priores terminos, rurſum recludet eum ſeptē diebus aliis,[6] & die ſeptimo contemplabitur. Si obſcurior fuerit lepra,& non creuerit in cute,mundabit eum,quia ſcabies eſt,lauabítq; homo veſtimēta ſua,& mundus erit.[7] Quòd ſi poſtquàm à ſacerdote viſus eſt,& redditus mūditię, B iterum lepra creuerit:adducetur ad eum,[8] & immunditiæ condemnabitur.[9] Plaga lepræ ſi fuerit in homine,adducetur ad ſacerdotē,[10] & videbit eū. Cúmq; color albus in cute fuerit,& capillorum mutauerit aſpectū,ipſa quoq; caro viua apparuerit,[11] lepra vetuſtiſſima iudicabitur,atq; inolita cuti. Contaminabit itaq; eum ſacerdos,&nō recludet,quia perſpicuæ immunditiæ eſt.[b][12] Sinautem efflоruerit diſcurrens lepra in cute,& operuerit omnem carnem à capite vſq; ad pedes, quicquid ſub aſpectū oculorum cadit,[13] conſiderabit eum ſacerdos, & teneri lepra mundiſſima iudicabit, eo quòd omnis in candorē verſa ſit:& idcirco homo mundus erit.[14] Quando verò caro viuēs in eo apparuerit,[15] tunc ſacerdotis iudicio polluetur, & inter immūdos reputabitur.[c] Caro enim viua ſi lepra aſpergitur,immunda eſt.[16] Quòd ſi rurſum verſa fuerit in alborem,& totum hominem operuerit,[17] conſiderabit eum ſacerdos,&mundū eſſe decernet.[18] Caro autem & cutis in qua vlcus natum eſt,& ſanatū,[19] & in loco vlceris cicatrix alba apparuerit,ſiue ſubrufa, adducetur homo ad ſacerdotē.[20] Qui cū viderit locum lepræ humiliorem carne reliqua,& pilos verſos in cādorem, contaminabit eum. Plaga enim lepræ orta eſt in vlcere.[21] Quòd ſi pilus coloris eſt priſtini, & cicatrix ſubobſcura,& vicina carne nō eſt humilior,[22] recludet eum ſeptē diebus. Etſi quidem creuerit,adiudicabit eū lepræ:[23] ſin autem ſteterit in loco ſuo, vlceris eſt cicatrix,& homo mundus erit.[24] Caro autem & cutis quam ignis exuſſerit,& ſanata albā ſiue rufam habuerit cicatricē,[25] conſiderabit eam ſacerdos. Et ecce verſa eſt in al- D borem,& locus eius reliqua cute eſt humilior,cōtaminabit eū,quia plaga lepræ in cicatrice orta eſt.[26] Quòd ſi pilorū color nō fuerit immutatus,nec humilior plaga carne reliqua,& ipſa lepræ ſpecies fuerit ſubobſcura,recludet eum ſeptē diebus,[27] & die ſeptimo contemplabitur. Si creuerit in cute lepra, contaminabit eum.[28] ſinautem in loco ſuo candor ſteterit non ſatis clarus,plaga cōbuſtionis eſt,& idcirco mūdabitur, quia cicatrix eſt cōbuſturæ.[29] Vir ſiue mulier in cuius capite vel barba germinauerit lepra,[30] videbit eos ſacerdos. Et ſi quidem humilior fuerit locus carne reliqua, & capillus flauus,ſolitóq; ſubtilior,cōtaminabit eos,quia lepra capitis ac barbę eſt.[31] Sinautē viderit locū maculæ æqualem vicinæ carni,& capillum nigrū,recludet eos ſeptē diebus,[32] & die ſeptimo intuebitur. Si non creuerit macula,& capillus ſui coloris eſt, E & locus plagæ carni reliquæ æqualis,[33] radetur homo abſque loco maculæ, & includetur ſeptē diebus aliis.[34] Si die ſeptimo viſa fuerit ſtetiſſe plaga in loco ſuo, nec humilior carne reliqua,mundabit eum,lotíſq; veſtibus ſuis mundus erit.[35] Sinautē poſt emundationē rurſus ereuerit macula in cute,[36] non quæret amplius vtrum capillus in flauum colorem ſit cōmutatus,quia apertè immūdus eſt.[37] Porrò ſi ſteterit macula, & capilli nigri fuerint,nouerit hominem ſanatum eſſe, & confidenter eū pronuntiet mūdum.[38] Vir ſiue mulier in cuius cute cādor apparuerit,[39] intuebitur eos ſacerdos. Si deprehenderit ſubobſcurum alborē lucere in cute,ſciat non eſſe lepram,ſed maculam coloris candidi,& hominem mundū.[d][40] Vir de cuius capite capilli fluūt,caluus & mundus eſt.[41] Et ſi à fronte ceciderint pili,recaluaſter & mūdus eſt.[42] Sinautem in F caluitio ſiue in recaluatione albus vel rufus color fuerit exort[9],[43] & hoc ſacerdos viderit,condēnabit eū haud dubiè lepræ quæ orta eſt in caluitio.[44] Quicūq; ergo maculatus fuerit lepra,& ſeparatus eſt ad arbitriū ſacerdotis,[45] habebit veſtimēta diſſuta,caput nudum,os veſte contectum:contaminatum ac ſordidū ſe clamabit.[46] Omni tempore quo leproſus eſt & immundus,ſolus habitabit extra caſtra.[e][47] Veſtis lanea ſiue

b. Sex autem corporis enumeratur lepræ. Vna eſt quę apparet ex euidente cicatricis indicio. Altera totum obtegit corpus. Tertia prorumpit ex vlceris ſanato. Quarta prouenit ex aduſtione. Quinta oberrat à capite vel barba,infeſtáſque tam virum quàm mulierem. Sexta inuadit caluitiem capitis, aut occupat caluitiem ſuperciliorum. Procop. ibidem.

c. Lepræ ſpecies ſunt ſex. prima in cute & in carne viua. Secūda in tota carne viua à capite ad pedes diſcurrens. Tertia in loco vlceris ſanati. Quarta in loco exuſtionis. Quinta in capite vel in barba. Sexta in caluitio vel recaluatione. Beda ibidem.

d. Capilli ſuperfluūt corporis vnde & merito ſubſtiam cervicem deſignant, quę dum ad vſus necęſſitatis ſuperfluit, eram abſciſſam non ſentit. Radulphus ibidem.

e. Quid per veſtē niſi carnē hac enim induitur anima. Eſt autem hoc veſtis in coniugatis lanea: in virginibus liner, & continentibus: in cęteris autem omnibus pellicea eſt. Radol.

ſiue linea, quæ lepram habuerit [48] in ſtamine atque ſubtegmine,aut certè pellis, vel quicquid ex pelle confectum eſt, [49] ſi alba vel rufa macula fuerit infecta,lepra reputabitur,oſtendetúrque ſacerdoti.[50] Qui conſideratam recludet ſeptē diebus:[51] & die G ſeptimo rurſus aſpiciens ſi deprehenderit creuiſſe,lepra perſeuerans eſt,pollutum iudicabit veſtimentum,& omne in quo fuerit inuenta:[52] & idcirco comburetur flammis.[53] Quòd ſi viderit eam non creuiſſe,[54] præcipiet, & lauabunt id in quo lepra eſt, recludétq; illud ſeptem diebus aliis:[55] & cum viderit faciem quidem priſtinā non reuerſam,nec tamen creuiſſe lepram,immūdum iudicabit,& igne comburet, eo quòd infuſa ſit in ſuperficie veſtimenti vel per totum lepra.[56] Sinautē obſcurior fuerit locus lepræ poſtquam veſtis eſt lota,abrumpet eum,& à ſolido diuidet.[57] Quòd ſi vltrà apparuerit in iis locis quæ prius immaculata erant, lepra volatilis & vaga, debet igne cōburi.[58] Si ceſſauerit,lauabit aqua ea quæ pura ſunt,ſecundò, & munda erunt.[59] Iſta eſt lex lepræ veſtimenti lanei & linei,ſtaminis atque ſubtegminis, omníſq; ſupellectilis pelliceæ,quomodo mundari debeat,vel contaminari.

Lepræ expiandæ ſacrificia pro homine,domo,& veſtimento. XIIII.

Locutúſque eſt dominus ad Moyſen, dicens:[2] Hic eſt ritus leproſi, quando mundandus eſt. † Adducetur ad ſacerdotem.[3] qui egreſſus de caſtris,cum inuenerit lepram eſſe mundatam,[4] præcipiet ei qui purificatur,[a] vt offerat duos paſſeres viuos pro ſe,quos veſci licitum eſt:& lignum cedrinum,vermiculúmque,& hyſſopum.[5] Et vnum ex paſſeribus immolari iubebit in vaſe fictili ſuper aquas viuēs,[6] alium autem viuum cum ligno cedrino, & cocco, & hyſſopo tinget in ſanguine paſſeris immolati,[7] quo aſperget illum qui mundandus eſt ſepties, vt iure purgetur:& dimittet paſſerem viuum,vt in agrum auolet.[b][8] Cúmque lauerit homo veſtimenta ſua,radet omnes pilos corporis,& lauabitur aqua: purificatúſque ingredietur caſtra, ita duntaxat vt maneat extra tabernaculum ſuum ſeptem diebus,[9] & die ſeB ptima radet capillos capitis, barbámque & ſupercilia,ac totius corporis pilos. Et lotis rurſum veſtibus & corpore,[10] die octauo aſſumet duos agnos immaculatos,& ouem anniculam abſque macula,& tres decimas ſimilæ in ſacrificium, quæ conſperſa ſit oleo, & ſeorſum olei ſextarium.[11] Cúmque ſacerdos purificans hominem ſtatuerit eum & hæc omnia coram domino in oſtio tabernaculi teſtimonij,[12] tollet agnū, & offeret eum pro delicto, oleíque ſextarium. Et oblatis ante dominum omnibus,[13] immolabit agnum vbi ſolet immolari hoſtia pro peccato & holocauſtum, id eſt in loco ſancto. Sicut enim pro peccato, ita & pro delicto ad ſacerdotem pertinet hoſtia:Sancta ſanctorum eſt.[14] Aſſuméntque ſacerdos de ſanguine hoſtiæ quæ immoC lata eſt pro delicto,ponet ſuper extremum auriculæ dextræ eius qui mūdatur, & ſuper pollices manus dextræ,& pedis,[15] & de olei ſextario mittet in manum ſuam ſiniſtram,[16] tingétq; digitum dextrum in eo,& aſperget coram domino ſepties.[17] Quod autem reliquum eſt olei in læua manu,fundet ſuper extremum auriculæ dextræ eius qui mūdatur,& ſuper pollices manus ac pedis dextri, & ſuper ſanguinem qui effuſus eſt pro delicto,[18] & ſuper caput eius.[c][19] Rogabitq; ſacerdos pro eo coram domino,& faciet ſacrificium pro peccato. Tūc immolabit holocauſtum,[20] & ponet illud in altari cum libamentis ſuis,& homo rite mūdabitur.[21] Quòd ſi pauper eſt,& non poteſt manus eius inuenire quæ dicta ſunt,pro delicto ſumet agnū ad oblationem,vt roget pro eo ſacerdos,decimámq; partem ſimilę conſperſæ oleo in ſacrificium, & olei ſextarium,†[22] duóſq; turtures,ſiue duos pullos columbæ,quorum vnus ſit pro peccato, D & alter in holocauſtum:[23] offerétq; ea die octauo purificationis ſuæ ſacerdoti ad oſtium tabernaculi teſtimonij coram domino.†[24] Qui ſuſcipiens agnum pro delicto, & ſextarium olei,leuabit ſimul,[25] immolatóq; agno,de ſanguine eius ponet ſuper extremū auriculæ dextræ eius qui mūdatur, & ſuper pollices manus eius ac pedis dextri.[26] Olei verò partem mittet in manum ſuam ſiniſtram, in quo tingens digitū dextræ manus,aſperget ſepties coram dño,[28] tangétq; extremum dextræ auriculæ illius qui mundatur, & pollices manus ac pedis dextri, in loco ſanguinis qui effuſus eſt

a. Duos paſſeres offerimus, cum deo corpus & animā conſecramus: corpus autē immolatur per abſtinētiā, & anima ad ſuperna volare permittitur. Radulph. ibid.

b. Pili corporis raduntur, cū opera inutilia quantū poſſibile eſt amputātur. Sed & homo ipſe poſt veſtimēcorum ſuorum ablutionem aqua lauatur, ſi operibus illicitis, à quibus ſe exterius obſeruat, in cōſcientiæ ſecreto conſenſum non præbeat. Et tūc purificatus ingredietur caſtra, ita dūtaxat vt maneat extra tabernaculū ſuum ſeptē diebus. Ita homo iam purificatus caſtra ingreditur, cum in ſanctorum ſocietatē, à qua prius merito ſuæ iniquitatis fuerat eiectꝰ, recipitur. Radulphus ibidem.

c. Quod ſacerdos pro eo rogare præcipitur, frequēs eſt in hoc volumine, quoties à communibus hoſtiis emēdantur: in quo vtique docemur nullū eō, qui vemō adipiſci deſiderat, ſuę ſatisfactione debere eſſe cōtentū: ſed interceſſores alios adhibere, alioſū fore nemīa diuinā miſericordia reconciliare. Radul. ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro delicto:[29] Reliquam autem partem olei quæ est in sinistra manu, mittet super caput purificati, vt placet pro eo dominum:[30] & turturem siue pullum columbæ offeret,[31] vnum pro delicto, & alterum in holocaustum cum libamentis suis. [32] Hoc est E
sacrificium leprosi, qui habere non potest omnia in emundationem sui. [33] Locutúsq;
est dominus ad Moysen & Aaron, dicens:[34] Cúmq; ingressi fueritis terram Chanaan,
quam ego dabo vobis in possessionem:[d] si fuerit plaga lepræ in ædibus,[35] ibit cuius est
domus, nuntiás sacerdoti, & dicet: Quasi plaga leprę videtur mihi esse in domo mea.
[36] At ille præcipiet vt efferantur vniuersa de domo priusquam ingrediatur eam: & vi-
deat vtrum leprosa sit, ne immunda fiant omnia quæ in domo sunt. Intrabítque po-
stea, vt consideret lepram domus:[37] & cum viderit in parietibus illius quasi valliculas
pallore siue rubore deformes, & humiliores superficie reliqua,[38] egredietur ostium
domus, & statim claudet illam septem diebus,[39] reuersúsq; die septimo considerabit
eam. Si inuenerit creuisse lepram,[40] iubebit erui lapides in quibus lepra est, & proiici F
eos extra ciuitatem in locum immundum,[41] domum autē ipsam radi intrinsecus per
circuitum, & spargi puluerem rasuræ extra vrbem in locum immundum,[42] lapidésq;
alios reponi pro iis qui ablati fuerant, & luto alio liniri domum.[43] Si autem postquā
eruti sunt lapides, & puluis elatus, & alia terra lita,[44] ingressus sacerdos viderit reuer-
sam lepram, & parietes respersos maculis, lepra est perseuerans, & immunda domus.
[45] Quam statim destruent, & lapides eius ac ligna atque vniuersum puluerem proii-
cient extra oppidum in locum immundum.[46] Qui intrauerit domum quando clau-
sa est, immundus erit vsque ad vesperum:[47] & qui dormierit in ea & comederit quip-
piam, lauabit vestimenta sua.[48] Quòd si introiens sacerdos viderit lepram nō creuis- G
se in domo postquam denuo lita fuerit, purificabit eam reddita sanitate. [49] Et in puri-
ficatione eius sumet duos passeres, lignúmque cedrinum, & vermiculum, atq; hyssо-
pum,[50] & immolato vno passere in vase fictili super aquas viuas,[51] tollet lignū cedri-
num, & hyssopum, & coccum, & passerem viuum, & tinget omnia in sanguine passe-
ris immolati, atq; in aquis viuentibus, & asperget domū septies,[52] purificabítq; eam
tā in sanguine passeris, quàm in aquis viuentibus, & in passere viuo, lignóq; cedrino,
& hyssopo, atque vermiculo.[53] Cúmque dimiserit passerem auolare in agrum liberè,
orabit pro domo, & iure mūdabitur.[54] Ista est lex omnis lepræ, & percussuræ,[55] lepræ
vestium & domorum,[56] cicatricis, & erumpentium papularum, lucentis maculæ, &
in varias species coloribus immutatis:[57] vt possit sciri quo tempore mundum quid
vel immundum sit.

d. Plagam lepræ vocat maculam ac labem parieti hæ rentem, quę lepræ speciem refert.

Seminiflui viri, & menstruosæ mulieris expiatio. XV.

a. Ad doctores pertinent quæ dicūtur, qui aut vitia pro tendūt imaginē, aut virtutis exhibent veritatē. In coniunctione carnali vir & mulier vna caro efficiūtur. porro in collatione spirituali doctor & auditor in vno spiritu copulāntur. Vir ergo de quo precedit semo verbi diuini, & ad fœcūdandas auditorum mentes egredit ur, lauabit aqua omnino corpus Radulp. ibid.
b. Neque in somnis peccatum fit, & tamē purificatio ibi præcepta est, sicut nec menstruū fœminarū. Aug. de bono coniugali, cap. 20.
c. Quid ergo per vestem, nisi virtutum ornatus, quid per pellem, nisi vitiorum mortificatio designatur? Vtraque autē hæc purganda sunt, vt nulla prava administratione contaminetur. Doctor itaq; qui alios ædificare studet, non tantū verbo, sed maxime exemplo, si habet vestem, si pellē, habeat nec vtramque vt sicut erubuit nudus incedere, sic etiam caueat nuditatē sordidis vestitus operire. Radulphus ibidem.

LOcutúsq; est dominus ad Moysen & Aaron, dicens: [2] Loquimini filiis A
Israel, & dicite eis:† [3] Vir qui patitur fluxum seminis, immūdus erit: [4] &
tunc iudicabitur huic vitio subiacere, cum per singula momenta adhę-
serit carni eius, atq; concreuerit fœdus humor. [4] Omne[b] stratum in quo
dormierit, immundum erit, & vbicunque sederit. †[5] Si quis hominū te-
tigerit lectum eius, lauabit vestimenta sua, & ipse lotus aqua immundus erit vsque ad
vesperū. [6] Si sederit vbi ille sederat, & ipse lauabit vestimenta sua, & lotus aqua immū-
dus erit vsq; ad vesperum. †[7] Qui tetigerit carnem eius, lauabit vestimenta sua: & ipse
lotus aqua immundus erit vsq; ad vesperum. [8] Si saliuam huiusce modi homo iecerit
super eum qui mundus est, lauabit vestimenta sua: & lotus aqua immundus erit vsq;
ad vesperum. [9] Sagma super quod sederit, immundum erit: [10] & quicquid sub eo fue-
rit qui fluxum seminis patitur, pollutus erit vsque ad vesperum. [c] Qui portauerit ho- B
rum aliquid, lauabit vestimenta sua, & ipse lotus aqua immundus erit vsque ad ve-
sperū. [11] Omnis quem tetigerit qui talis est, non lotis antè manibus, lauabit vestimen-
ta sua: & lotus aqua immundus erit vsq; ad vesperū. [12] Vas fictile quod tetigerit, con-
fringetur: vas autem ligneum lauabitur aqua. [13] Si sanatus fuerit qui huiusmodi sustī-
net passionem, numerabit septem dies post emūdationem sui, & lotis vestibus & to-
to corpore in aquis viuentibus, erit mundus. [14] Die autē octauo sumet duos turtures
aut

†Ex.dist.1. 49. dist. 2. Sic ecclesia. De pœnit. dist. 1. cap. Sunt quidam. Et dist. 2. cap. Hæc lectio. †Ex dist. 32. Sic credet. 2. q. 5. c. Vt ei & ca. Arrianos.

†Ex dist. 4. ca. Si quis.

aut duos pullos columbę, & veniet in conspectū domini ad ostium tabernaculi testi-
monij, dabítq; eos sacerdoti: [15] qui faciet vnum pro peccato, & alterū in holocaustū:
rogabítq; pro eo corā domino, vt emundetur à fluxu seminis sui. [16] Vir de quo egre-
ditur semen coitus, lauabit aqua omne corpus suum, & immundus erit vsque ad ve-
C sperum. [17] Vestem & pellem quam habuerit, lauabit aqua, & immunda erit vsque ad
vesperum. [18] Mulier cum qua coierit, lauabitur aqua, & immunda erit vsq; ad vespe-
rum. [19] Mulier quæ redeunte mense patitur fluxum sanguinis, septē diebus separabi-
tur. [20] Omnis qui tetigerit eam, immūdus erit vsq; ad vesperū: [21] & locus in quo dor-
mierit vel sederit diebus separationis suę, polluetur. [22] Qui tetigerit lectū suū, lauabit
vestimēta sua, & ipse lotus aqua immundus erit vsq; ad vesperum. [23] Omne vas super
quod illa sederit quisquis attigerit, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua pollutus
†Lēuit.15.1. erit vsq; ad vesperum. [24] Si coierit cum ea vir tēpore sanguinis menstrualis, immun-
dus erit septē diebus, & omne stratum in quo dormierit, polluetur. † [d] [25] Mulier quę
patitur multis diebus fluxū sanguinis non in tempore menstruali, vel quæ post men-
struum sanguinē fluere non cessat, quādiu subiacet huic passioni, immunda erit quasi
D sit in tēpore menstruo: [26] Omne stratum in quo dormierit, & vas in quo sederit, pol-
lutum erit. [27] Quicunq; tetigerit eā, lauabit vestimēta sua: & ipse lotus aqua immun-
dus erit vsq; ad vesperum. [28] Si steterit sanguis, & fluere cessauerit, numerabit septem
dies purificationis suæ, [29] & die octauo offeret pro se sacerdoti duos turtures, aut
duos pullos colūbarum ad ostiū tabernaculi testimonij: [30] qui vnum faciet pro pec-
cato, & alterum in holocaustū: rogabítq; pro ea coram domino, & pro fluxu immū-
ditiæ eius. [31] Docebitis ergo filios Israel vt caueant immunditias, & non moriātur in
sordibus suis cum polluerint tabernaculum meum, quod est inter eos. [32] Ista est lex
eius qui patitur fluxum seminis, & qui polluitur coitu, [33] & quæ menstruis tempori-
bus separatur, vel quæ iugi fluit sanguine, & hominis qui dormierit cum ea.

d. Licet ista ex se non sine peccatā, verum per hoc q̄ informiter fluit talis humor, purificatione indigēt. Et per hoc significari per illam lex voluit animi sine disciplinæ forma indecenter fluidum ac dissolutum, quem formari oportere significat, cum talem fluxū corporis iubet purificari. August. de bono coniugali, cap. 20.

Quando & quomodo sacerdos sanctuarium ingredi, ipsum expiare, ac tabernaculum & altare, emissarium caprum abigere, & festum expiationum celebrare debeat. XVI.

†Sup. 10. A
†Exo. 30. b Hebr. 9. b

LOcutúsq; est dominus ad Moysen † post mortē duorum filiorū Aarō,
quādo offerentes ignem alienum interfecti sunt, [2] & præcepit ei, dicēs:
Loquere ad Aarō fratrem tuum, † ne [a] omni tempore ingrediatur san-
ctuarium quod est intra velum coram propitiatorio quo tegitur arca,
vt non moriatur, (quia in nube apparebo super oraculū,) [3] nisi hæc antè
fecerit. Vitulum pro peccato offeret, & arietem in holocaustum. [b] [4] Tunica linea ve-
stietur, fœminalibus lineis verenda celabit. Accingetur zona linea, cidarim lineā im-
ponet capiti. Hæc enim vestimēta sunt sancta, quibus cūctis, cum lotus fuerit, indue-
B tur. [5] Suscipiétq; ab vniuersa multitudine filiorum Israel duos hircos pro peccato, &
vnum arietem in holocaustum. [6] Cúmq; obtulerit vitulum, & orauerit pro se & pro
domo sua, [7] duos hircos stare faciet coram domino in ostio tabernaculi testimonij,
[8] mitténsque super vtrumque sortem, vnam domino, & alteram capro emissario:
[9] cuius exierit sors domino, offeret illum pro peccato: [10] cuius autem in caprum e-
missarium, statuet eum viuum coram domino, vt fundat preces super eum, & emit-
tat eum in solitudinem. [11] His rite celebratis, offeret vitulum: & rogans pro se & pro
†Hebr. 9. a & 10. a C domo sua immolabit eum. [c] † [12] Assumptóque thuribulo quod de prunis altaris im-
pleuerit, & hauriens manu compositum thymiama in incensum, vltra velum in-
†Hebr. 9. d & 10. a trabit in sancta, [13] vt positis super ignem aromatibus, nebula eorum & vapor operiat
oraculum quod est supra testimonium, & nō moriatur. † [14] Tollet quoq; de sangui-
ne vituli, & asperget digito septies cōtra propitiatorium ad orientem. [15] Cúmq; ma-
ctauerit hircum pro peccato populi, inferet sanguinem eius intra velum, sicut præce-
ptum est de sanguine vituli, vt aspergat è regione oraculi: [16] & expiet sanctuarium
ab immunditiis filiorum Israel, & à præuaricationibus eorum, cunctísque peccatis.

a. Sed semel in anno, decima die mensis septimi.

b. Qui de deo loquitur[a] est & ipsum secundum possibilitatem visurus, omnibus armetur virtutibus, quarū quatuor generales sunt: iustitia, castitas, fortitudo, sapientia. Glos. ordina.

c. Thuribulum dicitur hic lingua saluatoris igne spirituſancti inflāmata. Thuribulum est inferius clausum, superius perforatum. Hoc exponit Paulus, dicens: Omnis sermo malus de ore vestro non procedat. Primò autem sunt verba sacra & spiritualia, quibus lingua Christi fuit repleta. Radulph. ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iuxta hunc ritum faciet in tabernaculo testimonij, quod fixum est inter eos in medio sordium habitationis eorum. [17] Nullus hominum sit in tabernaculo † quando Pontifex sanctuarium ingreditur, vt roget pro se & pro domo sua, & pro vniuerso cœtu Israel, donec egrediatur tabernaculum. [18] Cum autē exierit ad altare quod coram domino est, oret pro se, & sumptum sanguinē vituli atq; hirci fundat super cornua eius per gyrū, [19] aspergénsq; digito septies, expiet & sanctificet illud [d] ab immūditiis filiorum Israel. [20] Postquā emundauerit sanctuariū, & tabernaculum, & altare, tunc offerat hircum viuentē, [21] & posita vtraq; manu super caput eius, confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, & vniuersa delicta atq; peccata eorum, quæ imprecans capiti eius, emittet illum per hominem paratum in desertum. [22] Cúmque portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terrā solitariam, & dimissus fuerit in deserto, [23] reuertetur in tabernaculum testimonij, & depositis vestibus quibus prius indutus erat cum intraret sanctuarium, relictísq; ibi, [24] lauabit carnem suam in loco sancto, induetúrq; vestibus suis. Et postquam egressus obtulerit holocaustum suum, ac plebis, rogabit tam pro se quàm pro populo: [25] & adipē qui oblatus est pro peccatis, adolebit super altare. [26] Ille verò qui dimiserit caprum emissarium, lauabit vestimenta sua & corpus aqua, & sic ingredietur in castra. [27] Vitulum autē & hircum qui pro peccato fuerint immolati, & quorum sanguis illatus est in sanctuarium, vt expiatio compleretur, asportabunt foras castra, † & comburēt igni tam pelles quàm carnes eorum ac fimum: [28] & quicunq; combusserit ea, lauabit vestimēta sua & carnem aqua: & sic ingredietur castra. [29] Erítque vobis hoc legitimum sempiternum. † Mense autem septimo decima die mensis [e] affligetis animas vestras, nullúmq; opus facietis siue indigena siue aduena qui peregrinatur inter vos. † [f] [30] In hac die expiatio erit vestri atque mundatio ab omnibus peccatis vestris: coram domino mundabimini. [31] Sabbatum enim requietionis est, & affligetis animas vestras religione perpetua. [32] Expiabit autem sacerdos qui vnctus fuerit, & cuius manus initiatæ sunt vt sacerdotio fungatur pro patre suo. Induetúrq; stola linea & vestibus sanctis, [33] & expiabit sanctuarium, & tabernaculum testimonij, atque altare, sacerdotes quoq;, & vniuersum populum. [34] Erítque hoc vobis legitimum sempiternum, vt oretis pro filiis Israel, & pro cunctis peccatis eorum semel in anno. Fecit igitur sicut præceperat dominus Moysi.

d. Hoc est, pro eis qui sanctificāti sunt ab immunditiis filiorum Israel, non consentientes immunditiis eorū. Aug. quæst. 57. super Leuit. Vel propitiabit deum pro his quæ sanctificata sunt domino, id est, tabernaculo, & quæcunque in eo erant ab immunditiis filiorū Israel, quia in medio eorum erat tabernaculum. Idem ibidē.

e Affligitione interioris cōtritionis, & exterioris abstinentiæ. Si enim non vult ieiunium deus, quomodo in Leuitico præcipit vt septimo mense decima mēsis omnis populus ieiunet vsque ad vesperam? Hieron. aduersus Iouinianum.

f. Quia ieiunia & vigiliæ & sanctæ afflictiones humilia corpora macerant, sed maculata corda purificant: mēbris tabescentibus fortitudinem, sed cōfessionibus additur mitorem. Euseb. Emisse. Homi. 10. ad monachos.

Soli deo sacrificandum, atque à sanguine abstinendum, & morticino. XVII.

[1] ET locutus est dominus ad Moysen, dicens: [2] Loquere Aarō & filiis eius, & cūctis filiis Israel, dicēs ad eos: Iste est sermo quem mandauit dominus, dicēs: [a] [3] Homo quilibet de domo Israel, si occiderit bouē, aut ouē, siue capram in castris vel extra castra, [4] & non obtulerit ad ostiū tabernaculi oblationem domino, sanguinis reus erit: quasi si sanguinem fuderit, sic peribit de medio populi sui. [5] Ideo sacerdoti offerre debēt filij Israel hostias suas, quas occidunt in agro, vt sanctificentur domino ante ostiū tabernaculi testimonij, & immolent eas hostias pacificas domino. [6] Fundétq; sacerdos sanguinem super altare domini ad ostium tabernaculi testimonij, & adolebit adipem in odorem suauitatis domino, [7] & nequaquā vltrà immolabunt hostias suas dęmonibus, cū quibus fornicati sunt. † Legitimum sempiternum erit illis, & posteris eorū. [8] Et ad ipsos dices: Homo de filiis Israel, & de aduenis qui peregrinātur apud vos, qui obtulerit holocaustū siue victimam, [9] & ad ostium tabernaculi testimonij non adduxerit eam, vt offeratur domino, interibit de populo suo. [10] Homo quilibet de domo Israel, & de aduenis qui peregrinantur inter vos, si comederit sanguinē, [b] obfirmabo faciē meam cōtra animā illius, & disperdam eam de populo suo, [11] quia anima carnis in sanguine est: & ego dedi illum vobis, vt super altare in eo expietis pro animabus vestris, & sanguis pro animæ piaculo sit. [12] Idcirco dixi filiis Israel: Omnis anima ex vobis non comedet sanguinem, nec ex aduenis qui peregrinantur apud vos. [13] Homo quicunque de filiis Israel, & de aduenis qui peregrinantur apud vos, si venatione atque aucupio ceperit

a Cū ergo nō liceret offerri sacrificia nisi in tabernaculo cui postea templa successerūt, vnde & rex Ieroboā vaccas fecere aulas est, quibus populus sacrificaret, ne huius legis necessitate seducerētur ab eo qui sub rege pro eius erāt, dū pergerēt Ierusalem, vt in templo dei sacrificarent, vnde à domino condemnatus est? Aug. quæst. 56. super Leuitic.

b Facit quām graue sit comedere sanguinem, & dei præterire mādata, sanguis carnalem significat appetitum. Deus autem non scrutatur quid agā, sed etiam quid appetam discernit. Antequām ergo quicquam mali exercius operemur, si sanguine forsitan, si iniquitatem corde concepimus, mēte à deo alienati, inimicitias eius incurrim⁹, quod est sanguinem comedere. Rudulphus ibidem.

ceperit feram, vel auem, quibus vesci licitum est, fundat sanguinem eius, & operiat illum terra. [c] † [14] Anima enim omnis carnis in sanguine est. Vnde dixi filiis Israel: Sāguinem vniuersæ carnis nō comedetis, quia anima carnis in sanguine est: & quicunque comederit illum, interibit. [15] Anima quæ comederit morticinum, vel captum à bestia, tam de indigenis, quàm de aduenis, lauabit vestimēta sua, & semetipsum aqua, & contaminatus erit vsque ad vesperum, & hoc ordine mundus fiet. [16] Quòd si non lauerit vestimenta sua vel corpus, portabit iniquitatem suam.

c. Sic enim dictū est, Anima omnis carnis sanguis est, quomodo dictū est? Petra erat Christus. Nō quia hoc erat, sed quia hanc significabatur. Non autem frustra lex animam vltricē significare per sanguinem, rem scilicet inuisibilē per rem visibilem, nisi quia sanguis per venas omnes ab ipso corde diffusus, in nostro corpore plus cæteris humoribus principatur, ita vt vbicūque fuerit vulnus inflictum, nō humor alius, sed ipse procedat, ita quoque anima, qua omnibus quibus constamus, inuisibi liter præualet, illo melius significatur quod omnibus quibus constamus visibilibus præualet. Augu. lib. x. cōtra aduersarium legis & propher.

Gradus coniugij liciti, & illiciti, & gentium opera fugienda. XVIII.

[1] LOcutus est dominus ad Moysen, dicēs: [2] Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Ego sum dominus deus vester. [3] Iuxta consuetudinem terræ Ægypti, in qua habitastis, nō facietis, & iuxta morem regionis Chanaan, ad quam ego introducturus sum vos, non agetis: nec in legitimis eorum ambulabitis. [4] Facietis iudicia mea, & præcepta mea seruabitis, & ambulabitis in eis. Ego dominus deus vester. † [5] Custodite leges meas atq; iudicia, quæ faciens homo viuet in eis. Ego dominus. † [6] Omnis homo ad proximam sanguinis sui nō accedet, vt reuelet turpitudinē eius. Ego dominus. † [a] [7] Turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris tuæ non discooperies. Mater tua est, non reuelabis turpitudinem eius. [b] [8] Turpitudinem vxoris patris tui non discooperies: Turpitudo enim patris tui est. [c] [9] Turpitudinem sororis tuę ex patre siue ex matre, quæ domi vel foris genita est, non reuelabis. [10] Turpitudinem filiæ filij tui, vel neptis ex filia, non reuelabis: quia turpitudo tua est. [11] Turpitudinem filię vxoris patris tui, quam peperit patri tuo, & est soror tua, non reuelabis. [12] Turpitudinem sororis patris tui non discooperies: quia caro est patris tui. [13] Turpitudinem sororis matris tuę nō reuelabis: eo quòd caro sit matris tuę. [14] Turpitudinē patrui tui non reuelabis, nec accedes ad vxorem eius, quæ tibi affinitate cōiungitur. [d] [15] Turpitudinem nurus tuæ non reuelabis: quia vxor filij tui est: nec discooperies ignominiā eius. Et vxorem fratris sui nullus accipiat. [16] Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis: quia turpitudo fratris tui est. [17] Turpitudinem vxoris tuæ & filiæ eius nō reuelabis. Filiam filij eius, & filiam filiæ illius non sumes, vt reueles ignominiam eius: quia [e] caro illius sunt, & talis coitus incestus est. [18] Sororem vxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius adhuc illa viuente. [19] Ad mulierē quæ patitur menstrua, non accedes, nec reuelabis fœditatem eius. [20] Cum vxore proximi tui nō coibis, nec seminis cōmixtione maculaberis. † [21] De semine tuo non dabis vt consecretur idolo Moloch, [f] nec pollues nomen dei tui. Ego dominus. [22] Cum masculo non commiscearis coitu fœmineo, quia abominatio est. [23] Cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo. † Mulier non succumbet iumento, nec miscebitur ei: quia scelus est. [24] Nec polluamini in omnibus iis quibus contaminatæ sunt vniuersæ gentes, quas ego eiiciam ante conspectum vestrum, [25] & quibus polluta est terra, cuius ego scelera visitabo, vt euomat habitatores suos. [26] Custodite legitima mea atque iudicia, vt non faciatis ex omnibus abominationibus istis, tam indigena, quàm colonus qui peregrinatur apud vos. [27] Omnes enim execrationes istas fecerūt accolæ terræ qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam. [28] Cauete ergo ne & vos similiter euomat, cum paria feceritis, sicut euomuit gentem quæ fuit ante vos. [29] Omnis anima quæ fecerit de abominationibus his quippiam, peribit de medio populi sui. [30] Custodite mandata mea. Nolite facere quæ fecerunt ij qui fuerunt ante vos, & ne polluamini in eis. Ego dominus deus vester.

a. Primus cōsanguinitatis gradus.

b. Primus affinitatis gradus.

c. Secūdus gradus consanguinitatis.

d. Secūdus gradus affinitatis.

e. Affines sunt, & nephas est. Vxorem cum sorore eius non accipies ad emulationem, vel ad lacessendū, (sicut duæ vxores Iacob sorores.)

f. Hoc est, nō prophanabis nomē sanctum siue dei, cui populo dat illo modo seruire princip, siue nomen sanctū ipsius populi Israel, propter quod dicitur: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Oportunissimē etiam adiungit: Ego dominus. hoc vsque admonēs: quia illi soli deberur latria, id est seruitus qua deo seruitur. August. quæst. 66. super Leuit.

Præcepta moralia, & ceremonialia. XIX.

[1] LOcutus est dominus ad Moysen, dicens: [2] Loquere ad omnem cœtum filiorum Israel, & dices ad eos. † [a] Sancti estote, quia ego sanctus sum, dominus deus vester. [3] Vnusquisque patrem suū & matrem suam timeat. Sabbata mea custodite. Ego dominus deus vester. [4] Nolite cōuerti ad idola, nec deos cōflatiles fa-

a. Quid est, Sancti estote, nisi præcepta mea implere, voluntatem meam facite, & viis meis ambulate? Chrysost. de oratione do. Ho. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cietis vobis. Ego dominus deus veſter. † Si immolaueritis hoſtiã pacificorum domino,vt ſit placabilis,[6] eo die quo fuerit immolata comedetis eam, & die altero: quicquid autem reſiduum fuerit in diem tertium,igne comburetis.[7] Si quis poſt biduum B
comederit ex ea,profanus erit,& impietatis reus,[8] portabítq; iniquitatem ſuam,quia ſanctum domini polluit, & peribit anima illius de populo ſuo. † [9] Cúmq; meſſueris ſegetes terræ tuæ,non tondebis vſq; ad ſolum ſuperficiem terræ,nec remanentes ſpicas colliges,neq; in vinea tua racemos & grana decidentia congregabis, ſed pauperibus & peregrinis carpẽda dimittes. Ego dominus deus veſter.[11] Non facietis furtum,
nec mentiemini,nec decipiet vnuſquiſq; proximum ſuum.[12] Non peierabis in nomine meo,nec pollues nomen dei tui. Ego dominus. [13] Nõ facies calumniam proximo
tuo,nec vi opprimes eum. † Non morabitur opus mercenarij tui apud te vſq; mane.
[14] Nõ maledices ſurdo,nec coram cæco pones offendiculum, ſed timebis dominum deum tuum,quia ego ſum dominus.[15] Nõ facies quod iniquum eſt, nec iniuſtè iudi-
b. Non ſub prætextu miſericordiæ quod iniuſtum eſt iudices. Hier. ad Saluiam. cabis. † [b] Non conſideres perſonam pauperis,nec honores vultum potentis. Iuſtè iudica proximo tuo.[16] Non eris criminator, nec ſuſurro in populis. † Non ſtabis cõtra D
ſanguinẽ proximi tui. Ego dominus.[17] Nõ oderis fratrem tuum in corde tuo,ſed publicè argue eum:ne habeas ſuper illo peccatum. † [18] Nõ quæras vltionẽ, nec memor
eris iniuriæ ciuium tuorum. Diliges amicum tuum ſicut teipſum. Ego dominus.
† [19] Leges meas cuſtodite. Iumẽtum tuum non facies coire cum alterius generis animantibus. † Agrum tuum nõ ſeres diuerſo ſemine. Veſte quæ ex duobus texta eſt,nõ induẽris.[20] Homo ſi dormierit cũ muliere coitu ſeminis,quæ ſit ancilla etiam nobilis,& tamen pretio non redempta,nec libertate donata,vapulabunt ambo, & nõ mo-E
rientur,quia non fuit libera.[21] Pro delicto autẽ ſuo offeret domino ad oſtium tabernaculi teſtimonij arietem,[22] orabítq; pro eo ſacerdos & pro peccato eius coram domino,& repropitiabitur ei,dimittetúrq; peccatum.[23] Quando ingreſſi fueritis terrã,
& plantaueritis in ea ligna pomifera,auferetis præputia eorum. Poma quæ germinãt immunda erunt vobis,nec edetis ex eis.[24] Quarto autem anno omnis fructus eorum ſanctificabitur laudabilis domino. [25] Quinto autem anno comedetis fructus,cõgregantes poma quæ proferunt. Ego dominus deus veſter. † [26] Non comedetis carnem F
cum ſanguine. Non augurabimini,nec obſeruabitis ſomnia.[27] Neque [c] in rotundum
c. Neq; intortos comæ crines habebitis, nec barbæ tuæ extremitates deturpabis, veluti faciebant gẽtes, & nunc plerique milites. attondebitis comam, nec radetis barbam. [d 28] Et ſuper mortuo non incidetis carnes veſtras,neque figuras aliquas aut ſtigmata facietis vobis. Ego dominus.[29] Ne proſti-
d. Incisionẽ pro anima non ponetis i carne veſtra: hoc eſt,nõ lacerabitis vnguibus carnes veſtras in funeralibus, veluti faciebant ſacerdotes Cybeles. tuas filiam tuam,ne contaminetur terra,& impleatur piaculo.[30] Sabbata mea cuſtodite, & ſanctuarium meum metuite. Ego dominus. [31] Non declinetis ad magos,nec
ab ariolis aliquid ſciſcitemini,vt polluamini per eos. Ego dominus deus veſter.[32] Co G
ram cano capite conſurge,& honora perſonam ſenis,& time dominum deum tuum. Ego ſum dominus. [33] Si habitauerit aduena in terra veſtra, & moratus fuerit inter vos,non exprobretis ei,[34] ſed ſit inter vos quaſi indigena,& diligetis eum quaſi voſmetipſos. Fuiſtis enim & vos aduenæ in terra Ægypti. Ego dominus deus veſter.
[35] Nolite facere iniquum aliquid in iudicio,in regula, in pondere, in menſura.[36] Statera iuſta, & æqua ſint pondera, iuſtus modius, æquúſque ſextarius. Ego dominus deus veſter,qui eduxi vos de terra Ægypti.[37] Cuſtodite omnia præcepta mea, & vniuerſa iudicia,& facite ea. Ego dominus.

Præcepta iudicialia mortem comminantia. XX.

LOcutúſque eſt dominus ad Moyſen,dicens: † Hæc loquẽris filiis Iſrael: Ho-A
a. Magnũ habet vilitatẽ vt populus ſuis manibus iuntes puniat. Nã ad eũ modũ deus Iudæos inſtruit, vt diſcant recte & iuſtè exercere iurisdictionẽ. Procopius ibidem. mo de filiis Iſrael, & de aduenis qui habitant in Iſrael, † ſi quis dederit de ſemine ſuo idolo Moloch, morte moriatur. [a] Populus terræ lapidabit eum,
[3] & ego ponam faciem meam contra illum, ſuccidámque eum de medio populi ſui, eo quòd dederit de ſemine ſuo Moloch, & contaminauerit ſanctuarium meum, ac polluerit nomen ſanctum meum. [4] Quòd ſi negligens populus terræ, & quaſi paruipendens imperium meum, dimiſerit hominem qui dedit de ſemine ſuo Moloch,
nec

nec voluerit eum occidere, [5] ponam faciem meam ſuper hominem illum, & cognationem eius,ſuccidámque & ipſum, & omnes qui conſenſerunt ei, vt fornicaretur
cũ [b] Moloch,de medio populi ſui. [6] Anima quæ declinauerit ad Magos, & Ariolos, b. Moloch, idolũ erat Moabitarum, quod ſeptuaginta trãſtulerunt Principem: & frequentius quam cætera idola nominetur, quòd ſacrificia illi oblata humana erant, ideo horribilius eſt idolum. de Lyra.
& fornicata fuerit cũ eis,ponam faciem meã contra eam, & interficiam illam de medio populi ſui. † [7] Sãctificamini,& eſtote ſancti,quia ego ſanctus ſum dominus deus
veſter.[8] Cuſtodite præcepta mea,& facite ea. Ego domin⁹,qui ſanctifico vos. † [9] Qui
maledixerit patri ſuo aut matri,morte moriatur. Patri matríque qui maledixerit ſanguis eius ſit ſuper eum. † [c 10] Si mœchatus quis fuerit cũ vxore alterius, & adulteriũ
perpetrauerit cum coniuge proximi ſui, morte moriantur & mœchus & adultera. c. Si non licet adulterare vxorẽ cuiuſlibet viri, quãto magis proximi? vt ideo intelligat homo, quantum malum ſit adulterare vxorẽ viri: quia ſi hoc fecerit, vxorẽ proximi adulterat. Proximus eſt enim omnis homo homini. Augu. ibid. quæſt. 73.
[11] Qui dormierit cũ nouerca ſua, & reuelauerit ignominiã patris ſui, morte moriantur ambo. Sanguis eorũ ſit ſuper eos. [12] Si quis dormierit cũ nuru ſua, vterq; moriatur,quia ſcelus operati ſunt. Sanguis eorum ſit ſuper eos. [13] Qui dormierit cum maſculo coitu fœmineo, vterq; operatus eſt nefas,morte moriantur. Sit ſanguis eorum
ſuper eos. [14] Qui ſupra vxorem filiam,duxerit matrem eius,ſcelus operatus eſt: viuus
ardebit cum eis,nec permanebit tantum nefas in medio veſtri. [15] Qui cum iumento C
& pecore coierit,morte moriatur: pecus quoq; occidite. † [16] Mulier quę ſuccubuerit
cuiliber iumẽto,ſimul interficietur cum eo. [d] ſanguis eorum ſit ſuper eos. [17] Qui ac- d. Quæritur quomodo ſit reum iumentum, cũ non ſit legis capax? Pecora rubenter interfici, quatenus ſiagitio conterminata indignum refricant facti memoriam. Auguſt. ibid.
ceperit ſororem ſuam,filiam patris ſui,vel filiã matris ſuę,& viderit turpitudinẽ eius, illáq; conſpexerit fratris ignominiam,nefariam rem operati ſunt: Occidẽtur in conſpectu populi ſui,eo quòd turpitudinẽ ſuam mutuo reuelauerint,& portabunt [e] ini- e. Iniquitatẽ poſuit pro pœna iniquitatis. Augu. in locutionibus ſuper Leuit.
quitatem ſuam. [18] Qui coierit cum muliere in fluxu menſtruo, & reuelauerit turpitudinem eius,ipſáq; aperuerit fontẽ ſanguinis ſui, interficientur ambo de medio populi ſui. [19] Turpitudinẽ [f] materteræ tuæ & amittæ tuæ non diſcooperies. Qui hoc fe- f. Sororis matris tuæ, atq; ſororis patris tui.
cerit,ignominiã carnis ſuæ nudauit: portabunt ambo iniquitatẽ ſuam. [20] Qui coierit
cum vxore patrui vel auunculi ſui, & reuelauerit ignominiã cognationis ſuæ,portabunt ambo peccatũ ſuum. Abſq; liberis moriẽtur. [21] Qui duxerit vxorem fratris ſui,
D rem facit illicitam, turpitudinem fratris ſui reuelauit: abſque liberis erit. [22] Cuſtodite
leges meas,atque iudicia, & facite ea: ne & vos euomat terra quam intraturi eſtis & habitaturi. [23] Nolite ambulare in legitimis nationum quas ego expulſurus ſum ante
vos. Omnia enim hæc fecerunt,& abominatus ſum eas. [24] Vobis autẽ loquor: Poſſidete terram eorum quam dabo vobis in hæreditatẽ, terram fluentem lacte & melle.
Ego dominus deus veſter,qui ſeparaui vos à cæteris populis. [25] Separate ergo & vos
iumentum mundũ ab immundo,& auem mũdam ab immunda. Ne polluatis animas veſtras in pecore & auibus,& cunctis quæ mouẽtur in terra,& quæ vobis oſtẽdi eſſe
polluta. † [26] Eritis ſancti mihi,quia ſanctus ſum ego dominus: & ſeparaui vos à cęteris populis,vt eſſetis mei. † [27] Vir ſiue mulier in quibus pythonicus vel diuinationis
fuerit ſpiritus,morte moriantur: lapidibus obruent eos. [g] Sanguis eorũ ſit ſuper illos. g. Ideſt erũt rei mortis, debent interfici.

Sacerdotes à quibus abſtineant, & quæ ſequantur. XXI.

A DIxit quoq; dominus ad Moyſen: Loquere ad ſacerdotes filios Aarõ,& dices ad eos: Ne cõtaminetur ſacerdos in mortibus ciuiũ ſuorũ: [2] niſi
tantùm in conſanguineis ac propinquis,id eſt,ſuper patrẽ,& matrẽ,& filium,& filiam, fratrem quoque, [3] & ſororem virginem, quæ non eſt
nupta viro. [4] ſed nec in principe populi ſui contaminabitur. † [5] Nec
radent caput,nec barbam,neq; in carnibus ſuis [a] facient inciſuras. [6] Sancti erunt deo a. Hoc eſt, Non lacerabunt faciem vnguibus, vt gẽtes in luctu facere ſolebant.
ſuo,& non polluent nomen eius. Incenſum enim domini & panes dei ſui offerunt, &
B ideo ſancti erunt. [7] Scortũ & vile proſtibulum non ducet vxorẽ, nec eam quæ repudiata eſt à marito: quia cõſecratus eſt deo ſuo, [8] & panes propoſitionis offert. Sit ergo
ſanctus, quia & ego ſanctus ſum dominus, qui ſanctifico vos. [9] Sacerdotis filia ſi de- b. Põtifex magnus plus aliquid habebat à cæteris ſacerdotibus: & nec pieras illũ, nec affectus flectere poterat, vt immũdas fieret, in ſuprad. nominib. Hier.
prehẽſa fuerit in ſtupro, & violauerit nomẽ patris ſui, flãmis exuretur. [b 10] Põtifex, id
eſt ſacerdos maximus inter fratres ſuos, ſupercui⁹ caput fuſum eſt vnctionis oleũ, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

cuius manus in sacerdotio consecratæ sunt, vestitúsq; est sanctis vestibus, caput suum
non discooperiet, vestimenta non scindet, [11] & ad omnem mortuum non ingredietur
omnino. Super patre quoque suo & matre non contaminabitur, [12] nec egredietur de c
sanctis ne polluat sanctuariũ domini: quia oleum sanctæ vnctionis dei sui super eum
est. Ego dominus. † [13] Virginem ducet vxorem: [14] viduam autem, & repudiatam, & † Ezec.44.f
sordidam, atq; meretricem, non accipiet: sed puellam de populo suo, [15] ne cõmisceat
stirpem generis sui vulgo gentis suę: quia ego dominus qui sanctifico eum. [16] Locu-
c. Quia tũ is qui displicet, ad interecedendum meritur, irati animus ad deteriora prouocatur. Gregor. Pastoralis part. 2. cap. 11.
tús q; est dominus ad Moysen, dicens: [17] Loquere ad Aaron: † c Homo de semine tuo † 11. distin. 2. Vlq; adeo. 49. distin. 1. Hic eremum 1. 91. Sacerdotes. 45. distin. 6. finali.
per familias, qui habuerit maculam, non offeret panes deo suo, [18] nec accedet ad mi-
nisterium eius. Si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo vel grandi & torto naso, [19] si D
fracto pede, si manu, [20] si gibbus, si lippus, si albuginem habẽs in oculo, si iugem scabiẽ, si impetiginẽ in corpore, vel hernioſus, [21] omnis qui habuerit maculã de semine
Aaron sacerdotis, nõ accedet offerre hostias domino, nec panes deo suo. [22] Vescetur
tamen panibus qui offeruntur in sanctuario, [23] ita duntaxat, vt intra velum non ingre-
diatur, nec accedat ad altare qui maculam habet: & contaminare non debet sanctua-
rium meum. Ego dominus qui sanctifico eos. [24] Locutus est ergo Moyses ad Aaron,
& ad filios eius, & ad omnem Israel, cuncta quæ sibi fuerant imperata.

Ab esu sanctificatorum qui abstinere debeant, & quæ debeant offerri. XXII.

a. Erat ergo cõsequẽs continẽtia sacerdotis, ne propter filiorũ procreationẽ aliquibus diebus non imponeretur cõtinuationis incẽsum, quod à solis summis sacerdotibus bis in die solebat imponi, mane & vespere: quãdoquidem post coitum coniugalem etiam lotus corpore immũdus erat vsq; ad vesperam, à quo id necesse erat imp ni. Augu. quæst. &c.
b. Odio immunditiæ impedientes sacratis participare.
Locutus quoq; est dominus ad Moysen, dicens: [a 2] Loquere ad Aarõ & A
ad filios eius, vt caueãt ab iis quæ consecrata sunt filiorũ Israel, & non
contaminent nomen sanctificatorum mihi, quæ ipsi offerunt. Ego do-
minus. [3] Dic ad eos, & ad posteros eorum: Omnis homo qui accesserit
de stirpe vestra ad ea quę consecrata sunt, & quæ obtulerunt filij Israel
domino, in quo est immũditia, peribit corã domino. Ego sum dominus. [b 4] Homo de
semine Aaron qui fuerit leprosus, aut patiens fluxum seminis, nõ vescetur de iis quæ
sanctificata sunt mihi, donec sanetur. Qui tetigerit immundum super mortuo, & ex
quo egreditur semẽ quasi coitus, [5] & qui tangit reptile, & quodlibet immundũ cuius
tactus est sordidus, [6] immundus erit vsque ad vesperum, & non vescetur iis quæ san-
ctificata sunt: sed cum lauerit carnem suam aqua, [7] & occubuerit sol, tunc mundatus
vescetur de sanctificatis, quia cibus illius est. † [8] Morticinum & captum à bestia non B † Ezec.44.b
comedẽt, nec polluentur in eis. Ego sum dominus. [9] Custodient præcepta mea, vt nõ
subiaceant peccato, & moriantur in sanctuario, cum polluerint illud. Ego dominus,
c. Alienigenã vocatã fide Christi extraneum. Radulphus ibid.
d. Sola charitas dei & proximi sanctificare hominem potest: vbi verò cupiditas regnat, sanctificatio nulla est. Idem ibid.
qui sanctifico eos. [c 10] Omnis alienigena nõ comedet de sanctificatis. [d] Inquilinus sa-
cerdotis, & mercenarius nõ vescentur ex eis. [11] Quẽ autẽ sacerdos emerit, & qui ver-
naculus domus eius fuerit, ij comedent ex eis. [12] Si filia sacerdotis cuilibet ex populo
nupta fuerit, de iis quę sanctificata sunt, & de primitiis non vescetur. [13] Sinautẽ vidua,
vel repudiata, & absq; liberis reuersa fuerit ad domum patris sui, sicut puella consue-
erat, aletur cibis patris sui. Omnis alienigena comedẽdi ex eis nõ habet potestatem.
[14] Qui comederit de sanctificatis per ignorãtiam, addet quintã partem cum eo quod
comedit, & dabit sacerdoti in sanctuariũ: [15] nec contaminabunt sanctificata filiorum
Israel quæ offeruntur domino, [16] ne fortè sustineant iniquitatẽ delicti sui, cũ sanctifi-
e. Quomodo ergo & Moyses sanctificat & dominus? Sed Moyses visibilibus sacramẽtis per ministerium suum. Dominus autem invisibili gratia per spiritum sanctũ, vbi est totus fructus eiũ visibilium sacramẽtorũ. Aug. quæst. 84. super Leuit.
cata comederint. Ego dominus, qui c sanctifico eos. [17] Locutúsq; est domin⁹ ad Moy- C
sen, dicens: [18] Loquere ad Aaron & filios eius, & ad omnes filios Israel, dicésq; ad eos:
Homo de domo Israel, & de aduenis qui habitant apud vos, qui obtulerit oblationẽ
suam, vel vota soluens, vel sponte offerens, quicquid illud obtulerit in holocaustum
domini [19] vt offeratur per vos, masculus immaculatus erit ex bobus, ex ouibus, & ex
capris. [20] Si maculam habuerit, non offeretis: neque erit acceptabile. † [21] Homo qui † Deut.12. Eccli.35.b
obtulerit victimam pacificorum domino, vel vota soluens, vel sponte offerens, tam
de bobus, quàm de ouibus, immaculatum offeret, vt acceptabile sit. Omnis macula
nõ erit in eo. [22] Si cæcum fuerit, si fractum, si cicatricem habens, si papulas, aut scabiẽ,
aut impetiginem, non offeretis ea domino, nec adolebitis ex eis super altare domini.

Bouem

[23] Bouem & ouem aure & cauda amputatis voluntariè offerre potes, votum autẽ ex
D iis solui non potest. [24] Omne animal quod vel contritis vel tusis vel sectis ablatísque
testiculis est, non offeretis domino, & in terra vestra hoc omnino ne faciatis. [25] De
manu alienigenæ nõ offeretis panes deo vestro: & quicquid aliud dare voluerit: quia
corrupta & maculata sunt omnia. non susciptetis ea. [26] Locutúsque est dñs ad Moy-
sen, dicens: f [27] Bos, ouis, & capra, cùm genita fuerint, septem diebus erunt sub vbere f. Cum gemina sit homini collata natiuitas, prima, qua mundo huic nascitur, secunda, qua in deum renascitur: duplex hic pater intellectus, vt illam dicimus matrem quę prima nos abluit, carnalem scilicet conuersationem, cui se renuntiasse gloriatur apostolus, dicẽs: Cum autem placuit ei qui me segregauit, &c. Et matrẽ dicamus ecclesiã quæ quos prima morti genuit, regenerando vitæ restituit. Radulph. ibid.
matris suæ: die autem octauo & deinceps offerri poterunt domino. [28] Siue illa bos,
siue ouis, non immolabuntur vna die cum fœtibus suis. [29] Si immolaueritis hostiam
pro gratiarum actione domino, vt possit esse placabilis, [30] eodẽ die comedetis eam.
Non remanebit quicquam in mane alterius diei. Ego dominus. [31] Custodite mãdata
mea, & facite ea. Ego dominus. [32] Ne polluatis nomen meum sanctum, vt sanctificer
in medio filiorum Israel. Ego dominus, qui sanctifico vos, [33] & eduxi de terra Ægy-
pti, vt essem vobis in deum. Ego dominus.

Sabbati, paschæ, primitiarum, pentecostes, messis, tubarum, expiationum, & tabernaculorum solennia. XXIII.

Iosu.21. A
1 Deuteris. cap. 1. Genes. 2. d
Locutúsq; est dominus ad Moysen, dicens: [2] Loquere filiis Israel, & di-
ces ad eos: † Hæ sunt feriæ domini quas vocabitis sanctas. [3] Sex dieb⁹
facietis opus: dies septimus, quia sabbati requies est, vocabitur sanct⁹.
Omne opus nõ facietis in eo. [a] Sabbatum domini est in cunctis habi- a. Sabbatum in memoriã creationis.
tationibus vestris. [4] Hæ sunt ergo feriæ domini sanctæ, quas celebrare
debetis temporibus suis. † [5] Mẽse primo quartadecima die mensis ad vesperũ [b] Pha- b. Pascha, primum festum in memoriam redẽptionis ab Aegyptiaca seruitute.
se domini est: [6] & quintadecima die mensis huius, solennitas azymorum domini est.
7 Exod. 12. a Numer. 28. c 2 Esdr. 7. d
Septem diebus azyma comedetis. [7] Dies primus erit vobis celeberrimus, sanctúsq;.
Omne opus seruile non facietis in eo, [8] sed offeretis sacrificium in igne domino † se-
ptem diebus. Dies autem septimus erit celebrior & sanctior, nullúmq; seruile opus
B facietis in eo. [9] Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens: [10] Loquere filiis Israel,
& dices ad eos: c Cum ingressi fueritis terram quam ego dabo vobis, & messueritis c. Terrã hanc ingredimur, cum ad contemplanda bona eius, illa scilicet de quibus dicitur, Credo videre bona domini in terra viuẽtium: auiditate mẽtis & cogitatione leuamur. Radul. ibidem.
segetem, feretis manipulos spicarum, primitias messis vestræ, ad sacerdotem. [11] Qui e-
leuabit fasciculum coram domino, vt acceptabile sit pro vobis, altero die sabbati: &
sanctificabit illum. [12] Atque in eodem die quo manipulus consecratur, cædetur a-
gnus immaculatus anniculus in holocaustum domini, [13] & libamẽta offerentur cum
C eo, duæ decimæ similæ conspersæ oleo in incensum domini, odorémque suauissimũ,
liba quoque vini quarta pars hin. [14] Panem & polentam & pultes non comedetis ex
1 Deut. 16. b
segete vsque ad diem qua offeratis ex ea deo vestro. Præceptum est sempiternum in
generationibus, cunctísque habitaculis vestris. † [15] Numerabitis ergo ab altero die
sabbati in quo obtulistis manipulum primitiarum, [d] septem hebdomadas plenas, d. Pẽtecoste, secundum festum, in memoriam datæ legis in lapideis tabulis, & datæ in cordibus carneis. Dies Pentecoste quinquagesimus erat à primo die azymorũ excluso.
[16] vsque ad alteram diem expletionis hebdomadæ septimę, id est, quinquaginta dies:
& sic offeretis sacrificium nouum domino, [17] ex omnibus habitaculis vestris, panes
primitiarum duos de duabus decimis similæ fermentatæ, quos coquetis in primitias
domini. [18] Offeretísque cum panibus septem agnos immaculatos anniculos, & vitu-
lum de armento vnum, & arietes duos, & erunt in holocaustum cum libamentis suis,
D in odorem suauissimum domino. [19] Facietis & hircum pro peccato, duósque agnos
anniculos hostias pacificorum. [20] Cúmq; eleuauerit eos sacerdos cum panibus pri-
1 Supr. 19. b
mitiarum coram domino, cedent in vsum eius. [21] Et vocabitis hunc diem celeberri-
mum atq; sanctissimum. Omne opus seruile non facietis in eo. Legitimum sempiter-
num erit in cunctis habitaculis & generationibus vestris. † [22] Postquã autẽ messue-
1 Num. 29. a
ritis segetem terræ vestræ, non secabitis eam vsque ad solum, nec remanentes spicas
colligetis: sed pauperibus & peregrinis dimittetis eas. Ego sum dominus deus vester.
[23] Locutúsq; est dominus ad Moysen, dicens: [24] Loquere filiis Israel: † Mẽse septimo e. Festũ tubarũ, tertium festum, prima die Septembris in memoriam liberationis Isaac ab immolatione.
E prima die mensis erit vobis sabbatum memoriale clangentibus tubis, & vocabitur
3 Reg. 29. 8. Esdr. 8. b
sanctum. [25] Omne opus seruile non facietis in eo: & offeretis holocaustum domino. f. Festum expiationis, quartum festum, 10. die Septembris.
[26] Locutúsq; est dominus ad Moysen, dicens: † [f 27] Decimo die mẽsis huius septimi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dies expiationum erit celeberrimus,& vocabitur ſanctus, affligetíſq; animas veſtras in eo:& offeretis holocauſtum domino. [28] Omne opus ſeruile non facietis in tẽpore diei huius, quia dies propitiationis eſt, vt propitietur vobis dominus deus veſter. [29] Omnis anima quæ afflicta non fuerit die hac,peribit de populis ſuis: [30] & quæ operis quippiam fecerit,delebo eam de populo ſuo. [31] Nihil ergo operis facietis in eo. Legitimum ſempiternum erit vobis in cunctis generationibus & habitationibus veſtris. † [32] Sabbatum requietionis eſt:& affligetis animas veſtras.Die nono menſis ſeptimi à veſpere vſq; ad veſperũ celebrabitis ſabbata veſtra. [33] Et locutus eſt dominus ad Moyſen,dicens: [34] Loquere filiis Iſrael. [g] A quintodecimo die menſis huius ſeptimi erunt feriæ tabernaculorum ſeptem diebus domino. [35] Dies primus vocabitur celeberrimus atq; ſanctiſſimus.Omne opus ſeruile non facietis in eo, [36] & ſeptem diebus offeretis holocauſta domino. [h] Dies quoq; octauus erit celeberrimus,atque ſanctiſſimus,& offeretis holocauſtũ domino. Eſt enim cœtus atq; collectæ.Omne opus ſeruile non facietis in eo. [37] Hæ ſunt feriæ domini quas vocabitis celeberrimas atque ſanctiſſimas: offeretíſq; in eis oblationes domino,holocauſta,& libamẽta iuxta ritũ vniuſcuiuſq; diei: [i] [38] exceptis ſabbatis domini,doníſq; veſtris,& quæ offeretis ex voto,vel quæ ſpõte tribuetis domino. [39] A quintodecimo ergo die mẽſis ſeptimi,quãdo cõgregaueritis omnes fructus terrę veſtrę,celebrabitis ferias domini ſeptẽ diebus. Die primo & die octauo erit ſabbatum, id eſt requies. [40] Sumetíſq; vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ,ſpathuláſq; palmarum,& ramos ligni denſarũ frondiũ, & ſalices de torrente:& lætabimini cora domino deo veſtro, [41] celebrabitíſq; ſolẽnitatem eius ſeptem diebus per annum.Legitimum ſempiternum erit in generationibus veſtris. [k] Menſe ſeptimo feſta celebrabitis, [42] & habitabitis in vmbraculis ſeptem diebus.Omnis qui de genere eſt Iſrael, manebit in tabernaculis, [43] vt diſcant poſteri veſtri quòd in tabernaculis habitare fecerim filios Iſrael, cum educerem eos de terra Ægypti.Ego dominus deus veſter. [44] Locutúſq; eſt Moyſes ſuper ſolennitatibus domini ad filios Iſrael.

g. Feſtũ tabernaculorum, quinto, in feſtũ ſt. die Septembris, in memoriam defecti per 40. annos in tabernaculis.

h. Feſtum collectæ, ſextum feſtum. 22. die Septembris.

i. Inter feſta igitur veteris legis erat iuge ſacrificium, quolibet die mane & veſpere immolabant agnam Sabbatum qualibet hebdomada, Neomenia, qualibet prima die menſis, præter iã dicta feſta. Primum in memoriam perpetuæ beatitudinis diuinæ. Secundum in memoriã creationis rerũ. Tertium in memoriã operis diuinæ gubernationis: vt Nume. 28.

k. Videtur ho loco prædicere cõſummationis tempus, quo quilibet remunerationem accipiet eorum quæ hic operatus eſt. Tunc recedit tempus, & iudicij tempeſtas accedit, in qua nihil amplius operari licebit. Proco. ibid.

Lucernarum concinnandarum, panúmque propoſitionis ordinandorum ritus, blaſphemorum talioníſque pœna exercenda. XXIIII.

[a] Principalis ſanctorũ lex. tria non de vita præſentium, ſed de ſpe naſcitur futurorum. Spes autem ipſa vt nõ fallat expectantes, per bonorum operum exhibitionem ſolidanda eſt. Oleum igitur afferẽdum eſt ad legem, ſed nõ qualecunque, ſed oleum puriſſimum ac lucidũ ad claritatis. Radulph. ibidem.

b. Sex in vno ordine, & ſex in altero è regione ſuper mentam propoſitionis, per ſingula ſabbata mutandi.

c. Hic ſignificat hæreticos, qui de patre diabolo geniti, & ex vtero matris ecclesiæ tanquam aborsiui ejecti, per fallacem doctrinam dominum blaſphemãt. Ipſi ſunt de quibus Ioannes ait: Exierunt ex nobis, ſed non erant ex nobis. Beda ibidẽ.

d. Quaſi aliud ſit maledicere ſeco ipſo, aliud ſit blaſphemare deum illumque illud illi ſit peccatum, hoc ante ſit peccatum natãs, vt eri more ſit dignum. Auguſt. quæſt. 87. ſuper Leuit.

[A] ET locutus eſt dominus ad Moyſen,dicẽs: [a] [2] Præcipe filiis Iſrael,vt afferant tibi oleum de oliuis puriſſimũ ac lucidum,ad concinnandas lucernas iugiter,[3] extra velum teſtimonij in tabernaculo fœderis. Ponétque eas Aaron à veſpere vſq; in mane coram domino,cultu ritúq; perpetuo in generationibus veſtris. [4] Super candelabrum mundiſſimum ponentur ſemper in cõſpectu domini.[5] Accipies quoq; ſimilam,& coques ex ea duodecim panes,qui ſinguli habebũt duas decimas. [6] Quorum [b] ſenos altrinſecus ſuper mẽſam puriſſimam corã domino ſtatues,[7] & pones ſuper eos thus lucidiſſimum,vt ſit panis in monumentum oblationis domini. [8] Per ſingula ſabbata mutabũtur coram domino,ſuſceptí à filiis Iſrael fœdere ſempiterno:† [9] erúntq; Aaron & filiorum eius,vt comedant eos in loco ſancto,quia ſanctũ ſanctorũ eſt de ſacrificiis domini iure perpetuo.[10] Ecce autẽ egreſſus [c] filius mulieris Iſraelitidis, quem pepererat de viro Ægyptio inter filios Iſrael, iurgatus eſt in caſtris cum viro Iſraelita: [11] cúmq; blaſphemaſſet nomen domini,& maledixiſſet ei,adductus eſt ad Moyſen. Vocabatur autem mater eius Salumith,filia Dabri,de tribu Dan. [12] Miſerúntq; eum in carcerẽ, donec noſſent quid iuberet dominus. [13] Qui locutus eſt ad Moyſen, dicens: [14] Educ blaſphemum extra caſtra,& ponent omnes qui audierunt,manus ſuas ſuper caput eius,& lapidet eum populus vniuerſus:[15] & ad filios Iſrael loquẽris:† [d] Homo qui maledixerit deo ſuo portabit peccatum ſuum:[16] & qui blaſphemauerit nomẽ domini,morte moriatur. Lapidibus opprimet eũ omnis multitudo populi. Siue ille ciuis,ſeu peregrinus fuerit, † qui blaſphemauerit nomen domini, morte moriatur. † [17] Qui percuſſerit & occiderit hominem, morte moriatur. [18] Qui percuſſerit animal, reddat vicarium, [D] id eſt,

† Deut. 31. c.

† Matth. 26.

† Exod. 22. e Deut. 19. d

† Exod. 23. b

† Matth. 5. f

id eſt animam pro anima.[19] Qui itrogauerit maculam cuilibet ciuium ſuorũ, † ſicut fecit,ſic fiet ei. [c] [20] Fracturam pro fractura,oculum pro oculo, dentem pro dente reſtituet. Qualem inflixerit maculam, talẽ ſuſtinere cogetur.[21] Qui percuſſerit iumentum,reddat aliud. Qui percuſſerit hominem,punietur.[22] Æquum iudicium ſit inter vos, ſiue peregrinus ſiue ciuis peccauerit:quia ego ſum dominus deus veſter. [23] Locutúſque eſt Moyſes ad filios Iſrael,& eduxerunt eum qui blaſphemauerat,extra caſtra,ac lapidibus oppreſſerunt. Fecerúntque filij Iſrael ſicut præceperat dñs Moyſi.

c. Lex præcipiens oculum pro oculo, dentem pro dente, tale habet propoſitũ, vt vnuſquiſque dum timet de ſuo membro, parcat alterius, & nemo malus inuenitur. Chry. in 5. ca. Matt. from 42.

Septimi ac quinquageſimi anni lex, ac vſuræ vitandæ. XXV.

[A] LOcutúſque eſt dominus ad Moyſen in monte Sinai,dicens:[2] Loquere filiis Iſrael,& dices ad eos: Quando ingreſſi fueritis terram quam ego dabo vobis,† ſabbatizetis ſabbatum domino.[3] Sex annis ſeres agrum tuum, & ſex annis putabis vineam tuam,colligéſq; fructus eius. [4] Septimo autẽ anno ſabbatum erit terræ [a] requietionis domini. Agrum non ſeres,& vineam non putabis.[5] Quæ ſponte gignet humus,nõ metes,& vuas primitiarum tuarum nõ colliges quaſi vindemiam. Annus enim requietionis terræ eſt. [b] [6] Sed erunt vobis in cibũ,tibi & ſeruo tuo,ancillæ tuę & mercenario tuo,& aduenæ qui peregrinatur apud te.[7] Iumentis tuis & pecoribus,omnia quæ naſcuntur,præbebũt cibum. [8] Numerabis quoque tibi ſeptem hebdomadas annorum,id eſt,ſepties ſeptem,quę ſimul faciunt quadragintanouem,[9] & clanges buccina mẽſe ſeptimo decima die mẽſis propitiationis tempore in vniuerſa terra veſtra. † [c] [10] Sanctificabíſque annum quinquageſimum, & vocabis remiſſionem cunctis habitatoribus terræ tuæ. Ipſe eſt enim Iubileus. Reuertetur homo ad poſſeſſionem ſuam,& vnuſquiſque rediet ad familiam priſtinã,[11] quia Iubileus eſt & quinquageſimus annus. Non ſeretis neque metetis ſponte in agro naſcentia:& primitias vindemię non colligetis[12] ob ſanctificationem Iubilei:ſed ſtatim ablata comedetis.[13] Anno Iubilei redeant omnes ad poſſeſſiones ſuas.[14] Quando vẽdes quippiam ciui tuo,vel emes ab eo,ne contriſtes fratrem tuum, ſed iuxta numerũ annorum Iubilei emes ab eo,[15] & iuxta ſupputationem frugum vendet tibi.[16] Quanto plures anni remanſerint poſt Iubileum, tanto creſcet & pretium: quanto minus temporis numeraueris,tanto minoris & emptio conſtabit. Tempus enim frugũ vendet tibi.[17] Nolite affligere contribules veſtros, ſed timeat vnuſquiſque deum ſuum, quia ego dominus deus veſter.[18] Facite præcepta mea,& iudicia cuſtodite, & implete ea,vt habitare poſſitis in terra abſque vllo pauore, [19] & gignat vobis humus fructus ſuos,quibus veſcamini vſque ad ſaturitatem,nullius impetum formidantes.[20] Quòd ſi dixeritis: Quid comedemus anno ſeptimo, ſi non ſeuerimus neque collegerimus fruges noſtras?[21] dabo [d] benedictionem meam vobis anno ſexto,& faciet fructus triũ annorum: [22] ſeretíſq; anno octauo,& comedetis veteres fruges vſque ad nonum annum,donec noua naſcantur,edetis vetera. [23] Terra quoque non vendetur in perpetuum,quia mea eſt,& vos aduenæ & coloni mei eſtis. [24] Vnde cũcta regio poſſeſſionis veſtræ ſub redẽptionis conditione vendetur.[25] Si attenuatus frater tuus vendiderit poſſeſſiunculam ſuam,& voluerit propinquus eius,poteſt redimere quod ille vẽdiderat.[26] Si autem non habuerit proximum, & ipſe pretium ad redimẽdum poterit inuenire,[27] computabuntur fructus ex eo tempore quo vendidit,& quod reliquũ eſt reddet emptori,ſicq; recipiet poſſeſſionẽ ſuam. [28] Quòd ſi non inuenerit manus eius vt reddat pretiũ,habebit emptor quod emerat, vſq; ad annum Iubileum. In ipſo enim omnis vẽditio redibit ad dominum,& ad poſſeſſorem priſtinum. [29] Qui vẽdiderit domum intra vrbis muros,habebit licentiam redimendi donec vnus impleatur annus.[30] Si non redemerit,& anni circulus fuerit euolutus,emptor poſſidebit eam,& poſteri eius in perpetuum,& redimi non poterit etiam in Iubileo.[31] Si autem in villa fuerit domus,quæ muros non habet, agrorum iure vendetur. Si antè redempta non fuerit,in Iubileo reuertetur ad dominum.[32] Ædes Leuitarũ quæ in vrbibus ſunt,ſemper poſſunt redimi. [33] Si redemptæ non fuerint, in Iubileo reuertentur ad domi-

a. Requiem terræ ſeptimo vtique anno vult intelligi, quo iuſſit nihil in ea quemquam operari, per agriculturã. Aug. q. 80. ſuper Leuit.

b. Satis aperte nec domi nam agri prohibitum veſci eis quæ non adhibita cultura illo anno ſpõte naſcãtur, ſed fructus redigere in habitũ. Sic ergo permiſſa eſt aliquid ſumere, quomodo tranſeũs. Aug. q. 89. ibid.

c. Annus Iubileus quinquageſimo quoque anno Septembri menſe accipiebat

† Exod. 21. c. Quinq. ſpic. Deut. 15. c. Quinquennio. Extra fac.

† Leuit. 19. c. Deut. 15. c. Quinquennio. Extra fac.

d. Hæc eſt benedictio, qua benedicitur omnis qui timet dominũ. In ſexto quippe anno ſumus nos præcipue, qui & ſexta huius mũdi ætatem agimus. Sub ſenario ſancti operis exercitio laboramus. Parcit igitur ſextus annus ſeptimum, vt ſuis fruge, poſtea duos annos ſequentes: quia etiam hic habens iuſti fructũ, ſuũ in ſanctificationem in loco diuinæ paſcuæ collocati, dum reficiũtur pane iuſticiæ, finem vero vitam æternam. Radulph. ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos,quia domus vrbium Leuitarum pro possessionibus sunt inter filios Israel.[34] Suburbana autem eorum non veneant,quia possessio sempiterna est.[35] Si attenuatus fuerit frater tuus,& infirmus manu,& susceperis eum quasi aduenam & peregrinum,& vixerit tecum,[36] nec accipias vsuras ab eo,nec amplius quàm dedisti. Time deum tuum,vt viuere possit frater tuus apud te. †[37] Pecuniam tuam non dabis ei ad vsurã, & frugum superabundantiam non exiges.[38] Ego dominus deus vester,qui eduxi vos de terra Ægypti,vt darem vobis terramChanaan,& essem vester deus.[39] Si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, non eum opprimes seruitute famulorum,[40] sed quasi mercenarius & colonus erit. Vsq; ad annum Iubileum operabitur apud te,[41] & postea egredietur cum liberis suis,& reuertetur ad cognationem & ad possessionem patrum suorũ.[42] Mei enim serui sunt,& ego eduxi eos de terra Ægypti. Non veneant conditione seruorum. [43] Ne affligas eum per potentiam, sed metuito deum tuum.[44] Seruus & ancilla sint vobis de nationibus quæ in circuitu vestro sunt,[45] & de aduenis qui peregrinãtur ad vos, vel qui ex his nati fuerint in terra vestra. Hos habebitis famulos,[46] & hæreditario iure transmittetis ad posteros,ac possidebitis in[g] ęternum.Fratres autem vestros filios Israel ne opprimatis per potentiam.[47] Si inualuerit apud vos manus aduenæ atque peregrini,& attenuatus frater tuus vẽdiderit se ei,aut cuiquam de stirpe eius,[48] post venditionem potest redimi.[h] Qui voluerit ex fratribus suis redimet eum[49] & patruus,& patruelis,& consanguineus,& affinis. Sinautem & ipse potuerit,redimet se,[50] supputatis duntaxat annis à tempore venditionis suæ vsq; in annum Iubileum:& pecunia qua venditus fuerat,iuxta annorum numerum,& ratione mercenarij supputata.[51] Si plures fuerint anni qui remanent vsq; ad Iubileum, secundum hos reddet & pretium:[52] si pauci,ponet rationem cum eo iuxta annorum numerum,& reddet emptori quod reliquum est,annorũ[53] quibus antè seruiuit mercedibus imputatis.Non affliget eum violenter in conspectu tuo.[54] Quòd si per hæc redimi non potuerit,anno Iubileo egredietur cum liberis suis.[55] Mei enim sunt serui filij Israel,quos eduxi de terra Ægypti.Ego dominus deus vester.

f. Qui sunt qui vsuras à fratribus exigunt, & amplius quàm dederunt,nisi qui ad ea discipulos cogunt, quæ ipsi non faciunt, quorũ licitcet exemplum nõ prærogauerunt: Quos ipse dominus arguens: Alligant,inquit,onera grauia,&imponũt.&c.Radulph.ibid.

g. Aeternũ ergo dixit vbi non est temporis præstitutus modus quousq; seruitus sicut cõstitutus est eis quos in remissione dimitti iubet liberari suæ.Aug.ibi. h. Iure redemptionis gaudent illi qui sua iustitia & familiaritate, quæ ipsis est cum peccatore, possunt illius dissoluere debita: quæadmodũ illi qui afferebant ad Christum paralyticum, propter fidem suam imperarunt infirmo sanitatem. Procop.ibid.

Dei mandata obseruantes,bonis donantur:transgredientes maledicuntur. XXVI.

a. Quia nonnulli nobis exprobrãr quòd adoramus & veneramur saluatoris nostri & reginę nostrę deiparæ imaginem, insuper & reliquorum sanctorum & famulorum Christi: audiant quòd à principio deus hominem ad suam imaginem fecerit.Cuius igitur gratia inuicẽ adoramur, nisi quatenus ad imaginem dei facti sumus? Nam, vt inquit dester &magnus in diuinis Basilius,imaginis honor ad exemplaris transitur honorem. Exemplar autẽ est quòd imaginem effoimat, & ex quo quod deducitur fic.Damascenus lib.4.c.17. Orthodoxæ fidei.

ON † facietis vobis [a] idolum & sculptile, nec titulos erigetis,nec insignem lapidem ponetis in terra vestra, vt adoretis eum . Ego enim sum dominus deus vester.[2] Custodite sabbata mea,& pauete ad sanctuarium meum. Ego dominus.†[3] Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis , & feceritis ea,[4] dabo vobis pluuias temporibus suis, & terra gignet germen suum , & pomis arbores replebuntur. [5] Apprehendet messium tritura vindemiam, & vindemia occupabit sementem, & comedetis panem vestrum in saturitate, & † absque pauore habitabitis in terra vestra.[6] Dabo pacem in finibus vestris: dormietis , & non erit qui exterreat. Auferam malas bestias,& gladius non transibit per terminos vestros.[7] Persequimini inimicos vestros,& corruent coram vobis.[8] Persequentur quinque de vestris centum alienos , & centum de vobis decem milia. Cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro.[9] Respiciam vos,& crescere faciam,multiplicabimini , & firmabo pactum meum vobiscum.[10] Comedetis vetustissima veterum, & vetera nouis superuenientibus proiicietis.[11] Ponam tabernaculum meum in medio vestri , & nõ abiiciet vos anima mea. †[b] [12] Ambulabo inter vos,& ero deus vester, vósq; eritis populus meus.[13] Ego dominus deus vester,qui eduxi vos de terra Ægyptiorum, ne seruiretis eis:& qui confregi catenas ceruicum vestrarũ,vt incederetis erecti.†[14] Quòd si non audieritis me , nec feceritis omnia mandata mea,[15] sed spreueritis leges meas, & iudicia mea contempseritis , vt non faciatis ea quæ à me constituta sunt , & ad irritum perducatis pactum meum: [16] ego quoque hæc faciam vobis . Visitabo vos velociter in egestate , & ardore,qui conficiat oculos vestros, & consumat animas vestras. Frustra seretis sementem , quæ ab hostibus deuorabitur.†[17] Ponam faciem

b. Ambulare dicitur deus, non de loco ad locũ transeundo, quia impium est ita credere: sed ambulatio eius est in cordibus sanctorum delectatio. Hier. de his quę deo in sacris scripturis attribuuntur.

A †Exo.20. Deu.5. Psal.96.b

†Deu.28.a

Hoſ.2.b

B

†1.Cor.6.d

†Deu.28. Thren.1. Malach.3.b

†Deu.28.a Prouer.28.a

faciem meam contra vos,& corruetis coram hostibus vestris,& subiiciemini iis qui oderunt vos.Fugietis nemine persequente.[18] Sinautẽ nec sic obedieritis mihi,addam correptiones vestras septuplũ propter peccata vestra,[19] & conteram superbiam duritiæ vestræ.Dabóq; vobis cœlum desuper sicut ferrum,& terram æneam.[20] Cõsumetur incassum labor vester,non proferet terra germen , nec arbores poma præbebunt.
[21] Si ambulaueritis ex aduerso mihi,nec volueritis audire me,addã plagas vestras vsq;
D in septuplũ propter peccata vestra.[22] Emittámq; in vos bestias agri,quę consumant vos & pecora vestra,& ad paucitatem cuncta redigant , desertæque fient viæ vestræ.
[23] Quod si nec sic volueritis recipere disciplinã, sed ambulaueritis ex aduerso mihi,
[24] ego quoque contra vos aduersus incedam,& percutiam vos septies propter peccata vestra,[25] inducámque super vos gladium vltorem fœderis mei. Cúmq; confugeritis in vrbes, mittam pestilentiam in medio vestri , & trademini in manibus hostium.
E [26] postquam confregero[c] baculum panis vestri, ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes,& reddant eos ad pondus,& comedetis, & non saturabimini. [27] Sinautem nec per hæc audieritis me,sed ambulaueritis contra me,[28] & ego incedam aduersus vos in furore cõtrario, & corripiam vos septem plagis propter peccata vestra,
[29] ita vt comedatis carnes filiorum vestrorum,& filiarum vestrarum.[30] Destruam excelsa vestra,& simulachra confringam.Cadetis inter ruinas idolorum vestrorum, & abominabitur vos anima mea,[31] intantum vt vrbes vestras redigam in solitudinẽ, & deserta faciam sanctuaria vestra,nec recipiam vltrà odorem suauissimum: [32] dispersámq; terram vestrã,& stupebunt super ea inimici vestri , cum habitatores illius fuerint.[33] Vos autem dispergam in gentes,& euaginabo post vos gladium , eritque terra vestra deserta,& ciuitates vestræ dirutæ.[34] Tunc placebunt terræ sabbata sua cunctis diebus solitudinis suæ,quando fueritis in terra hostili.Sabbatizabit,& requiescet[35] in sabbatis solitudinis suæ,eo quòd nõ requieuerit in sabbatis vestris , quando habitabatis in ea.
F [36] Et qui de vobis remãserint,dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hostium.Terrebit eos sonitus folij volantis,& ita fugient quasi gladiũ.Cadent nullo persequente,[37] & corruent singuli super fratres suos,quasi bella fugientes. Nemo vestrũ inimicis audebit resistere.[38] Peribitis inter gentes,& hostilis vos terra cõsumet.[39] Quòd si & de his aliqui remanserint,tabescent in iniquitatibus suis in terra inimicorum suorum,& propter peccata patrum suorum & sua affligentur: [40] donec confiteantur iniquitates suas,& maiorum suorum recordentur , quibus præuaricati sunt in me,& ambulauerunt ex aduerso mihi.[41] Ambulabo igitur & ego contra eos,
G & inducam illos in terram hostilem:donec erubescat incircuncisa mens eorum. Tũc orabunt pro impietatibus suis,[42] & recordabor fœderis mei quod pepigi cumIacob, & Isaac,& Abraham.Terrę quoq; memor ero:[43] quę cum relicta fuerit ab eis,cõplacebit sibi in sabbatis suis , patiens solitudinem propter illos . Ipsi verò rogabunt pro peccatis suis,eo quòd abiecerint iudicia mea,& leges meas despexerint. [44] Attamen etiam cum essent in terra hostili,non penitus abieci eos, neq; sic despexi , vt consumerentur,& irritum facerem pactum meum cum eis. Ego enim sum dominus deus eorum, [45] & recordabor fœderis mei pristini, quando eduxi eos de terra Ægypti in conspectu gentium,vt essem deus eorum.Ego dominus deus.[46] Hæc sunt iudicia atque præcepta,& leges quas dedit dominus inter se& inter filios Israel in monte Sinai per manum Moysi.

c. Hoc est sustẽtaculũ ciborem & victus. Panem enim doctrinæ non habẽt Iudæi exceptis decem præceptis: quia veram prophetarum expositionem Christum in plerisque prophetarũ prædicantẽ faciũt:alia quæ sũt in lege nolunt spiritualiter accipere , nec possunt ad literam stare.Glo.ordina.

Variorum generum vota,illorúmque ac decimarum persolutio. XXVII.

A

LOcutúsque est dominus ad Moysen,dicens:[2] Loquere filiis Israel , & dices ad eos: † Homo qui votum fecerit , & spoponderit deo animam suam,sub æstimatione dabit pretium.[3] Si fuerit masculus à vicesimo anno vsque ad sexagesimum annum , dabit quinquaginta siclos argenti ad mensuram sanctuarij: [4] si mulier, triginta.[5] A quinto autem anno vsque ad

Leuit.27.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

uicesimum,masculus dabit viginti siclos:fœmina decem.[6] Ab vno mense vsq; ad annum quintum,pro masculo dabuntur quinque sicli,pro fœmina tres.[7] Sexagenarius & vltrà masculus dabit quindecim siclos,fœmina decẽ.[8] Si pauper fuerit,& æstimationem reddere non valebit,stabit coram sacerdote, & quantum ille æstimauerit & viderit eum posse reddere,tantum dabit.[9] Animal autem quod immolari potest domino,si quis vouerit,sanctum erit,[10] & mutari non poterit,id est, nec melius malo, nec peius bono. Quòd si mutauerit,& ipsum quod mutatũ est, & illud pro quo mutatum est,consecratum erit domino.[11] Animal immundum quod immolari domino B non potest,si quis vouerit,adducetur ante sacerdotem,[12] qui diiudicans vtrum bonũ an malum sit,statuet pretium.[13] Quod si dare voluerit is qui offert, addet super æstimationem,quintam partem.[14] Homo si vouerit domum suam, & sanctificauerit domino,considerabit eam sacerdos vtrum bona an mala sit, & iuxta pretium quod ab eo fuerit constitutum,venundabitur.[15] Sinautem ille qui vouerat,voluerit redimere eam,dabit quintam partem æstimationis supra,&habebit domum.[16] Quòd si agrum possessionis suæ vouerit,& consecrauerit domino:iuxta mensuram sementis æstimabitur pretium. Si triginta modiis hordei seritur terra, quinquaginta siclis venundetur argenti.[17] Si statim ab anno incipientis Iubilei vouerit agrum, quanto valere potest,tanto æstimabitur.[18] Sinautem post aliquantum tẽporis, supputabit sacerdos pecuniam iuxta annorum qui reliqui sunt,numerum,vsque ad Iubileum,& detrahetur ex pretio.[19] Quòd si voluerit redimere agrum ille qui vouerat, addet quintam par- C tem æstimatæ pecuniæ,& possidebit eum.[20] Sinautẽ noluerit redimere,sed alteri cuilibet fuerit venundatus,vltra eũ qui vouerat,redimere non poterit:[21] quia cum Iubilei venerit dies,sanctificatus erit domino, & possessio cõsecrata ad ius pertinet sacerdotum.[22] Si ager emptus est,& non de possessione maiorum sanctificatus fuerit domino,[23] supputabit sacerdos iuxta annorum numerum vsq; ad Iubileum pretium, & dabit ille qui vouerat eũ domino.[24] In Iubileo autem reuertetur ad priorem dominum qui vẽdiderat eum,& habuerat in sorte possessionis suæ.[25] Omnis æstimatio sicli sanctuarij ponderabitur.†Siclus viginti obolos habet.† [26] Primogenita quæ ad deum pertinent, nemo sanctificare poterit,& vouere. Siue bos, siue ouis fuerit, domini sunt.[27] Quòd si immundũ est animal,redimet qui obtulit, iuxta æstimationem suam,& addet quintam partem pretij.Si redimere noluerit,vẽdetur alteri, quantum- D cunque fuerit antè æstimatum.[28] Omne quod domino consecratur, siue homo fuerit,siue animal,siue ager,non veniet,nec redimi poterit. Quicquid semel fuerit consecratum,sanctum sanctorum erit domino.[29] Et omnis consecratio quæ offertur ab homine,non redimetur,sed morte morietur.† [30] Omnes decimæ terræ,siue de pomis arborum,siue de frugibus,domini sunt,& illi sanctificantur.[31] Si quis autem voluerit redimere decimas suas,addet quintam partem earum.[32] Omnium decimarum bouis & ouis & capræ quæ sub pastoris virga transeunt, quicquid decimum venerit, sanctificabitur domino.[33] Non eligetur nec bonum,nec malum, nec altero commutabitur. Si quis mutauerit,& quod mutatum est,& pro quo mutatum est, sanctificabitur domino,& non redimetur.[34] Hæc sunt præcepta quæ mãdauit dominus Moysi ad filios Israel in monte Sinai.

Incipit

†Exo.30. & Numer.18. Eccle.45.d. †12.q.1.in Nullibene

a. Numeri sui plenitudinẽ denarius continet: & sicut numerus idem ab vno incipit,sic & in decimo cõsummatur. Cum igitur dominꝰ & primogenita & decimas suas esse cessatur, mysticè nos docet ab ipso esse q; ad bonum surgimus,ab ipso ũ vsque in finem perseueramus.Radulph.in Leuitic.

†12.q.1.c. Omnes de cimæ. De decimis.ca.in Tur. Iosa.c.4.

Incipit liber quartus Moysi,qui וידבר

VAIEDABBER, ID EST,

liber Numeri.

Numeratis duodecim tribuum viri bellicis,filij Leui ad deferendum tabernaculum instituuntur. *Caput I.*

Anno ante Christum 1501. Anno mundi 2444. Exo.40.b. Iosua.4

A LOcutúsq; est dominus ad Moysen in deserto[a] Sinai in tabernaculo fœderis,prima die mensis secundi,anno altero egressionis eorum ex Ægypto, dicens: † [2] Tollite summam vniuersæ congregationis filiorum Israel per cognationes & domos suas,& nomina singulorum,quicquid sexus est masculini[b] à vicesimo anno & supra, omnium virorum fortium ex Israel,& numerabitis eos per turmas suas, tu & Aaron. [4] Erúntq; vobiscum[b] principes tribuum ac domorum in cognationibus suis,[c] quorum ista sunt nomina. De tribu Ruben Elizur filius Sedeur. [6] De tribu Simeon, Salamiel filius Surisaddai. [7] De tribu Iuda,Naason filius Amminadab. [8] De tribu Isachar, Nathanael filius Suar. [9] De tribu Zabulon,Eliab filius Helon. [10] Filiorum autem Ioseph,de tribu Ephraim,Elisama filius Ammihud. De tribu Manasse,Gamaliel filius Phadassur. [11] De tribu Beniamin,Abidan filius Gedeonis. [12] De tribu Dan, Ahiæzer filius Ammisaddai. [13] De tribu Aser, Phegiel filius Ochran. [14] De tribu Gad,Eliasaph filius Dehuel. [15] De tribu Nephthalim, Ahira filius Enan. [16] Hi nobilissimi principes multitudinis per tribus & cognationes suas, & capita exercitus Israel, [17] quos tulerunt Moyses & Aaron cũ omni vulgi multitudine,[18] & congregauerũt primo die mensis secundi,recensentes eos per cognationes,& domos ac familias,& capita & nomina singulorũ à B C vicesimo anno & supra,[19] sicut præceperat dominus Moysi.[c] Numeratíq; sunt in deserto Sinai [20] de Ruben primogenito Israelis per generationes & familias ac domos suas,& nomina capitum singulorũ,omne quod sexus est masculini à vicesimo anno & supra,procedentiũ ad bellũ,[21] quadragintasex milia quingenti. [22] De filiis Simeon per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina & capita singulorum,omne quod sexus est masculini,à vicesimo anno & supra, procedentium ab bellũ,[23] quinquagintanouẽ milia trecenti.[24] De filiis Gad per generationes & familias ac domos cognationũ suarum recẽsiti sunt per nomina singulorum à viginti annis & supra,omnes qui ad bella procederent,[25] quadragintaquinque D milia sexcenti quinquaginta. [26] De filiis Iuda per generationes & familias ac domos cognationum suarum,per nomina singulorum à vicesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere,[27] recẽsiti sunt septuagintaquatuor milia sexcenti. [28] De filiis Isachar per generationes & familias ac domos cognationũ suarum, per nomina singulorũ à vicesimo anno & supra,omnes qui ad bella procederent,[29] recensiti sunt quinquagintaquatuor milia quadringenti.[30] De filiis Zabulõ per generationes & familias ac domos cognationũ suarũ recensiti sunt per nomina singulorũ à vicesimo anno & supra,omnes qui poterant ad bella procedere, [31] quinquagintaseptem milia quadringenti.[32] De filiis Ioseph,filiorũ Ephraim per generationes & familias ac domos cognationum suarum recẽsiti sunt per nomina singulorum,à vicesimo anno & E supra,omnes qui poterant ad bella procedere,[33] quadragintà milia quingenti.[34] Porrò filiorum Manasse per generationes & familias ac domos cognationum suarũ recensiti sunt per nomina singulorũ à viginti annis & supra,omnes qui poterãt ad bella procedere,[35] trigintaduo milia ducẽti.[d] [36] De filiis Beniamin per generationes & familias ac domos cognationum suarum recẽsiti sunt nominibus singulorum,à vicesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, [37] trigintaquinque milia

a. Sinai rubꝰ interpretatur, sic dictus mõs, quòd spinis maximè sit obsitꝰ,vel quòd iuxta illum Moyses rubum ardentẽ, sed incombustum viderit. Et hic mons est in Arabia,secũdũ Paul.Gal.4. iuxta quẽ Moyses sedit cũ construxit tabernaculum.

b. Quid est quòd singulos de singulis tribubꝰ eligi iubet principes,eósq; appellat chiliarchos,quos quidã Latini interpretes tribunos appellauerunt, à mille cognominatos: Nomen ergo commune est cũ illis qui in Exodo appellãtur chiliarchi,quòd vnusquisq; illorũ esset mille hominum princeps, istorum autem vnusquisq; milliũ princeps: quonã hue à mille fuae à milleꝰ, eadẽ expositio nominis redonat, vt appellẽtur chiliarchi. Aug.q.1.sup Nume.

c. Multum etiã interest in numeratione populi à Moyse, ad Dauid. Numeratio enim à Moyse & Aaron facta, à domino imperata est,& nõ pro eleuatione,sed pro obedientia, facta,vt filij Israel tabernaculũ portarent secũdum ordinem. A Dauid verò numeratio pro eleuatione facta est,& non à domino imperata, & ideirco vindicta meruit. Beda super 1. cap. Nume.

d. Duodecim principes à Moyse & Aaron electi, ꝺ significant duodecim propheras,& eorũdem apostolos à lege& sacerdotio electos ad regẽdam dei patris ecclesiam. Beda ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quadringenti. [18] De filiis Dan per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominibus singulorum à vicesimo anno & supra, omnes qui poterãt ad bella procedere,[19] sexagintaduo milia septingenti.[40] De filiis Aser per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum,à vicesimo anno & supra,omnes qui poterãt ad bella procedere,[41] quadraginta milia & mille quingenti. [42] De filiis Nephthalim per generationes & familias E ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominibus singulorum, à vicesimo anno & supra,omnes qui poterant ad bella procedere,[43] quinquagintatria milia quadringenti.[44] Hi sunt quos numerauerunt Moyses & Aaron, & duodecim Principes Israel, singulos per domos cognationum suarum: [45] fueruntq; omnis numerus filiorum Israel per domos & familias suas,à vicesimo anno & supra,qui poterant ad bella procedere,[46] sexcenta tria milia virorum quingenti quinquaginta.[47] Leuitæ autẽ in tribubus familiarum suarum non sunt numerati cum eis.[48] Locutúsque est dominus ad Moysen,dicens:[49] Tribum Leui noli numerare,neque pones summam eorum G cum filiis Israel:[50] sed constitue eos super tabernaculum testimonij. Cũcta vasa eius, & quicquid ad ceremonias pertinet,ipsi portabunt,tabernaculum, & omnia vtensilia eius:& erunt in ministerio,ac per gyrum tabernaculi metabuntur.[51] Cum proficiscendum fuerit,deponent Leuitæ tabernaculum:cum castra metanda,erigent. Quisquis externorum accesserit,occidetur.[52] Metabuntur autẽ castra filij Israel vnusquisque per turmas & cuneos atque exercitum suum. [53] Porrò Leuitæ per gyrum tabernaculi figent tentoria,ne fiat indignatio super multitudinem filiorum Israel: & excubabunt in custodiis tabernaculi testimonij. [54] Fecerunt ergo filij Israel iuxta omnia quæ præceperat dominus Moysi.

E. Leuitæ nũ sunt numerati cum aliis,eo quòd domino dedicati sint, sed super tabernaculum constituti. Per quos significat sactos, quos dominus constituit super ecclesiam de mũdo ad cœlum portandũ. Beda ibid.

Quæ tribus ad quam mundi plagam ordinetur,recensitis familiarum principibus. II.

LOcutúsq; est dominus ad Moysen & Aaron,dicens:[1] Singuli per turmas, si- A
gna atque vexilla,& domos cognationum suarum castrametabuntur filij Israel,per gyrum tabernaculi fœderis.[2] Ad orientem[a] Iudas figet tentoria per turmas exercitus sui:erítque princeps filiorum eus Naason filius Amminadab, [4] & omnis de stirpe eius summa pugnantium septuaginta quatuor milia sexcentorum. [5] Iuxta eum castrametati sunt de tribu Isachar,quorum princeps fuit Nathanael filius Suar:[6] & omnis numerus pugnatorum eius quinquagintaquatuor milia quadringẽti.[7] In tribu Zabulon princeps fuit Eliab filius Helon:[8] omnísque de stirpe eius exercitus pugnatorũ quinquagintaseptem milia quadringenti. [9] Vniuersi qui in castris Iudæ adnumerati sunt,fuerunt centum octoginta sex milia quadringenti: & per turmas suas primi egredientur. [10] In castris filiorum Ruben ad meridianam plagam erit B princeps Elisur filius Sedeur,[11] & cunctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt,quadragintasex milia quingenti.[12] Iuxta eum castrametati sunt de tribu Simeõ, quorum princeps fuit Salamiel filius Surisaddai,[13] & cunctus exercitus pugnatorum eius,qui numerati sunt quinquagintanouem milia trecenti. [14] In tribu Gad princeps fuit Eliasaph filius Dehuel:[15] & cunctus exercitus pugnatorũ eius,qui numerati sunt quadragintaquinque milia sexcenti quinquaginta.[16] Omnes qui recensiti sunt in castris Ruben,centum quinquaginta milia,& mille quadringẽti quinquaginta,per turmas suas in secundo loco proficiscentur. [17] Leuabitur autem tabernaculum testimonij per officia Leuitarum, & turmas eorum. Quomodo erigetur, ita & deponetur. Singuli per loca & ordines suos proficiscentur. [18] Ad occidentalem plagam erunt C castra filiorum Ephraim,quorum princeps fuit Elisama filius Ammiud.[19] Cunctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt quadraginta milia quingenti. [20] Et cum eis tribus filiorum Manasse, quorum princeps fuit Gamaliel filius Phadassur. Cunctúsque exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt trigintaduo milia ducenti.[21] In tribu filiorum Beniamin,princeps fuit Abidan filius Gedeonis: [23] & cunctus exercitus pugnatorum eius, qui recensiti sunt trigintaquinque milia quadringenti.

a. Tribus Iudæ ante Isachar ponitur,eo quòd Iudas futurus sit pugnator, vt dicitur: Catulus leonis Iuda, &c. Vel eo quòd Christus carnem ab illo sumeret: vel ne illi inuiderent posteà quãdo regnum assumeret,dum illum dei sententia prius ordinauit.

genti. [24] Omnes qui numerati sunt in castris Ephraim,centum octo milia,centũ per turmas suas,tertij proficiscentur.[b] [25] Ad aquilonis partem castrametati sunt filij Dan, quorum princeps fuit Ahiezer filius Ammisaddai.[26] Cunctus exercitus pugnatorum D eius,qui numerati sunt sexagintaduo milia septingenti.[27] Iuxta eum fixere tẽtoria de tribu Aser,quorũ princeps fuit Phegiel filius Ochran.[28] Cunctus exercitus pugnatorum eius,qui numerati sunt quadraginta milia & mille quingenti.[29] De tribu filiorũ Nephthalim,princeps fuit Ahira filius Enan.[30] Cunctus exercitus pugnatorum eius, quinquagintatria milia quadringenti.[31] Omnes qui numerati sunt in castris Dan,fuerunt centum quinquagintaseptem milia sexcenti,& nouissimi proficiscentur.[c] [32] Hic numerus filiorum Israel per domos cognationum suarum,& turmas diuisi: exercitus, sexcenta tria milia quingenti quinquaginta.[33] Leuitę autem non sunt numerati inter filios Israel. Sic enim præceperat dominus Moysi.[34] Fecerúntq; filij Israel iuxta omnia quæ mandauerat dominus. Castrametati sunt per turmas suas, & profecti per familias ac domos patrum suorum.

b. Dan quidẽ non integrũ postremò ponitur, eo quòd Samson ex Dan fuit, qui figuram Christi rexit. Sicut ecclesia à cõfessione incipitur, & abiudicio finitur. Beda ibidem.

c. Cum enim ageretur de numero vniuersæ multitudinis ad vnã tribũ pertinẽtis, discretus erat sexus ideo positũ est, omnis masculini. Et ne paruuli etiã computarentur, adiectum est, à viginti annis & supra. Rursus ne imbellis ætas senectuti annumeraretur, additũ est, Omnis qui procedit i virtute. Aug. quæst. 2. super Num.

Leuitæ in tabernaculi ministerium assumpti,adscribuntur loco primogenitorum Israel. III.

A HÆ sunt generationes Aaron & Moysi, in die qua locutus est dominus ad Moysen in monte Sinai,[1] & hæc nomina filiorum Aaron.† primogenitus eius Nadab:deinde Abiu,& Eleazar, & Ithamar. [3] Hæc nomina filiorum Aaron sacerdotum,qui vncti sunt: & quorum repletæ & consecratæ manus,vt sacerdotio fungerentur.†[a] [4] Mortui sunt enim Nadab & Abiu cum offerrent ignem alienum in conspectu domini,in deserto Sinai absque liberis, functíque sunt sacerdotio Eleazar & Ithamar coram Aaron patre suo.[5] Locutúsque est dominus ad Moysen,dicens:†[b] [6] Applica tribum Leui,& fac stare in conspectu Aaron sacerdotis, vt ministrent ei, [7] & excubent,& obseruent quicquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonij,[8] vt custodiant vasa tabernaculi, seruiẽtes in B ministerio eius.[9] Dabísque dono Leuitas [10] Aaron & filiis eius, quibus traditi sunt à filiis Israel:Aaron autem & filios eius constitues super cultum sacerdotij. † Externus qui ad ministrandũ accesserit,morietur.[11] Locutúsq; est dominus ad Moysen dicens, [12] Ego tuli Leuitas à filiis Israel pro omni primogenito qui aperit vuluam in filiis Israel:erúntq; Leuitæ mei. †[13] Meum est enim omne primogenitum . Ex quo percussi primogenitos in terra Ægypti,sanctificaui mihi quicquid primum nascitur in Israel. Ab homine vsque ad pecus mei sunt. Ego dominus. [14] Locutúsque est dominus ad Moysen in deserto Sinai,dicens:[15] Numera filios Leui per domos patrum suorum,& C familias,omnẽ masculum ab vno mense & supra. [16] Numerauit Moyses vt præcepẽrat dñs,[17] & inuenti sunt filij Leui per nomina sua,Gerson,& Caath,& Merari.[18] Filij Gerson,Lebni,& Semei.[19] Filij Caath:Amram,& Iesaar,Hebrõ,& Oziel.[20] Filij Merari,Mooli,& Musi. [21] De Gerson fuere familiæ duæ:Lebnitica & Semeitica,[22] quarũ numeratus est populus sexus masculini ab vno mẽse & supra,septem milia quingentorum. [23] †Hi post tabernaculum metabuntur ad occidẽtẽ[24] sub principe Eliasaph filio Lael:[25] & habebũt excubias in tabernaculo fœderis,ipsum tabernaculum, & operimentũ eius,tẽtorium quod trahitur ante fores tecti fœderis,[26] & cortinas atrij:tentorium quoque quod appenditur in introitu atrij tabernaculi,& quicquid ad ritum D altaris pertinet:funes tabernaculi & omnia vtensilia eius.[27] Cognatio Caath habebit populos Amramitas,& Iesaaritas,& Hebronitas,& Ozielitas.[28] Hę sunt familię Caathitarũ, recẽsitæ per nomina sua:omnes generis masculini ab vno mẽse & supra,octo milia sexcẽti. [29] Habebunt excubias sanctuarij,& castrametabuntur ad meridianam plagam.[30] Princépsq; eorum erit Elisaphan filius Oziel:[31] & custodient arcam, mensã, & cãdelabrum,altaria,& vasa sanctuarij in quibus ministratur,& velum, cunctáq; huiusce modi suppellectilem.[32] Princeps autem principum Leuitarum, Eleazar filius Aaron sacerdotis,erit super excubitores custodiæ sanctuarij. [33] At vero de

a. Hebræi instos quibus euenisse mala,& impios quibus accidũt opera testantur filios Aarõ intercpretantur & Matthæum: quod illi sacrificates perierit, & iste post tanta mala & captiuitatem in imperium restitutus sit. Hier. super 8. ca. Ecclesiast.

b. Indicit igitur cẽtum tribuũ excepta Leuitica, cuique cura principibus demandata numerum eorum qui militari ætate essent, ad se referri iubẽt. Leuitæ enĩ sacri erant, & immunes à militia. Ideo sacris destinati, altari seruire debebãt. Ioseph. lib. 3. cap. 11. Antiquit. Iudaic.

† Iosephus castrametãdi modũ qualis fuerit ita describit: Cõpacto igitur, inquit, tabernaculo, in medio castrorũ illud receperũt, tribubus per latera singula tendebãtibus, inter quas viæ intercedebant. Forum quoq; rerũ venaliũ est positũ, & merces suo quæque loco dispositæ: adesseque opifices omniũ artium in suis officinis, vt planè ciuitas videretur huc atq; illuc cõmeans. Loca autem tabernaculo proxima sacerdotes occupabant, ac deinceps Leuitæ Ioseph. lib. 3. cap. 11. Antiq. Iudaica.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Merari erunt populi, Moolitæ & Musitæ recensiti per nomina sua, [34] omnes generis masculini ab vno mense & supra,sex milia ducenti: [35] Princeps eorũ Suriel filius Abihail,in plaga septentrionali castrametabuntur. [36] Erunt sub custodia eorũ tabulæ tabernaculi,& vectes,& columnæ ac bases earũ, & omnia quæ ad cultũ huiusce modi pertinent,[37] columnæq; atrij per circuitum cum basibus suis, & paxilli cum funibus. [38] Castrametabuntur ante tabernaculum fœderis,id est ad orientalem plagam,Moyses & Aaron cum filiis suis, habentes custodiam sanctuarij in medio filiorum Israel. Quisquis [e] alienus accesserit,morietur.[39] Omnes Leuitæ quos numerauerunt Moyses & Aaron,iuxta præceptum domini per familias suas in genere masculino, à mẽse vno & supra,fuerunt vigintiduo milia. [40] Et ait dominus ad Moysen: Numera primogenitos sexus masculini de filiis Israel,ab vno mense & supra, & habebis summã eorum. [41] Tollésque Leuitas mihi pro omni primogenito filiorum Israel. Ego sum dominus. Et pecora eorũ pro vniuersis primogenitis pecorum filiorum Israel. [42] Recẽsuit Moyses,sicut præceperat dominus,primogenitos filiorum Israel: [43] & fuerũt masculi per nomina sua à mense vno & supra,vigintiduo milia ducenti septuagintatres. [44] Locutúsq; est dominus ad Moysen: †[45] Tolle Leuitas pro primogenitis filiorum Israel,& pecora Leuitarum pro pecoribus eorum:erúntq; Leuitæ mei.Ego sum dominus. [46] In pretio autem ducentorum septuagintatrium,qui excedunt numerum Leuitarum de primogenitis filiorum Israel, [47] accipies quinq; siclos per singula capita ad mensuram sanctuarij.†Siclus habet viginti obolos. [48] Dabísq; pecuniam Aaron & filiis eius,pretium eorum qui supra sunt. [49] Tulit igitur Moyses pecuniam eorum qui fuerant amplius,& quos redemerat à Leuitis [50] pro primogenitis filiorum Israel,mille trecentorum sexaginta quinque siclorum iuxta pondus sanctuarij, [51] & dedit eam Aaron & filiis eius,iuxta verbum quod præceperat sibi dominus.

e. Quærendũ quomodo dixerit in Leutico: Qui tetigerit tabernaculum sanctificabitur: hic autem dicitur Quisquis alienus accesserit,morietur,volens intelligi eos qui nõ essent de tribu Leui. An forte hic,tetigerit, morietur, ad obtẽquiũ dixerit seruitutis & à solis Leuitis deberi tabernaculo præcepit? August. quæst.5.super Nume.

F

G †Deuteron. Magist.

Ritus & officia Leuitarum iuxta cuiusque familiam distribuuntur. IIII.

A Locutúsque est dominus ad Moysen & Aaron,dicens: †[2] Tolle summam filiorum Caath de medio Leuitarum per domos & familias suas,[3] à tricesimo anno & supra,vsque ad quinquagesimum annum,omnium qui ingrediuntur vt stent & ministrent in tabernaculo fœderis. [4] Hic est cultus filiorum Caath. Tabernaculum fœderis,& sanctum sanctorum [f] ingredientur Aaron & filij eius quando mouenda sunt castra, & deponent velum quod pẽdet ante fores, inuoluéntq; eo arcam testimonij, [6] & operient rursum velamine hyacinthinarũ pellium,extendéntq; desuper pallium totum hyacinthinum,& inducent vectes. [7] Mensam quoque propositionis inuoluent hyacinthino pallio,& ponent cum ea thuribula,& mortariola,cyathos & crateras ad liba fundenda. [a] Panes semper in ea erũt. [8] Extendéntque desuper pallium coccineum, quod rursum operient velamento hyacinthinarum pellium , & inducent vectes. [9] Sument & pallium hyacinthinum, quo operient candelabrum , cum lucernis , & forcipibus suis , & emunctoriis, & cunctis vasis olei quæ ad concinnandas lucernas necessaria sunt: [10] & super omnia ponent operimentum hyacinthinarum pellium,& inducent vectes. [11] Necnon & altare aureum inuoluent hyacinthino vestimento , & extẽdent desuper operimentum hyacinthinarum pelliũ,inducéntque vectes. [12] Omnia vasa quibus ministratur in sanctuario,inuoluent hyacinthino pallio,& extendent desuper operimẽtum hyacinthinarum pellium,inducéntque vectes. [13] Sed & altare mundabunt cinere, & inuoluent illud purpureo vestimento, [14] ponéntq; cum eo omnia vasa quibus in ministerio eius vtuntur, id est, ignium receptacula,fuscinulas,ac tridentes, vncinos,& batilla. Cuncta vasa altaris operient simul velamine hyacinthinarum pellium, & inducẽt vectes. [15] Cúmque inuoluerint Aaron & filij eius sanctuarium , & omnia vasa eius in commotione castrorum , tunc intrabunt filij Caath vt portent inuoluta , & non tangent vasa sanctuarij , ne moriantur . Ista sunt onera filiorum Caath in tabernaculo fœderis, [16] super quos erit Eleazar filius Aaron sacerdotis , ad cuius pertinet curam oleum

f. Vel ad Dominum. Leu. 4. Par. 2.

a. Nõ vtique isti semper super eã erũt, sed similes eorum: quia illi auferebãtur, & recẽtes quotidie ponebantur: dum tamen ẽne panibus mensã non relinqueretur. Augu. quæst.7.super Nume.

oleum ad cõcinnandas lucernas,& cõpositionis incensum, & sacrificium quod semper offertur,& oleum vnctionis,& quicquid ad cultũ tabernaculi pertinet: omniúmque vasorum quę in sanctuario sunt. [17] Locutúsq; est dominus ad Moysen & Aaron, dicẽs: [18] Nolite perdere populum Caath de medio Leuitarum: [19] sed hoc facite eis,vt viuant,& non moriantur si tetigerint sancta sanctorum. Aarõ & filij eius intrabunt, ipsíq; disponẽt opera singulorum,& diuident quid portare quis debeat. [20] Alij nulla curiositate videãt quæ sunt in sanctuario priusquam inuoluantur, alioquin morien-
c tur. [21] Locutúsq; est dominus ad Moysen,dicens. [22] Tolle summã etiam filiorũ Gerson per domos ac familias & cognationes suas, [23] à triginta annis & supra,vsq; ad annos quinquaginta. Numera omnes qui ingrediuntur & ministrãt in tabernaculo fœderis. [24] Hoc est officium familiæ Gersonitarum, [25] vt portẽt cortinas tabernaculi & tectum fœderis,operimentum aliud, & super omnia velamen hyacinthinum, tentoriúmque quod pendet in introitu tabernaculi fœderis , [26] cortinas atrij , & velum in introitu,quod est ante tabernaculum. Omnia quæ ad altare pertinẽt,funiculos,& vasa ministerij, [27] iubẽte Aaron & filiis eius portabunt filij Gerson: & scient singuli cui debeãt oneri mãcipari. [28] Hic est cultus familiæ Gersonitarum in tabernaculo fœderis . Erúntq; sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. [29] Filios quoq; Merari per familias & domos patrum suorum recensebis [30] à triginta annis & supra,vsq; ad annos quinquaginta: omnes qui ingrediuntur ad officium ministerij sui, & cultum fœderis testimonij. [31] Hæc sunt onera eorum: Portabũt tabulas tabernaculi & vectes eius,columnas & bases earum, [32] columnas quoq, atrij per circuitum cum basibus,& paxillis,& funibus suis. Omnia vasa & supellectilẽ ad numerum accipient,sicq; portabũt. [33] Hoc est officiũ familię Meraritarũ,& ministerium in tabernaculo fœderis: erúntq; sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. [34] Recẽsuerunt igitur Moyses & Aaron & principes Synagogæ filios Caath per cognationes & domos patrũ suorũ [35] à triginta annis & supra vsq; ad annum quinquagesimum,omnes qui ingrediuntur ad ministerium tabernaculi fœderis, [36] & inuẽti sunt duo milia septingẽti quinquaginta. [37] Hic
D est numerus populi Caath,qui intrãt tabernaculum fœderis. [b] Hos numerauit Moyses & Aarõ iuxta sermonem domini per manũ Moysi. [38] Numerati sunt & filij Gerson per cognationes & domos patrum suorum. [39] à triginta annis & supra , vsque ad quinquagesimum annum , omnes qui ingrediũtur vt ministrẽt in tabernaculo fœderis, [40] & inuenti sunt duo milia sexcenti triginta. [41] Hic est populus Gersonitarum, quos numerauerũt Moyses & Aaron iuxta verbum domini. [42] Numerati sunt & filij Merari per cognationes & domos patrum suorum [43] à triginta annis & supra,vsque ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad explẽdos ritus tabernaculi fœderis, [44] & inuenti sunt tria milia ducẽti. [45] Hic est numerus filiorum Merari, quos recensuerunt Moyses & Aaron iuxta imperiũ domini per manum Moysi. [46] Omnes qui recensiti sunt de Leuitis,& quos fecit ad nomẽ Moyses,& Aaron & principes Israel per cognationes & domos patrũ suorum, [47] à triginta annis & supra,vsq; ad annum quinquagesimum,ingredientes ad ministerium tabernaculi,& onera portanda, [48] fuerũt simul octo milia quingẽti octuaginta. [49] Iuxta verbũ domini recensuit eos Moyses,vnumquemque iuxta officium & onera sua,sicut præceperat ei dominus.

b. Cum Caath mediã ætatem inter Gerson & Merari teneret, gloriam illã præ iis est consecutus, vt ex sua stirpe sacerdotes, quorum singuli principem habeant proprium, emittat. Supremus vero princeps inter principes Leuiticos Eleazar Aaronis filius est. Ad hũc satis modũ cuinis Christiano angelus sit proprius licet, omnium tamen vnus dominus & rex est Christus. Dominus enim ille dominantium & rex regnantiũ. Procopius ibid.

Immundi extra castra arcendi: lex primitiarum & zelotypiæ. V.

A Locutúsq; est dominus ad Moysen,dicens: [2] Præcipe filiis Israel, [a] vt eiiciant de castris omnem leprosum,& qui semine fluit,pollutúsq; est super mortuo. [3] Tam masculum quàm fœminã eiicite de castris, ne contaminent ea cum habitauerint vobiscum. [4] Fecerúntq; ita filij Israel,& eiecerũt eos extra castra,sicut locutus erat domin⁹ Moysi. [5] Locutúsq; est dominus ad Moysen,dicens: Loquere ad filios Israel: Vir siue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis quæ solent hominibus accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatum domini,atque deliquerint, [7] confitebuntur peccatum suum: &

a. Leprosi hæretici sunt fluxi cogitatione , vel nimis verbosi immũdi super mortuo in opere. Tales à castris ecclesiæ separantur, ne cõtagione morum suorum virtutem polluant innocẽtium. Beda super 5. cap. Nume.

Universidad de Deusto
Biblioteca

reddent ipsum caput,quintámq; partem desuper ei in quem peccauerint. [8] Si autem non fuerit qui recipiat,dabunt domino,& erit sacerdotis,excepto ariete qui offertur pro expiatione,vt sit placabilis hostia. [9] Omnes quoq; primitiæ quas offerunt filij Israel,ad sacerdotem pertinent: [10] & quicquid in sanctuarium offertur à singulis,& traditur manibus sacerdotis,ipsius erit. [11] Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens: B
[12] Loquere ad filios Israel,& dices ad eos:† Vir cuius vxor errauerit,maritúmq; contemnés [13] dormierit cum altero viro,& hoc maritus deprehẽdere non quiuerit,sed latet adulterium,& testibus argui nõ potest,quia non est inuenta in stupro: [14] si spiritus zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem suã,quæ vel polluta est,vel falsa suspicione appetitur: [15] adducet eam ad sacerdotẽ, & offeret oblationem pro illa, decimam partẽ sati farinæ [b] hordeaceæ. Non fundet super eam oleum,nec imponet thus, quia sacrificium zelotypię est,& oblatio inuestigãs adulterium. [16] Offeret igitur eam sacerdos,& statuet coram domino, [17] assumétq; aquam sanctam in vase fictili,& pauxillũ terræ de pauimẽto tabernaculi mittet in eam. [18] Cúmque steterit mulier in conspectu domini,discooperiet caput eius, & ponet super manus illius sacrificiũ recordationis,& oblationem zelotypiæ. Ipse autẽ tenebit aquas amarissimas,in quas cum C
execratione maledicta congessit, [19] adiurabítq; eam,& dicet:Si nõ dormiuit vir alienus tecum,& si non polluta es deserto mariti thoro,non te nocebunt aquę istę amarissimæ in quas maledicta congessi. [20] Sinautem declinasti à viro tuo, atq; polluta es, & concubuisti cum altero, [21] his maledictionibus subiacebis: Det te dominus in maledictionem,exemplúmq; cunctorum in populo suo. Putrescere faciat femur tuum, & tumens vterus tuus dirũpatur. [22] Ingrediantur aquæ meledictę in ventrẽ tuum,& vtero tumescente putrescat femur tuum. Et respondebit mulier: Amen,amen. [23] Scribétq; sacerdos in libello ista maledicta,& delebit ea aquis amarissimis, in quas maledicta congessit: [24] & dabit ei bibere. Quas cum exhauserit, [25] tollet sacerdos de manu eius sacrificium zelotypię,& eleuabit illud coram domino,imponétq; illud super altare,ita duntaxat vt prius, [26] pugillum sacrificij tollat de eo quod offertur,& incẽdat super altare,& sic potum det mulieri aquas amarissimas. [27] Quas cum biberit,si pol- D
luta est, & contempto viro adulterij rea, pertransibunt eam aquæ maledictionis,& inflato ventre cõputrescet femur eius,eritq; mulier in maledictionẽ,& in exemplum
omni populo. [28] Quòd si polluta nõ fuerit,erit innoxia,& faciet liberos. [29] Ista est lex zelotypiæ. Si declinauerit mulier à viro suo, & si polluta fuerit, [30] maritúsq; zelotypiæ spiritu cõcitatus adduxerit eam in conspectu domini, & fecerit ei sacerdos iuxta omnia quę scripta sunt, [31] maritus absque culpa erit,& illa recipiet iniquitatem suam.

Lex zelotypiæ.

b Non siliginea nec triticea's quoniam id quod gerebatur hidus erat,& incerto suspitioq;, forma sacrificij domestica calamitatem imitabatur. Chrysost. aduerſ. Iudæos orat. 4.

Nazaræorum consecratio & ritus,populique à sacerdotibus benedictio. VI.

Lex Nazaræorum.

Locutus est dominus ad Moysen, dicens: [1] Loquere ad filios Israel, & dices A
ad eos: [a] † Vir siue mulier cum fecerint votum,vt sanctificentur, & se voluerint domino consecrare, [3] à vino & omni quod inebriare potest, abstinebunt. Acetum ex vino, & ex qualibet alia potione, & quicquid de vua exprimitur, non bibent: vuas recentes siccásque non comedent [4] cunctis diebus quibus ex
voto domino consecrantur. Quicquid ex vinea esse potest ab vua passa vsque ad acinum, non comedent. [5] Omni tempore separationis suæ † nouacula non transibit per caput eius, vsque ad completum diem quó domino consecratur. Sanctus erit crescente cæsarie capitis eius. [6] Omni tempore consecrationis suæ super mortuum non ingredietur, [7] nec super patris quidem & matris & fratris sororísque funere contaminabitur: quia consecratio dei sui super caput eius est. [8] Omnibus diebus se- B
parationis suæ sanctus erit domino. [9] Sinautem mortuus fuerit subito quispiam coram eo,polluetur caput consecrationis eius:quod radet ilico, & in eadem die purgationis suæ,& rursum septima. [10] In octaua autem die offeret duos turtures, vel duos pullos columbæ sacerdoti in introitu fœderis testimonij, [11] faciétque sacerdos vnum pro peccato,& alterum in holocaustum, & deprecabitur pro eo, quia peccauit super mor-

a Qui ex voto se cõsecrãt, Nazaræi dicti, capillũ alentes,& vinũ nõ gustantes, cũ capillũ consecrãt, victimis eorum sacerdotibus cedere Iosephus libro 4. Antiq. Iudaic. cap. 4.

† Vir siue mulier.

† Tonsura capitis.

mortuo,sanctificabítq; caput eius in die illo, [12] & consecrabit domino die separationis illius,offerens agnum anniculum pro peccato:ita tamen,vt dies priores irriti fiãt, C
quoniam polluta est sanctificatio eius. [13] Ista est lex cõsecrationis. Cùm dies quos ex voto decreuerat,complebũtur:adducet eum ad ostium tabernaculi fœderis, [14] vt offerat oblationem eius domino, agnum anniculum immaculatum in holostaustũ,& ouem anniculã immaculatam pro peccato, & arietem immaculatum hostiam pacificam, [15] canistrum quoq; panum azymorum,qui consperſi sint oleo, & lagana absq; fermento vncta oleo,ac libamina singulorum, [16] quæ offeret sacerdos coram domino: & faciet tam pro peccato,quàm in holocaustum. [17] Arietem vero immolabit hostiam pacificam domino,offerens simul canistrum azymorum, & libamenta quæ ex more debentur. † [18] Tunc radetur Nazaræus ante ostiũ tabernaculi fœderis cæsarie consecrationis suæ, tollétque capillos eius, & ponet super ignem qui est suppositus sacrificio pacificorum, [19] & armum coctum arietis,tortámq; absque fermento vnam D
de canistro, & laganum azymum vnum, & tradet in manus Nazaræi postquam rasum fuerit caput eius, [20] susceptáq; rursum ab eo eleuabit in cõspectu domini:& sanctificata,sacerdotis erunt:sicut pectusculum quod separari iussum est,& femur. Post hæc potest bibere Nazaræus vinum. [21] Ista est lex Nazaræi cũ vouerit oblationẽ suã domino tempore consecrationis suæ: exceptis iis quæ inuenerit manus eius. Iuxta quod mente deuouerat,ita faciet ad perfectionẽ sanctificationis suę. [22] Locutúsq; est dominus ad Moysen, dicens: [23] Loquere Aaron & filiis eius. † Sic benedicetis filiis Israel,& dicetis eis: [24] Benedicat tibi dominus,& custodiat te. [25] Ostendat dominus faciem suam tibi, & misereatur tui. † [26] Conuertat dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. [27] Inuocabunt nomen meum super filios Israel,& [b] ego benedicã eis.

b Ego dominus benedicã eis, vt gratiam traditã per ministerium ordinati cõfundat hominibus,nec voluntas sacerdotis obesse aut prodesse possit,sed meritũ benedictionem poscentis. Aug. in quæst. vet. & nou. test. 1. q. 1. cap. Dictum est.

Israelitarum principum oblata in templi dedicatione per duodecim dies. VII.

Factum † est autem in die qua cõpleuit Moyses tabernaculum, & erexit illud,vnxítq; & sanctificauit cum omnibus vasis suis altare, similiter & omnia vasa eius: [2] obtulerunt principes Israel, & capita familiarum quę erant per singulas tribus,prępfecti eorum qui numerati fuerãt, [3] munera coram domino,sex plaustra tecta cum duodecim bobus. Vnũ plaustrum obtulere duo duces,& vnum bouem singuli: obtulerúntq; ea in cõspectu tabernaculi. [4] Ait autẽ dominus ad Moysen: [5] Suscipe ab eis,vt seruiant in ministerio tabernaculi,& trades ea Leuitis iuxta ordinem ministerij sui. [6] Itaq; cum suscepisset Moyses plaustra & boues, tradidit eos Leuitis. [7] Duo plaustra & quatuor boues dedit filiis Gerson,iuxta id quod habebãt necessariũ. [8] quatuor alia plaustra & octo boues dedit filiis Merari,secundũ officia & cultũ suum,sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. [9] Filiis autẽ Caath non dedit plaustra & boues,quia in sanctuario seruiũt, & onera propriis portant humeris. [10] Igitur obtulerunt duces in dedicationẽ altaris die qua vnctum est,oblationem suã ante altare. [11] Dixítq; dominus ad Moysen: Sin- B
guli duces per singulos dies offerant munera in dedicationẽ altaris. [12] Primo die obtulit oblationẽ suam Naason filius Amminadab,de tribu Iuda: [13] fuerúntque in ea acetabulum argenteum pondo centum triginta siclorum, phiala argentea habens septuaginta siclos iuxta pondus sanctuarij, vtrunque plenum simila consperſa oleo in sacrificium, [14] mortariolum ex decem siclis aureis plenum incenso, [15] bouem de armento,& arietem, & agnum anniculum in holocaustum, [16] hircúmque pro peccato: [17] & in sacrificio pacificorum boues duos,arietes quinq;,hircos quinq;, agnos anniculos quinq;. Hæc est oblatio Naason filij Amminadab. [18] Secundo die obtulit Nathanael filius Suar,dux de tribu Isachar, [19] acetabulũ argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos iuxta pondus sanctuarij,vtrunq; plenum simila cõsperſa oleo in sacrificium, [20] mortariolum aureum habens decẽ siclos,plenum incenso, [21] bouem de armento,& arietem, & agnum an-

Universidad de Deusto
Biblioteca

niculum in holocaustū, [22] hircúmq; pro peccato: [23] & in sacrificio pacificorum boues duos,arietes quinq;,hircos quinq;,agnos anniculos quinq;. Hęc fuit oblatio Nathanael filij Suar. [24] Tertio die princeps filiorum Zabulon,Eliab filius Helon, [25] obtulit acetabulū argenteum appēdens centum triginta siclos , phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij , vtrunque plenum simila conspersa c
oleo in sacrificium, [26] mortariolū aureum appendens decem siclos plenum incenso, [27] bouem de armēto,& arietem,& agnum anniculū in holocaustū, [28] hircúmq; pro peccato: [29] & in sacrificio pacificorū boues duos,arietes quinq;,hircos quinq;,agnos anniculos quinq;.Hæc est oblatio Eliab filij Helon. [30] Die quarto princeps filiorum Ruben,Elizur filius Sedeur, [31] obtulit acetabulū argenteū appendens centum triginta siclos,phialam argenteam habentē septuaginta siclos ad pondus sanctuarij,vtrunque plenum simila conspersa oleo in sacrificium, [32] mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incēso, [33] bouem de armēto,& arietem,& agnum anniculum in holocaustū, [34] hircúmq; pro peccato: [35] & in sacrificio pacificorum boues duos,arietes quinq;,hircos quinque, agnos anniculos quinq;. Hæc fuit oblatio Elizur filij Sedeur. [36] Die quinto princeps filiorū Simeon,Salamiel filius Surisaddai, [37] obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos,phialam argenteam habētem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij,vtrunq; plenum simila conspersa oleo in sacrificium, [38] mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso, [39] bouē de armento,& arietem, & agnum anniculum in holocaustum, [40] hircúmq; pro peccato: [41] & in hostias pacificorum boues duos,arietes quinq;,hircos quinq;,agnos anniculos quinq;.Hęc fuit oblatio Salamiel filij Surisaddai. [42] Die sexto princeps filiorum Gad,Eliasaph filius Dehuel, [43] obtulit acetabulum argenteum appendens centū triginta siclos,phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pōdus sanctuarij, vtrunq; plenum simila conspersa oleo in sacrificium, [44] mortariolum aureum appēdens decem siclos plenum incenso, [45] bouem de armento,& arietem,& agnum anniculum in holocaustum, [46] hircúmq; pro peccato: [47] & in hostias pacificorum boues duos,arietes quinq;,hircos quinque,agnos anniculos quinq;. Hæc fuit oblatio Eliasaph filij Dehuel. [48] Die septimo princeps filiorū Ephraim,Elisama filius Ammihud, [49] obtulit acetabulū argenteum appēdens centum triginta siclos, phialam argēteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, vtrunq; plenum simila conspersa oleo in sacrificiū, [50] mortariolū aureum appendens decem siclos plenū incenso, [51] bouem de armēto,& arietem & agnum anniculū in holocaustum, [52] hircúmq; pro peccato: [53] & in hostias pacificorū boues duos,arietes quinq;,hircos quinq;,agnos anniculos quinq;. Hęc fuit oblatio Elisama filij Ammihud. [54] Die octauo princeps filiorum Manasse,Gamaliel filius Phadassur, [55] obtulit acetabulū argenteū appēdens centum triginta siclos, phialam argenteā habētem septuaginta siclos ad pōdus sanctuarij,vtrunq; plenum simila cōspersa oleo in sacrificium, [56] mortariolū aureum appendens decem siclos plenū incenso, [57] bouem de armēto,& arietem, & agnum anniculū in holocaustū, [58] hircúmq; pro peccato: [59] & in hostias pacificorū boues duos,arietes quinq;,hircos quinq;,agnos anniculos quinq;.Hęc fuit oblatio Gamaliel filij Phadassur. [60] Die nono princeps filiorū Beniamin Abidā filius Gedeonis, [61] obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos,phialam argēteam habentem septuaginta siclos ad pōdus sanctuarij,vtrunq; plenū simila conspersa oleo in sacrificium, [62] mortariolū aureū appendens decem siclos plenū incenso, [63] bouē de armento,& arietē & agnū anniculū in holocaustū, [64] hircúmq; pro peccato: [65] & in hostias pacificorum boues duos,arietes quinq;,hircos quinq;,agnos anniculos quinq;. Hæc fuit oblatio Abidā filij Gedeonis. [66] Die decimo princeps filiorum Dan, Ahiæzer filius Ammisaddai, [67] obtulit acetabulum argēteum appendēs centum triginta siclos, phialam argēteam habētem septuaginta siclos ad pōdus sanctuarij , vtrunque plenū simila cōspersa oleo in sacrificium , [68] mortariolum aureum appēdens decem siclos plenum incēso, [69] bouem de armēto,& arietē & agnum anniculum in holocaustum, hircúm-

[70] hircúmq; pro peccato: [71] & in hostias pacificorū boues duos,arietes quinq;,hircos quinq;,agnos anniculos quinq;. Hæc fuit oblatio Ahiæzer filij Ammisaddai . [72] Die vndecimo princeps filiorum Aser , Phegiel filius Ochram, [73] obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos,phialam argenteam habētem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij,vtrunque plenū simila conspersa oleo in sacrificium, [74] mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso, [75] bouē de armento,& arietem, & agnum anniculum in holocaustum, [76] hircúmque pro peccato: [77] & in hostias pacificorum boues duos, arietes quinq; , hircos quinque,agnos anniculos quinq;.Hæc fuit oblatio Phegiel filij Ochran . [78] Die duodecimo princeps filiorum Nephthalim,Ahira filius Enan, [79] obtulit acetabulum argenteum appendens cētum triginta siclos,phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuaG
rij, vtrunq; plenum simila conspersa oleo in sacrificium, [80] mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso, [81] bouem de armento , & arietem, & agnum anniculum in holocaustum, [82] hircúmque pro peccato : [83] & in hostiās pacificorum boues duos,arietes quinque,hircos quinque,agnos anniculos quinq;.Hæc fuit oblatio Ahira filij Enan. [84] Hæc in dedicatione altaris oblata sunt à principibus Israel in die qua consecratum est,acetabula argentea duodecim, phialæ argenteæ duodecim, mortariola aurea duodecim, [85] ita vt cētum triginta siclos haberet vnum acetabulū, & septuaginta siclos argenti haberet vna phiala, id est, in commune vasorum omniū ex argento,sicli duo milia quadringenti pōdere sanctuarij, [86] mortariola aurea duodecim plena incenso denos siclos appendentia pōdere sanctuarij , id est simul auri sicli centum viginti, [87] boues de armēto in holocaustum duodecim,arietes duodecim, agni anniculi duodecim,& libamenta eorum, hirci duodecim pro peccato: [88] in hostias pacificorum boues vigintiquatuor,arietes sexaginta,hirci sexaginta , agni anniculi sexaginta.Hæc oblata sunt in dedicatione altaris, quando vnctum est. [89] Cúmq; ingrederetur Moyses tabernaculum fœderis,vt consuleret oraculum,audiebat vocē loquentis ad se de propitiatorio,quod erat super arcam testimonij inter duos Cherubim,vnde & loquebatur ei.

Candelabri & lucernarum situs,ætásque & consecratio Leuitarum. VIII.

A Locutúsq; est dominus ad Moysen,dicens: [2] Loquere Aaron,& dices ad eum:Cum posueris septem lucernas,candelabrum in australi parte erigatur. Hoc igitur præcipe, vt lucernæ contra boream è regione respiciant ad mensam panum propositionis . cōtra eam partem quam candelabrum respicit,lucere debebunt. [3] Fecitq; Aaron,& imposuit lucernas super candelabrum,vt præceperat dominus Moysi. [4] Hęc autē erat factura cādelabri ex auro ductili,tam medius stipes,quàm cuncta quæ ex vtroque calamorum latere nascebantur.Iuxta exemplū quod ostēdit dominus Moysi , ita operatus est candelabrū. [5] Et locutus est dominus ad Moysen,dicēs: [6] Tolle Leuitas ex medio filiorū Israel , & purificabis eos [7] iuxta hunc ritum. † Aspergantur aqua lustrationis, & radant omnes pilos carnis suæ . Cúmque lauerint vestimenta sua, & mundati fuerint, B
[8] tollent bouem de armentis,& libamentum eius,similam oleo conspersam : bouem autem alterum de armento tu accipies pro peccato , & applicabis Leuitas coram tabernaculo fœderis,conuocata omni multitudine filiorum Israel. [10] Cúmque Leuitæ fuerint coram domino,ponēt filij Israel manus suas super eos, [11] & offeret Aaron Leuitas munus in conspectu domini à filiis Israel,vt seruiāt in ministerio eius. [12] Leuitæ quoque ponent manus suas super capita boum,è quibus vnum facies pro peccato,& alterum in holocaustum domini,vt depreceris pro eis . [13] Statuésque Leuitas in conspectu Aaron & filiorum eius,& consecrabis oblatos domino, [14] ac separabis de me- a. Primogenitus est nō rā-
dio filiorum Israel,vt sint mei: [15] & postea ingrediātur tabernaculum fœderis , vt ser- C
uiant mihi.Sícque purificabis & consecrabis eos in oblationem domini, [16] quoniam dono donati sunt mihi à filiis Israel.† Pro [a] primogenitis quæ aperiunt omnem vuluam in Israel,accepi eos. [17] Mea sunt enim omnia primogenita filiorū Israel , tam ex

tum post quem & alij , sed ante quē nullus. Omne,inquit dominus ad Aaron, quod aperit vuluam ab omni carne quæ offertur domino , ab homine vsque ad pecus,tibi erunt.Hieronym. adueri.Heluidium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hominibus quàm ex iumẽtis.† Ex die quo percussi omne primogenitum in terra Ægypti,sanctificaui eos mihi, [18] & tuli Leuitas pro cunctis primogenitis filiorũ Israel, [19] tradidíq; eos dono Aaron & filiis eius de medio populi, † vt seruiant mihi pro Israel in tabernaculo fœderis,& orent pro eis,ne sit in populo plaga, si ausi fuerint accedere ad sanctuarium. [20] Fecerúntq; Moyses & Aaron & omnis multitudo filiorũ Israel super Leuitis, quæ præceperat dominus Moysi, [21] purificatíq; sunt,& lauerunt vestimẽta sua. Eleuauítq; eos Aaron in cõspectu domini, & orauit pro eis, [22] vt purificati ingrederẽtur ad officia sua in tabernaculum fœderis coram Aarõ & filiis eius. Sicut præceperat dominus Moysi de Leuitis,ita factum est. [23] Locutúsq; est dominus ad Moysen,dicẽs: [24] Hęc est lex Leuitarũ.† A vigintiquinq; annis & supra ingredientur vt ministrent in tabernaculo fœderis. [25] Cúmq; quinquagesimum annum ætatis impleuerint, seruire cessabunt, [26] erúntq; ministri fratrũ suorum in tabernaculo fœderis,vt custodient quæ sibi fuerint commendata: opera autem ipsa non facient. Sic dispones Leuitas in custodiis suis.

† 18 & 19 Num. Nectym.

† Lucæ 2 Deuocatur. Sup. 13 Exod. 28

Phasę celebratio tam à mundis quàm immundis & peregrinis,nubes ducit exercitum, tabernaculum operiens. IX.

Anno ante Christum 1016. Annus mundi 2450.

A [1] Locutus est dominus ad Moysen in deserto Sinai, anno secundo postquam egressi sunt de terra Ægypti,mense primo,dicens: † [2] Faciãt filij Israel Phasę in tempore suo, [3] quartadecima die mensis huius ad vesperam, iuxta omnes ceremonias & iustificationes eius. [4] Præcepítque Moyses filiis Israel vt facerent Phasę. [5] Qui fecerunt tempore suo quartadecima die mensis ad vesperam in monte Sinai.iuxta omnia quæ mandauerat dominus Moysi,fecerunt filij Israel. [6] Ecce autẽ quidam immundi super anima hominis,qui non poterant facere Phasę in die illo,accedentes ad Moysen & Aaron, [7] dixerunt eis: Immundi sumus super anima hominis, quare fraudamur vt non valeamus oblationem offerre domino in tempore suo inter filios Israel? [8] Quibus respondit Moyses:State, vt consulam quid præcipiat dominus de vobis. [9] Locutúsq; est dominus ad Moysen, dicens: [10] Loquere filiis Israel: Homo qui fuerit immundus super anima, siue in via procul in gente vestra, faciat Phasę domino [11] in mense secundo.quartadecima die mensis ad vesperam cum azymis & lactucis agrestibus comedent illud. [12] Non relinquent ex eo quippiam vsque mane,† & os eius non confringent.omnem ritum Phasę obseruabunt. [13] Si quis autẽ & mundus est,& in itinere non fuit,& tamen non fecit Phasę, exterminabitur anima illa de populis suis,quia sacrificium domino non obtulit tempore suo.Peccatum suũ ipse portabit. [14] Peregrinus quoque & aduena si fuerint apud vos, facient Phasę domino iuxta ceremonias & iustificationes suas. Præceptum idem erit apud vos tam aduenæ quàm indigenæ. † [15] Igitur die qua erectum est tabernaculum, operuit illud nubes. A vespere autem super tentorium erat quasi species ignis vsque mane. [16] Sic fiebat iugiter.Per diem operiebat illud nubes, & per noctẽ quasi species ignis. [17] Cúmque ablata fuisset nubes quæ tabernaculum protegebat, tunc proficiscebãtur filij Israel:& in loco vbi stetisset nubes,ibi castrametabantur. [18] Ad imperium domini proficiscebantur,& ad imperium illius figebant tabernaculum. † Cunctis diebus quibus stabat nubes super tabernaculum, manebant in eodem loco: [19] & si euenisset vt multo tempore maneret super illud, erant filij Israel in excubiis domini, & non proficiscebãtur [20] quotquot diebus fuisset nubes super tabernaculum. Ad imperiũ domini erigebant tentoria, & ad imperium illius deponebant. [21] Si fuisset nubes à vespere vsque mane,& statim diluculo tabernaculum reliquisset,proficiscebantur:& si post diem & noctem recessisset,dissipabant tentoria. [22] Si verò biduo aut vno mẽse,vel longiori tempore fuisset super tabernaculum, manebant filij Israel in eodem loco,& non proficiscebantur:statim autem vt recessisset,mouebant castra. [23] Per verbum domini figebant tentoria,& per verbum illius proficiscebãtur, erántque in excubiis domini,iuxta imperium eius per manum Moysi.

Exod. 12.a

† Exod. 12.a

† Leuit. 23

B

C

† Exod. 40

D

† Num. 10

Vsus

Iosue 12.

Vsus tubarum,castrorúmque mouendorum ordo.Hobábque à filiis Israel discessus. X.

A [1] Locutúsq; est dominus ad Moysen,dicens: [2] Fac tibi duas tubas argenteas ductiles:quibus conuocare possis multitudinem quando mouenda sunt castra. [3] Cúmque increpueris tubis,congregabitur ad te omnis turba ad ostiũ tabernaculi fœderis. [4] Si semel clangueris,venient ad te principes & capita multitudinis Israel. [5] Si autem prolixior atq; concisus clangor increpuerit, mouebunt castra primi qui sunt ad orientalem plagam. [6] In secundo autem sonitu & pari vlulatu tubæ,leuabunt tentoria qui habitant ad meridiem:& iuxta hunc modum reliqui facient vlulantibus tubis in profectione. [7] Quando autem congregandus est populus, simplex tubarum clangor erit,& non concisè vlulabunt. [8] Filij autem Aaron sacerdotis B clangẽt tubis,eritq; hoc legitimum sempiternum in generationibus vestris. [9] Si exieritis ad bellum de terra vestra contra hostes qui dimicant aduersum vos, clangetis vlulantibus tubis, & erit recordatio vestri coram domino deo vestro, vt eruamini de manibus inimicorum vestrorum. [10] Si quando habebitis epulum, & dies festos, & Kalendas,canetis tubis super holocaustis & pacificis victimis,vt sint vobis in recordationem dei vestri.Ego dominus deus vester. [11] Anno secundo,mense secundo,vicesima die mensis, eleuata est nubes de tabernaculo fœderis. [12] Profectíque sunt filij Israel per turmas suas de deserto Sinai,& recubuit nubes in solitudine Pharã. [13] Mouerúntque castra primi iuxta imperium domini in manu Moysi. † [14] filij Iuda per turmas suas,quorum princeps erat Naason filius Amminadab. [15] In tribu filiorũ Isachar fuit princeps Nathanael filius Suar. [16] In tribu Zabulõ erat princeps Eliab filius Helon. [17] Depositúmque est tabernaculum,quod portantes egressi sunt filij Gerson C & Merari. [18] Profectique sunt & filij Ruben per turmas & ordinem suum, quorum princeps erat Elizur filius Sedeur. [19] In tribu autem filiorũ Simeon princeps fuit Salamiel filius Surisaddai. [20] Porrò in tribu Gad erat princeps Eliasaph filius Dehuel. [21] Profectíq; sunt & Caathitæ,portantes sanctuarium. Tam diu tabernaculum portabatur,donec venirent ad erectionis locum. [22] Mouerunt castra & filij Ephraim per turmas suas,in quorũ exercitu princeps erat Elisama filius Ammihud. [23] In tribu autem filiorum Manasse princeps fuit Gamaliel filius Phadassur. [24] Et in tribu Bẽiamin erat dux Abidan filius Gedeonis. [25] Nouissimi castrorum omnium profecti sunt filij Dan per turmas suas,in quorum exercitu princeps fuit Ahiæzer filius Ammisaddai. [26] In tribu autem filiorum Aser erat princeps Phegiel filius Ochran. [27] Et in tribu fi- D liorum Nephthalim princeps fuit Ahira filius Enan. [28] Hæc sunt castra & profectiones filiorum Israel per turmas suas quando egrediebantur. [29] Dixítq; Moyses [d] Hobab filio Raguel Madianitæ cognato suo: Proficiscimur ad locum quẽ dominus daturus est nobis:veni nobiscum,vt benefaciamus tibi,quia dominus bona promisit Israeli. [30] Cui ille respondit:Non vadam tecum,sed reuertar in terram meam in qua natus sum. [31] Et ille: Noli,inquit,nos relinquere. Tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus,& eris ductor noster. [32] Cúmque nobiscum veneris, quicquid optimũ fuerit ex opibus quas nobis traditurus est dominus, dabimus tibi. [33] Profecti sunt ergo de monte domini viam trium dierum, arcáque fœderis domini præcedebat eos per dies tres,prouidens castrorum locum. [34] Nubes quoque domini super eos erat per diem cum incederent. [35] Cúmque eleuaretur arca,dicebat Moyses: † Surge domine,& dissipentur inimici tui,& fugiant qui oderunt te,à facie tua. [36] Cũ autem deponeretur,aiebat:Reuertere domine ad multitudinem exercitus Israel.

a. Inuenit autẽ & buccinæ speciẽ ex argento factæ tales. Canna erat tibia pauło crassior, longitudine pauło minus cubitali, cuius os tantũ patebat quantum ad inflandũ sufficeret, desinebátq; in extremitate campanulę simile, quemadmodum tuba. Aletra vocatur hoc genus apud Hebræos. Duas tales fecit, quarum vna plebs ad concionẽ vocabatur, altera principes ad cõsultandum de republica excitabantur:vtriusque verò cõgentibus vniuersus populus conuocabat. Iosephus, lib.3.cap.12. Antiquit.

b. Ab exitu Aegypti.

c. Quoties verò tabernaculũ moueretur, hic modus seruabatur. Primo signo canente, qui in orientali parte castrorũ tendebãt, excitabãtur: secundo verò qui à tergo tabernaculi tentoria sua fixerant; deinde tabernaculũ dissolutum medium portabatur inter sex tribus præcedẽtes, & alias sex ponẽ sequẽtes. Leuitæ verò tabernaculũ circundabant. Ad tertiũ autẽ signũ pars castrorũ meridionalis mouebatẽ, & ad quartũ septentrionalis. Iosephus lib.3.cap. 12. Antiquit. Iudaic.

Murmuris pœna plexi Iudæi,coturnicum carnes in suum malum impetrant, partito Moysi onere in septuaginta seniores. XI.

Iosue 24.

A [1] Interea ortum est murmur populi,quasi dolentium pro labore contra dominum. Quod cum audisset,iratus est:& accensus in eos ignis domini deuorauit extremã castrorum partem. [2] Cúmq; clamasset populus ad Moysen,orauit Moyses ad dominum,& absorptus est ignis. [3] Vocauítq; nomẽ

d. Fratri vxoris suæ,Iethro affini ex parte vxoris suæ. Quidam hunc Hobab credunt esse Iethro socerum Moysi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

loci illius, Incensio, eo quòd succensus fuisset cõtra eos ignis domini.[4] Vulgus quippe promiscuum quod ascenderat cum eis, flagrauit desiderio carnium sedes & flens, iunctis sibi pariter filiis Israel, & ait:[5] † Quis dabit nobis ad vescendum carnes?[6] Recordamur piscium quos comedebamus in Ægypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porríque, & cepæ, & allia.[7] Anima nostra aridà est, nihil aliud respiciũt oculi nostri nisi Man. †[8] Erat autẽ Man, quasi semen coriãdri, coloris bdellij.[9] Circuibátq; populus, & colligens illud frangebat mola, siue terebat in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati.[10] Cúmq; descenderet nocte supra castra ros, descẽdebat pariter & Man.[11] Audiuit ergo Moyses flentem populum per familias, singulos per ostia tentorij sui. Iratúsque est furor domini valde, sed & Moysi intolerãda res visa est,[12] & ait ad dominum: Cur afflixisti seruum tuum? Quare non inuenio gratiam corã te? Et cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me?[13] Nunquid ego cõcepi omnẽ hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi, Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum: & defer in terram pro qua iurasti patribus eorũ.[14] Vnde mihi carnes, vt dem tantæ multitudini? Flent cõtra me, dicẽtes: Da nobis carnes, vt comedamus.[15] Nõ possum solus sustinere omnẽ hunc populum, quia grauis mihi est.[16] Sin aliter tibi videtur, obsecro vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis.[17] Et dixit dominus ad Moysen: † Cõgrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti quòd seniores populi sint, ac magistri, & duces eos ad ostiũ tabernaculi fœderis: faciésque ibi stare tecum,[18] vt descendã & loquar tibi, & auferam de spiritu [b] tuo, tradámque eis, vt sustentent tecum onus populi, & non tu solus graueris.[19] Populo quoque dices: Sanctificamini. Cras comedetis carnes. Ego enim audiui vos dicere: Quis dabit nobis escas carnium? Bene nobis erat in Ægypto. Vt det vobis dominus carnes, & comedatis,[20] nõ vno die, nec duobus, vel quinq;, aut decẽ, nec viginti quidem,[21] sed vsque ad mensem dierum, donec exeat per nares vestras, & vertatur in nauseam, eo quòd repuleritis dominũ qui in medio vestri est, & fleueritis corã eo, dicẽtes: Quare egressi sumus ex Ægypto, vt periremus in solitudine?[22] Et ait Moyses ad dominum: Sexcẽta milia peditũ huius populi sunt, & tu dicis, Dabo eis esum carniũ mense integro? †[23] Nũquid ouiũ & boum multitudo cædetur, vt possit sufficere ad cibum? vel omnes pisces maris in vnũ cõgregabũtur, vt eos satiẽt?[24] Cui respõdit dominus: † Nũquid manus domini inualida est? Iam nunc videbis vtrum meus sermo opere compleatur.[25] Venit igitur Moyses, & narrauit populo verba domini, cõgregans septuaginta viros de senibus Israel, quos stare fecit circa tabernaculum.[26] Descenditq; dominus per nubẽ, & locutus est ad eum, auferens de [c] spiritu qui erat in Moyse, & dans septuaginta viris. Cúmq; requieuisset in eis spiritus, prophetauerunt, nec vltrà cessauerunt.[27] Remãserant autẽ in castris duo viri, quorum vnus vocabatur Eldad, & alter Medad, super quos requieuit spiritus. nam & ipsi descripti fuerant, & nõ exierant ad tabernaculum. Cúmq; prophetarent in castris,[28] cucurrit puer & nuntiauit Moysi, dicens: Eldad & Medad prophetant in castris.[29] Statim Iosue filius Nun minister Moysi, & electus è pluribus, ait: Domine mi Moyses, prohibe eos.[30] At ille: Quid, inquit, æmularis pro me? Quis tribuat vt omnis populus propheter, & det eis dominus spiritũ suũ?[31] Reuersúsq; est Moyses, & maiores natu Israel in castra. †[32] Vẽtus autẽ egrediens à domino, arreptas trans mare coturnices detulit & demisit in castra, itinere quantum vno die confici potest, ex omni parte castrorum per circuitum, volabántque in aëre duobus cubitis altitudine supra terram.[33] Surgés ergo populus toto die illo & nocte, ac die altero, congregauerunt coturnicum multitudinẽ, qui parum, decem coros: & siccauerunt eas per gyrum castrorũ. †[34] Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiuscemodi cibus: & ecce furor domini concitatus in populũ, percussit eum plaga magna nimis.[35] Vocatúsq; est ille locus Sepulchra concupiscentiæ. ibi enim sepelierũt populum qui desiderauerat carnes.[36] Egressi autem de sepulchris concupiscentiæ venerunt in [d] Haseroth, & manserunt ibi.

a. Carnium concupiscentia inúdelis populi pars flagrans murmurauit, & manna cœlesti odias carniũ Aegyptiorum præposuit. Sed & Moysi cum esset intolerãda res visa, dominus, Populũ, inquit, sanctifica eràmo. Ego enim illos pascã carnibus mense integro. Aug. q. 27. super. Num.

b. Vel qui in te est, aut super te est, & non spiritum cuiũ: quia spiritus dei impleuerat eum. Chrysost.

c. Putari enim potest de spiritu ipsius hominis dictũ, quo humana natura cõpletur corpore adiuncto: quæ constat ex corpore & spiritu, quem etiam animũ dicunt: de quo & Apostolus dicit. Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? &c. Ostẽdit vtiq; aliud esse spiritũ dei, cuius fit particeps spiritus hominis per gratiam dei, quàmis possit esse etiã sicut alij interpretati sunt, intelligi spiritus dei in eo, quod dicitur de spiritu tuo qui in te est, vt diũ fruas, quia sit tuus nostrer, qui der est, cum accipimus eum. Aug. q. 28. super Num.

d. Mãsio in Haseroth.

Aaron & Maria in Moysen insurgentibus, Maria lepra percussa, & à populo septem diebus separata, sanitate donatur. XII.

LOcutáq; † est Maria & Aaron contra Moysen propter vxorem eius [a] Æthiopissam,[2] & dixerunt: Num per solum Moysen locutus est dominus? nónne & nobis similiter est locutus? Quòd cum audisset dominus, irátus est valde.[3] Erat enim [b] Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra.[4] Statímq; locutus est ad eum, & ad Aaron, & Mariam: Egredimini vos tantùm tres ad tabernaculũ fœderis. Cúmq; fuissent egressi,[5] descendit dns in columna nubis, & stetit in introitu tabernaculi vocans Aaron & Mariam. Qui cũ issent,[6] dixit ad eos: Audite sermones meos. Si quis fuerit inter vos propheta domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum: †[7] at non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est.[8] Ore enim ad os loquor ei. Palàm, & non per ænigmata & figuras dominũ videt. Quare ergo non timuistis detrahere seruo meo Moysi?[9] Iratúsq; contra eos, abiit.[10] Nubes quoq; recessit, quæ erat super tabernaculum. † Et ecce Maria apparuit candẽs lepra quasi nix. Cúmq; respexisset eam Aaron, & vidisset perfusam lepra,[11] ait ad Moysen: Obsécro domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum quod stultè commisimus,[12] ne fiat hæc quasi mortua, & vt abortiuum quod proiicitur de vulua matris suæ. Ecce iam medium carnis eius deuoratum est à lepra.[13] Clamauítq; Moyses ad dominum, dicens: Deus, obsecro, sana eam.[14] Cui respondit dominus: Si pater eius spuisset in faciẽ illius, nónne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi? † Separetur septem diebus extra castra, & postea reuocabitur.[15] Exclusa est itaque Maria extra castra septem diebus, & populus non est motus de loco illo, donec reuocata est Maria.

Missi exploratores in terram Chanaan, uuam in signum fertilitatis referunt. XIII.

POstea profectúsque est populus de Haseroth,[a] fixis tentoriis in deserto Pharan.[2] Ibiq; locutus est dominus ad Moysen, dicẽs:[3] Mitte viros qui considerẽt terram Chanaan, quam daturus sum filiis Israel, singulos de singulis tribubus ex principibus.[4] Fecit Moyses quod dominus imperarat, de deserto Pharan mittens principes viros,[5] quorum ista sunt nomina: De tribu Ruben, Semmua filium Zeccur.[6] De tribu Simeon, Saphat filium Huri.[7] De tribu Iuda, Caleph filium Iephone.[8] De tribu Isachar, Igal filium Ioseph.[9] De tribu Ephraim, Osee filium Nun.[10] De tribu Beniamin, Phalti filium Raphu.[11] De tribu Zabulon, Geddiel filium Sodi.[12] De tribu Ioseph sceptri Manasse, Gaddi filium Susi.[13] De tribu Dan, Ammiel filium Gemalli.[14] De tribu Aser, Sthur filiũ Michael.[15] De tribu Nephthalim, Nahabi filium Vapsi.[16] De tribu Gad, Guël filium Machi.[17] Hæc sunt nomina virorum quos misit Moyses ad considerãdam terram Chanaan, vocauítque Osee filium Nun, Iosue.[18] Misit ergo eos Moyses ad considerandam terram Chanaan, & dixit ad eos: Ascendite per meridianam plagam.[b] Cúmq; veneritis ad montes,[19] considerate terram qualis sit, & populum qui habitator est eius, vtrum fortis sit an infirmus, pauci numero an plures,[20] ipsa terra bona an mala, vrbes quales, muratæ an absque muris,[21] humus pinguis an sterilis, nemorosa an absq; aruoribus. Confortamini, & afferte nobis de fructibus terræ. Erat autem tempus quando iam præcoquæ vuæ vesci possunt.[22] Cúmq; ascendissent, explorauerunt terram à deserto Zin, vsque Rohob intrantibus Emath.[23] Ascenderúntque ad meridiem, & venerunt in Hebron, vbi erant Achiman, & Sisai, & Tolmai, filij Enac. nam Hebron septem annis ante [c] Thanim vrbem Ægypti condita est.[24] Pergentésque vsque ad torrentem Botri, abscíderunt palmitem cum vua sua, quam portauerunt in vecte duo viri. De malis quoque granatis, & de ficis loci illius tulerunt,[25] qui appellatus est Nehel-eschol, id est torrens botri, eo quòd botrum portassent inde filij Israel. †[26] Reuersíque exploratores terræ post quadraginta dies omni regione circuita,[27] venerunt ad Moysen & Aaron, & ad omnem cœtum filiorum Israel in desertum Pharan, quod est in Cades. Locutíque eis & omni multitudini ostenderunt fructus terræ,

a. Quæri solet vtrum erat ista Iethro, an alia duxerit, vel superduxerit? Sed iste fuisse credibile est. De Maria quippe quæritur, quare percutitur. † Paralip. 21. Æthiopes dici, quando cõtra eos pugnauit Iosaphat. Augustin. quæst. 26. super Num. 9. Tanta est mansuetudinis robur, vt solus hic virtus sua ficiat se colere: & diligere ineffabilibus laudibus dignũ reddere, imò omni hominum genere præferre. Chrysost. Hom. 33. in Genes.

a. In hac decima quinta positione Aaron & Maria propter Aethiopissam murmurant, & in typũ rei aduersus ecclesiã de gentibus cõgregatã, populus Iudæorũ lepræ sordẽ perfunditur, nec redit ad tabernaculũ, & pristinã recipit sanitatẽ, donec statutũ plenitudinis gentiũ tempus impleatur. Hieron. ad Fabiolã, de 42. mansionibus.

a. Iam Haseroth quæ Richmah hæc est, missio est in deserto Pharan inter Cades Barne, à qua exploratores ad terrã promissionis considerandã missos dicit Caleph Iosue 14. biennio post exitũ ab Aegypto. Hæc autem 11. mansio dicitur Richmah. Et notãdum quòd reliquæ mansiones 18. à Richmah vsque ad Asiongaber, id est vsque ad 32. mansionẽ sub Pharan solitudinis nomine continentur. Hiero. ad Fabiolam, de 42. mansionibus.

b. Deus à Moyse exploratores mitti iubet, quo ignoriã populi sibi cõperta in lucem produceret, vt immorigeri agnoscerentur. Quinetiã à ignari terræ istius inuasissent, cæsi; conspecta retrocessissent, maximã contumeliã deo, animíq; confidentiã Palæstinis attulissent. Procop. ibid.

c. Vnde dicitur cãpus Thaneos, vbi plagas Pharaoni dominus ostendit, quam Hebræi Zoan vocabãt, metropolin Aegypti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[28] & narrauerunt dicentes: Venimus in terram ad quam misistis nos, quæ reuera fluit lacte & melle, vt ex his fructibus cognosci potest: [29] sed cultores fortissimos habet, & vrbes grandes atq; muratas. Stirpem Enac vidimus ibi. [30] Amalec habitat in meridie: E Hethæus, & Iebusæus, & Amorræus in montanis. Chananęus verò moratur iuxta mare, & circa fluenta Iordanis. [d] [31] Inter hæc Caleb cōpescens murmur populi qui oriebatur contra Moysen, ait: Ascendamus & possideamus terram, quoniam poterimus obtinere eam. [32] Alij verò qui fuerant cum eo, dicebant: Nequaquam ad hunc populum valemus ascendere, quia fortior nobis est. † [33] Detraxerúntq; terræ quam iuspexerant, apud filios Israel, dicētes: Terra quam lustrauimus, deuorat habitatores suos. Populus quem aspeximus, proceræ staturæ est. [34] Ibi vidimus monstra quædam filiorum Enac, de genere Giganteo, quibus comparati quasi locustæ videbamur. G †Barac 36

d Caleb vocāse ducem exploratorum præstitit optimum: nam ad fidem cohortatus est in deū, virtute explicauit: quod omnia infra potestē credēs ac imperterritus esset. Procop. ibid.

Israelitæ Aegyptum terræ Chanaan præferentes, diuino iudicio morti in deserto præter Iosue & Caleb addicti sunt. XIIII.

a. Qui ex eorū narratione impossibile rati talē terrā acquirere, soluta concione domum reuersi cum vxoribus & liberis lamentabātur, dicentes deum verbis tantum multa pollicēri, re autem omnino nihil auxilij præstare. Rursumq; Moysen incusantes, in eiusmodi & fratrē eius Aaronē pontificem vociferabātur, atque ita totā noctem inquieti exegerunt, in verūque conuicia iactādo. Mane verò ad concionē concurrunt hoc animo, vt lapidatis Moyse ac fratre in Aegyptum retro vnde venerāt, reuerterētur. Ioseph lib. 3. cap. 17. Antiquit.

[a] [1] Igitur [a] †vociferans omnis turba fleuit nocte illa, [2] & murmurati sunt cōtra Moysen & Aaron cuncti filij Israel, dicētes: Vtinam mortui essemus in Ægypto, & non in hac vasta solitudine. [3] Vtinam pereamus, & nō inducat nos dominus in terram istam, ne cadamus gladio, & vxores ac liberi nostri ducantur captiui. Nónne melius est reuerti in Ægyptum? [4] Dixerúntq; alter ad alterum: Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Ægyptum. [5] Quo audito Moyses & Aaron ceciderunt proni in terram coram omni multitudine filiorum Israel. † [6] At verò Iosue filius Nun, & Caleb filius Iephone, qui & ipsi lustrauerant terram, sciderunt vestimenta sua, [7] & ad omnem multitudinem filiorū Israel locuti sunt: Terra quam circuiuimus, valde bona est. [8] Si propitius fuerit dominus, inducet nos in eam, & tradet humum lacte & melle manantem. [9] Nolite rebelles esse contra dominum, neque timeatis populum terræ huius, quia sicut panē, ita eos possumus deuorare. Recessit ab eis omne præsidiū: dñs nobiscum est, nolite metuere. [10] Cúmque clamaret omnis multitudo, & lapidibus eos vellet opprimere, apparuit gloria domini super tectum fœderis, cunctis videntibus filiis Israel. [11] Et dixit dñs ad Moysen: Vsquequo detrahet mihi populus iste? Quousque non credent mihi in omnibus signis quæ feci corā eis? [12] Feriam igitur eos pestilentia, atq; consumam: te autem faciā principem super gentem magnam, & fortiorem quàm hæc est. [13] Et ait Moyses ad dominum: Vt audiant Ægyptij, de quorū medio eduxisti populū istum, [14] & habitatores C terræ huius, qui audierunt quòd tu domine in populo isto sis, & facie videaris ad faciem, † & nubes tua protegat illos, & in columna nubis præcedas eos per diē, & in columna ignis per noctem, [15] quòd occideris tantā multitudinem quasi vnum hominē, & dicant: [16] Non poterat introducere populum in terram pro qua iurauerat, † idcirco occidit eos in solitudine. [17] Magnificetur ergo fortitudo domini, sicut iurasti, dicens: † [18] Dñs patiens, & multæ misericordiæ, auferens iniquitatem & scelera, nullúmq; innoxium derelinquens, qui visitas peccata patrum [b] in filios in tertiā & quartam generationem. [19] Dimitte, obsecro peccatum populi tui huius, secundum magnitudinem D misericordiæ tuæ, sicut propitius fuisti egredientibus de Ægypto, vsq; ad locū istū. [20] Dixítq; dominus: Dimisi iuxta verbum tuum. [21] Viuo ego, & implebitur gloria dñi vniuersa terra. [c] [22] Attamen omnes homines † qui viderunt maiestatem meā, & signa quæ feci in Ægypto, & in solitudine, & tentauerunt me iam per decem vices, nec obedierūt voci meæ, [23] non videbunt terram pro qua iuraui patribus eorum, nec quisquam ex illis qui detraxit mihi, intuebitur eam. † [24] Seruum meum Caleb, qui plenus alio spiritu secutus est me, inducam in terrā hanc quam circuiuit, & semen eius possidebit eam: [25] quoniam Amalecites & Chananæus habitant in vallibus. Cras mouete castra, & reuertimini in solitudinē per viam maris rubri. [26] Locutúsq; est dominus ad E Moysen & Aaron, dicēs: † [27] Vsquequo multitudo hæc pessima murmurat cōtra me? Querelas filiorum Israel audiui. [28] Dic ergo eis: Viuo ego, ait dominus: sicut locuti estis

b Hoc est in opera mala, & in delictorum perseuerantiam: vt cogitationes nostras, mentisque decretum non itaim puniat: sed reddat in posteros filios. Hier.

c In quinto mēse qui apud nos appellatur Augustus, cùm per exploratores terræ fuisset seditio orta esset in populo, iussi sunt montem non ascendere, sed per 40. annos longius a terra sancta excurire dispendiri, vt (exceptis duobus Caleph & Iosue) omnes in solitudine deficerent. Hier. super Zacha cap. 8.

estis audiente me, sic faciā vobis. [d] [29] in solitudine hac iacebūt cadauera vestra. † Omnes qui numerati estis à viginti annis & supra, & murmurastis contra me, [30] nō intrabitis terram super quam leuaui manum meam, vt habitare vos facerem, præter Caleb filium Iephone, & Iosue filiū Nun. [31] Paruulos autē vestros de quibus dixistis quòd prædæ hostibus forent, introducam, vt videant terram quæ vobis displicuit. [32] Vestra cadauera iacebunt in solitudine. [33] Filij vestri erūt vagi in deserto annis quadraginta, & portabunt fornicationem vestram, donec consumantur cadauera patrū in deserto, [34] iuxta numerum quadraginta dierum quibus considerastis terram. † Annus pro die imputabitur. Et quadraginta annis recipietis iniquitates vestras: & scietis vltionē meam. [35] Quoniā sicut locutus sum, ita faciam omni multitudini huic pessimæ, quæ consurrexit aduersum me. In solitudine hac deficiet & morietur. † [36] Igitur omnes viri quos miserat Moyses ad contēplandā terram, & qui reuersi murmurare fecerant contra eum omnem multitudinem, detrahentes terræ quòd esset mala, [37] mortui sunt atque percussi in cōspectu domini. [38] Iosue autem filius Nun, & Caleb filius Iephone, vixerūt ex omnibus qui perrexerāt ad considerandā terrā. [39] Locutúsque est Moyses vniuersa verba hæc ad omnes filios Israel, & luxit populus nimis. [40] Et ecce mane primo surgentes ascēderunt in verticē montis, atq; dixerunt: Parati sumus ascēdere ad locū de quo dominus locutus est, quia peccauimus. [41] Quibus Moyses: † Cur, inquit, transgredimini verbū domini, quod vobis non cedet in prosperū? [42] Nolite ascendere: non enim est dominus vobiscum: ne corruatis corā inimicis vestris. [43] Amalecites & Chananæus ante vos sunt, quorum gladio corruetis, eo quòd nolueritis acquiescere domino: nec erit dominus vobiscum. [44] At illi cōtenebrati, ascenderunt in verticem montis. Arca autem testamenti domini & Moyses nō recesserunt de castris. [45] Descenditq; Amalecites & Chananæus qui habitabat in mōte, & percutiens eos atque concidens, persecutus est eos vsque Horma.

d Senior populus Iudæorū qui propter incredulitatē in deserto mortuus est, significat priorem populum Iudæorū, paruuli verò eorū, id est iunior populus, figurauit populum gētium. Sicut enim seniore populo mortuo, iunior terrā repromissionis accepit, ita reprobato Iudæorum populo, iunior populus Christianorum gratiam diuinæ benedictionis obtinuit. Aug. Ser. 102.

e. Cū ingenti tremore cōsiderādum est, quia de sexcentis millibus duo tātùm terram repromissionis ingressi sunt. Hoc ergo audiant qui ita dominū misericordem esse volūt, vt nullū esse non credant. Et in primis qui dicunt quòd Christus iudicabit nos pro sua misericordia, & nō pro sceleribus nostris. Augustin. Ser. 102.

Libamenta terram ingressis cum hostiis, & primitiis offerenda, arrogantis, ignorantis, & ligna sabbato colligentis pœna, fimbriæ per quatuor angulos palliorum. XV.

A [1] Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens: [2] Loquere ad filios Israel, & dices ad eos: Cū ingressi fueritis terrā habitationis vestræ quā ego dabo vobis, [a] [3] & feceritis oblationem domino in holocaustū aut victimam pacificam vota soluentes, vel sponte offerētes munera, aut in solennitatibus vestris adolentes odorem suauitatis domino de bobus siue de ouibus [4] offeret quicūque immolauerit victimā, sacrificium similæ decimam partem ephi conspersam oleo, quod mensuram habebit quartam partem hin: [5] & vinum ad liba fundenda eiusdem mensuræ dabit in holocaustū siue in victimam. Per agnos singulos, [6] & arietes erit sacrificium similæ duarum decimarū, quæ conspersa sit oleo tertiæ partis hin: [7] & vinum ad libamentum tertiæ partis eiusdem mēsurę offeret in odorem suauitatis domino. [8] Quando verò de bobus feceris holocaustū aut B hostiā, vt impleas votū vel pacificas victimas, [9] dabis per singulos boues similæ tres decimas cōsperſæ oleo, quod habeat mediū mensuræ hin: [10] & vinū ad liba fundenda eiusdē mensuræ in oblationē suauissimi odoris domino. [11] Sic facies per singulos boues, & arietes, & agnos, & hœdos. [12] Tam indigenæ quàm peregrini eodē ritu offerent sacrificia. [13] Vnum præceptū erit atq; iudicium tam vobis, quàm aduenis terræ. [14] Locutus est dñs ad Moysen, dicēs: [15] Loquere filiis Israel, & dices ad eos. [16] Cum veneritis in terrā quā dabo vobis, [17] & comederitis de panibus regionis illius, separabitis primitias domino [18] de cibis vestris. Sicut de areis primitias separabitis, [19] ita & de pulmentis dabitis primitiua domino. [20] Quod si per ignorantiam præterieritis quicquā horum quę locutus est dominus ad Moysen, [21] & mādauit per eum ad vos, à die qua cœpit iubere, & vltra, [22] oblitáq; fuerit facere multitudo, offeret vitulū de armento holocaustum in odorem suauissimum domino, & sacrificium eius ac liba, vt C ceremonię eius postulāt, hircúmq; pro peccato: [23] & rogabit sacerdos pro omni mul-

a. Varij ac diuersi deū colendi modi sunt, ali⁹ est vel per integrū, vel per diuisū sacrificiū, ali⁹ fit vel ex exolutione voti, vel oblatione spontanea, alius p votā vel per deprecationē. Cæterū omnis cultus suaue olet & acceptus est, cæsi paruū hoc fit quod ad conciliandum deū adducitur, siue agnus sit, siue maius quid, velut aries: aut maximum, velut bos. Procop. ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

titudine filiorum Israel,& dimittetur eis:quoniam non sponte peccauerunt, nihilominus offerentes incensum domino pro se & pro peccato atque errore suo, [24] & dimittetur vniuersæ plebi filiorũ Israel,& aduenis qui peregrinantur inter eos, quoniã culpa est omnis populi per ignorantiam. [25] Quòd si anima vna nesciens peccauerit, offeret capram anniculã pro peccato suo, [26] & deprecabitur pro eo sacerdos,quòd inscia peccauerit corã domino, impetrabitque ei veniã,& dimittetur illi. [27] Tam indigenis quàm aduenis vna lex erit omniũ qui peccauerint ignorãtes. [b] [28] Anima verò quæ per superbiã aliquid cõmiserit, siue ciuis sit ille, siue peregrinus,quoniã aduersus dominũ rebellis fuit,peribit de populo suo. [29] Verbum enim domini contẽpsit,& præceptum illius fecit irritum:idcirco delebitur,& portabit iniquitatẽ suam.† [30] Factum est autem,cum essent filij Israel in solitudine, & inuenissent hominem colligẽtem ligna in die sabbati, [31] obtulerũt eum Moysi & Aaron,& vniuersæ multitudini. [32] Qui recluserũt eum in carcerẽ,nescientes quid super eo facere deberẽt. [33] Dixítque dominus ad Moysen: [c] Morte moriatur homo iste,obruat eũ lapidibus omnis turba extra castra. [34] Cúmque eduxissent eum foras,obruerũt eum lapidibus, & mortuus est, sicut præceperat dominus. [35] Dixit quoque dominus ad Moysen: [36] Loquere filiis Israel,& dices ad eos,† vt faciãt sibi [d] fimbrias per angulos palliorũ,ponẽtes in eis vittas hyacinthinas. [37] Quas cum viderint,recordentur omniũ mandatorũ domini, nec sequantur cogitationes suas,& oculos per res varias fornicantes, [38] sed magis memores præceptorum domini,faciant ea:sintq; sancti deo suo. [39] Ego dominus deus vester, qui eduxi vos de terra Aegypti,vt essem deus vester.

b. Quæ sine peccata quæ per superbiam committantur, scripturæ ipsa in consequentibus satis aperit, vbi ait: verbum domini contempserũt. Aliud est ergo præcepta contẽnere, aliud magni pendere quidẽ, sed aut ignarum contrà facere, aut victum. Augustin. quæst. 25. in Numer.

c. Sicut enim tẽpore charactis bonitas, sic tempore timoris severitas dei maximè commendatur. Aug. contra Adimantũ. cap. 22.

d. In signum memoriæ quæ præcepta domini recordẽtur, vt etiã cũ huc illúcq; respicientibus oculis, mandatorum cœlestium memoria nascatur. Hiero. ad Celantiam.

Core seditionem cum sociis mouens absorbetur à terra. XVI.

[a] Chores vir genere & opibus inter Hebræos clarus,& populari quadam fœcúdia præditus, vidit Moysen in celsa dignitatis cõstitutum, molestè se inuidẽter ferebat. Iosephus libr. 4. cap. 2. Antiquit.

[A] Ecce autẽ [a] Core filius Isaar filij Cahath,filij Leui:& Dathan,atque Abiron,filij Eliab,On quoque filius Pæleth,de filiis Rubẽ, [2] surrexerũt cõtra moysen,aliíque filiorum Israel ducenti quinquaginta viri proceres Synagogæ:& qui tẽpore concilij per nomina vocabantur.† [3] Cúmque stetissent aduersum Moysen & Aaron,dixerunt: Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorũ est,& in ipsis est dominus.Cur eleuamini super populum domini? [4] Quod cum audisset Moyses, cecidit pronus in faciem, [5] locutúsque ad Core & ad omnem multitudinem,Mane,inquit,notũ faciet dominus qui ad se pertineant, & sactos applicabit sibi:& quos elegerit,appropinquabũt ei. [6] Hoc igitur facite:Tollat vnusquisque thuribula sua,tu Core,& omne conciliũ tuum: [7] & hausto cras igne ponite desuper thymiama corã domino,& quemcunque elegerit, ipse erit [b] sanctus. Multum erigimini filij Leui. [8] Dixítque rursum ad Core:Audite filij Leui. [9] num parum vobis est,quòd separauit vos deus Israel ab omni populo,& iunxit sibi,vt seruiretis ei in cultu tabernaculi,& staretis corã fre quẽtia populi,& ministraretis ei? [10] Idcireo ad se fecit accedere te,& omnes fratres tuos filios Leui,vt vobis etiam sacerdotium vendicetis, [11] & omnis globus tuus stet contra dominũ? Quid est enim Aaron, vt murmuretis contra eum? [12] Misit ergo Moyses vt vocaret Dathan & Abiron filios Eliab. Qui responderũt: [c] Non venimus. Nunquid parũ est tibi,quòd eduxisti nos de terra Aegypti quæ lacte & melle manabat,vt occideres in deserto,nisi & dominatus fueris nostri? [13] Reuera induxisti nos in terrã quæ fluit riuis lactis & mellis,& dedisti nobis possessiones agrorum & vinearum? An & oculos nostros vis eruere? non venimus. [14] Iratúsque Moyses valde,ait ad dominum: Ne respicias sacrificia eorum. Tu scis quòd nec asellum quidem vnquam acceperim ab eis,nec afflixerim quempiã eorum. [15] Dixítque ad Core:Tu & omnis congregatio tua state seorsum corã domino, & Aaron die crastino seperatim. [16] Tollite singuli thuribula vestra,& ponite super ea incẽsum, offerentes domino ducẽta quinquaginta thuribula: Aaron quoque teneat thuribulũ suũ. [17] Quod cum fecissent stãtibus Moyse & Aarõ, [18] & coacerua ssent aduersum eos omnẽ multitudinẽ ad ostium tabernaculi,apparuit cunctis gloria domini. [19] Locutúsque dominus ad Moysen & Aarõ,ait: [d] [20] Separamini de medio cõgregationis

b. Addictus ad sacrificia domino offerenda.

c. Quid est quòd Dathan & Abiron cum in seditionem cõsurrexissent, vocati à Moyse ac superbe & iniuriosè respondentes: Nunquid parum est tibi, quòd eduxisti nos de terra Aegypti &c. Virũ populi Israel, tanquã dicẽtes: Si ita præstitisses, oculos hominum illorũ abscidisses, id est, ita te diligeres, vt oculos tuos eruerent & dicerent tibi Augustin. quæst. 20. super Num.

d. Notandũ est nunc iubere dominum separationẽ fieri corporalẽ, cum iam videlicet imminerent malis. Sic Noe cum domo sua separatur à cæteris diluuio perituris. Sic Loth cum filiis separatur à Sodomitis igne cultus consumendis. Sic ipse populus ab Aegyptiis marinis fluctibus obruendis. Sic isti nunc à synagoga Core, Abiron & Dathã, qui se primitus per seditionẽ abrumpere voluerũt. Aug. quæst. 17. super Num.

gationis huius,vt eos repentè disperdã. [21] Qui ecciderunt proni in faciem, atq; dixerunt:Fortissime deus spirituum vniuersæ carnis,num vno peccante contra omnes ira tua desæuiet? [22] Et ait dominus ad Moysen: [23] Præcipe vniuerso populo vt separetur à tabernaculis Core & Dathan & Abiron. [24] Surrexitq; Moyses, & abiit ad Dathan & Abiron,& sequentibus eũ senioribus Israel, [25] dixit ad turbã:Recedite à tabernaculis hominũ impiorũ,& nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorũ.† [26] Cúmq; recessissent à tentoriis eorum per circuitum, Dathan & Abiron egressi stabant in introitu papilionum suorũ cum vxoribus & liberis, omníq; frequẽtia. [27] Et ait Moyses:In hoc scietis quòd dns miserit me vt facerem vniuersa quæ cernitis,& non ex proprio ea corde protulerim. [28] Si consueta hominum morte interierint,& visitauerit eos plaga qua & cæteri visitari solent,non misit me dns. [29] Sin autẽ nouam rem fecerit dominus,† vt aperiens terra os suum deglutiat eos,& omnia quę ad illos pertinent,descenderintq; viuẽtes in infernum, scietis quòd blasphemauerint dominum. [30] Confestim igitur vt cessauit loqui,† dirupta est terra sub pedibus eorũ, [31] & aperiens os suum deuorauit illos cum tabernaculis suis,& vniuersa substãtia eorum. [32] Descenderúntq; viui in infernum operti humo,& perierunt de medio multitudinis. [33] At verò omnis Israel qui stabat per gyrum,fugit à clamore pereuntium,dicens:Ne fortè & nos terra deglutiat. [34] Sed & ignis regressus à dño,interfecit ducẽtos quinquaginta viros,qui offerebant incensum. [35] Locutúsq; est dominus ad Moysen dicens: [e] [36] Præcipe Eleazaro filio Aaron sacerdoti,vt† tollat thuribula quæ iacent in incendio,& ignem huc illúcque dispergat, quoniam sanctificata sunt [38] in mortibus peccatorum.producátq; ea in laminas,& affigat altari,eo quòd oblatum sit in eis incensum domino,& sanctificata sint:vt cernant ea pro signo & monumẽto filij Israel. [39] Tulit ergo Eleazar sacerdos thuribula ænea,in quibus obtulerant ij quos incendiũ deuorauit, & produxit ea in laminas, affigens altari, [40] vt haberent postea filij Israel quibus commonerentur ne quis accedat alienigena & qui non est de semine Aaron, ad offerendum incensum domino,ne patiatur sicut passus est Core,& omnis cõgregatio eius,loquente domino ad Moysen. [41] Murmurauit autẽ omnis multitudo filiorum Israel sequenti die contra Moysen & Aaron, dicens:Vos interfecistis populum domini. [42] Cúmque oriretur seditio,& tumultus increscerẽt, [43] Moyses & Aarõ fugerunt ad tabernaculũ fœderis:quod,postquam ingressi sunt,operuit nubes,& apparuit gloria domini. [44] Dixítque dominus ad Moysen: [45] Recedite de medio huius multitudinis,etiã nunc delebo eos. Cúmque iacerẽt in terra [46] dixit Moyses ad Aaron:Tolle thuribulũ,& hausto igne de altari,mitte incensum desuper,pergens cito ad populũ,vt roges pro eis. †Iam enim egressa est ira à domino,& plaga desæuit. [47] Quod cũ fecisset Aaron,& cucurrisset ad mediam multitudinem quam iam vastabat incendiũ, obtulit thymiama: [48] & stans inter mortuos ac viuentes, pro populo deprecatus est, & plaga cessauit. [49] Fuerunt autẽ qui percussi sunt, quatuor decim milia hominũ & septingenti, absque iis qui perierant in seditione Core. [50] Reuersúsque est Aaron ad Moysen ad ostium tabernaculi fœderis postquam quieuit interitus.

e. His ita absumptis, Moyses volens perpetuam eius supplicij memoriã ad posteros trãdi, vt & illis non ignoraretur, iussit Eleazarũ Aaronis filium æcerras eorũ affixas altari æreo cõsecrare: vt hoc monumẽto omnes terrerentur qui celeste numen humanis dolis pucãt circumuenire posse. Iosephus lib. 4. cap. 2. Antiquitudaic.

Selectis à duodecim tribubus virgis,sola virga Aaronis floruit,fructúmque produxit. XVII.

[1] Et locutus est dominus ad Moysen, dicens: [2] Loquere ad filios Israel: & accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas, à cunctis principibus tribuum virgas duodecim: & vniuscuiusque nomen superscribes virgæ suæ. [3] Nomen autem Aaron erit in tribu Leui: & vna virga cunctas eorum familias continebit: [4] ponésque eas in tabernaculo fœderis coram testimonio,vbi loquar ad te. [5] Quem ex iis elegero,germinabit virga eius,& cohibebo à me querimonias filiorum Israel,quibus contra vos murmurant. [6] Locutúsque est Moyses ad filios Israel: & dederunt ei omnes principes virgas per singulas tribus. Fuerúntque virgæ duodecim, absque virga Aaron. [7] Quas cum posuisset Moyses coram

Universidad de Deusto
Biblioteca

domino in tabernaculo testimonij,[8] sequẽti die regressus inuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati sunt.[9] Protulit ergo Moyses omnes virgas de conspectu dñi ad cunctos filios Israel, viderúntq; & receperunt singuli virgas suas.[10] Dixitq; dominus ad Moysen:[a] Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonij,† vt seruetur ibi in signũ rebellium filiorum Israel, & quiescant querelæ eorum à me, ne moriantur.[11] Fecitq; Moyses sicut præceperat dominus.[12] Dixerunt autem filij Israel ad Moysen: Ecce consumpti sumus, omnes peribimus.[13] Quicunq; accedit ad tabernaculum domini, moritur. Num vsque ad internecionem cuncti delendi sumus?

a. Cyrillino autẽ mane Aaron virga gẽmulas amygdalini floris ostendit, quo patebat Aaron præ omnibus in sacerdocium dominũ elegisse. Aug. de mirabilibus sacræ scrip. cap. 31.

Sacerdotes & Leuitæ templi ministerio addicti, decimas in hæreditatem habeant. XVIII.

a. Periculum tam pœnæ q̃ culpæ iniqui accessus ad sanctuarium.
b Hæc sunt peccata quæ appellãtur sacrificia pro peccatis, quæ ideo dicitur peccata sacerdotij vestri, id est eadem ipsa quæ offerantur pro peccatis. Augu. quæst. 31. super Nume.

DIxítque dominus ad Aaron: Tu & filij tui, & domus patris tui tecũ, portabitis[a] iniquitatẽ sanctuarij: & tu & filij tui simul sustinebitis[b] peccata sacerdotij vestri.[2] Sed & fratres tuos de tribu Leui, & sceptro patris tui, sume tecum: præstóq; sint & ministrent tibi. Tu autem & filij tui ministrabitis in tabernaculo testimonij.†[3] Excubabúntq; Leuitæ ad præcepta tua, & ad cuncta opera tabernaculi: ita duntaxat, vt ad vasa sanctuarij & altare non accedant, ne & illi moriantur, & vos pereatis simul.[4] Sint autẽ tecum, & excubẽt in custodiis tabernaculi, & in omnib⁹ ceremoniis eius. Alienigena nõ miscebitur vobis.[5] Excubate in custodia sanctuarij, & in ministerio altaris, ne oriatur indignatio super filios Israel.[6] Ego dedi vobis fratres vestros Leuitas de medio filiorũ Israel, & tradidi donum dño, vt seruiant in ministeriis tabernaculi eius.[7] Tu autem & filij tui custodite sacerdotium vestrũ: & omnia quæ ad cultũ altaris pertinent, & intra velum sunt, per sacerdotes administrabuntur. Si quis externus accesserit, occidetur.[8] Locutúsq; est dñs ad Aaron: Ecce dedi tibi custodiam primitiarum mearum. Omnia quæ sanctificantur à filiis Israel, tibi tradidi & filiis tuis pro officio sacerdotali, legitima sempiterna.[9] Hæc ergo accipies de iis quæ sanctificantur, & oblata sunt dño. Omnis oblatio, & sacrificium, & quicquid pro peccato atq; delicto redditur mihi, & cedit in sancta sanctorũ, tuum erit & filiorum tuorum.[10] In sanctuario comedes illud. Mares tantũ edent ex eo, quia consecratum est tibi.[11] Primitias autem quas vouerint & obtulerint filij Israel, tibi dedi & filiis tuis ac filiabus tuis iure perpetuo. Qui mũdus est in domo tua, vescetur eis.[12] Omnẽ medullã olei & vini ac frumenti, quicquid offerunt primitiarum domino, tibi dedi.[13] Vniuersa frugum initia quæ gignit humus, & dño deportantur, cedent in vsus tuos. Qui mundus est in domo tua, vescetur eis.†[14] Omne quod ex voto reddiderint filij Israel, tuum erit.[15] Quicquid[c] primum erũpit è vulua cunctæ carnis quam offerunt domino, siue ex hominibus, siue de pecoribus fuerit, tui iuris erit: ita dũtaxat, vt pro hominis primogenito pretium accipias, & omne animal quod immundũ est, redimi facias:[16] cuius redẽptio erit post vnũ mensem, siclis argẽti quinq; põdere sanctuarij. †Siclus viginti obolos habet.[17] Primogenitum autem bouis & ouis & capræ nõ facies redimi, quia sanctificata sunt dño. Sanguinem tantùm eorũ fundes super altare, & adipes adolebis in suauissimum odorem dño:[18] carnes verò in vsum tuum cedent, sicut pectusculum consecratum, & armus dexter tua erunt.[19] Omnes primitias sanctuarij quas offerunt filij Israel dño, tibi dedi & filiis ac filiabus tuis iure perpetuo.[d] Pactum salis est sempiternum coram dño tibi ac filiis tuis.[20] Dixitq; dominus ad Aaron. In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos. Ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Israel.†[21] Filiis autem Leui dedi omnes decimas Israelis in possessionẽ pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis,[22] vt non accedant vltra filij Israel ad tabernaculum, nec committant peccatum mortiferũ,[23] solis filiis Leui mihi in tabernaculo seruientibus, & portantibus peccata populi. Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. †Nihil aliud possidebunt,[24] decimarum oblatione contenti, quas in vsus eorum & necessaria

c. Primogenirum est, nõ tãtum post quem & alij, sed ante quẽ nullus. Hieronym. Hic primogenita non fœtus primitiuos pecorum dicit: Nam ipsa Græce πρωτοτοκα nominantur, hæc autem πρωτοτοκματα. Sed Latinè duabus iis vtrũq; duo nomina reperta non sunt. Ex ideo ista πρωτοτοκματα quidam primitias interpretẽ sunt. Sed primitiæ ἀπαρχαι dicuntur, & aliud sunt. Hoc igitur tria ita discernuntur, quia πρωτοκα sunt primitiuæ animl. ũ fœtus, etiam hominum: πρωτοκματα verò primi fructus de terra impti, vel de arbore, vel de vite. Primitiæ autem de fructibus quidẽ, sed tã redactis ab agro: sicut de musta, de lacu, de dolio, de capa, quæ primitus sumebantur. Augustinus est super Num. li. 4. c. 21. d. Hoc est, in omni sacrificio primum addetur sal, hũc præceptum est in legibus sacrificiorũ. Leuit. 2.

necessaria separaui.[25] Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens:[26] Præcipe Leuitis atque denuntia:† Cũ acceperitis à filiis Israel decimas quas dedi vobis, primitias earũ offerte domino, id est, decimam partem decimæ:[27] vt reputetur vobis in oblationẽ primitiuorum, tam de areis, quàm de torcularibus,[28] & vniuersis quorũ accipitis primitias, offerte domino, & date ea Aaron sacerdoti.[29] Omnia quæ offeretis ex decimis, & in donaria domini separabitis, optima & electa erunt cuncta.[30] Dicésque ad eos: Si præclara & meliora quæque obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis quasi de area & torculari dederitis primitias:[31] & comedetis eas in omnibus locis vestris, tã vos quàm familiæ vestræ, quia pretiũ est pro ministerio quo seruitis in tabernaculo testimonij:[32] & nõ peccabitis super hoc, egregia vobis & pinguia reseruantes, ne polluatis oblationes filiorum Israel, & moriamini.

Cinis vaccæ rufæ mundat immundos, expiationis aqua permixtus. XIX.

a. Fuidentissimũ signum in ea noui testamenti præfiget rabatur, nec satis digne sestinantes dicere de tãto sacramẽto valem⁹. Primo enim & ita cœpit de hac re loqui scriptura, quem non moueat, & intentissimam mentẽ faciat in altitudine sacramenti? August. q. 39.

DOcutúsque est dominus ad Moysen & Aarõ, dicens,†[2] Ista est religio victimæ quam constituit dominus. Præcipe filiis Israel vt adducãt ad te[a] vaccã rufam ætatis integræ, in qua nulla sit macula, nec portauerit iugũ:[3] tradétque eam Eleazaro sacerdoti. † Qui eductam extra castra immolabit in cõspectu omniũ:[4] & tingens digitum in sanguine eius, asperget contra fores tabernaculi septem vicibus,[5] comburétque eam cunctis videntibus, tam pelle & carnibus eius, quàm sanguine & fimo flãmæ traditis.[6] Lignum quoque cedrinũ, & hyssopum, coccúmque bis tinctum sacerdos mittet in flammã quæ vaccam vorat.[7] Et tunc demum lotis vestibus & corpore suo ingredietur in castra, commaculatúsque erit vsque ad vesperum.[8] Sed & ille qui combusserit eam, lauabit vestimẽta sua & corpus, & immundus erit vsque ad vesperum.†[9] Colliget autem vir mundus cineres vaccæ, & effundet eos extra castra in loco purissimo, vt sint multitudini filiorum Israel in custodiam,[b] & in aquam aspersionis: quia pro peccato vacca combusta est.[10] Cúmque lauerit qui vaccæ portauerat cineres, vestimẽta sua, immundus erit vsq; ad vesperum. Habebũt hoc filij Israel, & aduenæ qui habitant inter eos, sanctum iure perpetuo.†[11] Qui tetigerit cadauer hominis, & propter hoc septẽ diebus fuerit immundus,[12] aspergetur ex hac aqua die tertio & septimo, & sic mũdabitur. Si die tertio aspersus non fuerit, septimo nõ poterit emũdari.†[13] Omnis qui tetigerit humanæ animæ morticinũ, & aspersus hac cõmixtione nõ fuerit, polluet tabernaculum domini, & peribit ex Israel. Quia[c] aqua expiationis non est aspersus, immũdus erit, & manebit spurcitia ei[9] super eũ.[14] Ista est lex hominis qui moritur in tabernaculo. Omnes qui ingrediũtur tentorium illius, & vniuersa vasa quę ibi sunt, polluta erunt septẽ diebus.[15] Vas quod non habuerit operculum, nec ligaturã desuper, immundũ erit.[16] Si quis in agro tetigerit cadauer occisi hominis, aut per se mortui, siue os illius, vel sepulcrũ: immundus erit septẽ diebus.[17] Tollent de cineribus cõbustionis atque peccati, & mittent aquas viuas super eos in vas:[18] in quibus cũ homo mundus tinxerit hyssopum, asperget ex eo omne tẽtoriũ, & cunctã suppellectilem, & homines huiuscemodi contagione pollutos:[19] atque hoc modo mundus lustrabit immundum tertio & septimo die: expiatúsque die septimo, lauabit & se & vestimenta sua, & immundus erit vsque ad vesperũ.[20] Si quis hoc ritu nõ fuerit expiatus, peribit anima illius de medio Ecclesiæ: quia sanctuarium domini polluit, & non est aqua lustrationis aspersus.[21] Erit hoc præceptum legitimum sempiternum. Ipse quoque qui aspergit aquas, lauabit vestimẽta sua. † Omnis qui tetigerit aquas expiationis, immũdus erit vsque ad vesperũ.[22] Quicquid tetigerit immundus, immundũ faciet: & anima quæ horum quippiam tetigerit, immunda erit vsque ad vesperum.

b. Quid autem per vaccã, nisi ad sacrificiũ assumpta incarnationis dominicæ infirmitas designatur? Sicut enim per masculinum sexum solet fortitudo intelligi, sic & per fœmininũ potest infirmitas designari, sicut de eo scriptum est: Quia crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute dei. Hæc autem vacca rufa dicitur, vt in ea sanguinis Christi rubor euidẽter demonstretur. Greg. in 7. psal. pœnitẽt. Psal. 4. c. Aquã sale conspersam in populis benedictam, vt ea cuncti aspersi sanctificẽtur & purificẽtur: quod omnibus sacerdotibus faciendũ mandamur. Nã & cinis vitulæ aspersus populũ sanctificabat atq; mundabat, multo magis aqua sale aspersa, diuinisque precibus sacrata populũ sanctificat atque mundat. De consecr. distin. 5. cano. Aquam.

Mortua Maria, murmuranti populo aqua contradictionis à petra fluit: negantéque transitum Aedom, discedunt ad montem Hor, vbi mortuo Aaron sufficitur Eleazarus filius eius. XX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a. Zin manſio eſt trigeſima tertia iuxta Cades: non eſt ea Cades Barnea qua miſſi ſunt exploratores, vt patuit ſupra 13. cap. hæc autẽ manſio longe diſtat ab illa, quòd illa iuxta Beerſabe, hæc autem in finibus Idumææ. Quę etiam differt ab octaua manſione quæ dicitur Sin per Samech ס Hęc autem per ſadi צ & interpretatur mandatũ. Hiero. ad Fabio. de 24. manſionib. b. Videtur mihi in Maria prophecia mortua, I. Moyſe & Aaron iegi & ſacerdotio Iudæorum finis impoſitus quòd necipſi ad terrã repromiſſionis tranſire deo valeant, nec credentem populum de ſolitudine huius mundi educere. Hiero. ibidem.

VEneruntq; filij Iſrael & omnis multitudo in deſertum [a] Zin menſe primo, & manſit populus in Cades. [b] Mortuáq; eſt ibi Maria, & ſepulta in eodem loco. [3] Cúmq; indigeret aqua populus, conuenerunt aduerſum Moyſen & Aaron: [3] & verſi in ſeditionem, dixerunt: Vtinam periſſemus inter fratres noſtros coram domino. † [4] Cur eduxiſtis Eccleſiam domini in ſolitudinem, vt & nos & noſtra iumenta moriamur? [5] Quare nos feciſtis aſcendere de Ægypto, & adduxiſtis ad locum iſtum peſſimum, qui ſeri nõ poteſt, qui nec ficũ gignit, nec vineas, nec mala granata, inſuper & aquam non habet ad bibendum? [6] Ingreſſúſq; Moyſes & Aaron, dimiſſa multitudine, in tabernaculum fœderis corruerunt proni in terrã, clamauerúntq; ad dominum, atque dixerũt: † Domine deus, audi clamorem populi huius, & aperi eis theſaurum tuum, fontem aquæ viuæ, vt ſatiati ceſſet murmuratio eorum. Et apparuit gloria domini ſuper eos. [7] Locutúſq; eſt dominus ad Moyſen, dicẽs: [8] Tolle virgam, & congrega populum, tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petrã coram eis, & illa dabit aquas. Cúmque eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo & iumenta eius. † [9] Tulit igitur Moyſes virgam quæ erat in conſpectu domini, ſicut præceperat ei, [10] congregata multitudine ante petram, dixítq; eis: Audite rebelles & increduli. † Num de petra hac vobis aquam poterimus eũcere? † [11] Cúmq; eleuaſſet Moyſes manum, percutiens virga bis ſilicem, egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ, ita vt populus biberet, & iumenta. [12] Dixitq; dominus ad Moyſen & Aaron: † Quia non credidiſtis mihi, vt ſanctificaretis me coram filiis Iſrael, non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. [c] [13] Hæc eſt aqua contradictionis, vbi iurgati ſunt filij Iſrael contra dominum, & ſanctificatus eſt in eis. [14] Miſit interea nũtios Moyſes de Cades ad Regem Ædom, qui dicerent: Hæc mandat frater tuus Iſrael: Noſti omnem laborem qui apprehendit nos, [15] quomodo deſcẽderint patres noſtri in Ægyptum, & habitauerimus ibi multo tempore, afflixerintq; nos Ægyptij & patres noſtros, [16] & quomodo clamauerimus ad dominũ, & exaudierit nos, miſeritq; angelũ qui eduxerit nos de Ægypto. [d] Ecce in vrbe Cades, quæ eſt in extremis finibus tuis, poſiti, [17] obſecramus vt nobis tranſire liceat per terram tuam. Non ibimus per agros, nec per vineas, non bibemus aquas de puteis tuis, ſed gradiemur via publica, nec ad dextrã nec ad ſiniſtram declinantes, donec tranſeamus terminos tuos. [18] Cui reſpõdit Ædõ: Non tranſibis per me, alioquin armatus occurram tibi. [19] Dixerúntq; filij Iſrael: Per tritam gradiemur viã: & ſi biberimus aquas tuas nos & pecora noſtra, dabimus quod iuſtũ eſt. Nulla erit in pretio difficultas, tantùm velociter tranſeamus. [20] At ille reſpondit: Non tranſibitis. Statímq; egreſſus eſt obuius cum infinita multitudine & manu forti, [21] nec voluit acquieſcere deprecanti, vt concederet tranſitũ per fines ſuos. Quãobrẽ diuertit ab eo Iſrael. [22] Cúmq; caſtra mouiſſent de Cades, venerũt in montẽ Hor, qui eſt in finibus terræ Ædom: [23] vbi locutus eſt dñs ad Moyſen, dicens: [24] Pergat inquit, Aaron ad populos ſuos. Non enim intrabit terrã quam dedi filiis Iſrael, eo quòd incredulus fuerit ori meo ad aquas contradictionis. † [25] Tolle Aaron & filium eius cum eo, & duces eos in montem Hor. [26] Cúmq; nudaueris patrem veſte ſua, [e] indues ea Eleazarum filium eius, & Aaron colligetur, & morietur ibi. [27] Fecit Moyſes vt præceperat dñs, & aſcenderunt in montem Hor coram omni multitudine. † [28] Cúmque Aaron ſpoliaſſet veſtibus ſuis, induit eis Eleazarum filium eius. Illo mortuo in montis ſupercilio, deſcendit cum Eleazaro. [29] Omnis autem multitudo videns occubuiſſe Aaron, fleuit ſuper eo triginta diebus per cunctas familias ſuas.

c. Quod de aqua illa quæ de petra profluit, dictũ eſt, hæc eſt aqua contradictionis, quia maledixerant filij Iſrael ante dominũ, & ſanctificatus eſt in ipſis, prius maledixerunt, quãdo locuti ſunt contra beneficiũ domini, quòd educti erant de Ægypto: & poſtea ſanctificatus eſt in ipſis, cũ illo miraculo profluentis aquæ eius ſanctitas declarata eſt. Aug. quæſt. 36. ſuper Num. d. Et nota 9. poſt mortem prophetiæ, & aquas cõtradictionis, Idumæã carneã atque terrenã tranſire non poſſint, cũm multis precibus & conatibus viam non impetrent, ſed egreditur Ædom aduerſus eos cum populo multo, & in manu forti. Interpretatio quoq; nominis, morti & offenſæ & negatõ tranſitui conuenit. Vbi enim mandatũ, ibi & peccatum: vbi peccatũ, ibi & offenſa: vbi offenſa, ibi mors. Hiero. Fabiolæ, de 42. manſionibus.

e. Oſtẽdit ordinationes ſacerdotales non niſi ſub populi aſſiſtentis conſcientia fieri oportere: vt ſit ordinatio iuſta & legitima, quæ omnium ſuffragio & iudicio fuerit examinata. Cyprian. Epiſtol. 4.

Mors Aaron.

Victis Chananæis & Amorræis, murmuranti populo aduerſus manna, ſerpentes immittuntur, quorum morſibus ænæus ſerpens erectus medetur. Sehon & Og Reges vincuntur. XXI.

VOd cum audiſſet Chananæus Rex Arad, qui habitabat ad meridiem, veniſſe ſcilicet Iſrael per exploratorum viam, pugnauit contra illũ, & victor exiſtens duxit ex eo prædam. [2] At Iſrael voto ſe domino obligans, ait: Si tradideris populum

ris populum iſtum in manu mea, delebo vrbes eius. [3] Exaudiuítq; dominus preces Iſrael, & tradidit Chananæum, quem ille interfecit ſubuerſis vrbibus eius, & vocauit nomen loci illius [a] Horma, id eſt anathema. [4] profecti ſunt autem & de monte Hor, per viam quæ ducit ad mare rubrum, vt circuirent terram Ædom. Et tædere cœpit populum itineris ac laboris, [5] locutúſque contra dominum & Moyſen, ait: Cur eduxiſti nos de Ægypto, vt moreremur in ſolitudine? Deeſt panis, non ſunt aquæ, anima noſtra iam nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. † [6] Quamobrem miſit dominus in populum ignitos ſerpentes, ad quorum plagas & mortes plurimorum [7] venerunt ad Moyſen, atque dixerunt: Peccauimus, quia locuti ſumus contra dominum & te. Ora vt tollat à nobis ſerpentes. Orauit Moyſes pro populo. [8] Et locutus eſt dominus ad eum: † Fac ſerpentem æneum, & pone eum pro ſigno. Qui percuſſus aſpexerit eum, viuet. [9] Fecit ergo Moyſes ſerpentem æneum, & poſuit eum pro ſigno. Quem cum percuſſi aſpicerent, ſanabantur. [10] Profectíque filij Iſrael caſtrametati ſunt in Oboth. [11] Vnde egreſſi, fixere tentoria in Ieabarim in ſolitudine quæ reſpicit Moab contra orientalem plagam: [12] & inde mouentes, venerunt ad torrẽtem Zared. [13] Quem relinquentes, caſtrametati ſunt contra Arnon, quæ eſt in deſerto, & prominet in finibus Amorræi. † Siquidem Arnon terminus eſt Moab, diuidens Moabitas & Amorræos. [14] Vnde dicitur in libro bellorum domini: Sicut fecit in mari rubro, ſic faciet in torrentibus Arnon. [15] Scopuli torrentium inclinati ſunt, vt requieſcerent in Arnon, & recumberent in finibus Moabitarum. [16] Ex eo loco apparuit puteus: ſuper quo locutus eſt dominus ad Moyſen: Congrega populum, & dabo ei aquam. [17] Tunc cecinit Iſrael carmen iſtud. Aſcendat puteus, concinebant, [18] puteus quem foderunt principes, & parauerunt duces multitudinis, in datore legis, & in baculis ſuis. Profectíque ſunt de ſolitudine Mathana: [19] de Mathana in Nahaliel, de Nahaliel, in Bamoth. [20] Bamoth vallis eſt in regione Moab, in vertice Phaſga: quod reſpicit contra deſertum. † [21] Miſit autem Iſrael nuntios ad Sehon regem Amorræorum, dicens: [22] Obſecro vt tranſire mihi liceat per terram tuam. Non declinabimus in agros & vineas, non bibemus aquas ex puteis. Via regia gradiemur, donec tranſeamus terminos tuos. [23] Qui concedere noluit vt tranſiret Iſrael per fines ſuos: quin potius exercitu congregato egreſſus eſt obuiam in deſertum, & venit in Iaza, pugnauitq; contra eum. † [24] A quo percuſſus eſt in ore gladij, & poſſeſſa eſt terra eius ab Arnon vſque Ieboc, & filios Ammon: quia forti præſidio tenebantur termini Ammonitarum. [25] Tulit ergo Iſrael omnes ciuitates eius, & habitauit in vrbibus Amorræi: in Heſebon ſcilicet & viculis eius. [26] Vrbs Heſebon fuit regis Sehon Amorræi, qui pugnauit contra regem Moab, & tulit omnem terram quæ ditionis illius fuerat, vſque Arnon. [27] Idcirco dicitur in prouerbio: Venite in Heſebon, ædificetur & conſtruatur ciuitas Sehon. † [28] Ignis egreſſus eſt de Heſebon, flamma de oppido Sehon, & deuorauit Arnõ Moabitarum, & habitatores excelſorum Arnon. † [29] Væ tibi Moab, periſti populę Chamos. Dedit filios eius in fugam, & filias in captiuitatem Regi Amorrçorum Sehon. [30] Iugum ipſorum diſperiit ab Heſebon vſque Dibon, laſſi peruenerunt in Nophe vſque Medaba. [31] Habitauit itaque Iſrael in terra Amorræi. [32] Miſitque Moyſes qui explorarent Iazer, cuius ceperunt viculos, & poſſederunt habitatores. † [33] Verterúntq; ſe, & aſcẽderunt per viam Baſan: & occurrit eis [b] Og Rex Baſan cum omni populo ſuo, pugnaturus in Edrahi. [34] Dixítque dominus ad Moyſen: Ne timeas eum, quia in manu tua tradidi illum, & omnem populum ac terram eius, faciéſq; illi ſicut feciſti Sehon Regi Amorræorum habitatori Heſebon. [35] Percuſſerunt igitur & hunc cum filiis ſuis, vniuerſúmque populum eius vſque ad internecionem, & poſſederunt terram illius.

a. Hinc dictum eſt anathema, quod deteſtabile aliquid & abominabile videatur: vt inde victor nihil in vſus ſuos auferret, ſed totum in pœnam luendam vouerat: hoc erat anathematizare: quod vulgò dicitur deuotare. origo autẽ huius verbi eſt in Græca lingua ab his rebus quæ votæ perſoluũtur, hoc eſt pro miſſæ & reddítæ furiũ nonnihil in templis ἀνατίθεσθαι, hoc eſt, furium ponere, vel ſuſpendendo vel ſuſpendendo. Aug. q. 41. ſuper Numer.

b. Poſt Dibon Gad geritur bellum contra Sehon Regem Amorræorum, & Og Regem Baſan. Et diſcimus cum venerimus ad ſummũ, & de fonte principum regũmque biberimus, aſcendentes ad montem Phaſga ne debeamus elenari in ſuperbiam, ſi propoſitam nobis è cõtrario ſolitudinem nonerimus. Ante contritionem enim elenatur cor viri, & ante gloriam humiliatur. Hiero. Fabiolæ. de 42. manſio.

Bis vocatur Balaam à Balac Iſraelitis maledicturus, quem angelus aſina loquente corripit. XXII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRofectíq; castrametati sunt in cãpestribus Moab, vbi trans Iordanem Iericho sita est.† [2] Vidēs autē Balac filius Sephor omnia quę fecerat Israel Amorræo,[3] & ꝙ pertimuissent eũ Moabitę,& impetum eius ferre nõ possent,[4] dixit ad maiores natu Madiã: Ita delebit hic populus omnes qui in nostris finibus cõmorantur,quomodo solet bos herbas vsq; ad radices carpere.Ipse autē erat eo tempore Rex in Moab. [5] Misit ergo nuntios[a] ad Balaã filiũ Beor ariolũ,qui habitabat super flumē terræ filiorũ Ammon,vt vocarent eũ,& dicerent:Ecce egressus est populus ex Ægypto,qui operuit superficiē terræ sedēs cõtra me.[6] Veni igitur & maledic populo huic,quia fortior me est:si quo modo possim percutere & eiicere eũ de terra mea.Noui enim ꝙ benedictus sit, cui benedixeris:& maledictus,in quē maledicta congesseris. [7] Perrexerúntq; seniores Moab & maiores natu Madiã,habētes diuinationis pretiũ in manibus.Cúmq; venissent ad Balaam,& narrassent ei omnia verba Balac,[8] ille respõdit:Manete hîc nocte, & respondebo quicquid mihi dixerit dominus.Manētibus illis apud Balaã,[9] venit deus, & ait ad eum:Quid sibi volunt homines isti apud te?[10] Respõdit, Balac filius Sephor Rex Moabitarũ misit ad me,[11] dicēs:Ecce populus qui egressus est de Ægypto,operuit superficiē terræ:veni & maledic ei,si quo modo possim pugnãs abigere eũ.[12] Dixítque deus ad Balaã:Noli ire cũ eis,neq; maledicas populo,quia benedictus est. [13] Qui mane consurgens,dixit ad principes:Ite in terram vestrã,quia prohibuit me deus venire vobiscũ.[14] Reuersi principes dixerũt ad Balac:Noluit Balaã venire nobiscũ. [15] Rursum ille multo plures, & nobiliores quàm antè miserat, misit. [16] Qui cũ venissent ad Balaã,dixerũt: Sic dicit Balac filius Sephor: Ne cũcteris venire ad me.[17] Paratus sum honorare te,& quicquid volueris,dare.Veni & maledic populo isti. [18] Respõdit Balaam:† Si dederit mihi Balac plenã domum suã argenti & auri, nõ potero immutare verbũ domini dei mei,vt vel plus vel minus loquar.[19] Obsecro vt hic maneatis etiam hac nocte, vt scire queam quid mihi rursum respõdeat dominus. [20] Venit ergo deus ad Balaã nocte,& ait ei:Si vocare te venerint homines isti,surge & [b] vade cum eis,ita dũtaxat,vt quod præcepero tibi fácias.[21] Surrexit Balaã mane,& strata asina sua profectus est cũ eis:[22] & iratus est deus. Stetítq; angelus domini in via contra Balaã qui insidebat asinæ,& duos pueros habebat secum. † [23] Cernens asina angelũ stantem in via euaginato gladio,auertit se de itinere, & ibat per agrum. Quam cum verberaret Balaam,& vellet ad semitam reducere,[24] stetit angelus in angustiis duarum maceriarum,quibus vineæ cingebantur.[25] Quem videns asina iunxit se parieti, & attriuit sedentis pedem. At ille iterum verberabat eam,[26] & nihilominus angelus ad locum angustum transiens,vbi nec ad dextram nec ad sinistram poterat deuiari,obuius stetit. [27] Cúmq; vidisset asina stantem angelum, concidit sub pedibus sedentis: Qui iratus vehemẽtius cędebat fuste latera eius.[c] †[28] Aperuítq; dominus os asinæ,& locuta est: Quid feci tibi?Cur percutis me ecce iam tertio?[29] Respondit Balaam:Quia commeruisti,& illusisti mihi.† Vtinam haberem gladium,vt te percuterem. [30] Dixit asina: Nónne animal tuum sum, cui semper sedere consuesti vsq; in præsentem diem? Dic quid simile vnquam fecerim tibi. At ille ait:Nunquam. [31] Protinus aperuit dominus oculos Balaam,& vidit angelum stantem in via euaginato gladio, adorauítque eum pronus in terram.[32] Cui angelus:Cur,inquit, tertiò verberas asinam tuam? Ego veni vt aduersarer tibi, quia peruersa est via tua, mihíque contraria. [33] Et nisi asina declinasset de via dans locum resistenti, te occidissem, & illa viueret. [34] Dixit Balaam: Peccaui,nesciens quòd tu stares contra me. Et nunc si displicet tibi vt vadam, reuertar.[35] Ait angelus:Vade cum istis,& caue ne aliud quàm præcepero tibi,loquaris.Iuit igitur cum principibus. [36] Quod cum audisset Balac,egressus est in occursum eius in oppido Moabitarum, quod situm est in extremis finibus Arnon. [37] Dixítque ad Balaam:Misi nuntios vt vocarent te:cur non statim venisti ad me? An quia mercedem aduẽtui tuo reddere nequeo?[38] Cui ille respõdit:Ecce adsum:[d] nunquid loqui potero aliud,nisi quod deus posuerit in ore meo?[39] Perrexerũt ergo simul,& venerunt in vrbem

a. Hic Balaã famosissimus erat in arte magica, & in carminibus noxiis prapotens.Nõ enim habebat pocstatem vela se verba ad benedicendũ, sed habet ad maledicendum. Dæmones enim ad maledicẽdum instantur,non ad benedicẽdum. Auguit. Sermo.103. de tempo.

b.Si vis(tantum permisisse loquendo)aliàs domino non displicuisset.

c. Hoc prodigioso asinæ sermone dũ ille turbatur, vt paruit ei angelus obiurgans verberatorem, quòd amentum nõ esset in culpa,sed ipse obstaret iter cõtra dei voluntatem faciẽti. Ioseph.lib.4. cap.6. Antiq. Iudaic.

d Cæterum signis nihil moetus Balac accersiuit Balaã tanquam potentiorem, cui indicat deus,vt quãuis hostem habeat animũ, quatenus tamen familiaris sit, fiquidẽ opificium eius,etsi inuitus cõtraria dicat.Procopius ibi.

vrbem quæ in extremis regni eius finibus erat. [40] Cúmque occidissẽt Balac boues & oues,misit ad Balaam & principes qui cum eo erant munera. [41] Mane autē facto duxit eum ad excelsa Baal,& intuitus est extremam partem populi.

Balaam ad maledicendum Israel vocatus,benedixit,futura de illo multa prædicens. XXIII.

DIxítque Balaam ad Balac: Ædifica mihi hic septẽ aras,& para totidem vitulos,eiusdémq; numeri arietes.[2] Cúmque fecisset iuxta sermonem Balaam,imposuerunt simul vitulum & arietem super aram.[3] Dixítq; Balaam ad Balac:Sta paulisper iuxta holocaustum tuum donec vadã, si fortè occurrat mihi dominus:& quodcunque mihi imperauerit,loquar tibi.[4] Cúmque abiisset velociter,occurrit illi deus:locutúsque ad eum Balaam, Septem,inquit,aras erexi,& imposui vitulũ & arietem desuper.[5] Dominus autē posuit verbũ in ore eius, & ait:Reuertere ad Balac, & hæc loquêris. [6] Reuersus inuenit stãtem Balac iuxta holocaustũ suum,& omnes principes Moabitarum:[7] assumptáq; parabola sua dixit:[a] De Haran adduxit me Balac Rex Moabitarum,de mõtibus oriẽtis.Veni,inquit,& maledic Iacob,propera & detestare Israel.[8] Quomodo maledicã, cui non maledixit deus? Qua ratione detester,quem dominus non detestatur? [9] De summis silicibus videbo eum,& de collibus considerabo illum.Populus solus habitabit,& inter gẽtes nõ reputabitur. [10] Quis dinumerare possit puluerẽ Iacob,& nosse numerum stirpis Israel?[b] Moriatur anima mea morte iustorũ,& fiant nouissima mea horum similia. [11] Dixítq; Balac ad Balaam: Quid est hoc quod agis? Vt malediceres inimicis meis vocaui te,& tu econtrario benedicis eis. [12] Cui ille respondit: † Num aliud possum loqui,nisi quod iusserit dominus? [13] Dixit ergo Balac: † Veni mecũ in alterum locum,vnde partẽ Israel videas,& totum videre non possis:inde maledicito ei.† [14] Cúmque duxisset eum in locum sublimem super verticem montis Phasga, ædificauit Balaam septem aras, & impositis supra vitulis atq; arietibus, [15] dixit ad Balac:Sta hîc iuxta holocaustũ tuum, donec ego obuius pergam. [16] Cui cum dominus occurrisset,posuissẽtque verbum in ore eius,ait:Reuertere ad Balac, & hæc loquêris ei. [17] Reuersus inuenit eum stantẽ iuxta holocaustum suum,& principes Moabitarũ cum eo.Ad quẽ Balac:Quid,inquit,locutus est dominus? [18] At ille assumpta parabola sua, ait:Sta Balac, & ausculta,audi fili Sephor. [19] Nõ est deus quasi homo vt mẽtiatur,nec vt filius hominis vt mutetur.Dixit ergo,& non faciet?locutus est,& non implebit? [20] Ad benedicendum adductus sum, benedictionem prohibere non valeo. [21] Non est idolum in Iacob,nec videtur simulachrum in Israel.† Dominus deus eius cum eo est,& clangor victoriæ Regis in illo. [22] Deus eduxit illum de Ægypto: cuius fortitudo similis est rhinocerotis. [23] Nõ est augurium in Iacob, nec diuinatio in Israel. Tẽporib[9] suis dicetur Iacob & Israeli,quid operatus sit deus. [24] Ecce populus vt leæna consurget,& quasi leo erigetur.Non accubabit donec deuoret prædam, & occisorum sanguinẽ bibat. [25] Dixitq; Balac ad Balaam: Nec maledicas ei, nec benedicas. [26] Et ille:Nónne,ait,dixi tibi,quòd quicquid mihi deus imperaret, hoc facerẽ? [27] Et ait Balac ad eum:Veni & ducam te ad alium locum,si forte placeat deo vt inde maledicas eis. [28] Cúmque duxisset eum super verticem mõtis Phogor, qui respicit solitudinem, [29] dixit ei Balaam: Ædifica mihi hîc septem aras,& para totidem vitulos,eiusdémq; numeri arietes. [30] Fecit Balac vt Balaam dixerat,imposuítq; vitulos & arietes per singulas aras.

a. De Mesopotamia Syriæ inuenies, & à Balaam tale quid factũ. Vocatus enim vt malediceret populum, non solum non maledixit, sed & prædixit multas miráque res:am de aduentu saluatoris nostri, quam de populo. Chrysost. super 6. cap. Genes. Homil. 21

b. Illud autẽ quod à Balaã dicitur:Moriatur anima mea &c.hunc habet sensum, vt cupiat mori seculo atque peccato, atque viuere cũ iustorum animabus, quorũ vita Christus est. Hiero. super Ezechiel. cap. 18.

Vaticinatur Balaam super Israelem,Christi atque Romanorum regnum Amalecitis & Cyneis cæsis futurum. XXIIII.

VMq; vidisset Balaam quòd placeret domino vt beneficeret Israeli, nequaquam abiit vt antè perrexerat,vt augurium quereret:sed dirigens contra desertum vultũ suum,[2] & eleuans oculos,vidit Israel in tentoriis cõmorantem per tribus suas,& irruẽte in se spiritu dei,[3] assumpta parabola,ait:Dixit Balaam filius

Universidad de Deusto
Biblioteca

Beor, dixit homo cuius obturatus est oculus, [4] dixit auditor sermonũ dei, qui visionem omnipotẽtis intuitus est, qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius. [5] Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel, [6] vt valles nemorosæ, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quæ fixit dominus, quasi cedri prope aquas. [7] Fluet aqua de situla eius, & semen illius erit in aquas multas. Tolletur propter Agag Rex eius, & B auferetur regnum illius. [8] Deus eduxit illum de Ægypto, † cuius fortitudo similis est † Sup.23.d rhinocerotis. Deuorabunt gentes hostes illius, ossáq; eorum confringent, & perforabunt sagittis. [9] Accubans dormiuit vt leo, & quasi læna, quam susciture nullus audebit. Qui benedixerit tibi, erit ipse benedictus: qui maledixerit, in maledictione reputabitur. [10] Iratúsq; Balac contra Balaam, complosis manibus ait: Ad maledicendũ inimicis meis vocaui te, quibus è contrario tertio benedixisti. [11] Reuertere ad locum tuum. Decreueram quidem magnificè honorare te, sed dominus priuauit te honore dispositio. [12] Respondit Balaam ad Balac: Nónne nuntiis tuis quos misisti ad me, dixi: C † Sup.22.d [13] Si dederit mihi Balac plenam domum suam argẽti & auri, non potero præterire sermonẽ domini dei mei, vt vel boni quid vel mali proferã ex corde meo: sed quicquid dominus dixerit, hoc loquar? [14] Veruntamen pergens ad populum meum, dabo tibi consilium, quid populus tuus populo huic faciat extremo tẽpore. [15] Sumpta igitur parabola, rursum ait: Dixit Balaam filius Beor: Dixit homo cuius obturatus est oculus, [16] dixit auditor sermonum dei, qui nouit doctrinam altissimi, & visiones omnipotentis videt, qui cadẽs apertos habet oculos. [17] Videbo eum, sed non modo: intuebor illum, sed non prope. † Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, & † Matth.2.a percutiet duces Moab, vastabitq; omnes filios Seth, [18] & erit Idumæa possessio eius.
b. Gens reproba hæreditas erit electorũ: quoniam reprobi sunt propter electos. c. Vt 1. Reg. 11. de Ioab sub Dauide. d. Vt in primo lib. Reg. per Saulem.
b Hæreditas Seir cedet inimicis, Israel verò fortiter aget. c [19] De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. [20] Cúmq; vidisset Amalec, assumens parabolã, ait: Principium gentium Amalec, d cuius extrema perdentur. [21] Vidit quoq; Cinæum, & assumpta parabola, ait: Robustum quidem est habitaculum tuum, sed si in petra posueris nidum tuum, [22] & fueris electus de stirpe Cin, quandiu poteris permanere? Assur enim capiet te. [23] Assumptáq; parabola iterum locutus est: Heu quis victurus est quando ista faciet deus? † [24] Venient in e trieribus de Italia, superabunt Assyrios, vastabúntq; Hebræos, & ad extremum etiam ipsi peribunt. [25] Surrexitq; Balaam, & reuersus est in locum suum. Balac quoque via qua venerat rediit.
e. Triremibus. † Deuter.

Fornicante cum Madianitis & Moabitis Israele, Phinees Zambri & Cozbi pugione confodit. XXV.

MOrabatur autem eo tempore Israel in Settim, & fornicatus est populus A Iosue.6.b cum filiabus Moab, [2] quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua. At illi comederunt, & adorauerunt deos earum. † [3] Initiatúsque est Israel Beelphegor. Et iratus dominus, [4] ait ad Moysen: † Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis, vt auertatur furor meus † Deut.4.d † Deut.13.a ab Israel. [5] Dixítque Moyses ad Iudices Israel: † Occidat vnusquisq; proximos suos † Num.25.a qui initiati sunt Beelphegor. [6] Et ecce vnus de filiis Israel intrauit coram fratribus B suis ad scortum Madianitidem vidente Moyse & omni turba filiorum Israel, qui flebant ante fores tabernaculi. † [7] Quod cum vidisset Phinees, filius Eleazari filij Aaron † Num.25.a. Paralip.5.a sacerdotis, surrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione [8] ingressus est post virum Israelitem in lupanar, & perfodit ambos simul, virum scilicet & mulierem, in locis genitalibus. Cessauítq; plaga à filiis Israel, [9] & occisi sunt viginti quatuor milia hominum. [10] Dixítq; dominus ad Moysen: a [11] Phinees filius Eleazari filij Aaron sa- C cerdotis auertit iram meam à filiis Israel: quia zelo meo commotus est contra eos, vt non ipse delerem filios Israel in zelo meo. [12] Idcirco loquere ad eum: † Ecce do ei pacem fœderis mei, [13] & erit tam ipsi quàm semini eius pactum sacerdotij sempiternũ: quia zelatus est pro deo suo, & expiauit scelus filiorũ Israel. [14] Erat autem nomẽ viri Israelitæ
a. Si igitur homicidium & puericidij placuerũt, quia iusta dei sententia fieb. neatrẽ damus ad facta, sed ad scopum eorum quæ fecerunt: & ad voluntatem eorum qui fecerũt. Chrysost. Homil. 13. in Genesin. † Exod.32.d. Matth.26.a

Israelitæ qui occisus est cum Madianitide, Zambri filius Salu, dux de cognatione & D tribu Simeonis. [15] Porrò mulier Madianitis quę pariter interfecta est, vocabatur Cozbi, filia Zur principis nobilissimi Madianitarum. [16] Locutúsq; est dominus ad Moysen, dicens: † [17] Hostes vos sentiant Madianitæ, & percutite eos, [18] quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos, & decepere insidiis per idolum Phogor, & Cozbi filiã ducis Madian sororem suam, quæ percussa est in die plagæ pro sacrilegio Phogor. † Iosue.22.a

Numerantur Israelitæ per singulas tribus à viginti annis & supra, terram Chanaan ingressuri. XXVI.

POstquam noxiorum sanguis effusus est, dixit dominus ad Moysen & A † Sup.2.a Eleazarum filiũ Aaron sacerdotem: † [2] Numerate omnem summã filiorũ Israel à viginti annis & supra, per domos & cognationes suas, cũctos qui possunt ad bella procedere. [3] Locuti sunt itaq; Moyses & Eleazar sacerdos in campestribus Moab super Iordanem contra Iericho, ad eos qui erãt [4] à viginti annis & supra, sicut dominus imperarat, quorũ iste est numerus. Rubẽ primogenitus Israel. † Huius filius Enoch, à quo familia Enochitarum: & Phallu, à quo familia Phalluitarum: [6] & Hezrõ, à quo familia Hezronitarũ: & Charmi, à quo familia Charmitarum. [7] Hæ sunt familiæ de stirpe Ruben, quarũ numerus inuẽtus est quadraginta tria milia & septingẽti triginta. [8] Filius Phallu Eliab: [9] huius filij Namuel & Dathan & Abirõ. Isti sunt Dathan & Abiron, principes populi, † qui surrexerunt contra Moysen & Aaron in seditione Core, quando aduersus dominum rebellauerunt, [10] & aperiens terra os suũ deuorauit Core, moriẽtibus plurimis, quando combussit ignis ducentos quinquaginta viros. Et factum est grande miraculum, B [11] vt Core pereũte filij illius nõ perirẽt. b [12] Filij Simeõ per cognationes suas: Namuel, ab hoc familia Namuelitarum: Iamin, ab hoc familia Iaminitarum: Iachin, ab hoc familia Iachinitarũ: [13] Zarę, ab hoc familia Zareitarum: Saul, ab hoc familia Saulitarũ. [14] Hæ sunt familiæ de stirpe Simeõ, quarũ omnis numerus fuit viginti duo milia ducẽti. [15] Filij Gad per cognationes suas: Sephon, ab hoc familia Sephonitarũ. Haggi, ab hoc familia Haggitarũ: Suni, ab hoc familia Sunitarũ: [16] Ozni, ab hoc familia Oznitarum: Er, ab hoc familia Eritarum: [17] Arod, ab hoc familia Aroditarum: Arihel, ab hoc familia Arihelitarũ. [18] Istæ sunt familiæ Gad, quarum omnis numerus fuit quadragĩta milia quingẽti. † [19] Filij Iuda: Her & Onã, qui ambo mortui sunt de terra Cha- c naan. [20] Fuerúntq; filij Iuda per cognationes suas: Sela, à quo familia Selaitarũ: Phares, à quo familia Pharesitarũ: Zare, à quo familia Zareitarum. [21] Porrò filij Phares, Hezron, à quo familia Hezronitarũ: & Amul, à quo familia Amulitarum. [22] Istę sunt familię Iudą, quarũ omnis numer⁹ fuit septuaginta sex milia quingẽti. [23] Filij Isachar per cognationes suas: Thola, à quo familia Tholaitarũ: Phua, à quo familia Phuaitarum: [24] Iasub, à quo familia Iasubitarũ: Semrã, à quo familia Semranitarũ. [25] Hæ sunt cognationes Isachar, quarũ numerus fuit sexaginta quatuor milia trecẽti. [26] Filij Zabulon per cognationes suas: Sared, à quo familia Sareditarum: Helon à quo familia Helonitarum: Ialeel, à quo familia Ialeelitarũ. [27] Hæ sunt cognationes Zabulõ, quarum numerus fuit sexaginta milia quingẽti. [28] Filij Ioseph per cognationes suas: Manasse & Ephraim. [29] De Manasse ortus est Machir, à quo familia Machiritarũ. † Ma- D chir genuit Galaad, à quo familia Galaaditarũ. [30] Galaad habuit filios: Iezer, à quo familia Iezeritarũ: & Helech, à quo familia Helechitarũ: [31] & Asriel, à quo familia Asrielitarũ: & Sechẽ, à quo familia Sechenitarũ: [32] & Semida, à quo familia Semidaitarum: † Hepher, à quo familia Hepheritarum. [33] Fuit autẽ Hepher pater Salphaad, qui filios non habebat, sed tantùm filias: quarum ista sunt nomina: † Maala, & Noa, & Egla, & Melcha, & Therſa. [34] Hæ sunt familiæ Manasse, & numerus earum quinquaginta duo milia septingẽti. [35] Filij autẽ Ephraim per cognationes suas fuerunt hi: Suthala, à quo familia Suthalaitarum: Becher, à quo familia Becheritarum: Tehen, à quo familia Tehenitarũ. [36] Porrò filius Suthala fuit Eran, à quo familia Eranitarum.
a. Post hæc numeratur rursum populus, numerantur & Leuitæ: vt interfectis primis carnalibus nouus populus dei censeatur, vt cœlestem hæreditatem percipiat. Porrò quòd sexcenta milia egressa de Ægypto numerantur, & ex iniis duo tantum terrã reptumultionis ingressi: sic & in Euangelio ierusalẽ est Multitudo vocati, pauci verò electi. Beda ibidem.
b. Postquam iudicasset populũ extra terminũ a deo constitutum venisse, iterũ nume in militia idoneorũ numerum inquirit. Cum enim patres ante receptũ ac cubuissent, filij ipsorum ad calculum vocantur. Atque hoc sanè illud est, quod Dauid dominũ dixisse inquit: Si ingrediẽtur in requiem meam: & quæ deinceps sequuntur. Quorũ liberi vique formam ferebant fidelis populi, qui finem legis Christum recepit. Procop. ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

57 Hæ ſunt cognationes filiorum Ephraim,quorum numerus fuit triginta duo milia
quingenti. Iſti ſunt filij Ioſeph per familias ſuas. 58 Filij Beniamin in cognationibus E
ſuis:Bæla,à quo familia Bælaitarum: Azbel,à quo familia Azbelitarum: Achiram,à
quo familia Achiramitarum:59 Supham, à quo familia Suphamitarũ: Vpham,à quo
familia Vphamitarum.60 Filij Bæla:Hered & Noeman. De Hered, familia Hereditarum:De Noeman,familia Noemanitarum.61 Hi ſunt filij Beniamin per cognationes ſuas,quorum numerus fuit quadraginta quinq; milia ſexcenti.62 Filij Dan per cognationes ſuas:Suham, à quo familia Suhamitarum. Hæ ſunt cognationes Dan per familias ſuas.63 Omnes fuere Suhamitæ, quorũ numerus erat ſexaginta quatuor milia quadringenti.64 Filij Aſer per cognationes ſuas:Iamna,à quo familia Iamnaitarũ: Ieſſui, à quo familia Ieſſuitarum:Brie,à quo familia Brieitarum.65 Filij Brie: Heber, à quo familia Heberitarum:&Melchiel,à quo familia Melchielitarum.66 Nomẽ autem filiæ Aſer,fuit Sara.67 Hæ cognationes filiorum Aſer,& numerus eorum quin- g
quaginta tria milia quadringenti.68 Filij Nephthalim per cognationes ſuas: Ieſſiel,à
quo familia Ieſſielitarum:Guni,à quo familia Gunitarum. 69 Ieſer, à quo familia Ieſeritarum:Sellem,à quo familia Sellemitarũ. 70 Hæ ſunt cognationes filiorũ Nephthalim per familias ſuas, quorum numerus quadraginta quinq; milia quadringenti.
71 Iſta eſt ſumma filiorum Iſrael,qui recenſiti ſunt, ſexcenta milia & mille ſepringenti
triginta.72 Locutúſq, eſt dominus ad Moyſen,dicens:73 Iſtis diuidetur terra iuxta nu-
merum vocabulorum in poſſeſſiones ſuas.74 Pluribus maiorem partem dabis,& pau
cioribus minorem,ſingulis ſicut nunc recẽſiti ſunt tradetur poſſeſſio.75 ita duntaxat,
vt ſors terram tribubus diuidat & familiis.76 Quicquid ſorte contigerit,hoc vel plu- † Exodi.
res accipiant vel pauciores.† 77 Hic quoq; eſt numerus filiorũ Leui per familias ſuas:
Gerſon,à quo familia Gerſonitarum:Caath,à quo familia Caathitarũ: Merari,à quo
familia Meraritarum.78 Hę ſunt familiæ Leui:Familia Lobni,familia Hebroni,fami- G
lia Mooli,familia Muſi,familia Core. At verò Caath genuit Amram,79 qui habuit vxorem Iochabed filiam Leui, quæ nata eſt ei in Ægypto. Hæc genuit viro ſuo Amrã
filios Aaron & Moyſen,& Mariã ſororẽ eorũ.80 De Aarõ orti ſunt Nadab,& Abiu,
& Eleazar,& Ithamar,† 81 quorum Nadab & Abiu mortui ſunt cũ obtuliſſent ignẽ † Leui.10.
alienum coram domino.82 Fuerúntq; omnes qui numerati ſunt,viginti tria milia ge-
neris maſculini ab vno menſe & ſupra,qui nõ ſunt recenſiti inter filios Iſrael, nec eis
cum cæteris data poſſeſſio eſt.83 Hic eſt numerus filiorum Iſrael, qui deſcripti ſunt à
Moyſe & Eleazaro ſacerdote in Campeſtribus Moab ſupra Iordanem cõtra Iericho: † Num.26.
† 84 inter quos nullus fuit eorum qui antè numerati ſunt à Moyſe & Aaron in deſer- † Supra.14.
c. Quòd autem duo tãtum ingrediuntur, oſtendit ex vtroque populo cœleſtem vitam adipiſci,vel propter duas vitas, actionis & contemplationis. Beda ibid.
to Sinai.† 85 Prędixerat enim dominus quòd omnes morerentur in ſolitudine c Nul-
lúſque remanſit ex eis,niſi Caleb filius Iephone,& Ioſue filius Nun.

Filiæ Salphaad patri ſuccedunt in hæreditatem,oſtenſaque Moyſi terra promiſſionis,Ioſue illi ſufficitur. XXVII.

d. Quinque filiæ Salphaad deiudicio hæreditatẽ accipiunt inter fratres ſuos: quia nec legis plebs ab euãgelij poſſeſſione excluditur. Beda ibidem.
ACceſſerũt † autẽ a filię Salphaad,filij Hepher,filij Galaad, filij Machir, A † Supra.26.
filij Manaſſe,qui fuit filius Ioſeph:quarũ ſunt nomina, Maala, & Noa, Ioſue.14.a
& Egla,& Melcha,& Therſa: 2 ſteterúntq, corã Moyſe & Eleazaro ſacerdote, & cunctis principibus populi ad oſtium tabernaculi fœderis:
atq; dixerunt:3 Pater noſter mortuus eſt in deſerto, nec fuit in ſeditio- † Supra.16.c
ne quæ † concitata eſt contra dominum ſub Core, ſed in peccato ſuo mortuus eſt.
Hic non habuit mares filios.4 Cur tollitur nomẽ illius de familia ſua,quia non habet
filium? Date nobis poſſeſſionem inter cognatos patris noſtri. 5 Retulitque Moyſes B
cauſam earum ad iudicium domini.6 Qui dixit ad eum:Iuſtam 7 rem poſtulant filiæ
Salphaad. Da eis poſſeſſionem inter cognatos patris ſui, & ei in hæreditatem ſuccedant.8 Ad filios autem Iſrael loquêris hæc:Homo cum mortuus fuerit abſq; filio,ad
filiam eius tranſibit hæreditas:9 ſi filiã non habuerit,habebit ſucceſſores fratres ſuos.
10 Quòd ſi & fratres nõ fuerint,dabitis hęreditatẽ fratribus patris eius.11 Sinautẽ nec

patruos

patruos habuerit,dabitur hęreditas iis qui ei proximi ſunt. Eritq; hoc filiis Iſrael ſanctum lege perpetua, ſicut præcepit dominus Moyſi. Dixit quoq; dominus ad Moyſen:† b Aſcende in montẽ iſtum Abarim,& contemplare inde terram quam daturus
†Deut.32.g Sup.20.b
ſum filiis Iſrael.13 Cúmq; videris eam,ibis & tu ad populũ tuum,ſicut iuit frater tuus
Aaron:14 quia offendiſtis me in deſerto Zin in cõtradictione multitudinis, nec ſanctificare me voluiſtis coram ea ſuper aquas. Hæ ſunt aquæ contradictionis in Cades
deſerti Zin. 15 Cui reſpondit Moyſes: 16 Prouideat dominus deus ſpirituum omnis
carnis hominẽ qui ſit ſuper multitudinẽ hanc:17 & poſſit exire & intrare ante eos, & D
†Exod.18.c. Num.27.c. Deut.31.d
educere eos vel introducere,ne ſit populus domini ſicut oues abſq; paſtore.18 Dixítque dominus ad eũ:† Tolle Ioſue filiũ Nun,virũ in quo eſt ſpiritus dei, & pone manum tuam ſuper eum.19 Qui ſtabit coram Eleazaro ſacerdote, & omni multitudine:
20 & dabis ei præcepta cunctis videntibus,& partem gloriæ tuæ:vt audiat eum omnis ſynagoga filiorum Iſrael.21 Pro hoc ſi quid agendum erit, Eleazar ſacerdos conſulet dominum. Ad verbum eius egredietur & ingredietur ipſe & omnes filij Iſrael
cum eo,& cætera multitudo.22 Fecit Moyſes vt præceperat dominus. Cúmq; tuliſſet Ioſue,ſtatuit eum coram Eleazaro ſacerdote,& omni frequentia populi,23 & impoſitis capiti eius manibus,cuncta replicauit quæ mandauerat dominus.

b. Eã cauſam mortis Moyſi dicit dominus, quã etiam fratris eius Aarõ, quòd ſicilicet ambo dubitauerint ad aquam contradictionis, id eſt, quia dubitauerunt de dono eius quòd poſſet aqua de petra profluere. Augu. quæſt.53.ſuper Nume.

Oblationes quibuſuis ſolennitatibus offerendæ. XXVIII.

Matth.12.a
DIxit quoq; dominus ad Moyſen:1 Præcipe filiis Iſrael, & dices ad eos: A
Oblationem meam & panes,& incẽſum odoris ſuauiſſimi offerte per
tẽpora ſua.2 3 Hęc ſunt ſacrificia quæ offerre debetis. Agnos ãniculos a. Iuge ſacrificium in memoriã diuinæ beatitudinis perpetuæ.
immaculatos duos quotidie in holocauſtũ ſempiternũ, 4 vnũ offere-
tis mane,& alterum ad veſperum:5 decimam partem ephi ſimilæ,quæ
conſperſa ſit oleo puriſſimo,& habeat quartam partem hin.6 Holocauſtum iuge eſt
quod obtuliſtis in monte Sinai in odorem ſuauiſſimum incenſi domini.7 Et libabitis
vini quartam partẽ hin per agnos ſingulos in ſanctuario domini. 8 Alterúmq; agnũ
†Exod.29.a B
ſimiliter offeretis ad veſperam iuxta omnem ritum ſacrificij matutini,& libamentorum eius,oblationẽ ſuauiſſimi odoris domino.b† 9 Die autem ſabbati offeretis duos b. Sabbatum in memoriam creationis.
agnos anniculos immaculatos,& duas decimas ſimilæ oleo cõſperſæ in ſacrificio, &
liba10 quæ rite fundũtur per ſingula ſabbata in holocauſtũ ſempiternũ.c 11 In Kalen- c. Neomenia, in memoriã lunæ à deo creatæ.
dis autem,id eſt,in menſium exordiis, offeretis holocauſtum domino: vitulos de armento duos,arietem vnum,agnos anniculos ſeptem immaculatos,12 & tres decimas
ſimilæ oleo conſperſæ in ſacrificio per ſingulos vitulos,& duas decimas ſimilæ oleo
†Deut.8.c. & 9.b Nõ aperies.
conſperſæ per ſingulos arietes,13 & decimam decimæ ſimilæ ex oleo in ſacrificio per agnos ſingulos.† Holocauſtũ ſuauiſſimi odoris atq; incenſi eſt domino. 14 Libamẽta autem vini quæ per ſingulas fundenda ſunt victimas,iſta erunt:Media pars hin per
C
†Exod.29.a Leui.23.a Num.28.b
ſingulos vitulos,tertia per arietem, quarta per agnum. Hoc erit holocauſtũ per omnes menſes,qui ſibi anno vertente ſuccedunt. 15 Hircus quoq; offeretur domino pro
peccatis in holocauſtum ſempiternum cum libamentis ſuis.† d 16 Menſe autẽ primo, d. Paſcha,primũ feſtum ſolenne.
quartadecima die mẽſis,Phaſe domini erit,17 & quintadecima die ſolẽnitas. Septem
diebus veſcẽtur azymis,18 quarum dies prima venerabilis & ſancta erit. Omne opus
ſeruile non facietis in ea.19 Offeretíſque incenſum holocauſtum domino, vitulos de
armẽto duos, arietẽ vnum,agnos anniculos immaculatos ſeptem,20 & ſacrificia ſingulorũ ex ſimila quæ cõſperſa ſit oleo,tres decimas per ſingulos vitulos, & duas decimas per arietem,21 & decimam decimæ per agnos ſingulos, id eſt, per ſeptẽ agnos,
22 & hircũ pro peccato vnũ,vt expietur pro vobis:23 præter holocauſtũ matutinum,
D
quod ſemper offeretis. 24 Ita facietis per ſingulos dies ſeptem dierum, in fomitem
ignis, & in odorem ſuauiſſimum domino, qui ſurget de holocauſto & de libationibus ſingulorum.25 Dies quoq; ſeptimus celeberrimus & ſanctus erit vobis. Omne
opus ſeruile nõ facietis in eo.26 e Dies etiam primitiuorũ quando offeretis nouas fru- e. Pẽtecoſte, ſeges domino expletis hebdomadibus, venerabilis & ſancta erit. Omne opus ſeruile cũdum feſtum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nō facietis in ea.[27] Offeretísq; holocaustū in odorem suauissimum domino, vitulos de armento duos,arietem vnum,agnos anniculos immaculatos septem, [28] atq; in sacrificiis eorum similæ oleo consperſæ tres decimas per singulos vitulos,per arietes duos, [29] per agnos decimam decimę,qui simul sunt agni septem, [30] hircum quoque qui mactatur pro expiatione,[31] præter holocaustum sempiternū, & liba eius. Immaculata offeretis omnia cum libationibus suis.

Mensis septimi solennitates,& earum oblationes. XXIX.

a. Festū tubarū, prima die Septembris,certum festum solenne.
b.Hic clangor fiebat cornu arietino, propter arietem hærentem cornibus ad vepres in liberatione Isaac.

MEnsis [a] etiam septimi prima dies venerabilis & sancta erit vobis. Omne A opus seruile non facietis in ea,quia dies clangoris est & [b] tubarum.[2] Offeretísq; holocaustum in odorem suauissimum domino, vitulum de armēto vnum,& arietem vnum, & agnos anniculos immaculatos septem, [3] & in sacrificiis eorum similę oleo consperſæ tres decimas per singulos vitulos,duas decimas per arietem,[4] vnam decimam per agnum,qui simul sunt agni septē,[5] & hircum pro peccato, qui offertur in expiationem populi,[6] præter holocaustum Kalendarum cum sacrificiis suis,& holocaustū sempiternum cum libationibus solitis.Hisdem ceremoniis offeretis in odorē suauissimum incēsum domino. † [7] Decima quo- †Leuit.16.29.c
c. Per ieiunium & alias abstinentias quæ corpori animę blandiuntur.
que dies mensis huius septimi erit vobis sancta atq; venerabilis, & [c] affligetis animas vestras. Omne opus seruile non facietis in ea. [8] Offeretísq; holocaustum domino in odorem suauissimum,vitulū de armēto vnum, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septē:[9] & in sacrificiis eorum similæ oleo consperſæ tres decimas per sin- B
gulos vitulos:duas decimas per arietem,[10] decimam decimæ per agnos singulos:qui sunt simul agni septem:[11] & hircum pro peccato,absq; his quæ offerri pro delicto solent in expiationem, & holocaustum sempiternum, in sacrificio & libaminibus eorum. [d] [12] Quintadecima verò die mensis septimi, quæ vobis sancta erit atq; venerabilis,omne opus seruile nō facietis in ea: sed celebrabitis solennitatem domino septem diebus.[13] Offeretísq; holocaustū in odorem suauissimum domino,vitulos de armēto tredecim,arietes duos,agnos anniculos immaculatos quatuordecim:[14] & in libamētis eorum similæ oleo consperſæ tres decimas per vitulos singulos:qui sunt simul vituli tredecim:& duas decimas arieti vno,id est, simul arietibus duobus, [15] & decimā decimæ agnis singulis : qui sunt simul agni quatuordecim:[16] & hircum pro peccato absq; holocausto sempiterno, & sacrificio & libamine eius. [17] In die altero offeretis C
vitulos de armento duodecim,arietes duos,agnos anniculos immaculos quatuordecim,[18] sacrificiáque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis:[19] & hircum pro peccato,absq; holocausto sempiterno,sacrificióque & libamine eius. [20] Die tertio offeretis vitulos vndecim,arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim, [21] sacrificiáq; & libamina singulorū per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis:[22] & hircū pro peccato,absq; holocausto sempiterno sacrificióq; & libamine eius. [23] Die quarto offeretis vitulos decē,arietes duos,agnos anniculos immaculatos quatuordecim,[24] sacrificiáq; & libamina singulorū per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis : [25] & hircū pro peccato,absq; holocausto sempiterno,sacrificióq; eius & libamine.[26] Die quinto offeretis vitulos nouē,arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecī,[27] sacrificiáq; & libamina singulorū per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis:[28] & hircum pro peccato,absq; holocausto sempiterno,sacrificióq; eius & libamine.[29] Die sexto offeretis vitulos octo,arie- D
tes duos,agnos anniculos immaculatos quatuordecim,[30] sacrificiáq; & libamina singulorū per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis: [31] & hircū pro peccato, absq; holocausto sempiterno,sacrificióque eius & libamine. [32] Die septimo offeretis vitulos septē,& arietes duos,agnos anniculos immaculatos quatuordecim, [33] sacrificiáq; & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis: [34] & hircum pro peccato, absq; holocausto sempiterno, sacrificióq; eius & libamine. [35] Die octauo qui est celeberrimus,omne opus seruile non facietis,[36] offerentes holocaustum in odorem

d.Festū tabernaculorum.

odorem suauissimum domino, vitulum vnum,arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septem, [37] sacrificiáq; & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis:[38] & hircum pro peccato,absq; holocausto sempiterno, sacrificióque eius & libamine. [39] Hæc offeretis domino in solēnitatibus vestris, præter vota & oblationes spontaneas in holocausto,in sacrificio,in libamine,& in hostiis pacificis.

Vota & iuramenta quando & quomodo reddenda. XXX.

A NArrauítq; Moyses filiis Israel omnia quæ ei dominus imperarat,[2] & locutus est ad principes tribuum filiorum Israel. Iste est sermo quem præcepit dominus. [a] [3] Si quis virorum votum dño vouerit, aut se constrinxerit iuramento,non faciet irritum verbum suū : sed omne quod promisit,implebit. †[b] [4] Mulier si quippiam vouerit,& se constrinxerit iura- Iure cap. Mulieres & c. Nubat
mento,quæ est in domo patris sui,& in ętate adhuc puellari,[5] si cognouerit pater votū quod pollicita est,& iuramētum quo obligauit animam suam,& tacuerit, voti rea B
erit.Quicquid pollicita est,& iurauit,opere complebit. [6] Sin autem statim vt audierit,contradixerit pater,& vota & iuramenta eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni,eo quòd contradixerit pater. [c] [7] Si maritum habuerit,& vouerit aliquid,& semel de ore eius verbum egrediens animam eius obligauerit iuramento, [8] quo die audierit vir,& non contradixerit, voti rea erit, reddétque quodcunque promiserat. [9] Sinautem audiens statim contradixerit,& irritas fecerit pollicitationes eius, verbá- C
que quibus obstrinxerat animam suam,propitius erit ei dominus. [d] [10] Vidua & repudiata quicquid vouerint,reddent. [11] Vxor in domo viri,cum se voto constrinxerit & iuramento,[12] si audierit vir & tacuerit,nec contradixerit sponsioni,reddet quodcunque promiserat. [13] Sin autē extemplo contradixerit, non tenebitur promissionis rea, quia maritus contradixit,& dominus ei propitius erit. [14] Si vouerit & iuramento se constrinxerit,vt per ieiunium,vel cęterarum rerum abstinentiā affligat animā suam, D
in arbitrio viri erit siue faciat siue non faciat. [15] Quòd si audiēs vir tacuerit, & in alteram diem distulerit sentētiam,quicquid vouerat atq; promiserat,redder, quia statim vt audiuit,tacuit. [16] Sin autem contradixerit postquam resciuit, portabit ipse iniquitatē eius. [17] Istæ sunt leges quas constituit dominus Moysi inter virum & vxorem,inter patrem & filiam quę in puellari adhuc ætate est,vel quę manet in parentis domo.

a. Votū virorū. Non hoc ad omnē iurationem pertinet, sed ad eam, vbi quisq; de anima sua vouerit alicuius vtiq; rei abstinētiam qua ei licebat vti per legē, sed per votū sibi ipse eiberit nō licere. Aug. q. super Num lib. 4. ca. 16.
b. Mulieris nubilis votum.
c. Mulieris nuptæ votum.
d. Viduę & repudiatæ votum.

Cæsis Madianitis virgines reseruantur,ac substantia ex æquo distribuitur,deóque gratiæ aguntur. XXXI.

A LOcutúsque est dominus ad Moysen,dicens: [2] Vlciscere prius filios Israel de Madianitis,& sic colligēris ad populum tuum. [3] Statímq; Moyses,Armate, inquit,ex vobis viros ad pugnam,qui possint vltionem domini expetere de Madianitis. [4] Mille viri de singulis tribubus eligantur ex Israel, qui mittantur ad bellum. [5] Dederúntque millenos de singulis tribubus, id est, duodecim milia expeditorum ad pugnam,[6] quos misit Moyses cum Phinees filio Eleazari sacerdotis: vasáque Natus
sancta & tubas ad clangendum tradidit ei. [7] Cúmque pugnassent contra Madianitas atq; vicissent,omnes mares occiderunt,† [8] & Reges eorum Eui,& Ræcem, & Sur, & B
Hur,& Ræbe,quinque principes gentis. [a] Balaam quoque filium Beor interfecerunt gladio, [9] ceperúntque mulieres eorum & paruulos, omniáque pecora, & cunctam supellectilem. Quicquid habere poterant,depopulati sunt, [10] tam vrbes quàm vicullos:& castella flamma consumpsit. [11] Et tulerunt prædam,& vniuersa quę ceperāt tām ex hominibus quàm ex iumentis:[12] & adduxerunt ad Moysen & Eleazarum sacerdotem,& ad omnem multitudinem filiorum Israel. Reliqua autem vtensilia portauerunt ad castra in campestribus Moab,iuxta Iordanem contra Iericho. [13] Egressi sunt autem Moyses & Eleazar sacerdos, & omnes principes Synagogæ in occursum eorum extra castra. [14] Iratúsq; Moyses principibus exercitus, Tribunis, & Centurioni-

a. Quomodo occisus est Balaā, com ex cap. 24. dicatur reuersus in locū suū? Locus autē eius erat Mesopotamia. Dicendū est vel quòd redierat ad Balac, vel quòd cōduxerat aliquem locum in Moab tanquā peregrin⁹, ad quē fertur rediisse, vbi fuerit occisus. Aug. quæst. 61. super Numer.

Universidad de Deusto
Biblioteca

b. Hoc enim fecerunt filij Israel secundùm verbum Balaam, vt recederet facerent & despicerent verbũ domini propter Phogor. Hoc consilium malignum, vt ad illecebram fœminæ supponerentur, per quas non solùm corporaliter, sed etiã spiritualiter in adorando idolo fornicarentur. Quãdo hoc consilium dederit Balaam, scriptura non dicit: & tamen apparet factũ esse, cum hic commemoratur. Aug. quæst. 62. ibidem.

bus qui venerãt de bello,[15] ait: Cur fœminas reseruastis?† [b16] Nónne istæ sunt quæ deceperunt filios Israel ad suggestionem Balaam, & prævaricari fecerunt vos in dominũ super peccato Phogor, vnde & percussus est populus?† [17] Ergo cũctos interficite. Quicquid est generis masculini, etiam in paruulis, & mulieres quæ nouerunt viros in coitu, iugulate: [18] puellas autẽ & omnes fœminas virgines reseruate vobis, [19] & manete extra castra septem diebus. Qui occiderit hominem, vel occisum tetigerit, lustrabitur die tertio & septimo. [20] Et de omni prẽda, siue vestimentũ fuerit, siue vas, & aliquid in vtensilia præparatũ, de caprarum pellibus, & pilis & ligno, expiabitur. [21] Eleazar quoque sacerdos ad viros exercitus qui pugnauerant, sic locutus est: Hoc est præceptum legis, quod† mandauit deus Moysi. [22] Aurum, & argẽtum, & æs, & ferrum, & plumbum, & stannũ, [23] & omne quod potest transire per flammas, igne purgabitur. quicquid autem ignẽ non potest sustinere, aqua expiationis sanctificabitur, [24] & lauabitis vestimenta vestra die septimo, & purificati postea castra intrabitis. [25] Dixit quoque dñs ad Moysen: [26] Tollite summam eorũ quæ capta sunt ab homine vsq; ad pecus, tu & Eleazar sacerdos, & omnes principes vulgi: [27] diuidéſq; ex æquo prædã inter eos qui pugnauerunt, & egressi sunt ad bellũ, & inter omnẽ reliquam multitudinem: [28] & separabis partem dño ab iis qui pugnauerunt, & fuerunt in bello, vnã animam de quingentis, tam ex hominibus quàm ex bobus & asinis & ouibus: [29] & dabis eam Eleazaro sacerdoti, quia primitiæ dñi sunt. [30] Ex media quoq; parte filiorum Israel accipies quinquagesimum caput hominum, & boum, & asinorum, & ouium, cũctorúmq; animantium, & dabis ea Leuitis qui excubant in custodiis tabernaculi dñi. [31] Fecerúntq; Moyses & Eleazar sicut præceperat dñs. [32] Fuit autem præda quam exercitus ceperat, ouium sexcenta septuaginta quinq; milia, [33] boũ septuagintaduo milia, [34] asinorum sexaginta milia & mille: [35] animæ hominum sexus fœminei, quæ non cognouerant viros, trigintaduo milia. [36] Datáq; est media pars iis qui in prælio fuerant, ouium trecenta trigintaseptem milia quingentæ: [37] è quibus in partem dñi supputatæ sunt oues sexcentæ septuagintaquinq;, [38] & de bobus trigintasex milibus, boues septuaginta & duo: [39] de asinis triginta milibus quingentis, asini sexaginta vnus. [40] De animabus hominũ sedecim milibus, cesserunt in partem dñi triginta duæ animæ. [41] Tradiditq; Moyses numerum primitiarum dñi Eleazaro sacerdoti, sicuti fuerat ei imperatum, [42] ex media parte filiorum Israel, quam separauerat iis qui in prælio fuerant. [43] De media verò parte quæ contigerat reliquæ multitudini, id est, de ouibus trecentis trigintaseptẽ milibus quingentis, [44] & de bobus trigintasex milibus, [45] & de asinis triginta milibus quingentis, [46] & de hominib⁹ sedecim milibus, [47] tulit Moyses quinquagesimum caput, & dedit Leuitis qui excubabant in tabernaculo domini, sicut præceperat dñs. [48] Cúmq; accessissent principes exercitus ad Moysen, & Tribuni, Centurionésq;, [49] dixerunt: Nos serui tui recensuimus numerum pugnatorum quos habuimus sub manu nostra, & ne vnus quidem defuit. [50] Ob hanc causam offerimus in donariis domini singuli quod in præda auri potuimus inuenire, periscelides, & armillas, annulos, & dextralia, ac murenulas, vt depreceris pro nobis dominum. [51] Susceperuntque Moyses & Eleazar sacerdos omne aurum in diuersis speciebus [52] pondo sedecim milia septingentos quinquaginta siclos, à Tribunis & Centurionibus. [53] Vnusquisq; enim quod in præda rapuerat, suum erat, [54] & susceptum intulerunt in tabernaculum testimonij, in monumentum filiorum Israel coram domino.

Filiis Ruben, Gad, & dimidiæ tribui Manassæ portio datur trans Iordanem, modò fratres suos in terram promissionis conducant. XXXII.

a. Filij Ruben & Gad & dimidia tribus Manasse iumenta innumera habentes, citra Iordanem possessionem volunt, & in terra promissionis hæreditatem habere nolunt: figuranter quòd multos mundi impii cameræ occupant, ac per hoc habitationem cœlestis patriæ non requirunt. Beda ibidem.

Ilij † [a] autem Ruben & Gad habebant pecora multa, & erat illis in iumentis infinita substantia. Cúmque vidissent Iazer & Galaad apras animalibus alendis terras, [2] venerunt ad Moysen & Eleazarum sacerdotem, & principes multitudinis, atque dixerunt: [3] Ataroth, & Dibon, & Iazer, & Nemra, Hesebon, & Eleale, & Saban, & Nebo, & Beon, [4] terra quam percussit

cussit dominus in cõspectu filiorum Israel, regionis vberrimæ est ad pastum animalium, & nos serui tui habemus iumenta plurima, [5] precamúrque si inuenimus gratiã coram te, vt des nobis famulis tuis eam in possessionem, nec facias nos trãsire Iordanem. [6] Quibus respõdit Moyses: Nunquid fratres vestri ibunt ad pugnam, & vos hic sedebitis? [7] Cur subuertitis mentes filiorum Israel, ne transire audeant in locum quẽ eis daturus est dominus? † [8] Nónne ita egerũt patres vestri, quãdo misi de Cades Barne ad explorandum terram? [9] cúmque venissent vsq; ad vallẽ botri lustratã omni regione, subuerterunt cor filiorum Israel, vt nõ intrarẽt fines, quos eis dominus dedit: [10] qui iratus iurauit dicens: [b11] Si videbunt homines isti qui ascenderunt ex Aegypto à viginti annis & supra, terram quam sub iuramento pollicitus sum Abraam Isaac & Iacob, & noluerunt sequi me, præter Caleph filium Iephone Cenezæum, & Iosue filium Nun. Isti impleuerunt volũtatem meam. [12] Iratúsque dominus aduersum Israel circunduxit eum per desertum quadraginta annis, donec consumeretur vniuersa generatio quæ fecerat malum in cõspectu eius. [14] Et ecce inquit, vos surrexistis pro patrib⁹ vestris, incrementa & alumni hominum peccatorum, vt augeretis furorem domini cõtra Israel. [15] Quòd si nolueritis sequi eum, in solitudine populũ derelinquet, & vos causa eritis necis omnium. [16] At illi propè accedentes dixerunt: Caulas ouium fabricabimus, & stabula iumẽtorũ, paruulis quoque nostris vrbes munitas: [17] nos autem ipsi armati & accincti pergemus ad prælium ante filios Israel, donec introducamus eos ad loca sua. Paruuli nostri, & quicquid habere possumus erunt in vrbibus muratis propter habitatorum insidias. [18] Nõ reuertemur in domos nostras vsque dũ possideat filij Israel hæreditatem suam, [19] nec quicquam quæremus trans Iordanem, quia iam habemus possessionem nostrã in orietali eius plaga. [20] Quibus Moyses ait: † Si facitis quod promittitis, expediti pergite coram domino ad pugnam, [21] & omni vir bellator armatus Iordanem trãseat, donec subuertat dominus inimicos suos, [22] & subiiciatur ei omnis terra: tunc eritis inculpabiles apud deum & apud Israel, & obtinebitis regiones quas vultis coram domino. [23] Sinautẽ quod dicitis nõ feceritis, nulli dubium est quin peccatis in deum: & scitote quoniã peccatum vestrum apprehendet vos. [24] Aedificate ergo vrbes paruulis vestris, & caulas & stabula ouib⁹ ac iumẽtis: & quod polliciti estis, implete. † [25] Dixerúntque filij Gad & Rubẽ ad Moysen: Serui tui sumus. faciem⁹ quod iubet domin⁹ noster. [26] Paruulos nostros & mulieres & pecora ac iumenta relinquemus [c] in vrbibus Galaad: [27] nos autem famuli tui omnes expediti pergemus ad bellũ, sicut tu domine loqueris. [28] Præcepit ergo Moyses Eleazaro sacerdoti, & Iosue filio Nun, & principib⁹ familiarũ per tribus Israel, [29] & dixit ad eos: † Si transierint filij Gad & filij Ruben vobiscum Iordanem omnes armati ad bellum coram domino, & vobis fuerit terra subiecta, date eis Galaad in possessionem. [30] Sin autem noluerint transire armati vobiscum in terram Chanaan, inter vos habitãdi accipiãt loca. [31] Respondeúntque filij Gad, & filij Rubẽ: Sicut locutus est dominus seruis suis, ita faciemus. Ipsi armati pergemus coram domino in terram Chanaan, & possessionem iam suscepisse nos cõfitemur trans Iordanem. † [33] Dedit itaque Moyses filiis Gad & Ruben & dimidiæ tribui Manassæ filij Ioseph, Regnum Sehon Regis Amorræi, & regnum Og regis Basan, & terram eorum cum vrbibus suis per circuitũ. [34] Igitur extruxerunt filij Gad Dibon, & Ataroth, & Aroer, [35] & Roth, & Sophan, & Iazer, Iegbaa, [38] & Bethnemra, & Bethará, vrbes munitas, & caulas pecoribus suis. [37] Filij verò Ruben ædificauerunt Hesebon, & Eleale, & Cariathaim, [38] & Nabo, & Baalmeon versis nominibus, Sabama quoque, imponentes vocabula vrbibus quas extruxerant. [39] Porrò filij Machir filij Manassæ perrexerunt in [d] Galaad, & vastauerunt eam interfecto Amorræo habitatore eius. [40] Dedit ergo Moyses terram Galaad Machir filio Manassæ, qui habitauit in ea. [41] Iair autem filius Manassæ abiit & occupauit vicos eius, quos appellauit Auothiair, id est, villas Iair. [42] Nobe quoque perrexit & apprehendit Canath cum viculis suis, vocauítque eam ex nomine suo Nobe.

c. In hac regione montes sunt trans Iordanem, qui à Libano iumentes nimiũ pecuduo regna quõdam Basan & Amorræi extenduntur, in quibus Absalom parcere pietatis immemor, contra eum castrametatus est, sed non multo post fugiẽs, capillis ramo affixis vitæ nem diuinam senũt.

d. Galaad interpretatur cõlis testimonij, quòd dictus fit à fodere quo iurauerũt Iacob & Laba, vt patet Ge. 31. vt esset tumulus testimonij inter eos istis iuramenti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mansionibus Israelis per varia loca recensitis, Chananæi à domino iubentur occidi. XXXIII.

HÆ sunt mansiones filiorum Israel qui egressi sunt de Ægypto per turmas A
suas in manu Moysi & Aaron, [2] quas descripsit Moyses iuxta castrorum †Exodi 12.
loca quæ domini iussione mutabant.† [3] Profecti igitur de Rameſſe mense
primo, quintadecima die mensis primi, fecerunt altera die Phase filij Israel
in manu excelsa, videntibus cunctis Ægyptiis: [4] a & sepelientibus primogenitos quos †Exodi 12.
percusserat dominus, (Nam & in diis eorum exercuerat vltionem) [5] Castrametati
sunt in Soccoth:† [6] Et de Soccoth venerunt in Etham, quæ est in extremis finibus so- B
litudinis. [7] Inde egressi venerunt contra Phi-hairoth, quæ respicit Beel-sephon: & ca- 2
strametati sunt ante Magdalum. [8] Profectiq; de Phi-hairoth transierunt per medium †Exodi 14.
mare in solitudinem: & ambulantes tribus diebus per desertum Etham, castrametati
sunt† in Marah. [9] Profectiq; de Marah, [b] venerunt in Elim, vbi erant duodecim fontes
aquarum, & palmæ septuaginta: ibiq; castrametati sunt. [10] Sed & inde egressi fixerunt
tentoria super mare Rubrum. [11] Profectiq; de mari Rubro, castrametati sunt in deser-
to Sin: [12] vnde egressi venerunt in Daphca. [13] Profectiq; de Daphca, castrametati sunt †Exodi 17.
in Alus: [14] egressiq; de Alus, in Raphidim fixere tentoria: † vbi populo defuit aqua ad
bibendum. [15] Profectiq; de Raphidim, castrametati sunt in deserto† Sinai. [16] Sed & de C †Exodi 19.
solitudine Sinai egressi, venerunt ad sepulchra concupiscentiæ: [17] profectiq; de sepul-
chris concupiscentiæ, castrametati sunt in [c] Hazeroth: [18] & de Hazeroth venerunt in
Rethma. [19] Profectiq; de Rethma, castrametati sunt in Remon-Phares: [20] vnde egres-
si venerunt in Lebna. [21] De Lebna, castrametati sunt in Ressa: [22] egressiq; de Ressa, ve-
nerunt in Cehelatha. [23] Vnde profecti castrametati sunt in monte Sepher. [24] egressi de
monte Sepher, venerunt in Harada. [25] Inde proficiscentes, castrametati sunt in Mace- D
loth: profectiq; de Maceloth, venerūt in Thahath. [27] De Thahath castrametati sunt in
Thare: [28] vnde egressi fixere tentoria in Methca. [29] Et de Methca castrametati sunt in
Hesmona: [30] profectiq; de Hesmona, venerūt in Moseroth. [31] Et de Moseroth, castra- Deuter. 10.
metati sunt in Bene-iaacan: [32] profectiq; de Bene-iaacan, venerūt in mōtem Gadgad.
[33] Vnde profecti castrametati sunt in Iatbartha: [34] & de Iatbatha venerunt in Ebrona.
[35] Egressiq; de Ebrona, castrametati sunt in Asion-gaber: [36] inde profecti venerūt in
d. In hac 33. mansione mortua est Maria. desertū [d] Zin. Hæc est Cades. [37] Egressiq; de Cades, castrametati sunt in monte [e] Hor, E
e. In hac 34. mansione mortuus est Aaron. in extremis finibus terræ Ædom.† [38] Ascenditq; Aaron sacerdos in montem Hor, iu- †Supra ad Deuter. 32. Sup. 10.
bente domino, & ibi mortuus est anno quadragesimo egressionis filiorum Israel ex
Ægypto, mense quinto, primo die mensis, [39] cum esset annorum cētum vigintitrium.
[40] Audiuitq; Chananæus Rex Arad, qui habitabat ad meridiem, in terram Chanaan
venisse filios Israel. [41] Et profecti de mōte Hor, castrametati sunt in Salmona, [42] vnde
egressi venerūt in Phunon. [43] Profectiq; de Phunon, castrametati sunt in Oboth: [44] & F
de Oboth venerunt in Ie-abarim, quæ est in finibus Moabitarum. [45] Profectiq; de Ie- Sup. xxxii.
abarim, fixere tētoria in Dibon-gad: [46] vnde egressi, castrametati sunt in Elmon-de-
blathaim: [47] egressiq; de Elmon-deblathaim, venerunt ad montes Abarim cōtra Na-
bo: [48] profectiq; de montibus Abarim, transierunt ad campestria Moab super Iorda-
nem contra Iericho. [49] Ibiq; castrametati sunt de Beth-simoth vsq; ad Abel-satim, in
planioribus locis Moabitarum: [50] vbi locutus est dñs ad Moysen: [51] Præcipe filiis Is- Deuter. 4. Iudicum 2. Sup. 22. 7.
rael, & dic ad eos: Quando trāsieritis Iordanem, intrantes terram Chanaan, [52] dispер- G
dite cunctos habitatores terræ illius, confringite titulos, & statuas comminuite, atq;
omnia excelsa vastate, [53] mundantes terram, & habitantes in ea. Ego enim dedi vobis
illam in possessionem, [54] quam diuidetis vobis sorte. Pluribus dabitis latiorē, & pau-
cioribus angustiorem. Singulis vt sors ceciderit, ita tribuetur hereditas. Per tribus &
familias possessio diuidetur. [55] Sinautem nolueritis interficere habitatores terræ, qui
remanserint, erunt vobis quasi claui in oculis, & lanceæ in lateribus, & aduersa-
buntur vobis in terra habitationis vestræ: [56] & quicquid illis cogitaueram facere,
vobis faciam.

a. Plaga enim imminēs eorum refrenauit audaciam, promptōq; ad dimittendum eos fecit, ne funditus perirent omnes. Tam illustris sanctorum victoria est. Si enim satis exercitationis fuerit, Deus vltionum, inquit Dauid, deus vltionum in re suo ac libertate vsus est. Procop. ibidem.

b. Has mansiones cum suis interpretationib⁹ perampliùs describit B. Hier. ad Fabiolam de quadraginta duabus mānsionibus, ro3. & venerabilis Beda in hoc.

c. In hac 14. mansione contigit lepra Mariæ.

Terræ promissionis situs & limites iuxta varias orbis plagas. XXXIIII.

A LOcutúsque est dominus ad Moysen, dicens: [2] Præcipe filiis Israel, & dices †Deut. 32.a
ad eos: Cum ingressi fueritis terram Chanaan, & in possessionem vobis sor-
te ceciderit, his finibus terminabitur: † [3] Pars meridiana incipiet à solitudine
Zin quæ est iuxta Aedom, & habebit terminos contra orientem mare salsissimum:
[4] qui circuibūt australem plagam per ascensum scorpionis, ita vt transeant in Senna,
& perueniant ad meridiē vsque ad Cades Barne: vnde egredientur confinia ad villam
nomine Adar, & tendent vsque Asemona. [5] Ibitque per gyrum terminus ab Asemo- B
na vsque ad torrentem Aegypti, & magni maris littore finietur. [6] Plaga autem occi-
dentalis à mari magno incipiet, & ipso fine claudetur. [7] Porrò ad septentrionalem
plagam, à mari magno termini incipient, peruenientes vsque ad montem altissi-
mum, [8] a quo venient in Emath, vsque ad terminos Sedada: [9] ibúntque confinia vs-
que ad Zephrona, & villam Enan. Hi erunt termini in parte aquilonis. [10] Inde me-
tabuntur fines contra orientalem plagam de villa Enan vsque Sephama, [11] & de Se-
phatna descendent termini in Reblata contra fontem Daphnim. Inde peruenient
contra orientem [a] ad mare Cenereth, [12] & tendent vsque Iordanem, & ad vltimū sa- a. Ad locū Genezareth in Euangelio toties frequentatum: qui & mare Galilęæ, & pluribus aliis nominibus inuoluitur.
C lissimo claudentur mari. Hanc habebitis terram per fines suos in circuitu. [13] Præce-
pitque Moyses filiis Israel, dicens: Hæc erit terra quā possidebitis sorte, & quam ius-
sit dominus dari nouem tribubus, & dimidiæ tribui. [14] Tribus enim filiorum Ru-
ben per familias suas, & tribus filiorum Gad iuxta cognationum numerum, media
quoque tribus Manassæ, [15] id est, duæ semis tribus acceperunt [b] partem suam trans †Iosue 14.a
Iordanem contra Iericho, ad orientalem plagam. [16] Et ait dominus ad Moysen: b. Hæc dicta est Trachonitis regio, in qua Philippus frater Herodis erat: terrarcha, de quo Luc 3. In hac est ciuitas Gerasa quæ & Gadara, vel Gergesa: in qua hominem à dæmonum legione Christus liberauit, præcipitans porcos in lacum, vt Matth. 8. & Mar. 5. & Luc. 8.
† [17] Hæc sunt nomina virorū qui terrā diuident vobis: Eleazar sacerdos & Iosue fi- D
lius Nun, [18] & singuli principes de tribubus singulis, [19] quorū ista sunt vocabula: De
tribu Iuda, Caleph filius Iephone. [20] De tribu Simeon, Samuel filius Amihud. [21] De
tribu Beniamin, Elidad filius Chaselon. [22] De tribu filiorū Dan, Bocci filius Iogli. [23]
Filiorum Ioseph, de tribu Manassæ, Hanniel filius Ephod. [24] De tribu Ephraim, Ca-
muel filius Sephtan. [25] De tribu Zabulon, Elizaphan filius Pharnach. [26] De tribu Isā-
char, Dux Phaltiel, filius Ozan. [27] De tribu Azer, Abiud filius Salomi. [28] De tribu
Nephtalim, Phedael filius Amihud. [29] Hi sunt quibus præceperat dominus vt diui-
derent filiis Israel terram Chanaan.

Assignantur vrbes & suburbana Leuitis, & asyla refugij homicidijs, lege homicidij constituta. XXXV.

Leuit. 25. Iosue 21. a A LOcutus est dominus ad Moysen in campestribus Moab supra
Iordanem contra Iericho: † [2] Præcipe filiis Israel, vt dent Leuitis de posses-
sionibus suis [a] vrbes ad habitandū, & suburbana earum per circuitum, vt ip- a. Sanctissimè sufficientē possessionem concedit, non forte ritione, verūm dedicatione, ne inopia valde premātur, nē ve copia emolliscerent. Habentes, inquit, victum & amictum, iis erimus contēti. Ad dei enim cultū non agrorum eos cōsecrauit. Quare Paulus inquit quæstum magnum esse pietatem cum frugalitate contentum. Dispergit autem eos per tribus, vt sanctitatis suæ excellentia omnes sanctos reddant. Procop. ibid.
si in oppidis maneant, & suburbana sint pecoribus ac iumentis, [4] quæ à muris ciuita-
tum forinsecus per circuitum mille passuū spatio tendentur. [5] Contra orientem duo
milia erūt cubiti, & cōtra meridem similiter erūt duo milia. Ad mare quoque quod Iosue 20. 2 Deut. 4.
respicit occidentem, eadem mensura erit: & septēntrionalis plaga æquali termino fi-
nietur. Erúntque vrbes in medio, & foris suburbana. † [6] De ipsis autem oppidis quæ
Leuitis dabitis, sex erunt in fugitiuorum auxilia separata, vt fugiat ad ea qui fuderit B
sanguinē, & exceptis his alia quadraginta duo oppida, [7] id est simul quadraginta o-
cto cum suburbanis suis. [9] Ipsæque vrbes quæ dabuntur de possessionibus filiorum
Israel, ab iis qui plus habent, plures auferentur: & qui minus, pauciores. Singuli iuxta
mensurā hereditatis suæ dabunt oppida Leuitis. [9] Ait dominus ad Moysen: [10] Loque-
re filiis Israel, & dices ad eos: † Quando transgressi fueritis Iordanem in terram Cha-
naan, [11] decernite quæ vrbes esse debeant in præsidia fugitiuorū qui nolentes sangui-
nem fuderint: [12] in quibus cum fuerit profugus, cognatus occisi eum occidere non
poterit, donec stet in cōspectu multitudinis, & causa illius iudicetur. † [13] De ipsis autē

Universidad de Deusto
Biblioteca

vrbibus quæ ad fugitiuorũ subsidia separantur,[14] tres erunt trans Iordanẽ, & tres in terra Chanaã [15]tam filiis Israel quàm aduenis atque peregrinis,vt cõfugiat ad eas qui nolens sanguinem fuderit.[16] Si quis ferro percusserit,& mortuus fuerit qui percussus est,reus erit homicidij,& ipse morietur. [17] Si lapidem iecerit,& ictus occubuerit, similiter punietur.† [18] Si ligno percussus interierit,percussoris sanguine vindicabitur. [19] Propinquus occisi homicidam interficiet.statim vt apprehenderit eum,percutiet. [20] Si per odium quis hominem impulerit,vel iecerit quippiam in eum per insidias, [21] aut cũ esset inimicus,manu percusserit, & ille mortuus fuerit, percussor homicidij reus erit. Cognatus occisi statim vt inuenerit eum, ingulabit. [22] Quòd si fortuitu & absque odio [23] & inimicitiis quicquam horum fecerit, [24] & hoc audiente populo fuerit cõprobatum,atque inter percussorem & propinquum sanguinis quæstio ventilata, [25] liberabitur innocẽs de vltoris manu,& reducetur per sentẽtiam in vrbem ad quam cõfugerat,manebítque ibi donec sacerdos magnus qui oleo sancto vnctus est, moriatur. [26] Si interfector extra fines vrbium quæ exulibus deputatæ sunt, [27] fuerit inuentus, & percussus ab eo qui vltor est sanguinis,absque noxa erit qui eum occiderit.[28] Debuerat enim profugus vsque ad mortẽ Põtificis in vrbe residere. Postquam autem ille obierit,homicida reuertetur in terram suam.[29] Hæc sempiterna erũt & legitima in cunctis habitationibus vestris.[30] Homicida sub testibus punietur. Ad vnius testimonium nullus cõdemnabitur. [31] Non accipietis pretium ab eo qui reus est sanguinis.statim & ipse morietur.[32] Exules & profugi ante mortem Põtificis nullo modo in vrbes suas reuerti poterunt, [33] ne polluatis terram habitationis vestræ, quæ insontium cruore maculatur, nec aliter expiari potest, nisi per eius sanguinẽ qui alterius sanguinem fuderit:[34] atq; ita emundabitur vestra possessio me commorante vobiscum.Ego enim sum dominus,qui habito inter filios Israel.

† Deut. 19. Iosue. 20.

Tribus per connubia non misceantur,ne possessiones confundantur. XXXVI.

A Accesserunt†autem & principes familiarum Galaad filij Machir filij Manassæ de stirpe filiorum Ioseph,locutíque sunt Moysi coram principibus Israel atque dixerunt:[2]Tibi domino nostro præcepit dominus,vt terram sorte diuideres filiis Israel, & vt filiabus Salphaad fratris nostri dares possessionem debitam patri: [3] quas si alterius tribus homines vxores acceperint, B sequetur possessio sua, & translata ad aliam tribum de nostra hæreditate minuetur: [4] atque ita fiet, vt cum[a] Iubileus, id est quinquagesimus annus remissionis aduenerit, confundatur sortium distributio, & aliorum possessio ad alios transeat. [5] Respondit Moyses filiis Israel, & domino præcipiente ait:Rectè tribus filiorum Ioseph C locuta est, [6] & hæc lex super filiabus Salphaad à domino promulgata est. † Nubant quibus volunt, tantùm vt suæ tribus hominibus, [7] ne commisceatur possessio filiorum Israel de tribu in tribum.Omnes enim viri ducent vxores de tribu & cognatione sua,[8] & cũctæ fœminæ de eadẽ tribu maritos accipient:vt hereditas permaneat in familiis,[9] nec sibi misceantur tribus,sed ita maneant [10] vt à domino separatæ sunt.Fecerúntq; filiæ Salphaad vt sibi fuerat imperatum,[11] & nupserunt Maala, & Thersa,& Hegla,& Melcha,& Noa,filiis patrui sui,[12] de familia Manassæ,qui fuit filius Ioseph:& possessio quæ illis fuerat attributa,mansit in tribu & familia patris earum.[13] Hæc sunt mandata atque iudicia quæ mandauit dominus per manum Moysi ad filios Israel in campestribus Moab supra Iordanem contra Iericho.

a. Iobeleus, qui dicitur Iobel,quod est clangor tubarum,quæ in singulis vrbibus Israel illo anno personabant.

A Tribus

Incipit

Incipit liber quintus Moysi,qui & אלה הדברים

ID EST, ELLE HADDEBARIM, QVI

Deuteronomium prænotatur.

Breuis repetitio eorum quæ Israeli in itinere contigerunt, pœnáque infideli populo inflicta. Cap. I.

Anno ante Christum 1451. Anno mundi 2416.

Numer. 11. c.

A Hæc[a] sunt verba quæ locutus est Moyses ad omnem Israel trans Iordanem in solitudine campestri contra mare Rubrũ,inter Pharan & Tophel & Laban & Hazeroth:vbi[b] auri est plurimum:[2] vndecim diebus de Horeb, per viam mõtis Seir vsq; ad Cades Barne.[3] Quadragesimo anno, vndecimo mense,primo die mensis locutus est Moyses ad filios Israel [c] omnia quæ præceperat illi dominus, vt diceret eis, [4] postquam percussit Sehon Regem Amorræorum, qui habitauit in Hesebon, & Og Regem Basan, qui mansit in Astaroth,& in Edrai [5] trans Iordanem in terra Moab.Cœpítque Moyses explanare legem,& dicere: [6] Dominus deus noster locutus est ad nos in B Horeb,dicens:Sufficit vobis quòd in hoc monte mansistis. [7] Reuertimini, & venite ad montem Amorræorum,& ad cætera quæ ei proxima sunt campestria,atq; montana & humiliora loca contra meridiem,& iuxta littus maris : terram Chananæorum, & Libani vsq; ad flumen magnum Euphraten. [8] En,inquit,tradidi vobis. Ingredimini,& possidete eã,super qua iurauit dominus patribus vestris Abrahã Isaac,& Iacob, vt daret illam eis,& semini eorum post eos.[9] Dixíq; vobis illo in tempore:† Non possum[d] solus sustinere vos,[10] quia dominus deus vester multiplicauit vos,& estis hodie sicut stellæ cœli,plurimi.[11] Dominus deus patrum vestrorum addat ad hunc numerum multa milia,& benedicat vobis,sicut locutus est.[12] Non valeo solus negocia vestra sustinere,& pondus & iurgia.[13] Date ex vobis viros sapientes & gnaros, quorum C conuersatio sit probata in tribubus vestris,vt ponam eos vobis principes.[14] Tunc respondistis mihi:Bona res est quam vis facere.[15] Tulíq; de tribubus vestris viros sapiẽtes & nobiles,& constitui eos principes,Tribunos,&Centuriones,& Quinquagenarios,ac Decanos,qui docerent vos singula:[16] præcepíque eis dicens:† Audite illos,& quod iustum est,iudicate.Siue ciuis sit ille,siue peregrinus,[17] nulla erit distantia personarum.Ita paruum audietis vt magnum:† nec accipietis cuiusquam personã, quia dei iudiciũ est.Quòd si difficile vobis visum aliquid fuerit,referte ad me, & ego audiã.[18] Præcepíq; omnia quæ facere deberetis. [19] Profectíq; de Horeb,trãsiuimus per eremum terribilem,& maximam solitudinem, quam vidistis, [e] per viam montis A D morræi,sicut præceperat dominus deus noster nobis. Cúmque venissemus in Cades Barne, [20] dixi vobis:Venistis ad montem Amorræi, quem dominus deus vester daturus est vobis.[21] Vide terram quam dominus deus tuus dabit tibi. Ascende & possi- de eam,sicut locutus est dñs deus noster patribus tuis. Noli timere: nec quicquã pa- ueas.† [22] Et accessistis ad me omnes,atque dixistis:Mittamus viros qui considerent terram,& renũcient per quod iter debeamus ascendere,& ad quas pergere ciuitates. [23] Cúmq; mihi sermo placuisset,misi ex vobis duodecim viros singulos de tribubus suis:[24] Qui cum perrexissent,& ascendissent in montana,venerunt vsq; ad vallem Botri:& considerata terra[25] sumentes de fructibus eius,vt ostenderent vbertatem, attulerunt ad nos,atque dixerunt: Bona est terra quam dominus deus noster daturus est nobis.[26] Et noluistis ascendere,sed increduli ad sermonem dei nostri,[27] murmuraſtis E in tabernaculis vestris,atque dixistis:Odit nos dominus,& ideirco eduxit nos de terra Ægypti, vt traderet nos in manu Amorræi, atque deleret. [28] Quò ascendemus? Nuncij terruerunt cor nostrũ,dicentes:Maxima multitudo est, & nobis statura pro-

a. Quadragésimo anno egressionis filiorum Israel de Aegypto quadragesima secunda mansione in campestribus Moab super Iordanem populus sedit: vbi Moyses deuteronomion, hoc est, iterationem legis prædicauit. Augũ. de mirabil. Sac. Scrip. lib. 1. cap. 36.

b. Ibi Moyses reprehendit Israel præ auri copia conuersum ad conflandum vitulum.

c. In eo quod cõmemorat Moyses diuisse populo ilmenti hostes inhabitantes terram quò introducẽdus fuit,Ne paueãtis neque timeatis ab eis: Dominus deus noster, qui præcedet ante faciem vestram, ipse simul debellabit eos vobiscum: satis ostenditur ita esse adiutorem deum, vt eram homines agant aliquid. Aug. q. 1. super Deut.

d. Hic locus constat cum eo de quo Numer. 11. vbi dominus mandat Moysi vt eligat septuaginta seniores, qui possint illum hoc tanto fasce leuare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cerior. Vrbes magnæ,& ad cœlum vſque munitę. Filios Enakim vidimus ibi. Et dixi vobis: [30] Nolite metuere,nec timeatis eos. [31] Dñs deus qui ductor eſt noſter,pro vobis ipſe pugnabit,ſicut fecit in Ægypto cunctis videntibus, [32] & in ſolitudine ipſi vidiſtis. Portauit te dñs deus tuus,vt ſolet homo geſtare paruulũ filium ſuũ , in omni via per quam ambulaſtis, donec veniretis ad locum iſtum. [33] Et nec ſic quidẽ credidiſtis domino deo veſtro,† [34] qui præceſſit vos in via, & metatus eſt locum in quo tentoria figere deberetis , nocte oſtendens vobis iter per ignem , & die per columnam nubis. [34] Cúmq; audiſſet dñs vocem ſermonum veſtrorum,iratus iurauit,& ait: [35] Nõ videbit quiſpiam de hominibus generationis huius peſſimæ terram bonam quam ſub iuramento pollicitus ſum patribus veſtris: [36] præter Caleb filium Iephone. Ipſe enim videbit eam,& ipſi dabo terram quam calcauit, & filiis eius : quia ſecutus eſt dominũ. [37] Nec miranda indignatio in populum,cum mihi quoq; iratus deus propter vos dixerit:† Nec tu ingredieris illuc, [38] ſed Ioſue filius Nun miniſter tuus, ipſe intrabit pro te. Hunc exhortare& robora,& ipſe ſorte terrã diuidet Iſraeli. [39] Paruuli veſtri de quibus dixiſtis quòd captiui ducerentur, & filij qui hodie boni ac mali ignorant diſtantiam, ipſi ingredientur,& ipſis dabo terram,& poſſidebunt eam: [40] vos autẽ reuertimini,& abite in ſolitudinem per viam maris rubri.† [41] Et reſpõdiſtis mihi: Peccauimus dño. Aſcendemus & pugnabimus,ſicut præcepit dñs deus noſter. Cúmque inſtructi armis pergeretis in montem, [42] ait mihi dominus: Dic ad eos:† Nolite aſcẽdere,neque pugnetis. Non enim ſum vobiſcum, ne cadatis coram inimicis veſtris. [43] Locutus ſum,& non audiſtis:ſed aduerſantes imperio domini , & tumentes ſuperbia,aſcendiſtis in montem. [44] Itaque egreſſus Amorræus,qui habitabat in montibus, & obuiam veniens perſecutus eſt vos , ſicut ſolent apes perſequi , & cecidit de [i] Seir vſq; Horma. [45] Cúmque reuerſi ploraretis coram domino,non audiuit vos,nec voci veſtræ voluit acquieſcere. [46] Sediſtis ergo in Cades Barne multo tempore.

f. Hoc eſt, Nolite metuere corde,neque paueatis ore. Beda ibid. Satis oſtenditur ita eſſe,adintorem deum, vt eodem homines agant aliquid. Augu. Quæſt. ſup. Deuter. lib. 5. c. 1.

g. Auditio domini more hominis dicitur, quia non in veritate audius vos , vt dicitur turba non vnius voluntatis. Beda ibidem.

h. Bini vocantur ad terrã promiſſam, id eſt Caleb & Ioſue. Bini etiam intrant in regnum cœlorum,id eſt, qui duas leges implent,ſcilicet innocentes & pœnitentes, ſiue corpus & anima. Beda ibid.

i. Seir nomen loci eſt, & Horma ſimiliter: quæ eccleſiam ſignificant, quam peccatores perſequuntur. Beda ibidem.

Beneficiorum populo exhibitorum repetitio,pugnæque contra Ammon & Moab prohibitio,& Sehon occiſi. II.

[1] Profectíque inde venimus in ſolitudinem quę ducit ad mare rubrum,ſicut mihi dixerat dominus:† & circuimus montẽ Seir longo tempore. [2] Dixítq; dominus ad me: [3] Sufficit vobis circuire montem iſtum , ite contra aquilonem, [4] & populo præcipe,dicens: Tranſibitis per terminos fratrum veſtrorum filiorum Eſau,qui habitant in Seir:& timebunt vos. Videte ergo diligenter [5] ne moueamini contra eos. [a] Neque enim dabo vobis de terra eorum quantum poteſt vnius pedis calcare veſtigium:quia in poſſeſſionem Eſau dedi montem Seir. [6] Cibos emetis ab eis pecunia,& comedetis,aquam emptam haurietis,& bibetis. [7] Dominus deus tuus benedixit tibi in omni opere manuum tuarum. Nouit iter tuum, quomodo tranſieris ſolitudinem hanc magnam per quadraginta annos habitans tecum dominus deus tuus,& nihil tibi defuit. [8] Cúmque tranſiſſemus fratres noſtros filios Eſau,qui habitabant in Seir,per viam campeſtrem de Elath & de Aſion Gaber , venimus ad iter quod ducit in deſertum [b] Moab. [9] Dixítque dominus ad me:Non pugnes contra Moabitas,nec ineas aduerſus eos prelium. Non enim dabo tibi quicquam de terra eorum,quia filiis Loth tradidi Ar in poſſeſſionem. [10] Emim primi fuerunt habitatores eius,populus magnus,& validus,& tã excelſus,vt de Enakim ſtirpe [11] quaſi gigantes crederentur,& eſſent ſimiles filiorum Enakim. Deniq; Moabitæ appellant eos Emim. [12] In Seir autem prius habitauerunt Horæi : quibus expulſis atque deletis habitauerunt filij Eſau, ſicut fecit Iſrael in terra poſſeſſionis ſuæ quam dedit illi dominus. [13] Surgentes ergo vt tranſiremus torrentẽ Zared,venimus ad eum. [14] Tempus autem quo ambulauimus de Cades Barne vſq; ad tranſitum Zared , triginta & octo annorum fuit:donec conſumeretur omnis congregatio hominum bellatorum de caſtris,ſicut iurauerat dominus: [15] cuius manus fuit aduerſus eos, vt interirẽt de caſtrorum medio. [16] Poſtquam autem vniuerſi ceciderunt pugnatores, [17] locutus eſt dominus ad

a. Quia ex metico Abrahæ à quo deſcenderant, & promiſſione ſibi facta,illa terra fuit conceſſa filiis Eſau: qui ex adiutorio dei expulerunt inde Horæos,qui erãt fortiſſimi. De Lyra ibi.

b. Moab tam vrbis quàm prouinciæ nomen eſt,in finibus Arabiæ ſitæ , à Moab primogenito Loth ſic dictæ.

nus ad me,dicens: [18] Tu trãſibis hodie terminos Moab,vrbem nomine Ar, [19] & accedens in vicinia filiorum Ammon. Caue ne pugnes contra eos, nec mouearis ad prælium. Non enim dabo tibi de terra filiorũ Ammon, quia filiis Loth dedi eam in poſſeſſionem. [20] Terra gigantũ reputata eſt:& in ipſa olim habitauerunt gigantes,quos Ammonitæ vocant Zomzommim, [21] populus magnus,& multus,& proceræ longitudinis,ſicut Enacim,quos deleuit dominus à facie eorum,& fecit illos habitare pro eis, [22] ſicut fecerat filiis Eſau qui habitant in Seir, delens Horæos,& terram eorũ illis tradens, quã poſſident vſq; in præſens. [23] Heuæos quoq; qui habitabant in Hazerim vſque Gazam,Cappadoces expulerunt,qui egreſſi de Cappadocia deleuerunt eos,& habitauerunt pro illis. [24] Surgite,& tranſite torrentem Arnon . Ecce tradidi in manu tua Sehon Regem Heſebon Amorræum,& terram eius incipe poſſidere,& committe aduerſus eum prælium. [25] Hodie incipiam mittere terrorem atq; formidinem tuã in populos qui habitant ſub omni cœlo:vt audito nomine tuo paueant,& in morem parturientium contremiſcant,& dolore teneantur.c † [26] Miſi ergo nuntios de ſolitudine Cademoth ad Sehon Regem Heſebon verbis pacificis, dicens: [27] Tranſibimus per terram tuam:publica gradiemur via . Non declinabimus neq; ad dextram neque ad ſiniſtram , [28] alimenta pretio vende nobis vt veſcamur , aquam pecunia tribue, & ſic bibemus.† Tantum eſt vt nobis cõcedas tranſitum, [29] ſicut fecerunt filij Eſau,qui habitant in Seir, & Moabitæ qui habitant in Ar , donec veniamus ad Iordanem, & tranſeamus ad terram quã dominus deus noſter daturus eſt nobis. [30] Noluit Sehon Rex Heſebon dare nobis tranſitum : quia indurauerat dominus deus tuus ſpiritum eius,& obfirmauerat cor illius,ita vt traderetur in manus tuas,ſicut nũc vides. [31] Dixítq; dominus ad me:† Ecce cœpi tibi tradere Sehon,& terram eius,incipe poſſidere eam. [32] Egreſſúſq; eſt Sehon obuiam nobis cum omni populo ſuo ad prælium in Iaza: [33] & tradidit eum dominus deus noſter nobis : percuſſimúſq; eum cum filiis ſuis, & omni populo ſuo: [34] cunctáſque vrbes in tempore illo cepimus , interfectis habitatoribus earum, viris ac mulieribus & paruulis . Non reliquimus in eis quicquam, [35] abſque iumentis,quæ in partem venêre prædantium,& ſpoliis vrbium, quas cepimus [36] ab Aroer,quæ eſt ſuper ripam torrentis Arnon , oppido quod in valle ſitum eſt, vſque Galaad. Non fuit vicus & ciuitas quæ noſtras effugeret manus:† Omnes tradidit dominus deus noſter nobis, [37] abſque terra filiorum Ammon, ad quam non acceſſimus,& cunctis quæ adiacent torrenti Ieboc, & vrbibus montanis, vniuerſiſq; locis à quibus nos prohibuit dominus deus noſter.

c. Licet enim Moyſes ſciret per reuelationem domini quòd Sehon tranſitum non concederet, ſed magis cõtra eum bellaret, tamẽ pacem obtulit,vt daret exemplum filiis Iſrael in futurũ. De Lyra ibid.

d. Hæc dicens Moyſes dum populum alloquitur,tale aliquid commemorat quale dicebatur in Exodo : Ego induraui cor Pharaonis. & qd in pſalmis legitur: Conuertat cor eorum vt odiret populum ſuum. Nec tacetur hic cauſa indurationis huius,cũ dicitur: Vt traderetur in manus tuas , ſicut in hac die,id eſt, vt vincereturà te:quod non fieret, niſi reſiſteres : non autem reſiſteres,niſi corde obduratus. Augu. q. 2. ſuper Deuterono.

Pugna contra Og Regem Baſan,& lectus eius:atque duarum tribuum & ſemis ſors vltra Iordanem. III.

[1] Taque conuerſi aſcendimus per iter Baſan : †[a] egreſſúſque eſt Og Rex Baſan in occurſum nobis cum populo ſuo ad bellandum in Edrai : [2] dixítq; dominus ad me:Ne timeas eum, quia in manu tua traditus eſt cum omni populo ac terra ſua : faciéſque ei † ſicut feciſti Sehon Regi Amorræorum, qui habitauit in Heſebon. † [3] Tradidit ergo dominus deus noſter in manibus noſtris etiam Og Regem Baſan,& vniuerſum populum eius:percuſſimúſque eos vſque ad internecionem , [4] vaſtantes cunctas ciuitates illius vno tempore , (non fuit oppidum quod nos effugeret)ſexaginta vrbes,& omnem regionem Argob regni Og in Baſan. [5] Cunctæ vrbes erant munitæ muris altiſſimis , portíſque & vectibus : abſq; oppidis innumeris, quæ nõ habebant muros. [6] Et deleuimus eos,ſicut feceramus Sehon Regi Heſebon,diſperdentes omnem ciuitatem,viróſq; ac mulieres & paruulos: [7] iumenta autem & ſpolia vrbium diripuimus.† [8] Tulimúſq; illo in tempore terram de manu duorũ Regum Amorræorum , qui erant trans Iordanem à torrente Arnon vſq; ad montẽ Hermon, [9] quẽ Sidonij Sarion vocant,& Amorræi Sanir: [10] omnes ciuitates quæ ſitæ ſunt in planitie,& vniuerſam terrã Galaad & Baſanvſque ad Selcha,

a. Per ſcientes peccata puniſtur, ſicut deus per filios Iſrael voluit peccata punire Amorræorum , & Chananeorum,& aliarum gentium quarum terram Iſraelitis poſſidẽdam dedit: quibus etiam præcepit vt nemini eorum parcerent, ſed omnes mortꝫ traderent. 23. q. 5. cano. Remittuntur. 8. Per ſcientes. Ex Ambroſio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Edrai ciuitates regni Og in Basan.[b] [11] Solus quippe Og Rex Basan reſtiterat de ſtirpe gigantum,& monſtratur lectus eius ferreus,qui eſt in Rabath filiorũ Ammon, nouẽ cubitos habens longitudinis,& quatuor latitudinis,ad menſurã cubiti virilis manus. [12] Terrámque poſſedimus tempore illo ab Aroer, quæ eſt ſuper ripam torrentis Arnon,vſq; ad mediam partem montis Galaad:Et ciuitates illius † dedi Ruben & Gad: [13] reliquam autẽ partẽ Galaad, & omnem Basan regni Og tradidi mediæ tribui Manaſſe,omnem regionem Argob. Cuncta Basan vocatur terra gigantum. [14] Iair filius Manaſſe poſſedit omnem regionem Argob vſque ad terminos Geſſuri,& Maachati. Vocauítq; ex nomine ſuo Basan,Hauoth Iair,id eſt villas Iair,vſq; in præſentem diẽ. [c] [15] Machir quoque dedi Galaad:[16] & tribubus Ruben & Gad dedi de terra Galaad vſque ad torrentem Arnon medium torrentis & confinium vſq; ad torrentem Ieboc, qui eſt terminus filiorum Ammon,[17] & planitiem ſolitudinis atque Iordanem,& terminos [c] Cenereth vſq; ad [d] mare deſerti quod eſt ſalſiſſimũ ad radices montis Phaſga contra orientem.[18] Præcepíq; vobis in tempore illo,dicens:Dominus deus veſter dat vobis terram hãc in hæreditatem.expediti præcedite fratres veſtros filios Iſrael,omnes viri robuſti:[19] abſque vxoribus,& paruulis,atq; iumentis.Noui enim quòd plura habeatis pecora,& in vrbibus remanere debebũt quas tradidi vobis,[20] donec requiẽ tribuat dominus fratribus veſtris,ſicut vobis tribuit, & poſſideant ipſi etiam terram quam daturus eſt eis trans Iordanem:tunc reuertetur vnuſquiſq; in poſſeſſionem ſuã [D] quam dedi vobis.† [21] Ioſue quoq; in tempore illo præcepi,dicens:Oculi tui viderunt quæ fecit dominus deus veſter duobus his regibus:ſic faciet omnibus regnis ad quæ tranſiturus es. [22] Ne timeas eos. Dominus enim deus veſter pugnabit pro vobis. [23] Precatúſq; ſum dominum in tempore illo dicens:[24] Domine deus,tu cœpiſti oſtẽdere ſeruo tuo magnitudinem tuam,manúmque fortiſſimam.Neque [e] enim eſt alius deus vel in cœlo,vel in terra,qui poſſit facere opera tua,& comparari fortitudini tuę. [25] Tranſibo igitur & videbo terram hanc optimam trans Iordanem, & montem iſtũ egregium,& [f] Libanũ.† [26] Iratúſq; eſt mihi dominus propter vos, nec exaudiuit me, ſed dixit mihi:Sufficit tibi,nequaquam vltrà loquaris de hac re ad me.[27] Aſcende cacumen Phaſge,& oculos tuos circumfer ad occidentem, & ad aquilonem, auſtrúmque, & orientem, & aſpice. Nec enim tranſibis Iordanem iſtum.[28] Præcipe Ioſue,& corrobora eum,atque conforta: quia ipſe præcedet populum iſtum, & diuidet eis terram quam viſurus es.[29] Manſimúſque in valle contra Phanum Phogor.

b. Verumtamẽ Og Rex Basan reliquiis factus eſt à ſtirpe Raphaim. Hoc nomine quod eſt Raphaim, gigãtes ſignificari in Hebræa lingua dicunt, qui eam nouerunt. Vnde quod habẽt plerique codices, Derelictus eſt à Raphaim, planius vtique dicitur, Reliquus factus eſt: vt ipſe ex his remanſiſſe intelligatur. Cuius etiã cõſequenter longitudo & latitudo ferrei lecti commemoratur ad eius magnitudinem cõmendãdam. Aug. q.3. ſuper Deut.

c. Genezareth, quod eſt mare Galilææ, vſque adeo in euangelio frequens.

d. Mare mortuum dicitur, quod prius vallis putreorũ bituminis dicebatur. Tunc enim putei fuerãt in eo loco:nox verò Sodomis delectis, lacus ibi quem à ſcaturiti bitumine Aſphaltite dixere, repente extitit. Ioſeph. li.1. cap.17. Antiq. Iudaic.

e. Hoc dicit, quòd multos in Aegypto viderunt deos qui non potuerunt ſaluare plebem. Beda ibid.

f Libanus mons eſt altiſſimus omniũ quos habet Syria Libã, quod eſt album, dictus, quod fere ſemper niuibus albeſcat.

Dei præceptorum,& eorum tranſgreſſorum ac ciuitatum refugij trans Iordanem repetitio. IIII.

[A] ET nunc Iſrael audi præcepta & iudicia quæ ego doceo te,vt faciens ea viuas, & ingrediens poſſideas terram quam dominus deus patrum veſtrorum daturus eſt vobis. [22] Non addetis ad verbum quod vobis loquor,nec auferetis ex eo.Cuſtodite mãdata domini dei veſtri, quę ego præcipio vobis.† [3] Oculi veſtri viderunt omnia quæ fecit dominus cõtra Beel-phegor: quomodo contriuerit omnes cultores eius de medio veſtri. [4] Vos autem qui adhæretis domino deo veſtro,viuitis vniuerſi vſq; in præſentẽ diem. [5] Scitis quòd docuerim vos præcepta atque iuſtitias. ſicut mandauit mihi dominus deus meus,ſic facietis ea in terra quã poſſeſſuri eſtis,[6] & obſeruabitis & implebitis opere. Hæc eſt enim veſtra ſapientia,& intellectus coram populis,vt audiẽtes vniuerſi præcepta hæc,dicant:En populus ſapiens,& intelligens,gens magna. [7] Nec eſt alia natio [B] tam grãdis,quæ habeat deos appropinquantes ſibi,ſicut deus noſter adeſt cũctis obſecrationibus noſtris. [8] Quæ eſt enim alia gens ſic inclyta, vt habeat ceremonias iuſtáque iudicia,& vniuerſam legem quam ego proponam hodie ante oculos veſtros? [9] Cuſtodi igitur temetipſum,& animã tuam ſollicitè.Ne obliuiſcaris verborum quę viderunt oculi tui,& ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ.† Docebis ea filios ac nepotes tuos, [10] diem in quo ſtetiſti corã domino deo tuo in Horeb, quãdo dominus

a Diuinis ſcripturis nil addẽdum eſt, quod ſit ſuperfluum quod corrumpat diſtorqueáque, aut deprauet earũ ſenſum. Poſſunt tamẽ illa adiũgi quæ promouẽt & adiumẽtum præſtant ad ſacras literas apertius intelligẽdas. Vnde Aug. Eccleſiaſticarũ inſtitutionum quaſdã in ſcriptis, quaſdã apoſtolica traditione per ſucceſſores in miniſterio cõſtmaras accepim⁹, quaſdam verò cõſuetudine roboratas approbauit vſus quibus pariter, & idem vtriſque pietatis deberur affectus. Aug. lib. de diſtis Baſilij. & citatur 11. diſt. Eccleſiaſticarum.

dominus locutus eſt mihi,dicens:Cõgrega ad me populũ, vt audiãt ſermones meos, & diſcant timere me omni tempore quo viuunt in terra, doceántq; filios ſuos. [11] Et acceſſiſtis ad radices montis,qui ardebat vſque ad cœlum:crántque in eo tenebræ,& nubes,& caligo.[12] Locutúſq; eſt dominus ad vos de medio ignis. Vocem verborum eius audiſtis,& formam penitus non vidiſtis.[13] Et oſtendit vobis pactum ſuum,quod præcepit vt faceretis, & decem verba quæ ſcripſit in duabus tabulis lapideis. [14] Mihíq; mandauit in illo tempore vt docerem vos ceremonias & iudicia quæ facere deberetis in terra quam poſſeſſuri eſtis.[15] Cuſtodite igitur ſollicitè animas veſtras. Nõ vidiſtis aliquam ſimilitudinem in die qua locutus eſt vobis dominus in Horeb de medio ignis:[16] ne fortè decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem aut imaginem maſculi vel fœminæ.[b] [17] ſimilitudinem omnium iumentorum quæ ſunt ſuper terrã, vel auium ſub cœlo volantium,[18] atq; reptilium quę mouentur in terra,ſiue piſcium qui ſub terra morantur in aquis:† [19] ne fortè oculis eleuatis ad cœlũ videas ſolem & lunam,& omnia aſtra cœli,& errore deceptus adores ea & colas quæ creauit dominus deus tuus in miniſterium cunctis gentibus quæ ſub cœlo ſunt.[20] Vos autem tulit dominus & eduxit de fornace ferrea Ægypti, vt haberet populum hæreditarium, [D] ſicut eſt in præſenti die.† [21] Iratúſq; eſt dominus cõtra me propter ſermones veſtros, & iurauit vt non tranſirem Iordanem, nec ingrederer terram optimam quã daturus eſt vobis. [22] Ecce morior in hac humo,non tranſibo Iordanem,vos tranſibitis & poſſidebitis terram egregiam. [23] Caue nequando obliuiſcaris pacti domini dei tui quod pepigit tecum,& facias tibi ſculptam ſimilitudinem eorum quæ fieri dominus prohibuit:† [24] Quia dominus deus tuus [c] ignis conſumens eſt, deus æmulator. [25] Si genueritis filios ac nepotes,& morati fueritis in terra,deceptíq; feceritis vobis aliquam ſimilitudinem, patrantes malum coram domino deo veſtro, vt eum ad iracundiam prouocetis: † [26] teſtes inuoco hodie cœlum & terrã, cito perituros vos eſſe de terra quam tranſito Iordane poſſeſſuri eſtis.Nõ habitabitis in ea longo tempore,ſed delebit vos dominus,[27] atq; diſperget in omnes gentes, & remanebitis pauci in nationi- [E] bus ad quas vos ducturus eſt dominus. [28] Ibiq; ſeruietis diis qui hominum manu fabricati ſunt,ligno & lapidi,qui non vident, non audiunt,non comedunt,non odorãtur.[29] Cúmque quæſieris ibi dominum deum tuum,inuenies eum, ſi tamẽ toto corde quæſieris, & tota tribulatione animæ tuæ. [30] poſtquam te inuenerint omnia quæ prædicta ſunt. Nouiſſimo autem tempore reuertêris ad dominum deum tuum, & audies vocem eius,[31] quia deus miſericors dominus deus tuus eſt.Nõ dimittet te,nec omnino delebit, neq; obliuiſcetur pacti in quo iurauit patribus tuis. [32] Interroga de diebus antiquis,qui fuerunt ante te,ex die quo creauit deus hominem ſuper terram à ſummo cœlo vſque ad ſummum eius,ſi facta eſt aliquando huiuſcemodi res,aut vnquam cognitum eſt,[33] vt audiret populus vocem domini loquentis de medio ignis, ſicut tu audiſti & vidiſti:[34] ſi fecit deus vt ingrederetur & tolleret ſibi gẽtem de medio nationum per tentationes,ſigna atque portenta,per pugnam & robuſtam manũ, [F] extentúmque brachium, & horribiles viſiones,iuxta omnia quæ fecit pro nobis dominus deus noſter in Ægypto, videntibus oculis tuis:[35] vt ſcires quoniam [d] dominus ipſe eſt deus,& non eſt alius præter eum.[36] De cœlo te fecit audire vocem ſuam, vt doceret te, & in terra oſtendit tibi ignem ſuum maximum, & audiſti verba illius de medio ignis,[37] quia dilexit patres tuos,& elegit ſemen eorum poſt eos. † Eduxítque te præcedens in virtute ſua magna ex Ægypto, [38] vt deleret nationes maximas, & fortiores te in introitu tuo, & introduceret te, darétque tibi terram earum in poſſeſſionem, ſicut cernis in præſenti die. [39] Scito ergo hodie, & cogitato in corde tuo,quòd dominus ipſe eſt deus in cœlo ſurſum,& in terra deorſum,& non ſit alius. [40] Cuſtodi præcepta eius,atq; mãdata,quæ ego præcipio tibi:vt bene ſit tibi, & filiis tuis poſt te:& permaneas multo tempore ſuper terram,quam dominus deus tuus da- [G] turus eſt tibi.† [41] Tunc ſeparauit Moyſes tres ciuitates trans Iordanem ad oriẽtalem plagam, [42] vt confugiat ad eas qui occiderit nolens proximum ſuum, nec fuerit ſibi

b. Denique vbi prohibuit ſimilitudinem & imaginẽ, homines intelligi voluit: vbi & ſimilitudo fieri poteſt nõ huius aut illius, ſed cuiuſlibet hominis: & imago, id eſt, hãc propriè, vel illius hominis. Aug. q.4. ſuper Deute.

c. Quod conſumit, hoc à ſupplicio mmar. Chryſ. vel ignis deus conſumens eſt, quia quicquid in nobis vitioſum eſt, fenum, ligna, ſtipulam, cõſumit, & ſpinas, id eſt, ſollicitudines ſeculi huius, quas pro bono ſemine terra ſtitulit infæcunda Hiero. in Iſa. cap. vlt.

d. Vides quomodo ineffabili quadã virtute ſcripturarum occurrẽs fatuitis erroribus eorũ qui eſt Iudæorũ, vel in cœlis eſſe, vel in terris affirmarent, pronũtiat dicens, Dominus deus tuus, deus vnus eſt, &c. Clemens recognit. lib. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ciuitates refugij.

inimicus ante vnum & alterum diem, & ad harum aliquam vrbium possit euadere, [43] Bosor in solitudine quæ sita est in terra cãpestri de tribu Ruben: & Ramoth in Galaad, quæ est in tribu Gad: & Golam in Basan, quæ est in tribu Manassæ. [44] Ista est lex quam proposuit Moyses coram filiis Israel, [45] & hęc testimonia & ceremoniæ atque iudicia quæ locutus est ad filios Israel, quando egressi sunt de Ægypto [46] trans Iordanem in valle contra Phanum Phogor in terra Sehon Regis Amorræi, qui habitauit in Hesebõ, quem percussit Moyses. Filij quoque Israel egressi ex Ægypto [47] possederunt terram eius, & terram Og Regis Basan duorum regum Amorræorum, qui erant trans Iordanem ad solis ortum [48] ab Aroer, quæ sita est super ripam torrentis Arnon vsq; ad mõtem Sion, qui est & Hermon, [49] omnem planitiem trans Iordanem ad orientalem plagam, vsque ad mare solitudinis, & vsque ad radices montis Phasga.

Decalogi explanatio, ac ceremoniarum & iudiciorum informatio. V.

VOcauitq; Moyses omnem Israelem, & dixit ad eum: Audi Israel ceremonias atque iudicia quæ ego loquor in auribus vestris hodie. Discite ea, & opere complete. [a] † [2] Dominus deus noster pepigit nobiscum fœdus in Horeb. [3] Non cum patribus nostris iniit pactum, sed nobiscum qui impræsentiarum sumus & viuimus. [4] Facie ad faciem locutus est nobis in monte de medio ignis. [5] Ego sequester & medius fui inter dominum & vos in tempore illo, vt annuntiarem vobis verba eius. Timuistis enim ignem, & non ascendistis in montem. Et ait: † [6] Ego dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti de domo seruitutis. [7] Non habebis deos alienos in conspectu meo. † [8] Non facies tibi [b] sculptile, nec similitudinem omnium quæ in cœlo sunt desuper, & quæ in terra deorsum, & quæ versantur in aquis sub terra. [9] Non adorabis ea, & non coles. † Ego enim sum dominus deus tuus, deus æmulator, reddens iniquitatem patrum super filios in tertiam & quartam generationem, iis qui oderunt me, [10] & faciens misericordiã in multa milia diligentibus me, & custodientibus præcepta mea. † [11] Non vsurpabis nomen dei tui frustra, quia non erit impunitus qui super re vana nomen eius assumpserit. [c] [12] Obserua diem sabbati, vt sanctifices eum, sicut præcepit tibi dominus deus tuus. † [13] Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. [14] Septimus dies sabbati est, id est requies domini dei tui. Nõ facies in eo quicquam operis, tu & filius tuus, & filia, seruus & ancilla, bos & asinus, & omne iumentũ tuũ, & peregrinus qui est intra portas tuas: vt requiescat seruus & ancilla tua, sicut & tu. [15] Memẽto ꝙ ipse seruieris in Ægypto, & eduxerit te inde dominus deus tuus in manu forti, & brachio extento. Idcirco præcepit tibi vt obseruares diem sabbati. † [16] Honora patrẽ tuum & matrem, sicut præcepit tibi dominus deus tuus: vt lõgo viuas tempore, & bene sit tibi in terra quam dominus deus tuus daturus est tibi. † [17] Non occides, [18] neq; mœchaberis, [19] furtúmque non facies, [20] nec loquéris contra proximum tuũ falsum testimoniũ. † [21] Non cõcupisces vxorẽ proximi tui, non domum, non agrum, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, & vniuersa quę illius sunt. [22] Hęc verba locutus est dominus ad omnem multitudinem vestram in monte de medio ignis & nubis & caliginis, voce magna, nihil addens amplius: & scripsit ea in duabus tabulis lapideis, quas tradidit mihi. [23] Vos autem postquam audistis vocem de medio tenebrarum, & montem ardere vidistis, accessistis ad me omnes principes tribuũ, & maiores natu, atq; dixistis: [24] Ecce ostendit nobis dominus deus noster maiestatem & magnitudinẽ suam. Vocem enim eius audiuimus de medio ignis, & probauimus hodie quòd loquẽte deo cum homine vixerit homo. [25] Cur ergo moriemur, & deuorabit nos ignis hic maximus? Si enim audierimus vltrà vocem domini dei nostri, moriemur. [26] Quid est omnis caro, vt audiat vocem dei viuentis, qui de medio ignis loquitur, sicut nos audiuimus, & possit viuere? [27] Tu magis accede, & audi cuncta quæ dixerit dominus deus noster tibi: loquerísq; ad nos, & nos audientes faciemus ea. [28] Quod cum audisset dominus, ait ad me: Audiui

a. An quia illi qui nõ ingrediuntur in terram promissionis, mortui sunt: enim omnes) non pertinẽt ad hoc testimẽtum, quorum tunc recognitio facta est, cum a vigesimo anno ætatis & supra numerentur vsque ad quinquagesimũ annos habiles ad bellum? Augustin. super Deut. lib. 1. cap. 9.

Primum præceptum.

b. Ex sexta synodo venerabiles imagines Christiani non deos appellant, neque seruiunt eis vt diis, neque spem salutis ponunt in eis, neque abeis expectant futurum iudicium, sed ad memoriam & recordationem primitiuorum venerantur eas & adorant, sed non seruiunt est cultus diuino, nec alicui creaturæ. Hæc ibid.

Secundum,

Tertium.

c. Nos dominicum diem & pascha solenniter celebramus, & quasi liberalius Christianas dierum festiuitates. Sed quia meelligimus quò pertineant, non tẽpora obseruamus, sed quæ illis significantur temporibus. Manichæi autem sic ea reprehẽdũt, quasi nullos dies & tempora obseruẽt. Aug. contra Adimantum Manichæi discipulum, c. 16.

Quartum.

Quintũ. 6. 7. 8.

Nonum.

Decimum.

Audiui vocem verborum populi huius quæ locuti sunt tibi. Bene omnia sunt locuti. [29] Quis det talẽ eos habere mentẽ, vt timeant me, & custodiãt vniuersa mãdata mea in omni tẽpore, vt bene sit eis, & filiis eorum in sempiternum? [30] Vade ergo & dic eis: Reuertimini in tentoria vestra. [31] Tu verò hic sta mecum, & loquar tibi omnia mandata mea, & ceremonias atq; iudicia, quæ docebis eos, vt faciant ea in terra quam dabo illis in possessionem. [32] Custodite igitur & facite quæ præcepit dominus deus vobis. Non declinabitis neq; ad dexteram, neq; ad sinistram: [33] sed per viam quam præcepit dominus deus vester, ambulabitis, vt viuatis, vt bene sit vobis, & protelentur dies vestri in terra possessionis vestræ.

Dominus ex toto corde diligendus, eiúsque mandata sollicitè obseruanda, & posteris inculcanda. VI.

A HÆc [a] sunt præcepta & ceremoniæ atque iudicia quæ mandauit dominus deus vester vt docerem vos: vt faciatis ea in terra ad quam transgredimini possidẽdam, [2] vt timeas dominum deum tuum, & custodias omnia mandata & præcepta eius, quæ ego pręcipio tibi & filiis ac nepotibus tuis, cũctis diebus vitæ tuæ: vt prolongentur dies tui. [3] Audi Israel & obserua, vt facias quæ præcepit tibi dominus: & bene sit tibi, & multipliceris amplius, sicut pollicitus est dominus deus patrum tuorum tibi terram lacte & melle manantem. [b] [4] Audi Israel: † Dominus deus noster, deus vnus est. [5] Dilige dominum deũ tuũ ex toto corde tuo, B & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. [6] Erúntque verba hæc quæ ego pręcipio tibi hodie, in corde tuo: [7] & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atq; consurgens: & [8] ligabis ea quasi signum in manu tua, erúntque & mouebuntur inter oculos tuos: [9] scribésque ea in limine & ostiis domus tuæ. [10] Cúmq; introduxerit te dominus deus tuus in terram pro qua iurauit patribus tuis Abraham, Isaac & Iacob, & dederit tibi ciuitates magnas & optimas quas non ædificasti, [11] domos plenas cunctarum opum, quas non extruxisti, cisternas quas non effodisti, vineta & oliueta quæ non plantasti, & comederis, & saturatus fueris: [12] caue diligenter ne obliuiscaris domini dei tui, qui eduxit te de terra Æ- C gypti, de domo seruitutis. † [13] Dominum deum tuum timebis, & illi soli seruies, ac per nomen illius iurabis. [14] Non ibitis post deos alienos cunctarum gentium quæ in circuitu vestro sunt: [15] quoniam deus æmulator dominus deus tuus in medio tui: nequando irascatur furor domini dei tui contra te, & auferat te de superficie terræ. [c] † [16] Non tentabis dominũ deum tuum, sicut tentasti in loco tentationis. [17] Custodi præcepta domini dei tui, ac testimonia & ceremonias quas præcepit tibi: [18] & fac quod placitum est & bonum in conspectu domini, vt bene sit tibi: & ingressus possideas terram optimã, de qua iurauit dominus patribus tuis [19] vt deleret omnes inimi- D cos tuos coram te, sicut locutus est. [20] Cum interrogauerit te filius tuus, cras, dicens: Quid sibi volunt testimonia hæc, & ceremoniæ, atq; iudicia quæ præcepit dominus deus noster nobis? [21] dices ei: Serui eramus Pharaonis in Ægypto, & eduxit nos dominus de Ægypto in manu forti, [22] fecítq; signa atque prodigia magna & pessima in Ægypto contra Pharaonem, & omnem domum illius in conspectu nostro, [23] & eduxit nos inde, vt introductis daret terram super qua iurauit patribus nostris. [24] Præcepítque nobis dominus vt faciamus omnia legitima hæc, & timeamus dominũ deum nostrum, vt bene sit nobis cunctis diebus vitæ nostræ, sicut est hodie. [25] Erítq; nostri misericors, si custodierimus & fecerimus omnia præcepta eius coram domino deo nostro, sicut mandauit nobis.

a. Quia in huiusmodi præceptis aliqua sũt circa mores, & dicuntur præcepta aliqua circa modum colẽdi deum, & dicuntur ceremoniæ aliqua circa iustum hominis conuictum, & dicuntur iudicia. de Lyra.

b. Non hoc totũ est de præcepto: quia ante præceptũ ad obedientiam animi præparantur. Audi Israel: hic nota obedientiam. Deus tuus, hic graciam. Deus vnus est, hic doctrinã. Quasi dicereturr: Obedíentiam exhibe, graciam intellige, veritatem agnosce. Audi Israel, hoc est, ausculta, acquiesce. Omnis enim virtus ab obedientia incipit, quemadmodum omne vitium ab inobedientia procedit. Frustra nanque vel inobedienti gratia, vel contumaci doctrina, vel non intelligenti præceptum dicereiur. Hugo. de S. Victore ibidem.

c. Neque enim & apostolus Paulus desperauerat adiutorium prõcretionémque diuinam, fidémque perditurum, quando pẽ murum in sporta submissus est, vt inimicorum manus effugeret. Non ergo in deum non credendo sic fugit, sed deũ tẽtarer, si fugere nollisset, cum sic fugere potuisset. Augu. lib. 22. contra Faustũ Manichæum.

Nulla cum gentibus societas contrahenda, verùm illæ illarúmque sunt delenda simulachra. VII.

A VUm † verò introduxerit te dominus deus tuus in terram quam possessurus a. Quia septem illæ gentes maioris esse numeri dicũtur: hæc ratio est, quia plura vitia sunt quàm virtutes. Cassianus.
ingredieris, [a] & deleuerit gentes multas coram te, † Hethæum, & Gergesæũ, & Amorræum, Chananæum, & Pherezæum, & Heuæum, & Iebusæum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

septem gentes multo maioris numeri quàm tu es,& robustiores te, [2] tradideritq; eas dominus deus tuus tibi,percuties eas vsq; ad internecionem.† Nō inibis cum eis fœdus,nec misereberis earum,[b 3] neque sociabis cum eis coniugia. Filiam tuam non dabis filio eius,nec filiā illius accipies filio tuo:[4] quia seducet filiū tuū ne sequatur me; & vt magis seruiat diis alienis:iraſcetúrq; furor domini,& delebit te cito. [5] Quin potius hæc facietis eis:† Aras eorum subuertite,& cōfringite statuas,lucósque succidite,& sculptilia comburite:† [6] quia populus sanctus es domino deo tuo. Te elegit dominus deus tuus,vt sis ei populus peculiaris de cūctis populis qui sunt super terram. [7] Non quia cunctas gentes numero vincebatis,vobis iunctus est dominus, & elegit vos,cū omnibus sitis populis pauciores:[c 8] sed quia dilexit vos dominus,& custodiuit iuramentum quod iurauit patribus vestris.† Eduxitq; vos in manu forti, & redemit de domo seruitutis,de manu Pharaonis Regis Ægypti: [9] & scies quia dominus deus tuus ipse est deus fortis, & fidelis, custodiens pactum & misericordiam diligentibus se,& iis qui custodiunt præcepta eius, in mille generationes,[10] & reddēs odientibus se statim,ita vt disperdat eos, & vltra non differat, protinus eis restituens quod merentur.[11] Custodi ergo præcepta & ceremonias atq; iudicia quæ ego mando tibi hodie,vt facias.[12] Si postquam audieris hęc iudicia,custodieris ea & feceris:custodiet & dominus deus tuus tibi pactū & misericordiam quam iurauit patribus tuis:[13] & diliget te,& multiplicabit,benedicétque fructui ventris tui,& fructui terrę tuæ,frumento tuo atq; vindemiæ, oleo & armentis, gregibus ouium tuarum super terram† pro qua iurauit patribus tuis vt daret eā tibi.[14] Benedictus eris inter omnes populos. Nō erit apud te sterilis vtriusq; sexus tam in hominibus quàm in gregibus tuis.[15] Auferet dominus à te omnem languorem:& infirmitates Ægypti pessimas quas nouisti,non inferet tibi,sed cūctis hostibus tuis.[16] Deuorabis omnes populos quos dominus deus tuus daturus est tibi.Non parcet eis oculus tuus,nec seruies diis eorum,ne sint in ruinam tui.[17] Si dixeris in corde tuo:Plures sunt gētes istę quàm ego,quomodo potero delere eas?[18] noli metuere,sed recordare quæ fecerit dominus deus tuus Pharaoni & cunctis Ægyptiis,[19] plagas maximas quas viderunt oculi tui,& signa atque portēta, manúmque robustam,& extentum brachium,vt educeret te dominus deus tuus. Sic faciet cūctis populis quos metuis.[20] Insuper & crabrones mittet dominus deus tuus in eos,donec deleat omnes atq; disperdat qui te fugerint, & latere potuerint.† [21] Nō timebis eos,quia dominus deus tuus in medio tui est,deus magnus & terribilis.[22] Ipse consumet nationes has in conspectu tuo paulatim atq; per partes: Non poteris eas delere pariter:ne fortè multiplicentur contra te bestiæ terræ.[23] Dabitq; eos dominus deus tuus in conspectu tuo:& interficiet illos,donec penitus deleantur.[24] Tradétque reges eorum in manus tuas,& disperdes nomina eorum sub cœlo.Nullus poterit resistere tibi,donec conteras eos.† [25] Sculptilia eorum igne combures.[d] Non concupisces argentum & aurum de quibus facta sunt,neque assumes ex eis tibi quicquam,ne offendas propter ea, quia abominatio est domini dei tui: [26] nec inferes quippiam ex idolo in domum tuam,ne fias anathema,sicut & illud est. Quasi spurcitiam detestaberis,& velut inquinamentum ac sordes abominationi habebis,quia anathema est.

b. Dominus per Esdrā iussit vxores alienigenas quicunq; tunc habere prohibeant, nec & ipsi seducerentur per eas,vt colerent deos alienos. Aug. de adult. coniug. cap. 18.

c. Quia dilexit vos dominus ex sua benignitate, & ex merito patrum, ne qui putent ipsos Israelitas exteros numero & fortitudine excellere. de Lyra.

d. Satis apparet aut ipsos primatorvsvsum talibus esse prohibitos: aut ne sic aliquid inde inferatur in domum vt honoretur. Tunc enim est abominatio & execratio, non cum talibus sacrilegiis honor aperissima destructione subuertitur. Aug. epist. 154.

Dei beneficia & afflictiones ad pietatem inducere debent,immemores verò eorum puniendi. VIII.

A OMne mandatū quod ego præcipio tibi hodie, caue diligenter vt facias: vt possitis viuere,& multiplicemini,ingressique possideatis terram pro qua iurauit dominus patrib⁹ vestris.[a 2] Et recordaberis cūcti itineris per quod adduxit te dominus deus tuus quadraginta annis per desertum, vt affligeret te,atque tentaret, [a] & nota fierent quæ in tuo animo versabantur,vtrū custodires mandata illius,an non.[3] Afflixit te penuria, & dedit tibi cibū manna,quod ignorabas tu & patres tui: vt ostenderet tibi quòd †non [b] in solo pane viuit

a. Intelligitur enim positū esse vt sciat, pro eo quod est, vt scire faciat: quomodo dilucide dictum est, vt tētaret te, & cognita faceret quæ in corde tuo sunt. non enim ait vt cognosceret: quod quidē si dixisset, intelligendum erat, cognita faceret. Aug. q. 23. super Deut.

b Siue hoc, siue quid aliud putamus, nunquam tamen dominū reliquimus, qui potest esurientem etiā sermone pascere. Chrysost. in Matth. homil. 15.

viuit homo,sed in omni verbo quod egreditur de ore domini.[a 4] Vestimentum tuum B quo operiebaris, nequaquam vetustate defecit, & pes tuus non est subtritus, en quadragesimus annus est:† [5] vt recogites in corde tuo, quia sicut erudit filiū suū homo, sic dominus deus tuus erudiuit te,[6] vt custodias mādata domini dei tui,& ambules in viis eius,& timeas eum.[7] Dominus enim deus tuus [c] introducet te in terram bonam, terram riuorum,aquārúmq;,& fontium,in cuius campis & montibus erumpunt fluuiorum abyssi: [8] terrā frumenti,hordei,ac vinearum,in qua ficus, & malogranata,& oliueta nascuntur:terrā olei ac mellis,[9] vbi absq; vlla penuria comedes panem tuum, & rerum omnium abundantia perfruēris:cuius lapides ferrum sunt,& de montibus eius æris metalla fodiūtur:[10] vt cum comederis,& satiatus fueris, benedicas domino C deo tuo pro terra optima quam dedit tibi. [11] Obserua & caue nequando obliuiscaris domini dei tui, & negligas mandata eius atque iudicia, & ceremonias quas ego præcipio tibi hodie:[12] ne postquā comederis & satiatus fueris, domos pulchras ædificaueris,& habitaueris in eis,[13] habuerisque armenta boum,& ouium greges,argenti & auri cunctarúmque rerum copiam,[14] eleuetur cor tuum,& non reminiscaris domini dei tui,qui eduxit te de terra Ægypti,de domo seruitutis: [15] & ductor tuus fuit in so- D litudine magna atq; terribili,† in qua erat serpens flatu adurens, & scorpio ac dipsas, & nullæ omnino aquæ:† qui eduxit riuos de petra durissima,† [16] & cibauit te manna in solitudine,quod nescierūt patres tui. Et postquam afflixit ac probauit te, ad extremū misertus est tui,[17] ne diceres in corde tuo:Fortitudo mea, & robur manus meæ, hæc mihi omnia præstiterunt: [18] sed recorderis domini dei tui, quòd ipse vires tibi præbuerit,vt impleret pactum suum super quo iurauit patribus tuis,sicut præsens indicat dies.[19] Sin autem oblitus domini dei tui,secutus fueris deos alienos, coluerisq; illos,& adoraueris:ecce nunc prædico tibi, quòd omnino dispereas. [20] Sicut gentes quas deleuit dominus in introitu tuo,ita & vos peribitis, si inobedientes fueritis voci domini dei vestri.

c. Hoc dicitur, vt scirent quòd terram illam non obtinerent virtute propria, sed diuina. de Lyra.

Non tribuant Iudæi suæ virtuti,quòd terram promissam ingrediantur, & ex tot aduersitatibus eripiantur. IX.

A AVdi Israel: Tu transgredieris hodie Iordanem, vt possideas nationes maximas & fortiores te,ciuitates ingētes,& ad cœlum vsque muratas, [2] populum magnum atque sublimem,filios Enacim, quos ipse vidisti, & audisti, quibus nullus potest ex aduerso resistere. [3] Scies ergo hodie quòd dominus deus tuus ipse transibit ante te, ignis deuorans atque consumens,qui cōterat eos & deleat atq; disperdat ante faciem tuam velociter, sicut locutus est tibi. [4] Ne dicas in corde tuo cum deleuerit eos dominus deus tuus in conspectu tuo: [a] Propter iustitiam meam introduxit me dominus vt terram hanc possiderem,cum propter impietates suas istę deletę sint nationes.[5] Neq; enim propter iustitias tuas,& æquitatem cordis tui ingredieris vt possideas terras earum: sed quia illæ egerunt impiè,introeunte te deletæ sunt,& vt compleret verbum suum dominus, quod sub iuramēto pollicitus est patribus tuis Abraham,Isaac,& Iacob. [6] Scito ergo quòd non propter [b] iustitias tuas dominus deus tuus dederit tibi terram hanc optiB mam in possessionem,cum durissimæ ceruicis sis populus.[7] Memento, & ne obliuiscaris quomodo ad iracundiam prouocaueris dominū deum tuum in solitudine,† & ex eo die quo egressus es ex Ægypto vsque ad locum istum,semper aduersum dominum contendisti. [8] Nam & in Horeb prouocasti eum: & iratus delere te voluit, [9] quando ascendi in mōtem vt acciperē duas tabulas lapideas pacti quod pepigit vobiscum deus. Et perseueraui in mōte quadraginta diebus ac noctibus panem non comedens,& aquam nō bibens.[10] Deditq; mihi dominus duas tabulas lapideas scriptas digito dei,& cōtinentes omnia verba quæ vobis locutus est in mōte de medio ignis, quando concio populi congregata est.[11] Cúmq; transissent quadraginta dies & totidē noctes,dedit mihi dominus duas tabulas lapideas,tabulas fœderis,[12] dixitq; mihi:

a. Si quando videris inter multa opera peccatorum facere quempiam nonnulla quæ iusta sunt, non est tā iniustus deus, vt propter multa mala peccatorum obliuiscatur bonorum: sed facient eum illarum mentem metere, quæ in bonam terram seminauerit, & in sua horrea cōgregare. Hier. super c. 2. Aggei.

b. Certè isti sunt qui non metuerūt perire in deserto, quia nesciebant desertam vel finitimam. Aug. ibi. q. 14. in Deut.

Universidad de Deusto
Biblioteca

† Surge, & descẽde hinc citò, quia populus tuus quem eduxisti de Ægypto, deseruerunt velociter viam quã demonstrasti eis, fecerúntq; sibi conflatile. [13] Rursúmq; ait dominus ad me: Cerno quòd populus iste duræ ceruicis sit: [14] Dimitte me vt conterã eum, & deleam nomen eius sub cœlo, & constituam te super gentem quæ hac maior & fortior sit. [15] Cúmq; de monte ardente descẽderem, & duas tabulas fœderis vtraque tenerem manu, [16] vidissémq; peccasse vos domino deo vestro, & fecisse vobis vitulum conflatilẽ, ac deseruisse velociter viam eius quam vobis ostenderat, † [17] proieci tabulas de manibus meis, confregiq; eas in conspectu vestro. [18] Et procidi ante dominum sicut prius, quadraginta diebus & noctibus panem non comedens, & aquam non bibens, propter omnia peccata vestra quæ gessistis contra dominum, & eum ad iracundiã prouocastis. [19] Timui enim indignationẽ & iram illius, qua aduersum vos cõcitatus delere vos voluit. Et exaudiuit me dominus etiã hac vice. [20] Aduersum Aaron quoque vehementer iratus voluit eum conterere, & pro illo similiter deprecatus sum. [21] Peccatum autẽ vestrum quod feceratis, id est vitulum, arripiens, igne cõbussi; & in frusta comminuens, omninóq; in puluerem redigens, proieci in torrẽtem qui de monte descendit. [22] In incendio quoque, & in tentatione, & in sepulchris concupiscẽtiæ prouocastis dominũ: [23] & † quando misit vos de Cades Barne, dicens, Ascẽdite, & possidete terram quam dedi vobis, & contempsistis imperium domini dei vestri, & non credidistis ei, neque vocem eius audire voluistis, [24] sed semper fuistis rebelles à die qua nosse vos cœpi. [25] Et iacui coram domino quadraginta diebus ac noctibus, quibus eum suppliciter deprecabar, ne deleret vos, vt fuerat comminatus: [26] & orãs dixi: Domine deus, ne disperdas populum tuum, & hereditatem tuam, quam redemisti in magnitudine tua, quos eduxisti de Ægypto in manu forti. [27] Recordare seruorum tuorum Abraham, Isaac, & Iacob. Ne aspicias duritiã populi huius, & impietatem atq; peccatum, [28] ne fortè dicant habitatores terrę de qua eduxisti nos: Non poterat dominus introducere eos in terram quam pollicitus est eis, & oderat illos, idcirco eduxit, vt interficeret illos in solitudine. [29] qui sunt populus tuus & hæreditas tua, quos eduxisti in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento.

Tabularum secundarum instauratio, Leuitarum officia, timor dei, & dilectio ad pietatem & obsequium mouere debent. X.

a. Satis manifestat eundem Moysen in tabulis hæc decem verba scripsisse, non deum. Nisi forte violenter quidem, sed certa necessitate compellimur, vbi dictum est, Et scripsit in tabulis verba testamẽti, decem verba, non Moysen subaudire, sed dominum. Aug. qu. 58. super Deut. li. 1. ca. 58. Denique decẽ sermones illi in tabulis nihil nouum docent, sed quod obliteratum fuerat, admonẽt, vt iustitia in illis ignium more quasi adflatu quodã legis stupita recalesceret: prosecto autem poterant intellecta plus in hominibus vitia fugienda, quæ lex damnasset etiam in pecoribus. Tertul. de cibis Iudaic.

c. Quando ille iubet se diligi, tunc maximè offendit quòd te diligit. Nihil enim ira nostram salutem cõferat, atque illum diligere. Chryso.

[1] IN † tempore illo dixit dominus ad me: [a] Dola tibi duas tabulas lapideas sicut priores fuerunt, & ascende ad me in montem: faciésque arcam ligneam, [2] & scribam in tabulis verba quæ fuerunt in iis quas antè confregisti, ponésque eas in arca. [3] Feci igitur arcam de lignis sethim. Cúmque dolassem duas tabulas lapideas instar priorum, ascendi in montem habens eas in manibus. [4] Scripsítque in tabulis iuxta id quod prius scripserat, [b] verba decem quę locutus est dominus ad vos in monte de medio ignis, quando populus congregatus est, & dedit eas mihi. [5] Reuersúsq; de monte descendi, & posui tabulas in arcã quam feceram, quæ hucusque ibi sunt: sicut mihi præcepit dominus. † [6] Filij autem Israel castra mouerunt ex Beroth filiorum Iacan in Mosera, † vbi Aarõ mortuus & sepultus est, pro quo sacerdotio functus est filius eius Eleazar. [7] Inde venerũt in Gadgad, de quo loco profecti, castrametati sunt in Ietebatha, in terra aquarũ atq; torrẽtium. [8] Eo tempore separaui tribum Leui, vt portaret arcam fœderis domini, & staret coram eo in ministerio, ac benediceret in nomine illius vsq; in præsentem diẽ. [9] Quamobrem non habuit Leui partẽ neq; possessionem cũ fratribus suis: quia ipse dominus possessio eius est, sicut promisit ei dominus deus tuus. [10] Ego autẽ steti in mõte, sicut prius quadraginta diebus ac noctibus, exaudiuítque me dominus etiam hac vice, & te perdere noluit. [11] Dixítque mihi: Vade, & præcede populum, vt ingrediatur & possideat terram quã iuraui patribus eorũ vt traderẽ eis. [12] Et nũc Israel [c] quid dominus deus tuus petit à te, nisi vt timeas dominum deum tuum, & ambules in viis eius, & diligas eum, ac seruias domino deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua, [13] custodiásq; mãdata domini,

domini, & ceremonias eius quas ego hodie præcipio tibi, vt bene sit tibi? [14] En dñi dei tui cœlum est, & cœlum cœli, terra, & omnia quæ in ea sunt: [15] & tamen patribus tuis conglutinatus est dominus, & amauit eos, elegítque semen eorum post eos, id est vos de cunctis gentibus, sicut hodie cõprobatur. [16] Circuncidite igitur præputiũ cordis vestri, & ceruicẽ vestram ne indureris amplius: [17] quia dñs deus vester ipse est deus deorum, & dominus dominantium, deus magnus & potens & terribilis, † qui personam nõ accipit, nec munera. [18] Facit iudicium pupillo & viduæ: amat peregrinum, & dat ei victũ atq; vestitũ. [19] Et vos ergo amate peregrinos, quia & ipsi fuistis aduenæ in terra Ægypti. [20] Dñm deum tuum timebis, & ei soli seruies. Ipsi adhærebis, [d] iurabísq; in nomine illius. [21] Ipse est laus tua, & deus tuus, qui fecit tibi hæc magnalia & terribilia quæ viderunt oculi tui. † [22] In septuaginta animabus descenderũt patres tui in Ægyptum, & ecce nunc multiplicauit te dominus deus tuus sicut astra cœli.

d. Non ita præceptũ accipiendũ est quasi iurari insserit, sed in alterius alicui⁹ dei nomine iurare prohibuit. Melius autẽ sit, si secũdũ euãgelũ non iurauerit⁹ nõ quia mala est vera iuratio, sed ne in periuriũ incidatur facilitate iurãdi. Augu⁹. quæst. 22. super Deut.

Dei beneficia, & terribilia in Pharaonem signa, ad dei amorem incitare debent. XI.

[1] AMa itaque dominum deum tuum, & obserua præcepta eius & ceremonias, iudicia atq; mandata omni tempore. [2] Cognoscite hodie, quæ ignorant filij vestri, qui non viderunt disciplinam domini dei vestri, magnalia eius & robustam manum, extentúmq; brachium, [3] signa & opera quæ fecit in medio Ægypti Pharaoni Regi, & vniuersæ terræ eius, [4] omniq; exercitui Ægyptiorum, & equis ac curribus, quomodo operuerint eos aquæ maris rubri cum vos persequerentur, & deleuerit eos dominus vsque in præsentem diem: [5] vobísque quæ fecerit in solitudine, donec veniretis ad hunc locum: † & [6] Dathan atque Abiron filiis Eliab, qui fuit filius Ruben, quos aperto ore suo terra absorbuit cum domibus & tabernaculis & vniuersa substantia eorum, quam habebant in medio Israel. [7] Oculi vestri viderunt omnia opera domini magna quę fecit, [8] vt custodiatis vniuersa mandata illius, quæ ego hodie præcipio vobis: & possitis introire & possidere terram ad quam ingredimini, [9] multóq; in ea viuatis tempore: quam sub iuramento pollicitus est dominus patribus vestris, & semini eorum, lacte & melle manantẽ. [10] Terra enim ad quam ingrederis possidendam, non est sicut terra Ægypti de qua existi, vbi iacto semine [a] in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ, [11] sed montuosa est, & campestris, de cœlo expectans pluuias, [12] quam dominus deus tuus semper inuisit, & oculi illius in ea sunt à principio anni vsque ad finem eius. † [13] Si ergo obedieritis mãdatis meis, quæ ego hodie præcipio vobis, vt diligatis dominum deum vestrum, & seruiatis ei in toto corde vestro, & in tota anima vestra, [14] dabit pluuiam terræ vestræ temporaneam & serotinam, vt colligatis frumentum, & vinum, & oleũ, [15] fœnúmque ex agris ad pascenda iumẽta, vt & ipsi comedatis ac saturemini. [16] Cauete ne fortè decipiatur cor vestrum, & recedatis à dño, seruiatísq; [b] diis alienis, & adoretis eos: [17] iratúsq; dñs claudat cœlum, & pluuiæ non descendant, nec terra det germen suum, pereatísq; velociter de terra optima quam dominus daturus est vobis. † [18] Ponite hæc verba mea in cordibus & in animis vestris, & suspendite ea pro signo in manibus, & inter oculos vestros collocate. [19] Docete filios vestros, vt illa meditentur. Quando sederis in domo tua, & ambulaueris in via, & acubueris atq; surrexeris, [c] [20] scribes ea super postes & ianuas domus tuæ: [21] vt multiplicentur dies tui, & filiorum tuorum in terra quam iurauit dñs patribus tuis, vt daret eis quamdiu imminet cœlũ terræ. [22] Si enim custodieritis mandata quæ ego præcipio vobis, & feceritis ea, vt diligatis dñm deum vestrum, & ambuletis in omnibus viis eius, adhærentes ei, [23] disperdet dominus omnes gentes istas ante faciem vestram, & possidebitis eas, quæ maiores & fortiores vobis sunt. † [24] Omnis locus quem calcauerit pes vester, vester erit. A deserto, & Libano, & flumine magno Euphrate, vsq; ad mare occidentale, erũt termini vestri. [25] Nullus stabit contra vos. Terrorem vestrum atque formidinem dabit dominus deus vester super omnem terram quam calcaturi estis, sicut locutus est vobis. [d] [26] En propono in conspectu vestro hodie benedictionem & maledictionem: [27] benedictionem, si

a. Agri enim Aegyptij necesse semper habẽt irrigati instar hortorum, quia nũquam pluit ibidem.
b. Quòd ũ multos deos vis introducere, vide ne exitũ serpentis similem sortiaris. Terrã comedere cõdemnatur, quòd primũ omnium appellatione deorũ introduxit in mundũ. Clemens lib. 5. Recognit.
c. Quid est quòd Moyses præcepit commẽdans verbũ domini, & ait: Scribes ea super postes, &c. cũ hoc secundũ proprietatẽ nemo fecisse Israelitarum cõmemoretur vel legatur? nisi forte hyperbolica cõmendatio sit. Aug. ibi. q. 17.
d. Proide ũ in lege male facto est, in fide verò benedictio, vtrunq; habes propositum apud creatorẽ. Eum inquã proponò, &c. Tertul. aduersus Marcionẽ lib. 1. Item deus nõ reliquit intrinsecus hominẽ inermẽ, ratione scilicet & prudentia, vt per intellectũ vigoremq; mentis, quo cæteris præstabat animalib⁹ factorẽ omniũ solus agnosceret & inde seruiret deo, vnde alijs dominabatur. Quem tamẽ iustitiæ dominus voluntarium esse voluit, non coactum. Et ideo reliquit eũ in manu cõsilij sui, posuítq; ante eum vitam & mortem, bonum & malũ, & quod placuerit ei, dabitur illi. Hiero. ad Demetriadẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

obedieritis mandatis domini dei vestri,quæ ego hodie præcipio vobis:[28] maledictionem,si non obedieritis mandatis domini dei vestri,sed recesseritis de via quam ego nunc ostendo vobis,& ambulaueritis post deos alienos,quos ignoratis.[29] Cum vero introduxerit te dominus deus tuus in terram ad quam pergis habitandā, † pones benedictionem super montem Garizim,maledictionem super montem Ebal,[30] qui sunt trans Iordanem post viam quæ vergit ad solis occubitum,in terra Chananæi,qui habitat in campestribus contra Galgalam, quæ est iuxta vallem tendentem & intrantē procul.[31] Vos enim transibitis Iordanem, vt possideatis terram quam dominus deus vester daturus est vobis, vt habeatis & possideatis illam. [32] Videte ergo vt impleatis ceremonias atq; iudicia quæ ego hodie ponam in conspectu vestro.

Exterminetur idololatria, decimæ & primitiæ reddantur,ac sacrificia certo loco sanguinem vitando soluantur. XII.

HÆc sunt præcepta atque iudicia quæ facere debetis in terra quam dominus deus patrum tuorum daturus est tibi,vt possideas eam cunctis diebus quibus super humum gradieris. [1] Subuertite omnia loca in quibus coluerunt gentes quas possessuri estis,deos suos, super montes excelsos, & colles,& subter omne lignum frondosum.† [2] Dissipate aras earum,& confringite statuas,lucos igne comburite, & idola comminuite, disperdite nomina earum de locis illis. [3] Nō facietis ita domino deo vestro: [4] sed ad locum quem elegerit dominus deus vester de cunctis tribubus vestris vt ponat nomen suum ibi,& habitet in eo,venietis, [5] & offeretis in loco illo holocausta,& victimas vestras,decimas,& primitias manuū vestrarum, & vota atq; donaria, primogenita boum & ouium, [6] & comedetis ibi in conspectu domini dei vestri,ac lætabimini in cunctis ad quæ miseritis manum, vos & domus vestræ,in quibus benedixit vobis dominus deus vester. [7] Non facietis ibi quæ nos hic facimus hodie,singuli quod sibi rectum videtur. [8] Neque enim vsque in præsens tempus venistis ad requiem,& possessionē quam dominus deus vester daturus est vobis. [9] Trāsibitis Iordanē,& habitabitis in terra quam dominus deus vester daturus est vobis,vt requiescatis à cunctis hostibus per circuitum, & absque vllo timore habitetis [10] in loco quem elegerit dñs deus vester, vt sit nomen eius in eo. Illuc omnia quę præcipio cōferetis,holocausta,& hostias,ac decimas,& primitias manuū vestrarū,& quicquid præcipuum est in muneribus quę vouistis domino. [11] Ibi epulabimini coram dño deo vestro vos & filij & filiæ vestræ,famuli & famulæ, atq; Leuites qui in vestris vrbibus commoratur. † Neque enim habet aliam partem & possessionem inter vos. [12] [13] Caue ne offeras holocausta tua in omni loco quē videris: [14] sed in eo quem elegerit dñs in vna tribuum tuarum offeres hostias, & facies quæcunque præcipio tibi. [15] Si autem comedere volueris,& te esus carniū delectauerit,occide & comede iuxta benedictionem dñi dei tui,quā dedit tibi in vrbibus tuis:siue immundum fuerit,hoc est maculatum & debile:siue mundum,hoc est integrum & sine macula,quod offerri licet,sicut capream & ceruum,comedes, [16] absq; esu duntaxat sanguinis,quem super terram quasi aquam effundes. † [17] Non poteris comedere in oppidis tuis decimam frumenti & vini & olei tui,primogenita armentorum & pecorum, & omnia quæ voueris,& sponte offerre volueris, & primitias manuum tuarū: [18] sed coram dño deo tuo comedes ea in loco quem elegerit dominus deus tuus,tu & filius tuus & filia,& seruus & famula, atq; Leuites qui manet in vrbibus tuis : & lætaberis & reficieris coram domino deo tuo in cunctis ad quæ extēderis manum tuam. [19] Caue ne derelinquas Leuitem in omni tempore quo versaris in terra, [20] quando dilatauerit dñs deus tuus terminos tuos, † sicut locutus est tibi, & volueris vesci carnibus quas desiderat anima tua. [21] Locus autē quem elegerit dominus deus tuus vt sit nomē eius ibi,si procul fuerit,occides de armentis & pecoribus quæ habueris, sicut præcepi tibi,& comedes in oppidis tuis,vt tibi placet. † [22] Sicut comeditur caprea & ceruus, ita vescēris eis,& mundus & immundus in commune vescētur: [23] hoc solum caue, ne sanguinem

a. Nunc illud videamus in quo crudelitatis vitiū Manichæi solēt obicere Moysi, vel inimici harum literarum, vel expertes omniū literarū. Nunc autem quid etiam propheticæ significationis habuerit requirēdū est, quod ex eis multos, qui sibi absente ipso idolū fabricauerunt, sine vlla cuiusquam necessitudinis distinctione iussit interimi. Facile est vt intelligatur hominum illorū interemptionem significare vitiorum talium insecutionem, qualibus illi ad eandem idololatriā deflexerunt. Augustin. contra Faustum Manichæum lib. 22. ca. 92.

b. In ipsis festis Iudaicis nō tempus solum, verum & locum obseruare iussit ipsa lex Chryssost. aduer. Iudæ. Orat. 1.

D sanguinem comedas.[c] Sanguis enim eorum pro anima est : & idcirco non debes animam comedere cum carnibus: [24] sed super terram fundes quasi aquam, [25] vt bene sit tibi,& filiis tuis post te,cum feceris quod placet in conspectu domini. [26] Quæ autem sanctificaueris & voueris dño,tolles,& venies ad locum quem elegerit dñs, [27] & offeres oblationes tuas,carnem & sanguinem super altare domini dei tui. Sanguinem hostiarum fundes in altari,carnibus autē ipse vescēris. [28] Obserua & audi omnia quæ ego præcipio tibi,vt bene sit tibi,& filiis tuis post te in sempiternū,cum feceris quod bonum est & placitum in conspectu domini dei tui. † [29] Quando disperdiderit dñs deus tuus ante faciem tuam gentes ad quas ingrederis possidendas,& possederis eas, atq; habitaueris in terra earum: [30] caue ne imiteris eas postquam te fuerint introeunte subuersæ,& requiras ceremonias earum,dicens: Sicut coluerunt gentes istæ deos suos,ita & ego colam. [31] Non facies similiter domino tuo. Omnes enim abominationes quas auersatur dominus,fecerunt,diis suis offerentes filios & filias, & comburētes igni. [32] Quod præcipio tibi,hoc tantùm facito domino,nec addas quicquam, nec minuas.

c. Id est sedes animæ, quia sanguine alitur & seruatur vita,animam vocat vitam.

Pseudopropheta à fide auertens,eiúsque substantia destruatur. XIII.

SI [1] † surrexerit in medio tui prophetes,aut qui somnium vidisse se dicat,& prædixerit signum atq; portentum,[2] & euenerit quod locutus est,& dixerit tibi : Eamus & sequamur deos alienos quos ignoras , & seruiamus eis: [3] non audies verba prophetæ illius aut somniatoris , [b] quia tentat vos dominus deus vester , vt palam fiat , vtrum diligatis eum , an non,in toto corde, & in tota anima vestra. [4] Dominum deum vestrum sequimini,& ipsum timete, & mandata illius custodite,& audite vocē eius. Ipsi seruietis,& ipsi adhęrebitis. [5] Propheta autem ille aut fictor somniorum interficietur:quia locutus est vt vos auerteret à domino deo vestro,qui eduxit vos de terra Ægypti,& redemit vos de domo seruitutis,vt errare te faceret de via quam tibi præcepit dominus deus tuus: & auferes malum de medio tui. † [6] Si tibi voluerit persuadere frater tuus filius matris tuę,aut filius tuus vel filia,siue vxor quę est in sinu tuo,aut amicus quem diligis vt animā tuā,clam dicens: Eamus & seruiamus diis alienis, quos ignoras tu & patres tui, [7] cunctarū in circuitu gētium quæ iuxta vel procul sunt,ab initio, vsq; ad finem terræ: [8] non acquiescas ei, nec audias,neq; parcat ei oculus tuus,vt miserearis,& occultes eū, [9] sed statim interficies. † Sit primùm manus tua super eum,& post te omnis populus mittat manū. [10] Lapidibus obrutus necabitur,quia voluit te abstrahere à domino deo tuo,qui eduxit te de terra Ægypti,de domo seruitutis: [11] vt & omnis Israel audiens timeat,& nequaquā vltrà faciat quippiam huius rei simile. † [12] Si audieris in vna vrbium tuarū quas dominus deus tuus dabit tibi ad habitandum,dicentes aliquos: [13] Egressi sunt [c] filij Belial de medio tui,& auerterunt habitatores vrbis tuæ,atq; dixerunt: Eamus,& seruiamus diis alienis,quos ignoratis: [14] quære sollicitè: & diligenter rei veritate perspecta, si inueneris certum esse quod dicitur , & abominationem hanc opere perpetratam, [15] statim percuties habitatores vrbis illius in ore gladij,& delebis eam , omniáq; quæ in illa sunt,vsq; ad pecora. [16] Quicquid etiā supellectilis fuerit, congregabis in medio platearum eius,& cum ipsa ciuitate succendes,ita vt vniuersa consumas domino deo tuo,& sit tumulus sempiternus. Non ædificabitur amplius, [17] & non adhærebit de illo anathemate quicquam in manu tua:vt auertatur dominus ab ira furoris sui,& misereatur tui,multiplicétq; te sicut iurauit patribus tuis, [18] quando audieris vocem domini dei tui , custodiens omnia præcepta eius, quæ ego præcipio tibi hodie , vt scias quod placitum est in conspectu domini dei tui.

a. Vbi sanè intelligi voluit, etiam illa quæ à diuinantibus non secundū deum dicuntur , si acciderint quæ dicuntur, nō accipienda fuc vt fiant quæ præcipiuntur ab eis,aut colantur quæ ab eis colucur. August. q. 19. super Deut.

b. Non enim vt sciat, quem nihil latet, sed vt scire nos faciat quantum in eius dilectione profecerimus, tētari nos permittit. Aug. de Genesi contra Manichæos lib. 1. cap. 22.

c. Diabolus Græcū verbum est, quod Latine dicitur criminator , lingua verò Hebræa satā appellatur, id est, aduersarius siue cōtrarius, & ab Apostolo Belial , hoc est absq; iugo, quod de collo suo dei abiecerit seruitutē, quem Aquila apostatam transtulit. Et sciendū vbicūq; in veterilege filij pestilentiæ scribantur,in Hebraicis voluminibus filij belial, hoc est diabolum pro pestilentia nominari. Hiero. super. 4. cap. ad Ephesios.

Gentium ritus super mortuo fugiendus,animalium mundorum & immundorum discretio facienda,& decimæ soluendæ. XIIII.

FIlij † estote domini dei vestri. Non vos incidetis,nec facietis caluitium super mortuo : [2] quoniam populus sanctus es domino deo tuo : & te elegit vt sis ei in populum peculiarem de cunctis gentibus quæ sunt super terram. † [3] Ne

Universidad de Deusto
Biblioteca

comedatis quæ immunda sunt.[4] Hoc est animal quod comedere debetis,bouem, & ouem & capram,[5]ceruum,& capream,bubalum,tragelaphum,pygargum,orygē,camelopardalum.†[6]Omne animal quod in duas partes findit vngulam,& ruminat,comedetis:[7]de iis autem quę ruminant,& vngulam non findunt,hæc comedere nō debetis:camelum,leporem,chœrogryllium, quia ruminant & non diuidunt vngulam, immunda erūt vobis.[8]Sus quoq; quoniam diuidit vngulā,& non ruminat,immunda erit.Carnibus eorum non vescemini,& cadauera non tāgetis.[9]Hæc comedetis ex B omnibus quę morātur in aquis.[b]Quæ habēt pinnulas,& squammas,comedite:[10]quę absq; pinnulis & squammis sunt,ne comedatis,quia immūda sunt.[11]Omnes aues mūdas comedite.[12]Immundas ne comedatis:aquilam scilicet,& gryphem, & haliaeton, [13] ixon,& vulturē,ac miluum iuxta genus suum,[14]& omne coruini generis,[15] & strugnum,& ibin,[17]ac mergulum,porphyrionem,& nycticoracem,[18] onocrotalum, & charadrium,singula in genere suo:vpupam quoque,& vespertilionē:[19]&omne quod reptat,& pinnulas habet,immundum erit,& non comedetur.[20]Omne quod mundū est,comedite.[7]Quicquid autem morticinum est,ne vescamini ex eo. Peregrino qui C intra portas tuas est,da vt comedat,aut vende ei,quia tu populus sanctus domini dei tui es.† Nō coques hœdum in lacte matris suę.[22]Decimam partem separabis de cūctis fructibus tuis qui nascuntur in terra per annos singulos,[23] & comedes in cōspectu domini dei tui in loco quem elegerit,vt in eo nomen illius inuocetur,†decimam frumenti tui,& vini,& olei,& primogenita de armētis & ouibus tuis: vt discas timere dominum deum tuum in omni tempore.[24] Cum autē longior fuerit via,& locus quem elegerit dominus deus tuus,tibiq; benedixerit, nec poteris ad eum hæc cuncta portare,[25]vendes omnia,& in pretium rediges,portabisq; manu tua, & proficiscēris D ad locum quem elegerit dominus deus tuus: [26] & emes ex eadem pecunia quicquid tibi placuerit,siue ex armētis,siue ex ouibus,vinum quoq, & siceram, & omne quod desiderat anima tua,& comedes coram domino deo tuo, & epulaberis tu & domus tua,[27]& Leuita qui intra portas tuas est. Caue ne derelinquas eum,quia non habet aliam partem in possessione tua.†[d][28] Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus quæ nascuntur tibi eo tempore,& repones intra ianuas tuas:[29]veniētque Leuites qui aliam non habet partem nec possessionem tecum,& peregrinus ac pupillus & vidua,qui intra portas tuas sunt,& comedent,& saturabuntur:vt benedicat tibi dominus deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum quæ feceris.

a. Interdixit ergo ne porcina carne vescerentur, id est, ne vitam porcorum imitarentur: qui ad solam mortem nutriuntur:ne vestri ac voluptati seruientes, ad faciendam iustitiam inutiles essent, ac morte afficerentur. Iactan. lib. 4. ca. 17. Item cū cibo suem prohibet adsumi: reprehendit vtiq; cœnosam, & luteam, & gaudentem vitiorum foetidous vitam, bonum inum non in anim: generositate, sed in sola carne ponētem. Tertul. de cibis Iudaicis.

b. Quæ sunt requisitæ conditiones ad mundorum piscium tam fluuiorum quām maris electionem: & quòd pinnulas natatorias habeant, & quòd squammas, vt habes Leuiti, 11. Lact. lib. 4. c. Quando nocturn interdicit, odit lucifugas veritatis: quando cygnum, cernis altæ superbos: quando charadrium, garrulū animi hunguę intēperantis: quādo vespertilionem, quærentes cenebras noctis fimul & errores. Tertul. de cibis Iudaicis.

d. Intelligitur enim vno anno interposito. In 70. autē interp. quoniam post tres annos dixit, incertum est verum eos medios esse voluerit: vt quinto quoq; anno fieret. Augus. q. 20. super Deutero.

Lex septimi anni remissionis in quos exerceatur. XV.

SEptimo anno facies remissionem,[1] quæ hoc ordine celebrabitur: Cui A debetur aliquid ab amico vel proximo ac fratre suo,repetere non poterit:quia annus remissionis est domini.[3]Aperegrino & aduena exiges,ciuem & propinquum repetendi non habebis potestatem. [4] Et[a] omnino indigens& mendicus non erit inter vos:vt benedicat tibi dominus deus tuus in terra quam traditurus est tibi in possessionem:[5] si tamen audieris vocem domini dei tui,& custodieris vniuersa quæ iussit,& quæ ego hodie præcipio tibi, benedicet tibi,vt pollicitus est.†[6]Fœnerabis gentibus multis, & ipse à nullo accipies mutuū.Dominaberis nationibus plurimis,& tui nemo dominabitur.[7] Si vnus de fratribus tuis qui morantur intra portas ciuitatis tuæ in terra quam dñs deus tuus daturus B est tibi,ad paupertatē deuenerit:non obdurabis cor tuum,nec cōtrahes manū,[8]sed aperies eam pauperi,†& dabis mutuum quo eū indigere perspexeris.[9] Caue ne subrepat tibi impia cogitatio,& dicas in corde tuo: Appropinquat septimus annus remissionis,& auertas oculos à paupere fratre tuo, nolens ei quod postulat mutuū cōmodare:ne clamet contra te ad dñm,& fiat tibi in peccatū:[10]Sed dabis ei:nec ages quippiam callidè in eius necessitatibus subleuandis: vt benedicat tibi dominus deus tuus in omni tempore, & in cunctis ad quæ manum miseris. †[11] Non deerunt pauperes c in terra

a. Hic quidam calumniātur &. mendicos, & mendicitatem: contra quos Chryso. Mendicipsi, inquit, vtam ecclesiæ templorum fortes admoti, pulcher, imum quendam, & ornamentum maximum præstant, vt his fine plenitudo ecclesiæ perfecta esse non possit. Chryso. 1. Cor. 12. Homi. 30.

in terra habitationis tuæ:idcirco ego præcipio tibi,vt aperias manum fratri tuo egeno & pauperi,qui tecum versatur in terra.†[b][12]Cū tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus aut Hebræa,& sex annis seruierit tibi,in septimo anno dimittes eum liberum. [13]Et quem libertate donaueris,nequaquam vacuum abire patieris,[14] sed dabis viatico de gregibus,& de area & torculari tuo, quibus dñs deus tuus benedixerit tibi. [15] Memento quòd & ipse seruieris in terra Ægypti, & liberauerit te dominus deus tuus,& idcirco ego nunc præcipio tibi.[16]Sin autem dixerit,Nolo egredi,eo quòd diligat te,& domum tuam,& bene sibi apud te esse sentiat,[17] assumes subulam,& perforabis aurem eius in ianua domus tuæ,& seruiet tibi vsq; in æternū. Ancillæ quoq; D similiter facies.[18]Non auertes ab eis oculos tuos,quando dimiseris eos liberos:quoniam iuxta mercedem mercenarij per sex annos seruiuit tibi:vt benedicat tibi dominus deus tuus in cunctis operibus quæ agis.[19] De primogenitis quæ nascuntur in armentis & ouibus tuis,quicquid est sexus masculini, sanctificabis dño deo tuo. Non operaberis in primogenito bouis,& non tondebis primogenita ouium. †[20] In conspectu domini dei tui comedes ea per annos singulos in loco quē elegerit dominus, tu & domus tua.[21]Sin autem habuerit maculam,& vel claudum fuerit,vel cæcū, aut in aliqua parte deforme vel debile,nō immolabitur domino deo tuo:[22]sed intra portas vrbis tuæ comedes illud. Tam mundus quàm immundus similiter vescentur eis quasi caprea & ceruo.†[23] Hoc solùm obseruabis,vt sanguinem eorum nō comedas, sed effundes in terram quasi aquam.

b. Hos emptos nō anno remissionis remitti voluit, quem septimū quemq; obseruari oportebat ab omnibus: sed anno septimo emptionis eius, quocunq; anno illorum septimus ille annus occurreret. August. quæst. 22. super Deut.

Tres precipuæ anni solennitates,iudicum officia,& idololatriam inducentia non eligenda. XVI.

OBserua[a] mensem nouarum frugum,& veri primum temporis, vt facias Phasę domino deo tuo: quoniam in isto mense eduxit te dominus deus tuus de Ægypto nocte.[2] Immolabisq; Phasę domino deo tuo de ouibus[b] & de bobus in loco quem elegerit dominus deus tuus vt habitet nomen eius ibi.[3]Non comedes in eo panem fermētatum.Septē diebus comedes absque fermento,afflictionis panem, quoniam in pauore egressus es de Ægypto: vt memineris diei egressionis tuæ de Ægypto omnibus diebus vitæ tuæ. [4]Nō apparebit fermētatum in omnibus terminis tuis septem diebus,& non remanebit de carnibus eius quod immolatum est vespere in die primo,vsq; mane.[5]Non poteris immolare Phasę in qualibet vrbium tuarū,quas dominus deus tuus daturus est tibi:[c]sed in loco quem elegerit dñs deus tuus vt habitet nomen eius ibi.[c] Immolabis Phasę vespere ad solis occasum,quando egressus es de Ægypto:[7] & coques & comedes in loco quem elegerit dominus deus tuus : manéq; consurgens vades in tabernacula tua.[8]Sex diebus comedes azyma,& in die septima, quia collecta est domini dei tui,non facies opus.[d][9] Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcem in segetem miseris,[10] & celebrabis[e] diem festum hebdomadarum dño deo tuo,oblationem spontaneā manus tuę,quam offeres iuxta benedictionē domini dei tui,[11]& epulaberis corā dño deo tuo,tu & filius tuus,& filia tua,& seruus tuus,& ancilla tua, & Leuites qui est intra portas tuas,& aduena ac pupillus & vidua qui morātur vobiscū, C in loco quē elegerit dñs deus tuus,vt habitet nomē eius ibi:[12]& recordaberis quoniā seruus fueris in Ægypto, custodiésque ac facies quæ præcepta sunt.[f][13] Solennitatem quoq; tabernaculorum celebrabis per septē dies,quando collegeris de area & torcularī fruges tuas:[14]&epulaberis in festiuitate tua,tu & filius tuus,& filia,& seruus tu[g]& ancilla:Leuites quoq;,& aduena & pupillus & vidua qui intra portas tuas sunt.[15] Septē diebus dño deo tuo festa celebrabis in loco quē elegerit dñs,benedicétq; tibi dominus deus tuus in cunctis frugibus tuis,& in omni opere manuū tuarū,eriscq; in lętitia.[16]Tribus vicibus per annū apparebit omne masculinum tuum in conspectu dñi dei tui in loco quem elegerit,in solennitate azymorum,& in solēnitate hebdomadarum,& in solennitate tabernaculorum. †[s] Non apparebit ante dominum vacuus:

a. Id est Nisan, qui partim nostro Martio, partim Aprili respondet.

b. Quid sibi vult hoc, quòd additur boues, cum immolatione paschæ de oue ritūmodo communi daretur, quam iubet accipi ex ouibus & hœdis, vel ex capris? Quod mysticè accipitur propter Christum, cui ex iustis & peccatoribus est origo carnalis. Aug. q. 14. super Deuter.

c. Paschā.

d. Si enim ab vniuerso populo lex hanc pœnecoste iubet obseruari, quamuis omnes vno die celebrāda est falcem iubet mitti? quamuis omnes vno die falcem mittāt, non vna est vniuerso populo: illa vero vna est, quæ cōputatur ab immolatione paschæ, vsq; in diem datæ legis in Sina. Aug. q. 15 super Deut.

e. Diem pentecosten.

f. Festum tabernaculorum.

g. Qui enim promerendæ vitæ mercedem bene agēdo non prouidet, in cōspectu domini vacuus apparet. Hinc de iustis per psalmum dicitur: Venientes autē venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Gregor. lib. 7. Moralium in 6. ca. Iob, cap. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

17 sed offerez vnusquisq; secundum quod habuerit iuxta benedictionem domini dei
sui quam dederit ei. †18 Iudices & magistros constitues in omnibus portis tuis, quas
dominus deus tuus dederit tibi, per singulas tribus tuas: vt iudicent populum iusto
iudicio, 19 nec in alteram partem declinent. †Non accipies personã, nec munera, quia
munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum. 20 Iustè quod iustum
est persequêris, vt viuas, & possideas terram quam dominus deus tuus dederit tibi.
21 Non plantabis lucum, & omnem arborem iuxta altare domini dei tui, nec facies ti-
bi atq; constitues statuam: quæ odit dominus deus tuus.

Hostia eligenda, idololatria plectenda, difficultas à quibus petenda, & Regis eligendi conditiones. XVII.

NOn immolabis domino deo tuo bouem & ouem in quo est macula, aut [A]
quippiam vitij: quia abominatio est dño deo tuo. 2 Cúmq; reperti fue-
rint apud te intra vnam portarũ tuarum quas dñs deus tuus dabit tibi,
vir aut mulier qui faciant malum in conspectu domini dei tui, & trans-
grediantur pactum illius, 3 vt vadant & seruiant diis alienis, & adorent
eos, solem & lunam, & omnem militiam cœli, quæ non præcepi: 4 & hoc tibi fuerit
nuntiatum, audiénsq; inquisieris diligẽter, & verum esse repereris, & abominatio fa-
cta est in Israel: 5 educes virum ac mulierem qui rem sceleratissimam perpetrarunt, ad
portas ciuitatis tuæ: & lapidibus obruentur. a †6 In ore duorũ aut trium testium peri-
bit qui interficietur. Nemo occidatur vno cõtra se dicente testimonium. 7 Manus te- [B]
stiũ prima interficiet eum, & manus reliqui populi extrema mittetur: vt auferas malũ
de medio tui. †b 8 Si difficile & ambiguũ apud te iudicium esse perspexeris inter san-
guinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicũ intra por-
tas tuas videris verba variari: surge, & ascẽde ad locum quem elegerit dominus deus
tuus, †9 veniésq; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tẽpore,
quærésq; ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem, 10 & facies quodcunq; dixerint
qui præsunt loco quem elegerit dñs, & docuerint te 11 iuxta legẽ eius, sequerisq; sen-
tentiam eorum, nec declinabis ad dextram neque ad sinistram. 12 Qui autẽ superbie- [C]
rit nolẽs obedire sacerdotis imperio qui eo tẽpore ministrat domino deo tuo, ex de-
creto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel: 13 cunctúsq; populus au-
diens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia. 14 Cum ingressus fueris terram
quam dominus deus tuus dabit tibi, & possederis eam, habitaueríq; in illa, & dixeris,
Constituam super me regem, sicut habẽt omnes per circuitum nationes: c 15 eum con-
stitues, quem dominus deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris
alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus. 16 Cúmq; fuerit consti- [D]
tutus, nõ multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Ægyptum, equitatus nu-
mero subleuatus, præsertim cum dñs præceperit vobis vt nequaquam amplius per
eandem viam reuertamini. d 17 Non habebit vxores plurimas, quæ illiciant animum
eius: neq; argenti & auri immensa pondera. 18 Postquam autem sederit in solio regni
sui, describet sibi deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à sa-
cerdotibus Leuiticæ tribus, 19 & habebit secum, legétque illud omnibus diebus vitæ
suæ, vt discat timere dominum deum suũ, & custodire verba & ceremonias eius, quę
in lege præcepta sunt. 20 Nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos, neque
declinet in partem dextram vel sinistram, vt longo tempore regnet ipse & filius eius
super Israel.

Sacerdotum & Leuitarum victus, pseudopropheta vero certis signis agnitus eliminandus. XVIII.

[A] †HAbebunt sacerdotes & Leuitæ, & omnes qui de eadẽ tribu sunt, par-
tem & hereditatẽ cum reliquo Israel: quia sacrificia dñi, & oblationes eius
comedent, 2 & nihil aliud accipient de possessione fratrum suorum. Domi-
nus enim ipse est a hæreditas eorum: sicut locutus est illis: 3 Hoc erit iudi-
cium sacer-

a. Alioquĩ & vnus testis plerunque verũ dicit, & plures plerunq; mẽtiũtur, potuitq; credi ũ est in exordio fidei vni Apostolo euãgelizanti, quam populis errãtibus, à quibus persecutionẽ patiebatur. Aug. contra Faust. Manich. lib. 16. ca. 13.
b. Vulgus iis quæ iudicium nõ habet, pbãdi doctrinat. quis enim mediocriter sanus non facile intelligat scripturarum expositione ab ut peręam esse, qui earum doctores se esse profitentur? Neque posse, imò id semper accidere, vt multa indocti videãtur abludada, quæ cũ à doctoribus exponũtur, ea laudanda videantur? Augus. de moribus eccleſiæ. cap. 1.
c. Cur displicuerit popul⁹ deo quando regem desiderauit, cum hic inueniatur esse permissus? Sed magis hic intelligẽdũ est meritò non fuisse id cũ voluntatem dei: quia hoc fieri non præcepit, desideratũ⁹ permittit: veruntamẽ præcepit ne fieret alienus, sed frater. Aug. q. 26. super Deut.
d. Quæritur vtrum Dauid contra hoc præceptũ non fecerit. Nõ enim vnam habuit vxorem. Num de Salomone manifestum quod transgressus fuerit hoc præceptum & in fœminis, & in auro & argẽto. Sed hinc potius intelligitur permissum fuisse regibus vt plures haberent quam vnam: multiplicatio enim prohibita fuit. Quæ prohibitio non habet transgressionẽ, si pauca fuerit, sicut Dauid fuerunt: aurem multa, sicut Salomoni. Aug. q. 27. super Deuter.

a. Hebraismus elegans, quo dominus pollicetur se illos in deliciis & oblationibus cõpentaturum, & qua dei sunt, illis ea usũ in hereditatẽ perpetuam.

cium sacerdotum à populo, & ab iis qui offerũt victimas: siue bouem siue ouem im-
molauerint, dabunt sacerdoti armum ac ventriculum: † 4 primitias frumenti, vini, &
olei, & lanarum partem ex ouium tonsione. 5 Ipsum enim elegit dñs tuus de cunctis
tribubus tuis, vt stet & ministret nomini dñi dei tui, ipse & filij eius in sempiternum.
[B] b 6 Si exierit Leuites ex vna vrbium tuarum ex omni Israel in qua habitat, & voluerit
venire desiderans locum quem elegerit dñs, 7 ministrabit in nomine domini dei sui,
sicut omnes fratres eius Leuitæ qui stabũt eo tẽpore coram domino. 8 Partem cibo-
rum eandem accipiet, quam & cæteri: excepto eo quod in vrbe sua ex paterna ei suc-
cessione debetur. 9 Quando ingressus fueris terram quam dominus deus tuus dabit
tibi, caue ne imitari velis abominationes illarum gentiũ: † 10 nec inueniatur in te qui
lustret filium suũ aut filiam ducens per ignẽ, aut qui ariolos sciscitetur, aut obseruet
somnia atq; auguria: ne sit maleficus, 11 ne incantator, neq; qui Pythones cõsulat, nec
[C] diuinos, †& quærat à mortuis veritatem. 12 Omnia enim hæc abominatur dominus,
& propter istiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo. 13 Perfectus eris, & absq; ma-
cula cum domino deo tuo. 14 Gentes istę quarum possidebis terram, augures & diui-
nos audiunt: tu autẽ à domino deo tuo aliter institutus es. †15 Prophetã de gẽte tua
& de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi dñs deus tuus: ipsum audies, 16 vt petisti à
dño deo tuo in Horeb, quando concio congregata est, atq; dixisti: Vltrà non audiam
vocem domini dei mei, & ignem hunc maximum amplius non videbo, ne moriar.
[D] 17 Et ait dominus mihi: Bene omnia sunt locuti. c 18 Prophetã suscitabo eis de medio
fratrum suorum similem tui, & ponam verba mea in ore eius, loquetúrq; ad eos om-
nia quæ præcepero illi. 19 Qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo, audire
noluerit, ego vltor existam. †20 Propheta autem qui arrogantia deprauatus voluerit
loqui in nomine meo, quæ ego non præcepi illi vt diceret, aut ex nomine alienorum
deorum: interficietur. 21 Quòd si tacita cogitatione responderis, quomodo possum
intelligere verbum quod dominus non est locutus? 22 hoc habebis signum. Quod in
nomine domini Propheta ille prædixerit, & non euenerit, hoc dominus non est lo-
cutus, sed per tumorem animi sui Propheta confinxit, & idcirco non timebis eum.

b. Hoc est, Si ad locum quẽ elegerit dominus, venerit ad diem festũ ab alia ciuitate, & cruces illius attulerint decimas & sacrificia, il le partem illarũ habebit quæ illi in sua ciuitate debebantur. Aug. q. 18. super Deut.

c. Vides hoc in nullo impletum quam in Christo solo. Etenim multi prophetæ surrexerunt, & tamen omnes parũ auditi sunt: attamen ladæi nihil sunt passi. Hinc autẽ quia non audierũt, vagantur erratici, fugitiui & exules: oberrantes vbique excluſi à sua ciuitate, & à paternis legibus in ignominia, & vltionis pœna. Chr. demonstratio aduersus gentiles. Item Lactan lib. 4. ca. 17. Denũciaute, inquit, dominus per ipsum legiferi quòd filium suum, id est, quam præsentemque legem missurus esset, & illã veterẽ per Moysen datam solutu rus, vt denuo per eum qui esset æternus, legẽ sanciret æternam. Hæc Lact. ibid.

Ad quas vrbes homicidæ fugiant, falsi item testis supplicium. XIX.

[A] CVm disperdiderit dñs deus tuus gentes quarum tibi traditurus est terram,
& possederis eam, habitaueríq; in vrbibus eius, & in ædibus: 2 tres ciuita-
tes separabis tibi in medio terræ quam dominus deus tuus dabit tibi in
possessionem, 3 sternens diligenter viam: & in tres æqualiter partes totam
terræ tuæ prouinciam diuides, vt habeat è vicino qui propter homicidium profugus
est, quò possit euadere. 4 Hæc erit lex homicidæ fugientis, cuius vita seruanda est:
†Qui percusserit proximum suum nesciens, & qui heri & nudiustertius nullum cõ-
tra eum odium habuisse comprobatur, 5 sed abisse cum eo simpliciter in syluam ad li-
[B] gna cædenda, & in succisione lignorum securis fugerit manu, ferrúmque lapsum de
manubrio amicũ eius percusserit, & occiderit: hic ad vnã supradictarum vrbiũ con-
fugiet, & viuet: 6 ne forsitan proximus eius cuius effusus est sanguis, dolore stimula-
tus persequatur & apprehẽdat eum si longior via fuerit, & percutiat animam eius qui
non est reus mortis, quia nullum contra eum qui occisus est, odiũ prius habuisse mõ-
stratur. 7 Idcirco præcipio tibi, a vt tres ciuitates æqualis intra se spatij diuidas. †8 Cum
autem dilatauerit dominus deus tuus terminos tuos sicut iurauit patribus tuis, & de-
derit tibi cunctã terram †quam eis pollicitus est: 9 (si tamẽ custodieris mandata eius,
[C] & feceris quæ hodie præcipio tibi, vt diligas dominum deum tuũ, & ambules in viis
eius omni tẽpore) addes tibi †tres alias ciuitates, & supradictarũ triũ vrbium numerũ
duplicabis: 10 vt nõ effundatur sanguis innoxius in medio terræ quam dominus deus
tuus dabit tibi possidendam, ne sis sanguinis reus. †11 Si quis autem odio habens pro-
ximum, insidiatus fuerit vitæ eius, surgénsque percusserit illum, & mortuus fue-
rit, fugerítque ad vnam de supradictis vrbibus, 12 mittent seniores ciuitatis illius, &

a. Ideo sex vrbes fugitiuorum describuntur in lege, qui hominẽ interficere nolentes, & ipsæ vrbes sacerdotales sunt. Hier. Aduersus Iouinianum, lib. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

arripient eũ de loco effugij, tradéntque in manu proximi cuius ſanguis effuſus eſt,& morietur.† [13] Non miſereberis eius,& auferes noxiũ ſanguinem de Iſrael, vt bene ſit tibi.[14] Non aſſumes & trãsferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in poſſeſſione tua quam dominus deus tuus dabit tibi in terra quam acceperis poſſidendã. † [15] Non ſtabit teſtis vnus contra aliquem, quicquid illud peccati & facinoris fuerit, ſed in ore duorum aut trium teſtium ſtabit omne verbũ.[16] Si ſteteris teſtis mẽdax cõtra hominem,accuſans eum præuaricationis,[17] ſtabũt ambo quorũ cauſa eſt ante dominum,in cõſpectu ſacerdotũ & iudicum qui fuerint in diebus illis.[18] Cúmque diligentiſſimè perſcrutantes inuenerint falſum teſtem dixiſſe contra fratrem ſuum mendaciũ,[19] reddẽt ei ſicut fratri ſuo facere cogitauit, & auferes malũ de medio tui:[20] vt audientes cæteri timorem habeant,& nequaquam talia audeant facere.† [21] Nõ miſereberis eius,† [b] ſed animam pro anima,oculum pro oculo,dentem pro dente,manum pro manu,pedem pro pede exiges.

b. Octo genera pœnarum in legibus eſſe ſcribit Tullius: damnum,vincula,verbera,talionem,ignominiã, exilium,ſeruitutẽ, mortẽ. Talio enim id agit vt hoc patiatur quiſque quod fecit. Illud eſt legis: Oculum pro oculo,dentem pro dẽte. Fieri enim poteſt vt tã breui tẽpore quiſque amittat oculũ ſeueritate vindictæ,qui fecit: ipſe alterꝰ improbitate peccat. Auguſt. libr. 22. cap. 11. de ciuitate dei.

Deligendi ad bellum & arcendi viri,iura belli quomodo ſeruanda,quæ arbores cædendæ,& quæ relinquendæ. XX.

SI exieris ad bellum contra hoſtes tuos, & videris equitatus & currus, & maiorem quàm tu habeas,aduerſarij exercitus multitudinem,nõ timebis eos:quia dominus deus tuus tecũ eſt,qui eduxit te de terra Ægypti. [2] Appropinquante autẽ iam prælio,ſtabit ſacerdos ante aciem,& ſic loquetur ad populum:[3] Audi Iſrael: Vos hodie cõtra inimicos veſtros pugnam committitis,non pertimeſcat cor veſtrum. Nolite metuere, nolite cedere,nec formidetis eos:[4] quia dominus deus veſter in medio veſtri eſt,[a] & pro vobis cõtra aduerſarios dimicabit,vt eruat vos de periculo.[5] Duces quoq; per ſingulas turmas audiente exercitu proclamabũt:† Quis eſt homo qui ædificauit domũ nouam, & nõ dedicauit eam? Vadat,& reuertatur in domum ſuam,ne fortè moriatur in bello,& alius dedicet eam.†[6] Quis eſt homo qui plantauit vineam,necdum fecit eam eſſe communem de qua veſci omnibus liceat? Vadat,& reuertatur in domum ſuam,ne fortè moriatur in bello,& alius homo eius fungatur officio.†[b] [7] Quis eſt homo qui deſpondit vxorem,& non accepit eam? Vadat,& reuertatur in domum ſuam,ne fortè moriatur in bello,& alius homo accipiat eã.[8] His dictis addent reliqua,& loquentur ad populum:† Quis eſt homo formidoloſus,& corde pauido? Vadat& reuertatur in domum ſuã,ne pauere faciat corda fratrum ſuorũ,ſicut ipſe timore perterritus eſt.[9] Cúmque ſiluerint duces exercitus,& finem loquẽdi fecerint, vnuſquiſque ſuos ad bellandum cuneos præparabit.†[c] [10] Siquando acceſſeris ad expugnandã ciuitatem,offeres ei prius pacem:[11] Si receperit & aperuerit tibi portas,cũctus populus qui in ea eſt,ſaluabitur,& ſeruiet tibi ſub tributo.[12] Sinautẽ fœdꝰ inire noluerit,& ceperit cõtra te bellum,oppugnabis eã.[13] Cúmque tradiderit dominus deus tuus illã in manu tua,percuties omne quod in ea generis maſculini eſt,in ore gladij:[14] abſque mulieribus, & infantibus,iumentis,& cæteris quæ in ciuitate ſunt. Omnem prædam exercitui diuides & comedes de ſpoliis hoſtiũ tuorum quæ dominus deus tuus dederit tibi.[15] Sic facies ciuitatibus quæ à te procul valde ſunt,& nõ ſunt de iis vrbibus quas in poſſeſſionem accepturus es.[16] De iis autem ciuitatibus quę dabuntur tibi,nullum omnino permittes viuere,[17] ſed interficies in ore gladij,Hetheum videlicet,& Amorræum, & Chananæum,Phereſæum,& Heuæum,& Ieſubæũ,ſicut præcepit tibi dominus deus tuus:[18] ne fortè doceant vos facere cunctas abominationes quas ipſi operati ſunt diis ſuis, & peccetis in dominum deum veſtrum.[19] Quando obſederis ciuitatem multo tempore,& munitionibus circundederis, vt expugnes eam, non ſuccides arbores de quibus veſci poteſt, nec ſecuribus per circuitum debes vaſtare regionem: quoniam lignum eſt,& non homo, nec poteſt bellantium cõtra te augere numerum.[20] Si qua autẽ ligna non ſunt pomifera,ſed agreſtria,& in cæteros apta vſus,ſuccide, & inſtrue machinas,donec capias ciuitatem quæ contra te dimicat.

a. Ecce quemadmodũ & in ſpiritualibus conflictibus ſperandum & petendũ eſt dei adiutorium,non vt nos nihil faciamus,ſed vt ãdiuti cooperemur. Sic enĩ ait: debellabit vobiſcum: vt & ipſos ãcturos quod agendũ eſſet, oſtenderet. Augu. q. 30. ſuper Deut.

b. Non poteſt domino ſeruire militiæ,ſeruus vxoris. Hiero.

c. Et hic ſtatũ ſeptem gentium terrã promiſſam in hæreditatẽ quam debellatis vſque ad internecionẽ eiſdem gẽtibus Iſraelitæ poſſederunt,manifeſtũ eſt. Cæteras enim quæ ſõginquius extra iſtas gentes inueniũtur, voluit fieri tributarias eorũ,ſi nõ reſiſterent. ſi autem reſiſterent,etiam ipſas interfici, & in perditionem dari,exceptis pecoribus,& quæ in prædã poſſent venire. Aug. q. 21. ſuper Ioſue.

Cautio ſuper homicidio occulto, ſuper muliere in bello capta,& contumace filio,& ſuſpenſo in ligno. XXI.

†Num.35.d. Deut.19.a. A

SI quando inuentum fuerit in terra quam dominus deus tuus daturus eſt tibi,[a] hominis cadauer occiſi, & ignorabitur cædis reus, [2] egredientur maiores natu,& iudices tui, & metientur à loco cadaueris ſingulãrum per circuitum ſpacia ciuitatum: [3] & quam viciniorem cæteris eſſe perſpexerint, ſeniores ciuitatis illius tollent vitulam de armento,quæ non traxit iugum,nec terram ſcidit vomere, [4] & ducent eam ad vallem aſperam atque ſaxoſam,quæ nunquam arata eſt,nec ſemẽtem recepit,& cædent in ea ceruices vitulæ. [5] Accedéntque ſacerdotes filij Leui, quos elegerit dominus deus tuus vt miniſtrent ei,& benedicant in nomine eius:& ad verbum eorum omne negotiũ pendet:& quicquid mundum vel immundum eſt,iudicetur:[6] & venient maiores natu ciuitatis illius B ad interfectum,lauabúntque manus ſuas ſuper vitulam quæ in valle percuſſa eſt,[7] & dicent:Manus noſtrę non effuderunt ſanguinem hunc,nec oculi viderunt.† [8] Propitius eſto populo tuo Iſrael,quem redemiſti domine,& non reputes ſanguinem innocentem in medio populi tui Iſrael. Et auferetur ab eis reatus ſanguinis, [9] tu autem alienus eris ab innocentis cruore qui fuſus eſt, cum feceris quod præcepit dominus. [10] Si egreſſus fueris ad pugnam contra inimicos tuos,& tradiderit eos dominus deus tuus in manu tua,captiuoſque duxeris,[11] & videris in numero captiuorum [b] mulierẽ pulchram,& adamaueris eam,voluerĩſque habere vxorem,[12] introduces eam in domum tuam: Quæ [c] radet cęſariem,& circuncidet vngues,[13] & deponet veſtem in qua capta eſt: ſedénſq; in domo tua,flebit patrem & matrem ſuam vno menſe, & poſtea C intrabis ad eam,dormiéſque cum illa, & erit vxor tua.[14] Si autem poſtea non ſederit animo tuo,dimittes eam liberam,nec vendere poteris pecunia, nec opprimere per potentiam:quia humiliaſti eam.[15] Si habuerit homo vxores duas,vnam dilectam,& alteram odioſam,genuerítque ex eis liberos,& fuerit filius odioſæ primogenitus,[16] voluerítque ſubſtantiã inter filios ſuos diuidere, [d] non poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odioſæ,[17] ſed filium odioſæ agnoſcet primogenitum, †dabítq; ei de iis quæ habuerit,cuncta duplicia. Iſte eſt enim principium liberorum eius,& huic debentur primogenita.[18] Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui nõ audierit patris ac matris imperiũ,& coercitus obedire contempſerit: D [19] apprehendent eum,& ducẽt ad ſeniores ciuitatis illius,& ad portam iudicij,[20] dicéntq; ad eos:Filius noſter iſte proteruus & contumax eſt,monita noſtra audire contemnit,comeſſationibus vacat,& luxuriæ,atq; conuiuiis:[21] lapidibus eum obruet populus ciuitatis,& morietur,† vt auferatis malum de medio veſtri, & vniuerſus Iſrael audiens pertimeſcat.[22] Quãdo peccauerit homo quod morte plectendũ eſt, & adiudicatus morti appenſus fuerit in patibulo:[23] nõ permanebit cadauer eius in ligno,ſed in eadem die ſepelietur:quia† [e] maledictus à deo eſt,qui pẽdet in ligno:& nequa quã contaminabis terram tuam quam dominus deus tuus dederit tibi in poſſeſſionem.

a. Lex expiationis ſuper occiſo,cuius author ignoratur.

b. Id eſt,ſapientiam ſeculares,& eius pulchritudine captus fueris,decalua eam,& illecebrat crinium atque ornamẽta verborum ieca. Hieronym.

c. Hæc ſi ſecundum literam intelligũ,nõne ridicula ſunt dicta & nõ hoc facere ſolemus quando philoſophos legimus, quando in manus noſtras venunt libri ſapiẽtiæ ſeculares. Hieronym. Magno oratori Romano.

d. Ius primogenituræ non dandum animi libidine.

e. Primum igitur intuendũ eſt,quòd nõ quicunque in ligno pepẽderit, maledictꝰ ſit apud deum: ſed qui peccauerit, & propter ſceluſ morti fuerit adiudicatus, ſublatúſque in crucem non ideo maledictus, quia crucifixus eſt,ſed quis in talẽ inciderit reatum,vt meruerit crucifigi. Hieron. lib. 2. in Epiſt. ad Galat. cap. 3.

Pietas in rem proximi exercenda,& quatenus fornicatio punienda. XXII.

Deut.22.a. Exod.23.a A

NOn † videbis bouẽ [a] fratris tui,aut ouem errantẽ, & præteribis: ſed reduces fratri tuo:[2] etiamſi nõ eſt propinquus frater tuus,nec noſti eum, duces in domũ tuam,& erunt apud te quàm diu quærat ea frater tuus, & recipiat. [3] Similiter facies de aſino, & de veſtimento, & de omni re fratris tui quæ perierit: ſi inueneris eam, ne negligas quaſi alienam. [4] Si videris aſinum fratris tui aut bouem cecidiſſe in via, non deſpicies, ſed ſubleuabis cum eo.† [5] Nõ induetur mulier veſte virili,nec vir vtetur veſte fœminea. Abominabilis enim apud deũ eſt qui facit hæc. [6] Si ambulans per viam, in ardore vel in terra nidum auis inueneris,& matrem pullis vel ouis deſuper incubantem: non tenebis eam cum filiis,[7] ſed abire patieris,captos tenens filios,vt bene ſit tibi, & longo viuas

a. Res proximi perdita non eſt negligenda. Exod. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tempore. [8] Cum ædificaueris domum nouam, facies murum tecti per circuitum, ne effundatur sanguis in domo tua, & sis reus labente alio, & in præceps ruente. [9] Non feres vineam tuam altero semine, ne & sementis quam seuisti, & quę nascuntur ex vinea, pariter sanctificętur. † [10] Non arabis in boue simul & asino. [11] Non induêris vestimẽto quod ex lana linóq; contextum est. † [12] Funiculos in fimbriis facies per quatuor angulos pallij tui quo operiris. [13] Si duxerit vir vxorẽ, & postea odio habuerit eam, [14] quæsieritq; occasiones quibus dimittat eam, obiiciens ei nomen pessimum, & dixerit, Vxorẽ hanc accepi, & ingressus ad eam, non inueni virginem: [15] tollent eã pater & mater eius, & ferent secum signa virginitatis eius ad seniores vrbis qui in porta sunt: [16] & dicet pater: [d] Filiam meam dedi huic vxorem, quam quia odit, [17] imponit ei nomen pessimum, vt dicat, Non inueni filiam tuam virginem: & ecce hæc sunt signa virginitatis filiæ meæ. † Et expandent vestimentum coram senioribus ciuitatis: [18] apprehendéntq; senes vrbis illius virum, & verberabunt illum, [19] condemnãtes insuper centum siclis argenti, quos dabit patri puellæ, quoniam diffamauit nomẽ pessimum super virginem Israel, habebítq; eam vxorem, & non poterit dimittere eam omnibus diebus vitæ suæ. [20] Quòd si verum est quod obiicit, & non est in puella inuenta virginitas: [21] eicient eam extra fores domus patris sui, & lapidibus obruent viri ciuitatis illius, & morietur: quoniã [e] fecit nephas in Israel, vt fornicaretur in domo patris sui: & auferes malum de medio tui. † [22] Si dormierit vir cum vxore alterius, vterq; morietur, id est adulter, & adultera: & auferes malum de Israel. † [23] Si puellam virginem desponderit vir, & inuenerit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum ea: [24] educes vtrunque ad portam ciuitatis illius, & lapidibus obruẽtur: puella, quia non clamauit cum esset in ciuitate: vir, quia humiliauit vxorem proximi sui: & auferes malum de medio tui. [25] Si autem in agro repererit vir puellam quæ despónsata est, & apprehendens cõcubuerit cum ea, ipse morietur solus, [26] puella nihil patietur, nec est rea mortis: quoniam sicut latro consurgit contra fratrem suum, & occidit animam eius, ita & puella perpessa est. [27] Sola erat in agro, [g] clamauit, & nullus adfuit, qui liberaret eam. [28] Si inuenerit vir puellam virginem, quæ non habet sponsum, & apprehendens concubuerit cum illa, & res ad iudicium venerit, † [29] dabit qui dormiuit cum ea, patri puellæ quinquaginta siclos argenti, & habebit eam vxorem, quia humiliauit illam. [30] Non poterit dimittere eam cunctis diebus vitæ suæ.

Qui ab ecclesia domini atque à pugna arcendi, vel admittendi, quæ ad proximum pietas & communicatio. XXIII.

NOn [a] accipiet homo vxorẽ patris sui, nec reuelabit operimẽtum eius. † [1] Nõ intrabit eunuchus attritis vel amputatis testiculis, & abscíso veretro, Ecclesiã domini. [2] Non ingredietur Mamzer, hoc est, de scorto natus, in Ecclesiã domini, vsq; ad decimã generationẽ. [b] [3] Ammonites & Moabites etiã post decimã generationem non intrabunt ecclesiam domini in æternum: [4] quia noluerunt vobis occurrere cum pane & aqua in via quando egressi estis de Ægypto: & quia conduxerunt contra te Balaam filium Beor de Mesopotamia Syriæ, vt malediceret tibi: † [5] & noluit dominus deus tuus audire Balaam, vertítque maledictionem eius in benedictionem tuam, eo quòd diligeret te. [6] Nõ facies cum eis pacem, nec quæres eis bona cunctis diebus vitæ tuæ in sempiternum. [7] Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus est: nec Ægyptium, quia aduena fuisti in terra eius. [8] Qui nati fuerint ex eis, tertia generatione intrabũt in Ecclesiã domini. [9] Quãdo egressus fueris aduersus hostes tuos in pugnã, custodies te ab omni re mala. † [10] Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus sit somnio, egredietur extra castra, [11] & non reuertetur priusquã ad vesperã lauetur aqua, & post solis occasum regredietur in castra. [12] Habebis locũ extra castra ad quem egrediaris ad requisita naturæ, [13] gerens paxillum in balteo. cúmq; sederis, fodies per circuitum, & egesta humo operies quo reuelatus es. [14] (Dominus enim deus tuus ambulat in medio castrorum,

a. Vult deus vitandam esse in omnibus confusionẽ, & mũdi, & pleries animos tacxat.

c. Non exiges pacis onera cuę subsidia ab imparibus hominibus, metaphora elegãti.

d. Satis hinc apparet quẽadmodũ subditas fœminas viris, & pene famulas lex esse voluerit vxores: quod dicens aduersus vxorẽ vir rectimentum vnde lapidarecurialis ñ hoc verum esse demonstraretur, ipse tamẽ non vicissim lapidaretur ñ hoc falsum esse constiterit, sed tantũmodo castigatur, & damnificatur, eique perpetuo iuberur adiuxtere qua carere voluerat. Augu. q. 31 super Deuter.

e. Quia in domo paterna stupro cõsensit, & non futurarum nuptiarũ præsentialiter corruptor eam ccnerentur habere in vxorem: vt Exod 22. c

f. Certus mala est adulterium, oculorũ est morbus, non corporis sol ni, sed & animæ prius. Chrysost. de pœnitentia. Homil. 8.

g. Ejiam ñ non clam uerit, præsumitur clamasse.

a. Videt quomodo crimen augeat. Cum enim tales luxuriæ motus immensse apparuerint, quos nõ solum nõ audet, sed neq; notare indelicti, insanabilis est peccati excessus, &c. Chrysost. de illo Corinthio, qui tale aliquid fuerat admittere cum matre. Conf. Homil 17. b. Id est, filias vestras nunquã dabitis in vxores Ammonitibus, &c. Moabitibus, vel mouitib⁹ &c. Moabitibus vel rum hoc nõ de maribus est intelligendum. Nam Ruth Moabitis nupsit viro Israelitæ.

strorũ, vt eruat te, & tradat tibi inimicos tuos:) & sint castra tua sancta, & nihil in eis appareat fœditatis, ne derelinquat te. [c] [15] Non trades seruũ domino suo, qui ad te confugerit. [16] Habitabit tecũ in loco qui ei placuerit, & in vna vrbiũ tuarum requiescet: ne contristes eum. [17] Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filiis Israel. † [18] [d] Nõ offeres mercedẽ prostibuli, nec pretiũ carnis in domo domini dei tui, quicquid illud est quod vouerint: quia abominatio est vtrunq; apud dominũ deum tuũ. [e] [19] Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, [20] sed alieno. Fratri autem tuo absq; vsura id quod indiget, cõmodabis: vt benedicat tibi dominus deus tuus in omni opere tuo in terra ad quam ingredieris possidendam. † [21] Cum votum voueris domino deo tuo, nõ tardabis reddere, quia requiret illud dominus deus tuus: & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. [22] Si nolueris polliceri, absq; peccato eris. [23] Quod autem semel egressum est de labiis tuis, obseruabis, & facies sicut promisisti domino deo tuo, & propria voluntate & ore tuo locutus es. † [24] Ingressus vineam proximi tui, comede vuas quãtum tibi placuerit: foras autem ne efferas tecum. [25] Si intraueris segetem amici tui, franges spicas, & manu conteres: falce autem non metes.

c. Hoc est, Si quis alienigena seruus ex alia gente ad Iudaismi confugerit ritum profelytus fiat nec vlera domino extraneo reddatur. August. ibid.

d. Quæ iniustè parta sunt, offerri deo non debent.

c. Putant quidã vsuras tantùm esse in pecunia, quod prouidẽs diuina scriptura, omnis rei auferr superabũdãtiam, vt plus nõ recipias quam dediti. Hiero. super Ezech. lib. 6.

Libellus repudij permittitur, misericordia in debitores & pauperes præcipitur. XXIIII.

SI † acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & nõ [a] inuenerit grãtiã ante oculos eius propter aliquam fœditatẽ: scribet libellũ repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua. [2] Cúmq; egressa alterum maritũ duxerit, [3] & ille quoq; oderit eam, dederítq; ei libellum repudij, & dimiserit de domo sua, vel certè mortuus fuerit: [b] * nõ poterit prior maritus recipere eam in vxorẽ, quia polluta est, & abominabilis facta corã domino: ne peccare facias terram tuam, quã dominus deus tuus tradiderit tibi possidendam. † [5] Cum acceperit homo nuper vxorẽ, non procedet ab bellum, nec ei quippiam necessitatis iniungetur publicæ: sed vacabit absq; culpa domui suæ, vt vno anno lętetur cum vxore sua. [6] Nõ accipies loco pignoris [b] inferiorem & superiorem molã: quia animam suam apposuit tibi. [7] Si deprehensus fuerit homo sollicitans fratrẽ suũ de filiis Israel, & vendito eo acceperit pretium, interficietur: & auferes malum de medio tui. [8] Obserua diligenter ne incurras plagam lepræ, sed facies quæcunq; docuerint te sacerdotes Leuitici generis, iuxta id quod pręcepi eis, & implere sollicitè. † [9] Mementote quæ fecerit dominus deus vester Mariæ in via, cum egrederemini de Ægypto. [10] Cum repetes à proximo tuo rem aliquam quam debet tibi, non ingredieris domum eius, vt pignus auferas, [11] sed stabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit. [12] Si autem pauper est, non pernoctabit apud te pignus, [13] sed statim reddes ei ante solis occasum: vt dormiens in vestimento suo, benedicat tibi, & habeas iustitiam coram domino deo tuo. † [c] [14] Non negabis mercedem indigentis & pauperis fratris tui, siue aduenę qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas est: [15] sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustẽtat animã suam: ne clamet contra te ad dominum, & reputetur tibi in peccatum. † [16] Non occidẽtur patres pro filiis, nec filij pro patribus: sed vnusquisque pro peccato suo morietur. [d] [17] Nõ peruertes iudiciũ aduenæ & pupilli, nec auferes pignoris loco viduę vestimẽtum. [18] Memẽto quòd seruieris in Ægypto, & eruerit te dominus deus tuus inde. Idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem. † [19] Quando messueris segetem in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris, non reuertêris vt tollas illum: sed aduenam & pupillũ & viduã auferre patieris, vt benedicat tibi dominus deus tuus in omni opere manuũ tuarum. [20] Si fruges collegeris oliuarum, quicquid remanserit in arboribus, non reuertêris vt colligas: sed relinques aduenæ, pupillo, ac viduæ. [21] Si vindemiaueris vineã tuam, non colliges remanentes racemos, sed cedent in vsus aduenæ, pupilli, ac viduæ. Memento quòd & tu seruieris in Ægypto, & idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem.

a. Permissio repudij.

b. Quoniam secũdæ nuptię viuẽte priore marito pollucio magis iunę quã cõiugiũ, sed infirmitati illorum condescendit. Chrysost.

b. Rem hominis vitę necessariam.

d. Cur nõ ait: Et nõ pignorabis vestimentum eorum? Quæ etiam causa est, vt triũ illorum iudiciũ declinare velueric: pignus autem auferri vestimentũ solius viduæ, non & illorum: nisi quia iudicia omniũ facięda propteres commendauit, quia nõ habent à quibus defendantur. Augu. q. 43. sup. Deute.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quot plagis reus cædendus, merces reddenda, & semen fratri suscitandum, mulieris verenda attrectantis, falsæ mensuræ, & Amalecitarum pœna. XXV.

SI fuerit causa inter aliquos, & [a] interpellauerint iudices: quem iustũ esse perspexerint, illi iustitiæ palmã dabunt: quem impium condemnabunt impietatis. [2] Sinautẽ eum qui peccauit, dignum viderint plagis: prosternent, & coram se facient verberari. [b] Pro mensura peccati, erit & plagarum modus: [3] ita dũtaxat, † vt quadragenariũ numerum nõ excedãt: ne fœdè laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus. † [4] Non ligabis os bouis triturãtis in area fruges tuas. † [5] Quando habitauerint fratres simul, & vnus ex eis absq; liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri: sed accipiet eam frater eius, & suscitabit semen fratris sui: [6] & primogenitũ ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Israel. [7] Sinautem noluerit accipere vxorem fratris sui quæ ei lege debetur, perget mulier ad portã ciuitatis, & interpellabit maiores natu, dicétq;: Non vult frater viri mei suscitare semen fratris sui in Israel, nec me in coniugium sumere. [8] Statímq; accersiri eum facient, & interrogabũt. Si respõderit, Nolo eam vxorem accipere: [9] accedet mulier ad eum corã senioribus, & tollet calceamentum de pede eius, spuétq; in faciem eius, & dicet: Sic fiet homini qui non ædificat domum fratris sui. [10] Et vocabitur nomẽ illius in Israel, domus discalceati. [11] Si habuerint inter se iurgium viri duo, & vnus cõtra alterum rixari cœperit, volénsq; vxor alterius eruere virum suum de manu fortioris, & miserit manũ & apprehẽderit verenda eius: [12] c abscindes manum illius, nec flectẽris super eam vlla misericordia. [13] Non habebis in sacculo diuersa põdera, maius & minus, [14] nec erit in domo tua modius maior & minor. [15] Pondus habebis iustum & verum: & modius æqualis & verus erit tibi: vt multo viuas tempore super terram quam dominus deus tuus dederit tibi. [16] Abominatur enim dominus eum qui facit hæc, & auersatur omnem iniustitiã. † [17] Memento quæ fecerit tibi Amalec in via quando egrediebaris ex Ægypto: [18] quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui lassi residebant, ceciderit, quando tu eras fame & labore confectus, & non timuerit deum. [19] Cum ergo dominus deus tuus dederit tibi requiem, & subiecerit cunctas per circuitum nationes in terra quam tibi pollicitus est: delebis nomen eius sub cœlo. Caue ne obliuiscaris.

a. Est iraq, Ieuis impietas, quæ verbere digna est: & est grauior, quæ morte digna est. Ea enim illa peccata quæ non in deum, sed in hominem videntur admitti, sunt morte digna, quædam sunt alia correctione, seu verbere, seu pœna facilior. Augustin. quæst. 45. super Deut.

b. Christus ferens plagas peccato Adami debitas, peter gulæ intemperantiam quadraginta diebus & totidẽ noctes ieiunauit: nec hunc numerũ excedere voluit. Rupert. libr. 3. in Matthæũ.

c. Præcipit dominus honestatem seruari.

Primitiæ & decimæ quibus dandæ, & quid significent. XXVI.

VMq; † intraueris terram quam dominus deus tuus tibi daturus est possidendam, & obtinueris eam, atq; habitaueris in illa, [2] tolles de cunctis frugibus tuis [a] primitias, & pones in cartallo, pergésq; ad locum quem dominus deus tuus elegerit vt ibi inuocetur nomen eius: [3] accedésque ad sacerdotem qui fuerit in diebus illis, & dices ad eum: Profiteor hodie coram domino deo tuo, quòd ingressus sum in terram pro qua iurauit patribus nostris vt daret eam nobis: [4] Suscipiénsque sacerdos cartallum de manu tua, ponet ante altare domini dei tui, [5] & loquêris in conspectu domini dei tui: [b] Syrus persequebatur patrem meum, qui descendit in Ægyptum, & ibi peregrinatus est in pauciſſimo numero, creuítque in gentem magnam ac robustam, & infinitæ multitudinis. [6] Afflixerúntque nos Ægyptij, & persecuti sunt, imponentes onera grauissima, & clamauimus ad dominum deum patrum nostrorum, qui exaudiuit nos, & respexit humilitatem nostram, & laborem atque angustiam, [8] & eduxit nos de Ægypto in manu forti, & brachio extento, in ingenti pauore, in signis atque portentis: & [9] introduxit ad locum istum, & tradidit nobis terram lacte & melle manantem. [10] Et idcirco offero primitias frugũ terræ quam dominus dedit mihi. Et dimittes eas in conspectu domini dei tui, & [c] adorato domino deo tuo, [11] epulaberis in omnibus bonis quæ dominus deus tuus dederit tibi & domui tuę, tu & Leuites, & aduena qui tecum est. [12] Quando compleueris decimam cunctarum frugum tuarum, anno decimarum tertio dabis Leuitæ, & aduenæ, & pupillo, & viduæ, vt comedant intra portas tuas, & saturẽtur: [13] loquerísq; in conspectu domini dei tui: Attuli quod sanctificatum est de domo mea, & dedi illud Leuitæ, & aduenæ, & pupillo, ac viduæ, sicut iussisti mihi. Non prẽteriui mandata tua, nec sum oblitus imperij tui. [14] Non comedi ex eis in luctu meo, nec seposui ex eis quicquam in re funebri. Obediui voci domini dei mei, & feci omnia sicut præcepisti mihi. † [15] Respice de sanctuario tuo, & de excelso cœlorum habitaculo, & benedic populo tuo Israel, & terrę quam dedisti nobis, sicut iurasti patribus nostris, terræ lacte & melle mananti. [16] Hodie dominus deus tuus præcepit tibi vt facias mandata hæc atq; iudicia: vt custodias & impleas ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. † [17] Dominũ elegisti hodie, vt sit tibi deus, & ambules in viis eius: vt custodias cerimonias illius, & mandata atque iudicia, & obedias eius imperio. [18] Et dominus elegit te hodie, vt sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, & custodias omnia præcepta illius, [19] & faciet te excelsiorem cunctis gẽtibus quas creauit in laudem & nomen & gloriam suam, vt sis populus sanctus domini dei tui, sicut locutus est.

a. Hec tria, primitiæ, primitiui fœtus, & primogenita differunt: quia ἀπαρχὴ omne quod primitus animalium fœtus, etiam hominum. πρωτοτόκια verò primi fructus de terra sumpti vel de arbore, vel de vite. Primitiæ autem de fructibus quidẽ, sed iam redactis ab agro: sicut de massa, de lacu, de dolio, de cupa: quæ primitus sumebantur. Augustin. quæst. 32. super Numẽ.

b. Laban multis modis affligébat Iacob in Mesopotamia, sed & reseuntem in Chanaan persecutus est vsque Galaad, vt patet Genes. 31.

c. Adorantis officium omnib⁹ cõstat. Adorare enim creaturæ est: adorari, non creaturæ, s. d. domini est. Chryso. super 4. cap. Ioan. Homil. 32.

Altare lapideum erigendum, benedictiones piorum, & maledictiones impiorum. XXVII.

PRæcepit autem Moyses, & seniores Israel populo, dicentes: Custodite omne mandatũ quod præcipio vobis hodie. [2] Cúmq, transieritis Iordanem in terrã quã dominus deus tuus dabit tibi, eriges ingẽtes lapides, & calce læuigabis eos, [3] vt possis in eis scribere omnia verba legis huius Iordane trãsmisso: vt introeas terram quam dominus deus tuus dabit tibi, terram lacte & melle manantẽ, [a] sicut iurauit patribus tuis. † [4] Quãdo ergo transieritis Iordanẽ, erigite lapides quos ego hodie præcipio vobis, in mõte [b] Ebal, & læuigabis eos calce, [5] & ædificabis ibi altare domino deo tuo de lapidibus quos ferrũ nõ tetigit, [6] & de saxis informibus & impolitis, & offeres super eo holocausta domino deo tuo, [7] & immolabis hostias pacificas, comedésq; ibi & epulaberis corã domino deo tuo. [8] Et scribes super lapides omnia verba legis huius planè & lucidè. [9] Dixerúntque Moyses & sacerdotes Leuitici generis ad omnem Israelem: Attende & audi Israel: Hodie factus es populus domini dei tui. [10] Audies vocẽ eius, & facies mandata atq; iustitias quas ego præcipio tibi. [11] Præcepítq; Moyses populo in die illo, dicens: [12] Hi stabunt ad benedicendũ domino super mõtem [c] Garizim, Iordane transmisso: Simeon, Leui, Iudas, Isachar, Ioseph, & Bẽiamin: [13] Et è regione isti stabũt ad maledicendũ in mõte Ebal, Ruben, Gad, & Aser, Zabulon, Dan, & Nephthalim. † [14] Et pronunciabũt Leuitæ, dicéntque ad omnes viros Israel excelsa voce: [d] [15] Maledictus homo qui facit sculptile & cõflatile abominationem domini, opus manuum artificum, ponítq; illud in abscondito. Et respondebit omnis populus, & dicet, amen. [16] Maledictus qui non honorat patrem suum & matrem. Et dicet omnis populus, amen. [17] Maledictus qui transfert terminos proximi sui: Et dicet omnis populus, amẽ. [18] Maledictus qui errare facit cæcũ in itinere: Et dicet omnis populus, amen. [19] Maledictus qui peruertit iudiciũ aduenæ, pupilli, & viduæ: Et dicet omnis populus, amen. [20] Maledictus qui dormit cum vxore patris sui, & reuelat operimentum lectuli eius: Et dicet omnis populus, amen. [21] Maledictus qui dormit cum omni iumento: Et dicet omnis populus, amen. [22] Maledictus qui dormit cũ sorore sua: filia patris sui, vel matris suæ: Et dicet omnis populus, amen. [23] Maledictus qui dormit cũ socru sua: Et dicet omnis populus, amen. [24] Maledictus qui clàm percusserit proximum suũ: Et dicet omnis populus, amẽ. [25] Maledictus qui dormit cũ vxore proximi sui: Et dicet omnis populus, amen. [26] Maledictus qui accipit munera, vt percutiat animam sanguinis innocentis: Et dicet omnis populus, amen. [e] [27] Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit: Et dicet omnis populus, amen.

a. Dei iurare est incõcussa veritate firmare. Psal. 109. Iurauit dominus, & non pœnitebit eũ, &c. Quid est iurauit dominus, nisi incõcussa veritate firmauit? Aug. aduersus Iudæos, cap. 9.

b. Hebal vel Ebal, est iugũ montis à Garizim mõte spatium distans, vt legentis & respondentis voces inter se audiantur. Israelitis ait Iesus cum primas in terra Chanaan victimas offerrẽt. Hanc Hieronymus eum Græcis Gabal vocauit.

c. Garizim mons est totius Samariæ altissimus.

d. Maledicta legis quæ in Leuitico & Deuteronomio scripta sunt, nõ deo auctore cõplentur, sed ꝓphetico spiritu his qui peccaturi erant, ea quæ eis vltura sunt nũciantur. Hiero. in cap. 3. epist. ad Galat. libr. 1.

e. Nam populus quidẽ Israel obnoxius erat. Non enim permanserat in lege, neque quisquam erat qui legem totã impleuerat. At Christus hanc maledictionẽ altera permutauit, quæ dicit: Maledictus qui pendet in ligno. Chryso. in ca. 3. Epist. ad Galat.

Multiplex promittitur benedictio obseruantibus legem, & transgredientibus maledictio. XXVIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SI autem audieris vocẽ domini dei tui, vt facias atq; cuſtodias omnia mãdata eius quæ ego præcipio tibi hodie, faciet te dominus deus tuus excelſiorem cunctis gentibus quæ verſantur in terra.[a 2] Veniẽtque ſuper te vniuerſæ benedictiones iſtæ,& apprehendent te:ſi tamen præcepta eius audieris.[3] Benedictus tu in ciuitate,& benedictus in agro.[4] Benedictus fructus ventris tui,& fructus terræ tuæ,fructúſq; iumentorum tuorum, greges armentorum tuorũ, & caulæ ouium tuarum.[5] Benedicta horrea tua,& benedictæ reliquiæ tuæ.[6] Benedictus eris ingrediens & egrediens.[7] Dabit dominus inimicos tuos qui conſurgent aduerſum te,corruentes in conſpectu tuo . Per viam vnam venient contra te,& per ſeptem fugiẽt à facie tua.[8] Emittet dominus benedictionem ſuper cellaria tua,& ſuper omnia opera manuum tuarum,benedicétq; tibi in terra quam acceperis.[9] Suſcitabit te dominus ſibi in populum ſanctum,ſicut iurauit tibi:ſi cuſtodieris mãdata domini dei tui,& ambulaueris in viis eius.[10] Videbúntq; omnes terrarũ populi, quòd nõmẽ domini inuocatũ ſit ſuper te,& timebũt te.[11] Abundare te faciet dominus omnibus bonis,fructu vteri tui,& fructu iumẽtorum tuorũ,fructu terrę tuæ quam iurauit dominus patribus tuis vt daret tibi.[12] Aperiet dominus theſaurũ ſuum optimũ,cœlum, vt tribuat pluuiam terræ tuæ in tempore ſuo.[b] Benedicétq; cũctis operibus manuum tuarum:& fœnerabis gentibus multis,& ipſe à nullo fœnus accipies.[13] Conſtituet te dominus deus tuus in caput,& non in caudam:& eris ſemper ſupra, & non ſubter: ſi tamẽ audieris mandata domini dei tui,quæ ego prẽcipio tibi hodie,& cuſtodieris & feceris,[14] ac non declinaueris ab eis[c] nec ad dextrã nec ad ſiniſtram,nec ſecutus fueris deos alienos,neq; colueris eos.† [15] Quòd ſi audire nolueris vocem domini dei tui,vt cuſtodias & facias omnia mandata eius,& ceremonias quas ego præcipio tibi hodie, veniẽt ſuper te omnes maledictiones iſtę,& apprehẽdẽt te.[16] Maledictus eris in ciuitate,maledictus in agro.[17] Maledictũ horreũ tuũ,& maledictæ reliquię tuę.[18] Maledictus fructus ventris tui,& fructus terræ tuæ:armẽta boum tuorum, & greges ouiũ tuarũ.[19] Maledictus eris ingrediẽs,& maledictus egrediens.[20] Mittet dominus ſuper te famem & eſuriem,& increpationem in omnia opera tua quæ tu facies:donec conterat te & perdat velociter, propter adinuentiones tuas peſſimas in quibus reliquiſti me.[21] Adiungat tibi dominus peſtilentiam, donec conſumat te de terra ad quam ingredieris poſſidendam.[22] Percutiat te dominus egeſtate,& febri,& frigore,ardore & æſtu,& aëre corrupto ac rubigine,& perſequatur donec pereas.[23] Sit cœlũ quod ſupra te eſt,æneum:& terra quam calcas,ferrea.[24] Det dominus imbrem terrę tuæ pulueręm,& de cœlo deſcẽdat ſuper te cinis,donec conteraris.[25] Tradat te dominus corruentem ante hoſtes tuos,& per vnam viam egrediaris contra eos , & per ſeptem fugias,& diſpergaris per omnia regna terræ.[26] Sitq; cadauer tuũ in eſcam cũctis volatilibus cœli,& beſtiis terrę,&nõ ſit qui abigat.[27] Percutiat te dominus vlcere Ægypti, & partem corporis per quam ſtercora egeruntur,ſcabie quoq; & prurigine:ita vt curari nequeas.[28] Percutiat te dominus amentia & cæcitate, ac furore mentis,[29] & palpes in meridie ſicut palpare ſolet cæcus in tenebris , & non dirigas vias tuas. Omniq; tẽpore calumniam ſuſtineas,& opprimaris violẽtia,nec habeas qui liberet te.[30] Vxorem accipias,& alius dormiat cum ea. Domum ædifices,& non habites in ea. Plantes vineam,& nõ vindemies eam.[31] Bos tuus immoletur coram te,& nõ comedas ex eo. Aſinus tuus rapiatur in conſpectu tuo,& non reddatur tibi . Oues tuæ dentur inimicis tuis,& non ſit qui te adiuuet.[32] Filij tui & filiæ tuæ tradantur alteri populo vidẽtibus oculis tuis,& deficientibus ad conſpectum eorum tota die,& non ſit fortitudo in manu tua.[33] Fructus terræ tuæ,& omnes labores tuos comedat populus quẽ ignoras:& ſis ſemper calumniã ſuſtinẽs,& oppreſſus cunctis diebus,[34] & ſtupẽs ad terrorem eorũ quæ videbunt oculi tui.[35] Percutiat te dominus vlcere peſſimo in genibus & in ſuris,ſanariq; non poſſis à planta pedis vſq; ad verticem tuum.[d 36] Ducẽtque te dominus , & regem quem conſtitues ſuper te, in gentem quam ignoras tu & patres tui, & ſeruies ibi diis alienis,ligno & lapidi:[37] & eris perditus , in prouerbium ac fabulam

a. Quid mirũ ſi bona thronũ ſuũ dat ſpiritualiter ſibi ſeruiẽtibus,& bona ſcabellũ pedum ſuorũ dat carnaliter tibi ſeruientibus: cum ſpiritus ſuperior ſit, & caro inferior, ſicut ſuperiora ſunt cœleſtia, & inferiora terreſtria? Quanquã illa omnia, id eſt,ager,pratum, fructus ventris, & fructus terræ, & iumentorum,& armentum boum,& grex ouiũ,poſſint etiam ſpiritualiter intelligi. Auguſt. cõtra Adimantum Manich. diſcip. cap. 18.

b. Dicimus ita eſſe iſta munera dei,vt tamen ſint infima, & in comparatione ſalutaris confeſſionis non ſũ amittenda,ſed vltro etiã proiicienda: carnalib⁹ tamẽ hæc amantibus,& nondum capẽribus promiſſa cœleſtia , ne ab idolis iſta peterent,vtiliter à domino deo eſſe pollicita. Auguſt. ibid.

c. Niſi eſſet liberũ hominis arbitrium nõ diceretur ac non declinaueris ab eis neque ad dexteram , neque ad ſiniſtram. Auguſt. epiſt. 47. ad Valentinum.

d. Hoc impleuit dominus in Oſee rege Iſrael 4. Reg. 17. Et in Manaſſe rege Iuda 2. Reg. 21. In Ioachaz 4. Reg. 23. In Ioachim 4. Reg. 24. Et tandem in Sedechia. 4. Reg. 25.

fabulã omnibus populis ad quos te introduxerit dominus . †[38] Sementem multã iacies in terrã,& modicũ congregabis:quia locuſtæ deuorabunt omnia.[39] Vineã plantabis & fodies,& vinum non bibes,nec colliges ex ea quippiam:quoniam vaſtabitur vermibus.[40] Oliuas habebis in omnibus terminis tuis,& non vngẽris oleo:quia defluent,& deperibunt.[41] Filios generabis & filias, & non fruẽris eis:quoniã ducentur in captiuitatẽ.[42] Omnes arbores tuas & fruges terræ tuæ rubigo cõſumet.[43] Aduena qui tecum verſatur in terra,aſcendet ſuper te,erítque ſublimior: tu autem deſcendes, & eris inferior.[44] Ipſe fœnerabit tibi,& tu non fœnerabis ei . Ipſe erit in caput, & tu eris in caudam.[45] Et venient ſuper te omnes maledictiones iſtæ , & perſequentes apprehendent te,donec intereas :[e] quia non audiſti vocem domini dei tui , nec ſeruaſti mãdata eius,& ceremonias quas præcepit tibi.[46] Et erunt in te ſigna atq; prodigia,& in ſemine tuo vſq; in ſempiternum:[47] eo quòd nõ ſeruieris domino deo tuo in gaudio , cordíſque lætitia propter rerum omnium abundantiam.[48] Seruies inimico tuo quẽ immittet tibi dominus,in fame,& ſiti,& nuditate,& omni penuria : & ponet iugum ferreum ſuper ceruicem tuam,donec te conterat.[49] Adducet dominus ſuper te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus in ſimilitudinem aquilæ volantis cum impetu,cuius linguam intelligere non poſſis ,[50] gentem procaciſſimam,quæ nõ deferat ſeni,nec miſereatur paruuli,[51] & deuoret fructũ iumentorum tuorum,ac fruges terræ tuæ,donec intereas:& non relinquet tibi triticum,vinum,& oleum,armenta boum,& greges ouium,donec te diſperdat[52] & cõterat in cunctis vrbibus tuis,& deſtruantur muri tui firmi atque ſublimes,in quibus habębas fiduciam,in omni terra tua.†[f] Obſideberis intra portas tuas in omni terra tua quam dabit tibi dominus deus tuus:[53] & comedes fructũ vteri tui,& carnes filiorum tuorum,& filiarum tuarũ,quas dederit tibi dominus deus tuus , in anguſtia & vaſtitate qua opprimet te hoſtis tuus.[54] Homo delicatus in te,& luxurioſus valde,inuidebit fratri ſuo,& vxori quæ cubat in ſinu ſuo,[55] ne det eis de carnibus filiorũ ſuorũ quas comedet : eo quòd nihil aliud habeat in obſidione & penuria qua vaſtauerint te inimici tui intra omnes portas tuas.[56] Tenera mulier & delicata,quæ ſuper terrã ingredi non valebat , nec pedis veſtigium figere propter mollitiem & teneritudinem nimiam , inuidebit viro ſuo , qui cubat in ſinu eius,ſuper filij & filiæ carnibus,[57] & illuuie ſecũdinarũ quæ egrediũtur de medio ſeminum eius, & ſuper liberis qui eadem hora nati ſunt . Comedent enim eos clàm propter rerum omniũ penuriam in obſidione & vaſtitate qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas.[58] Niſi cuſtodieris & feceris oĩa verba legis huiꝰ quæ ſcripta ſunt in hoc volumine, & timueris nomen eius glorioſum & terribile, hoc eſt dominũ deum tuum,[59] augebit dominus plagas tuas,& plagas ſeminis tui,plagas magnas,& perſeuerantes,infirmitates peſſimas & perpetuas,[60] & conuertet in te omnes afflictiones Ægypti, quas timuiſti, & adhærebunt tibi.[g 61] Inſuper & vniuerſos languores,& plagas quę nõ ſunt ſcriptę in volumine legis huius,inducet dominus ſuper te,donec te conterat.[62] Et remanebitis pauci numero,qui prius eratis ſicut aſtra cœli præ multitudine:quoniã nõ audiſti vocem domini dei tui.[63] Et ſicut antè lætatus eſt dominus ſuper vos,bene vobis faciens,vóſque multiplicans:ſic lætabitur diſperdens vos atque ſubuertens,vt auferamini de terra ad quam ingredieris poſſidendã.[64] Diſperget te dominus in omnes populos,à ſummitate terræ vſque ad terminos eius: & ſeruies ibi diis alienis,quos & tu ignoras & patres tui,lignis,& lapidibus.[65] In gentibus quoq; illis non quieſces,neq; erit requies veſtigio pedis tui . Dabit enim tibi dominus ibi cor pauidum,& deficientes oculos,& animã conſumptam mœrore,[h 66] & erit vita tua quaſi pẽdens ante te. Timebis nocte,& die,& nõ credes vitæ tuæ.[67] Mane dices:quis mihi det veſperum?& veſpere,quis mihi det mane? propter cordis tui formidinẽ qua terreberis,& propter ea quæ tuis videbis oculis.[68] Reducet te dominus claſſibus in Ægyptum,per viam de qua dixit tibi vt eam amplius non videres. Ibi vendéris inimicis tuis in ſeruos & ancillas,& non erit qui emat.

† Mich. 6. d Aggeus. 1. b Ioan. 16. b

† Oſee. 2. f Ioel. 1. a Zach. 11. b

e. Prouidit ergo quarenus caſtoribus ſuis præſtaret quietem, ſi mandata ſeruaſſent: & tamen emendaret eos, ſi præceptis nõ obtemperaſſent. Lactã. de iuſtitia lib. 5. cap. 23.

f. Quis autẽ dignè eloqui poſſit quàm ſit mẽtis execrabilior fœditas , nouas exhorreſcere meritorũ, & mortua nõ cauere piaculã? quia, vt ait Apoſt. colatur & ſeruiatur creaturæ potius quàm creatori, propterea tradidit illos deus in paſſiones ignominiæ, &c. Aug. contra aduerſarium legis & prophetarum, cap. 24.

g. Hoc creditur impletum in excidio Ieroſolymitano vt Iudæi qui creatori creaturam prætuliſſent in exilium mitterentur rediturí. Qui verò deũ redẽptorem occidiſſent, diſpergerẽtur in gentes nunquam reuerſuri.

h. Significans quoniam qui ab initio condidit & fecit eos verbũ, & in nouiſſimis tẽporibus redimens nos & viuificans, oſtendituꝛ pendens in ligno, & nõ credẽs ei. Irenæus lib. 4. cap. 33.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fœdus & iuramentum Israelitarum cum domino iuxta dei beneficia & commiserationes in illos. XXIX.

a. Ostendit unde appellatus sit liber Deuteronomium, quasi secunda lex, vbi magis plius repetitio est quàm aliquid aliud. Pauca enim sunt ibi, quæ non sunt in eo quod primum datũ est: nec tamen appellãtur hæc duo testamenta, quãuis ita hæc verba sonare videantur, verumq; enim vnum est testamentum: quod in ecclesia dicitur vetus. Augustin. q. 49. super Deuteron.

HÆc [a] sunt verba fœderis quòd præcepit dominus Moysi, vt feriret cũ A filiis Israel in terra Moab: præter illud fœdus quod cum eis pepigit in Horeb. [2] Vocauitq; Moyses omnẽ Israel, & dixit ad eos: † Vos vidistis vniuersa quę fecit dominus corã vobis in terra Ægypti Pharaoni † Exodus
& omnibus seruis eius, vniuersæque terræ illius, [3] tentationes magnas quas viderũt oculi tui, signa illa portentáq; ingẽtia: [4] & nõ dedit vobis dominus cor intelligẽs, & oculos videntes, & aures quæ possint audire, vsque in præsentem diem. † Sap. 18
† [5] Adduxit vos quadraginta annis per desertũ, non sunt attrita vestimẽta vestra, nec calceamẽta pedum vestrorum vetustate consumpta sunt. [6] Panem nõ comedistis, vinum & sicerã nõ bibistis, vt sciretis quia ipse est dominus deus vester. [7] Et venistis ad † Supra 2. Num. 21. 4
hunc locũ, † egressúsq; est Sehon Rex Hesebon, & Og Rex Basan, occurrentes nobis ad pugnam, & percussimus eos, [8] & tulimus terrã eorum, ac tradidimus possidendam Rubẽ & Gag, & dimidiæ tribui Manassæ. [9] Custodite ergo verba pacti huius, & im- B
plete ea: vt intelligatis vniuersa quæ facitis. [10] Vos statis hodie cuncti corã domino deo vestro, principes vestri, & tribus, ac maiores natu, atq; doctores, omnis populus Israel, [11] liberi, & vxores vestrę, & aduenę qui tecũ morãtur in castris, exceptis lignorũ cæsoribus, & iis qui cõportant aquas, [12] vt transeas in fœdere domini dei tui, & in iureiurãdo quod hodie dominus deus tuus percutit tecũ: [13] vt suscitet te sibi in populũ, & ipse sit dominus deus tuus, sicut locutus est tibi, & sicut iurauit patribus tuis Abrahã, Isaac & Iacob. [14] Nec vobis solis ego hoc fœdus ferio, & hæc iuramẽta cõfirmo, [15] sed cũctis præsentibus & absentibus. [16] Vos enim nostis quomodo habitauerimus in terra Ægypti, & quomodo trãsierimus per mediũ nationũ, quas trãseuntes [17] vidistis abominationes & sordes, id est idola corũ, lignũ, & lapidẽ, argẽtum, & aurũ, quæ colebãt. [18] Ne fortè sit inter vos vir aut mulier, familia aut tribus, cuius cor auersum C
est hodie à domino deo nostro, vt vadat & seruiat diis illarum gentium, & sit inter vos radix germinans fel & amaritudinem. [19] Cúmq; audierit verba iuramenti huius, benedicat sibi in corde suo, dicens: Pax erit mihi: & ambulabo in prauitate cordis mei: & assumat ebria sitientẽ, [20] & dominus non ignoscat ei: sed tunc quàm maximè furor eius fumet & zelus contra hominem illum, & sedeant super eum omnia maledicta quæ scripta sunt in hoc volumine: & deleat dominus nomẽ eius sub cœlo, [21] & cõsumat eũ in perditione ex omnibus tribubus Israel, iuxta maledictiones quæ in libro legis huius ac fœderis cõtinẽtur. [22] Dicétq; sequẽs generatio, & filij qui nascẽtur deinceps, & peregrini qui de longe venerint, videntes plagas terræ illius, & infirmitates quibus eam afflixerit dominus, [23] sulphure & solis ardore comburens, ita vt vltra D † Genes.
non seratur, nec virens quippiam germinet in exemplum † subuersionis Sodomæ, & Gomorræ, Adamæ, & Seboim, quas subuertit dominus in ira & in furore suo: [24] & dicent omnes gentes: † Quare sic fecit dominus terræ huic? Quæ est hæc ira furoris eius immensa? [25] Et respondebunt: Quia dereliquerũt pactum domini quod pepigit cum patribus eorum quãdo eduxit eos de terra Ægypti, [26] & seruierunt diis alienis, & adorauerunt eos quos nesciebant, & quibus non fuerant attributi: [27] idcirco iratus est furor domini contra terram istam, vt induceret super eam omnia maledicta quæ in hoc volumine scripta sunt, [28] & eiecit eos de terra sua in ira & in furore, & in indignatione maxima, proiecítq; in terram alienam, sicut hodie cõprobatur. [b] [29] Abscondita domino deo nostro quæ manifesta sunt nobis & filiis nostris vsque in sempiternum, vt faciamus vniuersa legis huius.

b. Quæ nunc respectu dei minime videntur, filiis nostris manifesta fient propter sua scelera.

Vera pœnitentia deum placat, impœnitentes autem quali pœna mulctat deus. XXX.

QVm † ergo venerint super te omnes sermones isti benedictio siue maledictio A † Deuter.
quam proposui in conspectu tuo, & ductus pœnitudine cordis tui in vniuersis gẽtibus in quas disperserit te dominus deus tuus, [2] & reuersus fueris ad eum,

eum, & obedieris eius imperiis, sicut ego hodie præcipio tibi cũ filiis tuis, in toto corde tuo, & in tota anima tua: [3] reducet te dñs deus tuus de captiuitate tua, ac misere- † 3. Machab. 1. & 2. c.
bitur tui, & rursum congregabit te de cunctis populis in quos te antè dispersit. [4] Si ad B
cardines cœli fueris dissipatus, inde te retrahet dominus deus tuus, † [5] & [b] assumet, atque introducet in terram quam possederunt patres tui, & obtinebis eam: & benedicens tibi maioris numeri te esse faciet, quàm fuerũt patres tui. [6] Circũcidet dñs deus tuus cor tuum, & cor seminis tui, vt diligas dominũ deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, vt possis viuere. [7] Omnes autem maledictiones has cõuertet super inimicos tuos, & eos qui oderunt te, & persequuntur. [8] Tu autẽ reuertẽris, & audies vocem domini dei tui, faciésque vniuersa mandata quę ego præcipio tibi hodie: [9] & abũdare te faciet dominus deus tuus in cunctis operibus manuũ tuarum, in sobole vteri tui, & in fructu iumentorũ tuorum, in vbertate terræ tuæ, & in rerum omnium largitate. Reuertetur enim dominus, vt gaudeat super te in omnibus bonis, sicut gauisus est in patribus tuis: [10] si tamen audieris vocem dñi dei tui, & custodieris C
præcepta eius & ceremonias quæ in hac lege conscripta sunt, & reuertaris ad dominum deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua. [c] [11] Mandatũ hoc quod ego † Rom. 10. b
præcipio tibi hodie, non supra te est, neq; procul positũ [12], nec in cœlo situm, vt possis dicere: † Quis nostrum valet ad cœlum ascendere, vt deferat illud ad nos, vt audiamus atq; opere compleamus? [13] Neq; trans mare positũ, vt causeris, & dicas: Quis è nobis poterit mare transfretare, & illud ad nos vsq; deferre, vt possimus audire & facere quod præceptũ est? [14] sed iuxta te est sermo valde in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum. [15] Considera quòd hodie proposuerim in conspectu tuo vitam & bonũ, & econtrario mortem & malum: [16] vt diligas dominum deum tuũ, vt ambules in viis D
eius, & custodias mandata illius, & ceremonias atque iudicia, & viuas, atq; multiplicet te, benedicátque tibi in terra ad quam ingredieris possidendam. [17] Si autem auersum fuerit cor tuum, & audire nolueris, atque errore deceptus adoraueris deos alie- Supra 4. d
nos, & seruieris eis: [18] prædico tibi hodie, quòd pereas, & paruo tempore moreris in terra ad quam Iordane transmisso ingredieris possidendam. † [19] Testes inuoco hodie cœlum & terram, quòd proposuerim vobis vitam & bonum, benedictionem & maledictionem. Elige ergo vitam, vt & tu viuas, & semen tuum, [20] & diligas dominum deum tuum, atque obedias voci eius, & illi adhæreas. Ipse est enim vita tua, & longitudo dierum tuorũ, vt habites in terra pro qua iurauit dominus patribus tuis, Abraham, Isaac, & Iacob, vt daret eam illis.

c. Sed quæri potest cur ea superius mandata dixerit, quæ scripta sunt in libro legis huius? nisi quia his omnibus spiritualia significantur ad fœderis testamẽti pertinentia, si bene intelligantur. Item quæri potest, cur quod hic positum est: Neque trãs mare positum, vt dicas: Quis trãsfretabit nobis trans mare, & accipiet nobis illud? & Apostolos dixerit Rom. 10. Quis descendet in abyssum? atque id exponens adduxerit hoc est Christũ à mortuis reducere, nisi quia mare appellauit totam in hoc seculo vitã, quæ morte trãsitur, vt quodammodo mare finiatur, & trans mare mors ipsa appellaretur, velut transitã vitam, quæ maris vocabulo significaretur. Aug. q. 34. super Deut.

Moyses Iosue sibi sufficit in ducem, Deuteronomium legi iubet, & in arca seruari. XXXI.

Levit. 26. d

ABiit itaq; Moyses, & locutus est omnia verba hæc ad vniuersum Israel, A
[2] & dixit ad eos: [a] Centum viginti annorum sum hodie, non possum vltrà egredi & ingredi, præsertim cum & dominus dixerit mihi, † Non transibis Iordanem istum. [3] Dominus ergo deus tuus trãsibit ante te. Ipse delebit omnes gentes has in conspectu tuo, & possidebis eas: Et Iosue iste transibit ante te, sicut locutus est dominus. [4] Faciétque dominus eis † sicut fecit Sehon & Og Regibus Amorræorum, & terræ eorum, delebítque eos. [5] Cum ergo & hos tradiderit vobis similiter, facietis eis sicut præcepi vobis † [6] Viriliter agite, & confortamini. Nolite timere, ne paueatis ad cõspectum eorum: quia dominus deus tuus ip- B
se est ductor tuus, & non dimittet nec derelinquet te. [7] Vocauítque Moyses Iosue, & dixit ei coram omni Israel: † Confortare, & esto robustus. Tu enim introduces populum istum in terram quam daturum se patribus eorũ iurauit dominus, & tu eam diuides sorte. [8] Et dominus qui ductor est vester, ipse erit tecum: nõ dimittet nec derelinquet te. Noli timere, nec paueas. [9] Scripsit itaque Moyses legem hãc, & tradidit eam sacerdotibus filiis Leui qui portabãt arcam fœderis domini, & cunctis seniori- c
bus Israel. [10] Præcepítque eis dicens: Post septem annos remissionis in solennitate ta-

a. Moyses itaque vir tripartita est, quadraginta enim annis eruditus est in omni sapientia Aegyptiorum, vt ait Actor. Hexameri lib. 6. cap. 1. inde profugus effectus, alitus genæ viri hospitio traditus autem sibi pascendi gregis custodia, quadraginta annis ita perstitit, vt ait Chryso. de prouidentia dei ad Stargirium monachum lib. 3. Tandem post mille trumnas laborum, & quadraginta annorum commendatũ sibi à domino principatũ, prohibitus est à domino terram repromissionis intrare, quam toties ei diuinus fuerat sermo pollicitus. Chryso. in 2. cap. Machab. homil. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bernaculorum[11] conuenientibus cunctis ex Israel, vt appareant in conspectu dñi dei tui in loco quem elegerit dñs, leges verba legis huius coram omni Israel, audiẽtibus eis,[12] & in vnum omni populo cõgregato, tam viris quàm mulieribus, paruulis & aduenis qui sunt intra portas tuas: vt audientes discant, & timeant dñm deum vestrum, & custodiant impleántq; omnes sermones legis huius.[13] Filij quoq; eorum qui nunc ignorant: vt audire possint, & timeant dominum deum suum cunctis diebus quibus versantur in terra, ad quam vos Iordane transmisso pergitis obtinendam.[14] Et ait dñs ad Moysen: Ecce prope sunt dies mortis tuæ. Voca Iosue, & state in tabernaculo testimonij, vt præcipiam ei. Abierunt ergo Moyses & Iosue, & steterunt in tabernaculo testimonij:[15] apparuitque dominus ibi in columna nubis, quæ stetit in introitu tabernaculi:[16] dixitque dominus ad Moysen: Ecce tu dormies cum patribus tuis, & populus iste consurgẽs[b] fornicabitur post deos alienos in terra ad quam ingredietur vt habitet in ea. ibi derelinquet me, & irritum faciet fœdus quod pepigi cum eo.[17] Et irascetur furor meus contra eum in die illo, & derelinquam eum, & abscondam faciẽ meam ab eo, & erit in deuorationem. Innenient eum omnia mala & afflictiones, ita vt dicat in illa die: Vere quia non est deus mecum, inuenerũt me hæc mala.[18] Ego autem abscondam & celabo faciem meã in die illo propter omnia mala quæ fecit, quia secutus est deos alienos.[19] Nunc itaq; scribite vobis canticum istud, & docete filios Israel, vt memoriter teneant, & ore decantent, & sit mihi carmen istud pro testimonio inter filios Israel.[20] Introducam enim eum in terrã pro qua iuraui patribus eius, lacte & melle manantem. Cúmq; comederint, & saturati crassíq; fuerint, auertentur ad deos alienos, & seruient eis, detrahéntque mihi, & irritum facient pactum meum.[21] Postquam inuenerint eum mala multa & afflictiones, respondebit ei cãticum istud pro testimonio, quod nulla delebit obliuio ex ore seminis tui. Scio enim cogitationes eius, quę facturus sit hodie, antequam introducam eum in terram quam ei pollicitus sum.[22] Scripsit quoq; Moyses canticum, & docuit filios Israel.[23] Præcepitque dñs Iosue filio Nun, & ait: Confortare, & esto robustus. Tu enim introduces filios Israel in terram quam pollicitus sum, & ego ero tecũ.[c][24] Postquam ergo scripsit Moyses verba legis huius in volumine atque compleuit,[25] præcepit Leuitis qui portabant arcam fœderis domini, dicens:[26] Tollite librum istum, & ponite eum in latere arcæ fœderis domini dei vestri, vt sit tibi contra te in testimonium.[27] Ego enim scio contentionem tuam, & ceruicem tuam durissimam. Adhuc viuente me, & ingrediente vobiscum, semper contentiosè egistis contra dominum, quãto magis cum mortuus fuero?[28] Congregate ad me omnes maiores natu per tribus vestras, atque doctores, & loquar audientibus eis sermones istos, & inuocabo contra eos cœlum & terram.[29] Noui enim quòd post mortem meam iniquè agetis, & declinabitis citò de via quã præcepi vobis, & occurrent vobis mala in extremo tempore, quando feceritis malum in conspectu domini, vt irritetis eum per opera manuum vestrarum.[30] Locutus est ergo Moyses audiente vniuerso cœtu Israel verba carminis huius, & ad finem vsque compleuit.

b. Inuenimus in locis plurimis prophetarum idolatriã fornicationem appellatam. Fornicabantur, inquit Hosee 4. post idola sua, & spiritu fornicationis seducti sunt. Hieronym. in cap. 5 ad Ephesios, inde super 4. ca. Hose. idem Hier. Fornicatus fuerat, inquit, Israel à domino deo suo, & spiritu fornicationis seductus, & sequitur. Et quia cũ idolis fuerant fornicati, tali seruantur sententia. Propter quod tradidit illos deus in desyderia cordis eorũ, &c. vt ad Ro. 1. Haec illic ibid.

c Facta recapitulatione tradidit Moyses Deuteronomium Leuitis, vt reponerent illud in arcam fœderis domini: vt septimo quoque anno remissionis legeretur vniuersis versusque sexus audientibus in diebus scenopegiæ à summo sacerdote in edito, vt ait Iosephus lib. 4. cap. 6. Antiquit. Iudaic.

Cantico Moysi finito iubetur Moyses Abarim conscendere montem, & terram contemplari. XXXII.

a. Quia elementa perpetua sunt, & ipse sit moriturus, elementa protestatur futurarum testium. Chryso.

AVdite[a] cœli quæ loquor, audiat terra verba oris mei.[2] Concrescat in pluuiam doctrina mea, fluat vt ros eloquiũ meum. Quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina,[3] quia nomen domini inuocabo. Date magnificentiam deo nostro:[4] dei perfecta sunt opera, & omnes viæ eius iudicia. † Deus fidelis, & absq; vlla iniquitate, iustus, & rectus.[5] Peccauerunt ei non filij eius in sordibus. Generatio praua atque peruersa,[6] hæccine reddis domino, populе stulte & insipiens? Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit & creauit te? †[7] Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas. Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi.

Quando

[8] Quando diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorũ Israel. †[9] Pars autẽ domini, populus eius: Iacob funiculus hæreditatis eius.[10] Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris, & vastæ solitudinis. Circunduxit eum & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui.[11] Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, Expandit alas suas, & assumpsit eũ, atq; portauit in humeris suis.[12] Dominus solus dux eius fuit, & non erat cum eo deus alienus.[13] Constituit eum super excelsam terram, vt comederet fructus agrorum: Vt sugeret mel de petra, oleúmque de saxo durissimo.[14] Butyrum de armẽto, & lac de ouibus, cum adipe agnorum, & arietum filiorum Basan, Et hircos cum medulla tritici, & sanguinem vuæ biberent meracissimũ.[15] Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit. incrassatus, impinguatus, dilatatus, Dereliquit deum factorem suum, & recessit à deo salutari suo.[16] Prouocauerunt eum in diis alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt.[17] Immolauerũt dæmoniis & non deo, diis quos ignorabant. Noui recentésque venerunt, quos non coluerunt patres eorum.[18] Deum qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es domini creatoris tui.[19] Vidit dominus, & ad iracundiam concitatus est, quia prouocauerunt eum filij sui & filiæ.[20] Et ait: Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorum. Generatio enim peruersa est, & infideles filij.[21] Ipsi me prouocauerũt in eo qui nõ erat deus, & irritauerũt in vanitatibus suis. † Et ego prouocabo eos in eo[b] qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos.[22] Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Deuorabítque terram cum germine suo, & montium fundamenta comburet.[23] Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis.[24] Consumentur fame, & deuorabunt eos aues morsu amarissimo. Dentes bestiarum immittam in eos, cun furore trahentium super terram, atque serpentium.[25] Foris vastabit eos gladius, & intus pauor, iuuenem simul ac virginem, lactentem cum homine sene.[26] Et dixi: Vbínam sunt? Cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.[27] Sed propter iram inimicorum distuli, ne fortè superbirent hostes eorum, & dicerent: Manus nostra excelsa, & non dominus fecit hęc omnia.[28] Gens absque cõsilio est, & sine prudentia. †[29] vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent.[30] Quomodo persequebatur vnus mille, & duo fugarent decem milia? Nónne ideo, quia deus suus vendidit eos, & dominus concluſit illos?[31] Non enim est deus noster vt dij eorũ,[c] & inimici nostri sunt iudices.[32] De vinea Sodomorũ, vinea eorũ, & de suburbanis Gomorræ. Vua eorum vua fellis, & botri amarissimi.[33] Fel draconum vinum eorum, & venenũ aspidum insanabile.[34] Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis? †[35] Mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore, vt labatur pes eorum. Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora.[36] Iudicabit dominus populum suum, & in seruis suis miserebitur. Videbit quòd infirmata sit manus, & clausi quoque defecerunt, residuíque consumpti sunt.[37] Et dicent: † Vbi sunt dij eorum, in quibus habebant fiduciam?[38] De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum. Surgant, & opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant. †[39] Videte quòd ego sim solus, & non sit alius deus præter me. Ego occidam, & ego viuere faciam: percutiã, & ego sanabo: † & non est qui de manu mea possit eruere.[40] Leuabo ad cœlum manum meã, & dicam: Viuo ego in æternum.[41] Si acuero vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea: reddam vltionem hostibus meis, & iis qui oderunt me, retribuam.[42] Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes. De cruore occisorum, & de captiuitate nudati inimicorũ capitis. †[43] Laudate gentes populum eius, quia sanguinem seruorum suorũ vlciscetur. Et vindictam retribuet in hostes eorũ, & propitius erit terræ populi sui.[44] Venit ergo Moyses, & locutus est omnia verba cãtici huius in auribus populi, ipse & Iosue filius Nun.[45] Compleuítq; omnes sermones istos, loquens ad vniuersum Israel,[46] & dixit ad eos: Ponite corda vestra in omnia verba mea, quæ ego testificor vobis hodie: vt mandetis ea filiis vestris custodire, & facere, & implere vni-

[1] De consid. dist. 1. Hi duo.

[1] Ram. 10. d Isaiæ 65. c

b. Prioris populi vilitatem signat in hoc quod dicit, in eo qui non est populus. Nõ enim populus putabatur esse ob vilitatem nimiam, & stultitiã: sed mutatio hæc fide facta est. vt nostra gẽs multo dignior appareat, quàm illa olim fuerit. Chryso.

c. Hebræorum hostes asserebant deos suos non esse patres deo Israel.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uersa quæ scripta sunt in volumine legis huius:[47] quia nō incassum præcepta sunt vobis, sed vt singuli in eis viuerent: quæ facientes longo tempore perseueretis in terra ad quam Iordane transmisso ingredimini possidendam. [48] Locutúsque est dominus ad Moysen in eadem die, dicens:[d 49] Ascende in montem istum Abarim, id est transituum, in montem Nebo, qui est in terra Moab contra Iericho: & vide terram Chanaan quam ego tradam filiis Israel obtinendam, & morere in monte. [50] Quem conscendens iūgēris populis tuis, † sicut mortuus est Aaron frater tuus in Mōte Hor, & appositus populis suis: † [51] quia præuaricati estis cōtra me in medio filiorum Israel ad aquas contradictionis in Cades deserti Zin: & nō sanctificastis me inter filios Israel. [52] Econtra videbis terram, & non ingredieris in eam quam ego dabo filiis Israel.

d Quid in causa est cur Moyses terrā promissionis tot tribulationes sibi pollicitam non intrauerit? Nequaquam vtilis in illam terram sancti Moysi fuisset ingressus: & qui omnino plurimos ludeorum in maximam erroris ruinam supplantare potuisset. Si enim quia per illū fuerāt de sola Aegypto liberati, relicto deo tanquāmodo Moysen requirebāt, ipsius esse prorsus cūcta alla beneficia credentes: huic si introductō quoque in terrā repromissionis habuissent, in quę non illi impietatis præcepta cecidissent? Chryso. in 1. ca. Matth. ho. 5.

Benedixit Moyses moriturus duodecim tribubus Israel. XXXIII.

[A] Hæc est benedictio qua benedixit Moyses homo dei filios Israel ante mortē suam: [2] & ait: Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus est nobis. Apparuit de monte Pharan, & cum eo sanctorum milia. In dextra eius ignea lex, [3] dilexit populos. Omnes sancti in manu illius sunt, † & qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius. [4] Legem præcepit nobis Moyses, hæreditatem multitudinis Iacob. [5] Erit apud rectissimum rex, congregatis Principibus populi cum tribubus Israel. [6] Viuat Ruben, & nō moriatur, & sit paruus in numero. [7] Hæc est Iudæ benedictio. Audi domine vocem Iudæ & ad populum suum introduc eum. Manus eus pugnabunt pro eo, & adiutor illius cōtra aduersarios eius erit. [8] Leui quoque ait: Perfectio tua, & doctrina tua, à viro sancto tuo quem probasti in tentatione, & iudicasti ad aquas contradictionis. † [9] Qui dixit patri suo, & matri suæ: Nescio vos. & fratribus suis, Ignoro illos: & nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt, [10] iudicia tua ô Iacob, & legem tuam ô Israel. Ponēt thymiama in furore tuo, & holocausta super altare tuum. [11] Benedic domine fortitudini eius, & opera manuū illius susċipe. Percute dorsa inimicorum eius, & qui oderunt eum, non consurgant. [12] Et Beniamin ait: Amantissimus domini habitabit confidenter in eo: quasi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet. [13] Ioseph quoq; ait: De benedictione domini terra eius, de pomis cœli, & rore, atque abysso subiacente. [14] De pomis fructuū solis ac lunæ, [15] de vertice antiquorū montium, de pomis collium æternorum, [16] & de frugibus terræ, & de plenitudine eius. Benedictio illius † qui apparuit in rubo, veniat super caput Ioseph, & super verticē Nazaræi inter fratres suos. [17] Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius, cornua Rhinocerotis cornua illius. In ipsis ventilabit gentes vsque ad terminos terræ. Hæ sunt multitudines Ephraim, & hęc milia Manassæ. [18] Et Zabulon ait: Lætare Zabulō in exitu tuo, & Isachar in tabernaculis tuis: [19] populos vocabunt ad montem, ibi immolabunt victimas iustitiæ. Qui inundationē maris quasi lac sugent, & thesauros absconditos arenarum. [20] Et Gad ait: Benedictus in latitudine Gad. Quasi leo requieuit, cepítque brachiū & verticem, [21] & vidit principatum suum, quòd in parte sua doctor esset repositus: qui fuit cum principibus populi, & fecit iustitias domini, & iudicium suū cum Israel. [22] Dan quoq; ait: Dan catulus leonis, fluet largiter de Basan. [23] Et Nephthali dixit: Nephthali abūdantia perfruetur, & plenus erit benedictionibus domini: Mare & meridiem possidebit. [24] Aser quoque ait: Benedictus in filiis Aser: Sit placens fratribus suis: & intingat in oleo pedem suum. [25] Ferrū & ęs calceamentū eius. Sicut dies iuuentutis tuæ, ita & senectus tua. [26] Nō est deus alius, vt deus rectissimi. Ascēsor cœli, auxiliator tuus. Magnificētia eius discurrunt nubes: [27] habitaculum eius sursum & subter brachia sempiterna. eiiciet à facie tua inimicum, dicétq;, conterere. † [28] Habitabit Israel cōfidenter, & solus. Oculus Iacob in terra frumenti, & vini, cœlíque caligabunt rore. [29] Beatus es Israel. Quis similis tui populi, qui saluaris in domino? Scutū auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ. Negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis.

Mortuus

Mortuus Moyses ac sepultus à deo occultè, fletur à populo, illíque Iosue substituitur. XXXIIII.

Ios. 4. 5. 1. Mac. 1. 2. Esdr. 1. 8. Anno ante Christum 1450. Anno mundi 2555.

[A] Ascendit † [a] ergo Moyses de campestribus Moab super montem Nebo, in verticem Phasga contra Iericho, ostendítque ei dominus omnem terrā Galaad vsque Dan, [2] & vniuersum Nephthalim, terrámq; Ephraim, & Manassæ, & omnem terram vsq; ad mare nouissimum [3] & austrālem partem, & latitudinem campi Iericho ciuitatis palmarum vsque Segor. [4] Dixítq; dominus ad eum: † Hæc est terra pro qua iuraui Abraham, Isaac, & Iacob, dicens: Semini tuo dabo eam. Vidisti eam oculis tuis, & non transibis ad illam. [5] Mortuúsque est ibi Moyses seruus domini in terra Moab iubēte domino, [6] & sepeliuit eum [b] in valle terræ Moab contra Phogor, & [c] non cognouit homo sepulchrum eius vsq; in prę̄sentem diem. [7] Moyses centum & viginti annorum erat quando mortuus est. Non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti sunt. † [8] Fleuerúntque eum filij Israel in campestribus Moab triginta diebus: & completi sunt dies planctus lugentium [d] Moysen: [9] Iosue verò filius Nun repletus est spiritu sapientiæ, quia Moyses posuit super eum manus suas. Et obedierunt ei filij Israel: fecerúntq; sicut præcepit dominus Moysi. [10] Et non surrexit vltrà Propheta in Israel sicut Moyses, quem nosset dominus facie ad faciem, [11] in omnibus signis atque portentis quæ per eum misit [12] vt faceret in terra Ægypti Pharaoni, & omnibus seruis eius, vniuersæque terę illius: & cunctam manum robustam, magnáq; mirabilia quæ fecit Moyses coram vniuerso Israel.

a. Moyses post constitutū pro se in dūcatu populi Iesum filium Nun ex tribu Ephraim, imperio diuino montem Abarim transiuit: in montem Nebo solus ascendit, vbi cēteſimo & vicesimo ætatis suę anno nec motis dentibus, nec caligā tibus oculis integro corpore totius humani generis commune debitum soluit.

b. Manibus angelorum.

c. Duabus enim de causis (vt sapientes aiunt) mortis ejus & sepulchri nēmo cōscius erat, quatenus illam faciem quæ consortio sermonis domini rutilauerat, mortis mœrore repressam nullus videret, & ne sepulchrū eius populus Israel ſi cognouisset vbi esset, adoraret. Aug. de mirabilibus sacræ scri. lib. 1. ca. vltimo.

d. De Moysi corpore hoc est iudicium. Dicitur Michael archangelus Mosis sepulturæ præsuisse, quod non ferebat diabolus, sed accusationem adferebat propter eædem Aegyptii, quòd Moyses ipsius esset: & propterea non permittebat vt ille honorificam cōsequeretur sepulturam. Inde scribitur in Epistola Iudæ, quòd cum Michael archāgelus cum diabolo disputās altercaretur de Moysi corpore, nō est ausus iudiciū inferre blasphemiæ, sed dixit: imperet tibi dominus. Oecumenius super illō loco Epistolæ Iudæ.

INCIPIT PROLOGVS BEATI HIERONYMI presbyteri in librum Iosue, Iudicum, & Ruth.

Iudem finito Pentateucho Moysi, velut grandi fœnore liberati, ad Iesum filium Naue manum mittimus, quem Hebræi Iehosua Ben Nun, id est Iosue filiū Nun vocant: & ad Iudicum librum, quem Sophetim apellant: ad Ruth quoque & Esther, quos iisdem nominibus efferunt. Monemúsque lectorem, vt syluā Hebraicorū nominum, & distinctiones per membra diuisas, diligens scriptor conseruet: ne & noster labor, & illius studiū pereat. Et vt in primis (quod sæpe testatus sum) sciat me nō in reprehēsionē veterem noua cudere, sicut inimici mei criminantur: sed pro virili portione offerre linguæ meæ hominibus, quos tamen nostra delectant: vt pro Græcorum hexaplis, quæ & sumptu & labore maximo indigent, editionem nostram habeant. Et sicubi in antiquorū voluminum lectione dubitarint, hæc illis cōferentes, inueniāt quod requirunt: maximè cum apud Latinos tot sint exemplaria, quot codices: & vnusquisque pro arbitrio suo vel addiderit vel subtraxerit quod ei visum est: & vtique nō possit verū esse, quod dissonat. Vnde cesset arcuato vulnere cōtra nos insurgere scorpius, & sanctū opus venenata carpere lingua desistat: vel suscipiens, si placet, vel contemnens, si displicet: memineritque illorū versuū, Os tuum abūdauit nequitia, & lingua tua cōcinnabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris: & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum: hæc fecisti, & tacui. Existimasti iniquè quòd ero tui similis: arguam te, & statuā cōtra faciem tuam. Quæ enim audientis vel legentis vtilitas est, nos laborando sudare, & alios detrahendo laborare? dolere Iudæos quòd calūniandi eis, & irridendi Christianos sit ablata occasio: & Ecclesiæ homines id despicere, imò lacerare, vnde aduersarij torqueantur? Quòd si vetus eis tantum interpretatio placet, quæ & mihi non displicet, & nihil extra recipiendum putant: cur ea quæ sub asteriscis & obelis vel addita sunt vel amputata, legunt, & negligunt? Quare Danielem iuxta Theodotionis translationem Ecclesiæ susceperunt? Cur Origenē mirantur, & Eusebium Pamphili, cunctas ditiones similiter differentes? Aut quæ fuit stultitia, postquā vera dixerint, proferre quæ falsa sunt? Vnde aut eni in nouo testamento probare poterūt assumpta testimonia, quæ in libris veteribus non habentur? Hæc dicimus, ne omnino calumniantibus tacere videamur. Cæterū post sanctæ Paulæ dormitionem, cuius vita virtutis exemplum est: & hos libros quos Eustochio virgini Christi negare non potui, decreuimus dum spiritus hos regit artus, Prophetarum explanationi incumbere, & omissum iam diu opus, quasi quodam postliminio repetere: præsertim cum & admirabilis sanctúsque vir Pammachius hoc idem literis flagitet: & nos ad patriam festinantes, mortiferos Sirenarum cantus surda debeamus aure transire.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Liber Iosue, Hebraice יְהוֹשֻׁעַ

Iehosua.

Terram promissam iussus à domino Iehosua expugnare, tribus Ruben, Gad, & dimidiam Manassæ ad reducendos fratres hortatur. I.

a. Mouet nonnullos dubiũ cur dominus tot populos bonæ fidei possessores deleuerit, vt Iudæos introduceret. Respõdet Aug. lerm. 105. de tempo. Quando filij Noe diuiderent terram Palæstina sorte cõtigit Se, cuius successores sunt Iudæi. Nec igitur immerito eos expellunt, sicut illi patres suos expulerãt. Cũmq; dominus Sodomam & Gomorrha subuertere et, dixisse fertur. Nondum impletæ sũt iniquitates Amorræorũ. Ideo expectabat vt aut conuerterentur, & agerent pœnitentiam, aut certè si conuerti nollent, crimina criminibus cumulantes, & peccandi mẽsurã implentes, institutum dei sententiam sustinerẽt. Quia ergo eos dupliciter inuenit reos diuina censura, pro eo q; & terras alienas inuaserãt, & postea scelera & crimina maudita commiserant, iusto iudicio puniũtur, & Israelitico populo antiquorum patrũ possessio reformatur. Augustl. vbi supra.

A

ET[a] factum est post mortem Moysi serui domini, vt loqueretur dominus ad Iosue filium Nun ministrum Moysi, & diceret ei: [2] Moyses seruus meus mortuus est. Surge & transi Iordanem istum, tu & omnis populus tecum, in terram quam dabo filiis Israel. † [3] Omnem locum quem calcauerit vestigium pedis vestri, vobis tradã, sicut locutus sum Moysi. [4] A deserto & Libano vsque ad fluuium magnũ Euphraten, omnis terra Hethæorum vsque ad mare magnum contra solis occasum, erit terminus vester. [5] Nullus poterit vobis resistere cunctis diebus vitæ tuæ. Sicut fui cum Moyse, ita ero & tecum: † nõ dimittam nec derelinquam te. † [6] Confortare, & esto robustus. Tu enim sorte diuides populo huic terram pro qua iurauí patribus tuis vt traderem eam illis. [7] Confortare igitur, & esto robustus valde: vt custodias & facias omnem legem quam præcepit tibi Moyses seruus meus. † Ne declines ab ea ad dextram vel ad sinistram, vt intelligas cuncta quæ agis. [8] Non recedat volumẽ legis huius ab ore tuo: sed meditaberis in eo diebus ac noctib[9], vt custodias & facias omnia quę scripta sunt in eo. Tunc diriges viam tuam, & intelliges eam. [9] Ecce præcipio tibi: confortare, & esto robustus. Noli metuere, & noli timere: quoniam tecum est dominus deus tuus in omnibus ad quæcunque perrexeris. [10] Præcepítque Iosue principibus populi, dicens: Transite per medium castrorũ, & imperate populo, & dicite: [11] Præparate vobis [b] cibaria: quoniam post diem tertiam transibitis Iordanem, & intrabitis ad possidendam terrã quam dominus deus noster daturus est nobis. [12] Rubenitis quoque, & Gaditis, & dimidiæ tribui Manassæ ait: [c] † [13] Mementote sermonis quem præcepit vobis Moyses famulus domini, dicens: Dominus deus vester dedit vobis requiem, & omnem terram. [14] Vxores vestræ & filij ac iumenta manebunt in terra quam tradidit vobis Moyses trans Iordanem. Vos autem transite armati ante fratres vestros omnes fortes manu, & pugnate pro eis, [15] donec det requiem dominus fratribus vestris, sicut & vobis dedit, & possideant ipsi quoque terram quam dominus deus vester daturus est eis: & sic reuertimini in terram possessionis vestræ, & habitabitis in ea quam vobis dedit Moyses famulus domini trans Iordanem contra solis ortum. [16] Respondeúntque ad Iosue, atque dixerũt: † Omnia quæ præcepisti nobis, faciemus, & quocũque miseris, ibimus. [17] Sicut obediuimus in cũctis Moysi, ita obediemus & tibi: tantùm sit dominus deus tuus tecũ, sicut fuit cum Moyse. [18] Qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis sermonibus quos præceperis ei, moriatur. Tu tantùm confortare, & viriliter age.

Am. 1011. Christian. 3477. Antonini 3469.

† Deut. 11.

† Deut. 11.

† Deut. 31.

† Deut. 3. † Iosue 13.

† Deut. 3.

b. Omnes cibos præter panem, quòniã mãna adhuc illis pluebat, vsque dũ transierunt Iordanem.

c. Tota Iudææ terra tribuumque descriptio, futuræ ecclesiæ in cœlis typus est. Legamus Iesum Naue, legamus Ezechielis extremas partes, & videbimus quicquid in altero quasi per historiam in terra distribuitur, in altero in cœlis repromitti, & sequitur. Quare duæ & semis tribus trans Iordanem habitant, vbi plurima sunt iumenta, & nouem & semis reliquæ expelluntur pristinos habitatores sedibus suis, vel cum ipsis habitãte? Hieron. aduersus Iouinianum lib. 2.

Missi exploratores in vrbem Iericho, à Rahab meretrice (promissa illi misericordia) saluantur. II.

a. Sethim est locus in quo Balac Rex Moabitarũ aduersus Israel cõgregauit exercitum. ἀμάτους arboribus quæ per eremum montis Sina hodie quoque gignuntur. Nam vbi in 70. vel arca testamenti, vel altare & tabernaculũ exteréque quæ de lignis imputribilibus facta referuntur, in Hebræo ponuntur ligna Sechim, quæ habent similitud. nem arboris quam nos vulgo spinam albam dicimus. Hiero. super 6. cap. Mich.

MIsit igitur Iosue filius Nun de[a] Sethim duos viros exploratores in absco-
dito, & dixit eis: Ite, & cõsiderate terram, vrbémque Iericho. † Qui pergentes ingressi sunt domũ mulieris meretricis nomine Rahab, & quieuerũt apud eam. [2] Nunciatúmque est Regi Iericho, & dictum: Ecce viri ingressi sunt huc per noctẽ de filiis Israel, vt explorarent terrã. [3] Misitq; Rex Iericho ad Rahab meretricẽ, dicens: Educ viros qui venerunt ad te, & ingressi sunt domum tuam. Exploratores quippe sunt, & omnem terram considerare venerunt.

A

B

C

D

A

B

Iosue 2.

Iosue 2.c runt. † Tollénsq; mulier viros abscondit, & ait: [b] Fateor, venerunt ad me, sed nesciebã vnde essent. [5] Cúmq; porta clauderetur in tenebris, & illi pariter exierũt: nec scio quò abierunt. Persequimini cito, & comprehendetis eos. [6] Ipsa autem fecit ascẽdere viros in solarium domus suæ: operuítque eos stipula lini, quæ ibi erat. [7] Ij autem qui missi fuerant, secuti sunt eos per viam quæ ducit ad vadum Iordanis: illísq; egressis, statim porta clausa est. [8] Necdum obdormierant qui latebant, & ecce mulier ascẽdit ad eos, & ait: [9] Noui quòd dominus tradiderit vobis terram: Etenim irruit in nos terror vester, & elanguerunt omnes habitatores terræ. [10] Audiuimus quòd † siccauerit dominus aquas maris Rubri ad vestrum introitum, quando egressi estis ex Ægypto, † & quæ feceritis duobus Amorræorum Regibus qui erant trans Iordanẽ, Sehon & Og, quos interfeciſtis. [11] Et hæc audientes, pertimuimus, & elanguit cor nostrum, nec remansit in nobis spiritus ad introitum vestrum. [c] Dominus enim deus vester ipse est deus in cœlo sursum, & in terra deorsum. † [12] Nũc ergo iurate mihi per dominum, vt quomodo ego misericordiam feci vobiscum, ita & vos faciatis cũ domo patris mei: detúrq; mihi verum signum, [13] vt saluetis patrem meum & matrem, fratres ac sorores meas, & omnia quæ illorum sunt, & eruatis animas nostras à morte. [14] Qui respondérunt ei: † Anima nostra sit pro vobis in mortem, si tamen non prodideris nos: cúmq; tradiderit nobis dominus terram, faciemus in te misericordiam & veritatem. [15] Dimisit ergo eos per funem de fenestra: domus enim eius hærebat muro. [16] Dixítq; ad eos: Ad montana conscendite, ne fortè occurrant vobis reuertentes: ibíq; latitate tribus diebus, donec redeant, & sic ibitis per viam vestram. [17] Qui dixerunt ad eam: [d] Innoxij erimus à iuramento hoc quo adurasti nos, [18] si ingredientibus nobis terram, signum fuerit funiculus iste coccineus: & ligaueris eum in fenestra per quam demisisti nos, & patrem tuum ac matrem, fratrésq;, & omnem cognationem tuam congregaueris in domum tuam. [19] Qui ostium domus tuæ egressus fuerit, reus sibi erit. Sanguis ipsius erit in caput eius, & nos erimus alieni. Cunctorum autem sanguis qui tecum in domo fuerint, redundabit in caput nostrum, si eos aliquis tetigerit. [20] Quòd si nos prodere volueris, & sermonem istum proferre in medium, erimus mundi ab hoc iuramento quo adurasti nos. [21] Et illa respondit: [e] Sicut locuti estis, ita fiat. Dimitténsq; eos vt pergerent, appẽdit funiculum coccineum in fenestra. [22] Illi vero ambulantes peruenerunt ad montana, & manserunt ibi tres dies, donec reuerterẽtur qui fuerant persecuti. Quærentes enim per omnem viam, non repererunt eos. [23] Quibus vrbem ingressis, reuersi sunt & descenderunt exploratores de monte, & transmisso Iordane venerunt ad Iosue filium Nun, narrauerúntq; ei omnia quæ acciderant sibi, [24] atque dixerunt: Tradidit dominus omnem terram hanc in manus nostras, & timore prostrati sunt cuncti habitatores eius.

b. Prius veritatem ædificat, atq; ita mendacij inducit. Chrys. de pœnit. homil. 5.

c. Aegyptus & Iudæa dicit: hi dij tui qui eduxerũt te de terra Aegypti: & meritò non alios, sed deos latentes ascribit. Digna ira; Raab omni laude, ecclesiæ imago. Chry. de pœn. ho. 5.

d. Quod scriptum est deũ bene fecisse Hebræis obstetricibus, & Raab Ierichontinæ mercetrici nõ ideo factũ est, quia mendacia sunt, sed quia homines dei misericordes fuerũt. Non est itaque in eis remunerata fallacia, sed benevolentiæ benignitas meretrix, nõ iniquitas meretricis. Augustl. contra mendacium, cap. 15.

e. Hęc mulier exploratores quos Iesus direxit, hospitio recepit, consilio instruxit, postulatibus ciuibus abiisse respondit, abscondit in tecto, & ve se fusíque vbis excidio posse eripere, coccũ in fenestra ligauit. Ambro. super 10. ca. Lucæ.

Siccatum Iordanem Israel dei miraculo transit. III.

A

B

Iosue 4.

IGitur Iosue de nocte consurgens, mouit castra: egredientésq; de Sethim, venerunt ad Iordanem, ipse, & omnes filij Israel, & morati sunt ibi per tres dies. [2] Quibus euolutis transierunt præcones per castrorum mediũ, [3] & clamare cœperunt: Quando videritis arcam fœderis domini dei vestri, & sacerdotes stirpis Leuiticæ portantes eam, vos quoque consurgite, & sequimini præcedentes, [4] sítque inter vos & arcam spacium cubitorum duũm milium: vt procul videre possitis, & nosse per quam viam ingrediamini: quia príus non ambulastis per eam: & cauete ne appropinquetis ad arcam. [5] Dixítque Iosue ad populum: [a] † Sanctificamini, cras enim faciet dominus inter vos mirabilia. [6] Et ait ad sacerdotes: Tollite arcam fœderis, & præcedite populum. Qui iussa complentes, tulerunt, & ambulauerunt ante eos. [7] Dixítque dominus ad Iosue: Hodie incipiam exaltare te coram omni Israel: vt sciant quòd sicut cum Moyse fui, ita & tecum sim. [8] Tu autem præcipe sacerdotibus qui portant arcam fœderis, & dic eis: Cum

a. Nemo sanctificatur nisi à deo, qui verò nõ sanctificat deum, non sanctificatur à deo. Sanctificamus autem deũ in nobis, quando scimus eum sanctũ, timemus & solicitè vigilamus, ne forte violemus sanctitatẽ nominis eius in nobis per opera nostra mala. Chrys. super 4. cap. Matth. Homil. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

b. Iordanis refluxo amne in suum fontem reuertitur. Herere aquam cui labitur & ita sursum redire in superiora sine vllo repagulo impossibile habetur. Sed quid impossibile ei qui dedit posse fluuiis volunt? Amb. Hexamer. libr. 2. ca. 5.

ingressi fueritis partem aquæ [b] Iordanis, state in ea. [9] Dixítque Iosue ad filios Israel: Accedite huc, & audite verbum domini dei vestri. [10] Et rursum, In hoc, inquit, scietis quòd dominus deus viuens in medio vestri est, & disperdet in conspectu vestro Chananæum & Hethæum, Heuæum & Pherezæum, Gergesæum quoque & Iebusæum, & Amorræũ. †[11] Ecce arca fœderis domini omnis terræ antecedet vos per Iordanẽ. [12] Parate duodecim viros de duodecim tribubus Israel, singulos per singulas tribus. [13] Et cum posuerint vestigia pedum suorum sacerdotes qui portant arcam fœderis domini dei vniuersæ terræ in aquis Iordanis, aquæ quæ inferiores sunt, decurrent, atque deficient: quæ autem desuper veniunt, in vna mole consistent. [14] Igitur egressus est populus de tabernaculis suis, vt transiret Iordanẽ: & sacerdotes qui portabant arcam fœderis, pergebant ante eum. [15] Ingressísque eis Iordanem, & pedibus eorum in parte aquæ tinctis, † (Iordanis autem ripas aluei sui tempore messis impleuerat) [16] steterunt aquæ descendentes in loco vno, & ad instar montis intumescentes apparebant procul ab vrbe quæ vocatur Aedom, vsque ad locum Sarthan: quæ autem inferiores erant, in mare solitudinis (quod nunc vocatur mortuum,) descenderũt, vsquequo omnino deficerent. Populus autẽ incedebat contra Iordanem, [17] & sacerdotes qui portabant arcam fœderis domini, stabãt super siccam humum in medio Iordanis accincti, omnísque populus per arentem alueum transibat.

† Exod. 14. c. Deuter. 11. d. Iosue 3. Iordanis.

Duodecim lapides in Iordane in memoriam ipsius siccati colliguntur. IIII.

[A] QVibus trãsgressis, dixit dominus ad Iosue: [2] Elige duodecim viros singulos per singulas tribus, [3] & præcipe eis vt tollant de medio Iordanis alueo vbi steterunt pedes sacerdotum, [a] duodecim durissimos lapides, quos ponetis in loco castrorum vbi fixeritis hac nocte tentoria. [4] Vocauítque Iosue duodecim viros, quos elegerat de filiis Israel, singulos de singulis tribubus, [5] & ait ad eos: Ite ante arcã domini dei vestri ad Iordanis medium, & portate inde singuli singulos lapides in humeris vestris, iuxta numerum filiorum Israel, [6] vt sit signũ inter vos: & quando interrogauerint vos filij vestri cras, † Deuter. 11. dicentes: Quid sibi volunt isti lapides? [7] respondebitis eis: † Defecerũt aquæ Iordanis ante arcam fœderis domini, cum transiret eum: idcirco positi sunt lapides isti in monumentum filiorum Israel vsque in æternum. [8] Fecerunt ergo filij Israel sicut præcepit eis Iosue, portãtes de medio Iordanis alueo duodecim lapides, vt dominus ei imperarat, iuxta numerum filiorum Israel, vsque in locum in quo castrametati sunt, ibíque posuerunt eos. [9] Alios quoque duodecim lapides posuit Iosue in medio Iordanis alueo, vbi steterunt sacerdotes qui portabant arcam fœderis domini, & sunt ibi vsque [b] in præsentem diem. [10] Sacerdotes autem qui portabant arcam, stabant in [c] Iordanis medio, donec omnia cõplerẽtur quæ Iosue vt loqueretur ad populum, præceperat dominus, vt dixerat ei Moyses. Festinauítq; populus, & trãsiuit. [11] Cúmq; transissent omnes, transiuit & arca domini: sacerdotes quoque pergebãt ante populum. [12] Filij quoque Ruben & Gad, & dimidia tribus Manasse armati præcedebant fratres C † Num. 32. suos filios Israel, † sicut eis præceperat Moyses: [13] & quadraginta pugnatorum milia per turmas & cuneos incedebãt per plana atq; campestria vrbis Iericho. [14] In illo die magnificauit dominus Iosue coram omni Israel, vt timerent eũ, sicut timuerãt Moysen dum adhuc viueret. [15] Dixítque ad eum: † [16] Præcipe sacerdotibus qui portant ar- † Deuter. 10. cã fœderis dñi, vt ascendant de Iordane. [17] Qui præcepit eis, dicens: Ascendite de Iordane. [18] Cúmque ascendissent portantes arcam fœderis domini, & siccam humũ calcare cœpissent, reuersæ sunt aquæ in alueum suum, & fluebant sicut antè consueuerant. [19] Populus autem ascendit de Iordane decimo die mensis primi, & castrametati sunt in [d] Galgalis contra orientalem plagam vrbis Iericho. [20] Duodecim quoque lapides quos de Iordanis alueo sumpserãt, posuit Iosue in Galgalis, [21] & dixit ad filios Israel: Quãdo interrogauerint filij vestri cras patres suos, & dixerint eis: Quid sibi volunt

a. Illi lapides qui leuati sũt à Iordane, videntur mihi significare duodecim apostolorũ. Post mortem enim Moysi sepultis patriarchis, apostoli sarrexerũt. Sic & in Psal. 44. legimus: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terrã. Augustin. Ser. 106. de tempore.

b. Nũ & de lapidibus illis duodecim qui positi sunt vbi Iordanis ex ima parte defluxerat, & ex parte superiore constiterat arca transeunte vel populo, ita dictũ est quòd essent ibi vsque in præsentem diem, qd videtur ita sonare, tãquam post plurimum temporis per hanc scripturam ista narrentur: nec eo tempore libri conscripti fuerint, quo erant hæc recentissima. Aug. in locutio. sup. Iosue.

c. Secundum Habraosla titudo Iordanis tunc erat 12. milliarum, quia tunc exundabat.

d. Intuitu est castra Galgale & acerum præputiorũ, & secundæ circumcisionis mysterii & duodecim lapides qui de Iordanis illuc trãslati alueo. Hier. in Epitaph. Paul. Sed & ipsa præputia in vnum tumulũ congregata, & sepulta, & terra obruta, & allatum apparatum ægypti, & nomen loci Galgale, quod interpretatur reuolutio. Idem aduersus Iouin. lib. 1.

lunt lapides isti? [22] docebitis eos, atq; dicetis: Per arentem alueum trãsiuit Israel Iordanem istum, [23] siccante domino deo nostro aquas eius in conspectu nostro, donec transiretis, † sicut fecerat prius in mari rubro, quod siccauit donec transiremus: [24] vt discant omnes terrarum populi fortissimam manum domini, vt & vos timeatis dominum deum vestrum omni tempore.

† Exod. 14. c. Iosue 4. b.

Circumcisione & pascha celebratis, terrentur Chananæi, deficit manna, & angelus domini Iosue alloquitur. V.

[A] POstquam ergo audierunt omnes Reges [a] Amorręorum, qui habitabãt trans Iordanem ad occidẽtalem plagam, & cuncti Reges Chanaan, qui propinqua possidebãt magni maris loca, quòd siccasset dominus fluẽta Iordanis corã filiis Israel donec transirent, dissolutum est cor eorum, & non remasit in eis spiritus timentium introitum filiorum Israel. [2] Eo tempore ait dominus ad Iosue: Fac tibi cultros lapideos, & circuncide [b] secundò filios Israel. [3] Fecit quoq; quod iusserat dominus, & circũcidit filios Israel in colle prę- [B] putiorũ. [4] Hæc autẽ causa est secundæ circũcisionis: Omnis populus qui egressus est de Ægypto generis masculini, vniuersi bellatores viri mortui sunt in deserto, per lõgissimos viæ circuitus, [5] qui omnes circuncisi erant: populus autẽ qui natus est in deserto [6] per quadraginta annos itineris latissimæ solitudinis, incircuncisus fuit, donec cõsumerentur qui non audierant vocẽ domini, & quibus antè iurauerat vt ostenderet eis terram lacte & melle manantem. [7] Horum filij in locum successerunt patrum, & circuncisi sunt à Iosue, quia sicut nati fuerant, in præputio erant, nec eos in via ali- [C] quis circunciderat. [8] Postquam autem omnes circuncisi sunt, mãserunt in eodem castrorum loco, donec sanarentur. [9] Dixítq; dominus ad Iosue: † Hodie abstuli opprobrium Ægypti à vobis. Vocatúmque est nomen loci illius [c] Galgala, vsq; in præsentem diem. [10] Manseruntq; filij Israel in Galgalis, & fecerunt Phase quartadecima die mensis ad vesperum in campestribus Iericho: [11] & comederunt de frugibus terræ die [D] altero, & azymos panes, & polentam eiusdem anni. [12] Defecítque manna postquam comederunt de frugibus terræ, nec vsi sunt vltrà cibo illo filij Israel, sed comederunt de frugibus præsentis anni terræ Chanaã. [13] Cum autem esset Iosue in agro vrbis Iericho, leuauit oculos, & vidit virum stantẽ contra se, euaginatum tenentem gladium: perrexítq; ad eum, & ait: Noster es, an aduersariorum? [14] Qui respõdit: Nequaquam, sed sum princeps exercitus domini, & nunc venio. Cecidit Iosue pronus in terram, & adorans ait: Quid dominus meus loquitur ad seruum suum? † [15] Solue, inquit, calceamẽtum tuum de pedibus tuis. Locus enim in quo stas, sanctus est. Fecítq; Iosue vt sibi fuerat imperatum.

† Exod. 4. b. Actor. 7. d.

Expugnata Iericho funditus, & Rahab seruata, maledicitur reædificatori eius. VI.

Ios. 6. 2. 3. 4. 5. A. Iudic. 1. b.

[A] IEricho [a] autem clausa erat atq; munita timore filiorum Israel, & nullus egredi audebat aut ingredi. [2] Dixítq; dominus ad Iosue: Ecce dedi in manus tuas Iericho, & Regẽ ei⁹, omnésq; fortes viros. [3] Circuite vrbẽ cũcti bellatores semel per diẽ: Sic facietis sex diebus. [4] Septimo autem die sacerdotes tollẽt septem buccinas, quarũ vsus est in Iubileo, & præcedent arcam fœderis. Septiésque circuibitis ciuitatem, & sacerdotes clangent buccinis. [5] Cúmque insonuerit vox tubæ longior atq; concisior, & in auribus vestris increpuerit, cõclamabit omnis populus vociferatione maxima, & muri funditus corruent ciuitatis, ingredientúrq; singuli per locum cõtra quem steterint. [6] Vocauit ergo Iosue filius Nun sacerdotes, & dixit ad eos: Tollite arcam fœderis: & septẽ alij sacerdotes tollant septem Iubileorum buccinas, & incedant ante arcam domini. [7] Ad populum quoque ait: Ite, & circuite ciuitatem armati præcedentes arcam domini. [B] [8] Cúmque Iosue verba finisset, & septem sacerdotes septem buccinis clangerent ante arcam fœderis domini, [9] omnísq; præcederet armatus exercitus, reliquum vulgus

a. Amorræi dicti sũt ab Amorræo filio Chanaã, quorum pars trans Iordanem terras tenuit: eorumq; regem Sehõ Moyses deleuit cum omni populo suo, terrámq; Ruben & Gad & dimidiæ tribui Manasse distribuit vt patet. num. 32. Reliquæ vero pars eorũ remansit in Chanaam cum fratribus suis, vt patet Genes. 36.

b. A prima solenni circuncisione cũ imminerent exitus Aegypti, vel ab illa quã fertur fecisse Moyses secũdo anno exitus, qua nullus in deserto natus fuit circuncisus.

c. Locus est Galgala contra orientem Iericho antiquæ & ex aduerso ascensionis Adummim vt infra, post tergum Bethaauen Iordanem. Hic omnem sirpem virilem in deserto natã Iosue circuncidit.

a. Iericho magna ciuitas fuit mirabilibus septa parietibus, quæ non ferro pereuia, nõ arieti posset esse penetrabilis. Vrbis tamẽ ipsæ inexpugnabilis muros septem tubarum sacerdotalũ sono, & populi iubilãtis vlulatu confono corruisse. Ambros. in 10. cap. Luc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

arcam sequebatur,ac buccinis omnia cõcrepabant.[10] Præceperat autẽ Iosue populo, dicens:Nõ clamabitis,nec audietur vox vestra,neque vllus sermo ex ore vestro egredietur,donec veniat dies in quo dicã vobis,Clamate,& vociferamini.[11] Circuiuit ergo arca domini ciuitatẽ semel per diem,& reuersa in castra mansit ibi.[12] Igitur Iosue de nocte consurgente, tulerunt sacerdotes arcam domini,[13] & septem ex eis septem buccinas quarum in Iubileo vsus est,præcedebántque arcam domini ambulantes atque clangẽtes:& armatus populus ibat ante eos, vulgus autem reliquum sequebatur arcam,& buccinis personabat.[14] Circuierúntque ciuitatem secundo die semel,& reuersi sunt in castra.Sic fecerunt sex diebus.[15] Die autem septimo diluculo cõsurgentes,circuierunt vrbem sicut dispositum erat,septies.[16] Cúmq; septimo circuitu clangerent buccinis sacerdotes,dixit Iosue ad omnẽ Israel:Vociferamini: Tradidit enim vobis dominus ciuitatem.[17] Sítq; ciuitas hæc anathema,& omnia quæ in ea sunt,domino:[b] sola Rahab meretrix viuat cum vniuersis qui cum ea in domo sunt.† Abscõdit enim nũcios quos direximus.[18] Vos autem cauete ne de iis quę præcepta sunt vobis,quippiam contingatis, & sitis prævaricationis rei, & omnia castra Israel sub peccato sint atq; turbentur.[19] Quicquid autem auri aut argenti fuerit,& vasorum æneorum ac ferri,domino cõsecretur,repositum in thesauris eius.†[20] Igitur omni populo vociferante,& clangentibus tubis,postquam in aures multitudinis vox sonitúsq; increpuit,muri ilico corruerunt,& ascendit vnusquisque per locum qui contra sẽ erat. † Ceperúntq; ciuitatem,[21] & interfecerunt omnia quæ erant in ea,à viro vsq; ad mulierem,ab infante vsque ad senem.Boues quoque,& oues,& asinos,in ore gladij percusserunt.[22] Duobus autẽ viris † qui exploratores missi fuerant, dixit Iosue:[c] Ingredimini domum mulieris meretricis,& producite eam,& omnia quæ illius sunt, sicut illi iuramento firmastis.† [23] Ingressíq; iuuenes,eduxerunt Rahab & parentes eius,fratres quoq;,& cunctam supellectilem ac cognationem illius:& extra castra Israel manere fecerunt.[24] Vrbem autẽ,& omnia quæ inuẽta sunt in ea,succenderunt,absq; auro & argento & vasis æneis ac ferro:quæ in ærarium domini consecrarunt.† [d] [25] Rahab verò meretricẽ,& domum patris eius,& omnia quæ habebat, fecit Iosue viuere, & habitauerunt in medio Israel vsq; in præsentem diem, eo quòd absconderit nuncios quos miserat vt explorarent Iericho.In tempore illo imprecatus est Iosue,dicẽs: † [26] Maledictus vir corã domino,qui susciteuerit & ædificauerit ciuitatẽ Iericho.[e] In primogenito suo fundamenta illius iaciat, & in nouissimo liberorum ponat portas eius.[27] Fuit ergo dominus cum Iosue,& nomen eius vulgatum est in omni terra.

b. Inter peccatores Rahab meretrix, sed ɛquaquam meretrix professione, quæ propter hospitalitatis amorem laudata est & saluata. Gregor. Nazian. Orat. 16. Item. Si viuere debet quare meretrix? & si meretrix, quare viuere debet? Dico propter fidem, quòd sequentes discat mutationem. Rahab enim in salutis argumentũ exploratores suscepit, non ex ipsa sola dilectione, sed ex fide præmia. Chryso. de pœnit. hom. 2.

c. Iam illud quis non plenũ putet esse miraculi, quòd ex tota vrbe nemo seruatus est, nisi quę meretrix libertatis? Amb. super Luc. cap. 10.

d. Videre quemadmodum vnusquisq; proprij seruet officium, exploratores exemplum, mysterij meretrix, fidem vidistis, religionis sacerdotes: hi per eorum prolaude non meruere, illa susceptos nec in periculis prodit: ille solicitus fidem magis seruare quàm vincere, meretricis prius mãdat salutem, quàm excidij ciuitatis. Amb. in 10. ca. Luc.

e. Moriantur omnes filij eius.

Explorata Hai, Achan propter furtum anathematis Iericho habita sorte lapidatur. VII.

a. Nam dei viros, non diuitiarum, non gloriæ, non potentiæ, non sapientiæ fecilaris cupidos esse decet. Est autem auram diuitiarũ figura seu imago, argẽtum verò ipsẽdore no gloriam repræsentat. Procop. ibi.

b. Hai vrbs olim insignis fuit, quã Iosephus Aiã appellat iuxta Bethauen, ad orientalem plagam.

Filij [a] † autẽ Israel prævaricati sunt mandatum, & vsurpauerunt de anathemate.Nam Achan filius Charmi,filij Zabdi,filij Zare de tribu Iuda tulit aliquid de anathemate. Iratúsque est dominus contra filios Israel. [2] Cúmq; mitteret Iosue de Iericho viros cõtra Hai,quæ est iuxta Bethauen,ad orientalem plagam oppidi Bethel,dixit eis:Ascẽdite, & explorate terram. Qui præcepta complentes,exploraverunt Hai.[3] Et reuersi, dixerunt ei: Non ascendat omnis populus, sed duo vel tria milia virorum pergant, & deleant ciuitatem.Quare omnis populus frustra vexabitur contra hostes pauciſſimos?[4] Ascenderunt ergo tria milia pugnatorum.† Qui statim terga vertentes,[5] percussi sunt à viris vrbis [b] Hai, & corruerunt ex eis triginta & sex homines: persecutíq; sunt eos aduersarij de porta vsque ad Sabarim,& ceciderunt per prona fugientes. Pertimuítque cor populi,&ad instar aquę liquefactum est.[6] Iosue verò scidit vestimẽta sua,& pronus cecidit in terram coram arca domini vsque ad vesperam, tam ipse quàm omnes senes Israel. Miserúntque puluerem super capita sua,[7] & dixit Iosue: Heu domine deus: quid voluisti traducere populum istum Iordanem fluuium, vt traderes nos in manus Amorræi, & perderes? Vtinam vt cœpimus, mansissemus trans Iordanem.

Mi domine deus,quid dicã,videns Israelem hostibus suis terga vertentem?[9] Audiẽt Chananæi,& omnes habitatores terræ,& pariter conglobati circundabunt nos,atq; delebunt nomen nostrum de terra.Et quid facies magno nomini tuo?[10] Dixítq; dominus ad Iosue:Surge,cur iaces pronus in terra?[11] Peccauit Israel,& prævaricatus est pactum meum,tulerúntque de anathemate,& furati sunt atque mẽtiti,& abscondérunt inter vasa sua:[12] nec poterit Israel stare ante hostes suos,eósque fugiet: quia pollutus est anathemate.Non ero vltrà vobiscum,donec conteratis eum qui huius sceleris reus est.†[13] Surge,sanctifica populum,& dic eis:Sanctificamini in crastinum.Hęc enim dicit dominus deus Israel:Anathema in medio tui est,Israel. Non poteris stare coram hostibus tuis,donec deleatur ex te qui contaminatus est hoc scelere.[14] Accedetísque mane singuli per tribus vestras,& quancũque tribuum sors inuenerit, accedet per cognationes suas,& cognatio per domos,domúsq; per viros:[15] & quicunque ille in hoc facinore fuerit deprehensus, [c] comburetur igni cum omni substantia sua: quoniam prævaricatus est pactum domini,& fecit nephas in Israel.†[16] Surgens itaq; Iosue mane,applicuit Israel per tribus suas,& inuẽta est tribus Iuda.[17] Quæ cũ iuxta familias suas esset oblata,inuenta est familia Zare.Illam quoque per domos offerens reperit Zabdi:[18] cuius domum in singulos diuidens viros, inuenit Achan filiũ Charmi,filij Zabdi,filij Zare,de tribu Iuda.[19] Et ait Iosue ad Achã:Fili mi,da gloriam domino deo Israel,& cõfitere atq; indica mihi quid feceris,ne abscondas.†[20] Respondítq; Achan Iosue,& dixit ei: Vere ego peccaui domino deo Israel,& sic,& sic feci.[21] Vidi enim inter spolia palliũ coccineum valde bonum, & ducentos siclos argenti, regulámque auream quinquaginta siclorum:& concupiscens abstuli,& abscondi in terra contra medium tabernaculi mei, argentúmque fossa humo operui.[22] Misit ergo Iosue ministros:qui currentes ad tabernaculum illius,repererunt cuncta abscõdita in eodem loco, & argentum simul.[23] Auferentésq; de tentorio,tulerunt ea ad Iosue,& ad omnes filios Israel,proiecerúntq; ante dominum.†[24] Tollens itaque Iosue Achan filium Zare,argẽtúmq; & pallium,& auream regulam, [d] filias quoq; & filios eius,boues & asinos,& oues,ipsúmq; tabernaculum,& cunctam supellectilẽ, & omnis Israel cum eo,duxerũt eos ad vallem Achor,[25] vbi dixit Iosue:Quia turbasti nos, exturbet te dominus in die hac.Lapidauítque eum omnis Israel:& cuncta quæ illius erant,igne consumpta sunt.[26] Congregauerúntq; super eum aceruum magnum lapidum,qui permanet vsque in præsentem diem.Et auersus est furor domini ab eis.Vocatúmque est nomen loci illius,vallis [e] Achor,vsque hodie.

c. Meritò quæritur,cũ dominus cremari mãdauerit qui sacrilegus admissetur, cur lapidari præceperit? Rationi deinde quòd ignis nomine quælibet pœna intelligi potest. Augu. q. 9. super Iosue.

d. Quæri solet, quomodo iuste pro alienis peccatis in aliis vindicetur, maximè quia in lege dominus dicit: nec patres pro filiis, nec filios pro parentum peccatis esse puniendos? Respondetur quòd per eius peccatum, morteque paucorum admonitus est populus vniuersus tanquam in vniuerso corpore qd̃ere qd̃ amissum est. Aug. q. 8. super Iosue.

e. Achor ire interpretatur turbatio, quia illic Achan occisus est, qui Israelẽ turbauerat.

Expugnata Hai, Rex eius suspenditur, erecto altari lapideo, Deuteronomium inscribitur, & populo benedicitur. VIII.

a. Hinc admonemur nõ iniustè fieri insidias ab his qui iustum bellum gerũt: ne nihil homo iustus præcipuè cogitare debeat in his rebus nisi vt iustũ bellum suscepere. nã vtrum aperta pugna, an insidiis vincat, nihil hic ad iustitiam interest. Aug. q. 10. ibi.

b. Bethel vrbs olim fuit sortis Ephraim, quæ prius Luza, deinde Luza, inde ex visione Iacob Fratrem fugientis est apellata Bethel, id est domus dei: quòd ibi vidisset angelos dei per scalam ascendẽtes & descendẽtes. Tandẽ dicta est Bethauẽ id est, domus inutilis, vel domus idoli, postquã Ieroboã posuit ibi vitulos & eos adorauit, & adorari fecit. Hier. super Oseæ, & Epitaphium Paulæ.

Dixit autem dominus ad Iosue:[a] Ne timeas,neq; formides. Tolle tecum omnẽ multitudinem pugnatorum,& consurgens ascende in oppidum Hai. Ecce tradidi in manum tuam Regem eius, & populum, vrbémq; & terrã. [2] Faciésq; vrbi Hai & Regi eius, † sicut fecisti Iericho & Regi illius. Prædam verò & omnia animantia diripietis vobis.Pone insidias vrbi post eam.[3] Surrexítque Iosue,& omnis exercitus bellatorũ cum eo,vt ascẽderent in Hai: & electa triginta milia virorum fortium misit nocte,[4] præcepítq; eis, dicens:† Ponite insidias post ciuitatem.Nec longius recedatis,& eritis omnes parati. †[5] Ego autẽ,& reliqua multitudo quæ mecum est, ascẽdemus ex aduerso contra vrbem. Cúmque exierint contra nos, sicut antè fecimus,fugiemus, & terga vertemus, [6] donec persequentes ab vrbe protrahantur longius.Putabunt enim nos fugere,sicut prius.[7] Nobis ergo fugientibus,& illis persequentibus,consurgetis de insidiis,& vastabitis ciuitatem,tradétq; eam dominus deus vester in manus vestras.[8] Cúmque ceperitis,succendite eam,& sic omnia facietis vt iussi.[9] Dimisitq; eos,& perrexerũt ad locum insidiarum, sederúntque inter [b] Bethel & Hai ad occidentalem plagam vrbis Hai.[10] Iosue autem nocte illa in medio mansit populi: surgénsque diluculo recen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

suit socios,& ascēdit cum senioribus in fronte exercitus, [11] vallatus auxilio pugnatorum. Cúmque venissent,& ascendissent ex aduerso ciuitatis,steterunt ad septētrionalem vrbis plagam,inter quam & eos vallis erat media. [12] Quinque autem milia viros elegerat, & posuerat in insidiis inter Bethauem & Hai ex occidentali parte eiusdem ciuitatis: [13] omnis verò reliquus exercitus ad aquilonē aciem dirigebat:ita vt nouissimi multitudinis occidentalem plagam vrbis attingerent. Abiit ergo Iosue nocte illa, & stetit in vallis medio. [14] Quod cum vidisset Rex Hai,festinauit mane,& egressus est cum omni exercitu ciuitatis,direxítque aciem contra desertum, ignorans quòd post tergum laterent insidiæ. [15] Iosue verò & omnis Israel cesserūt loco simulantes metū, & fugientes per solitudinis viam. [16] At illi vociferantes pariter & se mutuo cohortātes,persecuti sunt eos. Cúmque recessissent à ciuitate, [17] & ne vnus quidem in vrbe Hai & Bethel remansisset qui nō persequeretur Israel, sicut eruperant aperta oppida relinquētes, [18] dixit dominus ad Iosue:Leua clypeum qui in manu tua est,contra vrbem Hai, quoniā tibi tradam eam. [19] Cúmq; eleuasset clypeum ex aduerso ciuitatis, insidiæ quæ latebant,surrexerunt confestim, & pergentes ad ciuitatem, ceperunt & succenderunt eam. [20] Viri autem ciuitatis qui persequebantur Iosue, respicientes & videntes fumum vrbis ad cœlum vsq; conscendere,non potuerunt vltrà huc illúcq; diffugere,præsertim cum ij qui simulauerant fugam, & tendebant ad solitudinem, contra persequentes fortissimè restitissent. [21] Vidénsque Iosue, & omnis Israel quòd capta esset ciuitas,& fumus vrbis ascēderet,reuersus percussit viros Hai. [22] Siquidem & illi qui ceperant & succenderant ciuitatem, egressi ex vrbe cōtra suos,medios hostium ferire cœperunt. Cum ergo ex vtraque parte aduersarij cæderentur, ita vt nullus de tanta multitudine saluaretur, [23] Regem quoque vrbis Hai apprehēdēre viuentem,& obtulerūt Iosue. [24] Igitur omnibus interfectis qui Israelē ad deserta tendentē fuerant persecuti, & in eodem loco gladio corruentibus,reuersi filij Israel percusserunt ciuitatem. [25] Erant autē qui in eodē die conciderant à viro vsq; ad mulierem, duodecim milia hominū,omnes vrbis Hai. [26] Iosue verò non contraxit manum quā in sublime porrexerat tenens clypeum, donec interficerētur omnes habitatores Hai. [27] Iumenta autem & prædam ciuitatis diuiserunt sibi filij Israel, sicut præceperat dominus Iosue. [28] Qui succendit vrbē,& fecit eam tumulū sempiternū. [29] Regem quoque eius suspendit in patibulo vsque ad vesperam,& solis occasum:præcepítque Iosue,& deposuerūt cadauer eius de cruce,proiecerúntq; in ipso introitu ciuitatis, congestoque super eum magno aceruo lapidum,qui permanet vsq; in præsentē diem. [30] Tūc ædificauit Iosue altare domino deo Israel in mōte [e] Ebal,† [31] sicut præceperat Moyses famulus domini filiis Israel, & scriptum est in volumine legis Moysi, altare de lapidibus impolitis,quos ferrum nō tetigit: & obtulit super eo holocaustū domino, immolauítq; pacifícas victimas. [32] Et scripsit Iosue super lapides deuteronomiū legis Moysi,quod ille digesserat coram filiis Israel. [33] Omnis autem populus,& omnes maiores natu,ducésq; ac iudices,stabant ex vtraque parte arcæ in conspectu sacerdotum qui portabant arcam fœderis domini,vt aduena ita & indigena. Media pars eorum iuxta montem Garizim,& media iuxta montem Ebal, sicut præceperat Moyses famulus domini. Et primùm quidem benedixit populo Israel: [34] post hęc legit omnia verba benedictionis & maledictionis,& cuncta quæ scripta fuerant in legis volumine. [35] Nihil ex iis quæ Moyses iusserat,reliquit intactum,sed vniuersa replicauit corā omni multitudine Israel,mulieribus ac paruulis,& aduenis qui inter eos morabātur.

c. Hoc nempe genus belli sine dubitatione institū est, quod deus imperat, apud quem non est iniquitas, & potuit quid cuique fieri debeat. August. q.10. super Iosue.

d. Iusta bella dicuntur quæ vlciscuntur iniurias, si qua vel gē vel ciuitas quæ bello petēda est, vel vindicare neglexerit quod à suis improbē factū est, vel reddere quod per iniuriam ablatū est. Aug. q.10. super Iosue.

e. Ebal, quem Hieronymus Græcorum imitatus Gebal vocat, mons est non amplius distans à monte Garizim, quem vox humana ferripotest, vt loquētis & respondentis voces facilè audiantur.

† Ebal et Beth.

Gabaonitæ imponentes Iehoshuæ & filiis Israel medio iuramento saluantur, perpetuo famulitio adstricti. IX.

VIbus auditis, cuncti reges trans Iordanem qui versabantur in montanis,& campestribus, & maritimis, ac littore magni maris: ij quoque qui habitabant iuxta [a] Libanū,Hethæus,& Amorræus,Chananæus, Pherezæus,& Heuæus & Iebusæus [2] congregati sunt pariter, vt pugnarent contra Iosue & Israel vno animo

a. Libanus mōs omniū quos habet Syria altissimus, perpetuis abundans nimbis, à quibus vocitatur Libanus. Liban enim apud Hebræos album significatur & Libanō dicitur, cernitq; terræ promissæ versus aquilonē. Nihil enim Libano in terra repromissionis excelsi fert, nec memorabilius atque celebratur. Hiero. Zach. 11. ca.

animo,eadémque sententia. [1] At ij qui habitabant in Gabaon, audientes cuncta quæ fecerat Iosue Iericho & Hai, [4] callidè cogitantes,tulerunt sibi cibaria, saccos veteres [b] asinis imponentes,& vtres vinarios scissos atq; consutos, [5] calceamentáque perantiqua,quæ ad indicium vetustatis pitaciis consuta erant, induti veteribus vestimentis: panes quoq; quos portabant ob viaticum,duri erant,& in frusta comminuti. [6] Perrexerúntque ad Iosue,qui tunc morabatur in castris Galgalæ,& dixerunt ei,atq; simul omni Israeli:De terra longinqua venimus,pacem vobiscū facere cupientes. Responderúntque filij Israel ad eos, atque dixerunt: [7] Ne forte in terra quæ nobis sorte debetur,habitetis,& non possimus fœdus inire vobiscum. [8] At illi ad Iosue: Serui, inquiunt,tui sumus. Quibus Iosue ait: Quínam estis vos, aut vnde venistis? [9] Responderunt: [c] De terra longinqua valde venerunt serui tui,in nomine domini dei tui. Audiuimus enim famam potentiæ eius,cuncta quæ fecit in Ægypto,† [10] & duobus Regibus Amorræorum qui fuerunt trans Iordanem,Sehon Regi Hesebon,& Og Regi Basan, qui erant in Astaroth, [11] dixerúntq; nobis seniores,& omnes habitatores terræ nostræ:Tollite in manibus cibaria ob longissimā viam,& occurrite eis,& dicite:Servi vestri sumus, fœdus inite nobiscum. [12] En panes quādo egressi sumus de domibus nostris vt veniremus ad vos,calidos sumpsimus,nunc ficci facti sunt,& vetustate nimia comminuti. [13] Vtres vini nouos impleuimus,nunc rupti sunt & soluti. Vestes & calceamēta quibus induimur,& quæ habemus in pedibus,ob longitudinem longioris viæ trita sunt,& penè consumpta. [14] Susceperunt igitur de cibariis eorum, [d] & os domini non interrogauerūt. † [15] Fecítq; Iosue cum eis pacem, & inito fœdere pollicitus est vt nō occiderentur. Principes quoq; multitudinis iurauerunt eis. [16] Post dies autem tres initi fœderis audierunt quòd in vicino habitarent, & inter eos futuri essent. [17] Mouerúntq; castra filij Israel,& venerunt in ciuitates eorum die tertio,quarū hæc vocabula sunt, Gabaon,& Caphira,& Beroth,& Cariath-iarim. [18] Et nō percusserunt eos,eo quòd iurassent eis Principes multitudinis in nomine domini dei Israel. Murmurauit itaq; omne vulgus contra Principes Israel: [19] qui responderunt eis:† Iurauimus eis in nomine domini dei Israel, & idcirco non possumus eos contingere. [20] Sed hoc faciemus eis:Reseruētur quidem,& viuant,ne contra nos ira domini concitetur,si peierauerimus: [21] sed sic viuāt,vt in vsus vniuersæ multitudinis ligna cædāt, aquásq; comportent. Quibus hæc loquentibus, [22] vocauit Gabaonitas Iosue,& dixit eis:Cur nos decipere fraude voluistis, vt diceretis, Procul valde habitamus à vobis: cum in medio nostri sitis? [e] [23] Itaque sub maledictione eritis,& non deficiet de stirpe vestra ligna cædens,aquásque comportans in domum dei mei. [24] Qui responderunt: Nūtiatū est nobis seruis tuis, quòd promisisset dominus deus tuus Moysi seruo suo, vt traderet vobis omnem terram,& disperderet cunctos habitatores eius. Timuimus igitur valde,& prouidimus animabus nostris,vestro terrore compulsi: & hoc consilium iniuimus. [25] Nunc autem in manu tua sumus:quod tibi bonum & rectum videtur,fac nobis. [26] Fecit ergo Iosue vt dixerat,& liberauit eos de manu filiorum Israel, vt non occiderentur. [27] Decreuítq; in illo die eos esse in ministerio cuncti populi, & altaris domini, cædentes ligna, & aquas comportantes, vsque in præsens tempus in loco quem dominus elegisset.

† Nemine

† Nequa

† Principes Synagogæ q. 4. Hieron.

b. Nonnulli codices Græci & Latini habent super humeros, alij verò super asinos, vel asinis imponentes, & verius. Nam similitudo verbi in Græca lingua nēdositatem facilem fecit, & ideo Latina exemplaria variata sunt: quæ quippe & non multū ab inuicem dissonāt, quorum prius humerorum nomen est, posterius asinorum. Ideo est autem de asinis credibilius, quoniam se à sua gente lōginqua missos esse dixerūt. Augu. q. 11. super Iosue.

c. Successit ipsorum conatus, eo quòd Iosue ipsorum causa Deum non fuisse fidē fecerat. Ipsorum verò seruitutis quę circa rem sacram cōstiebat, Noe vaticinium ad finem adduxit, qui dixit Maledictus Chanaā: famulus erit fratrum suorum. Procop.

d. Deus autē hoc approbauit, nec parcentibus successit: quamuis cum non interrogassent quoniam illi essent, & ideo eos illis fallere voluissent. Vnde nō importune vtique credendi sunt, etsi fallere homines pro sua salute voluerunt: non tamen fallaciter deum timuisse in populo eius propterea nec successit dominus iurātibus aut paciscentibus, vt postea Gabaonitas ipsos tanquam populi sui homines de domo Saul vindicaverit, sicut regum ostendit historia. Aug. q. 13. super Iosue.

e. Licēt eos mēdacitos esse dicerent, parcere maluerūt iurationis causa, cū possent vtique dicere se tantum illis iurasse quos eos esse credidērāt, id est, de longinquo venientes. Aug. ibidem.

Quinque Reges oppugnantes Gabaon, immoto sole vincuntur ac suspenduntur, pluréque aliæ ciuitates capiuntur. X.

QVæ cum audisset Adonisedech Rex [a] Ierusalem, quòd scilicet cepisset Iosue Hai,& subuertisset eam,(sicut enim fecerat Iericho & Regi eius, sic fecit Hai & Regi illius)& quòd trāsfugissent Gabaonitæ ad Israel, & essent fœderati eorum, [2] timuit valde. Vrbs enim magna erat [b] Gabaon,& vna ciuitatum regalium,& maior oppido Hai,omnésque bellatores eius fortissimi. [3] Misit ergo Adonisedech Rex Ierusalem ad Ohan Regē Hebron, & ad Pharan Regem Ierimoth, ad Iaphian quoq; Regem Lachis, & ad Dabir

a. Ierusalem vrbs omnium ob Christi morte & incolatum celeberrima, & ideo pluribus nominibus designata. Versus: Solyma, Luza, Bethel, Ierosolyma, Iebus, Elia, Vrbs sacra, Ierusalem, dicitur atque Salem.

b. Gabaon ciuitas est vbi se fus Naue contra quinque reges dimicans, Soli imperauit & Lunæ: & Gabaonitas ob dolos & insidias fœderis imperrati † aquarios lignariósque dammauit. Hier. in Epitaphio Paulæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Regem Eglon,dicens:[4] Ad me ascendite,& ferte præsidiũ,vt expugnemus Gabaon, quare transfugerit ad Iosue,& ad filios Israel. [5] Congregati igitur ascenderunt quinque Reges Amorræorum:Rex Ierusalem,Rex Hebron, Rex Ierimoth, Rex Lachis, Rex Eglon,simul cum exercitibus suis,& castrametati sunt circa Gabaon, oppugnantes eam. [6] Habitatores autem Gabaon vrbis obsessæ miserunt ad Iosue,qui tunc morabatur in castris apud Galgalam, & dixerunt ei: Ne retrahas manus tuas ab auxilio seruorũ tuorum:Ascende cito,& libera nos,férq; presidium.Conuenerunt enim aduersum nos omnes Reges Amorræorum qui habitant in montanis. [7] Ascenditq; Iosue de Galgalis, & omnis exercitus bellatorum cum eo,viri fortissimi. [8] Dixitq; dominus ad Iosue: Ne timeas eos: in manus enim tuas tradidi illos. Nullus enim ex eis tibi resistere poterit. [9] Irruit itaque Iosue super eos repente, tota nocte ascendens de Galgalis. [10] Et conturbauit eos dominus à facie Israel,contriuitq; plaga magna in Gabaon, ac persecutus est eos per viam ascensus Bethoron,& percussit vsq; Azecha & Maceda. [11] Cúmq; fugerent filios Israel,& essent in descensu Bethoron,dominus misit super eos lapides magnos de cœlo vsque ad Azecha.Et mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quam quos gladio percusserant filij Israel. [12] Tunc locutus est Iosue domino in die qua tradidit Amorræum in conspectu filiorum Israel, dixitque coram eis: † Sol contra Gabaon ne moueris, & luna contra vallem Aialon. [13] Steterúntque sol & luna, donec vlcisceretur se gens de inimicis suis. Nónne scriptum est hoc in libro iustorum? Stetit itaque sol in medio cœli, & non festinauit occumbere, spatio vnius diei. [14] Non fuit ante & postea tam longa dies, obediente domino voci hominis, & pugnante pro Israel. [15] Reuersúsque est Iosue cum omni Israel in castra Galgalæ. [16] Fugerant enim quinq; Reges, & se absconderant in spelunca vrbis Maceda. [17] Nuntiatúmq; est Iosue quòd inuenti essent quinq; Reges latentes in spelunca vrbis Maceda. [18] Qui præcepit sociis,& ait: Voluite saxa ingẽtia ad os speluncę, & ponite viros industrios qui clausos custodiant: [19] Vos autem nolite stare, sed persequimini hostes, & extremos quósque fugientium cædite. Nec dimittatis eos vrbium suarũ intrare præsidia, quos tradidit dominus deus in manus vestras. [20] Cæsis ergo aduersariis plaga magna, & vsque ad internecionem penè consumptis, ij qui Israel effugere potuerunt,ingressi sunt ciuitates munitas. [21] Reuersúsq; est omnis exercitus ad Iosue in [e] Maceda,vbi tunc erant castra, sani & integro numero. Nullúsq; contra filios Israel mutire ausus est. [22] Præcepítque Iosue,dicens: Aperite os speluncæ,& producite ad me quinq; Reges qui in ea latitant. [23] Fecerúntque ministri vt sibi fuerat imperatum,& adduxerunt ad eum quinq; Reges de spelunca, Regem Ierusalem,Regem Hebron,Regem Ierimoth,Regẽ [f] Lachis,Regem Eglon. [24] Cúmq; educti essent ad eum,vocauit omnes viros Israel, & ait ad principes exercitus qui secum erant:Ite & ponite pedes super colla Regum istorum. Qui cum perrexissent, & subiectorũ colla pedibus calcarent, [25] rursum ait ad eos:Nolite timere,nec paueatis,confortamini, & estote robusti.Sic enim faciet dominus cunctis hostibus vestris aduersum quos dimicabitis. [26] Percussítq; Iosue & interfecit eos,atq, suspẽdit super quinque stipites:fuerúntq; suspensi vsq; ad vesperum.† [27] Cúmque occumberet sol, præcepit sociis vt deponerent eos de patibulis: qui depositos proiecerunt in speluncam in qua latuerant, & posuerunt super os eius saxa ingentia, quæ permanent vsque in præsens. [28] Eodem die Macedan quoq; cepit Iosue,& percussit in ore gladij:Regémque illius interfecit,& omnes habitatores eius. Non dimisit in ea saltem paruas reliquias.Fecítque Regi Maceda,sicut fecerat Regi Iericho. [29] Transiuit autem cũ omni Israel de Maceda in Lebna,& pugnabat cõtra eam: [30] quã tradidit dominus cum Rege suo in manus Israel. Percusserúntque vrbem in ore gladij, & omnes habitatores eius.Non dimiserunt in ea vllas reliquias. Fecerúntque Regi Lebna † sicut fecerant Regi Iericho. [31] De Lebna transiuit in Lachis cum omni Israel:& exercitu per gyrum dispósito,oppugnabat eam, [32] tradiditque dominus Lachis in manus filiorum Israel, & cepit eam die altero,atq; percussit in ore gladij,omnémque animam quæ fuerat in ea,sicut

c. Vbi aeque consultus est dominus, verum eundũ ad eos esse: sed vtero suis recte subuenire volentibus, futuram victoriam prænunciauit.Sic ergo posse, quibus non consulitur, de ipsis Gabaonitis admoneri qui essent, cum se longinquos esse mentiretur, nisi illi plane fuisset illa iuratio, quę subiectis parcere cogiter. Augustinus.q.14.super Iosue.

d. Propter hoc nullo modo credendũ est hoc crudelitatis quòd nullum virum in ciuitatibus ibi tradicis diminuendas Iesus, quia deus hoc nollet.Qui autẽ existimãt hic eum iussse crudelem, & propter hoc vel certe reprehensũ, verum deum fuisse nõ credunt authore, tam peruerse de operibus dei quàm de peccatis hominum iudicant, nescientes quo quisq; e digna sit, & magnum patientiæ malum ea causa dericiatur, moralisque mutuatur.Augustinus.q.16.super Iosue.

e. Maceda procul ab Eleuthero.8. miliaribus distat,contra solis ortum viæ ad Gabaon per Azecã. Vnde transiit Iosue in Lebna, & de Lebna in Lachis.

f. Lachis autẽ ciuitas olim Amorræorũ, in 9. miliario distans ab Eleuthero, quam Roboam cum plerisq; aliis circũdedit muro, vt patet 2.Paralip.11.

ea,sicut fecerat Lebna. [33] Eo tẽpore ascendit Horam Rex [h] Gazer,vt auxiliaretur Lachis:quem percussit Iosue cum omni populo eius vsq; ad internecionem. [34] Transiuitq; de Lachis in Eglon,& circundedit [35] atq; expugnauit eam in eadem die,percussítque in ore gladij omnes animas quæ erant in ea, iuxta omnia quæ fecerat Lachis. [36] Ascẽdit quoq; cum omni Israel de Eglon in [i] Hebrõ,& pugnauit cõtra eam, [37] cepítq;,& percussit in ore gladij,Regem quoque eius,& omnia oppida regionis illius, vniuersásq; animas quæ in ea fuerant commoratæ. Non reliquit in ea vllas reliquias. Sicut fecerat Eglon,sic fecit & Hebron:cuncta quæ in ea reperit,consumens gladio. [38] Inde reuersus in Dabir,[39] cepit eam,atque vastauit: Regem quoq; eius atq; omnia per circuitum oppida percussit in ore gladij. Non dimisit in ea vllas reliquias. Sicut fecerat Hebrõ & Legna & Regibus earum,sic fecit Dabir & Regi illius: [40] Percussit itaq; Iosue omnem terram montanam & meridianam, atq; campestrem, & Asedoth cum Regibus suis. Non dimisit in ea vllas reliquias, sed omne quod spirare poterat interfecit, sicut præceperat ei dominus deus Israel, [41] à Cades-Barne vsque Gazam. Omnem terram Gosen vsque Gabaon, [42] vniuersósq; Reges & regiones eorum vno impetu cepit atque vastauit. Dominus enim deus Israel pugnauit pro eo. [43] Reuersúsque est cum omni Israel ad locum castrorum in Galgala.

h. Gazer,ciuitas in tribu Ioseph in 4. miliario à Nicopoli. A qua non expulerũt Chananæũ inhabitantem.

i. Hebron,quę & Chebron vel Ebron,ciuitas est capitalis sortis Iudæ. 22. miliaribus distans ab Hierosolymis,antiquissima vrbiũ Palæstinę: à filio Caleph sic dicta: quę prius Cariatharbe, hoc est, ciuitas quatuor: quia ibi quatuor maximos patriarchas ferũt fuisse sepultos, Adam, Abraham, Isaac,& Iacob.

Expugnat Iehosua multos alios Reges & populos. XI.

A Qvæ cum audisset Iabin Rex [a] Hazor,misit ad Iobab Regem Madon,& ad Regem Semerõ,atq; ad Regem Asaph, [2] ad Reges quoq; aquilonis, qui habitabãt in mõtanis,& in planitie contra meridiem Ceneroth, in campestribus quoque & regionibus [b] Dor iuxta mare: [3] Chananæum quoq; ab oriente & occidente & Amorræum, atq; Hethæum, ac Pherezæum,& Iebusæum in montanis: Heuæum quoque qui habitabat ad radices Hermon in terra Maspha. [4] Egressíq; sunt omnes cum turmis suis,populus multus nimis, sicut arena quæ est in litore maris,equi quoq; & currus immẽsæ multitudinis. [5] Conuenerúntq; omnes Reges isti in vnum ad aquas [c] Meron,vt pugnarent contra Israel. [6] Dixítq; dominus ad Iosue:Ne timeas eos:Cras enim hac eadem hora ego tradã omnes istos vulnerandos in conspectu Israel:equos eorum subneruabis, & currus igne B cõbures:[7] Venítq; Iosue & omnis exercitus eius cum eo aduersus illos ad aquas Meron subitò:& irruerũt super eos,[8] tradiditq; illos dominus in manus Israel. Qui percusserunt eos & persecuti sunt vsque ad Sidonẽ magnã,& aquas Masserephoth,campúmq; Maspha,qui est ad orientalem illius partem.Itaque percussit omnes,vt nullas dimitteret ex eis reliquias. [9] Fecítque sicut præceperat ei dominus:equos eorum subneruauit,currúsq; combussit igni. [10] Reuersúsq; statim cepit Hazor, & Regem eius percussit gladio. Hazor enim antiquitus inter omnia regna hæc principatum tenebat. [11] Percussítq; omnes animas quæ ibidem morabantur.Non dimisit in ea vllas reliquias, sed vsq; ad internecionem vniuersa vastauit, ipsámq; vrbem peremit incen- C dio,[12] & omnes per circuitum ciuitates. Reges quoq; earum cepit, percussit atq; deleuit,† sicut præceperat ei Moyses famulus domini. [13] Absq; vrbibus quæ erãt in collibus & in tumulis sitæ,cæteras succendit Israel, vnam tantùm Hazor munitissimam flamma cõsumpsit. [14] Omnémq; prædam istarum vrbium,ac iumenta diuiserunt sibi filij Israel,cunctis hominibus interfectis.† [15] Sicut præceperat dominus Moysi seruo suo,ita præcepit Moyses Iosue,& ille vniuersa compleuit. Non præteriit de vniuersis mandatis nec vnum quidem verbum quod iusserat dominus Moysi. [16] Cepit itaq; Iosue omnem terram montanam & meridianam, terrámque Gosen,& planitiem, & occidentalem plagam, montémque Israel, & campestria eius, [17] & partem montis quæ ascendit Seir vsq; Baal-Gad per planitiem Libani subter montem Hermon:omnes Reges eorum cepit, percussit, & occidit. [18] Multo tempore pugnauit Iosue contra Reges istos. [19] Non fuit ciuitas [d] quæ se non traderet filiis Israel, præter Heuæum qui habitabat in Gabaon.Omnes enim bellando cepit. [20] Domini enim sentẽtia fue-

a. Assor, vel Hasor sita est in campo sub Hermõ monte ad occidentalem plagã Iordanis, veluti sequentes vrbes.

b. Mirata Paula ruinas dorvrbis quondam potentissimæ,& versa vice Seraphitarrim ab Herode rege iudæe in honorẽ Cæsaris Augusti Cæsareã nũcupatam, in qua Cornelij domum Christi vidit ecclesiam, & Philippi ædiculas,& cubicula quatuor virginũ prophetarum.Hiero.in Epitaphio Paulæ.

c. Meron lacus est Galilææ, ad quem prædicti reges cũ strameratis sunt cõtra Iosue frustra pugnaturi.

d. Quæritur quomodo hoc verum sit, cum nec temporibus postea iudicum, nec temporibus Regũ omnes omnino illarum septẽ gentiũ ciuitates capere potuerint Hebræi. Sed aut sic intelligendũ est, quòd ad nullam ciuitatem bellãdo accessisse Iesus quam nõ cepisset: certè nulla nõ capta est,scilicet earum quæ in regionibus supra cõmemoratis fuerũt. Aug. quæst. 17. super Ios.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rat,vt indurarentur corda eorum,& pugnarent cõtra Israel,& caderẽt, & non mererentur vllam clementiam,ac perirent,sicut præceperat dominus Moysi. [21] In tempore illo venit Iosue, & interfecit Enacim de montanis Hebron, & Dabir, & Anab,& de omni monte Iuda & Israel,vrbésq; eorum deleuit. [22] Non reliquit vllum de stirpe Enacim in terra filiorum Israel,absq; ciuitatibus Gaza, & Geth, & Azoto,in quibus solis relicti sunt. [23] Cepit ergo Iosue omnem terram, sicut locutus est dominus ad Moysen, & tradidit eam in possessionem filiis Israel secundum partes & tribus suas, quieuitque terra à præliis.

Reges à Iehosua percussi,& à filiis Israel in introitu suo. XII.

HI sunt Reges quos percusserunt filij Israel,& possederũt terram eorum [a] trans Iordanem ad solis ortum, à torrente Arnon vsque ad montem [a] Hermon, & omnem orientalem plagam quæ respicit solitudinem. [2] Sehon Rex Amorræorũ,qui habitauit in Hesebon, & dominatus est ab Aroer,quæ sita est super ripam torrentis Arnon, & mediæ partis in valle,dimidiæque Galaad vsque ad torrentem Ieboc,qui est terminus filiorum Ammon, [3] & à solitudine vsque ad mare Ceneroth contra orientem,& vsque ad mare deserti, quod est mare sallissimum, ad orientalem plagam per viam quæ ducit Bethsimoth:& ab australi parte quæ subiacet Asedoth vsque Phasga, [4] terminus Og Regis [B] Basan,de reliquiis Raphaim,qui habitauit in [b] Astaroth,& in Edrai,& dominatus est in monte Hermon,& in Salecha,atque in vniuersa Basan, vsque ad terminos [5] Gesuri,& Maachati,& dimidię partis Galaad,ad terminos Sehon Regis Hesebon. [6] Moyses famulus domini,& filij Israel percusserunt eos, tradiditq; terram eorum Moyses in possessionem Rubenitis, & Gaditis, & dimidiæ tribui Manassæ. [7] Hi sunt Reges [C] terræ quos percussit Iosue & filij Israel trans Iordanem ad occidentalem plagam,à baal-Gad in campo Libani, vsque ad montem Libani: cuius pars ascendit in [c] Seir. Tradiditque eam Iosue in possessionem tribubus Israel,singulis partes suas, [8] tam in montanis quàm in planis atque campestribus. In Aseroth,& in solitudine ac in meridie Hetheus fuit & Amorrẽus,Chananẽus,& Pherezẽus,Heuẽus,& Iebusæus,[9] Rex Iericho vnus,Rex Hai quæ est ex latere Bethel, vnus, [10] Rex Ierusalẽ vnus,Rex Hebron vnus,[11] Rex Ierimoth vnus,Rex Lachis vnus,[12] Rex Eglon vnus,Rex Gazer vnus,[13] Rex Dabir vnus,Rex Gader vnus,[14] Rex Herma vnus,Rex Hereth vnus,[15] Rex [D] Lebna vnus,Rex Odollam vnus, [16] Rex Maceda vnus, Rex Bethel vnus,[17] Rex Taphua vnus,Rex Hepher vnus, [18] Rex Aphec vnus,Rex Lassaron vnus, [19] Rex Madõ vnus,Rex Assor vnus, [20] Rex Semerõ vnus,Rex Acsaph vnus,[21] Rex Thænach vnus, Rex Mageddo vnus,[22] Rex Cædes vnus,Rex Iacanam de Charmel vnus,[23] Rex Dor & prouinciæ Dor vnus,Rex gentium Galgal vnus,[24] Rex Therza vnus. Omnes Reges triginta vnus.

Iosue terram Chanaan iubet diuidi Israelitis,assignatis primò partibus Ruben & Gad, & dimidiæ tribui Manassæ trans Iordanem. XIII.

IOsue verò senex prouectæque ætatis erat, & dixit dominus ad eum:[A] Senuisti,& longæuus es, terráque latissima derelicta est, quæ necdum sorte diuisa est, [2] & omnis videlicet Galilæa, Philistiim, & vniuersa Gesuri, [3] à fluuio turbido qui irrigat Ægyptum, vsque ad terminos Accaron contra aquilonem, terra Chanaan quæ in quinque regulos Philistiim diuiditur, Gazæos, & Azotios, Ascalonitas, Gethæos, & Accaronitas. [4] Ad meridiem verò sunt Auæi, omnis terra Chanaan, & Maara Sidoniorum, vsque Apheca, & terminos Amorræi, [5] eiúsque confinia: Libani quoque regio contra orientem à baal-Gad sub monte Hermon,donec ingrediaris Hæmath: [6] omnium qui habitabant in monte à Libano vsque ad aquas Masserephoth,vniuersíque Sidonij. Ego sum qui delebo eos à facie filiorum Israel. Veniat ergo in partem hæreditatis Israel, sicut præcepi tibi

a.Hermon mõs est,alioqui Libanorum montium pars, limes septentrionalis terræ Israelitícæ trãs Iordanem. Hieron. aic Pancadi imminere, idque se ab Hebreis didicisse. Fuit quõdam regnum Euæorũ, quorũ terra Maspha dicebatur, quos cum parcium Manasse tribus expulisset dimidia,in sortẽ accepit.

b. Astaroth ciuitas magna est in terra Hus,domus Iobus Iob, qui genere Syrus teste Hiero. non Idumæus fuit, qui stirpẽ duxit à Nachor fratre Abrahæ dũ habitaret in Haran.

c.Seir,prouincia in montibus ita dicta, ſudæum ab Arabia Petrea diuidens. Hãc olim Horei habitauerũt, quibus pulsis Esau qui & Aedom possedit, quã à nomine suo appellauit. De quo & huius genealogia & possessione habetur Gene. 36.

pi tibi. [7] Et nunc diuide terram in possessionem nouẽ tribubus,& dimidiæ tribui Manassæ. [8] cum qua Ruben & Gad possederunt terram †quam tradidit eis Moyses famulus domini trans fluenta Iordanis ad orientalem plagam, [9] ab Aroer quæ sita est in ripa torrentis Arnon,& in vallis medio,vniuersáq; campestria Medaba, vsque Dibon: [10] & cunctas ciuitates Sebon Regis Amorræi,qui regnauit in [a] Hesebon vsq; ad terminos filiorum Ammon: [11] & Galaad,ad terminum Gesuri & Maachati, & omnẽ montem Hermon,& vniuersam Basan vsq; Salecha, [12] omne regnum Og in Basan, qui regnauit in Astaroth,& Edrai,ipse fuit de reliquiis Raphaim:percussitque eos Moyses, atq; deleuit. [13] Noluerúntq; disperdere filij Israel Gesuri & Machati: & habitauerunt in medio Israel vsq; in præsentem diem. † [14] Tribui autem Leui nõ dedit possessionẽ: sed sacrificia & victimę domini dei Israel,ipsa est eius hęreditas,sicut locutus est illi. [15] Dedit ergo Moyses possessionem tribui filiorum Ruben iuxta cogitationes suas. [16] Fuitq; terminus eorum ab Aroer,quæ sita est in ripa torrentis Arnon, & in valle eiusdem torrẽtis media:vniuersam planitiem quæ ducit Medaba, [17] & Hesebon,cunctósq; viculos earum,qui sunt in cãpestribus. Dibon quoq;, & bamoth-Baal,& oppidũ Baal-maon, [18] & Iaza,& Cedimoth,& Mephath [19] & Cariathaim,& Sabama, & Sarath-saar,in mõte conuallis [20] Beth-phogor,& Asedoth-phasga,& Beth-iesimoth, [21] & omnes vrbes cãpestres,vniuersáq; regna Sehon Regis Amorręi,qui regnauit in Hesebon,† quẽ percussit Moyses cũ principibus Madian:Euęum,& Recen,& Sur,& Hur,& Rebe Duces Sehon,habitatores terræ: [22] & [b] Balaam filiũ Beor ariolum occiderũt filij Israel gladio,cũ cæteris interfectis: [23] factúsq; est terminus filiorum Ruben Iordanis fluuius. Hæc est possessio Rubenitarũ per cognationes suas vrbium& vicurorum. [24] Deditq; Moyses tribui Gad & filiis eius per cognationes suas possessionẽ, [D] cuius hæc diuisio est: [25] Terminus Gazer, & omnes ciuitates Galaad, & dimidiã partem terræ filiorum Ammon: vsq; ad Aroer, quæ est contra Rabba: [26] & ab Hesebon vsque Ramoth,Masphe & Betonim:& à Manaim vsq; ad terminos Dabir. [27] In valle quoque Beth-haram,& Beth-nemra,& Soccoth, & Saphon, reliquam partem regni Sehon Regis Hesebon. Huius quoq; finis Iordanis est vsq; ad extremã partem maris [c] Cenereth trans Iordanem ad orientalem plagam. [28] Hæc est possessio filiorum Gad per familias suas,& ciuitates & villæ earũ. [29] Deditq; dimidiæ tribui Manassæ filiisq; eius iuxta cognationes suas possessionem, [30] cuius hoc principium est: A Mahenaim vniuersam Basan,& cũcta regna Og Regis Basan,omnésq; vicos Iair, qui sunt in Basan,sexaginta oppida: [31] & dimidiam partem Galaad,& Astaroth,& Edrai vrbes regni Og in Basan:filiis Machir filij Manassæ dimidię parti filiorũ Machir,iuxta cognationes suas.† [32] Hanc possessionẽ diuisit Moyses in campestribus Moab trans Iordanem contra Iericho ad orientalem plagam. [33] Tribui autem Leui non dedit possessionem, quoniam dominus deus Israel ipse est possessio eius,vt locutus est illi.

a.Hesebon vel Hesbõ ciuitas est trans Iordanem ab eodẽ 20. milliaribus distans secundũ Hier.in montibus quos respici: Iericho,nunc tribus Rubẽnsica,& separata Leuitis, limite septentrionalem eius finiẽs,vnde Gaditis quidoq; cõtumeratur: sed Ruben capta destructáque,restituisse restituitur Moyses Numeri 32.

c.Cenereth vel Chenereth aut Genezaret & mare Galilææ,lacus est ad Carmeli radices, quẽ Iordanis præterfluit. habẽs in lõgitudine 128. stadia, in latitudine vero 28.auctore Plinio. In sacra scriptura & præcipuè in nouo testamento plurimum celebratus: & multis vrbibus prælatis circũsepitur,Capharnao, Tiberiade,Bethsaida,Bethsan,Gadara,& plerisque alijs.

Caleb accipit Hebron sibi promissam in hæreditatem. XIIII.

HOc est quod possederunt filij Israel in terra Chanaan,quam dederunt eis [A] Eleazar sacerdos,& Iosue filius Nun,& Principes familiarũ per tribus Israel: [a] [2] sorte omnia diuidentes,† sicut præceperat dñs in manu Moysi,nouem tribubus,& dimidiæ tribui. [3] Duabus enim tribubus & dimidiæ dederat Moyses trans Iordanem possessionem absque Leuitis, qui nihil terræ acceperunt inter fratres suos: [4] sed in eorum successerant locum filij Ioseph, in duas diuisi tribus,Manasse & Ephraim. Nec acceperunt Leuitæ aliam in terra partem, nisi vrbes [B] ad habitandum,& suburbana earũ ad alenda iumenta & pecora sua. [5] Sicut præceperat dominus Moysi,ita fecerunt filij Israel, & diuiserunt terram. [6] Accesserunt itaque filij Iuda ad Iosue in Galgala, locutúsque est ad eum Caleph filius Iephone Cenezæus:† Nosti quid locutus sit dominus ad Moysen hominem dei de me & te in Cades-Barne. [b] [7] Quadraginta annorum eram quando misit me Moyses famulus domini de Cades-Barne, vt considerarem terram: nunciauíque ei quod mihi verum vi-

a. Clerot græcè sors dicitur,& sortes ex promissione dei partes hæreditatis vocetur, quæ populo sunt diuisurus, vnde tribus Leui præcepta est nõ habere sortẽ inter fratres suos, quòd ex eorũ decimis sustẽtaretur. Augu. psal. 67. Nam & Moyses Leuitis non diuisit terram, quorũ nõ erat terrenus,sed superior incolatus:sed iis sine labore terreno sacris tipẽdia ministerij deputauit. Ambr.ad virgines exhortatio.

b. Ex his colligitur Iosue 7. annis terrã Chanaan subiugasse. Nam Caleph cũ cæteris exploratoribus missus est.2. anno egressionis:postea 38. annis per deserta peruagati sunt. Cum verò missi sint exploratores,Caleph erat 40 annorũ: nunc verò † distributione est 85. annorũ. Et in hoc anno septimo,qui est ab ortu Isaac 410. annus,in quo diuꝰ Paulus terrã Iudæi dicit fuisse diuisam. Actor. 13. cap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

debatur. [8] Fratres autē mei qui ascenderant mecum, dissoluerunt cor populi, & nihilominus ego secutus sum dominum deum meum. † [9] Iurauítque Moyses in die illo, C †Deu.1.2 Eccl.46.b
dicēs: Terra quam calcauit pes tuus, erit possessio tua, & filiorū tuorum in æternum, quia secutus es dominum deum tuum. [10] Concessit ergo dominus vitam mihi, sicut pollicitus est, vsque in præsentē diem. Quadraginta & quinque anni sunt ex quo locutus est dominus verbum istud ad Moysen quādo ambulabat Israel per solitudinē. Ann. ante Christum 1464. Annus mundi 2498.
hodie octogintaquinque annorū sum, [11] sic valens, vt eo valebam tempore, quando †Eccl.46.b
ad explorandum missus sum: † illius in me temporis fortitudo vsque hodie perseuerat, tam ad bellandum quàm ad gradiendum. [12] Da ergo mihi montem istum, quem D.
pollicitus est dominus te quoque audiente, in quo Enacim sunt, & vrbes magnæ atque munitæ: si forte sit dominus mecum, & potuero delere eos: sicut promisit mihi. †13.q.2.cap. Hebron.
[13] Benedixítq; ei Iosue, † & tradidit ei Hebron in possessionem, [14] atque ex eo fuit Hebron Caleph filio Iephone Cenezæo vsque in præsentem diem: quia secutus est dominum deum Israel. [15] Nomen Hebron, antea vocabatur Cariath-Arbe. [b] Adam maximus ibi inter Enacim situs est, & terra cessauit à præliis.

b. Siquidem Arba fuit homo magnus. (Adam enim commune est hic, & non proprium.)

Sors tribus Iudæ, ciuitates & villæ earum. XV.

IGitur † sors filiorum Iudæ per cognationes suas ista fuit: à termino Ædom A Iosue.18. Num.34.4
vsq; ad desertum Zin contra meridiem, & vsque ad extremam partem australis plagæ. [2] Initium eius à summitate maris salsissimi, & à lingua eius
quæ respicit meridiem, [3] egreditúrque contra ascensum scorpionis, & pertransit in Sina: ascenditque in Cades-Barne, & peruenit in Hezron, ascendens ad Adar, & circuiens Caricaa, [4] atque inde pertransiens in Asemona, & perueniens ad torrentem Ægypti: erúntque termini eius mare magnum. Hic erit finis meridianæ plagæ. [5] Ab oriente vero erit initium mare salsissimum vsque ad extrema Iordanis: & ea
quæ respiciunt ad aquilonem à lingua maris vsque ad eundem Iordanis fluuium: [6] ascenditque terminus in [a] Beth-hagla, & transit ab aquilone in Betharaba, [7] ascen- B
dens ad lapidem Bohen filij Ruben: & tendens vsque ad terminos Debera de valle Achor, contra aquilonem respiciens Galgala, quæ est ex aduerso ascensionis Adummim ab australi parte torrentis, transitq; aquas quæ vocantur fons solis, & erunt exitus eius ad fontem Rogel, [8] ascenditque per conuallem filij. [b] Ennon ex latere Iebusæi ad meridiem, hæc est Ierusalem, & inde se erigens ad verticem montis qui est contra Hinnom ad occidentem in summitate vallis Raphaim contra aquilonem: [9] pertransitq; à vertice montis vsque ad fontem aquæ Nephtoah, & peruenit vsque ad vicos montis Ephron: inclinatúrq; in Bala, quæ est [c] Cariath-iarim, id est vrbs syluarū: [10] & C
circuit de Bala contra occidentem vsq; ad montem Seir, transitque iuxta latus mōtis Iarim ad aquilonē in Chesslon, & descendit in Bethsames transitq; in Thamna, [11] & peruenit contra aquilonem partis Accaron ex latere, inclinatúrque Secrona, & transit montem Bala: peruenitque in Iebneel, & magni maris contra occidentem fine cōcluditur. [12] Hi sunt termini filiorum Iuda per circuitum in cognationibus suis. [13] Caleph verò filio Iephone dedit partem in medio fluuiorum Iuda, sicut præceperat ei Ploxib.14
dominus, Cariath-arbe patris Enac, ipsa est Hebron: † [14] deleuítque ex ea Caleph tres filios Enac, Sesai, & Ahiman, & Tholmai, de stirpe Enac: [15] atque inde conscendens venit ad habitatores [d] Dabir, quæ prius vocabatur Cariath-sepher, id est ciuitas literarum. [16] Dixítque Caleph: Qui percusserit Cariath-sepher, & ceperit eam, dabo ei D
Axam filiam meam vxorem. [17] Cepítque eam Othoniel filius Cenez frater Caleph iunior, dedítque ei Axam filiam suam vxorem. [18] Qui cum pergerent simul, suasit ei vir eius vt peteret à patre suo agrum, suspirauítque vt sedebat in asino. Cui Caleph: quid habes, inquit? [19] At illa respondit: Da mihi benedictionem. Terram australem & arentem dedisti mihi, iunge & irriguam. Dedit itaque ei Caleph irriguum superius & inferius. [20] Hæc est possessio tribus filiorū Iuda per cognationes suas: [21] erántque [e] ciuitates ab extremis partibus filiorum Iuda iuxta terminos Ædom à meridie:

a. Bethagla ciuitas est inter lacum Asphalcitem & Iericho procul ab ea tribus millibus passuū, sic dicta, quod filij Iacob reducentes ab Aegypto corpus eius, ibidem eum deplorauerunt, quæ prius Area & Arad dicebatur.

b. Ennon vallis est ad radices mōtis Moriæ in suburbio Ierosolymitano, olim consecrata idolo Moloch æreo, cuius facies vituli, cęteræ partes hominis, porrectis manibus ad pueros recipiēdos paratis. Quod etiā dictum est Tophith, Hyddeon, Gehennon, & Gehenna: inde ortū ferunt nomen Gehennæ pro inferni summo supplicio impositum.

c. Cariathiarim sita est in termino boreali tribus Iudæ, in cōfinio Beniamin & Dan tribuum, passuū mille ab Ierosolyma contribus Lyddon, vt habet Hieronymus. Huius ciues cum Gabaonitis (sub quorū tum erant imperio) vitam quadā arte dolosa immiuente periculo exemerunt. mūcupitamē facti Israelitarū perpetua tempore Iosue.

d. Dabir, quæ & Debir, Cariath sepher, & Cariathsepher, olim vniuersitas Palæstinæ, vt nomen sonat, ciuitas sacerdotalis, in termino septentrionali sortis Iudæ post vallē Achor, Hebron ad orum in boream declinans. Eft & alia eiusdē nominis quondam Amorræorum, nunc autem sortis Gad erant Iordanem, non procul ab eo distans, vt ait Hiero. in Epitaph. Paulæ. e. Numerauit itaque Iosue ciuitates quæ limitet erant & termini hereditatis Iudā, & non medias quæ multo plures erant.

Cabseel, & Eder, & Iagur, [22] & Cina, & Dimona, & Adada, [23] & Cedes, & Hazor, & Iethnan, [24] Ziph, & Telē & Baloth, [25] Asornoba, & Carioth, Hesron, hæc est Hazor, B
[26] Aman, Sama, & Molada, [27] & Hazargadda, & Assemoth, & Bethphaleth, [28] & Hazarsual, & Bersabee, & Baziothia, [29] & Balaa, Hiim, & Azem, [30] & Eltholad, & Chesib, & Harma, [31] & Siceleg, & Medemena, & Sensenna, [32] Lebaoth, & Selhim, & Aiin & Remmon: omnes ciuitates viginti nouem, & villæ earum. [33] In campestribus verò,
[f] Esthaol, & Sarea, & Asena, [34] & Zanoab, & Engannim, & Taphua, & Enaim, [35] & Iarimoth, & Adullam, Socho, & Azeca, [36] & Saaraim, & Adithaim, & Gedera, & Gederothaim, vrbes quatuordecim, & villæ earum. [37] Sanan, & Hadasa, & Magdalgad, [38] Delean, & Masepha, & Iectheel, [39] Lachis, & Bascath, & Eglon. [40] Chebbon, & Lehe- F
man, & Cisthlis, [41] & Gederoth, & Beth-dagon, & Naama, & Macceda: ciuitates sedecim, & villæ earum. [42] Labana, & Ether, & Asan, [43] Iephtha, & Esna, & Nesib, [44] & Ceila, & Achzib, & Maresa: ciuitates nouem, & villæ earum. [g] [45] Accarō cum vicis & villulis suis. [46] Ab Accaron vsq; ad mare omnia quæ vergunt ad Azotum & viculos eius. [47] Azotus cum vicis & villulis suis. Gaza cum vicis & villulis suis vsq; ad torrē- G
tem Ægypti, & mare magnum terminus eius, [48] & in monte Samir, & Iether, & Socoth, [49] & Edenna, Cariath-senna, hæc est Dabir, [50] Anab, & Esthemo, & Anim, [51] Gosen, & Holon, & Gilo: ciuitates vndecim, & villæ earū. [52] Arab, & Duma, & Essaan, [53] & Ianum, & Beththapua, & Apheca, [54] Athmata, & Cariath-arbe, hæc est Hebron, & Sior: ciuitates nouē, & villæ earū. [55] Maon, & Charmel, & Ziph, & Iutah, [56] Iezrael, & Iucadam, & Zanoe, [57] & Caiin, Gabaa, & Thamna: ciuitates decem, & villę earum. [58] Halul, & Bethsor, & Gedor, [59] Maërath, & Bethanoth, & Elthecon, ciuitates sex, & villæ earum. [h] [60] Cariath-baal, hæc est Cariath-Iarim, vrbs syluarum, & Rebba, ciuitates duæ, & villæ earum. [61] In deserto Betharaba, Meddin & Sachacha, [62] & Nebsan, ciuitates salis & Engaddi: ciuitates sex, & villæ earum. Fiunt simul cētum quindecim. [63] Iebusæum autem habitatorem Ierusalem non potuerūt filij Iuda delere, habitauítque Iebusæus cum filiis Iuda in Ierusalem vsque in præsentem diem.

f. Esthaol duplex, altera in tribu Dan, in 10. miliario ab Eleuteropoli, in 4. mil. à Ierimoth, inter Azecam, & Ascalonem, patria Samsonis, de qua iudic. 13. d. & 16. d. & infra 19. c. Hieronymo villula nūc Asco dicta. Altera est in tribu Iuda, de qua hic meminit inter cæteras.

g. Accarō ex præcipuis Philisthæorum oppidorū vicinū, inter Geth & Azotum nō procul à mari. Cæsareæ autē Stratonis Hieronym* vocat Accarō, nec putatur tamen eadē esse cum ista.

h. Cariathbaal, quæ & Cariath Iarim, Baalpharanim, Baal, & Bala, & Pharaim, iuxta Hebræos dicitur ciuitas syluarum ibi ra est in mōte boreali tribus Iudæ mille passuū ab Hierosolyma cōtribus Lyddā, vt habes Hiero. vbi supra.

Sors Ephraim, vrbes & viculi earum. XVI.

A Ecidit quoque sors filiorum Ioseph ab Iordane contra Iericho, & ad aquas
eius ab oriente: solitudo quę ascendit de Iericho ad montem Beth-el: [2] & egreditur de Beth-el Luzam: transitq; terminum Archiataroth, [3] & descēdit
ad occidentem iuxta terminum Iephleti, vsque ad terminos Bethoron inferioris & B
[a] Gazer: finiuntúrq; regiones eius mari magno: [4] possederúntq; filij Ioseph Manasses & Ephraim. [5] Et factus est terminus filiorum Ephraim per cognationes suas, & possessio eorum contra orientem Ataroth, Addar, vsq; Bethoron superiorem: [6] egrediū- C
túrq; confinia in mare, Machmetath verò aquilonē respicit, & circuit terminos contra orientē in Thanarh-selo, & perttransit ab oriente Ianoe. [7] Descendítq; de Ianoe in
Ataroth & Naerath: & peruenit in Iericho: egreditúrq; ad Iordanem, [8] de [b] Taphua, pertransitq; contra mare in vallem arundineti, suntque egressus eius in mare salsissi- D
mum. Hæc est possessio tribus filiorum Ephraim per familias suas: [9] vrbésque separatæ sunt filiis Ephraim in medio possessionis filiorum Manassæ, & villæ earum: [10] & non interfecerunt filij Ephraim Chananæum qui habitabat in Gazer: habitauítque Chananæus in medio Ephraim vsque in diem hanc tributarius.

a. Gazer quē Hiero. Gazarā, alij Garera dicūt, 4 miliar. à Nicopoli distans: inter quam & Iordanem sors Ephraim sita est: ex qua non expulerūt Chananæum, ipsum tamen tributarium constituerunt.

b. Hinc transit ad orientem in Ianoe.

b. Taphua, quæ & Tapua, ciuitas est sortis Ephraim cuius terræ includuntur in medio sortis Manasse.

Mediæ tribui Manassæ, & filiabus Salphaad, sortes assignantur. XVII.

A Ecidit autem sors tribui Manassæ, (ipse enim est primogenitus Ioseph)
Machir primogenito Manassæ patri Galaad, qui fuit vir pugnator, habuítque possessionem Galaad & [a] Basan: † [2] & reliquis filiorum Ma-
nassæ iuxta familias suas, filiis Abiæzer, & filiis Helec, & filiis Asriel, & filiis Sichem, & filiis Hepher, & filiis Semida. Isti sunt filij Manassæ filij Ioseph, mares per cognationes suas. † [3] Salphaad verò filio Hepher, filij Galaad, filij Ma-

a. Basan Regnū Og Regis, quē occidit Moyses de quo Deut. 3. b. 60. continet vrbes, extenditur vsq; ad terminum Gesuri, & Maachari per Hermon montē, terminus à reliquo Raphaim, qui habitabat in Astaroth, & Edrei, & in monte Hermō. & Salhad. Et cessit in sortem filiorum Manassæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

chir,filij Manaſſæ nō erant filij,ſed ſolæ filiæ:quarū iſta ſunt nomina Mahla, & Noa, & Hegla, & Melca, & Therſa. [4] Venerúntque in conſpectu Eleazari ſacerdotis, & Ioſue filij Nun,& principum,dicentes:Dominus præcepit per manū Moyſi,vt daretur nobis poſſeſſio in medio fratrum noſtrorum. Dedítq; eis iuxta imperium domini poſſeſſionem in medio fratrum patris earum:[5] & eciderunt funiculi Manaſſæ decem,abſq; terra Galaad & Baſan trans Iordanem. [6] Filiæ enim Manaſſæ poſſederunt hereditatem in medio filiorum eius. Terra autem Galaad cecidit in ſortem filiorum Manaſſæ,qui reliqui erāt. [7] Fuítq; terminus Manaſſę ab[b] Aſer Machmetah,quæ reſpicit Sichē,& egreditur ad dexterā iuxta habitatores fontis Thaphuę. [8] Etenim in ſortem Manaſſæ eciderat terra Thaphuę,quę eſt iuxta terminos Manaſſę filiorū Ephraī. Deſcendítque terminus vallis arundineti in meridiem torrentis ciuitatum Ephraim, quæ in medio ſunt vrbium Manaſſæ. Terminus Manaſſæ ab aquilone torrētis & exitus eius pergit ad mare:[10] ita vt poſſeſſio Ephraim ſit ab auſtro,& ab aquilone Manaſſæ,& vtranque claudat mare,& coniungantur ſibi in tribu Aſer ab aquilone,& in tribu Iſachar ab oriēte. [11] Fuítq; hæreditas Manaſſæ in Iſachar & in Aſer,[c] Bethſan & viculi eius,& Iebleam cum viculis ſuis,& habitatores Dor cum oppidis ſuis, habitatores quoq; Endor cum viculis ſuis:ſimilitérq; habitatores Thenac cum viculis ſuis,& habitatores Mageddo cum viculis ſuis,& tertia pars vrbis Nopheth. [12] Nec potuerūt filij Manaſſæ has ciuitates ſubuertere, ſed cœpit Chananæus habitare in terra ſua. [13] Poſtquam autem conualuerunt filij Iſrael,ſubiecerunt Chananæos,[d] & fecerūt ſibi tributarios,nec interfecerunt eos. [14] Locutíq; ſunt filij Ioſeph ad Ioſue,& dixerunt: Quare dediſti mihi terram in poſſeſſionem ſortis & funiculi vnius, cum ſim tantæ multitudinis,& benedixerit mihi dominus? [15] Ad quos Ioſue ait:Si populus multus es,aſcende in ſyluam,& ſuccide tibi ſpatia in terra Pherezæi,& Raphaim:quia angusta eſt tibi poſſeſsio montis Ephraim. [16] Cui reſponderunt filij Ioſeph:Nō poterimus ad montana conſcendere,cum ferreis curribus vtanturChananęi qui habitant in terra campeſtri in qua ſitę ſunt Bethſan cum viculis ſuis, & Iezrael mediam poſsidens vallem. [17] Dixítq; Ioſue ad domū Ioſeph & Ephraim & Manaſſę:Populus multus es, & magnę fortitudinis,non habebis ſortem vnam, [18] ſed tranſibis ad montem, & ſuccides tibi atq; purgabis ad habitandum ſpacia: & poteris vltrà procedere cum ſubueterris Chananæum,quem dicis ferreos habere currus,& eſſe fortiſsimum.

B Nume.26.

b. Aſer, quæ & Affer, ciuitas eſt ſortis Manaſſæ & terminus eius in 11. lapide à Neapoli eiusdē nominis eſt quædā vallis in Galilæa.

c. Bethſan ciuitas eſt Paleſtinę iuxta mare Galilęe,in campo quem vocant magnum,diuidens Ephraim à Manaſſe. Inde dicta eſt Scythopolis, quia à Scythis inſtaurata eſt & habitata ibidem Philiſthęi capita Saulis & filiorum ſuorū ſuſpēderunt.1.Reg. vltimo.

d. Hęc iam cōtra præceptū fiebāt,& adhuc viuebat Ieſus Nane: ſed dux illorū in illis præliis ſā præ ſenectute non erat. Auguſt. ibidē. quæſt.10.

Sors Beniamin cum vrbibus & viculis earum. XVIII.

A Ioſue. An. mūdi 2560. Ante Chriſtum 1440.

[1] Congregatíq; ſunt omnes filij Iſrael in[a] Silo,ibíq; fixerunt tabernaculū teſtimonij,& fuit eis terra ſubiecta. [2] Remanſerant autem filiorum Iſrael ſeptem tribus,quæ necdum acceperāt poſſeſsiones ſuas. [3] Ad quos Ioſue ait: Vſquequo marcetis ignauia,& nō intratis ad poſsidendam terram quam dñs deus patrum veſtrorum dedit vobis? [4] Eligite de ſingulis tribubus ternos viros, vt mittam eos, & pergant atq; circumeant terram,& deſcribāt eam iuxta numerum vniuſcuiuſq; multitudinis,referántq; ad me quod deſcripſerint. [5] Diuidite vobis terram in ſeptem partes:Iudas ſit in terminis ſuis ab auſtrali plaga, & domus Ioſeph ab aquilone: [6] mediam inter hos terram in ſeptem partes deſcribite:& huc venietis ad me,vt coram dño deo veſtro mittam vobis hic ſortē: [7] quia nō eſt inter vos pars[b] Leuitarum,ſed ſacerdotium dñi eſt eorum hæreditas. Gad autem & Ruben, & dimidia tribus Manaſſæ iam acceperunt poſſeſsiones ſuas trans Iordanem ad orientalem plagam,quas dedit eis Moyſes famulus domini. [8] Cúmq; ſurrexiſſent viri vt pergerēt ad deſcribendam terram,præcepit eis Ioſue,dicens : Circuite terram & deſcribite eam, ac reuertimini ad me,vt hic coram domino deo veſtro in Silo mittam vobis ſortem. [9] Itaque perrexerunt,& luſtrantes eam in ſeptem partes diuiſerunt, ſcribentes in volumine,reuerſíque ſunt ad Ioſue in caſtra in Silo. [10] Qui miſit ſortes coram domino in Silo,diuiſitque terram filiis Iſrael in ſeptem partes. [11] Et aſcendit ſors prima filiorū Beniamin per familias ſuas, vt poſsiderent terram inter filios Iuda & filios Ioſeph. Fuitque

a Silo quę Galgala vel pars eius occidentalis, prima ciuitas vbi conuenerunt filij Iſrael in terra Chanaā, ad ſpecerationem Bethel ſita, ſed inclinata ad ortum vsque ducit Sichē. inū, & ad meridiem oppidū Lebona, vt Iudic. 21. In illa fuerat arca cum tabernaculo teſtimonii donec caperetur à Philiſthæis, vt 1. Reg. 4.

b. Primitiæ ciborum & omnium frugū atque pomorū offerūtur auriſici, vt habens victum atque veſtitū, abſque vllo impedimento ſecurus & liber ſeruiat domino. Primogenita mūdorum animalium accipiunt ſacerdotes, immundorum pretia,& ſequit. Aedituī & ianitores accipiūt decimas & rurſum decimas decimarū offerūt ſacerdotibus:ita to illis minores, quāto ipſi maiores populo. Quadraginta octo ciuitates ad habitandū Leuitis & ſacerdotibus ſeparantur: ſex vrbes fugitiuorum trans Iordanem, & intra Iordanem octo,quarum & finis exaliſ mons pontificis eſt. Hiero. ad Fabiolam de veſte ſacer.

[12] Fuítq; terminus eorū contra aquilonem à Iordane, pergens iuxta latus Iericho ſeptentrionalis plagæ,& inde contra occidentem ad montana conſcendens, & peruenies ad ſolitudinem Beth-auen, [13] atq; pertrāſiens iuxta Luzam ad meridiem,ipſa eſt c Bethel:deſcendítq; in Ataroth Addar,in montem qui eſt ad meridiem Bethoron inferioris: [14] & inclinatur circumiens cōtra mare ad meridiē montis qui reſpicit Bethhoron contra Aphricum. Súntq; exitus eius in Cariath-Baal,quę vocatur & Cariath-Iarim,vrbem filiorum Iuda. Hæc eſt plaga contra mare ad occidentem. [15] A meridie autem ex parte Cariath-Iarim egreditur terminus contra mare, & peruenit vſque ad fontem aquarum[c] Nephtoah. [16] Deſcendítque in partem mōtis qui reſpicit vallem filiorum Ennon: † & eſt contra ſeptentrionalem plagam in extrema parte vallis Raphaim,deſcendítq; in Iehennon,† id eſt vallis Ennon,iuxta latus Iebuſęi ad auſtrum: & peruenit ad fontē Rogel, [17] trāſiens ad aquilonem,& egrediens ad[d] Enſemes,id eſt fontem ſolis: [18] & pertranſit vſq; ad tumulos qui ſunt è regione aſcenſus Adommim: deſcendítq; ad Haben-boen,id eſt lapidem Boen filij Ruben:& pertranſit ex latere aD quilonis ad campeſtria:deſcendítq; in planitiem, [19] & prætergreditur contra aquilonem Bethagla:ſúntque exitus eius contra linguam maris ſalſiſſimi ab aquilone in fine Iordanis ad auſtralem plagam: [20] qui eſt terminus illius ab oriente. Hæc eſt poſſeſſio filiorum Beniamin per terminos ſuos in circuitu,& familias ſuas. [21] Fuerúntq; ciuitates eius Iericho,& Bethagla,& vallis Caſis, [22] Betharaba,& Samaraim, & Bethel, [23] & Auim,& Parah,& Ophrah, [24] villa Hemona,& Ophni,& Gabee : ciuitates duodecim,& villæ earum. [25] Gabaon,& Rama,& Beroth, [26] & Meſphe,Caphara,& Amoſa, [27] & Recem,Iarephel,& Tharela, [28] & Sela,Heleph,& Iebus,quæ eſt Ieruſalē,Gabaad &[e] Cariath:ciuitates quatuordecim,& villæ earum. Fiūt omnes ciuitates viginti ſex. Hæc eſt poſſeſſio filiorum Beniamin iuxta familias ſuas.

c. Nephtoah fons eſt breui hoc ſpacio inter Cariathlarim & Ieroſolymam.

d. Enſemes quæ & Bethſemes ciuitas ſolis interpretatur, vnde eā Graeci ἡλιόπολιν vocāt. ciuitas eſt ſortis Beniamin, duæ aliæ eius nominis ſunt, altera in ſorte Iuda, altera in ſorte Nephthali.

e. Cariath, quæ & Cariath Baal, vna ciuitatū Gabaonitarum, de qua fuit Zacharias propheta filius Ioiadę, quem occiderunt inter templū & altare, vt Chriſt⁹ Iudæis improperat. Mat. 23. d.

Tribubus Simeon, Zabulon, Iſachar, Aſe, Nephthalim, Dan, & Ioſue, ſors aſſignatur honeſta. XIX.

Iuſepha. A

[1] Egreſſa eſt ſors ſecunda filiorum Simeon per cognationes ſuas : fuítque hæreditas eorum in medio poſſeſſionis filiorū Iuda: [2] Berſabee,& Sabee, & Molada, [3] & Haſarſual,Baala,& Aſem, [4] & Eltholad,Bethul,& Arma, [5] & Siceleg,& Bethmarcaboth,& Haſarſuſa, [6] & Bethlebaboth,& Saruhen:ciuitates tredecim,& villæ earū. [7] Ain,& Remon,& Athar,& Aſan: ciuitates quatuor, & villæ earum. [8] Omnes viculi per circuitum vrbium iſtarum vſque ad Baalath Beercameth contra auſtralem plagam. Fuerúntq; omnes ciuitates decem & ſeptem. Hæc eſt hæreditas filiorū Simeō: iuxta cognationes ſuas [9] in poſſeſſione & funiculo filiorum Iuda,quia maior erat: & idcirco filij Simeon poſſederunt in medio hæreditatis eius. [10] Cecidítq; ſors tertia filiorum Zabulon per cognationes ſuas:& factus eſt terminus poſſeſſionis filiorum Zabulon vſque Sarid. [11] Aſcendítque de mari & Medalaa,& peruenit in Debbaſeth,vſq; ad torrentem qui eſt contra Ieconam, [12] & reuertitur de Sarid contra orientem in finem Cezeleth Thabor: & egreditur ad Dabereth: B aſcendítque contra Iaphie: [13] & inde pertranſit vſque ad orientalem plagā Gethepher & Tacaſin:& egreditur in Remmon Amphar & Noa: [14] & circuit ad aquilonem & Nathon. Suntque egreſſus eius vallis Iephtahel, [15] & Cateth,Naalol,& Semron,& Idaca,& Bethlehem:ciuitates duodecim,& villæ earum. [16] Hæc eſt hęreditas tribus filiorū Zabulon per cognationes ſuas,vrbes,& viculi earum. [17] Iſachar egreſſa eſt ſors quarta per cognationes ſuas: [18] fuítque eius hæreditas Iezrael,& Caſaloth, & Sunem [19] & Hapharaim & Siion,& Anaharath [20] & Rabboth & Ceſion,Habes [21] & Rameth & Engannim & Enhadda & Bethpheſes: [22] & peruenit terminus eius vſque[b] Thabor & Seheſima & Bethſemes:erántque exitus eius Iordanis ciuitates ſedecim, & villæ earum. [23] Hæc eſt poſſeſſio filiorum Iſachar per cognationes ſuas,vrbes,& viculi earum. [24] Cecidítque ſors quinta tribui filiorum Aſer per cognationes ſuas: [25] fuítque terminus eorum Helcath & Hali & Beten & Axaph [26] & Elmelech & Amaad &

a. Berſabee quæ & Beerſabe,& Beerſchaba,Berzama, Gibellina, Iuriſaba, duplici cauſa teſtē Hiero. hoc ſortita nomē, vel quòd Abraham & Abimelech Rex Geraris iuramento fœd⁹ iecerūt, vel quòd in cōfirmatio nē fœderis ſeptē agnas Abraham dedit Abimelech. Gene. 21. d. Puits fons, mox ciuitas, nūc vicus famoſus ſortis Simeonis, intra eamē limites ſortis Iudæ, diſtans ab Hebron 1020. paſſ. verſus auſtrū, deſerto magno contigua, vltimus longitudinis limes terræ promiſſæ, vnde perpetuō fere eſt adagiū, A Dan vſq; Berſabee.

b. Thabor mōs eſt Galilææ transfiguratione & oratione Chriſti percelebris, terminus ſortis Zabulō verſus auſtrū, nō lōgè à Nazareth. Ibi oſtenditur altare Melchiſedech, vbi occurrit Abrahæ reuertēti à perſecutione quatuor Regum : vt Gen. 14. Eſt ieē ciuitas Leuitica eadem tribu nomine Thabor, data Leuitis ad habitādum cum ſuburbanis ſuis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Meſſal,& peruenit vſq; Carmelum maris,& Sihor & Labanath:[27]ac reuertitur cõtra orientem Beth-dagon,& pertranſit vſq; Zabulon,& vallẽ Iephthael contra aquilonem in Beth-emec & Nehiel:egreditúrq; ad læuam Cabul,[28]& Abran & Rohob & Hammon & Cana vſque ad Sidonem magnam:[29]reuertitúrq; in Horma vſque ad ciuitatem munitiſſimam Tyrum & vſque Hoſam:erúntque exitus eus in mare de funiculo Achziba[30]& Amma & Aphec & Rohob: ciuitates vigintiduæ, & villæ earũ.[31]Hæc eſt poſſeſſio filiorum Aſer per cognationes ſuas,vrbéſq;,& viculi earum.[32]Filiorum Nephthalim ſexta pars cecidit per familias ſuas,[33] & cœpit terminus de Heleph & Elõ Saannanim,&[a]Adami,quæ eſt Neceb & Iebnael,vſq; Lecum:&egreſſus eorum vſque ad Iordanem:[34] reuertitúrque terminus contra occidẽtem in Azanoth Thabor:atque inde egreditur in Hucuca,& pertranſit inZabulon contra meridiem, & in Aſer contra occidentem,& in Iuda ad Iordanem contra ortum ſolis,[35] ciuitates munitiſſimæ,Aſſedim,Ser,& Ammat,& Recath,& Cenereth,[36]& Edema,& Arama, Aſor,[37]&[d]Cedes,& Edrai,Enhaſor,[38]& Ieron,& Magdalel,Horem,& Bethanath,& Bethſemes:ciuitates decem & nouem,& villæ earum.[39]Hęc eſt poſſeſſio tribus filiorum Nephthalim per cognationes ſuas,vrbes,& viculi earum.[40]Tribui filiorũ Dan per familias ſuas egreſſa eſt ſors ſeptima:[41]& fuit terminus poſſeſſionis eius Saraa, & Eſthaol, & Hir-ſemes, id eſt ciuitas ſolis:[42] Selebin & Aialon,& Iethela,[43] Elon & Themna & Acron,[44]Eltheee,Gebethon & Baalath,[45]& Iud & Bane-Barac & Gethremmon,atque Meiarcon[46]& Arecon,cum termino qui reſpicit Ioppen,[47]& ipſo fine concluditur.†[e]Aſcenderúntq; filij Dan,& pugnauerunt contra Leſem,ceperúntque eam,& percuſſerunt eam in ore gladij,& poſſederunt,& habitauerunt in ea, vocantes nomen eius Leſem Dan,ex nomine Dan patris ſui.[48] Hæc eſt poſſeſſio tribus filiorum Dan per cognationes ſuas,vrbes,& viculi earum.[49] Cúmq; compleſſet ſorte terram diuidere ſingulis per tribus ſuas,dederunt filij Iſrael poſſeſſionem Ioſue filio Nun in medio ſui,[50] iuxta præceptum domini,vrbẽ quam poſtulauit Thamnathſarah in monte Ephraim.Et ædificauit ciuitatem,habitauitque in ea.[51] Hæ ſunt poſſeſſiones quas ſorte diuiſerunt Eleazar ſacerdos, & Ioſue filius Nun, & Principes familiarum ac tribuum filiorum Iſrael in Silo coram domino ad oſtium tabernaculi teſtimonij,partitíque ſunt terram.

a. Adami quæ & Neceb,in tribu Nephthalim eſt, ſed terminus eius ab Adama dicit,quę rubrumdeſignat, cuius terram putant plerique rubram.

d. Cedes ciuitas eſt refugij i Galilæa, de Nephthali ior te data Leuitis. Eiuſdem nominis alcera eſt in ſorte Iuda.

e. Hæc hiſtoria amplior eſt Iudic.18.vbi Dani.s nouas quærẽtes terras coperunt vrbem Lais ſiue Leſem,quã inſtauranerunt & vocauerunt: Leſem Dan,ſed tandẽ vocata eſt Cæſarea Philippi. Et ſita eſt ad radicem Libani. de qua dicetur amplius Iudi.18.b. & Matth. 16.b

f. Os gladij vocat ſcripturaciem eius ſtridentem, acuram ſcilicet, à mordẽdo nmirum dictam. Sic Græci ἀχαιρα gladium vocant, quòd duo ora habeat, i vtrinque fecet, vt Gen 3.Ier. 21.b. Percutiet eos in ore gladij.

Sex refugij ciuitates inſtituuntur pro homicidio ex ignorantia facto. XX.

ET locutus eſt dominus ad Ioſue,dicens:†Loquere filiis Iſrael,& dic eis:[a]Separate vrbes fugitiuorum,de quibus locutus ſum ad vos per manũ Moyſi,[3] vt confugiat ad eas quicunque animam percuſſerit neſcius,& poſſit euadere iram proximi qui vltor eſt ſanguinis,[4] cum ad vnam harum confugerit ciuitatum:ſtabítque ante portam ciuitatis,& loquetur ſenioribus vrbis illius ea quę ſe comprobent innocentem:ſicq; ſuſcipient eum,& dabunt ei locum ad habitandum.[5]Cúmque vltor ſanguinis eum fuerit perſecutus, non tradent in manus eius:quia ignorãs percuſſit proximum ſuum, nec ante biduum triduúmve eius probatur inimicus.[6] Et habitabit in ciuitate illa donec ſtet ante[b]iudicium cauſam reddens facti ſui, & moriatur ſacerdos magnus qui fuerit in illo tempore.Tunc reuertetur homicida,& ingredietur ciuitatem & domũ ſuam de qua fugerat.[7]Decreuerúntque Cedes in Galilæa montis Nephthalim, & Sichem in monte Ephraim,& Cariath-arbe,ipſa eſt Hebron,in monte Iuda:[8] & trans Iordanem contra orientalem plagam Iericho†ſtatuerunt Boſor, quæ ſita eſt in campeſtri ſolitudine,de tribu Rubẽ,& Ramoth Galaad de tribu Gad,& Gaulon in Baſan de tribu Manaſſæ.[9] Hæ ciuitates conſtitutæ ſunt cunctis filiis Iſrael,& aduenis qui habitabant inter eos:vt fugeret ad eas qui animam neſcius percuſſiſſet,& non moreretur in manu proximi effuſum ſanguinem vindicare cupientis, donec ſtaret ante populum expoſiturus cauſam ſuam.

4. Adduntur vrbibus Leuitarũ ſex fugitiuorum ciuitates, tres intra Iordanem, & tres trans Iordanẽ, vt ſint ſimul quadraginta octo,Hiero. in vltima 42.manſionũ ad Fabiolam.

b. Donec vocetur à iudicibus,coram illis ſui facti reddituras rationem.

Leuitis partes inter cæteros fratres aſsignantur. XXI.

Acceſſe-

ACceſſerúntq; principes familiarum Leui ad Eleazarum ſacerdõtem,& Ioſue filium Nun,& ad duces cognationum per ſingulas tribus filiorum Iſrael:[2]locutíque ſunt ad eos in Silo terræ Chanaan,atque dixerunt:†Dominus præcepit per manum Moyſi, vt darentur nobis vrbes ad habitandum,&[b]ſuburbana earum ad alenda iumenta.[3]Dederúntq; filij Iſrael de poſſeſſionibus ſuis iuxta imperium domini ciuitates & ſuburbana earum. [4] Egreſſaque eſt ſors in familiam Caath filiorum Aaron ſacerdotis de tribu Iuda,& Simeon,& Beniamin, ciuitates tredecim:[5]& reliquis filiorum Caath, id eſt Leuitis qui ſuperfuerant de tribubus Ephraim & Dan,& dimidiæ tribus Manaſſæ, ciuitates decem. †[6] Porrò filiis Gerſon egreſſa eſt ſors,vt acciperent de tribubus Iſachar,& Aſer,& Nephthalim,dimidiáq; tribu Manaſſæ in Baſan,ciuitates numero tredecim.[7] Et filiis Merari per cognationes ſuas de tribubus Ruben,& Gad,& Zabulon,vrbes duodecim.[8]Dederúntque filij Iſrael Leuitis ciuitates & ſuburbana earum, ſicut præcepit dominus per manum Moyſi,ſingulis ſorte tribuẽtes.[9]De tribubus filiorum Iuda & Simeon dedit Ioſue ciuitates†quarum iſta ſunt nomina:[10] filiis Aaron per familias Caath Leuitici generis,(prima enim ſors illis egreſſa eſt:)[c]11 Cariatharbe patris Enac,quæ vocatur Hebron,in monte Iuda,& ſuburbana eius per circuitũ.†[12] Agros verò & villas eius dederat Caleph filio Iephone ad poſſidẽdum.[13]Dedit ergo filiis Aaron ſacerdotis Hebron cõfugij ciuitatẽ,ac ſuburbana eius,& Lobnam cum ſuburbanis ſuis,[14]& Iether, & Eſthemõ,[15]& Holon,& Dabir,[16]& Ain,& Ietham,& Bethſames cum ſuburbanis ſuis:ciuitates nouem de tribubus,vt dictum eſt,duabus.[17] De tribu autẽ filiorũ Beniamin,Gabaon,& Gabae[18]&[d]Anathoth,& Almon,cũ ſuburbanis ſuis,ciuitates quatuor: [19] omnes ſimul ciuitates filiorum Aaron ſacerdotis,tredecim, cum ſuburbanis ſuis. [20] Reliquis verò per familias filiorum Caath Leuitici generis hæc eſt data poſſeſſio.[21]De tribu Ephraim vrbes confugij Sichem cum ſuburbanis ſuis,in monte Ephraim: & Gazer [22] & Chibſaim & Bethoron cũ ſuburbanis ſuis,ciuitates quatuor. [23]De tribu quoq; Dan Eltheco & Gabathon[24]& Aialon & Gethremmon cum ſuburbanis ſuis,ciuitates quatuor.[25] Porrò de dimidia tribu Manaſſæ, Tanach & Gethremmon cum ſuburbanis ſuis,ciuitates duæ.[26]Omnes ciuitates decem,& ſuburbana earum datæ ſunt filiis Caath inferioris gradus.[27]Filiis quoq; Gerſon Leuitici generis dedit de dimidia tribu Manaſſæ confugij ciuitates,Gaulon in Baſan,&[e]Boſram cum ſuburbanis ſuis,ciuitates duas.[28]Porrò de tribu Iſachar,Ceſion,&Dabreth,[29]& Iaramoth,& Engãnim cum ſuburbanis ſuis,ciuitates quatuor.[30]De tribu autẽ Aſer,Maſal & Abdõ[31]& Heleath & Rohob cum ſuburbanis ſuis,ciuitates quatuor.[32] De tribu quoq; Nephthalim ciuitates confugij,Cedes in Galilęa,& Hammothdor,& Carthan cum ſuburbanis ſuis,ciuitates tres.[33]Omnes vrbes familiarum Gerſon tredecim cum ſuburbanis ſuis.[34]Filiis autem Merari Leuitis inferioris gradus per familias ſuas data eſt de tribu Zabulon Ieenam & Cartha[35]& Damna & Naalol,ciuitates quatuor cum ſuburbanis ſuis. [36] De tribu Gad ciuitates confugij, Ramoth in Galaad,& Manaim & Heſebon & Iazer,ciuitates quatuor cum ſuburbanis ſuis.[37]De tribu Ruben vltra Iordanem contra Iericho ciuitates refugij, Boſor in ſolitudine Miſor, & Iazer & Iethſon & Maſpha:ciuitates quatuor cum ſuburbanis ſuis.[38]Omnes vrbes filiorũ Merari per familias & cognationes ſuas duodecim.[39]Itaq; ciuitates vniuerſæ Leuitarum in medio poſſeſſionis filiorum Iſrael fuerunt quadraginta octo[40] cum ſuburbanis ſuis,ſingulæ per familias diſtributæ.[41] Dedítq; dominus deus Iſraeli omnem terram quam traditurum ſe patribus eorum iurauerat:&[f]poſſederunt illam,atque habitauerunt in ea.[42]Datáque eſt ab eo pax in omnes per circuitum nationes:nullúſq; eis hoſtium reſiſtere auſus eſt, ſed cuncti in eorum ditionem redacti ſunt. [43] Ne vnum quidem verbum quod illis præſtiturum ſe eſſe promiſerat,irritum fuit, ſed rebus expleta ſunt omnia.

a. Quadraginta duas vrbes cum ſuburbanis ſuis vſque ad mille paſſus per circuitũ Leuitæ accipiũt,eo numero quo & mãſiones ab Ægypto ad terrã promiſſam. Exod.de 42. manſio ad Faã.

b. Itaque ſuburbana vrbiũ Leuitæ collaterã dicũt Hebræi mille paſſibus verſus quatuor mũdi partes protendi extra mœnia vrbis.

c. Cariatharbe,quæ & Hebrõ oppidum victorũ quatuor, vt ſupra dictũ eſt, Abraham, Iſaac, & Iacob, & Adam magni,quem ibi cõdirum iuxta libri Ieſu Naue Hebræi aiunt, licet plerique Caleph quartũ putẽt. Hie.i epitaphio Paulæ.

d. Anathoth,vicus procul ab Ieruſalem tribus millibus, patria Ieremiæ prophetæ, & in prophetia ſua frequenter celebratus.

e. Boſra vel Bõrra ciuitas eſt Moabitarũ in tribu Manaſſe, altera eiuſdẽ nominis eſt in Idumæa, porro in Hebr.legitur Beeſthera.

f. Quomodo adhuc viuẽte Ieſu omne terrã dedit, cum etiam reliquias illarum gẽtium nondũ ſuperaſſent? Nam quod ſequitur, & hereditauerũt eam; verũ eſt, quia ibi erãt, ibiq; cõſederãt. Deinde quod adiũgit, Et requiẽ dedit illis dominus &c. verũ eſt, quia vino adhuc Ieſu nõ eis quidẽ cedebant reliquiæ illarũ gentium, ſed nulla earũ eos in terris vbi conſederãt, bello laceſſere audebat. Aug. q.21.ſuper Ioſue.

Extructum altare à tribubus Ruben,Gad,& dimidia Manaſſe,ſuſpicionem mouit apud cæteros fratres. XXII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EOdem tempore vocauit Iosue Rubenitas & Gaditas, & dimidiam tribũ A Iosue.
[2]Manassæ, dixítque ad eos: Feciſtis omnia quæ præcepit vobis Moyſes famulus domini: mihi quoque in omnibus obediſtis,[3] nec reliquiſtis fratres veſtros longo tempore vſq; in præſentem diem, cuſtodientes imperiũ domini dei veſtri.[4] Quia igitur dedit dominus deus veſter fratribus veſtris quietem & pacem, ſicut pollicitus eſt: reuertimini, & ite in tabernacula veſtra, in terram poſſeſſionis †quam tradidit vobis Moyſes famulus domini trans Iordanem,[5] ita duntaxat vt cuſtodiatis attentè & opere compleatis mandatum & legem quam præcepit vobis Moyſes famulus domini, vt diligatis dominum deum veſtrum, & ambuletis in omnibus viis eius, & obſeruetis mandata illius, adhæreatíſque ei, ac ſeruiatis in omni corde & in omni anima veſtra.[6] Benedixítq; eis Iosue, & dimiſit eos. Qui reuerſi ſunt B in tabernacula ſua.[7] Dimidiæ autem tribui Manassæ poſſeſſionem Moyſes dederat in Baſan: & idcirco mediæ quæ ſuperfuit, dedit Iosue ſortem inter cæteros fratres ſuos trans Iordanem ad occidentalem eius plagam. Cúmq; dimitteret eos in tabernacula ſua, & benedixiſſet eis,[8] dixit ad eos:[b] In multa ſubſtantia atque diuitiis reuertimini ad ſedes veſtras, cum argento & auro, ære ac ferro, & veſte multiplici. Diuidite prædam hoſtium cum fratribus veſtris.[9] Reuerſíque ſunt, & abierunt filij Ruben, & filij Gad, & dimidia tribus Manassæ, à filiis Iſrael de Silo, quæ ſita eſt in Chanaan, vt intrarent Galaad terram poſſeſſionis ſuæ, quam obtinuerãt iuxta imperium domini in manu Moyſi.[10] Cúmq; veniſſent ad tumulos Iordanis in terra Chanaan, ędificauerũt C iuxta Iordanem altare infinitæ magnitudinis.[11] Quod cum audiſſent filij Iſrael, & ad eos certi nuntij detuliſſent ædificaſſe filios Ruben & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſæ, altare in terra Chanaan, ſuper Iordanis tumulos contra filios Iſrael:[12] conuenerũt omnes in Silo, vt aſcenderent & dimicarẽt contra eos.[13] Et interim miſerunt ad illos in terram Galaad Phinees filium Eleazari ſacerdotem,[14] & decem principes cum eo, ſingulos de ſingulis tribubus.[15] Qui venerunt ad filios Ruben & Gad, & dimidię tribus Manaſſæ in terram Galaad: dixerúntque ad eos:[16] Hæc mandat omnis populus D domini: Quæ eſt iſta tranſgreſſio? Cur reliquiſtis dominum Deum Iſrael, ædificantes altare ſacrilegum, & à cultu illius recedentes?[17] An parum vobis eſt † quod peccaſtis in Beelphegor, & vſque in præſentem diem macula huius ſceleris in nobis permanet, multíq; de populo corruerunt?[18] Et vos hodie reliquiſtis dominum, & cras in vniuerſum Iſrael ira eius deſæuiet.[19] Quòd ſi putatis immũdam eſſe terram poſſeſſionis veſtræ, tranſite ad terram in qua tabernaculum domini eſt, & habitate inter nos: tantùm vt à dño & à noſtro conſortio nõ recedatis ædificato altari præter altare domini dei noſtri. †[20] Nónne Achan filius Zare præteriit mandatum domini, & ſuper omnem populum Iſrael ira eius incubuit? Et ille erat vnus homo, atque vtinam ſolus periſſet in ſcelere ſuo.[21] Reſponderúntq; filij Ruben & Gad, & dimidia tribus Manaſſę principibus legationis Iſrael:[22] Fortiſſimus deus dominus, ipſe nouit, & Iſrael ſimul intelliget: ſi præuaricationis animo hoc altare conſtruximus, nõ cuſtodiat nos, ſed puniat nos in præſenti:[23] Et ſi ea mẽte fecimus, vt holocauſta & ſacrificium & pacificas victimas ſuper eo imponeremus, ipſe quærat, & iudicet:[24] & non ea magis cogitatione atque tractatu, vt diceremus, Cras dicẽt filij veſtri filiis noſtris: Quid vobis & domino deo Iſrael?[25] Terminum poſuit dominus inter nos & vos ô filij Ruben & filij Gad Iordanem fluuium: & idcirco partem non habetis in domino: & per hanc occaſionem auertent filij veſtri filios noſtros à timore domini. Putauimus itaque melius,[26] & diximus: Extruamus nobis altare, non in holocauſta neque ad victimas offerẽ- E das,[27] ſed in teſtimonium inter nos & vos, & ſobolem noſtram, veſtrámq; progeniẽ, vt ſeruiamus dño, & iuris noſtri ſit offerre & holocauſta, & victimas, & pacificas hoſtias, & nequaquam dicant cras filij veſtri filiis noſtris, Nõ eſt vobis pars in domino.[28] Quòd ſi voluerint dicere, reſpondebunt eis: Ecce altare domini quod fecerunt patres noſtri, non in holocauſta, neque in ſacrificium, ſed in teſtimonium noſtrum ac veſtrum.[29] Abſit à nobis hoc ſcelus, vt recedamus à domino, & eius veſtigia relinquamus,

a Quòd autẽ requiem dederit illis dominus in circuitu ſicut iurauerat patribus eorum, ſecundum hoc intelligi, quia erũ adhuc erant ex illis gentibus reliquiæ contendæ & exterminandæ, vel ex aliis vſq; ad flumen Euphratem, aut ſubiugandæ ſi non reſiſterent: aut perdendæ ſi reſiſterent: tamen in vſu eorũ relictæ ſunt, in quibus exercerentur, ne carnalibus affectibus & cupiditatib⁹ infirmi, repentinam tãquam temporalium rerum proſperitatem moleſtè ac ſalubriter ſuſtinere nõ poſſẽt, ſed elati citius interirent. Aug. quæſt. 11. ſuper Iosue.
b Cum innumera pecorũ multitudine ex ſpolus cuiuſdam Chanaan.

linquamus, extructo altari ad holocauſta, & ſacrificia, & victimas offerendas: præter C altare domini dei noſtri, quod extructũ eſt ante tabernaculum eius.[30] Quibus auditis Phinees ſacerdos, & principes legationis Iſrael, qui erant cum eo, placati ſunt, & verba filiorum Ruben & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſæ libentiſſimè ſuſceperunt.[31] Dixítque Phinees filius Eleazari ſacerdos ad eos: Nunc ſcimus quòd nobiſcum ſit dominus: quoniam alieni eſtis à præuaricatione hac: & liberaſtis filios Iſrael de manu domini.[32] Reuerſúſq; eſt cum Principibus à filiis Ruben & Gad, de terra Galaad finiũ Chanaan ad filios Iſrael, & retulit eis.[33] Placuítq; ſermo cunctis audientibus. Et laudauerunt deum filij Iſrael, & nequaquam vltra dixerunt vt aſcẽderent contra eos atq; pugnarent, & delerẽt terram poſſeſſionis eorum:[34] vocauerúntq; filij Ruben & filij Gad altare quod extruxerant, teſtimoniũ noſtrum quòd dominus ipſe ſit deus.

Iehoſue iam ſenex Iſraelitas ad legem dei obſeruandam moribundus hortatur. XXIII.

Iudicis. A EVoluto autem multo tempore, poſtquam pacem dederat dominus Iſraeli,[a] ſubiectis in gyro nationibus vniuerſis, & Iosue iam longæuo, & perſenilis ætatis,[2] vocauit Iosue omnem Iſraelem, maioréſque natu, & Principes, ac Duces, & Magiſtros, dixítque ad eos: Ego ſenui, & proꝛ greſſioris ætatis ſum:[3] vóſq; cernitis omnia quæ fecerit dominus deus veſter cunctis per circuitũ nationibus, quomodo pro vobis ipſe pugnauerit:[4] Et nũc quia vobis ſorte diuiſit omnẽ terram ab orientali parte Iordanis vſque ad mare magnum, multæq; adhuc ſuperſunt nationes,[5] dominus deus veſter diſperdet eas, & auB feret à facie veſtra, & poſſidebitis terram earum, ſicut vobis pollicitus eſt.[6] Tantùm cõfortamini, & eſtote ſolliciti, vt cuſtodiatis cuncta quæ ſcripta ſunt in volumine legis Moyſi: & non declinetis ab eis neq; ad dextram neq; ad ſiniſtram:[7] ne poſtquam intraueritis ad gentes quæ inter vos futuræ ſunt, iuretis in nomine deorum earum, & ſeruiatis eis, & adoretis illos: ſed adhæreatis domino deo veſtro, quod feciſtis vſque Deut.12 in diem hanc. †[9] Et tunc auferet dominus deus in conſpectu veſtro gentes magnas, C & robuſtiſſimas, & nullus vobis reſiſtere poterit.[10] Vnus è vobis perſequetur hoſtiũ mille viros: quia dominus deus veſter pro vobis ipſe pugnabit, ſicut pollicitus eſt,[11] hoc tantùm diligentiſſimè præcauete, vt diligatis dominũ deum veſtrũ.[12] Quòd ſi volueritis gentiũ harum quæ inter vos habitant, erroribus adhærere, & cum eis miſcere cõnubia, atq; amicitias copulare:[13] iam nunc ſcitote, quòd dominus deus veſter non eas deleat ante faciem veſtram: ſed ſint vobis in foueam, ac laqueum, & offendiculum ex latere veſtro, & ſudes in oculis veſtris: donec vos auferat atq; diſperdat de Iudicũ 2.3 D terra hac optima quam tradidit vobis. †[14] En ego hodie ingredior viam vniuerſæ terræ, & toto animo cognoſcetis quòd de omnibus verbis quæ ſe dominus præſtiturum vobis eſſe pollicitus eſt, vnum non præterierit incaſſum.[15] Sicut ergo impleE uit opere quod promiſit, & proſpera cuncta venerũt, ſic adducet ſuper vos quicquid malorum cõminatus eſt, donec vos auferat atq; diſperdat de terra hac optima quam tradidit vobis,[16] eo quòd prętergreſſi fueritis pactum domini dei veſtri quod pepigit vobiſcum, & ſeruieritis diis alienis, & adoraueritis eos. Cito atque velociter conſurget in vos furor domini, & auferemini ab hac terra optima quam tradidit vobis.

a Merito quæritur, cum Iſrael nõ ſolum vſque ad diẽ mortis Iesu, verum etiam poſtea nõ eradicauerit gẽtes quę terrã promiſionis tenebant, quamuis ex parte debellatis in eadem promiſſa hæreditate conſiſteret, quomodo intelligendum ſit quod dicit: ſubiectis in gyrũ nationibus vniuerſis? Videndum eſt primum quot gentium terra promiſſa ſit Iſraelitis. Sepeem quidem gentes aliquãdo videtur commemorari, ſicut Exod. 23. & Deuter. 20. quibus debellatis terrã earum poſſiderunt. Aug. quæſt. 11. ſuper Ioſ.

Beneficia Iſraelitis à deo exhibita, ſignáque oſtenſa commemorantur. XXIIII.

A ECongregauítque Iosue omnes tribus Iſrael in [a] Sichem, & vocauit maiores natu, ac Principes, & Iudices, & Magiſtros, ſteteruntque in conſpectu domini:[2] & ad populum ſic locutus eſt: Hæc dicit dominus deus Iſrael: Trans fluuium habitauerũt patres veſtri ab initio, Thare pater Abraham & Nachor: ſeruierúntque diis alienis. †[3] Tuli ergo patrem veſtrum Abraham de Geneſ.11.12 Meſopotamiæ finibus, & adduxi eum in terram Chanaan, multiplicauíque ſemen eius, †[4] & dedi ei Iſaac. † illíq; rurſum dedi Iacob & Eſau. †E quibus Eſau dedi mon-

a Sichem erbs olim præclara Samariæ ad monẽ Garizim & Ebal ſita. Hanc incoluerunt Abraham & Iacob patriarchæ: iuxta quam eſt fons Iacob, vbi Chriſtus à Samaritiãa potum petiit Primò à Simeone & Leui ob ſororis ſuprum delera, ſecundo à quodã Amalecita. Nunc verò terra eſt in eodem loco dicta Nicopolis. Prius dicta fuit Mamortha, inde Sichem à filio Emor. Interdum Salem, aliquando Ephron, aliquando Sichima, Neapolis, & Sichar tempore prædicatorũ Chriſti. Diſtat à Samaria 3. millia, à Iericho 23. nunc penè diruta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem Seir a d possidẽdum:† Iacob verò & filij eius descẽderunt in Ægyptum. † [5] Misiq; Moysen & Aaron, & percussi Ægyptum multis signis atque portẽtis: [6] eduxíque vos & patres vestros de Ægypto, & venistis ad mare, persecutíque sunt Ægyptij patres vestros cum curribus & equitatu, vsque ad mare rubrum. [7] Clamauerũt autẽ ad dominum filij Israel: † qui posuit tenebras inter vos & Ægyptios, & adduxit super eos mare, & operuit eos. Viderunt oculi vestri cuncta quę in Ægypto fecerim, & habitastis in solitudine multo tẽpore, [8] & introduxi vos in terram Amorræi, qui habitabat trans Iordanem. †Cúmque pugnarent contra vos, tradidi eos in manus vestras, & possedistis terram eorum, atq; interfecistis eos. † [9] Surrexit autem Balac filius Sephor Rex Moab, & pugnauit cõtra Israelem. Misitq; & vocauit Balaam filium Beor vt malediceret vobis, [10] & ego nolui audire eũ, sed ecõtrario per illum benedixi vobis, & liberaui vos de manu eius. † [11] Transistisq; Iordanẽ, & venistis ad Iericho: [b] pugnauerúntq; contra vos viri ciuitatis eius, Amorræus, & Pherezæus, & Chananæus, & Hethæus, & Gergesæus, & Heuæus, & Iebusæus: & tradidi illos in manus vestras. † [12] Misiq; ante vos crabrones, & eieci eos de locis suis, duos Reges Amorræorũ: nõ in gladio & in arcu tuo: [13] dediq; vobis terram in qua nõ laborastis, & vrbes quas non ædificastis, vt habitaretis in eis, vineas & oliueta quæ non plantastis. [14] Nunc ergo timete dominum, & seruite ei perfecto corde atque verissimo, & [c] auferte deos quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia & in Ægypto, ac seruite domino. [15] Sin autẽ malũ vobis videtur vt domino seruiatis, optio vobis datur. † Eligite hodie quod placet, cui seruire potissimum debeatis: vtrum diis quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia, an diis Amorræorum in quorum terra habitatis. Ego autẽ & domus mea seruiemus domino. [16] Respondítq; populus, & ait: Absit à nobis vt relinquamus dominum, & seruiamus diis alienis. [17] Dominus deus noster ipse eduxit nos & patres nostros de terra Ægypti, & de domo seruitutis: fecítq; vidẽtibus nobis signa ingentia, & custodiuit nos in omni via per quam ambulauimus, & in cunctis populis per quos transiuimus: [18] & eiecit vniuersas gẽtes: Amorræũ habitatorẽ terræ quam nos intrauimus. Seruiemus igitur domino, quia ipse est deus noster. [19] Dixítq; Iosue ad populum: [d] Nõ poteritis seruire domino: deus enim sanctus & fortis æmulator est, nec ignoscet sceleribus vestris atq; peccatis. [20] Si dimiseritis dominum, & seruieritis diis alienis, cõuertet se, & affliget vos, atq; subuertet postquã vobis præstiterit bona. [21] Dixítque populus ad Iosue: Nequaquam ita vt loqueris, erit: sed domino seruiemus. [22] Et Iosue ad populũ: Testes, inquit, vos estis, quia ipsi elegeritis vobis dominum, vt seruiatis ei. Respoderúntq;: Testes. [23] Nũc ergo, ait, auferte deos alienos de medio vestri, & inclinate corda vestra ad dominum deum Israel. [24] Dixítq; populus ad Iosue: Domino deo nostro seruiemus, & obediẽtes erimus præceptis eius. [25] Percussit ergo Iosue in die illo fœdus, & proposuit populo præcepta atq; iudicia in Sichem. [26] Scripsit quoq; omnia verba hæc in volumine legis domini, & tulit lapidem prægrandẽ, posuitq; eum subter quercum quæ erat in sanctuario domini, [27] & dixit ad omnẽ populum: [e] En lapis iste erit vobis in testimonium, quòd audieritis omnia verba domini quæ locutus est vobis: ne forte postea negare velitis, & mẽtiri domino deo vestro. [28] Dimisitq; populum, singulos in possessionem suã. [29] Et post hæc mortuus est [f] Iosue filius Nun seruus domini, cẽtum decem annorum. [30] Sepelierúntq; eum in finibus possessionis suæ in Thamnathsare, quæ sita est in mõte Ephraim, à septẽtrionali parte mõtis Gaas. [31] Seruiuitq; Israel domino cunctis diebus Iosue, & seniorum qui longo vixerant tempore post Iosue, & qui nouerant omnia opera domini qnæ fecerat in Israel. † [32] Ossa quoque Ioseph quæ tulerant filij Israel de Ægypto, sepelierunt in Sichem, in parte agri † quẽ emerat Iacob à filiis Hemor patris Sichem cẽtum nouellis ouibus, & fuit in possessionẽ filiorũ Ioseph. [33] Eleazar quoque filius Aaron mortuus est, & sepelierunt eũ in Gabaath Phinees filij eius, quæ data est ei in monte Ephraim.

Incipit

b. Quæri potest quomodo hoc verum sit, cũ ciuitas portis & muris ambiri cõsueuerit. Sed recte dictum est: quia claudere aduersas hostem portas, ad bella pertinet. Nõ enim misit legatos qui paciscerẽtur pacẽ. Aug. q. 24. sup Iosue.

c. Non enim credendi sunt adhuc habuisse apud se aliqua gentilium simulachra, cũ imperius eorũ obediẽtiã prædicauerit: aut verò si habuit post tãtas legis cõminationes, illa eos prospera sequerentur, cum sic in eos vindicandi sic, quibus eorum de anathemate furtiua fecerat. August. vbi supra. q. 26. d. Quare hoc, Nõ poteritis &c. An quia illius sanctitati seruitutẽ perfectã quodãmodo cõperari humana fragilitas impossibile est? Quo audito ipsi nõ solũ eius eligere seruitutẽ, sed etiã de eius adiutorio & misericordia præsumere debuerũt, quam ille intelligit qui dicit in Psalmo, Nõ intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Aug. q. 28. ibidem.

e. Per hunc lapidem profecto illũ significauit qui fuit lapis offensionis nõ credẽtibus iudæis & petra scandali: qui cum reprobaretur ab ædificantibus, factus est in caput anguli: quẽ præsignauit & illa petra quę potum sitienti populo digno percussa profudit, de qua dicit Apostolus. Bibebant autem de spirituali sequẽte eos petra: petra autem erat Christus. Aug. Ibid. q. 30.

f Iosue inter admiranda opera, & reuerenda secreta sacro Moysi individuus adhærebat. Vnde factũ est, vt qui fuerat socius conuersationis, fieret successor potestatis. Merito vir huiusmodi erat, vt sisteret lumina curribus dicens: Stet sol, & staret Sol, quasi eius spectator victoriæ, noctem differret, diẽ produceret. Quod quidẽ Moysi negatũ est. Iosus eligeretur vt populũ introduceret in terrã repromissionis. Magna vir fidei miracula, magna trophæa. Illius augustiora opera, huius prosperiora. Vterq; igitur diuina fuit virtus gratia: vtra humanæ procedit conditionem. Ille mari, hic cœlo imperauit. Amb. lib. 2. Officio. cap. 20. Exhibita cõstat illũ. 110. annis vixisse. quanto verò tẽpore populũ rexerit, nõ cõstat. Mat. 3. autẽ. 7. annos tribuit, Ioannes Lucidus 17. Huic satis quadrat numerus ab exitu ad ædificationẽ templi, nisi obstaret Aug. 18. de ciu. tat. c. 2. dicens: Erichthonii regis Atheniẽsium, nouissimus annus Iesus Nauæ mortuus reperitur. Hic autẽ secũdũ omnes 31. anno exiẽs regnare cœpit, & 50. annis regnasse. Vnde constaret iuxta Eusebiũ & Augustinũ 17. vel Constantius. 18. vel Functius. 32. annis præfuisse. At plures abundarent anni quam par sit ad numerum quæ situm inter suprà & tẽplũ exptis quos Eusebius saluauit 10. annos Aialon omittendo, recctiores autem ab anno Saulis abstrahunt, vt perfectus numerus 480. remaneat. Propterea Lucidi suppurario laior pater, vt saluentur 40. anni Saulis, cum Samuele tamen quos illi tribuit Paulus Act. 13. c.

Incipit liber שופטים Sophtim, quem nos Iudicum appellamus.

Infideles Iuda duce cum eorum ciuitatibus expugnantur, & in tributum redduntur. Cap. I.

Iudic. 1

POst [a] mortem Iosue consuluerunt filij Israel dominum, dicentes. Quis ascendet ante nos contra Chananæum, & erit dux belli? [2] Dixítque dominus: Iudas ascendet. Ecce tradidi terrã in manus eius. [3] Et ait Iudas Simeoni fratri suo: Ascende mecum in sorte mea, & pugna contra Chananæum, vt & ego pergam tecum in sorte tua. Et abiit cum eo Simeon. [4] Ascendítque Iudas, & tradidit dominus Chananæum ac Pherezęum in manus eorum: & percusserunt in [b] Bezec decem milia virorum. [5] Inuenerúntque Adonibezec in Bezec, & pugnauerunt cõtra eum, ac percusserunt Chananæum, & Pherezęum. [6] Fugit autem Adonibezec, quem persecuti cõprehenderunt, cæsis summitatibus manuum eius ac pedum. [7] Dixítque Adonibezec: Septuaginta Reges amputatis manuũ ac pedũ summitatibus colligebant sub mensa mea ciborum reliquias: sicut feci, ita reddidit mihi deus. Adduxerúntq; eum in Ierusalem, & ibi mortuus est. [c g] Oppugnantes ergo filij Iuda Ierusalẽ, ceperunt eam, & percusserunt in ore gladij, tradentes cunctam incẽdio ciuitatem. [9] Et postea descendentes pugnauerunt contra Chananæũ qui habitabat in mõtanis, & ad meridiem in campestribus. † [10] Pergénsq; Iudas contra Chananæum qui habitabat in Hebron, (cuius nomen fuit antiquitus Cariatharbe,) percussit Sesai, & Haimã, & Tholmai: [11] atq; inde profectus abiit ad habitatores [d] Dabir, cuius nomẽ vetus erat Cariathsepher, id est ciuitas literarum. [12] Dixítque Caleb: † Qui percusserit Cariathsepher, & vastauerit eam, dabo ei Axam filiã meam vxorem. [13] Cúmque cepisset eam [e] Othoniel filius Cenez frater Caleb minor, dedit ei Axam filiam suam coniugem. [14] Quam pergẽtem in itinere monuit vir suus vt peteret à patre suo agrũ. Quæ cum suspirasset sedens in asino, dixit ei Caleb: Quid habes? [15] At illa respondit: Da mihi benedictionem, quia terram arentem dedisti mihi: da & irriguam aquis. Dedit ergo ei Caleph irriguum superius & irriguum inferius. [16] Filij autem Cinæi cognati Moysi ascenderunt de [f] ciuitate palmarum, cum filiis Iuda in desertum sortis eius, quod est ad meridiem Arad, & habitauerunt cum eo. [17] Abiit autem Iudas cum Simeone fratre suo, & percusserunt simul Chananæum qui habitabat in Sephath, & interfecerunt eum. Vocatúmque est nomen vrbis Horma, id est anathema: [18] cepítque Iudas [g] Gazam cum finibus suis, & Ascalonem atq; Accaron cum terminis suis. [19] Fuítq; dominus cum Iuda, & mõtana possedit. Nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abundabant. [20] Dederúntque Caleph Hebrõ, † sicut dixerat Moyses: qui deleuit ex ea tres filios Enac. [21] Iebusæũ autẽ habitatorem Ierusalem nõ deleuerunt filij Beniamin: habitauítque Iebusæus cum filiis Beniamin in Ierusalem [h] vsq; in præsentem diem. [22] Domus quoq; Ioseph ascendit in Bethel, fuítq; dominus cum eis. [23] Nam cum obsiderent vrbem, quæ prius Luza vocabatur, [24] viderunt hominẽ egredientem de ciuitate, dixerúntque ad eum: Ostende nobis introitum ciuitatis, & faciemus tecũ misericordiam. [25] Qui cum ostendisset eis, percusserunt vrbem in ore gladij: hominem autem illum, & omnem cognationem eius dimiserunt. [26] Qui dimissus abiit in terram Hethim, & ædificauit ibi ciuitatem, vocauítq; eam Luzam: quæ ita appellatur vsq; in præsentem diem. [27] Manasses quoq; non deleuit Bethsan & Thanach cũ viculis suis, & habitatores Dor, & Ieblaam, & Mageddo cum viculis suis, cœpítq, Chananæus habitare cũ eis. [28] Postquam autem confortatus est Israel, [i] fecit eos tributarios, & delere noluit. [29] Ephraim

a. Post mortẽ Iosue scripta sunt gesta iudicum & principum in terra sanctarum historias sparsas secundum successionis seriẽ cuiusque pridem editas Samuel collegisse creditur in vnũ volumen, quod vocamus iudicum, cui & adiecit historiã Ruth Moabitidis. Ex Isidoro & Comestore.

b. Bezec ciuitas est Philistiim, vbi Saul vitu labra Galaad supperias lacertus congregauit exercitum, vt 1. Reg. 11. c. Inde adonibezec dicitur quasi dominus Bezec vrbis.

c. Hæc oppugnatio vinculo ad hæc Iosue facta est, cũ historia Caleph sequente, vt supra. Iob. 14. & 15.

d. Dabir expugnata est tẽpore Iosue, vt Iosue. c. 11.

e. Othoniel iste est, qui primus iudex Israel de tribu Iuda deo iubente constituitus est, Infra cap 3.

f. Hæc est Iericho palmis abundans.

g. Gaza duplex, vetus & noua. Vetus secundum Strabonem lib. 16. à mari. 7. Italiæ distat, mediterranea fuit, & terminus australis Chanaan in sorte Iudæ, quã licet Caleph duce tribꝰ Iudæ ceperat, hanc tamen seruare nõ potuit, quòd haberet Enacim viros fortissimos: & hæc erat vna de quinque præcipuis vrbibꝰ Philistinorum. Huius portas Samson abstulit in montis verticem. Gaza verò noua in portu qui Maiuma dicitur, tempore Constantini imperatoris constructa, & in eius honorem Constantia dicta, sed à Iuliano Gaza vocata, ab antiqua 20. stadiis distans: quam Hieron. tempore adeo ampliatã ferunt, vt in duplo maiorem Ierusalem ambitu faciant. Quidam vocãr eam Azah, alij Gaser, alij Gazeram & Gararam.

h Vique ad Samuelis tẽpora qui hunc fercur cõposisse librum, cuius tẽpore se habuisse Ierusalem adhuc incolebant.

i. Iosue senescẽte vel etiam defuncto relinquuntur à filiis Israel expugnandi, qui eis contra dei præceptum parcere, quod ille non fecisset. Aug. super Iosue cap. 17. q. 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam non interfecit Chananæũ qui habitabat in Gazer,ſed habitauit cum eo. [30] Zabulon nõ deleuit habitatores Tethrõ,& Nahalol:ſed habitauit Chananæus in medio eius,factúſque eſt ei tributarius. [31] Aſer quoque non deleuit habitatores Acco, & Sidonis, Ahalab, & Achaſib, & Helba,& Aphec, & Rohob, [32] habitauítque in medio Chananæi habitatoris illius terræ,nec interfecit eum. [33] Nephthalim quoque nõ deleuit habitatores [k] Bethſemes,& Bethanath, & habitauit inter Chananæum habitatorem terræ,fuerúntque ei Bethſemitæ & Bethanitæ tributarij. [34] Arctauítq; Amorræus filios Dan in monte,nec dedit eis locum vt ad planiora deſcenderent: [35] habitauítque in monte Hares,quod interpretatur teſtatio,in Aialon,& Salaebim. Et aggrauata eſt manus domus Ioſeph,factúſq; eſt ei tributarius. [36] Fuit autẽ terminus Amorræi ab aſcenſu ſcorpionis petra,& ſuperiora loca.

k. Bethſemes, vel Bethſamis, ciuitas ſolis interpretatur, quæ & Bethſan vel Bethſeam aut Scythopolis dicitur, ciuitas eſt ſacerdotalis in tribu Nephthalim, diſtãs ab Eleutheropoli decem miliaribus. Eſt alia in tribu Iuda,& ecrutium alia in tribu Iachãr.

Angelo domini dei beneficia Iſraeli improperante, Iſrael toties liberatus recidit, ideo in manus ſæpe traditur hoſtium. II.

[a] Poſt mortem Ioſue, poſtquàm præualuerunt vt aduerſarios ſuos poſſent filij Iſrael exterminare, maluerũt eos habere tributarios ſecundum voluntatẽ ſuam quàm eos exterminare & perdere ſecũdum voluntatẽ dei: propter hoc ad eos corripiendos angelus miſſus eſt, Aug. q. 12. ſuper lib. Iudi.

[b] Vt enim dij gentium inter quas non ſe exterminarẽt Iſraelitæ habitare voluerunt, eſſent eis in ſcandalũ, id eſt facerent eos ſcandalizari & peccare in dominũ deum ſuum, cõque offenſo viuere, indignans hoc comminatus eſt deus, quod certè manifeſtum eſt magnũ eſſe peccatũ. Augu. q. 11. ſuper Iudic.

[c] Mortuo Ioſue ſeniores populum. 17. annis direxerunt, quorum plerique in anno defecerunt ſequẽtes deos alienos, vſque ad dies Cythonici.

[d] Thamnathſares, id eſt, figura ſolis, quia cum Ioſue ſolem ſtare feciſſet, ſuper eius ſepulchrum ſolis figuram deſcripſerũt, quod nomẽ loco dedit, quæ & Thãnathſãra dicitur.

[e] Quæri ſolet quare dixerit tradidi t, aut vẽdidit, cũ quam aliquod pretium intelligatur datum. Sed & in pſalmo legitur: vendidiſti populum tuum ſine precio. & apud prophetam, Gratis venundati eſtis, & abſque argento redimemini. Quia illi quibus tradidit populũ ſuum, impij erant, non deũ colendo tradi ſibi illum populũ meruerũt, vt ipſe cultus tãquam pretium videretur. Aug. q. 17. ſuper Iud.

[f] Satis oſtenditur cauſa quare non Ioſue illos gẽtes bellando deleuerit omnes: quia hoc ſi fieret, non eſſent in quibus iſti probarentur. Poterat autem eſſe ad vtilitatem ipſorum, ſi tẽtati in eis non reprobi inuenirentur. Aug. q. 17. ſuper Iud.

[a] Ascenditque [a] angelus domini de Galgalis ad locum flentium,& ait: Eduxi vos de Ægypto, & introduxi in terram pro qua iurauí patribus veſtris, & pollicitus ſum vt non facerem irritum pactum meum vobiſcum in ſempiternum, [2] ita dũtaxat,vt nõ feriretis fœdus cum habitatoribus terræ huius, & aras eorum ſubuertere tis:& noluiſtis audire vocẽ meam. Cur hoc feciſtis? [3] Quãobrem nolui delere eos à facie veſtra:vt habeatis hoſtes, & [b] dij eorum ſint vobis in ruinam. [4] Cúmque loqueretur angelus domini hæc verba ad omnes filios Iſrael,eleuauerunt vocem ſuam,& fleuerunt. [5] Et vocatum eſt nomen loci illius,Locus flentiũ ſiue lachrymarum:immolauerúntque ibi hoſtias domino.† [6] Dimiſit ergo Ioſue populum,& abierunt filij Iſrael vnuſquiſque in poſſeſſionem ſuam, vt obtinerent eam: [7] ſeruierúntque domino cunctis diebus eius & ſeniorum, qui longo poſt eum vixerunt tempore, & nouerant omnia opera domini quæ fecerat cum Iſrael. [c] [8] Mortuus eſt autem Ioſue filius Nun famulus domini centum & decem annorum,[9] & ſepelierunt eum in finibus poſſeſſionis ſuæ in [d] Thamnathſare, in monte Ephraim à ſeptentrionali plaga montis Gaas. [10] Omníſq; illa generatio cõgregata eſt ad patres ſuos,& ſurrexerunt alij qui non nouerunt dominum,& opera quę fecerat cum Iſrael.† [11] Fecerúntque filij Iſrael malum in conſpectu domini,& ſeruierunt Baalim: [12] ac dimiſerunt dominum deum patrũ ſuorum,qui eduxerat eos de terra Ægypti:& ſecuti ſunt deos alienos,deos quoque populorum qui habitabãt in circuitu eorum, & adorauerunt eos:& ad iracundiam concitauerunt dominũ, [13] dimittẽtes eum, & ſeruientes Baal & Aſtaroth. [14] Iratúſq; dominus contra Iſrael, [e] tradidit eos in manus diripientium:qui ceperunt eos,& vendiderunt hoſtibus qui habitabãt per gyrum,nec potuerũt reſiſtere aduerſariis ſuis: [15] ſed quocunq; pergere voluiſſent,manus domini ſuper eos erat,ſicut locutus eſt & iurauit eis,& vehemẽter afflicti ſunt. [16] Suſcitauítque dominus Iudices qui liberarẽt eos de vaſtantiũ manibus: [17] ſed nec eos audire voluerũt fornicantes cũ diis alienis,& adorantes eos. Cito deſeruerunt viam per quam ingreſſi fuerant patres eorũ:& audientes mãdata domini,omnia fecere contraria. [18] Cúmq; dominus Iudices ſuſcitaret,in diebus eorum flectebatur miſericordia,& audiebat afflictorum gemitus,& liberabat eos de cęde vaſtantium. [19] Poſtquam autem mortuus eſſet Iudex,reuertebãtur,& multò faciebant peiora quàm fecerant patres eorum: ſequentes deos alienos, ſeruientes eis,& adorantes illos. Non dimiſerunt adinuentiones ſuas,& viam duriſſimam per quam ambulare conſueuerant. [20] Iratúſq; eſt furor domini in Iſrael,& ait: [f] Quia irritum fecit gens iſta pactum meum,quod pepigeram cum patribus eorum,& vocem meam audire contempſit,[21] & ego non delebo gentes quas dimiſit Ioſue & mortuus eſt, [22] vt in ipſis experiar Iſrael, vtrum cuſtodiant viam domini, & ambulent in ea, ſicut cuſtodierunt patres eorum,an non. [23] Dimiſit ergo dominus omnes has nationes, & cito ſubuertere noluit, nec tradidit in manus Ioſue.

Iſraelitæ

Iſraelitæ ſæpius lapſi per extraneos reges afflicti, per Othoniel & Ahod liberantur. III.

Iudic. 3.

[a] Hæ ſunt gentes quas dominus dereliquit,vt erudiret in eis Iſraelem,& omnes qui non nouerant bella Chananæorum: [2] & poſtea diſcerent filij eorum certare cum hoſtibus, & habere conſuetudinem prælandi: [3] quinq; Satrapas Philiſtinorum,omnémq; Chananæum, & Sidonium,atq; Heuæum,qui habitabat in monte Libano,de monte Baalhermon vſq; ad introitum Emath. [4] Dimiſitq; eos vt in ipſis [a] experiretur Iſraelem, vtrum audirent mandata domini,quæ præceperat patribus eorum per manũ Moyſi, an nõ. †[5] Itaq; filij Iſrael habitauerũt in medio Chananæi & Hethæi,& Amorræi,& Pheræi, & Heuæi,& Hiebuſæi, [6] & duxerunt in vxores filias eorũ,ipſíq; filias ſuas filiis eorum tradiderunt,& ſeruierunt diis eorum. [7] Fecerúntque malum in cõſpectu domini,& obliti ſunt dei ſui,ſeruientes Baalim,& Aſtaroth. [8] Iratúſq; dominus contra Iſrael,† tradidit eos in manus Chuſanraſathaim Regis Meſopotamiæ,ſeruierũtq; ei octo annis. [9] Et clamauerunt ad dominum,qui ſuſcitauit eis Saluatorem,& liberauit eos, [b] Othoniel videlicet filium Cenez,fratrem Caleph minorem, [10] fuítque in eo ſpiritus domini, & iudicauit Iſrael. Egreſſúſque eſt ad pugnam, & tradidit dominus in manus eius Chuſanraſathaim Regem Syriæ,& oppreſſit eum. [11] Quieuítque terra quadraginta annis,& mortuus eſt Othoniel filius Cenez. [12] Addiderunt autẽ filij Iſrael facere malum in conſpectu domini,qui cõfortauit aduerſum eos Eglon Regem Moab:quia fecerunt malũ in cõſpectu eius. [13] Et copulauit ei filios Ammon,& Amalec:abiítque & percuſſit Iſrael, atq; poſſedit vrbem palmarum. [14] Seruierúntque filij Iſrael Eglon Regi Moab [c] decem & octo annis, [15] & poſtea clamauerunt ad dominũ. Qui ſuſcitauit eis Saluatorẽ vocabulo† Ahod,inclytũ filiũ Gera filij Iemini,qui vtraque manu pro dextra vtebatur. Miſerúntq; filij Iſrael per illum munera Eglon Regi Moab. [16] Qui fecit ſibi gladium ancipitem, habentem in medio capulum longitudinis palmæ manus,& accinctus eſt eo ſubter ſagum in dextro femore. [17] Obtulítque munera Eglon Regi Moab. Erat autẽ Eglon craſſus nimis. [18] Cúmq; obtuliſſet ei munera, proſecutus eſt ſocios qui cum eo venerant: [19] & reuerſus de Galgalis vbi erant Idola,dixit ad regẽ: [d] Verbum ſecretum habeo ad te ô Rex. Et ille imperauit ſilentiũ. Egreſſiſq; omnibus qui circa eum erãt, [20] ingreſſus eſt Ahod ad eum. Sedebat autem in æſtiuo cœnaculo ſolus. Dixítque: Verbum dei habeo ad te. Qui ſtatim ſurrexit de throno. [21] Extendítq; Ahod ſiniſtram manum, & tulit ſicam de dextro femore ſuo, infixítq; in vẽtrem eius [22] tam validè,vt capulus ſequeretur ferrum in vulnere,ac pinguiſſimo adipe ſtringeretur. Nec eduxit gladiũ, ſed ita vt percuſſerat reliquit in corpore,ſtatímque per ſecreta naturæ alui ſtercora proruperunt. [23] Ahod autem clauſis diligentiſſimè oſtiis cœnaculi & obfirmatis ſera, [24] per poſticum egreſſus eſt. Seruíq; Regis ingreſſi viderunt clauſas foras cœnaculi,atq; dixerunt: Forſitan purgat aluum in æſtiuo cœnaculo. [25] Expectantéſq; diu donec erubeſcerent, & videntes quòd nullus aperiret,[e] tulerunt clauem:& aperiẽtes inuenerunt dominũ ſuũ in terra iacentem mortuum. [26] Ahod autem dum illi turbarẽtur, effugit, & pertrãſiit locum Idolorum vnde reuerſus fuerat. Venítque in [f] Seirath, [27] & ſtatim inſonuit buccina in monte Ephraim:deſcenderúntq; cum eo filij Iſrael, ipſo in fronte gradiente. [28] Qui dixit ad eos:Sequimini me. Tradidit enim dominus inimicos noſtros Moabitas in manus noſtras. Deſcenderúntq; poſt eum,& occupauerunt vada [g] Iordanis, quæ tranſmittunt in Moab,& non dimiſerunt tranſire quẽquam, [29] ſed percuſſerunt Moabitas in tempore illo circiter decẽ milia,omnes robuſtos & fortes viros. Nullus eorum euadere potuit. [30] Humiliatúſque eſt Moab in die illo ſub manu Iſrael, & quieuit terra octoginta annis à præliis. [31] Poſt hunc fuit [h] Samgar filius Anath: qui percuſſit de Philiſthiim ſexcentos viros vomere. Et ipſe quoque defendit Iſrael.

[a] Tentationem ergo hanc probationem volunt intelligi: quia omnis probatio tentatio eſt, non tamen omnis tẽtatio, probatio. Si enim deus tentare dicitur, probatio eſt. ſi autem diabolus tentare dicitur, tentatio eſt, quia euertere nititur. Et homo aliquando tentat vt probet, aliquãdo vt capiat. Ambroſ. in 2. Cor. 13.

[b] Othoniel 40. fertur populum Iſrael iudicaſſe annis, in quorum octo primis filius Iſrael ſeruiere Chuſanraſathai regi Meſopotamię Beda de natura rerũ. Quãto tempore primordia Romani imperij ſub Numa Põpilio tantum modo regepacata habere potuerint. Auguſt. q. 19. ſuper 3. Iudic.

[c] Qui annumerãtur annis Ahod: quia primi fuerunt temporis eius.

[d] Vtrum Ahod hæc dicẽs mentitus ſit? ſed poteſt nõ eſſe mendacium: quandoquidem verbi nomine ſolet etiam factum appellare ſcriptura. Aug. ibid. quæſt. 20. Huius temporibus Cyrene fertur condita in Lybia. Beda de natura rerum.

[e] Quomodo pueri regis Eglon claue aperuerunt, quod Ahod claue nõ clauſerat? aut ſi ille claue clauſerat, quomodo eam ſecum non auferret, vt iſti nec claue aperire poſſent? proinde aut alia clauis allata eſt, aut tale clauſurę genus fuit quod ſine claue poſſet claudi, nec ſine claue aperiri. Auguſt. quæſt. ſuper Iudic. lib. 7. cap. 13.

[f] Seirath, vel Seirah locus eſt montis Ephraim, in tribu Manaſſe.

[g] Iordanis Chanaã à Moab diuidit inde vbi Moabitarũ via redeundi erat, ab Ahod ſtatim occluſa eſt, vnde Moabitæ incluſi perierunt.

[h] Samgar anno vnico iudicauit, qui cõnumeratur annis Ahod.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Debora & Barach aduersus Sisaram principem Iabin dimicant, quem profugum Iahel occidit. IIII.

ADiderúntq; † filij Israel facere malũ in conspectu domini post mortẽ Ahod: [2] & tradidit illos dominus in manus Iabin Regis Chanaan, qui regnauit in [a] Hasor: habuítq; ducem exercitus sui nomine Sisarã. Ipse autem habitabat in Haroseth gentium. [3] Clamauerúntq; filij Israel ad dominum. Nongentos enim habebat falcatos currus & per [b] viginti annos vehementer oppresserat eos.† [4] Erat autem Debora prophetis vxor Lapidoth, quæ iudicabat populũ in illo tẽpore: [5] & sedebat sub palma quæ nomine illius vocabatur, inter Rama & Bethel in monte Ephraim: ascendebántque ad eam filij Israel in omne iudicium. [6] Quæ misit, & vocauit Barach filium Abinoem de [c] Cedes Nephthalim, dixítque ad eum: Præcepit tibi dominus deus Israel, Vade, & duc exercitum in mõtem Thabor, tollésque tecum decem milia pugnatorum de filiis Nephthalim, & de filiis Zabulon. [7] Ego autem adducam ad te in loco torrentis [d] Cison, Sisaram Principem exercitus Iabin, & currus eius, atq; omnem multitudinem, & tradam eos in manu tua. [8] Dixítque ad eam Barach: Si venis mecum, vadam: si nolueris venire mecum, non pergam. [9] Quæ dixit ad eum: Ibo quidem tecum, sed in hac vice victoria non reputabitur tibi, quia in manu mulieris tradetur Sisara. Surrexit itaque Debora, & perrexit cũ Barach in Cedes. [10] Qui accitis Zabulon & Nephthalim, ascendit cum decem millibus pugnatorũ, habẽs Deborath in comitatu suo. [11] Haber autẽ Cinæus recesserat quõdam à cæteris Cinæis fratribus suis filiis [f] Hobab, cognati Moysi: & tenderat tabernacula vsq; ad vallẽ quæ vocatur Sennim, & erat iuxta Cedes. [12] Nunciatúmq; est Sisaræ, quòd ascẽdisset Barach filius Abinoem in montem Thabor. [13] Et congregauit nongentos falcatos currus, & omnem exercitum de Haroseth gẽtium, ad torrentem Cison. [14] Dixítque Debora ad Barach: Surge, hæc est enim dies in qua tradidit dominus Sisarã in manus tuas. En ipse ductor est tuus. Descendit itaque Barach de monte Thabor, & decem milia pugnatorum cum eo.† [g] [15] Perterruítque dominus Sisaram, & omnes currus eius, vniuersámque multitudinem in ore gladij ad cõspectũ Barach: in tãtum vt Sisara de curru desiliens, pedibus fugeret, [16] & Barach persequeretur fugientes currus, & exercitum vsque ad [h] Haroseth gẽtium, & omnis hostium multitudo vsq; ad internecionem caderet. [17] Sisara autem fugiens peruenit ad tentorium Iahel vxoris Haber [i] Cinæi. Erat autem pax inter Iabin Regem Hasor, & domũ Haber Cinæi. [18] Egressa igitur Iahel in occursum Sisaræ, dixit ad eum: Intra ad me domine mi, intra, ne timeas. Qui ingressus tabernaculum eius, & opertus ab ea pallio, [19] dixit ad eam: Da mihi obsecro paululũ aquæ, quia sitio valde. Quæ aperuit vtrem lactis, & dedit ei bibere, & operuit illũ. [20] Dixítq; Sisara ad eam: Sta ante ostiũ tabernaculi: & cum venerit aliquis interrogans te, & dicens: Nunquid hic est aliquis? respõdebis: Nullus est. [21] Tulit itaq; Iahel vxor Haber, clauum tabernaculi, assumens pariter & malleum: & ingressa abscondítè & cum silentio, posuit supra tempus capitis eius clauum, percussúmq; malleo defixit in cerebrum vsque ad terram: qui sopore morti socians defecit, & mortuus est. [22] Et ecce Barach sequens Sisaram veniebat: egressáq; Iahel in occursum eius, dixit ei: Veni, & ostendam tibi virum quem quæris. Qui cum [k] intrasset ad eam, vidit Sisaram iacentem mortuum, & clauum infixum in tempore eius.† [23] Humiliauit ergo deus in die illo Iabin Regem Chanaã coram filiis Israel: [24] qui crescebant quotidie, & forti manu opprimebãt Iabin Regem Chanaan, donec delerent eum.

a. Hasor vel Asor, olim metropolis totius terrę Philistiim in finibus Ascalonis ad orientalem plagam, via ad Azotum.
b. Qui connumerantur annis Deborę.
c. Cedes, vna ciuitatum refugij in sorte Nephthalim.
d. Cison torrens, quẽ mons Thabor fundit, mox aquis pluuialibus auctus, in riuos duos diuiditur, quorũ alterum ad orientem in Genezareth lacum ad oppidũ Nain, alterum in mare magnum iuxta Carmeli radices transmittit.
e. Alias Heber filius Cinæi filij Iethro, qui Moysen secutus est in deserto.
f. Iethro soceri Moysi.
g. Prior Cison riuulus profluctu Sisaræ per Barach clausus est, Cadumim nomine proprio dicitur, quòd iam ante ea Israelis salutem hic operari decreuerit.
h. Haroseth vel Horoseth ciuitas erat Sisaræ in tribu Nephthalim in Galilæa gẽtium iuxta lacum Samaronitæ.
i. Cinæus nomẽ gẽtile à Cinfilio Iethro soceri Moysi, qui remansit inter filios Israel cum sorore sua vxore Moysis de cuius posteritate erat hic Haber. Et licet cũ Iabin fœdus haberet, maluit tamen illud dissoluere, quàm Iudæorum hostẽ fouere.
k. Quãquam assiduè scripturæ sic loquitur scriptura: intrauit ad eã, vt nolit intelligi nisi quòd ei mixtus sit: hic camẽ proprè dictum est: intrauit: ad eam, id est domũ eius intrauit, nõ vt per hæc verba intelligatur cõcubitus. Aug. q. 12. super Iudic.

Iudic. † Supra 4. Infra 4.

Anno 20. Chusan. 8. Annis 18. † Supra 3. 30.

† Psalm. 82.

Gratiarum actionis canticum Deborę & Barach post victoriam. V.

CEcinerúntque Debora & Barach filius Abinoẽ in die illo, dicentes: [2] Qui sponte obtulistis de Israel animas vestras ad periculum, benedicite domino. [3] Audite Reges, auribus percipite Principes, Ego sum, ego sum quę domino canã, psallam domino deo Israel. [4] Domine cum exires de Seir, &

& transires per regiones Ædom, terra mota est, cœlíq; ac nubes distillauerunt aquis. [5] Mõtes fluxerunt à facie domini, & Sinai à facie domini dei Israel. [6] In diebus Samgar filij Anath in diebus Iahel quieuerunt semitæ, & qui ingrediebantur per eas, ambulauerunt per calles deuios. [7] Cessauerunt fortes in Israel, & quieuerunt, donec surgeret Debora, surgeret mater in Israel. [8] Noua bella elegit dominus, & portas hostiũ ipse subuertit. Clypeus & hasta si apparuerunt in quadraginta milibus Israel. [9] Cor meum diligit Principes Israel. Qui propria voluntate obtulistis vos discrimini, benedicite domino: [10] qui ascenditis super nitentes asinos, & sedetis super iudicium, & ambulatis in via, loquimini. [11] Vbi collisi sunt currus, & hostium suffocatus est exercitus, ibi narrentur iustitiæ domini: clementiæ in fortes Israel. Tunc descendit populus domini ad portas, & obtinuit principatum. [12] Surge, surge Debora, surge, surge, loquere canticum. Surge Barach, & apprehende captiuos tuos, fili Abinoem. [13] Saluatę sunt reliquiæ populi. Dominus in fortibus dimicauit, [14] ex Ephraim deleuit eos in Amalec, & post eum ex Beniamin in populos tuos ô Amalec. De Machir Principes descenderunt, & de Zabulon qui exercitum ducerent ad bellandum. [15] Duces Isachar fuere cum Debora, Barach vestigia sunt secuti: qui quasi in præceps ac barathrum se discrimini dedit. Diuiso contra se Ruben, magnanimorum reperta contentio est. [16] Quare habitas inter duos terminos, vt audias sibilos gregum? Diuiso contra se Ruben, magnanimorum reperta contentio est. [17] Galaad trans Iordanem quiescebat, & Dan vacabat nauibus. Aser habitabat in littore maris, & in portubus morabatur. [18] Zabulon vero & Nephthalim obtulerunt animas suas morti in regione Merome. [19] Venerunt Reges, & pugnauerunt, pugnauerũt Reges Chanaan in Thaenach iuxta aquas Mageddo, & tamen nihil tulere prædantes. [20] De cœlo dimicatum est contra eos, stellæ manentes in ordine & cursu suo aduersus Sisaram pugnauerunt. [21] Torrens Cison traxit cadauera eorum, torrens Cadumim, torrẽs Cison. Conculca anima mea robustos. [22] Vngulæ equorum ceciderunt fugientibus impetu, & per præceps ruentibus fortissimis hostium. [23] Maledicite terrę Meroz, dixit angelus domini: maledicite habitatoribus eius: quia non venerunt ad auxilium domini, & adiutorium fortissimorum eius. [24] Benedicta inter mulieres Iahel vxor Haber Cinæi, & benedicatur in tabernaculo suo. [25] Aquam petẽti, lac dedit, & in phiala principum obtulit butyrum. [26] Sinistram manum misit ad clauum, & dextram ad fabrorum malleos, percussítque Sisaram, quærens in capite vulneri locum, & tempus validè perforans. [27] Inter pedes eius ruit, defecit & mortuus est. Voluebatur ante pedes eius, & iacebat exanimis, & miserabilis. [28] Per fenestram respiciens vlulabat mater eius, & de cœnaculo loquebatur: Cur moratur regredi currus eius? quare tardauerunt pedes quadrigarum illius? [29] Vna sapientior cæteris vxoribus eius hæc socrui verba respondit: [30] Forsitan nunc diuidit spolia, & pulcherrima fœminarũ eligitur ei. Vestes diuersorum colorum Sisaræ traduntur in prædã, & supellex varia ad ornanda colla congeritur. [31] Sic pereant omnes inimici tui domine: qui autem diligunt te, sicut sol in ortu suo splẽdet, ita rutilent. Quieuítque terra per quadraginta annos.

Israelitis à Madian oppressis, Gedeon multis signis auxilio designatur, qui post sacrificium aram Baal destruxit. VI.

Iudicum.

FEcerunt autem filij Israel malum in conspectu domini, qui tradidit illos in manu Madian septẽ annis, [2] & oppressi sunt valde ab eis. Fecerúntque sibi antra & speluncas in montibus, & munitissima ad repugnandum loca. [3] Cúmque seuisset Israel, ascendebat Madian & Amalec, & cæteri orientalium nationum, [4] & apud eos figentes tentoria, sicut erant in herbis, cuncta vastabant vsque ad introitum Gazæ, nihílque omnino ad vitam pertinens relinquebant in Israel: non oues, non boues, non asinos. [5] Ipsi enim & vniuersi greges eorum veniebant cum tabernaculis suis, & instar locustarum vniuersa complebant, innumera multitudo hominum & camelorum, quicquid tetigerant deuastantes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[6] Humiliatúsq; est Israel valde in conspectu Madian. [7] Et clamauit ad dominum postulans auxilium contra Madianitas. [8] Qui misit ad eos [a] virum prophetam, & locutus est: Hæc dicit dominus deus Israel: Ego feci vos conscendere de Ægypto, & eduxi vos de domo seruitutis, [9] & liberaui de manu Ægyptiorum, & omnium inimicorum qui affligebant vos. Eiecíque eos ad introitum vestrum, & tradidi vobis terram eorum, [10] & dixi: Ego dominus deus vester: Ne timeatis deos Amorræorũ, in quorũ terra habitatis. Et noluistis audire vocẽ meam. [11] Venit autẽ angelus domini, & sedit sub quercu quæ erat in Ephra, & pertinebat ad Ioas patrem familiæ Ezri. Cúmque [b] Gedeon filius eius excuteret atq; purgaret frumenta in torculari, vt fugeret Madiã, [12] apparuit ei angelus domini, & ait: Dominus tecum virorum fortissime. [13] Dixítq; ei Gedeon: Obsecro domine mi, si dominus nobiscum est, cur ergo apprehenderunt nos hæc omnia? Vbi sunt mirabilia eius quæ narrauerunt patres nostri, atq; dixerunt: De Ægypto eduxit nos dominus: Nunc autem dereliquit nos dominus, & tradidit in manu Madian? [14] Respexítque ad eum dominus & ait: † Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Israel de manu Madian. Scito quòd miserim te. [15] Qui respõdens ait: Obsecro domine mi, in quo liberabo Israel? Ecce familia mea infima est in Manasse, & ego minimus in domo patris mei. [16] Dixítq; ei dominus: Ego ero tecum, & percuties Madian quasi vnum virũ. [17] Et ille: Si inueni, inquit, gratiam coram te, da mihi signum quòd tu sis qui loqueris ad me: [18] nec recedas hinc, donec reuertar ad te portãs sacrificiũ, & offerens tibi. Qui respondit: Ego præstolabor aduentũ tuum. [19] Ingressus est itaque Gedeon, & coxit hœdum, & de farinę modio azymos panes: carnésque ponens in canistro, & ius carnium mittens in ollam, tulit omnia sub quercu, & obtulit ei. [20] Cui dixit angelus domini: Tolle carnes & azymos panes, & pone supra petrã illam, & ius desuper funde. Cúmq; fecisset ita, [21] extendit angelus domini summitatẽ virgæ quam tenebat in manu, & tetigit carnes & azymos panes: † ascenditque ignis de petra, & carnes azymósque panes consumpsit: angelus autem domini euanuit ex oculis eius. [c] [22] Vidénsq; Gedeon q̃ esset angelus domini, ait: Heu mi domine deus, quia vidi angelum domini facie ad faciem. [23] Dixítq; ei dominus: Pax tecum. Ne timeas, nõ morieris. [24] Ædificauit ergo ibi Gedeon altare domino, vocauítq; illud Dominí pax, vsque in præsentem diem. Cúmque adhuc esset in Ephra, quæ est familiæ [e] Ezri, [25] nocte illa dixit dominus ad eum: Tolle taurũ patris tui, & alterum taurum annorum septem, destruésq; arã Baal quæ est patris tui: & nemus quod circa aram Baal est, succide: [26] & ædificabis altare domino deo tuo in summitate petræ huius, super quã antè sacrificiũ posuisti: tollésq; taurum secundum, & offeres holocaustum super struem lignorũ quę de nemore succideris. [27] Assumptis ergo Gedeon decem viris de seruis suis, fecit sicut præceperat ei dominus. timens autem domũ patris sui, & homines illius ciuitatis, per diẽ noluit facere: sed omnia nocte compleuit. [28] Cúmq; surrexissent viri oppidi eius mane, viderunt destructam aram [d] Baal, lucúmq; succisum, & taurum alterum impositum super altare quod tũc ædificatum erat: [29] dixerúntq; ad inuicem: Quis hoc fecit: Cúmque perquirerent autorem facti, dictum est: Gedeon filius Ioas fecit hęc omnia. [30] & dixerũt ad Ioas: Produc filium tuum huc, vt moriatur: quia destruxit aram Baal, & succidit nemus. [31] Quibus ille respondit: Nunquid vltores estis Baal, vt pugnetis pro eo? Qui aduersarius est eius, moriatur antequã lux crastina veniat. Si deus est, vindicet se de eo qui suffodit aram eius. [32] Ex illo die vocatus est Gedeon Ierobaal, eo quòd dixisset Ioas: vlcíscatur se de eo Baal, qui suffodit altare eius. [33] Ergo omnis Madiã, & Amalec, & oriẽtis populi cõgregati sunt simul, & trãseuntes Iordanem castrametati sunt in valle Iezrael. [34] Spiritus autem domini induit Gedeon: qui clangens buccina conuocauit domum Abiæzer, vt sequeretur se. [35] Misítq; nuncios in vniuersum Manassem, qui & ipse secutus est eum. Et alios nuncios in Aser, & Zabulon, & Nephthalim, qui occurrerũt ei. [36] Dixítq; Gedeon ad Dominũ: Si saluum facis per manum meam populum Israel, sicut locutus es, [37] ponam hoc [e] vellus lanæ in area: Siros in solo vellere fuerit, & in omni terra siccitas, sciam quòd per manum

a. Nomine virorum solere appellari angelos notũ est. quibus eum qui esset angelus, appellatũ esse prophetam non facile secu euidenter occurrat. Fum sane qui prophetes esset, dictum angelum legimus. Sed si angelorum dicta prophetica nota sunt, id est quibus futura prænunciauerunt, cur nõ possit angelus prophetæ nomine nuncupari? Aug. q. 11. super Iudic. Iudæi tamẽ credũt hunc fuisse Phinees filiũ Eleazari summũ sacerdotẽ, ad Iudæos missum, vt eorum peccata & præcipuè idololatriam argueret.

b. Hierobaal qui & Gedeon sub arbore, vt legim⁹ quercu, tritici messem virga ederet, accepit oraculum vt à potestate alienigenarum in libertatem dei populum vindicaret. Et sequitur: Quo mor⁹ oraculo Gedeõ cum audisset quòd deficientibus licet populoru⁹ militibus, in vno viro dominus plebẽ suam ab hostibus liberaret, abstulit hœdum ex gregibus, cuius carnẽ secundum præceptum angeli & azyma supra petrã posuit: & ea iuste perfudit: quæ simul vi virgæ cacumine, qui gerebat angelus dei, contigit, de petra ignis erupit, atque ita sacrificium quod offerebatur, absumpsit est. Quo miracio declarato videtur, quòd petra illa typũ habuerit corporis Christi: quia scriptũ est: Bibebãt de consequenti eos petra, petra autẽ erat Christ⁹. Amb. libr. 1. de spiritu sancto in prologo.

c. Prius ergo tanquam cum homine loquebatur, quem tamẽ hominẽ dei credidit, vt eorum eo sacrificiũ vellet offerre, velut admiandus presentia eius sanctitatis Aug. quæst. super Iud. lib. 7. cap. 11.

d. Baal solet apud gẽtes nomẽ dici Ioui: quod lingua Punica puratur ostendere. Nam Baal Punici videntur dicere dominũ. Vnde Baalsamen quasi dominum cœli intelligunt dicere. Samen quippe apud eos cœli appellatur. Au. q. 16. super Iudic.

e Vellus illud sacrificia Indeorum, [significabat] in quibus inferæ sibi pecora ederent. In illud ergo vellus defecẽdit pluuia, quia in sola fortasse lanea legis cultura. Alii penitus postulatione, vt vellus siccũ esset, & area pluuia infunderetur, in qua pluuia demonstrauit nobis translatũ sacrificia à Synagoga, & totam aream mundi impleri predicatione Christi. Chrys. super illud Psal. 71. Descendet sicut pluuia in vellus. Homil. To. 1.

per manum meã, sicut locutus es, liberabis Israel. [38] Factúmq; est ita. Et de nocte consurgens, expresso vellere concham rore impleuit. [39] Dixítq; rursus ad dominum: Ne irascatur furor tuus contra me si adhuc semel tentauero signum quærens in vellere. Oro vt solum vellus siccum sit, & omnis terra rore madens. [40] Fecítq; dominus nocte illa vt postulauerat: & fuit siccitas in solo vellere, & ros in omni terra.

Populo ad aquas probato, in Madianitas Gedeon irruit, quos cum Oreb & Zeb principibus eorum deuicit. VII.

Iudic. 10. A Igitur Ierobaal, qui & Gedeon, de nocte consurgens, & omnis populus cum eo, venit ad fontem qui vocatur Arad. Erant autem castra Madian in valle ad septentrionalem plagam collis excelsi. [2] Dixítq; dominus ad Gedeon: Multus tecum est populus, nec tradetur Madian in manus eius, ne glorietur cõtra me Israel, & dicat, Meis viribus liberatus sum. [3] Loquere ad populum, & cunctis audientibus prædica: † Qui formidolosus & timidus est, reuertatur. Recesserúntque de monte Galaad, & reuersi sunt ex populo vigintiduo milia virorum, & tantùm decem milia remanserunt. [4] Dixítque dominus ad Gedeon: Adhuc populus multus est. Deut. 20. B Iudic. 3. 6 Duc eos ad aquas, & ibi probabo illos, & de quo dixero tibi vt tecum vadat, ipse pergat: quem ire prohibuero, reuertatur. [5] Cúmq; descẽdisset populus ad aquas, dixit dominus ad Gedeon: Qui manu & lingua lambuerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum: qui autem curuatis genibus biberint, in altera parte erunt. [6] Fuit itaq; numerus eorũ qui manu sua [a] ad os proiiciente lambuerunt aquas, trecenti viri: omnis autem reliqua multitudo [b] flexo poplite biberat. [7] Et ait dominus ad Gedeon: [c] In trecentis viris qui lambuerunt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian, omnis autem reliqua multitudo reuertatur in locum suũ. [8] Sũptis itaque pro numero cibariis, & tubis, omnem reliquam multitudinem abire præcepit ad tabernacula sua, & ipse cum trecentis viris se certamini dedit. Castra autem Madian erant subter in valle. [9] Eadem nocte dixit dominus ad eum: Surge, & descende in castra: quia tradidi eos in manu tua. [10] Sin autem solus ire formidas, descendat tecum Phara puer tuus. [11] Et cum audieris quid loquantur, tunc confortabuntur manus tuæ, & securior ad hostium castra descendes. Descendit ergo ipse & Phara puer eius in partem castrorum vbi erant armatorum vigiliæ. [12] Madian autem & Amalec, & omnes orientales populi fusi iacebant in valle vt locustarum multitudo: cameli autem innumerabiles erant, sicut arena quæ iacet in litore maris. [13] Cúmque venisset Gedeon, narrabat aliquis somnium proximo suo: & in hunc modum referebat quod viderat: Vidi somnium, [d] & videbatur mihi quasi subcinericius panis ex hordeo volui & in castra Madian descendere. Cumq; peruenisset ad tabernaculum, percussit illud, atque subuertit, & terræ funditus coæquauit. [14] Respondit is cui loquebatur: Nõ est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis filij Ioas viri Israelitæ. Tradidit enim dominus in manus eius Madian, & omnia castra eius. [15] Cúmq; audisset Gedeon somnium, & interpretationem eius, adorauit: & reuersus est ad castra Israel, & ait: Surgite, tradidit enim dominus in manus nostras castra Madian. [16] Diuisítque trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenásq; vacuas, ac lampades in medio lagenarum. [17] Et dixit ad eos: Quod me facere videritis, hoc facite. Ingrediar partem castrorum, & quod fecero, sectamini. [18] Quando personuerit tuba in manu mea, vos quoque per castrorum circuitum clangite, & conclamate domino, & Gedeoni. [19] Ingressúsq; est Gedeon, & trecenti viri qui erant cum eo, in partem castrorum, incipiẽtibus vigiliis noctis mediæ: & custodibus suscitatis cœperunt buccinis clangere, & complaudere inter se lagenas. [20] Cúmque per gyrum castrorum in tribus personarẽt locis, & hydrias confregissent, tenuerunt sinistris manibus lampades, & dextris sonantes tubas, clamauerúntque, Gladius domini & Gedeonis, [21] stantes singuli in loco suo per circuitum castrorum hostilium. Omnia itaque castra turbata sunt, & vociferantes vlulantésque fugerunt. [22] Et nihilominus insistebant trecenti viri buccinis

a. Plerique Latini codices non habent manu sua, sed tãmodo lingua sua, quoniam sit intelligẽdũ quòd supra dictũ est sicut canes. Græc⁹ habet manu sua, Hebraeus non habet. Aug. q. 17. super Iudic.

b. Curuatio genuum, ignorũ hominũ iudicio est.

c. Quid autem trecentis illis cũ Gedeone deprehẽsum fuerit, nõ nobis multis qui recensẽdi sunt, præferẽdi erũt? Greg. Nazianz. oratio. 17. Manipuli pauciliẽbẽtes, & victoriã sẽ cõsequi posse credẽtes, paratíque numer⁹ ipsi innũerũ plures superauit chiliades. Ide in Iulianum imper. Oratio 1.

d. Hoc intelligendũ arbitror quod de canibus, quia per contemptibilia mũdi, quæ significat mensa panis hordeacei, superior fuerat superbos cõfuturus. Aug. quæst. 39. super lib. Iudicũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

personantes,†Immisitq; dominus gladiũ in omnibus castris, & mutua se cæde truncabant, [23] fugientes vsq; ad Bethseca,& crepidinem Abel mehula in Tebbath. Conclamantes autem viri Israel de Nephthalim,& Aser, & omni Manasse persequebantur Madian.Et dedit dominus victoriam populo Israel in die illa. [24] Misitq; Gedeon nuntios in omnem montem Ephraim,dicens:Descẽdite in occursum Madian, & occupate aquas vsque Bethbera,atque Iordanem.†Clamauitq; omnis Ephraim,& præoccupauit aquas,atque Iordanem vsq; Bethbera.† [25] Apprehensósq; duos viros Madian,Oreb & Zeb,interfecit Oreb in petra Oreb,Zeb verò in torculari Zeb. Et persecuti sunt Madian , capita Oreb & Zeb portantes ad Gedeon trans fluenta Iordanis.

Gedeon viris Soccoth & Phanuel victis,Zebee & Salmana deuicit:postquam verò à populo electus est , septuaginta genuit filios , & vnum ex concubina , & mortuus est. *VIII.*

[25] Dixerúntq; ad eum viri Ephraim: Quid est hoc quod facere voluisti vt non nos vocares cum ad pugnam pergeres contra Madian? Iurgantes fortiter,& propè vim inferentes. [2] Quibus ille respondit: Quid enim tale facere potui , quale vos fecistis ? [3] Nónne melior est racemus Ephraim,vindemiis Abiezer? [4] In manus vestras dominus tradidit principes Madian,Oreb & Zeb. Quid tale facere potui,quale vos fecistis? Quod cum locutus esset,requieuit spiritus eorum quo tumebant contra eum. [4] Cúmq; venisset Gedeon ad Iordanem,transiuit eum cum trecentis viris qui secum erant , & præ lassitudine fugientes persequi non poterãt. [5] Dixitq; ad viros [b] Soccoth:Date obsecro panes populo qui mecum est,quia valde defecerunt,vt possimus persequi Zæbee &Salmana Reges Madian. [6] Responderunt Principes Soccoth:Forsitan palmę manuum Zæbee & Salmana in manu tua sunt : & idcirco postulas vt demus exercitui tuo panes? [7] Quibus ille ait:Cũ ergo tradiderit dominus Zæbee & Salmana in manus meas , & cum reuersus fuero victor in pace , conteram carnes vestras cum spinis tribulísq; deserti. [8] Et inde cõscendens venit in [c] Phanuel,locutúsq; est ad viros loci illius similia. Cui & illi responderunt,sicut responderant viri Soccoth. [9] Dixit itaque eis: Cum reuersus fuero victor in pace,destruam turrim hanc. [10] Zæbee autẽ & Salmana requiescebant cum omni exercitu suo. Quindecim enim milia viri remanserant ex omnibus turmis orientalium populorum,cæsis cẽtumuiginti milibus bellatorum,& educentium gladium.† [11] Ascendénsq; Gedeon per viam eorum qui in tabernaculis morabantur ad orientalem partem Nobe, & Iegbaa,percussit castra hostium,qui securi erant,& nihil aduersi suspicabantur: [12] fugerúntq; Zæbee &Salmana,quos persequẽs Gedeon comprehendit,turbato omni exercitu eorum. [13] [d] Reuerténsq; de bello ante solis ortum, [14] apprehendit puerum de viris Socoth,interrogauítque eum nomina Principum & seniorum Soccoth,& descripsit septuagintaseptem viros. [15] Venítque ad Soccoth,& dixit eis:En Zæbee & Salmana,super quibus exprobrastis mihi , dicẽtes:Forsitã manus Zæbee & Salmana in manibus tuis sunt:& idcirco postulas vt demus viris qui lassi sunt,& defecerunt,panes? [16] Tulit ergo seniores ciuitatis, & spinas deserti ac tribulos, & contriuit cum eis atque comminuit viros Soccoth. [17] Turrim quoq; Phanuel subuertit,occisis habitatoribus ciuitatis. [18] Dixitq; ad Zæbee & Salmana:Quales fuerunt viri quos occidistis in Thabor? Qui responderunt:Similes tui, & vnus ex eis quasi filius Regis. [19] Quibus ille respondit:Fratres mei fuerunt,filij matris meæ. Viuit dñs,quia si seruassetis eos,non vos occiderem. [20] Dixitq; Iether primogenito suo,Surge,& interfice eos.Qui non eduxit gladium: Timebat enim, quia adhuc puer erat. [21] Dixerúntq; Zæbee & Salmana:Tu surge,& irrue in nos,quia iuxta ætatem robur est hominis.Surrexit Gedeon,†& interfecit Zæbee & Salmana, & tulit ornamenta ac bullas quibus colla regalium camelorum decorari solẽt. [22] Dixerúntque omnes viri Israel ad Gedeon:Dominare nostri tu & filius tuus,& filius filij tui:

a. Quod est, nónne meliores sunt debiliores qui inter vos sunt , quàm fortiores qui apud nos sunt?

b. Soccoth locus est trans Iordanem ad torrentem Iaboc,vbi Iacob à Mesopotamia rediens fratri Esau reconciliatus fixit tentoria. Hic postea eiusdem nominis oppidum conditũ est, & tribui Gad datũ à Moyse: cuius ciues Gedeon occidit, quia panem illi negassent dum Madian & Amalec persequeretur.

c. Phanuel videt esse prope Soccoth , ab eventu sic appellatũ , quòd Iacob hic pernoctãs vidit dominum facie ad faciem, & cum angelo luctatus perditis nervum femoris.Sita autẽ esse dicitur in communione Iaboc & Iordanis: & est contrinus Tripoli , apudque Libanus definit, inter Salim & Ennon vbi erat Ioannes baptizans vs Ioan.3.c.

d. Cũ Gedeon præcerpẽ principum Soccoth & Phanuel victor rediret, obtẽtis regibus Madian , vtrosque pulsam occidit: turrimque Phanuel cum incolis subuertit.

e. Quis putat in istis verbis esse mysteria saluatoris? Legant hoc Philosophi, & irrideant Legum Rhetores, & putant esse delyramenta.Oreb interpretatur corremen , in quod coluber ingreditur, Zeb interpretatur lupus. Videtis nomina aduersariorum Christi. Zæbee , hostis hoc est, quos lupus iusto cauerit.Et Salmana , perfecti in malitia , quos Gedeon pro Dei populo pugnãs vicit, quia reliquerunt dei iudicium. Iuero, in 21. Psal.

tui:quia liberasti nos de manu Madian. [23] Quibus ille ait:Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus,sed dominabitur dominus. [24] Dixitq; ad eos: Vnam petitionem postulo à vobis. Date mihi inaures ex præda vestra. Inaures enim aureas Ismaelitæ habere consueuerant. [25] Qui responderunt:Libentissimè dabimus. Expandentésq; super terram pallium, proiecerunt in eo inaures de præda: [26] & fuit pondus postulatarum inaurium,mille septingenti auri sicli,absque ornamentis& monilibus, & veste purpurea,quibus Reges Madian vti soliti erant, & præter torques aureas camelorum. [27] Fecítq; ex eo Gedeõ [f] Ephod,& posuit illud in ciuitate sua Ephra. Fornicatúsq; est omnis Israel in eo,& factum est Gedeoni,& omni domui eius in ruinam. [28] Humiliatus est autem Madian coram filiis Israel, nec potuerunt vltrà ceruices eleuare:sed quieuit terra per quadraginta annos,quibus Gedeon præfuit. [29] Abiit itaque Ierobaal filius Ioas,& habitauit in domo sua, [30] habuítq; septuaginta filios,qui egressi sunt de femore eius,eo quòd plures haberet vxores. [31] Concubina autẽ illius quam habebat in Sichem,genuit ei filium nomine Abimælæch. [32] Mortuúsque est Gedeon filius Ioas in senectute bona , & sepultus est in sepulchro Ioas patris sui in [g] Ephra de familia Ezri. [33] Postquam autem mortuus est Gedeon,auersi sunt filij Israel,& fornicati sunt in Baalim.Percusseruntq; cum Baal fœdus,vt esset eis in deum, [34] nec recordati sunt domini dei sui,qui eruit eos de manibus inimicorum suorum omnium per circuitum, [35] nec fecerunt misericordiam cum domo Ierobaal Gedeon iuxta omnia bona quæ fecerat Israeli.

f. Ephod indumentum erat sacerdotale ; quo vtebatur sacerdos solùm cum sacra perageret. Verum quia nõ erat licitũ facere alterũ ab illo quod erat Tabernaculo domini , dicitur versum in scandalũ Gedeon. Aug. ibid.

g. Ephra regio Manasse, nõ mirum Ephraim mõtium, de qua 1. Reg 15. d. sub nomine Ephraim.

Abimælæch occisis septuaginta fratribus imperium sibi tyrannicè vsurpat:qui post parabolam Ioatham Baal exercitum deuicit,& turrim Sichem combussit, à muliere tandem occisus. *IX.*

[1] Biit autem [a] Abimælæch filius Ierobaal in Sichem ad fratres matris suæ, & locutus est ad eos , & ad omnem cognationem domus patris matris suæ,dicens: [2] Loquimini ad omnes viros Sichem:Quid vobis est melius, vt dominentur vestri septuaginta viri omnes filij Ierobaal,an vt dominetur vobis vnus vir? Simúlq; considerate,quia os vestrum & caro vestra sum. [3] Locutíque sunt fratres matris eius de eo ad omnes viros Sichem vniuersos sermones istos, & inclinauerunt cor eorum post Abimælęch,dicentes:Frater noster est. [4] Dederúntque illi septuaginta pondera argenti de phano [b] Baal berith . Qui conduxit sibi ex eo viros inopes & vagos, secutíq; sunt eum. [5] Et venit in domum patris sui in Ephra, & occidit fratres suos filios Ierobaal septuaginta viros super lapidem vnum , remansitque Ioatham filius Ierobaal minimus, & absconditus est . [6] Congregati sunt autem omnes viri Sichem,& vniuersæ familiæ vrbis Mello : abierúntque & constituerunt Regem Abimælæch iuxta quercum quæ stabat in Sichem. [7] Quod cum nunciatũ esset Ioatham,iuit,& stetit in vertice montis Garisim:eleuatáq; voce clamauit, & dixit:Audite me viri Sichẽ,ita vt audiat vos dñs. [8] Ierunt ligna vt vngerẽt super se Regem:dixeruntque oliuæ:Impera nobis. [9] Quæ respondit:Nunquid possum deserere pinguedinem meam,qua & dij vtuntur & homines, & venire vt inter ligna promouear? [10] Dixerúntq; ligna ad arborem ficum:Veni,& super nos regnũ accipe. [11] Quæ respondit eis:Nunquid possum deserere dulcedinem meam,[c] fructusq; suauissimos, & ire vt inter cętera ligna promouear? [12] Locutáque sunt ligna ad vitem: Veni,& impera nobis. [13] Quæ respondit eis:Nunquid possum deserere vinum meum , quod lætificat deum & homines,& inter ligna cætera promoueri? [14] Dixeruntque omnia ligna ad rhamnum:Veni,& impera super nos. [15] Quæ respondit eis: Si verè me Regem vobis constituitis,venite,& sub vmbra mea requiescite : si autem non vultis, [d] egrediatur ignis de rhamno , & deuoret cedros Libani. [16] Nunc igitur si rectè & absque peccato constituistis super vos Regem Abimælæch, & bene egistis cum Ierobaal, & cum domo eius, & reddidistis vicem beneficiis eius [17] qui pugnauit pro vobis, & animam suam dedit periculis,vt erueret vos de manu Madian, [18] qui nunc surrexi-

a. Abimælæch ex cõcubina nomine Druma secundum Iosephum genitus, tyrãnicè ingressus est , tyrannicè regnauit: & ideo tyrannicè & miserabiliter obiit cum electoribus suis.

b. Olim apud Chananæos multi dij erant communi nomine designati Baal, quod dominũ ac magistrũ sonat. Quilibet tamẽ proprium nomen habebat, vt Baal zebub, dominus muscarum. Baal Peor, dominus voracitatis. Baal Berith, dominus fœderis vel cõiurationis, in cuius cultum omnes Iudæi coniurauerãt, & sic de multis, vt in interpretationibus nominum Hebræorum sub verbo Baal.

c. Reculante illa, quòd ẽt reverentia honore quę propter fructũ suos percipiebat, nõ requireret alios arbores nõ dedignatus est principẽ quærere : visumq; est viri hunc honorem deferre: ea verò eisdem verbis quæ ficus recusauit: & simili ferè modo olea &c. Ioseph. Antiq. Iudaï. lib. 7. cap. 11.

d. Hoc enim genuit est inter cætera ligna quod habet ignem proferendi naturã. Ioseph. ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stis contra domum patris mei, & interfeciſtis filios eius ſeptuaginta viros ſuper vnũ lapidem, & conſtituiſtis Regem Abimęlæch filium ancillę eius ſuper habitatores Sichem, eo quòd frater veſter ſit: [19] ſi ergo rectè & abſque vitio egiſtis cum Ierobaal & domo eius, hodie lętemini in Abimælæch, & ille lætetur in vobis. [20] Sin autẽ peruerſe, egrediatur ignis ex [e] eo, & conſumat habitatores Sichem, & oppidũ [f] Mello: egrediatúrq; ignis de viris Sichem, & de oppido Mello, & deuoret Abimælæch. [21] Quæ cum dixiſſet, fugit, & abiit in Bera, habitauítq; ibi ob metum Abimælæch fratris ſui. [22] Regnauit itaq; Abimęlęch ſuper Iſrael tribus annis. [23] Miſitque dominus ſpiritum peſſimum inter Abimęlęch, & habitatores Sichem: qui cœperunt eum deteſtari, [24] & ſcelus interfectionis ſeptuaginta filiorum Ierobaal, & effuſionem ſanguinis eorum conferre in Abimęlæch fratrem ſuum, & in cæteros Sichimorum Principes, qui eum adiuuerant. [25] Poſuerúntq; inſidias aduerſum eum in ſummitate montium, & dum illius præſtolabantur aduentum, exercebant latrocinia, agẽtes prædas de prætereuntibus. Nunciatúmq; eſt Abimælæch. [26] Venit autem Gaal filius Obed cum fratribus [p] ſuis, & tranſiuit in Sichimam. Ad cuius aduentum erecti habitatores Sichẽ, [27] egreſſi ſunt in agros, vaſtãtes vineas, vuáſque calcantes, & factis cantantium choris, ingreſſi ſunt phanum dei ſui, & inter epulas & pocula maledicebant Abimælæch, [28] clamante Gaal filio Obed: Quis eſt iſte Abimælæch, & quę eſt Sichem, vt ſeruiamus ei? Nũquid non eſt filius Ierobaal, & conſtituit principem Zebul ſeruum ſuum ſuper viros Hemor patris Sichem? Cur ergo ſeruiemus ei? [29] Vtinam daret aliquis populum iſtũ ſub manu mea, vt auferrem de medio Abimælæch. Dictúmq; eſt Abimælæch: Congrega exercitus multitudinem, & veni. [30] Zebul enim Princeps ciuitatis auditis ſermonibus Gaal filij Obed, iratus eſt valde: [31] & miſit clàm ad Abimælæch nuntios, dicens: Ecce Gaal filius Obed venit in Sichimã cũ fratribus ſuis & oppugnat aduerſum te ciuitatem. [32] Surge itaque nocte cum populo qui tecum eſt, & latita in agro, [g 33] & primo mane oriente ſole irrue ſuper ciuitatem. Illo autem egrediẽte aduerſum te cũ [g] populo ſuo, fac ei quod potueris. [34] Surrexit itaque Abimælæch cum omni exercitu ſuo nocte, & tetendit inſidias iuxta Sichimã in quatuor locis. [35] Egreſſúſque eſt Gaal filius Obed, & ſtetit in introitu portæ ciuitatis. ſurrexit autem Abimælæch, & omnis exercitus cum illo de inſidiarum loco. [36] Cúmque vidiſſet populum Gaal, dixit ad Zebul: Ecce de montibus multitudo deſcendit. Cui ille reſpondit: Vmbras montium vides quaſi capita hominum, & hoc errore deciperis. [37] Rurſúmque Gaal ait: Ecce populus de vmbilico terræ deſcendit, & vnus cuneus venit per viam quæ reſpicit quercum. [38] Cui dixit Zebuli: Vbi eſt nunc os tuum, quo loquebaris: Quis eſt Abimęlęch vt ſeruiamus ei: Nónne hic populus eſt quem deſpiciebas? Egredere, & pugna contra eum. [39] Abiit ergo Gaal, ſpectante Sichimorum populo, & pugnauit contra Abimælæch, [40] qui perſecutus eſt eum fugientem, & in vrbem compulit. Ceciderúntque ex parte eius plurimi vſque ad portam ciuitatis, [41] & Abimælæch ſedit in Ruma. Zebul autem Gaal & ſocios eius expulit de vrbe, nec in ea paſſus eſt commorari. [42] Sequenti ergo die egreſſus eſt populus in campum: quod cum nunciatum eſſet Abimęlæch, [43] tulit exercitũ ſuum, & diuiſit in tres turmas, tendens inſidias in agris. Vidénſque quòd egrederetur populus de ciuitate, ſurrexit, & irruit in eos [44] cum cuneo ſuo oppugnans & obſidens ciuitatem: duæ autem turmæ [h] palãtes per campum aduerſarios perſequebantur. [45] Porrò Abimælæch omni die illo oppugnabat vrbem, quam cepit interfectis habitatoribus eius, ipſã quoque deſtructa, ita vt ſal in ea diſpergeret. [46] Quod cum audiſſent qui habitabant in turre Sichimorum, ingreſſi ſunt phanũ dei ſui Berith, vbi fœdus cũ eo pepigerant, & ex eo locus nomen acceperat, qui erat munitus valde. [47] Abimælæch quoque audiens viros turris Sichimorum pariter cõglobatos, [48] aſcendit in montem Selmon cum omni populo ſuo, & arrepta ſecuri præcidit arboris ramum, impoſitúmque ferens humero, dixit ad ſocios: † Quod me vidiſtis facere, citò facite. [49] Igitur certatim ramos de arboribus præcidentes ſequebantur ducem. Qui circundantes præſidium, ſuccenderunt: atque ita factum eſt vt fumo & igne

e. Abimælæc.
f. Mello vel Millo, vrbs Paleſtinæ in ſorte Ephraim, cuius ciues cum Sichimitis elegerãt Abimælæch in iudicẽ. Eiuſdem nominis erat circuitus Sion. 3. Re. 9. e

g. Sic itaque intelligẽdum eſt vt quod poſitum eſt mane, ipſum diluculum intelligatur. Additum eſt autẽ, oriẽte ſole, vt exprimeretur non iam orto ſole faciendum, ſed vbi apparuerit fulgor ſolis orientis. Nõ enim alitnde albeſcit diluculum, niſi cũ cœperit pars tem cœli quam videmus ab oriente, lux ſolis ad eam redeuntis attingere. Auguſt. quæſt. 46. ſuper Iudi.

h. Graſſantes per campum, cum dolique hoſtes percutientes.

& igne mille hominum necarentur, viri pariter & mulieres habitatorum turris Sichem. [50] Abimælæch autem inde proficiſcens venit ad oppidum [i] Thebes, quod circundans obſidebat exercitu. [51] Erat autem turris excelſa in media ciuitate, ad quã cõfugerant ſimul viri ac mulieres, & omnes Principes ciuitatis, clauſa firmiſſimè ianua, & ſuper turris tectum ſtãtes per propugnacula. [52] Accedénſq; Abimælæch iuxta turrim, pugnabat fortiter, & appropinquans oſtio, ignẽ ſupponere nitebatur. † [53] Et ecce vna mulier fragmen molæ deſuper iaciens, illiſit capiti Abimælæch, & confregit cerebrum eius. † [54] Qui vocauit citò armigerum ſuum, & ait ad eum: Euagina gladiũ tuum, & percute me: ne fortè dicatur quòd à fœmina interfectus ſim. Qui iuſſa perficiens, [k] interfecit eum. [55] Illóque mortuo omnes qui cum eo erant de Iſrael, reuerſi ſunt in ſedes ſuas, [56] & reddidit deus malum quod fecerat Abimęlęch contra patrem ſuum interfectis ſeptuaginta fratribus ſuis. [57] Sichimitis quoq; quod operati erãt retributum eſt, & venit ſuper eos maledictio Ioatham filij Ierobaal.

i. Thebes oppidum tribus Manaſſe diſtans à Sichẽ 15. miliaribus vsq; ad Scythopolim. Seã pro differentia Thebis nota, quòd à Thebis Aegyptiorum dicãtur Thebæi, à Thebis Græcorũ Thebani, à Thebis Iudæorũ Thebitæ. Comeſtor, ibidẽ.

k. Quo facto fratribus debitas impietatis pœnas exoluit, ſimul & crudelitatis qua in Sichimitas vſus eſt: Quæ quidem clades iuxta Iothamis præſagiũ illis accidit. Ioſeph. Antiq. l. 5. ca. 10.

Thola vita functo, Iair ſuccedit. Iſraelitis in idololatriam lapſis, ingratitudinem dominus improperat, quorum tandem miſeretur. X.

POſt Abimælęch ſurrexit Dux in Iſrael Thola filius Phua [a] patrui Abimęlæch, vir de Iſachar, qui habitauit in Samir montis Ephraim: [2] & iudicauit Iſrael viginti & tribus annis, mortuúſq; eſt ac ſepultus in Samir. [3] Huic ſucceſſit Iair Galaadites, qui iudicauit Iſrael per viginti & duos annos. [4] habens triginta filios ſedentes ſuper triginta pullos aſinarum, & Principes triginta ciuitatum, quæ ex nomine eius ſunt appellatæ Auoth Iair, id eſt oppida Iair, vſque in præſentem diem in terra Galaad. [5] Mortuúſque eſt Iair, ac ſepultus in loco cui eſt vocabulum Camon. † [6] Filij autẽ Iſrael peccatis veteribus iungentes noua, fecerunt malum in conſpectu domini, & ſeruierunt Idolis Baalim, & Aſtaroth, & diis Syriæ, ac Sidonis, & Moab, & filiorum Ammon, & Philiſthiim: dimiſerúntque dominum, & non coluerũt eum. [7] Contra quos dominus iratus, tradidit eos in manus Philiſthiim, & filiorum Ammon: [8] afflictíq; ſunt, & vehementer oppreſſi per [b] annos decem & octo, omnes qui habitabant trans Iordanem in terra Amorræi, quæ eſt in Galaad; [9] in tantum vt filij Ammon Iordane tranſmiſſo vaſtarent Iudam, & Bẽiamin, & Ephraim. Afflictúſque eſt Iſrael nimis. [10] Et clamantes ad dominum dixerunt: Peccauimus tibi, quia dereliquimus dominum deum noſtrum, & ſeruiuimus Baalim. [11] Quibus locutus eſt dñs: Nunquid non Ægyptij, & Amorræi, filiíque Ammon, & Philiſthiim, [12] Sidonij quoque, & Amalec, & Chanaan oppreſſerunt vos, & clamaſtis ad me, & erui vos de manu eorum? [13] Et tamen reliquiſtis me, & coluiſtis deos alienos. Idcirco non addam vt vltra vos liberem. [14] Ite, & inuocate deos quos elegiſtis. Ipſi vos liberent in tempore anguſtię. [15] Dixerúntque filij Iſrael ad dominum: Peccauimus, fedde tu nobis quicquid placet tibi: tantùm nunc libera nos. [16] Quę dicentes, omnia de finibus ſuis alienorum deorum idola proiecerunt, & ſeruierunt domino deo, qui doluit ſuper miſeriis eorum. [17] Itaque filij Ammon clamantes, in Galaad fixere tẽtoria: cõtra quos congregati filij Iſrael, in Maſpha caſtrametati ſunt. [18] Dixerúntque Principes Galaad ſinguli ad proximos ſuos: Qui primus ex nobis contra filios Ammon cœperit dimicare, erit Dux populi Galaad.

a. Quæſtio oritur, quomodo Phua vir de Iſachar poterit eſſe patruus Abimęlæc, cuius pater Gedeõ erat de tribu Manaſſe? Potuerũt Gedeõ & Phua vnã habere matrem ex qua diuerſis patribus naſcerẽtur, & fratres eſſent, vnius matris filij, nõ vnius patris, ſolebant enim nubere fœminæ de aliis tribubus in aliis tribubus. Vnde & Saul cũ eſſet de tribu Beniamin, dedit filiã ſuam Dauid homini de tribu Iuda. Aug. q. 47. ſuper Iudic.

b. Qui annumerãtur tẽporibus Iudicum ſequentiũ.

Iephthe iudex factus dei ſpiritu accenſus vicit Ammonitas, voto autem ſubito coactus filiam ſuam ſacrificauit. XI.

SVrit itaque illo in tempore Iephthe Galaadites vir fortiſſimus atque pugnator, filius mulieris meretricis, qui natus eſt de Galaad. [2] Habuit autem Galaad † vxorem, de qua ſuſcepit filios: qui poſtquam creuerant, eiecerunt Iephthe, dicentes: Hęres in domo patris noſtri eſſe non poteris, quia de adultera matre natus es. [3] Quos ille fugiens, atque detii-

c. Sidon vrbs eſt Phœniciæ maritimarũ olim nũ maxima quondã: nunc autẽ anguſta & breuis, ſita iuxta mare in pulcherrimo cõtinẽtis porro poſt. Antiliban̄ monte: & eſt terminus terræ promiſſæ ab angulo occiduo Aquilonari, ſortì Aſer connumerata, ſed nõ contenta diſtare à Tyro 18. diis ducentis, in nouo tẽſtamento frequens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a. Tob gratur esse in sorte Gad, quoniam non est putandum quòd voluerit fugere Iephthe ad alienigenas Ammonitas, vel Gesuraeos.
b. Quòd tunc neque iuuenis esset, neq; senex, sed vir perfectus, significat in rebus secularibus iuuenem vtilẽ esse, senem inutilem: nõ ita in diuinis. Chryf. Hom. 87. in Ioan.

tans, habitauit in terra [a] Tob. Congregatíque sunt ad eum viri inopes, & latrocinantes, & quasi principem sequebantur. [4] In illis diebus pugnabãt filij Ammon cõtra Israel: [5] quibus acriter instantibus, perrexerunt maiores natu de Galaad, vt tollerent in auxilium sui Iephthe de terra Tob. [6] Dixerúntque ad eum: veni, & esto [b] princeps noster, & pugna contra filios Ammon. [7] Quibus ille respondit†. Nónne vos estis qui odistis me, & eiecistis de domo patris mei, & nũc venistis ad me necessitate compulsi? [8] Dixerúntque principes Galaad ad Iephthe: Ob hanc igitur causam nunc ad te venimus, vt proficiscaris nobiscum, & pugnes contra filios Ammon: sisq; Dux omnium qui habitãt in Galaad. [9] Iephthe quoque dixit eis: Si verè venistis ad me vt pugnẽ pro vobis contra filios Ammon, tradideritque eos dominus in manus meas, ego ero vester Princeps? [10] Qui respondérunt ei: Dñs qui hæc audit, ipse mediator ac testis est, quòd nostra promissa faciemus. [11] Abiit itaq; Iephthe cum principibus Galaad, fecitque eum omnis populus principem sui. Locutúsq; est Iephthe omnes sermones suos coram domino in Maspha. [11] Et misit nuncios ad Regem filiorũ Ammon, qui ex persona sua dicerent: Quid mihi & tibi est, quia venisti contra me, vt vastares terrã meã? [13] Quibus ille respondit: † Quia tulit Israel terram meã quando ascendit de Ægypto, à finibus Arnon vsq; [c] Ieboc atque Iordanem: Nunc ergo cum pace redde mihi eam. [14] Per quos rursum mandauit Iephthe, & imperauit eis vt dicerent Regi Ammon. [15] Hæc dicit Iephthe, Non tulit Israel terram Moab, nec terram filiorũ Ammon, [16] sed quando de Ægypto conscenderunt, ambulauit per solitudinem vsq; ad mare Rubrũ, & venit in Cades: † [17] misitq; nuncios ad Regem Ædom, dicens: Dimitte me vt transeam terram tuã. Qui noluit acquiescere precibus eius. Misit quoq; ad Regẽ Moab, qui & ipse transitum præbere contempsit. Mansit itaq; in Cades, [18] & circuiuit ex latere terram Ædom, & terram Moab. Venítq; ad orientalem plagam terræ Moab, & castrametatus est trans Arnon, † nec voluit intrare terminos Moab. [d] Arnon quippe confinium est terræ Moab. [19] Misitq; Israel nuncios ad Sehon Regem Amorrẽorum, qui habitabat in Hesebon, & dixerunt ei: Dimitte vt transeam per terram tuam vsque ad fluuium. [20] Qui & ipse Israel verba despiciens, nõ dimisit eum transire per termi-
nos suos, sed infinita multitudine congregata egressus est contra eum in Iasa, & fortiter resistebat. [21] Tradidítq; eum dominus in manu Israel cum omni exercitu suo, & percussit eum, & possedit omnem terram Amorræi habitatoris regionis illius, [22] & vniuersos fines eius de Arnon vsq; Iaboc, & de solitudine vsque ad Iordanem. [23] Dominus ergo Deus Israel subuertit Amorræum, pugnante contra illum populo suo Israel. Et tu nunc vis possidere terram eius? [24] Nónne ea quæ possedit Chamos deus tuus, tibi iure debentur? Quæ autem dñs deus noster victor obtinuit, in nostram cedent possessionem. † [25] Nisi forte melior es Balac filio Sephor Rege Moab, aut docere potes quòd iurgatus sit contra Israel, & pugnauerit contra eum [26] quando habitauit in Hesebon, & viculis eius, & in Aroer & villis illius, vel in cũctis ciuitatibus iuxta Iordanem [e] per trecentos annos? Quare tanto tempore nihil super hac repetitione tentastis? [27] Igitur non ego pecco in te, sed tu contra me male agis, indicẽs mihi bella non iusta. Iudicet dominus arbiter huius diei inter Israel, & inter filios Ammõ. [28] Noluit ergo Iephthe quæ per nuncios mandauerat. [29] Factus est ergo super Iephthe spiritus domini, & circuiens Galaad, & Manasse, Maspha quoque Galaad, & inde transiens ad filios Ammon, [f] [30] votum vouit domino, dicẽs: Si tradideris filios Ammon in manus meas, [31] quicunq; primus fuerit egressus de foribus domus meæ, mihíq; occurrerit reuertenti cum pace à filiis Ammon, eum holocaustum offeram dño. [32] Transiuitq; Iephthe ad filios Ammon, vt pugnaret contra eos: quos tradidit dominus in manus eius, [33] percussítq; ab Aroer vsq; dum venias in Mennith, viginti ciuitates, & vsque ad Abel, quæ est vineis consita, plaga magna nimis: humiliatíque sunt filij Ammon à filiis Israel. [34] Reuertenti autem Iephthe in Maspha domum suam, occurrit ei vnigenita filia cum tympanis & choris. Non enim habebat alios liberos. [35] Qua visa, scidit vestimenta sua, & ait: Heu me filia

c. Iaboc torrent est regionis Petræ ad orientem sitæ Iordanis, procul à Gefara 4. miliaribus, authore Hieronym. ab euentu sic dictus, locus vbi luctatus est Iacob cũ angelo, de quo Gen. 32. c

d. Arnon torrẽs est descendens à montibus Arabiæ, & per totum desertum fluens in stagnum Asphaltites irrumpit.

e. A morte Moysi ad primum annum Iephthe supputauimus tantũ. 266. Ideo ad complendum 300. an. oportet addere 34. an. Moysẽ.

f. Neque vnquam adducar vt credam nõ incautè principem promisisse Iephthe vt immolaret deo quicquid sibi reuertenti intra limen domus suæ occurreret: cũ & ipsum voti pœnituerit sui, postquam filia occurrit sibi: denique conficiit vestimenta sua. & sequitur. Qui licet prõ meæ ac formidine acerbitatẽ duæ solutionis impleuerit, tamen luctum annuũ etiam posteris deplorandum statuit ac dereliquit. Ambros. libr. 3. offic. cap. 12.

filia mi, decepisti me, & ipsa decepta es. Aperui enim os meum ad dominum, & aliud facere non potero. [36] Cui illa respondit: Pater mi, si aperuisti os tuum ad dominum, fac mihi quodcunque pollicitus es, concessa tibi vltione atque victoria de hostibus tuis. [37] Dixítq; ad patrẽ: Hoc solum mihi præsta, quod deprecor: Dimitte me vt duobus mensibus circumeam montes, & plangam virginitatem meam cum sodalibus meis. [38] Cui ille respondit: Vade. Et dimisit eam duobus mensibus. Cúmque abisset cum sociis & sodalibus suis, flebat virginitatem suam in montibus. [39] Expletísq; duobus mensibus reuersa est ad patrem suum, [h] & fecit ei sicut vouerat. Quæ ignorabat virum. Exinde mos increuit in Israel, & consuetudo seruata est, [40] vt post anni [i] circulum conueniant in vnum filiæ Israel, & plangant filiam Iephthe Galaaditæ diebus quatuor.

g. Quòd si Iephthe obtulit filiam suam virginem deo, non sacrificium placet, sed animus offerentis. Hieron. in. 7. cap. Hiere.
h. Hoc Iephthe sacrificium securius & magnificentius fuit. Nequaquam enim necessitate est persolutum, quemadmodũ ibi promissionis feruore, ac victoriæ factũ est desperatione, verum oblatio ista spontanea fuit, & quæ solũ mercedem haberet speranda. Greg. Nazian. oratio. 20.
i. In Sebasta quondã Samariã appellata, filiã Iephthe deificarũt, & in eius honorem quotannis festiuitatẽ celebrãt. Epiph. Hæreũ. 55.

Ephrathæi ad vada Iordanis à Iephthe occiduntur: cui vita functo succedunt Abessan, Elon & Abdon. XII.

A ECce autem in Ephraim orta est seditio. Nam transeuntes contra aquilonẽ dixerunt ad Iephthe: Quare vadens ad pugnam contra filios Ammon, vocare nos noluisti, vt pergeremus tecum? Igitur incendemus domum tuam. [2] Quibus ille respondit: Disceptatio erat mihi & populo meo contra filios Ammon vehemens: vósque vocaui vt præberetis mihi auxilium, & facere noluistis. [3] Quod cernens posui animam meam in manibus meis, transiuíque ad filios Ammõ, B & tradidit eos dominus in manus meas. Quid commerui: vt aduersum me consurgatis in prælium? [4] Vocatis itaque ad se cunctis viris de Galaad, pugnabat cõtra Ephraim. Percusserúntque viri Galaad Ephraim, quia dixerat, Fugitiuus est Galaad de Ephraim, & habitat in medio Ephraim & Manassæ. [5] Occupauerúntque Galaaditæ vada Iordanis, per quæ Ephraim reuersurus erat. Cúmque venisset ad ea de Ephraim numero fugiens, atque dixisset, Obsecro vt me transire permittas, dicebant ei Galaaditæ: Nunquid Ephrathæus es? Quo dicente, non sum: [6] interrogabant eum, Dic ergo C Schibboleth, quod interpretatur spica. Qui respondebat Sibboleth: eadem litera spicam exprimere non valens: statímq; apprehensum iugulabant in ipso Iordanis trãsitu. Et ceciderunt in illo tempore de Ephraim quadraginta duo milia. [7] Iudicauit itaque Iephthe Galaadites Israel sex annis, & mortuus est ac sepultus in ciuitate sua Galaad. [8] Post hunc iudicauit Israel [a] Abessan de Bethlehem: [9] qui habuit triginta filios, & totidem filias. Quas emittens foras maritis dedit, & eiusdem numeri filiis suis accepit D vxores: introducens in domũ suam. Qui septem annis iudicauit Israel, [10] mortuúsque est, ac sepultus in Bethlehem. [11] Cui successit [b] Ahialõ Zabulonites: & iudicauit Israel decem annis: [12] mortuúsque est, ac sepultus in Zabulon. [13] Post hunc iudicauit Israel Abdon filius Hellel Pharatonites: [14] qui habuit quadraginta filios, & triginta ex eis nepotes, ascendentes super septuaginta pullos asinarũ: & iudicauit Israel octo annis, [15] mortuúsque est, ac sepultus in Pharathon terræ Ephraim, in monte Amalec.

a. Quem Eusebius Hesebõ vocat.
b. Quẽ nõ annumerat Eusebius Hebræis iudicibus, nec eius annos numerat, quos annumerare oportet eũ sequẽtibus: pro quorũ dãno supplẽdo idẽ Eusebius Iosue filio Nun, Samueli & Sauli, quorũ annos scriptura non dicit, plures annos quàm in Iosepho legerat adnotauit: quatenus ab egressu Israel de Aegypto vsq; ad ædificationẽ templi 480. annorũ summam quã scriptura prædicat, haberet. Beda de natura rerum.
a. Quos annumerare oportet annis sequentibus vsq; ad tempora Heli.
b. Saraa ciuitas est in tribu Dã, † planicie Rẽmõ nõ longe ab Esthaol, de qua supra.
c. Quid est immundũ nisi forte dissolutio disciplinæ, quæ esse cœperat in Israel, & iã ad ea manducãda eos labefecerat, quæ prohibuerat deus in generibus animaliũ? Cur enim nõ credatur etiã hoc eos multo gehennius facere potuisse, qui etiam ad cultum idolorum transgrediebantur? Aug. q. 30. super lib. Iudicum.

Israelitæ rursum in Idololatriam lapsi Philistæis traduntur, Samson nasciturus prædicitur, & natus à domino benedicitur. XIII.

A RVrsúmq; † filij Israel fecerunt malum in conspectu domini, qui tradidit eos in manus Philistinorum [a] quadraginta annis. [2] Erat autẽ quidam vir de [b] Saraa, & de stirpe Dan, nomine Manue, habens vxorem sterilẽ: cui apparuit angelus domini, & dixit ad eam: Sterilis es, & absque liberis, † sed concipies & paries filium. [4] Caue ergo ne bibas vinum, ac siceram, nec [c] immundum quicquam comedas: [5] quia cõcipies & paries filium, cuius nõ tanget caput nouacula. Erit enim Nazaræus dei ab infantia sua, & ex matris vtero, & ipse incipiet liberare Israel de manu Philisthinorum. [6] Quæ cum venisset ad maritum

Universidad de Deusto
Biblioteca

suum,dixit ei:Vir dei venit ad me habēs vultum angelicum,terribilis nimis. Quem cum interrogassem quis esset,& vnde venisset,& quo nomine vocaretur,noluit mihi dicere,[7] sed hoc respondit:†Ecce concipies & paries filium. [d] Caue ne vinum bibas, nec siceram,& ne aliquo vescaris immundo. Erit enim puer Nazaræus dei ab infantia sua,& ex vtero matris suæ,vsq; ad diem mortis suæ. [8] Orauit itaque Manue dñm, & ait:Obsecro domine,vt vir dei quem misisti,veniat iterum,& doceat nos quid debeamus facere de puero qui nasciturus est.[9] Exaudiuitq; dñs deprecantem Manue,& apparuit rursum angelus domini vxoris eus sedenti in agro. Manue autem maritus eius non erat cum ea. Quæ cum vidisset angelum,[10] festinauit,& cucurrit ad virum suum,nunciauitq; ei dicens:Ecce apparuit mihi vir quem antè videram.[11] Qui surrexit,& secutus est vxorem suam, veniénsq; ad virū,dixit ei: Tu es qui locutus es mulieri?Et ille respondit:Ego sum.[12] Cui Manue:Quando,inquit,sermo tuus fuerit expletus, quid vis vt faciat puer, aut à quo se obseruare debebit? [13] Dixitq; angelus dñi ad Manue:Ab omnibus quæ locutus sum vxori tuæ,abstineat se,[14] & quicquid ex vinea nascitur,non comedat:vinum & siceram non bibat:nullo vescatur immundo:& quod ei præcepi,impleat atq; custodiat.[15] Dixit itaq; Manue ad angelum dñi: Obsecro te vt acquiescas precibus meis,& faciamus tibi hœdum de capris. [16] Cui respondit angelus:Si me cogis,non comedam panes tuos.si autem vis holocaustum facere, offer illud domino.& nesciebat Manue quòd angelus domini esset.[17] Dixitq; ad eū: Quod est tibi nomē, vt si sermo tuus fuerit expletus,honoremus te?[18] Cui ille respondit:†Cur quæris nomen meum,quod est mirabile?[19] Tulit itaque Manue hœdum de capris,& libamenta,& posuit super petram,offerens domino qui facit mirabilia.Ipse autem & vxor eius intuebantur.[20] Cúmque ascenderet flamma altaris in cælum,angelus domini pariter in flamma ascendit. [c] Quod cum vidisset Manue & vxor eius, proni ceciderunt in terram, [21] & vltrà eis non apparuit angelus domini. Statímq; intellexit Manue angelum domini esse, [22] & dixit ad vxorem suam:Morte moriemur, quia vidimus dominum.[23] Cui respondit mulier:Si dominus nos vellet occidere, de manibus nostris holocaustum & libamenta non suscepisset,nec ostendisset nobis hęc omnia,neque ea quæ sunt ventura dixisset.[24] Peperit itaque filium,& vocauit nomen eius Samson.Creuitq; puer,[f] & benedixit ei dominus,[25] cœpitque spiritus domini esse cum eo in castris Dan inter Saraa & Esthaol.

d. Quæri potest quomodo dixerit angelus ad matrem Samsonis cum annũciaret eiusdem futurum,quia sterilis erat. Et nunc obserua, & non bibas vinum & siceram , non manduces omne immundum.

c. Quapropter primo purgari oportet,inde cum purificare versari,si nobis accidere nolum⁹ quod Manue euenit , cum in dei incidisset imaginationem, & dicere nolumus: Perimus â muliere, quoniã deum vidim⁹. Greg. Nazian. oratio. in S. Epiphaniarum lumina.

f. Sãson diuina promissione generatus, spiritum comitantem habebat. Sic enim legimus. Quia benedixit eam dominus, & cœpit spiritus domini comitari eũ eo in castra. Ambr. prologo de spiritu sancto.li.1.

Samson Philistæam vxorem duxit,quam cum viseret,leonem lacerauit: à quo sumptam parabolam vxori exponens,eam tandem repudiauit. XIIII.

a. Thamnatha vel Tamnata ciuitas maxima in monte Ephraim contra septentrionalem plagam Lyddę, interq; Ierusalem & Diospolim : inde sub imperio romano dicta est præfectura Thamnitica.

DEscendit ergo Samson in [a] Thamnatha,vidénsq; ibi mulierem de filiabus Philistiim,[2] ascendit,& nunciauit patri suo,& matri suæ,dicēs:Vidi mulierem in Thamnatha de filiabus Philistinorum,quam quæso vt mihi accipiatis vxorē.[3] Cui dixerunt pater & mater suа:Nunquid non est mulier in filiabus fratrum tuorum,& in omni populo tuo, quia vis accipere vxorem de Philistiim,qui incircunciśi sunt?Dixitq; Samson ad patrem suũ: [b] Hanc mihi accipe:quia placuit oculis meis. [4] Parētes autem eius nesciebāt quòd res à dño fieret,& quæreret occasionem contra Philistiim. Eo enim tempore dominabantur Philistiim Israeli.[5] Descendit itaq; Samson cum patre suo & matre in Thamnatha.Cúmq; venissent ad vineas oppidi,apparuit catulus leonis sæuus & rugiens,& occurrit ei.[6] Irruit autem spiritus dñi in Samson,[c] & dilacerauit leonē,quasi hœdum in frusta discerperet , nihil omnino habens in manu : & hoc patri & matri noluit indicare.[7] Descendítque & locutus est mulieri quæ placuerat oculis eius. [8] Et post aliquot dies reuertens vt acciperet eam,declinauit vt videret cadauer leonis.Et examen apum in ore leonis erat,ac fauus mellis. [9] Quem cum sumpsisset in manibus,comedebat in via : veniénsque ad patrem suum & matrem , dedit eis partem, qui & ipsi comederunt , nec tamen eis voluit indicare quòd mel de corpore leonis assumpserat.

b. Ideo futurum præuidēs sacramentum, ex alienigena uxorē, quod pater eius & mater, vt scripsimus eũ,ignorabant quòd à domino esset. Ambr.in prologo lib.2. de spiritu sanct.

c. Veinã tam cautus ad seruandam gratiam,quàm fortis ad superandam bestiã. Et fortasse hoc non solum virtutis miraculum, sed etiam sapientiæ mysterium prophetiæ oraculum fuit. Ambro.vbi supra.

rat.[10] Descendit itaq; pater eius ad mulierē,& fecit filio suo Samson conuiuium. Sic enim iuuenes facere consueuerant. [11] Cum ergo ciues loci illius vidissent eum,dederunt ei sodales triginta,qui essent cum eo.[12] Quibus locutus est Samson : Proponam vobis problema, quod si solueritis mihi intra septem dies conuiuij , dabo vobis triginta sindones,& totidē tunicas.[13] Sin autem non potueritis soluere: vos dabitis mihi triginta sindones,& eiusdem numeri tunicas.Qui responderunt ei: Propone problema,vt audiamus.[14] Dixitq; eis: [d] De comedēte exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo.Nec potuerūt per tres dies propositionem soluere.[15] Cúmq; adesset dies septimus,dixerūt ad vxorem Sãson : Blandire viro tuo, & suade ei vt indicet tibi quid significet problema.Quod si facere nolueris,incēdemus te,& domum patris tui. An idcirco vocastis nos ad nuptias, vt spoliaretis ? [e] [16] Quæ fundebat apud Samson tãchrymas , & querebatur, dicens: Odisti me , & non diligis : idcirco problema quod proposuisti filiis populi mei, non vis mihi exponere . At ille respondit: Patri meo & matri nolui dicere,& tibi indicare potero?[17] Septē igitur diebus conuiuij flebat ante eum, tandémq; die septimo cum ei esset molesta, exposuit. Quæ statim indicauit ciuibus suis.[18] Et illi dixerunt die septimo ante solis occubitum:Quid dulcius melle,& quid fortius leone? Qui ait ad eos: [f] Si nō arassetis in vitula mea,nō inuenissetis propositionem meam .[19] Irruit itaq; in eum spiritus domini, descenditq; Ascalonem,& percussit ibi triginta viros , quorum ablatas vestes dedit iis qui problema soluerant. Iratúsq; nimis ascēdit in domum patris sui:[20] vxor autem eius accepit maritū vnum de amicis eius & pronubis.

d. Nec ipsa quæstio vacat à sacramentis,quam proposuit sodalibus suis , dicens: De comedente exiuit, &c. Denique eo usq; mystica, vt tribus diebus eius reuelatio quæreretur, quæ non potuit nisi per fidem ecclesiæ die septima , complero legis tempore,post passionē domini reuelari. Ambr. Prolo.lib.2.de spiritu san.

e. Fortissimum omnium Sãson nonne Dalilæ mulieris suaritia deceptus? Am.lib.2. Of.cap.16.

f. O diuinũ mysterium, O euidens sacramentũ. euasimus interemptorē, peccātē vicimus.Ibi nunc cibus vitæ est , vbi erant antea miseriæ,fames mortes In salutē pericula , in suauitatem amaritudo conuertitur. Grātia ex offensione processit, potētia ex infirmitate,vita de morte. Ambro . prolog. lib.2.de spiritu sancto.

Per varias vulpes Philistæorum segetes Samson incendit, & asini maxilla viros mille prostrauit. XV.

POst aliquantum autem temporis,cum dies triticeæ messis instarēt, venit Samson inuisere volens vxorē suam,& attulit ei hœdum de capris. Cúmq; cubiculum eius solitò vellet intrare, prohibuit illū pater illius, dicēs:[1] Putaui quòd odisses eam,& ideo tradidi illā amico tuo.Sed habet sororē,quæ iunior & pulchrior illa est,sit tibi pro ea vxor.[2] Cui Sãson respondit : Ab hac die non erit culpa in me contra Philistæos . Faciam enim vobis mala.[4] Perrexítq; & cepit trecentas vulpes,caudásque earum iunxit ad caudas,& faces ligauit in medio:[5] quas igne succēdens dimisit vt huc illúcq; discurrerent.Quæ statim perrexerunt in segetes Philistinorum . Quibus succensis, & comportatæ iam fruges & adhuc stantes in stipula concrematæ sunt,intantum vt vineas quoq; & oliueta [a] flamma cōsumeret.[6] Dixerúntq; Philistiim : Quis fecit hanc rem? Quibus dictum est: Samson gener Thamnathæi : quia tulit vxorem eius,& alteri tradidit, hæc operatus est.Ascēderúntq; Philistiim,& combusserunt tam mulierem quàm patrem eius.[7] Quibus ait Samson:Licet hæc feceritis,tamē adhuc ex vobis expetā vltionem, & tunc quiescam.[8] Percussitq; eos ingenti plaga, [b] ita vt stupentes suram femori imponerent.Et descēdens habitauit in spelunca petræ Etam.[9] Igitur ascendentes Philistiim in terrā Iuda,castrametati sunt in loco qui postea vocatus est Lechi,id est maxilla:vbi eorū fusus est exercitus.[10] Dixerūtq; ad eos de tribu Iuda:Cur ascēdistis aduersum nos? Qui respōderūt:Vt ligemus Sãson venimus,& reddamus ei quę in nos operatus est.[11] Descēderunt ergo tria millia virorum de Iuda ad specum silicis Etam:dixerúntq; ad Samson:Nescis quòd Philistiim imperent nobis? Quare ergo hoc facere voluisti?Quibus ille ait:Sicut fecerūt mihi,sic feci eis.[12] Ligare,inquiūt, te venimus: & tradere in manus Philistinorū. Quibus Samson:Iurate,ait,& spondete mihi,quòd non occidatis me . [13] Dixerunt : Non te occidemus , sed vinctum trademus. Ligauerúntq; cum duobus nouis funibus:& tulerunt eū de petra Etam. †[14] Qui cū venisset ad locum maxillæ , & Philistiim vociferantes occurrissent ei , irruit spiritus domini in eum,& sicut solent ad odorem ignis ligna cōsumi,ita vincula quibus ligatus erat, dissipata sunt,& soluta.[15] Inuentámq; maxillā , id est mandibulam asini quæ iacebat,

a. Rursus hic alia oboriūtur mysteria, q̃ vxor eius auferetur:ōdeo vulpes incēdūt manipulos alienigenarum. Eos enim qui aduersus diuina sacramenta cōtendūt, decipere sua cōsuescit astutia. Ambr. prolog.lib. 2. de spiritu sancto.

b Hunc sensum ita se habere etiam interpretatio quę est ex Hebræo, satis docet. Nam ita legitur. Percussit eos ingenti plaga,ita vt stupentes suram femori imponerent. Tale est enim ac si diceret:tibiam femori imponerent, quoniam sura vtique retrorsum cum tibia est. August. quæst. 55. super lib. Iudicum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

arripiens, interfecit in ea mille viros,[16] & ait: In maxilla asini, in mãdibula pulli asinarum deleui eos: & percussi mille viros.[17] Cúmq; hęc verba canens complesset, proiecit mandibulam de manu, & vocauit nomen loci illius Ramath Lechi: quod interpretatur eleuatio maxillæ.[c 18] Sitiénsq; valde, clamauit ad dominum, & ait: Tu dedisti in manu serui tui salutem hanc maximam atque victoriam, & en siti morior, incidámque in manus incircuncisorum.[19] Aperuit itaque dominus molarem dentem in maxilla asini, & egresse sunt ex eo aquę. Quibus hausti refocillauit spiritum, & vires recepit. Idcirco appellatum est nomen loci illius fons inuocantis de maxilla vsque in præsentem diem.[20] Iudicauitque Israel in diebus Philistiim viginti annis.

c. Sed præterea & sanctus erat, atque in ramunt sanctus, vt cum sitisset post laborem pugnę, in loco sicco deprecatus in defectu animæ suæ dominũ, statim ex ipsa maxilla quam in manu tenebat, erumpẽte aqua biberit, atq; inde siti assum ex eodem mortui pecoris osse quo vicerat, refectꝰ exinaniri. Chryſ. ex variis in Matth. locis homil. xv.

Samson à muliere in Gaza deceptus, portas vrbis in montem detulit: ab vxore autem detonsus excæcatur ab hostibus, quos tandem secum consumpsit. XVI.

[3] Abiit quoq; in Gazam, & vidit ibi mulierem [a] meretricem, ingressúsq; est ad eam.[2] Quod cum audissent Philistiim, & percrebuisset apud eos, intrasse vrbem Samson, circundederunt eum positis in porta ciuitatis custodibus, & ibi tota nocte cum silentio præstolantes, vt facto mane exeuntẽ occiderẽt.[3] Dormiuit autem Samson vsq; ad medium noctis, & inde consurgens [b] apprehendit ambas portæ fores cum postibus suis & sera, imposuit mulierẽ quæ habitauit in valle Sorec, & vocabatur Dalila.[5] Venerúntq; ad eam principes Philistinorũ, atq; dixerunt: Decipe eũ, & disce ab illo in quo habeat tãtam fortitudinem, & quomodo eum superare valeamus, & vinctum affligere. Quod si feceris, dabimus tibi singuli mille & centum argenteos.[6] Locuta est ergo Dalila ad Sãson: Dic mihi obsecro in quo sit tua maxima fortitudo, & quid sit quo ligatus erumpere nequeas.[7] Cui respondit Samson: Si septẽ neruiceis funibus necdũ siccis, & adhuc humẽtibus ligatus fuero: infirmus ero vt cæteri homines.[8] Attulerúntq; ad eam satrapæ Philistinorũ septem funes, vt dixerat, quibus vinxit eum,[9] latentibus apud se insidiis, & in cubiculo finem rei expectantibus: Clamauítq; ad eum: Philistiim super te, Samson.[c] Qui rupit vincula quomodo si rumpat quis filum de stupa tortũ sputamine cum odorem ignis acceperit: & non est cognitum in quo esset fortitudo eius.[10] Dixítq; ad eum Dalila: Ecce illusisti mihi, & falsum locutus es. Saltem nunc indica mihi quo ligari debeas.[11] Cui ille respõdit: Si ligatus fuero nouis funibus qui nũquã fuerunt in opere, infirmus ero, & aliorũ hominum similis.[12] Quibus rursum Dalila vinxit eum, & clamauit: Philistiim super te, Samson. in cubiculo insidiis præparatis. Qui ita rupit vincula quasi fila telarum.[13] Dixítq; Dalila rursum ad eum: Vsquequo decipis me, & falsum loqueris? Ostende quo vinciri debeas. Cui respondit Samson: Si, inquit, [d] septem crines capitis mei cũ licio plexueris, & clauum iis circumligatũ terræ fixeris, infirmus ero.[14] Quod cum fecisset Dalila, dixit ad eum: Philistiim super te, Samson. Qui consurgens de somno extraxit clauum cum crinibus & licio.[15] Dixítque ad eum Dalila: Quomodo dicis quòd amas me, cum animus tuus non sit mecum? Per tres vices mentitus es mihi, & noluisti dicere in quo sit maxima fortitudo tua.[16] Cúmque molesta ei esset, & per multos dies iugiter adhæreret, spacium ad quietem non tribuens, defecit anima eius, & ad mortem vsq; lassata est.[17] Tunc aperiens veritatem rei, dixit ad eam: Ferrum nunquam ascendit super caput meum, quia Nazaræus, id est consecratus domino sum de vtero matris meæ. [e] Si rasum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea, & deficiam, eróq; sicut cęteri homines.[18] Vidénsq; illa quòd cõfessus ei esset omnẽ animum suum, misit ad Principes Philistinorum, ac mandauit: Ascẽdite adhuc semel, quia nunc mihi aperuit cor suũ. Qui ascenderunt assumpta pecunia quam promiserant.[19] At illa dormire eum fecit super genua sua, & in sinu suo reclinare caput. Vocauítque tonsorem, & rasit septem crines eius, & cœpit abigere eum, & à se repellere. [f] Statim enim de eo fortitudo discessit.[20] Dixítq;, Philistiim super te, Sãson. Qui de somno consurgens, dixit in animo suo:

Egrediar

a. Meretrix quã Samson in cõiugiũ sumit, ecclesia est, quæ ante agnitionẽ veri dei cũ idolis fornicata fuit, quam postea Christus sibi adiunxit. Augũ. sermo. 107. de tempore.

b. Samson obseratis portis claudit ur in ciuitate, dominus obsignato claudit monumẽto. Samso fractis seris fuberactisq; portis securus euadit: deus ruptis inferni sedis obsicubus, apertóque sepulchro recepto corpore à morte liber egreditur. Chryſoſt. ex variis in Matth. locis, homil. 4.

c. Quid est quòd in capillis virtutem habebat? Et hoc fratres diligẽter aduertite. Virtutẽ nõ habuit in manu, nõ in pede, non in pectore, nõ in ipso capite, sed in capillis, in crinibus. Comæ sunt velamentum: & in velamento Christus habebat virtutẽ, quãdo umbræ veteris legis eã tegebãt. Augustin. Ser. 107. de tempore. d. Hoc est, Si fuerint cinxisti capitis mei intra telã coxeri, licia rorum ipsum circa quod tela plicatur, clauo fixũ, & ad certum situ firmatũ, debilis ero. Quod cum Dalila fecisset, deceptꝰ est vt prius. Aug. ibid. c. Nõ solum enim cutis ossa, sed & fubdola irrepit in præcordia mariti simplicis, & importunis obsecrationibus atq; illecebrosis blãditiis fatigatũ, arcano illo virtutis suæ martyrio spoliauit, atq; ita derasis crinibus virtute nudatũ fundit in exercit. Chryſ. ex variis in Matth. locis homi. 15.

f. Ergo ille inuictus, qui diu habuit gratiã spiritalẽ, ficut dei populus ille electus à dominõ, ille Nazarꝰ ut in lege Iudæus ergo Samson atq; ita insuperabilis, vt in maxilla asinæ mille viros percuteret, ita plenus gratiæ cœlestis, vt ex ea aquã in maxilla asini exiens reperiret: siue hoc ad miraculum cõferas, siue ad mysterium vertas, quod in populi forẽ humilitate gentilis, & requies & triumphus, iuxta quod scriptum est: Quiescere fecit in maxilla prebe ei & alterã. Ambr. prolog. lib. 2. de spiritu sancto.

Egrediar sicut antè feci, & me excutiam. nesciens quòd recessisset ab eo dominus.[21] Quẽ cum apprehendissent Philistiim, statim eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam vinctum catenis, & clausum in carcere molere fecerunt.[22] Iámq; capilli eius renasci cœperant,[23] & Principes Philistinorum conuenerunt in vnum, vt immolarent hostias magnificas Dagon deo suo, & epularentur, dicentes: Tradidit deus noster inimicum nostrum Samson in manus nostras.[24] Quod etiam populus videns laudabat deum suum, eadémq; dicebat: Tradidit deus noster aduersarium nostrum in manus nostras, qui deleuit terram nostram, & occidit plurimos.[25] Lætantésq; per conuiuia, sumptis iam epulis præceperunt vt vocaretur Samson, & ante eos luderet. Qui adductus de carcere, ludebat ante eos: fecerúntque eum stare inter duas columnas.[26] Qui dixit puero regenti gressus suos: Dimitte me, vt tangam columnas quibus omnis imminet domus, & recliner super eas, & paululũ requiescam.[27] Domus autẽ erat plena virorum ac mulierũ, & erant ibi omnes principes Philistinorũ, ac de tecto & solario circiter tria milia vtriusque sexus spectantes ludẽtem Samson.[28] At ille inuocato domino, ait: Domine Deus meus memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem pristinam, deus meus, vt vlciscar me de hostibus meus: & pro ãmissione duorũ luminũ vnam vltionẽ recipiam.[29] Et apprehendens ambas columnas quibus innitebatur domus, alterámq; earum dextra, & alteram læua tenens,[30] ait. † Moriatur anima mea cum Philistiim. Concussísque fortiter columnis cecidit domus super omnes Principes & cæteram multitudinem quæ ibi erat. Multóq; plures interfecit moriens, quàm antè viuus occiderat.[31] Descendentes autem fratres eius, & vniuersa cognatio, tulerunt corpus eius, & sepelierunt inter Saraa & Esthaol, in sepulchro patris sui Manue: iudicauítque Israel viginti annis.

g. postremo Sãson mortuus inimicos suos conculcat: difficilis ruina cõprimit, minus tunc cũ morti dignus est, non vna domo, sed toto mundo concusso, dolorum cum suis angelis exinanitis. Chryſoſt. ex variis in Matthæ. locis homi. 4.

Michas matris argentum reseruans, conflauit in idolum, cui Bethlehemitam sacerdotem præfecit. XVII.

[1] Fuítque eo tempore vir quidam de monte Ephraim nomine Michas,[2] qui dixit matri suæ: Mille centum argenteos quos separaueras tibi, & super quibus me audiente iuraueras, ecce ego habeo, & apud me sunt. Cui illa respondit: Benedictus filius meus domino.[3] Reddidit ergo eos matri suæ, quæ dixerat ei: Consecraui & voui hoc argẽtum domino, vt de manu mea suscipiat filius meus, & faciat [a] sculptile atq; conflatile, & nunc trado illud tibi.[4] Reddidit igitur eos matri suæ. Quæ tulit ducentos argenteos, & dedit eos argentario, vt faceret ex eis sculptile atque conflatile, quod fuit in domo Michæ.[5] Qui ædiculam quoque in ea deo separauit, & fecit [b] Ephod & Theraphim, id est, vestem sacerdotalem, & idola. Impleuítq; vnius filiorum suorum manũ, & factus est ei sacerdos. †[6] In diebus illis non erat Rex in Israel: sed vnusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.[7] Fuit quoque in tempore illo alter adolescens de Bethlehem Iuda, ex cognatione eius, erátque ipse Leuites, & habitabat ibi.[8] Egressúsque de ciuitate Bethlehem, peregrinari voluit vbicunque sibi commodum reperisset. Cúmque venisset in montem Ephraim iter faciens, & declinasset parumper in domo Michæ,[9] interrogatus est ab eo vnde venisset. Qui respondit: Leuita sum de Bethlehem Iuda, & vado vt habitem vbi potuero, & vtile mihi esse prospexero.[10] Dixítque ei Michas: Mane apud me, inquit, & esto mihi parens, ac sacerdos: dabóque tibi per annos singulos decem argenteos, ac vestem duplicem, & quæ ad victum sunt necessaria.[11] Acquieuit & mansit apud hominem: fuítque illi quasi vnus de filiis.[c] Impleuítque Michas manum eius, & habuit puerum sacerdotem apud se,[13] nunc scio, dicens, quòd benefaciet mihi deus, habenti Leuitici generis sacerdotem.

a. Hoc est idolum ad colẽdum.

b. Ephod superhumerale, quo cætera sacerdotis indumenta constringebãtur. Theraphim verò quædam figuræ erant ad sacrificia deorum seruientes.

c. Implere manum, est consecrare, vt Num. 3. a. Ecquorum repletæ & consecratæ manus, vt sacerdotio fungerentur.

Exploratores tribus Dan nouas quærentes possessiones, sacerdotem Michæ cum idolo suo detulerunt, vrbem Lais vi capientes habitauerunt. XVIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a. Hæc historia videtur cõtigisse viuente adhuc Iosue: de qua memnit Ios. 19. d. nisi illic descripta fuerit per anticipationem.

IN[a] † diebus illis non erat rex in Israel, & tribus Dan quærebat possessionem sibi, vt habitaret in ea. Vsq; ad illum enim diem inter cæteras tribus sortem non acceperat. [2] Miserunt ergo filij Dan stirpis & familiæ suæ quinq; viros fortissimos de Saraa & Esthaol, vt explorarent terram, & diligenter inspicerent. Dixerúntq; eis: Ite, & cõsiderate terram. Qui cum pergentes venissent in montem Ephraim, & intrassent domũ Michæ, requieuerunt ibi. [3] Et agnoscentes vocem adolescentis Leuitę, vtentésq; illius diuersorio, dixerunt ad eum: Quis te huc adduxit? Quid hic agis? Quam ob causam huc venire voluisti? [4] Qui respõdit eis: Hæc & hæc præstitit mihi Michas, & me mercede conduxit, vt sim ei sacerdos. [5] Rogauerúntq; eum vt consuleret dominũ, & scire possent an prospero itinere pergerent, & res haberet effectum. [6] Qui respondit eis: Ite cum pace. Dominus respicit viam vestram, & iter quò pergitis. [7] Euntes igitur quinq; viri venerunt [b] Lais: viderúntq; populum habitantem in ea absq; vllo timore iuxta cõsuetudinem Sidoniorũ, securum, & quietum, nullo eis penitus resistente, magnarúmq; opum, & procul à Sidone atq; à cunctis hominibus separatum. [8] Reuersiq; ad fratres suos in Saraa & Esthaol, & quid egissent scisciantibus, [9] responderunt: Surgite, & eamus ad eos. † Vidimus enim terram valde opulentã & vberem. Nolite negligere, nolite cessare. Eamus, & possideamus eã, nullus erit labor. [10] Intrabimus ad securos in regionẽ latissimam, tradétq; nobis dominus locũ in quo nullius rei est penuria eorum quæ gignuntur in terra. [11] Profecti igitur sunt de cognatione Dan, de Saraa & Esthaol sexcẽti viri accincti armis bellicis, [12] ascendentésq; manserũt in Cariathiarim Iudæ: qui locus ex eo tẽpore castrorum Dan nomen accepit, & est post tergum [c] Cariathiarim. [13] Inde transierunt in montẽ Ephraim. Cúmq; venissent ad domũ Michæ, [14] dixerunt quinq; viri qui prius missi fuerant ad considerandã terrã Lais, cæteris fratribus suis: Nostis quòd in domibus istis sit Ephod & [d] Theraphim & sculptile atq; conflatile? Videte quid vobis placeat. [15] Et cum paululũ declinassent, ingressi sunt domũ adolescentis Leuitę qui erat in domo Michæ, salutauerúntq; eum verbis pacificis: [16] sexcenti autem viri ita vt erant armati, stabant ante ostium. [17] At illi qui ingressi fuerant domum iuuenis, sculptile & Ephod & Theraphim atq; conflatile tollere nitebãtur, & sacerdos stabat ante ostium, sexcentis viris fortissimis haud procul expectantibus. [18] Tulerunt igitur qui intrauerãt, sculptile, Ephod, & Idola, atq; conflatile. Quibus dixit sacerdos: Quid facitis? [19] Cui responderunt: Tace, & pone digitum super os tuum, veníq; nobiscum, & vt habeamus te patrem ac sacerdotem. Quid tibi melius est, vt sis sacerdos in domo vnius viri, an in vna tribu & familia in Israel? [20] Quod cũ audisset, acquieuit sermonibus eorũ, & tulit Ephod, Idola, ac sculptile, & profectus est cũ eis. [21] Qui cũ pergerẽt, & ante se ire fecissent paruulos, ac iumenta, & omne quod erat pretiosum, [22] iáq; à domo Michę essent procul, viri qui habitabãt in ędibus Michæ, cõclamantes secuti sunt, [23] & post tergum clamare cœperunt. Qui cum respexissent, dixerunt ad Michã: Quid tibi vis? Cur clamas? [24] Qui respondit: Deos meos quos mihi feci, tulistis, & sacerdõtem, & omnia quę habeo, & dicitis: quid tibi est? [25] Dixerúntq; ei filij Dã: Caue ne vltrà loquaris ad nos, & veniãt ad te viri animo concitati, & ipse cum omni domo tua pereas. [26] Et sic cœpto itinere perrexerunt. Videns autem Michas quòd fortiores se essent, reuersus est in domũ suam. [27] Sexcenti autẽ viri tulerunt sacerdotem, & quę supra diximus: † venerúntq; in Lais ad populum quiescentem, atque securum, & percusserunt eos in ore gladij, vrbémque incendio tradiderunt, [28] nullo penitus ferente præsidiũ, eò quòd procul habitarent à Sidone, & cum nullo hominũ haberent quicquam societatis ac negotij. Erat autem ciuitas sita in regione Rohob: quam rursum extruentes habitauerunt in ea, [29] vocato nomine ciuitatis Dan, iuxta vocabulum patris sui, quẽ genuerat Israel, quæ prius Lais dicebatur. [30] Posuerúntq; sibi sculptile, & Ionatham filium Gersan filij Moysi, ac filios eius sacerdotes in tribu Dan, vsq; ad diẽ captiuitatis suæ. [31] Mansitq; apud eos idolum Michæ omni tempore quo fuit domus dei in Silo. In diebus illis non erat rex in Israel.

b. Lais, quæ & Lacis, vel Lesché prius dicta, à Danitis destructa, & inde instaurata, Lesem Dan est appellata. Postea Parmium dicta, interdum Panea, à Panea de fonte, qui eã fecundũ Plinium alluit. Hãc Agrippa in honorẽ Neronis instaurãs Neroniã nuncupauit: Philippꝰ verò Cæsareã Philippi. Vrbs est Phœnicię ad radices montis Libani, vbi Ior & Dan fontes iunguntur, & inde Iordanem conflituunt.

c. Cariathiarim duplex est, altera est tribus Iudæ, de qua Ios. 15. g. altera est tribus Simeonis, distans ab Hierosolymis 10. miliarib. Ibi arca requieuit in domo Aminadab, donec à Dauide ciuitas ferretur in Ierusalẽ. Vocatur est interdum Baal, interdum Baal pharasim.

d. Theraphim imagines siue astrologica sub certis constellationibus delineatæ & formatæ, quas habeãt quędã coelestium astrorũ influxũ. Iuxta has igitur imagines Michas prædicebat opus incipiendum vel omittendũ. Vnde circa illa idololatrare dicebatur, vt solent astrologi & cæteri Magi. Aben Ezra theologus & astrologus Hier. verò super. 3. cap. Oseæ Theraphi propriè appellantur μορφώματα, id est figuræ & simulachra, quæ nos possumus in præsenti dũtaxat loco Cherubim & Seraphim, siue alia quæ in templi ornamẽta fieri iussa sunt, dicere. Ephod autẽ significat indumẽtum sacerdotale quod in Exodo & Leuitico στολὴν ἐφοδίου, id est superhumerale dicitur.

Leuitæ vxor à Gabaonitis extincta adulterio, in duodecim secta portiones ad singulas tribus mittitur. XIX.

A a. Hæc historia secundum Vincẽtium, ex qua videtur secutum bellum inter Beniamin & alias tribus, vnde Beniamin tribus penè delecta est, cõstigit statim post mortẽ Iosue, & ante Othoniel. Putat Massæus factam circa 30. annum Ahod.

EVIT[a] quidam vir Leuites habitans in latere montis Ephraim, qui accepit vxorem de Bethlehẽ Iuda: [2] Quæ reliquit eũ, & reuersa est in domũ patris sui in Bethlehẽ, mansitq; apud eum quatuor mensibus. [3] Secutúsq; est eam vir suus, volens reconciliari ei, atque blandiri, & secum reducere, habens in comitatu puerum, & duos asinos. Quæ suscepit eum, & introduxit in domum patris sui. Quod cum audisset socer eius, eúmque vidisset, occurrit ei lætus, [4] & amplexatus est hominem. Mansitq; gener in domo soceri tribus diebus comedens cum eo & bibens familiariter: [5] die autem quarto de nocte cõsurgens, proficisci voluit. Quem tenuit socer, & ait ad eum: Gusta prius pusillum panis, & conforta stomachum, & sic proficiscêris. [6] Sederúntq; simul, ac comederunt & biberunt. Dixitq; pater puellæ ad generũ suum: Quæso te vt hodie hic maneas: paritérq; lætemur. [7] At ille consurgens cœpit velle proficisci. Et nihilominus obnixè eum socer tenuit, & apud se fecit manere. [8] Mane autem facto parabat Leuites iter. Cui socer rursum: Obsecro, inquit, vt paululum cibi capias: & assumptis viribus, donec increscat dies, postea proficiscaris. Comederunt ergo simul: [9] surrexitq; adolescens, vt pergeret cum vxore sua & puero.

C Cui rursum locutus est socer: Considera quòd dies ad occasum decliuior sit, & propinquat ad vesperum. Mane apud me etiam hodie, & duc lætum diem, & cras proficiscêris vt vadas in domum tuam. [10] Noluit gener acquiescere sermonibus eius, sed statim perrexit, & venit contra [b] Iebus, (quæ altero nomine vocatur Ierusalem) ducens secum duos asinos onustos, & concubinam. [11] Iámq; aderant iuxta Iebus, & dies mutabatur in noctem. Dixitq; puer ad dominum suum: Veni obsecro, declinemus ad vrbem Iebusæorum, & maneamus in ea. [12] Cui respondit dominus: Non ingrediar

D oppidum gentis alienæ, quæ non est de filiis Israel, sed transibo vsq; Gabaa, [13] & cum illuc peruenero, manebimus in ea, aut certè in vrbe Rama. [14] Transierunt ergo Iebus, & cœptum carpebãt iter, occubuítq; eis sol iuxta [c] Gabaa, quæ est in tribu Beniamin, [15] diuerterúntq; ad eam, vt manerent ibi. Quò cum intrassent, sedebant in platea ciuitatis, & nullus eos recipere voluit hospitio. [16] Et ecce apparuit homo senex reuertens de agro & de opere suo vesperi, qui & ipse de monte erat Ephraim, & peregrinus habitabat in Gabaa. Homines autem regionis illius erant filij Iemini. [17] Eleuatísq; oculis vidit senex sedentem hominem cum sarcinulis suis in platea ciuitatis, & dixit ad eum: Vnde venis? & quo vadis? [18] Qui respondit ei: Profecti sumus de Bethlehem Iuda, & pergimus ad locum nostrum qui est in latere montis Ephraim, vnde ieramus

E Bethlehem. Et nunc vadimus ad [d] domum dei, nullúsque sub tectum suum nos vult recipere, [19] habentes paleas & fœnum in asinorum pabulum, & panem ac vinum in meos & ancillæ tuæ vsus, & pueri qui mecum est. Nulla re indigemus, nisi hospitio. [20] Cui respõdit senex: Pax tecũ sit: Ego præbebo omnia quæ necessaria sunt: tantùm quæso ne in platea maneas. [21] Introduxitq; eum in domũ suam, & pabulũ asinis præbuit: ac postquam lauerunt pedes suos, recepit eos in conuiuium. [22] Illis epulantibus, & post laborem itineris cibo & potu reficientibus corpora, venerunt viri ciuitatis illius filij Belial, id est, absque iugo, & circundantes domum senis, fores pulsare cœperunt, clamantes ad dominum domus, atque dicentes: † Educ virum qui ingressus est

F domum tuam, vt abutamur eo. [23] Egressúsque est ad eos senex, & ait: Nolite fratres, nolite facere malum hoc: quia ingressus est homo hospitiũ meum, & cessate ab hac stultitia. [24] Habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinam: educam eas ad vos, vt humilietis eas, & vestram libidinem compleatis, tãtùm obsecro ne scelus hoc contra naturam operemini in virum. [25] Nolebant acquiescere sermonibus illius. Quod cernens homo, eduxit ad eos concubinam suam, & eis tradidit illudendam. Qua cũ tota nocte abusi essent, dimiserunt eam mane. [26] At mulier recedẽtibus tene-

o bris venit ad ostium domus vbi manebat dominus suus, & ibi corruit. [27] Mane facto

b. Ieb⁹ à Iebuseis dicta, quã eam occupauerunt vsq; ad tempora Dauid: deinceps dicta est Ierusalem, & pluribus aliis nominibus pro diuersorum temporum conditionibus, incolis, & variis ratibus, de quibus supra Ios 10. a.

c. Gabaa procul à Ierusalẽ 30. stadiis viæ ad Anticpatridam, in hac fuit vxor Leuitæ violata. Fit eius mentio 2. Reg. 1. feceruntque Dauid vt præceperat ei dominus, & percusserit Philistiim de Gabaa, vsq; dũ veniat Geser.

d. Quæ est in Silo in monte Ephraim: vbi tunc domus domini erat, & Leuites ille erat oriundus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

surrexit homo,& aperuit ostium,vt cœptam expleret viam, & ecce [c] concubina eius iacebat ante ostium sparsis in limine manibus.[28] Cui ille putãs eam quiescere,loquebatur,Surge, vt ambulemus. Qua nihil respondente, intelligens quòd erat mortua: tulit eam,& imposuit asino,reuersúsque est in domum suam.[29] Quam cum esset ingressus,arripuit gladium, & cadauer vxoris cum ossibus suis in duodecim partes ac frusta cõcidens,misit in omnes terminos Israel.[30] Quod cum vidissent singuli,conclamabant: Nunquam res talis facta est in Israel ex eo die quo ascenderunt patres nostri de Ægypto,vsque in præsens tempus. Ferte sententiam,& in commune decernite quid facto opus sit.

c. Cõcubina interdum pro vxore vsurpatur. Hagar enim & Cethura & vxores & concubinæ Abrahæ dicuntur. Sara tamen nunquam dicta est concubina. Augu. de ciuit. dei lib. 16. cap. 34.

Pugnant vndecim tribus Israel contra Beniamin, quem ferè delent. XX.

EGressi † itaque sunt omnes filij Israel, & pariter congregati quasi vir vnus A 10 Hebr.
de Dan vsque Bersabee,& terra Galaad, ad dominum in Maspha.[2] omnes
quoq; anguli populorum, & cunctæ tribus Israel in Ecclesiam populi dei
conuenerunt,quadringenta milia peditum pugnatorum.[3] Nec latuit filios
Beniamin,quòd ascendissent filij Israel in Maspha. Interrogatúsq; Leuita maritus mu
lieris interfectæ,quomodo tantũ scelus perpetratum esset,[4] respõdit: Veni in Gabaa
Beniamin cum vxore mea,illúcq; diuerti.[5] Et ecce homines ciuitatis illius circunde-
derunt nocte domũ in qua manebam,volentes me occidere,& vxorem meam incredibili furore libidinis vexantes. deniq; mortua est.[6] Quam arreptam in frusta concidi,misíq; partes in omnes terminos possessionis vestræ, quia nunquam tantum nefas
& tam grande piaculũ factum est in Israel.[7] Adestis omnes filij Israel, decernite quid
facere debeatis.[8] Stánsque omnis populus quasi vnius hominis sermone respondit:
Non recedemus in tabernacula nostra,nec suam quisquã intrabit domum,[9] sed hoc
contra Gabaa in commune faciemus.[10] Decem viri eligantur è centum ex omnibus B
tribubus Israel, & centum de mille, & mille de decem milibus, vt comportent
exercitui cibaria,& possimus pugnare contra Gabaa Beniamin,& reddere ei pro scelere quod meretur.[11] Conuenitq; vniuersus Israel ad ciuitatem quasi homo vnus eadem mente,vnóq; consilio,[12] & miserunt nuncios ad omnem tribum Beniamin, qui
dicerent: Cur tantum nefas in vobis repertum est?[13] Tradite homines de Gabaa qui
hoc flagitium perpetrarunt vt moriantur, & auferatur malum de Israel. Qui noluerunt fratrum suorum filiorum Israel audire mandatum,[14] sed ex cunctis vrbibus quę
sortis suæ erant,conuenerunt in Gabaa,vt illis ferrent auxilium,& contra vniuersum
populum Israel dimicarent.[15] Inuentíq; sunt vigintiquinq; milia de Beniamin edu-
centium gladium, præter habitatores Gabaa,[16] qui septingenti erant viri fortissimi, a ita sinistra vt dextra prœliantes:& sic fundis lapides ad certum iacientes,vt capillum
quoque possent percutere,& nequaquam in alteram partem ictus lapidis deferretur.
[17] Virorum quoque Israel absque filiis Beniamin inuenta sunt [b] quadraginta milia C 1144. 20. Lucæ.
educentium gladios, & paratorum ad pugnam, †[18] qui surgentes venerunt in domum dei,hoc est in Silo:consuluerúntq; dominum, atq; dixerunt: Quis erit in exercitu nostro princeps certaminis contra filios Beniamin? Quibus respondit dominus:
Iudas sit dux vester.[19] Statímq; filij Israel surgẽtes mane castrametati sunt iuxta Gabaa,[20] & inde procedentes ad pugnam contra Beniamin, vrbẽ oppugnare cœperunt.
[21] Egressíq; filij Beniamin de Gabaa, occiderunt de filiis Israel die illo vigintiduo milia virorum.[22] Rursum filij Israel & fortitudine & numero confidentes, in eodem
loco in quo prius certauerunt,aciem direxerunt:[23] ita tamen vt prius ascenderent, &
flerent coram domino vsq; ad noctem, consulerẽntque eum,& dicerent: Debeo vltrà procedere ad dimicandum contra filios Beniamin fratres meos, an non? Quibus
ille respondit: Ascendite ad eos, & inite certamen.[24] Cúmque filij Israel altera die D
contra filios Beniamin ad prælium processissent,[25] eruperunt filij Beniamin de portis Gabaa, & occurrentes eis tanta in illos cæde bacchati sunt, vt decem & octo milia virorum educentium gladium prosternerent.[26] Quamobrem omnes filij Israel
venerunt

a. Quorum dextera manus impedita erat, vt scilicet solum sinistra vteretur: ficut supra de Ahod. cap. 3. d. dum est.
b. Hic numerus varius est, cũ in primis duobus diebus belli mortui sunt 40000. in tertio autẽ die superessent adhuc decem milia: vnde quinquaginta milia ad minus erant etiam præter insidias quæ circa vrbem latebant, & eam destruxerũt.

venerunt in domum dei,& sedentes flebant coram domino: ieiunauerúntque die illo
vsque ad vesperam,& obtulerunt ei holocausta atque pacificas victimas,[27] & super
statu suo interrogauerunt. Eo tempore ibi erat arca fœderis domini,[28] & [c] Phinees
filius Eleazari filij Aaron præpositus domus. Consuluerunt igitur dominum, atque
dixerunt: Exire vltrà debemus ad pugnam contra filios Beniamin fratres nostros, an
quiescere? Quibus ait dominus: Ascendite,cras enim tradam eos in manus vestras.
[29] Posuerúntque filij Israel insidias per circuitum vrbis Gabaa,[30] & tertia vice,sicut
semel & bis,contra Beniamin exercitum produxerunt.[31] Sed & filij Beniamin audacter eruperunt de ciuitate,& fugientes aduersarios longius persecuti sunt, ita vt vulnerarent ex eis,sicut primo die & secundo:& cæderent per duas semitas vertẽtes terga,quarum vna ferebatur in Bethel, & altera in Gabaa, atq; prosterneret triginta circiter viros:[32] Putauerunt enim solito eos more cædere. Qui fugam arte simulãtes,inierunt consilium,vt abstraherent eos de ciuitate,& quasi fugientes ad supradictas semitas perducerent.[33] Omnes itaque filij Israel surgentes de sedibus suis tetenderunt
aciem in loco qui vocatur [d] Baalthamar: insidiæ quoque quæ circa vrbem erant,pau
latim se aperire cœperunt,[34] & ab occidentali vrbis parte procedere. Sed & alia decem milia virorum de vniuerso Israel, habitatores vrbis ad certamina prouocabant:
ingrauatúmq; est bellum contra filios Beniamin:& non intellexerunt quòd ex omni
parte illis instaret interitus. †[35] Percussitque eos dominus in conspectu filiorum Israel,& interfecerunt ex illis in illo die vigintiquinque milia,& centum viros,omnes
bellatores,& educẽtes gladium.[36] Filij autem Beniamin cum se inferiores esse vidissent,cœperunt fugere. Quod cernentes filij Israel,dederunt eis ad fugiendum locum,
E vt ad præparatas insidias deuenirent,quas iuxta vrbem posuerant.[37] Qui cum repẽte de latibulis surrexissent,& Beniamin terga cædentibus daret,ingressi sunt ciuitatẽ,
& percusserunt eam in ore gladij.[38] Signum autem dederant filij Israel iis quos in insidiis collocauerant,vt postquam vrbem cepissent,ignem accenderent,vt ascendente
in altum fumo, captam vrbem demonstrarent.[39] Quod cum cernerent filij Israel in
ipso certamine positi(putauerunt enim filij Beniamin eos fugere,& instantius persequebantur, cæsis de exercitu eorum triginta viris)[40] vt viderunt quasi columnam
fumi de ciuitate conscendere(Beniamin quoque respiciens retro cum captam cerneret ciuitatem,& flammas in sublime ferri)[41] qui prius simulauerant fugam, versa facie fortius resistebant. Quod cum vidissent filij Beniamin,in fugam versi sunt,[42] &
ad viam deserti ire cœperunt, illuc quoque eos aduersariis persequentibus. Sed & ij
qui vrbem succenderant occurrerunt eis,[43] atque ita factum est, vt ex vtraque parte
G ab hostibus cæderentur, nec erat vlla requies morientium. Ceciderúntque atq; prostrati sunt ad orientalem plagam vrbis Gabaa.[44] Fuerunt autem qui in eodem loco
interfecti sunt,decem & octo milia virorũ,omnes robustissimi pugnatores.[45] Quod
cum vidissent qui remanserant de Beniamin, fugerunt in solitudinem: & pergebant
ad petram,cuius vocabulum est Remmon. In illa quoque fuga palantes,& in diuersa
tendentes occiderunt quinq; milia viros. Et cum vltrà tenderent, persecuti sunt eos,
& interfecerunt etiam alia duo milia.[46] Et sic factum est,vt omnes qui ceciderant de
Beniamin in diuersis locis, essent vigintiquinq; milia pugnatores ad bella promptissimi.[47] Remanserunt itaq; de omni numero Beniamin qui euadere potuerunt,& fugere in solitudinem,sexcenti viri: sederúntq; in petra [e] Remmon mensibus quatuor.
[48] Regressi autem filij Israel,omnes reliquias ciuitatis à viris vsq; ad iumenta gladio
percusserunt,cunctáque vrbes & viculos Beniamin vorax flamma consumpsit.

d. Baalthamar locus est vbi Gabaa ad occidentales partes vbi latebant insidiæ dum ab Israelitis oppugnaretur.

e. Remmon, quam & Rimmon Hebræi dicunt, vrbs erat in tribu Manasse, distans à Hierosolymis, ut miliaribus, non longè à Gabaa iuxta orientalem plagam, quæ etiam dicta est petra Remmon.

Instauratur tribus Beniamin penè extincta ex præda Iabes Galaad contumacis. XXI.

A VRauerunt quoque filij Israel in Maspha, & dixerunt: Nullus nostrum dabit filiis Beniamin de filiabus suis vxorem.[2] Venerúntque omnes ad domum dei in Silo, & in conspectu eius sedentes vsque ad vesperam, leua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uerunt vocem,& magno vlulatu cœperunt flere,[5] dicẽtes:Quare domine deus Iſrael factum eſt hoc malum in populo tuo,vt hodie vna tribus auferretur ex nobis? [6] Altera autem die diluculo conſurgentes,extruxerunt altare,obtulerúntq; ibi holocauſta & pacificas victimas,[7] & dixerunt: Quis non aſcendit in exercitum domini de vniuerſis tribubus Iſrael? Grandi enim iuramento ſe conſtrinxerant cum eſſent in Maſpha,interfici eos qui defuiſſent:[8] ductíque pœnitentia filij Iſrael ſuper fratre ſuo Beniamin,cœperunt dicere: Ablata eſt tribus vna de Iſrael: [9] vnde vxores accipient? Omnes enim in commune iurauimus non daturos nos iis filias noſtras. [10] Idcirco dixerunt:Quis eſt de vniuerſis tribubus Iſrael,qui non aſcendit ad dominũ in Maſpha? Et ecce inuenti ſunt habitatores Iabes Galaad in illo exercitu nõ fuiſſe. [11] Eo quoque tempore cum eſſent in Silo,nullus ex eis ibi repertus eſt. [12] Miſerunt itaq; decem milia viros robuſtiſſimos, & præceperunt eis:Ite,& percutite habitatores Iabes Galaad in ore gladij,tam vxores quàm paruulos eorum, [13] & hoc erit quod obſeruare debebitis. † Omnes generis maſculini, & mulieres quæ cognouerunt viros, interficite: virgines reſeruate. [14] Inuentæq; ſunt de Iabes Galaad quadringentę virgines,quæ neſcierunt viri thorum,& adduxerunt eas ad caſtra in Silo,in terram Chanaan. [15] Miſerúntque nuncios ad filios Beniamin,qui erant in petra Remmon:& præceperunt eis vt eas ſuſciperent in pace. [16] Venerúntque filij Beniamin in illo tempore,& datę ſunt eis vxores de filiabus Iabes Galaad : alias autem non repererunt quas ſimili modo traderent. [17] Vniuerſúſque Iſrael valde doluit,& egit pœnitentiam ſuper interfectione vnius tribus ex Iſrael : [18] dixerúntque maiores natu : Quid faciemus reliquis qui non acceperunt vxores? Omnes in Beniamin fœminæ conciderunt, [19] & magna nobis cura ingentíque ſtudio prouidendum eſt,ne vna tribus deleatur ex Iſrael. [20] Filias enim noſtras eis dare non poſſumus, conſtricti iuramento, & maledictione qua diximus:Maledictus qui dederit de filiabus ſuis vxorẽ Beniamin. [21] Cœperúntq; conſilium, atque dixerunt : Ecce ſolennitas domini eſt in Silo anniuerſaria, quæ ſita eſt ad ſeptentrionem vrbis Bethel, ad orientalem plagam viæ quæ de Bethel tendit ad Sichimam,& ad meridiem oppidi Lebona. [22] Præceperúntque filiis Beniamin,atque dixerunt:Ite,& latitate in vineis : [23] cúmque videritis filias Silo ad ducendos choros ex more procedere, exite repentè de vineis, & rapite ex eis ſinguli vxores ſingulas, & pergite in terram Beniamin: [24] cúmque venerint patres earum ac fratres,& aduerſum vos queri cœperint, atque iurgari, dicemus eis : Miſeremini eorum. Non enim rapuerunt eas iure bellantium atque victorum, ſed rogantibus vt acciperent non dediſtis, & à veſtra parte peccatum eſt. [25] Fecerúntque filij Beniamin vt ſibi fuerat imperatũ:& iuxta numerum ſuum rapuerunt ſibi de iis quæ ducebant choros, vxores ſingulas : abierúntque in poſſeſſionem ſuam, ædificantes vrbes, & habitantes in eis. [26] Filij quoque Iſrael reuerſi ſunt per tribus & familias in tabernaculà ſua. † In diebus illis non erat Rex in Iſrael, ſed vnuſquiſque quod ſibi rectum videbatur, hoc faciebat.

Liber Iudicum.389.ẽtinet annos iuxta Euſebium, cõnumeratò.111. annos iudicibus carẽtes:quos ſi Iudicũ annis addueres,fierẽt anni 500. qui non quadrarent Hebræorum ſupputationi, quę eſt 313.annorum:Latini autem 296. annos habent, connumeratis cunctis interregnis: quibus ſi additeris 40. annos Moyſi, totidem Heli,& 40. annos Samuelis & Saulis, ac totidẽ Dauidis cum tribus Salomonis,ac 18. tantum Ioſuę, habebis 480. ab exitu ex Aegypto ad templi ædificationẽ, numerũ quæritũ.

Incipit

Incipit Liber Ruth.

Elimælech præ nimia fame cum Noemi vxore & filiis in Moab concedit:quo mortuo cum filiis,Noemi cum Ruth nuru ſua in Bethlehem reuertitur. I.

IN[a] diebus vnius iudicis quando Iudices præerant, facta eſt fames in terra. Abiit ergo homo de Bethlehem Iuda,vt peregrinaretur in regione Moabitide, cum vxore ſua,ac duobus liberis. [2] Ipſe vocabatur Elimælech,& vxor eius Noëmi: & duo filij,alter Maalon,& alter Chelion,Ephrathæi de Bethlehem Iuda. Ingreſſíque regionem Moabitidem, morabantur ibi. [3] Et mortuus eſt Elimælech maritus Noëmi : remanſitque ipſa cum filiis. [4] Qui acceperunt vxores Moabitidas,quarum vna vocabatur Orpha, alteráque Ruth. Manſerúntque ibi decem annis, [5] & ambo mortui ſunt, Maalon videlicet,& Chelion:remanſitq; mulier orbata duobus liberis,ac marito. [6] Et[b] ſurrexit vt in patriam pergeret cum vtraq; nuru ſua de regione Moabitide. Audierat enim quòd reſpexiſſet dominus populum ſuum,& dediſſet eis eſcas. [7] Egreſſa eſt itaq; de loco peregrinationis ſuæ cum vtraque nuru:& iam in via reuertendi poſita in terram Iuda, [8] dixit ad eas:Ite in domum matris veſtræ. Faciat vobiſcum dominus miſericordiam,ſicut feciſtis cum mortuis,& mecum. [9] Det vobis inuenire requiẽ in domibus virorum quos ſortituræ eſtis. Et oſculata eſt eas. Quæ eleuata voce flere cœperunt, [10] & dicere: Tecum pergemus ad populum tuum. [11] Quibus illa reſpõdit: Reuertimini filię meę:cur venitis mecũ? Num vltrà habebo filios in vtero meo,vt viros ex me ſperare poſſitis? [12] Reuertimini Moabitę. Iam enim ſenectute confecta ſum,nec apta vinculo coniugali. Etiam ſi poſſem hac nocte concipere,& parere filios, [13] ſi eos expectare velitis donec creſcãt,& annos pubertatis impleãt, ante eritis vetulæ quàm nubatis. Nolite quæſo filiæ meæ,quia veſtra anguſtia magis me premit,& egreſſa eſt manus domini contra me. [14] Eleuata igitur voce rurſum flere cœperunt. Orpha oſculata eſt ſocrum,ac reuerſa eſt:[c] Ruth adhæſit ſocrui ſuę. [15] Cui dixit Noëmi: En reuerſa eſt cognata tua ad populum ſuum,& ad deos ſuos:vade cu mea. [16] Quæ reſpondit: Ne aduerſeris mihi,vt relinquam te,& abeam. Quocunque perrexeris pergam:& vbi morata fueris, & ego pariter morabor.† Populus tuus populus meus, & deus tuus deus meus. [17] Quæ te terra ſuſceperit morientem,in ea moriar: ibíq; locum accipiam ſepulturæ. Hæc mihi faciat deus,& hæc addat,ſi non ſola mors me & te ſeparauerit. [18] Videns ergo Noëmi quòd obſtinato Ruth animo decreuiſſet ſecũ pergere,aduerſari noluit,nec ad ſuos vltrà reditum perſuadere. [19] Profectæq; ſunt ſimul,& venerũt in Bethlehem. Quibus vrbem ingreſſis, velox apud cunctos fama percrebruit, dicebántque mulieres:Hæc eſt illa Noëmi. [20] Quibus ait: Ne vocetis me Noëmi,id eſt pulchram : ſed vocate me Mara, id eſt amaram: quia amaritudine valde repleuit me omnipotens. [21] Egreſſa ſum plena,& vacuam reduxit me dominus. Cur ergo vocatis me Noëmi,quam dñs humiliauit,& afflixit omnipotens? [22] Venit ergo Noëmi cum Ruth Moabitide nuru ſua,de terra peregrinationis ſuæ, ac reuerſa eſt in Bethlehem, quando primùm hordea metebantur.

a. Hier. ſuper 1. lib. Para. c. 4. Traduut Hebræi hunc Elimælech virum Noemi patrẽ Maalon & Chelion, de quo dicitur 1. Paral. cap. 4.

Qui ſtare fecit ſolẽ in cuius videlicet tempore ſol ſteterit propter prauaricatores legis,vt tanto miraculo vitio conuerterentur ad dominum deum ſuum. Quod quia facere cõtempſerunt, idcirco fames inualuit: & ille qui prior in tribu Iuda videbatur, famis inopia cum vxore & filiis non ſolũ patria pelleretur, ſed etiam in eadem peregrinatione moreretur. Dicti ſũt etiam Maalon & Chelion principes in Moab, quia dixerũt Moabitidas: quarũ Ruth dicuũt Hebræi filiam fuiſſe Eglon quem occidit Ahod, vnde veriſimile ſ eſſe hanc hiſtoriã contigiſſe tempore Ahad, vel prope. Hæc Hier. vbi ſupra.

b. Hanc hiſtoriam Ioſephus cũ mulcis aliis dicit cẽ pore Heli cõtigiſſe, anno ſ octauo & decimo eius, quod nõ facile creditu eſt. Salmon enim natũ eſſe dicũt 2. anno exitus Aegypti, qui genuit Booz de Raab in terra promiſſionis ita cuncta ingreſſa ad 18 annum Heli ſũt ad minus 317. anni, à natiuitate verò Salmon. 373. Quòd ſi Salmon genuiſſet Booz dẽ Raab anno 100. ætatis ſuæ, iã Booz 173 annorũ erat cũ duceret Ruth in vxorẽ. Tũ etiã quia Dauid ferunt natus ex eſſe 23 anno Heli ante natum patrem, imò ante Obed autem ſuum. Eapropter tutior eſt Hieronymi opinio prædicta.

c. Ruth Moabitis, vt patrem Hebræi, filia Eglon Regis Moab ab Ahod occiſi. Eſaię explet vaticiniũ dicentis: Emitte agnum domine dominatorem terræ de petra deſerti ad montẽ filiæ Sion. Petra deſerti Regis eſt urbs Moabitarum, vnde orta eſt Ruth : quæ morte mariti Maalõ viduata nupſit Booz, de quo genuit Obed, de Obed Ieſſe, de Ieſſe Dauid, de Dauid Chriſtũ, ad mõtem filię Sion, id eſt Ieruſalem, vel Eccleſiam. Hie. ſuper Eſa. ca. 16.

Ruth ſpicas in agro Booz colligens,apud eum tantam inuenit gratiam, vt multas ad ſocrum ſpicas deferret & cibos. II.

RAT[a] autem viro Elimælech conſanguineus homo potens & magnarum opum nomine Booz: [2] dixitq; Ruth Moabitis ad ſocrum ſuam : Si iubes vadam in agrum,& colligam ſpicas quæ fugerint manus metentiũ, vbicunque clementis in me patrisfamilias reperero gratiam. Cui illa reſpõ-

a. Ruth p merito fidei ſuæ nupſit Booz: quia propriã gentem contempſit, & terrã & genus, & elegit Iſrael, & non deſpexit ſocrum viduam ſimul & peregrinam, deſiderio ducta generis eius magis quàm ſui. Deos patrum ſuorũ repellit, & deũ viuentẽ elegit, talibus verbis dicens ad ſocrum ſuam: Noli obuiare mihi, vt relinquam te: quoniã quocunq; ieris, ibo: & vbicunq; manſeris, manebo, &c. Chryſo. in 1. cap. Matth. hom. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit:Vade filia mi.[1] Abiit itaq;,& colligebat ſpicas poſt terga metentium. Accidit autem vtager ille haberet dominum nomine Booz,qui erat de cognatione Elimęlech.
[4]Et ecce ipſe veniebat de Bethlehem,dixítq; meſſoribus:Dominus vobiſcũ. Qui reſponderũt ei:Benedicat tibi dñs.[5]Dixítq; Booz iuueni qui meſſoribus præerat:[b]Cuius hæc eſt puella?[6] Cui reſpõdit:Hæc eſt Moabitis quæ venit cum Noemi de regione Moabitide,[7] & rogauit vt ſpicas colligeret remanentes,ſequẽs meſſorum veſtigia. Et de mane vſque nunc ſtat in agro : & nẽc ad momentum quidem domum reuerſa est.[8]Et ait Booz ad Ruth:Audi filia:ne vadas in alterum agrum ad colligendum,nec recedas ab hoc loco,ſed iungere puellis meis,[9] & vbi meſſuerint,ſequere.Mandaui enim pueris meis,vt nemo moleſtus ſit tibi:ſed etiã ſi ſitieris,vade ad ſarcinulas,& bibe aquas de quibus & pueri mei bibunt.[10] Quæ cadens in faciem ſuam, & adorãs ſuper terram,dixit ad eum:Vnde hoc mihi vt inuenirem gratiam ante oculos tuos, & noſſe me dignareris peregrinã mulierẽ?[11]Cui ille reſpondit:Nunciata ſunt mihi omnia quæ feceris ſocrui tuæ poſt mortem viri tui:& quòd reliqueris parentes tuos, & terram in qua nata es,& veneris ad populum quẽ antea neſciebas. [12] Reddat tibi dñs pro opere tuo,& plenam mercedem recipias à dño deo Iſrael,ad quem veniſti,&ſub cuius confugiſti alas.[13]Quæ ait:Inueni gratiã apud oculos tuos domine mi,qui conſolatus es me,& locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ non ſum ſimilis vnius puellarum tuarum.[14]Dixítq; ad eum Booz:Quando hora veſcendi fuerit,veni huc, & comede panem,& intinge buccellam tuam in aceto. Sedit itaque ad meſſorum latus, & conſeſſit polentam ſibi, comedítq; & ſaturata eſt,& tulit reliquias. [15] Atque inde ſurrexit,vt ſpicas ex more colligeret.Præcepit autem Booz pueris ſuis,dicẽs. Etiam ſi voluerit metere voluerit,ne prohibeatis eam,[16] & de[c] veſtris quoque manipulis proiicite de induſtria,& remanere permittite, vt abſque rubore colligat , & colligentem nemo corripiat.[17]Collegit ergo in agro vſque ad veſperam , & quæ collegerat virga cędens,& excutiens,inuenit hordei quaſi [d] ephi meſuram,id eſt tres modios: [18] quos portans reuerſa eſt in ciuitatem,& oſtendit ſocrui ſuæ.Inſuper protulit & dedit ei de reliquiis cibi ſui quo ſaturata fuerat.[19]Dixítq; ei ſocrus ſua: Vbi hodie collegiſti , & vbi feciſti opus?Sit benedictus qui miſertus eſt tui.Indicauítq; ei apud quem eſſet operata,& nomen dixit viri,quòd Booz vocaretur.[20] Cui reſpondit Noemi, Benedictus ſit à domino,quoniam eandem gratiam quam præbuerat viuis,ſeruauit & mortuis.Rurſúmque ait:Propinquus noſter eſt homo. [21] Et Ruth, Hoc quoque, inquit, præcepit mihi,vt tandiu meſſoribus eius iungerer,donec omnes ſegetes meterentur.
[22]Cui dixit ſocrus:Melius eſt filia mi,vt cum puellis eius exeas ad metendum , ne in alieno agro quiſpiam reſiſtat tibi. [23] Iuncta eſt itaque puellis Booz,& tandiu cum eis meſſuit,donec hordea & triticum in horreis conderentur.

Ruth ſocrus conſilio ad pedes Booz dormientis recumbit,& multas hordei menſuras ad ſocrum defert. III.

POſtquam[a] autem reuerſa eſt ad ſocrum ſuã,audiuit ab ea:Filia mi,quẽram tibi requiẽ,& prouidebo vt bene ſit tibi.[2]Booz iſte cuius puellis in agro iuncta es,propinquus noſter eſt,& hac nocte aream hordei ventilat.[3]Lauare igitur,& vngere, & induere cultioribus veſtimentis , & deſcende in aream.Non te videat homo, donec eſum potúmque finierit. [4]Quando autem ierit ad dormiendum,nota locum in quo dormiat.Veniéſq; & diſcooperies pallium quo operitur à parte pedum,& proiicies te,& ibi iacebis.Ipſe autem dicet tibi quid agere debeas.[5]Quæ reſpondit: Quicquid præceperis faciã. [6] Deſcenditq; in aream,& fecit omnia quæ ſibi imperauerat ſocrus. [7] Cúmq; comediſſet Booz,& bibiſſet,&factus eſſet hilarior,iſſẽtque ad dormiendum iuxta aceruum manipulorum,[b] venit abſconditè,& diſcooperto à pedibus eius pallio ſe proiecit. [8] Et ecce nocte iam media expauit homo,& conturbatus eſt:vidítque mulierem iacẽtem ad pedes

b. Quãdo quis ſollicitè ſpicas, id eſt ſententias ſacræ paginæ colligit,dominus à meſſoribus,id eſt, doctoribus ſtatum ipſius requirit. quod tunc facit, cum prouocat ad prædicandũ. Vnde ipſe quæſiuit à Philippo, Vnde ememus panes vt mãducent hi? Sed nota quòd puella ũr ſimplicitas, puritas, quæ colligẽtibus ſpicas neceſſaria ſunt. Rogauit vt ſpicas colligeres: quia oratio debet eſſe præbula lectionis. Et ait Booz:Ne vadas in alterum agrum : ſed iungere puellis, id eſt, ſimplicibus animabus , quia à cõtactu mores formantur. Stephanus Cæſariẽſis ſuper lib. Ruth.

c. De manipulis, hoc eſt de ſententiis, proicitè ex induſtria. Dominus enim nõ reuelauit omnia expoſitoribus ſacræ ſcripturæ, ſed etiã diſpenſauit, vt aliquid ex induſtria relinqueret de his quę videbãt, vt ſolicitudo noſtra exerceretur. Multa enim vidit Auguſtinus quæ non expoſuit , vt abſque rubore colligat, idẽ Stephanus vbi ſupra.

d. Ideo ignoramus quantũ ille modius contineat. Nomina enim & quantitates menſurarum quemadmodum & numerorum iuxta diuerſitatem locorũ & tẽporum variãtur. Gomor enim decima pars eſt ephi, vt patet: in fine 16. cap. Exo. & ibi. Lyranus ad longum.

a. Quid primum laudatur in Ruth? Dilectio generis Iſrael aut ſimplicitas , aut obedientia aut fides? Dilectio quidem generis Iſrael quia ille deſiderabat filios ſuſcipere ex ſemine Iſrael: & vna fieri ex populo dei. Et enim communicationẽ viri deſiderabat quaſi puella laſciua, aliquem iuuenẽ potius appetiſſet. Quoniã autem non laſciuiæ ſuę, ſed religioni ſatisfacere cupiens fuit, familiam potius ſanctam elegit quam iuuenilem ætatem. Chryſo. vbi ſupra.

b. Simplicitas Ruth in hoc laudatur, quia vitronea ſub pallium Booz ingreſſa eſt, nec cogitauit ne forte ſper nereꝛ eam quaſi vir iuſtus laſciuã puellam aut ne deſideret eã: & quod grauius erat,eã mereꝛ deſuſum, ſicut ſæpe multi: ſed obaudiens factis ſocrus ſuę cõfilijs,confidenter credidit quia profecturę erat des actum ipſius,ferens confeſſionem ſuam: quia non libido ad hoc eam cõpulerat, ſed religio erat hortata. Chryſoſt. vbi ſupra.

ad pedes ſuos,[9] & ait illi:Quæ es?Illáq; reſpondit:Ego ſum Ruth ancilla tua.Expãde pallium tuum ſuper famulam tuã,quia propinquus es.[10] Et ille,Benedicta,inquit,es à domino filia,& priorem miſericordiam poſteriori ſuperaſti:quia non es ſecuta iuuenes pauperes ſiue diuites.[11]Noli ergo metuere,ſed quicquid dixeris mihi , faciã tibi. Scit enim omnis populus qui habitat intra portas vrbis meæ, mulierem te eſſe virtutis.[12]Nec abnuo me propinquũ,ſed eſt alius me propinquior.[13]Quieſce hac nocte:& facto mane,ſi te voluerit propinquitatis iure retinere,bene res acta eſt:ſin autem ille noluerit,ego te abſque vlla dubitatione ſuſcipiã,viuit dominus.Dormi vſque mane. [14]Dormiuit itaque ad pedes eius vſque ad noctis abſceſſum.Surrexit itaq; antequam homines ſe cognoſcerent mutuo,& dixit Booz:[c]Caue ne quis nouerit quòd huc veneris.[15]Et rurſum,Expande,inquit,pallium tuum quo operiris,& tene vtraq; manu. Quã extendente,& tenente,menſus eſt ſex modios hordei,& poſuit ſuper eam.Quæ portans ingreſſa eſt ciuitatem,[16] & venit ad ſocrum ſuam. Quæ dixit ei: Quid egiſti filia? Narrauítque ei omnia quæ ſibi feciſſet homo.[17] Et ait:Ecce ſex modios hordei dedit mihi,& ait:Nolo vacuam te reuerti ad ſocrum tuam.[18] Dixítq; Noemi: Expecta filia,donec videamus quem res exitum habeat.Neque enim ceſſabit homo , niſi compleuerit quod locutus eſt.

c. Mane ſummo priuſquam famuli ad opus ſurgerent, excitatã iuſſit hordei quãtum poſſet ferre, & priuſquam aliquis eam ibi dormiſſe videret, ad ſocrũ redire. Cauẽdos enim tales rumores, maximè ſi nõ de nihilo oriãtur. Joſeph. antiq. Iudaic. lib. 5. cap. 14.

Booz accepto iure propinquitatis mariti Ruth,eam ducit in vxorem, ex qua Obed auum Dauid genuit. IIII.

AScendit[a] ergo Booz ad portam , & ſedit ibi. Cúmque vidiſſet propinquum præterire de quo prius ſermo habitus eſt, dixit ad eum:Declina pauliſper , & ſede hic : vocans eum nomine ſuo. Qui diuertit, & ſedit. [2]Tollens autem Booz decem viros de ſenioribus ciuitatis,dixit ad eos: Sedete hic. Quibus reſidentibus,[3]locutus eſt ad propinquũ:Partẽ agri fratris noſtri Elimælech vẽdet Noemi,quæ reuerſa eſt de regione Moabitide, [4]quod audire te volui , & tibi dicere corã cunctis ſedentibus , & maioribus natu de populo meo.Si vis poſſidere iure propinquitatis,eme, & poſſide : ſi autem diſplicet tibi,hoc ipſum indica mihi,vt ſciam quid facere debeã. Nullus enim eſt propinquus excepto te,qui prior es:& me,qui ſecundus ſum.At ille reſpondit:Ego agrum emam. [5]Cui dixit Booz : Quando emeris agrum de manu mulieris,Ruth quoq; Moabitidem, quæ vxor defuncti fuit,debes accipere,vt ſuſcites nomen propinqui tui in hæreditate ſua. [6]Qui reſpõdit:Cedo iure propinquitatis:neq; enim poſteritatem familiæ meæ delere debeo.Tu meo vtere priuilegio,quo me libenter carere profiteor. †[7]Hic autẽ erat mos antiquitus in Iſrael inter propinquos , vt ſiquando alter alteri ſuo iuri cedebat, vt eſſet firma conceſſio,ſoluebat homo calceamentũ ſuum,& dabat propinquo ſuo. Hoc erat teſtimoniũ ceſſionis in Iſrael. [8]Dixit ergo propinquo ſuo Booz : Tolle calceamentum. Quod ſtatim ſoluit de pede ſuo.[9] At ille maioribus natu,& vniuerſo populo,Teſtes vos,inquit,eſtis hodie quòd poſſederim omnia quæ fuerunt Elimælech & Chelion & Maalon,tradente Noemi: [10] & Ruth Moabitidem vxorem Maalon in coniugium ſumpſerim,vt ſuſcitem nomen defuncti in hęreditate ſua,ne vocabulum eius de familia ſua ac fratribus & populo deleatur. Vos,inquam,huius rei teſtes eſtis. †[11]Reſpõdit omnis populus qui erat in porta,& maiores natu:Nos teſtes ſumus. Faciat dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam , ſicut Rachel & Liam, quæ ædificauerunt domũ Iſrael : vt ſit exemplum virtutis in Ephratha, & habeat celebre nomen in Bethlehem:[12] fiátq; domus tua ſicut domus Phares, †quem Thamar peperit Iudæ,de ſemine quod tibi dederit domin[9] ex hac puella.[b] [13]Tulit itaq; Booz Ruth, & accepit vxorem, ingreſſúſq; eſt ad eam , & dedit illi dominus vt conciperet & pareret filiũ. [14]Dixerúntq; mulieres ad Noemi : Benedictus dominus qui non eſt paſſus vt deficeret ſucceſſor familiæ tuæ , & vocaretur nomen eius in Iſrael, [15] & habeas qui cõſoletur animã tuam, & enutriat ſenectutẽ. De nuru enim tua natus eſt qui te diliget,& multo tibi melior eſt,quàm ſi ſeptẽ haberes filios. [16] Suſceptúmq; Noe-

a. Ingreſſa autẽ Ruth cũ ſocru ſua in terram Iſrael, ob merita obſequioſũ ſuorũ guidetur, vt homini cõiugeretur ex Abrahã venienti,& quidem primum hũc, quem ipſa propinquũ magis eſſe credebat, qui negare ſe poſſe illi nubere, & recedente illo , per teſtimoniũ decem maiorum Booz illi coniungitur, & ab ipſis ſenioribus benedicitur. Iſido rus in lib. Iudic. cap. 9.

b. Ruth licet alienigena, tamen quia maritũ habuerat ex Iudæis, qui reliquerat ſuã perſtitẽ proximum , eámq; colligentẽ manipulos ſuæ meſsis quibus alebat & ſocrũ , Booz vidit & amauit, nõ aliter eã accepit vxorẽ, niſi calceamentũ eius ante ſoluiſſet, cui vxor debebatur ex lege. Hiſtoria ſimplex, ſed alia myſteria. Aliud enim gerebatur, aliud figurabatur. Nam ſi ſecũdũ literã ſenſum torqueamus, prope quidã pudor eſt, & horror in verbo eſt ſi ad cõmixtionis corpoream conſuetudinem ſententiam intellectúmq; referam⁹. Deſignabatur autẽ futurus ex Iudæis, ex quibus Chriſtus ſecundũ carnem , qui proximi ſui , hoc eſt , populi mortui ſemẽ doctrinæ cœleſtis ſemine reſuſcitaret, cui calceamentum nuptiale eccleſiæ copulandæ præſcripſit legis ſpiritalia deferebant. Amb. de fide. lib. 3. cap. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mi puerum posuit in sinu suo,& nutricis ac gerulæ fungebatur officio.[17] Vicinę autē mulieres congratulantes ei,& dicentes, Natus est filius Noemi: vocauerunt nomen eius Obed.Hic est pater Isai patris Dauid. [18] Hæ sunt generationes Phares:† Phares genuit Esron,[19] Esron genuit Aram,Aram genuit Amminadab,[20] Amminadab genuit Naason, Naason genuit Salmon, Salmon genuit Booz, Booz genuit Obed, Obed genuit Isai,Isai genuit Dauid Regem.

Finit Liber Ruth.

INCIPIT PROLOGVS SANCTI HIERONYMI presbyteri in libros Regum.

Viginti & duas literas esse apud Hebræos,Syrorum quoque lingua & Chaldæorū testatur,quæ Hebraæ magna ex parte confinis est. Nā & ipsi vigintiduo elementa habent eodem sono, sed diuersis characteribus.Samaritani etiam Pentateuchum Moysi totidē literis scriptitant,figuris tantùm & apicibus discrepantes. Certúmque est Esdram scribā,legisque doctorem,post captam Ierosolymam,& instaurationem templi sub Zorobabel,alias literas reperisse, quibus nunc vtimur:cum ad illud vsque tempus iidem Samaritanorū & Hebræorum characteres fuerint.In libro quoque Numerorū hæc eadem supputatio sub Leuitarum ac sacerdotum censu mysticè ostenditur:& nomen domini tetragrammaton in quibusdam Græcis voluminibus vsque hodie antiquis expressum literis inuenimus.Sed & Psalmi tricesimussextus,& centesimusdecimus,& centesimusvndecimus & centesimusdecimusoctauus & centesimusquadragesimusquartus,quanquam diuerso scribantur metro,tamen eiusdem numeri texuntur alphabeto,& Ieremiæ lamentationes,& oratio eius. Salomonis quoque in fine prouerbia, ab eo loco in quo ait:† Mulierem fortem quis inueniet? eisdem alphabetis vel incisionibus supputantur.Porrò quinque literæ duplices apud Hebræos sunt:Caph,Mem,Nun, Pe, Sade. Aliter enim scribunt per has principia medietatesque verborū,aliter fines.Vnde & quinque à plerisque libri duplices æstimātur:Samuel,Malachim,Dibre haiamim,Esdras,Ieremias cum Cinoth,id est lamentationibus suis.Quomodo igitur vigintiduo elementa sunt per quæ scribimus Hebraicè omne quod loquimur,& eorum initiis vox humana comprehenditur: ita vigintiduo volumina supputantur,quibus quasi literis & exordiis in dei doctrina tenera adhuc & lactens viri iusti eruditur infantia.Primus apud eos liber vocatur Beresith:quē nos Genesim dicimus. Secūdus Velleseromoth,qui Exodus appellatur.Tertius Vaiicra,id est Leuiticus.Quartus Vaiedabber,quē Numerū vocamus. Quintus Elle haddebarim,qui Deuteronomium prænotatur.Hi sunt quinque libri Moysi,quos propriè Thorath,id est legē appellant.Secundum prophetarū ordinem faciunt,& incipiunt à Iesu filio Naue,qui apud illos Iosue ben Nun dicitur. Deinde subtexunt Sophtim,id est Iudicū librū:& in eūdem compingunt Ruth,quia in diebus Iudicum facta eius narratur historia. Tertius sequitur Samuel,quem nos Regnorū primum & secūdū dicimus. Quartus Malachim, id est Regum,qui tertio & quarto Regnorum volumine continetur.Meliúsque est multò Malachim,id est Regum,quàm Malacoth,id est Regnorum,dicere.Non enim multarū gētium describit regna,sed vnius Israelitici populi,qui tribubus duodecim continetur.Quintus est Esaias,Sextus Ieremias,Septimus Ezechiel,Octauus liber duodecim prophetarū,qui apud illos vocatur There ester.Tertius ordo Hagiographa possidet.Et primus liber incipit ab Iob,Secūdus à Dauid,quē quinque incisionibus,& vno Psalmorū volumine comprehēdunt.Tertius est Salomon, tres libros habens:Prouerbia,quæ illi parabolas,id est Misle,appellāt:Quartus Ecclesiasten,id est Coheleth: Quintus est Canticum canticorum,quem titulo Sir hasirim prænotant.Sextus est Daniel, Septimus Dibre haiamim,id est verba dierū,quod significantius Chronicon totius diuinæ historiæ possumus appellare:qui liber apud nos Paralipomenon primus & secundus inscribitur.Octauus Esdras:qui & ipse similiter apud Græcos & Latinos in duos libros diuisus est.Nonus Esther.Atque ita siūt pariter veteris legis libri vigintiduo,id est Moysi quinque,& Prophetarū octo,Hagiographorū nouem. Quanquā nonnulli Ruth & Cinoth inter Hagiographa scriptitent,& hos libros in suo putent numero supputandos: ac per hoc esse priscæ legis libros vigintiquatuor: quos sub numero vigintiquatuor seniorū Apocalypsis Ioannes inducit adorantes agnum, & coronas suas

suas prostratis vultibus offerētes:stantibus coram quatuor animalibus oculatis antè & retro,id est in præteritum & in futurū respicientibus,& indefessa voce clamantibus,Sanctus,Sanctus,Sanctus dominus deus omnipotens,qui erat,& qui est,& qui venturus est.Hic prologus scripturarū quasi galeatum principium,omnibus libris quos de Hebræo vertimus in Latinū,conuenire potest: vt scire valeamus quicquid extra hos est,inter Apocrypha esse ponendū.Igitur Sapiētia,quæ vulgo Salomonis inscribitur, & Iesu filij Sirach liber,& Iudith, & Tobias, & Pastor,non sunt in Canone.Machabæorū primū librum,Hebraicū reperi. Secundus Græcus est,quod ex ipsa phrasi probari potest.Quæ cum ita se habeant,obsecro te lector,ne laborē meū reprehensionē æstimes antiquorum.In tēplo dei offert vnusquisque quod potest. Alij aurū & argentū & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccū offerunt & hyacinthum.Nobiscum bene agitur,si obtulerimus pelles,& caprarum pilos.Et tamen Apostolus contemptibiliora nostra magis necessaria indicat. Vnde & nota illa tabernaculi pulchritudo, & per singulas species Ecclesiæ præsentis futuræque distinctio,pellibus tegitur & ciliciis:ardorémque solis, & iniuriam imbrium,ea quæ viliora sunt prohibent.Lege ergo primum Samuel,& Malachim meū.Meum inquam,meū. Quicquid enim crebrius vertendo & emendando sollicitius & didicimus & tenemus,nostrum est. Et cū intellexeris quod antea nescieba:vel interpretē me æstimato,si gratus es: vel Paraphrasten,si ingratus: quanquam mihi omnino conscius nō sim,mutasse me quippiam de Hebraica veritate.Certè si incredulus es,lege Græcos codices & Latinos,& confer cum iis opusculis quæ nuper emēdauimus: & vbicunque discrepare inter se videris,interroga quemlibet Hebræorum,cui magis accōmodare debeas fidem:& si nostra firmauerit,puto quòd eum non æstimes coniectorem,vt in eodem loco mecum similiter diuinarit.Sed & vos famulas Christi rogo (quæ domini discumbentis pretiosissima fidei myrrha vngitis caput,quæ nequaquam Saluatorem quæritis in sepulchro,quibus iam ad patrem Christus ascendit)vt contra latrantes canes qui aduersum me rabido ore desæuiūt,& circumeunt ciuitatem,atque in eo se doctos arbitrantur,si aliis detrahant, orationum vestrarū clypeos opponatis.Ego sciens humilitatem meam,illius semper sententiæ recordabor,Dixi custodiam vias meas:vt nō delinquam in lingua mea.Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator adversum me.Obmutui,& humiliatus sum:& silui à bonis.

Incipit Liber Malachim, ID EST REGVM, I.

Anna diu sterilis,& æmulæ improperio tristis, Samuelem genuit,quem domino consecrandum deuouit. I.

EVit vir vnus[a] de[b] Ramathaim[c] Sophim,de monte Ephraim, & nomen eius Elcana,filius Ieroham,filij Eliu, filij Thohu, filij Zuph,Ephrathæus:[2] & habuit duas vxores, nomen vni Anna, & nomen secundæ Phenenna. Fuerúntq; Phenennæ filij,Annæ autem non erant liberi.[3] Et ascendebat vir ille de ciuitate sua statutis diebus, vt adoraret, & sacrificaret domino exercituum in Silo. Erant autem ibi duo filij Heli, Ophni, & Phinees, sacerdotes domini. [4] Venit ergo dies & immolauit Elcana, dedítque Phenennæ vxori suæ & cūctis filiis eius & filiabus partes:[5] Annæ autem dedit partem vnam tristis,quia Annam diligebat. Dominus autem concluserat vuluam eius. [6] Affligebat quoque eam æmula eius, & vehementer angebat, intantum vt exprobraret quòd dominus concluſisset vuluam eius. [7] Sícque faciebat per singulos annos cum redeunte tempore ascenderent ad templum domini:& sic prouocabat eam. Porro illa flebat,& non capiebat cibum. [8] Dixit ergo ei Elcana vir suus: Anna cur fles? & quare non comedis? & quamobrem affligitur cor tuum? Nunquid non ego melior tibi sum, quàm decem filij? [9] Surrexit autem Anna postquam comederat, & biberat

a Ramathaim, vel iuxta veteres editiones Armathai, vel Ramatha & Armathes, ciuitas tribus Manassæ separata Leuitis, & patria Samuelis,in Thānitica regione montis Ephraim iuxta Diospolim,procul ab Hierosolymis 20. mil. vnde fuit Ioseph qui in Euāgeliis ab Arimathia describitur. Beda super primū li. Reg. ca. 1.
b De vna duarum Ramath, quæ duo excelsa erant, per quę dae intelligitur tribus regalis videlicet, & licenter talis. Hiero. super lib. Reg.
c Sophim autem mons Ephraī in loco Ramatheim. Idem ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Silo. Et Heli sacerdote sedente super sellã ante postes domus domini,[10] cum esset Anna amaro animo, orauit ad dominum flens largiter,[11] & votum vouit, dicens: Dñe exercituum, si respiciens videris afflictionẽ famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederísq; seruæ tuæ sexum virilem, dabo eum dño omnibus diebus vitæ eius, † & nouacula non ascendet super caput eius. [12] Factum est autem cum illa multiplicaret preces[d] corã domino, vt Heli obseruaret os eius. [13] Porrò Anna loquebatur in corde suo, tantúmq; labia eius mouebantur, & vox penitus nõ audiebatur. Æstimauit ergo eam Heli temulentam,[14] dixítq; ei: Vsquequo ebria eris? Digere c paulisper vinum quo mades. [15] Respondens Anna: Nequaquam, inquit, domine mi. Nam mulier infœlix nimis ego sum: vinúmq; & omne quod inebriare potest nõ bibi, sed[e] effudi animam meam in conspectu domini. [16] Ne reputes ancillam tuam quasi vnam de filiabus Belial: quia ex multitudine doloris & mœroris mei locuta sum vsq; in præsens. [17] Tunc Heli ait ei: Vade in pace, & deus Israel det tibi petitionem tuam, quam rogasti eum. [18] At illa dixit: [f] Vtinam inueniat ancilla tua gratiã in oculis tuis. Et abiit mulier in viam suam, & comedit, vultúsq; illius non sunt amplius in diuersa mutati. [19] Et surrexerunt mane, & adorauerunt coram domino, reuersíq; sunt & venerunt in domum suam in Ramatha. Cognouit autem Elcana Annam vxorem suã: & recordatus est eius dominus. [20] Et factum est post circulum dierũ concepit Anna, & [g] peperit filium: vocauítq; nomen eius Samuel, eò quòd à dño postulasset eũ. [21] Ascendit autem vir eius Elcana & omnis domus eius vt immolaret domino hostiã solennem, & votum suum, [22] & Anna non ascendit. Dixit enim viro suo: Non vadã donec ablactetur infans, & ducam eum, vt appareat ante conspectum domini, & maneat ibi iugiter. [23] Et ait ei Elcana vir suus: Fac quod bonum tibi videtur, & mane donec ablactes eum: precórq; vt impleat dñs verbum suum. [h] Mansit ergo mulier, & lactauit filium suum, donec amoueret eum à lacte. † [24] Et adduxit eum secum postquam ablactauerat, in vitulis tribus, & tribus modiis farinæ, & amphora vini: & adduxit eũ ad domum domini in Silo. Puer autem erat adhuc infantulus. [25] Et immolauerunt vitulum, & obtulerunt puerum Heli. [26] Et ait Anna: Obsécro mi domine: viuit anima tua domine: Ego sum illa mulier quæ steti coram te hic orans dominum [27] pro puero isto. Oraui, & dedit mihi dominus petitionem meam quam postulaui eũ. [28] Idcirco & ego commodaui eum domino cunctis diebus quibus fuerit accommodatus domino. Et adorauerunt ibi dominum. Et orauit Anna, & ait.

d. Corã deo orat, qui orat vndiquaque suam colligés mentem, nihil habens cum terra commercij. Chryso. de fide Annæ Homil.

e. Id est meipsam totam cõuerti ad dominum, mẽtem meã exinaniui apud illum. Chryso. ibidem.

f. Hoc est ex fine rerúmque exitu discas quòd hanc deprecationem fecerim, non ex vinolẽtia, sed ex mœrore. Chryso. ibid.

g. Samuel circa annum 10. regni Heli fertur natus de stirpe Leuitica. Nã Leui genuit Caath qui genuit Aminadab, Aminadab genuit Core, Core genuit Assir, Assir genuit Elcana. Elcana genuit Zuph, Zuph genuit Thohu, Thohu genuit Heliu, Heliu genuit Ieroham, Ieroham genuit Elcana, Elcana genuit Samuelem. Hier. ibid.

h. Nõ existimabat Anna esse tutũ relicta domo ascendere in tẽplum, & cũ accepisset donum, non sustineret absque dono cõparere. Eóque tanto tempore remansit, vt cũ dono cõpareret. Adduxit, ac reliquit, nec puerã mãma diuulsit molestẽ tulit, sed ad dominum respexit, qui matrem creauerat: nec ipsa mater doluit à puero seiũcta propterea quòd naturalẽ affectũ vicit interueniens gratiar. & vterque se alteri cõuiuere existimabat. Chryso. homil. 2. super lib. Regum.

c cerdotum ad pópulum: sed quicunq; immolasset victimam, veniebat puer sacerdotis dum coquerentur carnes, & habebat fuscinulam tridentem in manu sua, [14] & mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, siue in cacabum: & omne quod leuabat fuscinula, tollebat sacerdos sibi. c Sic faciebant vniuerso Israeli venientiũ in Silo. [15] Etiam antequam adolerent adipẽ, veniebat puer sacerdotis, & dicebat immolanti: Da mihi carnem, vt coquam sacerdoti. nõ enim accipiam à te carnem coctam, sed crudam. [16] Dicebátq; illi immolans: Incendatur primùm iuxta morẽ hodie adeps, & tolle tibi quantumcunque desiderat anima tua. Qui respondens aiebat ei: Nequaquam. nunc enim dabis, alioquin tollam vi. † [17] Erat ergo peccatum puerorum grãde quam. nunc enim dñs, quia detrahebant homines sacrificio domini. [18] Samuel autem ministrabat ante faciem domini puer accinctus[f] Ephod lineo [19] Et tunicam paruam faciebat ei mater sua, quam afferebat statutis diebus ascendens cum viro suo vt immolaret hostiam solennem. [20] Et benedixit Heli Elcanæ, & vxori eius, dixítq; ei: Reddat tibi dñs semen de muliere hac, pro fœnore quod commodasti domino. Et abierunt in locum suum. [21] Visitauit ergo dominus Annam, & concepit, & peperit tres filios, & duas filias. Et magnificatus est puer Samuel apud dominum. [22] Heli autem erat senex valde, & audiuit omnia quæ faciebant filij sui vniuerso Israeli, & quomodo dormiebant cum mulieribus quæ obseruabant ad ostiũ tabernaculi, [23] & dixit eis: Quare facitis res huiuscemodi, quas ego audio, res pessimas ab omni populo? [24] Nolite filij mei. [g] Non enim est bona fama quam ego audio, vt transgredi faciatis populum dñi. † [25] Si peccauerit vir in virum, placari ei potest deus: si autem in dominum peccauerit vir, [h] quis orabit pro eo? Et non audierunt vocem patris sui, quia voluit dominus occidere eos. [26] Puer autẽ Samuel proficiebat, atque crescebat: & placebat tã deo quàm hominibus. [27] Venit autem vir dei ad Heli, & ait ad eum: Hæc dicit dominus: Nunquid non aperte reuelatus sum domui patris tui, cũ essent in Ægypto in domo Pharaonis, [28] & elegi eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem, vt ascenderet ad altare meum, & adoleret mihi incensum, & portaret Ephod corã me, & dedi domui patris tui omnia de sacrificiis filiorum Israel? [29] Quare calce abiecistis victimam meam, & munera mea quæ præcepi vt offerentur in templo: & † magis honorasti filios tuos, quàm me, vt comederetis primitias omnis sacrificij Israel populi mei? [30] Propterea ait dominus deus Israel: † Loquens locutus sum, vt domus tua & domus patris tui ministraret in conspectu meo vsque in sempiternum: nunc autem dicit dominus: Absit hoc à me: [i] sed quicunque honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. [31] Ecce dies veniunt, & præcidam [k] brachium tuum, & brachium domus patris tui, vt nõ sit[l] senex in domo tua. [32] Et videbis[m] æmulum tuum in templo in vniuersis prosperis Israel: & nõ erit senex in domo tua omnibus diebus. [33] Veruntamen non auferã penitus virum ex te ab altari meo, sed vt[n] deficiant oculi tui, & tabescat anima tua, & pars magna domus tuæ morietur cum ad virilem ætatem venerit. [34] Hoc autem erit tibi signum quod vẽturum est duobus filiis tuis Ophni & Phinees: † In die vno morientur ambo. † [35] Et suscitabo mihi sacerdotẽ fidelem, qui iuxta cor meum & animam meam faciet, & ædificabo ei domum fidelẽ, & ambulabit coram Christo meo cũctis diebus. [36] Futurum est autem, vt quicunque remanserit in domo tua, veniat vt oretur pro eo, & offerat nummum argenteum, & tortam panis, dicátque: Dimitte me, obsecro, ad vnam partem sacerdotalem, [o] vt comedam buccellam panis.

e. Filij Heli diuina sacrificia temerantes peccabant coram domino: & deridebãt per eos multi sacrificia dominj. Vnde Heli facessdos pro eorum iniquitate damnat[e] est, quòd eos peccantes minus fenera animaduersione plectebat. Fucher. ibidem.

f. Linea veste, qua Leuite ad diuinum accessuri cultum vestiebantur.

g. Corripuit, & punitus est quia nõ corripere debuit, sed abiicere.

h. Quædã interrogationes in sacris literis quæ negationem inferre videtur, nõ sunt negatiuæ intelligẽdæ, vt hæc. Ambros. de pœnit. lib. 1. cap. 8.

i. Nec honoratur dominus ab eis, nec timetur, qui eius præcepta nõ faciũt. Hiero.

k. Dignitatẽ sacerdotalẽ.

l. Sacerdos magnus.

m. Sadoch põtificem abiecto à Salomone Abiathar. 3. Reg. 1. f.

n. Neque enim Heli puniebatur, quia malos filios habebat: sed quia vltra debitum increpationi pepercerat. Chryso. ibidem.

o. Quibus verbis ipsum sacrificiũ Christianorũ eleganter expressum est, de quo dicit sacerdos ipse: Panis quẽ ego dabo, caro mea est. Ipsum quoq; est sacrificiũ non secundũ Aarõ, sed secundũ ordinem Melchisedeck. Bucer. ibidem.

Anna præ gaudio in canticum prorumpit: Heli pœnam indulgentiæ filiorum dominus minatur & mortem. II.

a. Ista igitur ad filios mater dicit, quæ simul & viduitatis in se, & integritatis in liberis titulos in domũ suam intulit quasi quosdã fœmineos principatus. Egregia sanè fœmina, quæ sibi nihil reliquit vtroli quod habuit, deo obtulit. Cuius vita infuturis disciplinæ est, & quædã formula castitatis, bono proposito, & meliore magisterio. Exemplũ enim magisterij. Exemplũ enim viduitatis & virginitatis magisterium est. Ambr. ad virgines exhortatio.

b. Filius meus, siue quo abusque cornu cerã. Hier. ibid.

c. De quo scriptum est in Psal. Vt colloceret eum cũ principibus. Et in Euangelio: Sedebitis super sedes duodecim, &c. Euch. ibid.

d. Horum enim filiorũ Heli hæc fuere crimina, vẽtris ingluuies, & fornicatio, quos cum talibus dedicos vitijs parce non corripuit aut coercuit, & suam & illorum salutem perdidit. Chryso. ibidem. Vitupera vitæ monasticæ.

Porrò filij Heli, filij Belial, nescientes dominum, [13] neque officium sacerdotum

a. Hic d puero nutritus in templo deo semper charus & gratissimus fuit, tantáque virtutis indicia à prima ætate præbuit, vt antequam ad viriles annos enasceret, inter mirabiles prophetas scriberetur. Chryso. de prouidentia dei lib. 3.

b. Nocte enim lucerna cẽdelabri ardebat ante arcã, quæ mane extinguebatur. Exod. 27. Hiero.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ni vbi erat arca dei.[4] Et vocauit dominus Samuel. Qui respondens ait: Ecce ego.[5] & cucurrit ad Heli,& dixit:Ecce ego,vocasti enim me. Qui dixit: Non vocaui te, fili. reuertere,& dormi. Et abiit,& dormiuit.[6] Et adiecit dñs rursum vocareSamuelē. Cōsurgénsque Samuel abiit ad Heli,& dixit:Ecce ego, quia vocasti me. Qui respondit: Non vocaui te,fili mi.reuertere,& dormi.[7] Porrò Samuel[c] necdum sciebat dñm, neque reuelatus fuerat ei sermo dñi. [8] Et adiecit dñs,& vocauit adhuc Samuelē tertiò. Qui consurgens abiit ad Heli,[9] & ait. Ecce ego,quia vocasti me. Intellexit ergo Heli quia dñs vocaret puerum, & ait ad Samuel: Vade,& dormi:& si deinceps vocauerit te,dices:Loquere dñe,quia audit seruus tuus. Abiit ergo Samuel,& dormiuit in loco suo.[10] Et venit dominus,& stetit,& vocauit sicut vocauerat secūdò:Samuel Samuel. Et ait Samuel:Loquere domine,quia audit seruus tuus.[11] Et dixit dñs ad Samuel: Ecce ego facio verbum in Israel,quod quicunq; audierit,tinnient ambæ aures eius.[12] In die illa suscitabo aduersumHeli omnia quæ locutus sum super domum eius. Incipiā, & complebo.[13] Prædixi enim ei quòd iudicaturus essem domum eius in æternū propter iniquitatem,† eò quòd nouerat indignè agere filios suos,& non corripuerit eos. [14] Idcirco iuraui domui Heli,quòd non expietur iniquitas domus eius victimis & muneribus vsq; in æternum.[15] Dormiuit autem Samuel vsq; mane,aperuítque ostia domus domini. Et Samuel timebat indicare visionem Heli.[16] Vocauit ergo Heli Samuelem,& dixit:Samuel fili mi. Qui respondens ait: Præsto sum.[17] Et interrogauit eū:Quis est sermo quē locutus est dominus ad te?Oro te ne celaueris me.Hæc faciat tibi deus, & hæc addat,si absconderis à me sermonem ex omnibus verbis quæ dicta sunt tibi.[18] Indicauit itaq; ei Samuel vniuersos sermones,& non abscondit ab eo. Et ille respondit:Dñs est:quod bonum est in oculis suis,faciatur.[19] Creuit autē Samuel, & dñs erat cum eo,&[c] non cecidit ex omnibus verbis eius in terram.[20] Et cognouit vniuersus Israel à [f] Dan vsq; Bersabee, quòd fidelis Samuel [g] propheta esset domini. [21] Et addidit dominus vt appareret in Silo:quoniā reuelatus fuerat dominus Samueli in Silo,iuxta verbum domini. Et euenit sermo Samuelis vniuerso Israeli.

c. Nondū diuinis alloquiis assuetus erat. Ideo vocem domini non agnouerat, vt dei reuelationes discernere posset.

d. Videsingentem dei indignationem cruciarūmq; vehementissimū, & omnino spe venię exclusū. Chrysost. lib. 3. aduersus vituperatores. vitæ monasticæ.

e. Nullum Samuel verbum prophetauit quod effectu non compleretur.

f. Dan quæ nunc Cæsarea Philippi dicitur,prius Lais & Lesem, terminus est terræ sanctæ versus Austrum: Bersabee vero alter terminus versus Aquilonem, vt cum velint totū includere Israeliciū populū, vulgari dicūt adagio: à Dan vsque Bersabee.

g. Anno ætatis suæ duodecimo. Iosephus.

Arca dei capta Israelitæ passim à Philisthæis cum duobus filiis Heli cæduntur,quod audiens Heli corruens occumbit,nuru pariente. IIII.

ET factum est in diebus illis,conuenerunt Philisthiim in pugnam. Egressus est namque Israel obuiam Philisthiim in prælium,& castrametatus est iuxta[a] lapidem adiutorij. Porrò Philisthiim venerunt in Aphec,[2] & instruxerunt aciem contra Israel. Inito autem certamine terga vertit Israel Philisthæis:& cæsa sunt in illo certamine passim per agros quasi quatuor milia virorum. [3] Et reuersus est populus ad castra. Dixerúntq; maiores natu de Israel: Quare percussit nos dominus hodie coram Philisthiim? [b] Afferamus ad nos de Silo arcam fœderis domini,& veniat in mediū nostri,vt saluet nos de manu inimicorum nostrorum. [4] Misit ergo populus in Silo, & tulerunt inde arcam fœderis domini exercituum sedentis super Cherubim. Erántq; duo filij Heli cum arca fœderis domini, Ophni & Phinees.[5] Cúmque venisset[c] arca fœderis domini in castra, vociferatus est omnis Israel clamore grandi,& personuit terra. [6] Et audierunt Philisthiim vocem clamoris, dixerúntq;:Quænam est hæc vox clamoris magni in castris Hebræorum? Et cognouerunt quòd arca domini venisset in castra. [7] Timuerúntque Philisthiim, dicentes: Venit deus in castra. Et ingemuerunt,dicentes:Væ nobis:Non enim fuit tanta exultatio heri & nudiustertius.[8] Væ nobis: Quis nos saluabit de manu deorum sublimiū istorum?Hi sunt dij qui percusserunt Ægyptum omni plaga in deserto. [9] Confortamini,& estote viri Philisthiim,ne seruiatis Hebræis,sicut & illi seruierunt nobis.Cōfortamini,& bellate. [10] Pugnauerunt ergo Philisthiim,& [d] cæsus est Israel: & fugit vnusquisque in tabernaculum suum. Et facta est plaga magna nimis, & ceciderunt de Israel triginta milia peditum:[11] & [e] arca dei capta est.Duo quoque filij Heli mortui sunt, Ophni & Phinees. [12] Currens autem vir de Beniamin ex acie, venit in Silo in die

a. Lapis adiutorij quem Hebraei Eben hahezer vocāt, locus est in agro Bethcar, non longè à Masphat.

b. Filij Israel de se nihil cōfidentes, arcā testamēti domini in exercitu suo in pugnam contra aduersarios conducunt. Sed legis transgressores nequaquā legis arca tuetur, victo populo & deleto ex parte populo ab alienigenis ipsa capitur. Augustin. de mirabil. scripturæ lib. 2. cap. 7.

c. Proinde lex dei, quæ in edictis data est angelorū, in qua vnus deus deorū religione sacrorum iussus est coli, alij verò quilibet prohibiti, in arca erat posita, quæ arca testimonij nuncupata est. Quo nomine satis significatur, non deum qui per omnia illa colebatur, circuncludi solere vel contineri loco, cum responsa eius, & quædā humanis sensibus darentur signa ex illius arcę loco. Augu. de ciuit. dei. lib. 10. cap. 17.

d. Capta arca domini cæsi sunt 10000. Hebræorū cū duobus filiis Heli à Philisthæis.

e. In prophetia enim arca illa ab alienigenis capta, indicabat testamētum dei transiturum ad gentes. Euchērius ibidem.

in die illa,scissa veste,& cōsparsus puluere caput.[13] Cúmq; ille venisset,Heli sedebat super sellam contra viam expectās. Erat autem cor eius pauens pro arca domini. Vir autem ille postquam ingressus est,nunciauit vrbi,[f] & vlulauit omnis ciuitas.[14] Et audiuit Heli sonitum clamoris,dixítq;:Quis est hic sonitus tumultus huius? At ille festinauit, & venit, & nunciauit Heli. [15] Heli autem erat nonaginta & octo annorum, † & oculi eius caligauerant,& videre nō poterat.[16] Et dixit ad Heli:Ego sum qui veni de prælio,& ego qui de acie fugi hodie.Cui ille ait: Quid actum est,fili mi?[17] Respondens autem ille qui nunciabat:† Fugit,inquit,Israel coram Philisthiim,& ruina magna facta est in populo:insuper & [g] duo filij tui mortui sunt,Ophni & Phinees,& arca dei capta est.[18] Cúmq; ille nominasset arcam dei,cecidit de sella retrorsum iuxta ostium,& fractis ceruicibus mortuus est.Senex enim erat vir & grādæuus, & ipse iudicauit Israel quadraginta annis. [19] Nurus autem eius vxor Phinees,prægnās erat,vicináq; partui:& audito nuncio quòd capta esset arca dei,& mortuus esset socer suus, & vir suus,incuruauit se,& peperit. Irruerāt enim in eā dolores subiti.[20] In ipso autē momento mortis eius, dixerunt ei qui stabant circa eam: Ne timeas, quia filium peperisti. Quæ non respondit eis,neq; animaduertit.[21] Et vocauit puerum Ichabod,dicens: Translata est gloria domini de Israel, quia capta est arca dei. Et pro socero suo, & pro viro suo,[22] ait:Translata est gloria ab Israel,eo quòd capta esset arca dei.

f. Vide quantum deilegem tueri oporteat, cum Heli quia ab eo lex dei nō cū omni vehementia atque constantia fuerit defensa,quāuis ille quondam admirabilis, perdidit sacerdotium. Cuius cum vita esset irreprehensibilis,tamen quia filios calcantes dei legē non cum seueritate corripuit, cum illis etiam iure punitus est. Chryso. super Matt. homil. 17.

g. Hoc ergo signum mortis filiorum Heli factū est mutandi sacerdotij de domo huius: quo signo significatum est mutādum iacerdotium domus Aaron. Mors quippe filiorū huius significauit mortem nō hominū, sed ipsius sacerdotij de filiis Aaron. August. de ciui. dei lib. 17. cap. 5.

Dagon in terram corruit arca dei iuxta ipsum posita,vnde Philisthæi morbis percussi, arcam à se expellunt. V.

PHilisthiim autem tulerunt [a] arcam dei,& asportauerunt eā à lapide adiutorij in [b] Azotum.[2] Tulerúntq; Philisthiim arcam dei, & intulerunt eam in templū Dagon,& statuerunt eam iuxta Dagon.[3] Cúmq; surrexissent diluculo Azotij altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcam domini. Et tulerūt Dagon, & restituerunt eam in locū suū. [4] Rursúmque mane die altera consurgentes, inuenerunt Dagon iacentem super faciem suam in terra coram arca domini. Caput autem Dagō, & duæ palmæ manuum eius abscissæ erant super limen,[5] porrò Dagon solus truncus remanserat in loco suo. Propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon,& omnes qui ingrediūtur templum eius,super limen Dagon in Azoto,vsq; in hodiernum diem. † [6] Aggrauata est autem manus domini super Azotios,& demolitus est eos.† Et percussit in secretiore parte natium Azotum,& fines eius: & ebullierunt villæ & agri in medio regionis illius,& nati sunt mures,& facta est confusio mortis magnæ in ciuitate:[7] Videntes autem viri Azotij huiuscemodi plagam,dixerunt: Nō maneat arca dei Israel apud nos: quoniam dura est manus eius super nos,& super Dagon deum nostrum.[8] Et mittentes congregauerunt omnes Satrapas Philisthinorum ad se,& dixerunt:† Quid faciemus de arca dei Israel? Respondérúntq; [c] Gethæi: Circunducatur arca dei Israel. Et circunduxerunt arcam dei Israel.[9] Illis autē circunducentibus eam,fiebat manus domini dei per singulas ciuitates interfectionis magnæ nimis: & percutiebat viros vniuscuiusque vrbis à paruo vsque ad maiorem, & computrescebant prominētes extales eorum. Inierúntque Gethæi consilium, & fecerunt sibi sedes pelliceas.[10] Miserunt ergo arcam domini in [d] Accaron. Cúmq; venisset arca domini dei in Accaron, exclamauerunt Accaronitæ,dicentes: Adduxerunt ad nos arcam dei Israel,vt interficiat nos & populum nostrum.[11] Miserunt itaque,& congregauerunt omnes Satrapas Philisthinorum. Qui dixerunt: Dimittite arcam dei Israel, & reuertatur in locū suū, vt non interficiat nos cum populo nostro.Fiebat enim pauor mortis in singulis vrbibus,& grauissima valde manus domini dei.[12] Viri quoque qui mortui non fuerant, percutiebantur [e] in secretiori parte natium,& ascendebat vlulatus vniuscuiusque ciuitatis in cœlum.

a. Arca domini 7. mēses mansit apud Philisthæos cū malo eorum.

b. Azotus vrbs insignis in sorte tribus Dan, 200. stadiis distans ab Ascalone,vna tādem ex præcipuis vrbibus Philisthinorum.

c. Geth quarta vrbs Philisthinorum,16. miliarib distans ab Ioppe iuxta Lydā & Iamniam sita in colliculo, vbi adhuc vitulum grandē vidit Hier. vt sup. Mich. citat.

d. Accaron in sorte duplici Iudæ & Dan, ex principalioribus Philisthinorum oppidum vltimum. Accaron autē Hiero. in locis Hebraicis admonet Cęsaream Stratonis aliquando dictā. Plinius Apollonię, Vespasiani coloniam. De hac Ioseph. 13. f

e. In absconditis & verecūdis partibus anis quibꝰ nulla medela adhiberi poterat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Philisthæi arcam cum muribus & anis aureis à se dimittunt per vaccas lactantes, & nouum plaustrum, vsque Bethsames, vbi vaccas super ligna plaustri immolauerunt. V I.

EVit ergo arca domini in regione Philisthinorum septẽ mensibus. [2] Et A Iosue.6.
post hæc vocauerũt Philisthiim sacerdotes [a] & diuinos, dicẽtes: Quid † Supra.2.
faciemus de arca dei? † Indicate nobis, quomodo remittamus eam in
locum suum. Qui dixerũt: [3] Si remittitis arcam dei Israel, nolite dimit-
tere eam vacuã, sed quod debetis ei, reddite pro peccato, & tunc cura-
bimini, & scietis quare nõ recedat manus eius à vobis. [4] Qui dixerũt: Quid est quod
pro delicto reddere debeamus ei? Responderúntque illi: [5] Iuxta numerum [b] prouin-
ciarum Philisthinorum quinque anos aureos facietis, & quinque mures aureos, quia
plaga vna fuit omnibus vobis, & [c] Satrapis vestris. Facietísque similitudines anorum
vestrorum, & similitudines murium qui demoliti sunt terrã, & dabitis deo Israel glo
riam si forte releuet manum suam à vobis, & à diis vestris, & à terra vestra. [6] Quare B † Exodus
aggrauatis corda vestra, sicut aggrauauit Ægyptus & Pharao cor suũ? † Nonne post-
quam percussus est, tũc dimisit eos, & abierunt? [7] Nũc ergo arripite & facite plaustrũ
nouum vnum: & duas vaccas fœtas, quibus nõ est impositum iugum, iungite in plau
stro, & recludite vitulos earum domi. [8] Tolletísq; arcam domini, & ponetis in plau-
stro, & vasa aurea quæ exoluistis ei pro delicto, ponetis in capsellã ad latus eius, & di-
mittite eam vt vadat: [9] & aspicietis. Et si quidẽ per viam finiũ suorum ascenderit cõ-
tra Bethsames, ipse fecit nobis hoc malum grande. sin autẽ minimè, sciemus quia ne-
quaquã manus eius tetigit nos, sed casu accidit. [d] [10] Fecerũt ergo illi hoc modo: & tol
lentes duas vaccas quæ lactabant vitulos, iunxerunt ad plaustrum, vitulósque earum
concluserunt domi. [11] Et posuerunt arcam dei super plaustrum, & capsellam quæ ha- C
bebat mures aureos, & similitudinẽ anorum. [12] Ibant autem in directũ vaccæ per viã
quæ ducit Bethsames, & itinere vno gradiebantur pergentes & mugiẽtes: & non de-
clinabant neq; ad dextram neque ad sinistrã. Sed & Satrapæ Philisthiim sequebantur
vsque ad terminos Bethsames. [13] Porrò Bethsamitæ metebãt triticum in valle: & ele-
uantes oculos suos viderunt arcam, & [e] gauisi sunt cum vidissent. [14] Et plaustrum ve-
nit in agrum Iosue Bethsamitæ: & stetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus. Et concide-
runt ligna plaustri, vaccásq; imposuerunt super ea holocaustũ domino. [15] Leuitæ autẽ
deposuerũt arcam dei, & capsellam quæ erat iuxta eam, in qua erant vasa aurea, & po
suerunt super lapidem grandem. Viri autẽ Bethsamitę obtulerunt holocausta, & im-
molauerunt victimas in die illa domino. [f] [16] Et quinq; Satrapæ Philisthinorum vide-
runt, & reuersi sunt in Accaron in die illa. [17] Hi sunt autem ani aurei, quos reddiderũt D
Philisthiim pro delicto domino: Azotus vnum, Gaza vnum, Ascalon vnum, Geth
vnũ, Accaron vnum: [18] & mures aureos secundũ numerum vrbiũ Philisthiim quin-
que prouinciarum, ab vrbe murata vsque ad villam quæ erat absque muro: & vsque
ad Abel magnum, super quem posuerunt arcam domini: quæ erat vsque in illa die in
agro Iosue Bethsamitæ. [19] Percussit autem dominus de viris Bethsamitis, eò quòd vi-
dissent arcam domini, & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta mi-
lia plebis. Luxítq; populus eò quòd dominus percussisset plebem plaga magna. [20] Et
dixerunt viri Bethsamitę: Quis poterit stare in conspectu domini dei sancti huius? Et
ad quem ascendet à nobis? [21] Miserúntq; nuncios ad habitatores [g] Cariath-iarim, di-
centes: Reduxerunt Philisthiim arcam domini, descendite, & reducite eam ad vos.

Percussi Bethsamitæ arcam dederunt viris Cariath-iarim, quam reduxerunt in Gabaa in domum Abinadab, conuersi verò Israelitæ vicerunt Philisthæos. V I I.

VEnerunt ergo viri Cariath-iarim, & reduxerunt arcam domini, & intule- A
runt eam in domum Abinadab in Gabaa. Eleazarum autem filium eius san-
ctificauerunt, vt custodiret arcam domini. [2] Et factum est, ex qua die mansit
arca domini in Cariath-iarim, multiplicati sunt dies. erat quippe iam [h] annus vicesi-
mus.

2. Quoniam igitur vatibus talia consilia dicentibus illatum tunc regionum populis credi derunt, eorúmq; implerunt præceptum: Deus quoque condescensione soluta, diuinorum sententiam comprobauit: nec maiestatem sua patuit indignum, in effectum operis prophanorũ dicta perducere. Chryso. in Matth. homil. 6.
b. Quoniam tunc in Palæsthina quinque erant præcipui Satrapæ, & quinq; ciuitates: Azotus, Gaza, Ascalon, Geth, Accaron.
c. Satrapa lingua Persica præfectus dicitur, inde Satrapia præfectura, quo vtũtur Græci σατράπαις, & Hebræi, פַּחַת pahat.

d. Deinde ipsi Philisthiim prodigiis acti, deformiq; panici, arcam domini testimonij populo vnde cepta: reddiderunt. Ipsa autem redditio qualis fuit? Imposuerũt eam plaustro, eique mucosa quibus vitulos lugentes abstraxerãt, subiunxerũt, & eas quò vellent ire iuerunt, ecquam hãc vim diuinam explorare cupientes. At ille sine homine ductæ rectore ad Hebræos viã pertinaciter gradientes, nec reuocatæ mugitibus esurientiũ filiorum magnũ sacramẽtũ suis cultoribus reportarunt. Aug. de ciuita. dei lib. 10. cap. 17.
e. Putãt Hebræi Bethsamitas arcã curiosè aperuisse, & ob id pœnas luisse.

f. Vaccis autẽ verã viam ingredi, & recta non aliter quam si deducerentur tendentibus, principes Palæsthinorum sequebantur cupientes cognoscere quò perueniret, & vbi plaustrũ sisteret. Ioseph. Antiq. lib. 6. c. 1.

g. Cariathiarim, quæ & Baala, & Baalpharasim dicta est, ciuitas Iudææ, de qua supra Iosue. 15. g. & Ios. 18. d.

a. Licet tamen Samuel & Saul alios plures detulerant, in eandem tamen domum reducebatur, donec eam duxerit Dauid in arcẽ Sion octauo anno regni sui, ver. 2. Reg. 6.
b. Dies miseriarũ à reprobatione sacerdotij Heli ad Samuelis ducatum per 20. annos quibus arca fuit in domo Abinadab.

mus. Et [c] requieuit omnis domus Israel post dominũ. [3] Ait autem Samuel ad vniuer- † Deut. 6. c. Matth. 4. b. 4 Iosue. 24. c
sam domũ Israel, dicens: † Si in toto corde vestro reuertimini ad dominum, auferte
deos alienos de medio vestrũ, Baalim, & Astaroth: & præparate corda vestra domi- B
no, & seruite ei soli, & eruet vos de manu Philisthiim. [4] Abstulerunt ergo filij Israel
Baalim, & Astaroth: & seruierunt domino soli. [5] Dixit autẽ Samuel: Congregate vni-
uersum Israel in Masphat, vt orem pro vobis dominũ. [6] Et conuenerunt in Masphat:
hauserúntque aquam, & effuderunt in conspectu domini, & ieiunauerunt in die illa,
& dixerũt ibi: Tibi peccauimus domine. Iudicauítq; Samuel filios Israel in Masphat.
[7] Et audierunt Philisthiim quòd congregati essent filij Israel in Masphat, & ascende-
runt Satrapæ Philistinorũ ad Israel. Quod cum audissent filij Israel, timuerunt à fa-
cie Philistinorum: [8] dixerúntq; ad Samuelem: Ne cesses pro nobis clamare ad domi- C
num deum nostrum, vt saluet nos de manu Philisthinorum. [d] [9] Tulit autem Samuel
agnum lactẽtem vnum, & obtulit illum holocaustum integrũ domino. Et clamauit
Samuel ad dominũ pro Israel, & exaudiuit eum dominus. [10] Factũ est autẽ cum Sa-
muel offerret holocaustum, Philisthiim inire bellum cõtra Israel. † Intonuit autẽ do-
minus fragore magno in die illa super Philisthiim, & exterruit eos, & cæsi sunt à filiis
Israel. [11] Egressíque filij Israel de Masphat, persecuti sunt Philisthæos, & percusserunt
eos vsq; ad locum qui erat subter [e] Bethcar. [12] Tulit autem Samuel lapidem vnum, &
posuit eum inter Masphat, & inter Sen, & vocauit nomen loci illius, lapis adiutorij.
Dixítq;: Hucusq; auxiliatus est nobis dominus. [13] Et humiliati sunt Philisthiim nec D
apposuerunt vltrà vt venirent in terminos Israel. Facta est itaq; manus domini super
Philisthæos cunctis diebus Samuelis, [14] & redditæ sunt vrbes quas tulerant Phili-
sthiim ab Israel, Israeli, ab Accaron vsque Geth, & terminos suos. Liberauítque Israel
de manu Philisthinorum. Erátque pax inter Israel & Amorræum. [15] Iudicabat quoq;
Samuel Israel cunctis diebus vitæ suæ, [16] & ibat per singulos annos circuiens Bethel,
& Galgala, & Maspha: & iudicabat Israelem in supradictis locis. [17] Reuertebatúrq;
in Ramatha. ibi enim erat domus eius, & ibi iudicabat Israelem. Ædificauit etiam ibi
altare domino.

c. Pœnitentiam egit, quia abiectis idolis ad seruiendum domino se toto corde dederunt.

d. Antequam enim templũ deo ædificatum esset, deo variis in locis sacrificabãt. Qui cum populum ad impietatẽ propensum esse sciret, culiũ suum vnico loco circũscripsit. Pius autem qui scopũ & finem legis intelligebat, omnis locus ad cultum diuinum consecratus erat. Procop. ibidem.

e. Bethcar locus est in agro Bethsames, quem Iosephus Corraos vocat. Cum ibitò, inquit, Samuel in perturbatos irruit, cæsis, plurimis, reliquos vsque Correos, id loco nomen est, persequi nõ destitit, & hinc ibi suæ victoriæ fugæq; hostiũ termino, qui trophæi vice esset, appellauit eum lapidem, in signum donatæ à deo cõtra hostem fortitudinis. Ioseph. Antiq. Iud. lib. 6. c. 2.

Filiis Samuelis non rectè pro eo iudicantibus, populus Regem à Samuele petunt, quibus vt eos à proposito deterreret, iura Regum paucis explicuit. V I I I.

ACtum [a] est autem cum senuisset Samuel, posuit filios suos iudices in A
Israel. [2] Fuítque nomen filij eius primogeniti Iohel, & nomen secundi
Abia, Iudicũ in Bersabee. [3] Et non ambulauerunt filij illius in viis eius,
sed declinauerunt post auaritiam, acceperúntq; munera, & peruerte-
runt iudicium. Congregati ergo vniuersi maiores natu Israel, venerũt
ad Samuelem in Ramatha, [5] dixerúntq; ei: Ecce tu senuisti, & filij tui non ambulant
in viis tuis. † Constitue nobis Regem, vt iudicet nos, sicut & vniuersæ habent natio- B
nes. [b] [6] Displicuítq; sermo in oculis Samuelis, eò quòd dixissent: Da nobis Regem vt
iudicet nos. Et orauit Samuel ad dominum. [7] Dixit autem dominus ad Samuẽ: Au-
di vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi: non enim abiecerunt te, sed me, ne
regnem super eos. [8] [c] Iuxta omnia opera sua quæ fecerũt à die qua eduxi eos de Ægy-
pto, vsque ad diem hanc, sicut dereliquerunt me, & seruierunt diis alienis: sic faciunt
etiam tibi. [9] Nunc ergo vocem eorum audi: veruntamen contestare eos, & prædic eis
ius Regis qui regnaturus est super eos. [10] Dixit itaq; Samuel oĩa verba domini ad po- C
pulũ qui petierat à se Regem, [11] & air: Hoc erit ius Regis qui imperaturus est vobis:
Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, faciétque sibi equites, & præcursores
quadrigarum suarum, [12] & cõstituet sibi Tribunos, & Centuriones, & aratores agro-
rum suorum, & messores segetum, & fabros armorũ & curruũ suorum. [13] Filias quo-
que vestras faciet sibi vnguẽtarias, & focarias, & panificas. [14] Agros quoq; vestros, &
vineas & oliueta optima tollet: & dabit seruis suis. [15] Sed & segetes vestras, & vinea-
rum reditus addecimabit, vt det eunuchis & famulis suis. [16] Seruos etiam vestros, &

a. Heli sacerdote reprobato substitutus est in dei ministerium Samuel, simul & officio functus sacerdotis & iudicis. Augu. de ciuit. dei lib. 17. c. 4. Ac cum præsenio non posset, verumq; munus obire, suos sibi filios in iudices fudicet. Samuel autem triginta annorum dicitur fuisse in morte Heli, vnde non potuit tũc senex dici, nisi pluribus annis populo præfuerit, forte origine: & tunc sexagenarius cũ populus ab eo Regem petiit.
b. Vbi vero tyrãnos sibi magis quæsiere quàm reges, tunc etiam in loco qui eis orationis causa fuerat prædestinatus, templum pro ambitione regia construxere, & sic per ordinem regibus impiis sibi inuicem succedẽtibus ad maiores impietates etiam populus declinauit. Clemens Reco lib. 1.
c. Et vt dominus hoc vlcisceretur, quòd scilicet sacerdotem spernerent, excitauit eis Saul Regem, qui eos iniuriis grauibus affligeret: & per omnes pœnas & contumelias superbũ populũ calcaret & premeret, vt cõtemptus sacerdos de superbo populo vltione diuina vindicaretur. Cypria. lib. 2. Epist. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ancillas,& iuuenes optimos & asinos auferet,& ponet in opere suo. [17] Greges quoq; vestros addecimabit,vósq; eritis ei serui. [18] Et clamabitis in die illa à facie Regis vestri quem elegistis vobis,[d] & non exaudiet vos dominus in die illa:quia petistis vobis Regem. [19] Noluit autē populus audire vocem Samuelis,sed dixerūt:Nequaquā.Rex enim erit super nos, [20] & erimus nos quoq; sicut omnes gentes,& iudicabit nos Rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis. [21] Et audiuit Samuel omnia verba populi,& locutus est ea in auribus domini. [22] Dixit autem dominus ad Samuelem:Audi vocem eorum,& constitue super eos Regem. Et ait Samuel ad viros Israel:Vadat vnusquisque in ciuitatem suam.

d. Persequetur eos inimicꝰ qui me Regē deserto periturus tibi Regē,sicut & gentes reliquæ,& fecerunt cōtra voluntatem dei. Denique Samuel ideo eis dura Regis imperia exponit. Hieron. super Hosee, c. 8.

Saul quærendo asinas patris sui peruenit ad Samuelem,cum quo pransus est, & in regem vnctus,cum ipso nocte quieuit. IX.

[1] ERat vir de Beniamin nomine Cis,filius [a] Abiel,filij Zeror,filij Bechorath,filij Sareth, filij Aphia, filij viri Iemini,fortis robore, [2] & erat ei filius vocabulo Saul,electus & bonus:† & non erat vir de filiis Israel melior illo.† Ab humero ad sursum eminebat super omnē populū. [3] Perierant autem asinæ Cis patris Saul:& dixit Cis ad Saul filium suum:Tolle tecum [b] vnū de pueris, & consurgens vade & quære asinas. Qui cum transissent per montem Ephraim,[4] & per terram Salisa,& non inuenissent:transierunt etiam per terram Salim, & non erant:sed & per terram Iemini,& minime repererunt. [5] Cum autem venissent in terram Zuth,dixit Saul ad puerum qui erat cum eo:Veni,& reuertamur: ne forte dimiserit pater meus asinas, & solicitus sit pro nobis. [6] Qui ait ei:Ecce vir dei est in ciuitate hac,vir nobilis.omne quod loquitur, sine ambiguitate venit. Nunc ergo eamus illuc, si forte indicet nobis de via nostra propter quam venimus. [7] Dixitq; Saul ad puerum suū:† Ecce ibimus:quid feremus ad virum dei? Panis defecit in sitarchiis nostris,& sportulā nō habemus,vt demus homini Dei, nec quicquā aliud.[8] Rursum puer respondit Sauli,& ait:Ecce inuenta est in manu mea[c] quarta pars stateris argēti: demus homini dei,vt indicet nobis viam nostram. [9] Olim in Israel sic loquebatur vnusquisque vadens consulere deū:Venite,& eamus ad videntē. Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns. [10] Et dixit Saul ad puerum suum:† Optimus sermo tuus. [11] Veni,eamus. Et ierunt in ciuitatem in qua erat vir dei. Cúmque ascenderent cliuum ciuitatis,inuenerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam,& dixerunt eis:Num hic est videns? [12] Quæ respondentes dixerunt illis:Hic est:ecce ante te.festina nunc.Hodie enim venit in ciuitatem,quia [d] sacrificium est hodie populi in excelso. [13] Ingredientes vrbem statim inuenietis eum, antequam ascendat excelsum ad vescendum.Neque enim comesturus est populus donec ille veniat, quia ipse benedicet hostiæ,& deinceps comedent qui vocati sunt. Nunc ergo conscendite, quia hodie reperietis eum. [14] Et ascenderunt in ciuitatem. Cúmque ambularent in medio vrbis,apparuit Samuel egrediens obuiam eis, vt ascenderet in excelsum. [15] Dominus autem reuelauerat auriculam Samuelis ante vnam diem quàm veniret Saul, dicens: [16] Hac ipsa hora quæ nunc est,cras mittam virum ad te de terra Beniamin,† & vnges eum ducem super populum meum Israel.Et saluabit populum meum de manu Philisthinorum,quia respexi populum meum.Venit enim clamor eorū ad me. [17] Cúmque aspexisset Samuel Saulem, dominus dixit ei: Ecce vir quem dixeram tibi. Iste dominabitur populo meo. [18] Accessit autem Saul ad Samuelem in medio portæ, & ait:Indica oro mihi,vbi est domus videntis? [19] Et respondit Samuel Sauli,dicens:Ego sum videns.[e] Ascende ante me in excelsum, vt comedas mecum hodie, & dimittam te mane,& omnia quæ sunt in corde tuo, indicabo tibi. [20] Et de asinis quas nudiustertius perdidisti, ne solicitus sis: quia inuentæ sunt. Et cuius erunt optima quæque Israel:Nónne tibi & omni domui patris tui? [21] Respondens autem Saul,ait:Nunquid non filius Iemini ego sum, de minima tribu Israel, & cognatio mea nouissima inter omnes familias de tribu Beniamin? Quare ergo locutus es mihi sermonem istum?

a. Abiel in libro Paralip. dicit Iaiel parer Cis & Ner. verū quia Ner educauerit Cis fratrē suū, dicit ibidem illū genuisse. Hieron. super 8. cap. Paralipo.

b. Hunc autē puerum dicūt fuisse Daeg Idumæum, qui cū eo pergit ad requirēdas asinas patris sui. Hier. super 8. cap. Paralipomenon.

c. Nō enim scriptum est q Samael acceperis, aut q illi obtulerint, quin potius à prophetis pascuntur, & inuitantur ad prādium. Hier. Nectamē putabat Saul asinas sibi a Samuele aliter indicari nisi precio diuinationis. Hæc ibidē Hiero. & post eum Eucherius ibidē.

d. Sacrificium in hoc loco, prout aliqui intelligi volunt, prādium intelligitur, quod præparauerat Samuel in kalendis, quia sequitur, neque enim comesturus est, &c. Cæterum si quis simpliciter de hostiis immolatis ac sacrificiis intelligere voluerit, non non inhibemus. Angelom⁹ ibidem.

e. Hic enim si nō displicuerit (si tn scriptum inuenimus) traditionem iudæorū inserere præsumimus. Erat enim in corde Saul (sicut ipsi tradūt) quòd res furtiuæ essent: quia viderat per visum se in vertice arboris collocari, quæ visio signum regale erat. Angelom⁹ ibidem post Hieronymum.

[22] Assumens itaq; Samuel Saulē & puerum eius,introduxit eos in [f] triclinium, & dedit eis locū in capite eorum qui fuerant inuitati. Erant enim quasi triginta viri. [23] Dixítq; Samuel coco: † Da partem quam dedi tibi, & præcepi vt reponeres seorsum apud te. [24] Leuauit autem cocus armū,& posuit ante Saul. Dixítq; Samuel:Ecce quod remansit,pone ante te,& comede:quia de industria seruatum est tibi, quando populum vocaui. Et comedit Saul cū Samuele in die illa. [25] Et descēderūt de excelso in oppidū,& locutus est cū Saule in solario,strauítq; Saul in solario,& dormiuit. [26] Cúmque mane surrexisset,& iam dies lucesceret,vocauit Samuel Saulem in solario,dicēs: Surge,vt dimittam te.Et surrexit Saul.Egressíq; sunt ambo,ipse videlicet & Samuel. [27] Cūq; descēderēt in extrema parte ciuitatis,Samuel dixit ad Saul: Dic puero vt antecedat nos,& transeat. Tu autem subsiste paulisper, vt indicē tibi verbum domini.

f. Cœnaculum.

Vngitur Saul signis datis à Samuele in Regem,prophetat inter prophetas & confirmatur. X.

[1] VLit † [a] autem Samuel lenticulā olei,& effudit super caput eius,& deosculatus est eum,& ait:Ecce vnxit te dominus super hæreditatē suam in Principem, & liberabis populū suum de manibus inimicorum eius, qui in circuitu eius sunt.Et hoc tibi signū,quia vnxit te deus in Principē:[2] Cùm abieris hodie à me,inuenies duos viros iuxta sepulchrū Rachel in finibus Beniamin in meridie,dicéntque tibi: Inuentæ sunt asinæ ad quas ieras perquirēdas:& intermissis pater tuus asinis, solicitus est pro vobis, & dicit:Quid faciam de filio meo?[3] Cúmque abieris inde,& vltrà transieris,& veneris ad quercum Thabor, inuenient te ibi tres viri ascēdentes ad eum in Bethel: vnus portās tres hœdos,& alius tres tortas panis, & alius portans lagenam vini. [4] Cúmq; te salutauerint, dabunt tibi duos panes,& accipies de manu eorum. [5] Post hæc venies in [b] collem domini:vbi est statio Philisthinorum.Et cum ingressus fueris ibi vrbem,obuium habebis gregem Prophetarum descendentium de excelso, & ante eos psalterium,& tympanum,& tibiam,& citharam,ipsósque prophetantes: & insiliet in te spiritus domini,& prophetabis cum eis,[c] & mutaberis in virum alium.[7] Quādo ergo euenerint signa hæc omnia tibi,fac quæcunq; inuenerit manus tua,quia dominus est tecum. [8] Et descendes ante me in Galgala. Ego quippe descendam ad te, vt offeras oblationem, & immoles victimas pacificas.†Septem diebus expectabis,donec veniam ad te,& ostendam tibi quæ facias.[9] Itaque cum auertisset humerum suum vt abiret à Samuele, immutauit ei deus cor aliud, & venerunt omnia signa hæc in die illa. [10] Venerúntq; ad prædictum collem,& ecce cuneus Prophetarum obuius ei.†Et insiluit super eum spiritus domini,& [d] prophetauit in medio eorū. [11] Videntes autē omnes qui nouerāt eum heri & nudistertius,quòd esset cum prophetis,& prophetaret,dixerunt adinuicem:Quænam res accidit filio Cis?† Num & Saul inter Prophetas? [12] Respondítque alius ad alterū,dicens:Et quis pater eius? Propterea versum est in prouerbium: [e] Nū & Saul inter Prophetas? [f] [13] Cessauit autem prophetare, & venit ad excelsum. [14] Dixítq; patruus Saul ad eum,& ad puerum eius: Quò abistis? Qui responderunt:Quærere asinas:quas cum non reperissemus, venimus ad Samuelem. [15] Et dixit ei patruus suus:Indica mihi quid dixerit tibi Samuel. [16] Et ait Saul ad patruum suum: Indicauit nobis quia inuentæ essent asinæ. De sermone autem Regni non indicauit ei, quem locutus fuerat ei Samuel. [17] Et conuocauit Samuel populum ad dominum in [g] Masphat, [18] & ait ad filios Israel:Hæc dicit dominus deus Israel:Ego eduxi Israel de Ægypto,& erui vos de manu Ægyptiorum,& de manu omnium Regum qui affligebant vos. [19] Vos autem hodie proiecistis dominum deum vestrum, qui solus saluauit vos de vniuersis malis & tribulationibus vestris, & dixistis:† Nequaquam, sed Regem constitue super nos.Nunc ergo state coram domino per tribus vestras,& per familias. [20] Et applicuit Samuel omnes tribus Israel,& cecidit sors super tribum Beniamin. [21] Et applicuit tribum Beniamin & cognationes eius, & cecidit super cognationem Metri, & peruenit vsque ad Saul filium Cis. Quæsierunt ergo eum,

a. Primo quidem nō dominio Regum subiecti fuerūt iudæi, sed populo ac legi ciuiles iudices præsidebāt non tamen in annum cōstituti sunt sicut Romani consules, sed perpetua iurisdictione subiti. Tum subiacto iudicū nomine, porro Regalis induta est. Verūm regimen eorum iudicibus tenentibus, prauas religiones sæpe susceperāt: atque offensos ab his deus toties alienigenis subiugabat, donec rursus pœnitentia populi mitigas⁹, liberaret eos seruitute. Iosta lib. 4. c. 10.

b. Collis domini locus erat in terra Beniamin, vbi prophetæ habitare solebāt inter Elon Thabor & domū Saulis nō longe à Bethel.

c. Sic enim alium cordis affectionem significat, quam conuertendo fecit deus, vt imaginum significantiū & præfigurantium capax fieret ad propheticam diuinationem. Eucherius ibid.

d. Saul prophetasse dicunt Hebræi de futuro sæculo, de Gog & Magog. de præmiis iustorum, & pœnis malorum. Hier.

e. Quod dicitur, cum quis ignobilis conditionis ad altiorem sublimatur dignitatem.

f. Denique Saulem tam dei spiritus post ea vertit in alium virum, id est prophetam, quam & malus spiritus postea euertit in alium virum, in apostatam scilicet. Tertul. de anima.

g. Masphat locus erat in tribu Beniamin iuxta Gabaō, domus Samuelis vbi cōueniebat populus Israel propter gentibus causis, quòd illic dominos magnā Israelitis satietatem tepore Iosue concessit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& non est inuentus.[22] Et consuluerunt post hęc dominum vtrúmnam venturus esset illuc. Respondítq; dominus: Ecce absconditus est domi. [23] Cucurrerunt itaq;, & tulerunt eum inde: stetítq; in medio populi: & altior fuit vniuerso populo ab humero & sursum.[24] Et ait Samuel ad omnẽ populũ: Certe videtis quẽ elegit dominus: quoniã † nõ sit similis illi in omni populo. Et clamauit omnis populus, & ait: Viuat Rex. †Sept.

h. Certas leges quibus regnum pacifice gubernaturi ne vel Rex in populũ tyrannidem exerceret, vel populus in regẽ rebellionẽ concitaret.

[25] Locutus est autẽ Samuel ad populum [h] legem regni, & scripsit in libro, & reposuit coram domino, & dimisit Samuel omnẽ populum, singulos in domũ suam.[26] Sed & Saul abiit in domum suam in Gabaath. Et abiit cum eo pars exercitus, quorum tetigerat deus corda.[27] Filij vero Belial dixerunt: Num saluare nos poterit iste? Et despexerunt eum, & non attulerunt ei munera. Ille vero dissimulabat se audire.

Saul Ammonitas Iabes Galaad obsidentes expugnat, instauratur regnum eius in Galgala. XI.

2 Iabes Galaad vrbs est tribus Manasse trans Iordanẽ, 6. miliarib. distans à Pella euntibus Gadaram.

b. Sæpe diabolos sinistrum oculũ vult seruare, dextrũ eruere. Hoc est quod Pharao iussit masculum interfici, & fœminas reseruari. Stephanus.

c. Gabaath Saulis vallis est iuxta lacum. Gabaath sub monte Seatin, quam incolunt Saul vt domũ paternã. Et dicitur Gabaath Saulis ad differentiã Gabaath vrbis Habacuc, in qua demõstratur sepulchrum eius.

d. Hoc autẽ mirari desinamus, cũ in hominibus appareat dignatus aliquid, quorũ vel meritum vel habitum excedit, cum forte vult deus cuiusdam ingẽij gratia tale aliquid demonstrari. Augu. de diuers. quæst. ad Simplicianũ lib. 2. quæst. 1.

e. Saul enim Rex nõ ad permanendũ electus est à domino, sed secundũ cor populi durũ & malũ datus ad eorũ correptionẽ, nõ ad vtilitatem secundũ illam sanctarũ scripturarũ sententiã, quæ ait de deo, Iob. 34. Qui regnare facit hominẽ hypocritã propter peccata populi. Aug. super Psal. 51.

a Samuel summo sacerdoti Eli successit, cũ sacerdotis filius ipse nõ esset, sed tamẽ exilijt, hoc est ex posteris Aaron. Aug. Retract. lib. 2. cap. 17. Ideo non immerito Iudeos arguit mõ delicatis, quia dẽ non ũdecies, Regem postulauerunt.

b. Quoniã & Samuel pro se imagiem proposuit laudẽ, attamẽ nullus illum arguit: quia nõ dicebat se ipsum laudaret, sed quoniã regẽ constituturus erat, pro defensione sua posuit, volens illum erudire vt humilis fiat & mansuetus. Chrys. super. 2. Cor. 11. Homil. 24.

[1] Et factum est quasi post mensam, ascendit Naas Ammonites, & pugnare cœpit aduersum [a] Iabes Galaad, dixerúntq; omnes viri Iabes ad Naas: Habeto nos fœderatos, & seruiemus tibi. [2] Et respondit ad eos Naas Ammonites: In hoc feriam vobiscum fœdus, [b] vt eruam omnium vestrum oculos dextros, ponámq; vos opprobrium in vniuerso Israel. [3] Et dixerunt ad eum seniores Iabes: Concede nobis septem dies, vt mittamus nũcios ad vniuersos terminos Israel: & si non fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te. [4] Venerunt ergo nuncij in [c] Gabaath Saulis, & locuti sunt verba hæc audiẽte populo. Et leuauit omnis populus vocem suam, & fleuit. [5] Et ecce Saul veniebat sequens boues de agro, & ait: † Quid habet populus quòd plorat? Et narrauerunt ei verba virorum Iabes. [6] Et [d] insiluit spiritus domini in Saul cum audisset hęc verba, & iratus est furor eius nimis. [7] Et assumẽs vtrunq; bouem concidit in frusta, misitq; in omnes terminos Israel per manum nunciorum, dicens: Quicunq; non exierit, & secutus fuerit Saul & Samuel: sic fiet bobus eius. Inuasit ergo timor domini populum, & egressi sunt quasi vir vnus: & [e] recensuit eos in Bezech. Fuerúntq; filiorum Israel trecenta milia, virorum autem Iuda triginta milia. [9] Et dixerunt nunciis qui venerant: Sic dicetis viris qui sunt in Iabes Galaad: Cras erit vobis salus, cum incaluerit sol. Venerunt ergo nuncij, & nunciauerunt viris Iabes. Qui lætati sunt, [10] & dixerunt: Mane exibimus ad vos, & facietis nobis omne quod placuerit vobis. [11] Et factum est cum dies crastinus venisset, constituit Saul populũ in tres partes. Et ingressus est media castra in vigilia matutina, & percussit Ammon vsq; dum incalesceret dies. Reliqui autem dispersi sunt, ita vt non relinquerentur in eis duo pariter. † [12] Et ait populus ad Samuelẽ: Quis est iste qui dixit: Saul non regnabit super nos? Date viros, & interficiemus eos. [13] Et ait Saul: Nõ occidetur quisquam in die hac, quia hodie fecit dominus salutem in Israel. [14] Dixit autem Samuel ad populum: Venite, & eamus in Galgala, & innouemus ibi regnũ. [15] Et perrexit omnis populus in Galgala, [e] & fecerunt ibi Regem Saul coram domino in Galgala. Et immolauerunt ibi victimas pacificas coram domino. Et lætatus est ibi Saul, & cuncti viri Israel nimis.

Samuel populi iudicio probatus innocens, Israelem ingratitudinis arguit, quos pœna tandem secuta est. XII.

[1] Dixit autem [a] Samuel ad vniuersum Israel: Ecce audiui vocẽ vestrã iuxta omnia quæ locuti estis ad me, & cõstitui super vos Regem. [2] Et nũc Rex graditur ante vos. Ego autem senui, & incanui. Porrò filij mei vobiscum sunt. Itaq; conuersatus corã vobis ab adolescentia mea vsq; ad hanc diem, [3] ecce præsto sum. Loquimini de me coram domino, & coram Christo eius, vtrum bouem cuiusquam tulerim, aut asinũ, si quenquã calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi: & cõtemnam illud hodie, restituámq; vobis. [4] Et dixerunt: [b] Non es calumniatus nos, neque oppressisti, neq; tulisti de manu alicuius quippiam. [5] Dixítque ad eos: Testis est dominus aduersum vos, & testis Christus eius in die hac, quia non inueneritis in manu mea quippiã. Et dixerunt: Testis. [6] Et ait Samuel ad populũ: Dominus qui fecit Moysen & Aaron, & eduxit patres nostros de terra Ægypti, adest. [7] Nunc ergo state, vt iudicio contendam aduersum vos coram domino de omnibus misericordiis domini, quas fecit vobiscum, & cum patribus vestris: † [8] quomodo Iacob ingressus est in Ægyptũ, & clamauerunt patres vestri ad dominum, & misit dominus Moysen & Aaron, & eduxit patres vestros de Ægypto, & collocauit eos in loco hoc. [c] [9] Qui obliti sunt domini dei sui, † & tradidit eos in manus Sisaræ magistri militię Asor, † & in manu Philisthinorũ, & in manu Regis Moab, & pugnauerũt aduersum eos. [10] Postea autẽ clamauerunt ad dominum, & dixerunt: Peccauimus, quia dereliquimus dominum, & seruiuimus Baalim & Astaroth. Nunc ergo erue nos de manu inimicorũ nostrorum, & seruiemus tibi: † [11] & misit dominus Ierobaal, & Bedan, & Sãson & Barach & Iepthe, & Samuel: & eruit vos de manu inimicorũ vestrorum per circuitum, & habitastis confidenter. [12] Videntes autẽ quòd Naas Rex filiorum Ammon venisset aduersum vos, dixistis mihi: † Nequaquam, sed Rex imperabit nobis. cum dominus deus vester regnaret in vobis. [13] Nunc ergo præsto est Rex vester, quẽ elegistis & petistis. Ecce dedit vobis dominus Regẽ. [14] Si timueritis dominũ, & seruieritis ei, & audieritis vocẽ eius, & nõ exasperaueritis os domini, eritis & vos & Rex qui imperat vobis, sequẽtes dominum deum nostrum. [15] Si autẽ non audieritis vocem domini, sed exasperaueritis sermones eius, erit manus domini super vos, & super patres vestros. [16] Sed & nunc state, & videte rem istam grandem, quam facturus est dominus in conspectu vestro. [17] Nunquid non messis tritici est hodie? Inuocabo dominum, & dabit voces & pluuias, & scietis & videbitis quia grande malũ feceritis vobis in conspectu domini, petentes super vos Regẽ. [18] Et clamauit Samuel ad dominũ, & dedit dominus voces & pluuias in illa die. [19] Et timuit omnis populus nimis dominum, & Samuelem. Et dixit vniuersus populus ad Samuelem: Ora pro seruis tuis ad dominum deum tuum, vt nõ moriamur. Addidimus enim vniuersis peccatis nostris malũ, vt peteremus nobis Regem. [20] Dixit autem Samuel ad populũ: Nolite timere. Vos fecistis vniuersum malũ hoc: veruntamen nolite recedere à tergo domini, sed seruite domino in omni corde vestro, [21] & nolite declinare post vana quæ non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana sunt: [22] & non derelinquet dominus populum suum propter nomẽ suum magnum, quia iurauit dominus facere vos sibi populum. [23] Absit autem à me hoc peccatum in domino, vt cessem orare pro vobis, & docebo vos viam bonam & rectã. [24] Igitur timete dominum, & seruite ei in veritate, & ex toto corde vestro. Vidistis enim magnifica quæ in vobis gesserit dominus. [25] Quòd si perseueraueritis in malitia, & vos & Rex vester pariter peribitis.

c. Magnam illis improperat etiam innatam malitiã & inconstãtiam, & è regione maximam dei misericordiã: qui toties eos auersos defendit absque regibus, & è manibus hostium eripuit. Idem.

Victi à Saule Philisthæi maximo apparatu in Israelem armantur, territi Hebræi in antris latitant, & Saul domino inobediens reprobatur. XIII.

[1] Filius [a] vnius anni erat Saul cum regnare cœpisset, duobus autem annis [b] regnauit super Israel. [2] Et elegit sibi Saul tria milia de Israel. Et erãt cũ Saul duo milia in Machmas, & in mõte Bethel: mille autem cum Ionatha in Gabaa Bẽiamin. Porrò cęterum populum remisit, vnumquemq; in tabernacula sua. [3] Et percussit Ionathas stationẽ Philisthinorũ quæ erat in Gabaa. Quod cum audissent Philisthiim, Saul cecinit buccina in omni terra, dicens: Audiant Hebræi. [4] Et vniuersus Israel audiuit huiusce modi famam, Percussit Saul stationem Philisthinorum. Et erexit se Israel aduersus Philisthiim. Clamauit ergo populus post Saul in Galgala. [5] & Philisthiim congregati sunt ad præliandũ contra Israel, triginta milia curruum, & sex milia equitũ, & reliquum vulgus, sicut arena quæ est in littore maris plurima. Et ascendentes castrametati sunt in Machmas ad orientem Bethauen. [6] Quod cum vidissent viri Israel se in arcto positos (afflictus enim erat populus) absconderunt se in speluncis, & in abditis, in petris quoque & in antris, & in cisternis. [7] Hebræi autem transierunt Iordanem in terrã Gad & Galaad. Cúmq;

a. Vno anno postquam rex electus est à Samuele in domestica domo sedẽs dissimulatie se esse regem: reliquis duobus annis publicè indicauit omnẽ Israel, tenẽs obedientiam cum humilitate. Et hoc fuit illud tẽpus antequam mãdatum domini transiederetur in Amalecitas. Reliquo verò tempore quo vixit & imperauit, trãsgressor mandati domini extitit. Eucherius ibidem.

b. Antequã reprobaretur à domino per Samuelem, & eligeretur Dauid infra. 16. cap. vel vt ait Hiero. innocens erat ac puer vnius anni cũ cepit regnare: & ita duobus annis regnauit in tali innocentia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

adhuc esset Saul in Galgala, vniuersus populus perterritus est, qui sequebatur eum. †Septem
†8 Et expectauit iuxta placitum Samuelis septem diebus,& nō venit Samuel in Galgala. Dilapsúsq; est populus ab eo.9 Ait ergo Saul: Afferte mihi holocaustū & pacificā. Et obtulit holocaustum.10 Cúmq; complesset offerēs holocaustum, ecce Samuel veniebat. Et egressus est Saul obuiā ei, vt salutaret eū. 11 Locutúsq; est ad eū Samuel: Quid fecisti? Respōdit Saul: Quia vidi quòd populus dilaberetur à me,& tu non veneras iuxta placitos dies: porro Philisthiim congregati fuerant in Machmas,12 dixi: Nunc descendent Philisthiim ad me in Galgala,& faciem domini non placaui. Necessitate compulsus,obtuli holocaustum domino.13 Dixítq; Samuel ad Saul: †Stultè egisti,nec custodisti mandata domini dei tui,quæ præcepit tibi. Quod si non fecisses, iam nunc præparasset dominus regnum tuum super Israel in sempiternum.14 Sed nequaquam regnum tuum vltrà consurget.† c Quæsiuit dominus sibi virum iuxta cor suum:& præcepit ei dominus vt esset dux super populum suum:eo quòd nō seruaueris quæ præcepit dominus.15 Surrexit autē Samuel, & ascendit de Galgalis in Gabaa Beniamin. Et reliqui populi ascenderunt post Saul obuiam populo,qui expugnabāt eos venientes de Galgala in Gabaa in colle Beniamin. Et recensuit Saul populū,qui inuenti fuerant cum eo,quasi sexcentos viros:16 & Saul & Ionathas filius eius,populúsque qui inuentus fuerat cum eis,erat in Gabaa Beniamin. Porrò Philisthiim cōsederant in Machmas. 17 Et egressi sunt ad præliandum de castris Philisthinorum tres cunei. Vnus cuneus pergebat contra viam Ephraim ad terram Saul.18 Porrò alius ingrediebatur per viam Bethoron. Tertius autem verterat se ad iter termini in terra Sabaa,imminentis vallis Seboim contra desertum.19 Porrò faber ferrarius nō inueniebatur in omni terra Israel. Cauerant enim Philisthiim, ne fortè facerent Hebræi gladium aut lanceā.20 Descendebat ergo omnis Israel ad Philisthiim vt exacueret vnusquisque vomerem suum,& ligonem,& securim,& tridentem,& sarculum.21 Retusę itaque erant acies vomerum, & ligonum,& tridentium,& securium, vsq; ad stimulum corrigendum.22 Cúmq; venisset dies prælij, non est inuentus ensis & lancea in manu totius populi qui erat cum Saul & Ionatha, excepto Saul & Ionatha filio eius.
23 Egressa est autem statio Philisthiim, vt transcenderet in d Machmas.

c. Sic enim dominus indinidéo amore, & coniuncta charitate dilexit Danidē, vt quæ vult deus, velit: & quæ non vult, similiter nolit. Chrysost. de Dauid vbi Goliath deuicit.

d. Machmas in tribu Manasse ab Ierusalem.9.miliaribus distans: contra Bethauen ad orientem eius.

Ionathas domino fidens,cum armigero suo patre insscio Philisthæorum stationem dispersit,at melle gustato ob patris iuramentum vix mortem comminatam euadit. XIIII.

ET accidit in quadam die,vt diceret Ionathas filius Saul ad adolescentē armigerū suum: Veni & transeamus ad a stationem Philisthinorū quæ est trans locum illum. Patri autem suo hoc ipsum nō indicauit.2 Porrò Saul morabatur in extrema parte Gabaa, sub malogranato quæ erat in agro Gabaa. Et erat populus cum eo quasi sexcētorum virorū.3 Et Achias filius Achitob fratris b Ichabod filij Phinees† qui ortus fuerat ex Heli sacerdote domini in Silo,portabat ephod. Sed & populg ignorabat quò isset Ionathas.4 Erāt autē inter ascēsus per quos nitebatur Ionathas trāsire ad stationē Philisthinorū,eminentes petræ ex vtraq; parte:& quasi in modū dentiū scopuli hinc inde prærupti: nomen vni Bozes:& nomē alteri Sene.5 Vnus scopulus prominēs ad aquilonem ex aduerso Machmas:& alter ad meridiē cōtra Gabaa.6 Dixit autē Ionathas ad adolescentem armigerū suum: c Veni,transeamus ad stationem incircunciſorum horum,si fortè faciat dominus pro nobis:quia non est domino difficile saluare vel in multis vel in paucis.7 Dixítq; ei armiger suus: Fac omnia quæ placēt animo tuo. Perge quò cupis: & ero tecum vbicunq; volueris.8 Et ait Ionathas: Ecce nos transimus ad viros istos: cúmq; apparuerimus eis:9 si taliter locuti fuerint ad nos,Manete,donec veniamus ad vos:stemus in loco nostro,nec ascēdamus ad eos.10 Si autē dixerint, Ascēdite ad nos: ascēdamus:quia tradidit eos dominus in manibus nostris. Hoc erit nobis signū.11 Apparuit igitur vterque stationi Philisthinorum. Dixerúntque Philisthiim: En Hebræi egrediuntur

a. Statio, locus est in quo stant nautes, aut milites: vt Virg.2. Aeneid. Statio malefida carinis. Præterea locus est ad custodiā assignatus quando milites stantes vigilare iubētur, vnde stationarij milites vocantur. Is. est officina in qua multi conueniunt, vt de aliqua re statuatur, iuxta, dicatur. b Ise est Ichabod quē vxor Phinees filij Heli audiens mortem viri sui præ dolore emisa est: vt sup.4.d

c. Quòd autem Ionathas & armiger eius ascēderūt ad Philisteos, & in prima congressione nō alio loco quam in agro cultus dedito cōfisi gentes, viginti numero pro multitudine ex hostibus prosternunt, figurate videtur, quod his doctoribus hæresis cedunt atque succumbunt, qui terra litteres ecclesię ponūt medicationē legis velut ab agricultura non recedunt. Angelomus. Ibid.

egrediuntur de cauernis in quibus absconditi fuerāt.12 Et locuti sunt viri de statione ad Ionathan & ad armigerum eius,dixerúntque: d Ascendite ad nos, & ostendemus vobis rem,& ait Ionathas ad armigerum suum: Ascendamus. sequere me. Tradidit enim dns eos in manus Israel.13 Ascendit autē Ionathas manibus & pedibus reptās: & armiger eius post eum. Itaq; cum vidissent faciem Ionathæ, alij cadebant ante Ionathan,alios armiger eius interficiebat,sequens eum.14 Et facta est plaga prima qua percussit Ionathas & armiger eius,quasi viginti virorū in media parte iugeris quam par boum in die arare consueuit.15 Et factum est miraculum in castris & per agros. Sed & omnis populus stationis eorum qui ierant ad prædādum,obstupuit: & cōturbata sunt castra. Et accidit quasi miraculum à deo.16 Et respexerunt speculatores Saul qui erant in Gabaa Beniamin:& ecce multitudo prostrata, & huc illúcq; diffugiens.
17 Et ait Saul populo qui erat cū eo: Requirite & videte quis abierit ex nobis. Cúmque requisissent,repertum est non adesse Ionathan, & armigerum eius.18 Et ait Saul ad Achiam, Applica arcam domini. e Erat enim ibi arca domini in die illa cum filiis Israel.19 Cúmq; loqueretur Saul ad sacerdotem, tumultus magnus exortus est in castris Philisthinorū: crescebátq; paulatim,& clarius resonabat. Et ait Saul ad sacerdotem: Contrahe manum tuam.20 Conclamauit ergo Saul & omnis populus qui erat cum eo:& venerunt vsq; ad locum certaminis: Et ecce versus fuerat gladius vniuscuiusque ad proximum suum:& cædes magna nimis.21 Sed & Hebræi qui fuerant cum Philisthiim heri & nudiustertius,ascenderántq; cū eis in castris, reuersi sunt vt essent cum Israel, & iis qui erant cum Saul & Ionatha. 22 Omnes quoq; Israelitæ qui se absconderant in monte Ephraim, audientes quòd fugissent Philisthæi, sociauerunt se cum suis in prælio. Et erat cum Saul quasi decem milia virorū,23 & saluauit dns deus Israel in die illa. Pugna autem peruenit vsq; ad Bethauen.24 Et viri Israel sociati sunt sibi in die illa. Adiurauit autem Saul populum,dicens: Maledictus vir qui comederit f panem vsque ad vesperam,donec vlciscar de inimicis meis. Et non manducauit vniuersus populus panem.25 Omnéque terræ vulgus venit in saltum, in quo erat mel super faciem agri.26 Ingressus est itaque populus saltum,& apparuit fluens mel, nullúsque applicuit manum ad os suum. Timebat enim populus iuramentum.27 Porrò Ionathas non audierat cùm adiuraret pater eius populum: extenditque summitatem virgæ quam habebat in manu,& intinxit in fauum mellis,& conuertit manum suam ad os suum,& illuminati sunt oculi eius.28 Respondénsq; vnus de populo, ait: Iureiurando constrinxit pater tuus populum dicens: Maledictus vir qui comederit panem hodie. Defecerat autem populus.29 Dixítq; Ionathas: Turbauit pater meus terram. Vidistis ipsi quia g illuminati sunt oculi mei,eò quòd gustauerim paululum de melle isto:30 quanto magis si comedisset populus de præda inimicorū suorum,quam reperit:nónne maior plaga facta fuisset in Philisthiim?31 Percusserunt ergo in die illa Philisthæos à Machmis vsq; in Aialon. Defatigatus est autem populus nimis,32 & versus ad prædam,tulit oues & boues,& vitulos,& mactauerunt in terra: comeditq; populus h cum sanguine.33 Nuntiauerunt autem Sauli dicētes quòd populus peccasset dño comedens cum sanguine. Qui ait: Præuaricati estis. Voluite ad me iam nunc saxum grande.34 Et dixit Saul: Dispergamini in vulgus, & dicite eis vt adducat ad me vnusquisq; bouem suum,& arietem,& occidite super istud,& vescimini, & non peccabitis dño comedentes cum sanguine. Adduxit itaq; omnis populus vnusquisq; bouem in manu sua vsq; ad noctem,& occiderunt ibi.35 Ædificauit autem Saul altare domino. Túncque primùm cœpit ædificare altare domino.36 Et dixit Saul: Irruamus super Philisthæos nocte,& vastemus eos vsque dum illucescat mane, nec relinquamus ex eis virum. Dixítque populus: Omne quod bonum tibi videtur in oculis tuis,fac. Et ait sacerdos: i Accedamus huc ad deum. †37 Et consuluit Saul dominum, dicens: Num persequar Philisthiim? Si trades eos in manus Israel? Et non respondit ei in die illa.38 Dixítq; Saul: Applicate huc vniuersos k angulos populi:& scitote & videte per quem acciderit hoc peccatū hodie.† 39 Viuit dominus Saluator Israel, quia si per Ionatham filium meum hoc commiserit, morte morietur. Et non fuit qui ei quicquam responderet ex omni populo.40 Dixítque ad vniuersum Israel: Vos eritis ex vna parte, & ego & Ionathas filius meus ex altera. Et ait populus ad Saul: Quod bonum videtur in oculis tuis,fac.41 Dixítque Saul: Dne deus Israel, da perfectionem. Et ostensum est Ionathan & Saul: populus autem euasit.42 Et ait Saul: Mittite sortem inter me & Ionathan filium meum. Et ostensus est Ionathas.43 Dixítque Saul ad Ionathan: Indica mihi quid fecisti. Et indicauit ei Ionathas, & ait: Gustans gustaui paululum de melle in summitate virgæ quæ erat in manu mea: ecce ego morior.44 Et ait Saul: Hæc faciat mihi deus & hæc adiiciat: morte morieris Ionathas.45 Dixítque populus ad Saul: Ergo Ionathas morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israel? Absit. Viuit dominus, si ceciderit de capillis capitis eius in terram: quia cum deo operatus est hodie. Et liberauit populus Ionathan, ne moreretur.46 Ascendit autem Saul, & non persecutus est Philisthæos: & abierunt in loco suo.

d. Quòd autem Philisthiim dicerent: Ascēdite ad nos, signum trepidi erat animi, quod ꝑ augurio Ionathas habebat: ideo intrepidus ascendit. Angelomus ibid.

e. Peracto enim vicesimo anno à reprobatione sacerdotij Heli, translata est arca à Samuele in Masphath, & de Masphath trāstulerūt eā Samuel & Saul in Galgala: inde translata est à Saule in Nobe, & de Nobe in Gabaa: de Gabaa translata est à Dauid in domū Obed Aedon. De domo autē Obed Aedō translata est eā Dauid in Sion. De Sion translata eam Salomon in Sancta Sanctorum. Hier. in 7.c.1.Reg.

f. Cum Saul rex Israel bellū cōtra Allophylos gereret, vniuerso eum exercitui indixisse ieiunii, & abstinentibus cunctis cū contra aduersarios pugnare cœpisse, Boa* plane Rex, qui hostes suos non tam armis quam deuotione vincebat, & plus dimicabat religione quam telis. Amb. Sermo. 15.

g. Saul dū pergeret dimicaturus aduersus Philisthiim, indixit cūcto exercitui ieiunium, quousq; reuerteretur à prælio: sed Ionathæ filius eius videns super faciem agri mel, exiēdit summitatē virgæ, & intinxit in fauū mellis, & gustauit, & illuminati sunt oculi ei. Nō vtiq; ad videndū illuminati, quia antea videbat: sed ad discernendū, quia vetita recognerat. Eucherius ibi. Alij aliter intelligūt, quòd videlicet ex nimio calore oculi, & exercitio prælij ac itineris reuerberati erant: & nimio ieiunio fatigatus, nō solū corpore, sed & mente forte defecerat: & ideo cū gustasset fauum mellis, illuminatus dicitur. Angelomus ibid. post Isidorum.

h. Partes sat grandes eas coxerūt præ nimia fame, vel iuxta languinē comedentes.

i. Antiquitus enim dei dux erat bellorum, & absque illius sententia nunquam attingere pugnam aūs fuissent. Chrysl.

k. Primores vrbium, qui sic habent in populo, sicut anguli in vrbe, vel parietibus vrbis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nathan filium meum factũ est:absque retractatione morietur. Ad quod nullus contradixit ei de omni populo. [40] Et ait ad vniuersum Israel: Separamini vos in partẽ vnam:& ego cum Ionatha filio meo ero in parte altera. Respondítq; populus ad Saul: Quod bonum tibi videtur in oculis tuis,fac. [41] Et dixit ad dñm deum Israel:† Domine Deus Israel da l indicium quid est quòd non responderis seruo tuo hodie? Si in me aut in Ionatha filio meo est iniquitas hæc,da ostẽsionem. Aut si hæc iniquitas in populo tuo,da sanctitatem. Et deprehensus est Ionathas & Saul:populus autem exiuit. [42] Et ait Saul:Mitte sortem inter me, & inter Ionatham filium meũ. Et captus est Ionathas. [43] Dixit autem Saul ad Ionathan:Indica mihi quid feceris. Et indicauit ei Ionathas,& ait: Gustans gustaui in summitate virgæ quæ erat in manu mea, paululum mellis. Et ecce ego morior. [44] Et ait Saul.† Hæc faciat mihi deus,& hæc addat,[m] quia morte morieris Ionatha. [45] Dixítq; populus ad Saul: Ergóne Ionathas morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israel? Hoc nephas est. Viuit dominus, si ceciderit capillus de capite eius in terram: quia cum deo operatus est hodie. Liberauit ergo populus Ionathan,vt non moreretur. [46] Recessítq; Saul,nec persecutus est Philisthiim. Porrò Philisthiim abierunt in loca sua. [47] Et Saul[n] confirmato regno super Israel,pugnabat per circuitum aduersum omnes inimicos eius:contra Moab,& filios Ammõ, & Ædom,& Reges Soba,& Philisthæos:& quocunque se verterat,superabat. [48] Cõgregatóq; exercitu percussit Amalec:& eruit Israel de manu vastatorũ eius. [49] Fuerũt autem filij Saul,Ionathas,& Iesui,& Melchisua. Et nomina duarum filiarum eius,nomen primogenitæ Merob , & nomen minoris Michol , & nomen vxoris Saul Achinoem,filia Achimaas:† [50] & nomen principis militiæ eius,Abner,filius Ner, [o] patruelis Saul. [51] Porrò Cis fuit pater Saul,& Ner pater Abner,filius Abiel. [52] Erat autẽ bellum potens aduersum Philisthæos omnibus diebus Saul. Nam quemcunque viderat Saul virum fortem & aptum ad prælium,sociabat eum sibi.

Saul contra dei præceptum Agag Regem Amalec,multámque prædam reseruans, arguitur inobedientiæ,à regno deiicitur,interfectóque Agag,Saul à Samuele defletur. XV.

ET dixit Samuel ad Saul:Me misit dñs, [a] vt vngerem te in Regem super populum eius Israel.Nũc ergo audi vocem dñi: [2] Hæc dicit dñs exercituum, †Recensui quæcunq; fecit Amalec Israeli: quomodo restitit ei in via cum ascenderet de Ægypto. [3] Nunc ergo vade & percute Amalec,& demolire vniuersa eius.†Non parcas ei,& non concupiscas ex rebus ipsius aliquid: sed interfice à viro vsque ad mulierem,& paruulum atq; lactantem,bouem & ouem,camelum & asinum. [4] Præcepit itaque Saul populo,& recensuit eos quasi agnos,ducenta milia peditum:& decem milia virorum Iuda. [5] Cúmq; venisset Saul vsq; ad ciuitatẽ Amalec,tetendit insidias in torrente. [6] Dixítq; Saul[b] Cinæo: Abite,recedite,atque discedite ab Amalec,ne forte inuoluam te cum eo. Tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filiis Israel cum ascenderent de Ægypto. Et recessit Cinæus de medio Amalec. [7] Percussítq; Saul Amalec ab[c] Euila,donec venias ad [d] Sur,quę est è regione Ægypti. [8] Et apprehendit Agag Regẽ Amalec viuum,omne autẽ vulgus interfecit in ore gladij.† [9] Et pepercit Saul & populus Agag,& optimis gregibus ouium & armẽtorum, & vestibus,& arietibus,& vniuersis quæ pulchra erant,nec voluerunt disperdere ea. Quicquid ergo vile fuit & reprobum,hoc demoliti sunt. [10] Factum est autem verbũ domini ad Samuel,dicens: [11] Pœnitet me quòd constituerim Saul Regem, quia dereliquit me,& verba mea opere non impleuit. Contristatúsq; est Samuel, & clamauit ad dominum tota nocte. [12] Cúmque de nocte surrexisset Samuel , vt iret ad Saul mane,nuntiatum est Samueli eò quòd venisset Saul in Carmelum , & erexisset sibi fornicem triumphalem , & reuersus transisset descendissétque in Galgala. Venit ergo Samuel ad Saul , & Saul offerebat holocaustum domino de initiis prædarum quæ attulerat ex Amalec. [13] Et cum venisset Samuel ad Saul,dixit ei Saul : Benedictus tu à domino

l. Hoc est,forte indica nobis veritatẽ. Sors enim non aliquid mali est, sed res est in dubitatione humana diuinã indicans voluntatem. Nã & sortes miserunt apostoli quando Iudas tradito domino periit,vt patet Acto.1.Augustꝰ.Psal 30.

m. Videte quãta apud Saul Regẽ fuerit religionis obseruãtia, qui offensum deũ optauit etiã parricidio mitigare. Et quãta fit resoluti culpa ieiunij, quæ non niſi sanguinis effusione punitur. Et signorãs Ionathas indictũ à patre ieiunũ , quia resoluerit , morti addicitur.qui scilꝫ à Christo idictũ resoluit ieiunium, quid meretur? Ambr.Serm.25.

n. Saul victor domũ reuertitur,cessa circiter sexaginta milibus hostiũ, feliciter dei fide regnauit,& contra finitimos Ammonitas, & Moabitas,Palæstinósque & Idumæos,ac Amalecitas,& regem Obę mul as res gessit prosperè.Ioseph.Antiq. lib.6.cap.7.

o. Cis pater Saul,& Ner patruus eius, erant fratres legitimi,vt in 1.Paralit ca.8.Ner dicitur genuisse Cis, quia ipse illum nutrierat. Hieron. super 1.Paralip.8.cap.

a Vngitur post hæc iubẽte domino Rex prior à sphęta in regnũ. Quisquis ergo quidẽ in id quòd vnctus est,imaginem Christi portauit. Vnde & beatus Dauid & ipse Christus nuncupatus, ait ad eũ qui se finxerat Saule occidisse. Quomodo nõ timuisti inuitare manum tuam in Christum domini? Euch.ibid.

b. Cinxi à Iethro socero Moysi duxerunt originem, & cũ Amalecitis hæreditauerunt.

c. Est vna Euila regio quã circuit fluuꝰ Phison exiẽs de paradiso, quæ hodie India vocatur, dicta autẽ Euilath à quoda nepote Noe. Est & alia Euilath solitudo contra faciẽ Ægypti.Hęc enim Euila,illa Euilath debet nuncupari. Eucherius ibid.

d Sur quoq; est solitudo inter Cades & marat protendẽs desertum vsq; ad mare Rubrũ,& Aegypti cõfinia.

à domino:impleui verbum domini. [14] Dixítque Samuel:Et quæ est hæc vox gregum quæ resonat in auribus meis? & armentorum quem ego audio? [15] Et ait Saul: De Amalec adduxerunt ea.Pepercit enim populus melioribus ouibus & armentis , vt immolarentur dño deo tuo:reliqua verò occidimus. [16] Ait autem Samuel ad Saul:Sine me,& indicabo tibi quæ locutus sit dñs ad me nocte. Dixítq; ei,Loquere. [17] Et ait Samuel:† [e] Nónne cum paruulus esses in oculis tuis,caput in tribubus Israel factus es: vnxítq; te dñs in regem super Israel: [18] & misit te dominus in viam,& ait: Vade & interfice peccatores Amalec , & pugnabis contra eos vsque ad internecionem eorum? [19] Quare ergo non audisti vocem domini,sed versus ad prædam es, & fecisti malum in oculis domini? [20] Et ait Saul ad Samuelem,Immo audiui vocem domini,& ambulaui in via per quam misit me dominus,& adduxi Agag Regem Amalec, & Amalec interfeci. [21] Tulit autem de præda populus oues & boues,primitias eorum quæ cæsa sunt, vt immolet dño deo suo in Galgalis. [22] Et ait Samuel, † Nunquid vult dñs holocausta aut victimas,& nõ potius vt obediatur voci domini ? Melior est enim obedientia quàm victimæ,† & auscultare magis quàm offerre adipem arietum: [23] quoniam [f] quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ,nolle acquiescere. Pro eo ergo quòd abiecisti sermonem domini , abiecit te dominus, ne sis Rex. [24] Dixítq; Saul ad Samuelem: [g] Peccaui,quia præuaricatus sum sermonẽ domini,& verba tua,timens populum , & obediens voci eorum. [25] Sed nunc porta quæso peccatum meum,& reuertere mecum,vt adorem dominum. [26] Et ait Samuel ad Saul: Nón reuertar tecum,quia proiecisti sermonem domini,& proiecit te dominus,ne sis rex super Israel. [27] Et conuersus est Samuel vt abiret. Ille autem apprehendit summitatem pallij eius,quæ & scissa est. [28] Et ait ad eum Samuel:† [h] Scidit dominus regnum Israel à te hodie,& tradidit illud proximo tuo meliori te. [29] Porrò [i] triumphiator in Israel non parcet:& pœnitudine non flectetur,neque enim homo est, vt agat pœnitẽtiam. [30] At ille ait:Peccaui:Sed nunc honora me coram senioribus populi mei,& coram Israel , & reuertere mecum vt adorem dominum deum tuum. [31] Reuersus ergo Samuel,secutus est Saulem:& adorauit Saul dominum. [32] Dixítq; Samuel: Adducite ad me Agag Regem Amalec.† Et oblatus est ei Agag pinguissimus tremens. Et dixit Agag:Siccine separat amara mors? [33] Et ait Samuel: Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus:sic absq; liberis erit inter mulieres mater tua. † Et in frusta concidit eum Samuel coram domino in Galgalis. [34] Abiit autem Samuel in Ramatha, Saul verò ascendit in domum suam in Gabaa. [35] Et non vidit Samuel vltrà Saul, vsque ad diem mortis suæ. Veruntamen lugebat Samuel Saul,quoniam dominum pœnitebat quòd constituisset Regem Saul super Israel.

e. Et hoc mirum opinor vt gbat[a] aliquis retro,postea excidat. Saul bonus præ cęteris, liuore postea euertitur. Dauid vir bonus secũdũ cor domini, postea cędis & stupri reus est. Salomon omni sapientia & gratia donatus à domino , ad idololatriam à mulieribus inducitur. Tertullianus de præscriptio. aduersꝰ hæreticos.

f. Sicut peccatũ magiæ est rebellio , sic iniquitas idololatriæ est nolle obedire. Nõ minus peccatũ est deo nolle obedire quàm idololatrare, vel ariolis fidẽ adhibere.

g. Nõ sufficit summis labiis dicere, peccaui, parce, remitte . Nã & Saul dicebat peccaui , sed nõ obtinuit illam veniam quam Dauid vna pœnitentiæ voce promeruit. Et hoc quare? Quia confessionem illam nuda magis verba quàm veri gemitus exprimebãt: quia non compẽsat magnitudinem criminis ista humiliatio supplicantis. Eusseb. Emisenus ad monachos.Homi.1.

h. Deus Dauid elegit obsequentẽ, & Saul reprobauit contemptorem.Chrysost.

i. Fortitudo Israelis non mentietur, hoc est, Deus fortitudo plebis suæ non deerit populo suo, sed alium virum iuxta cor suum eligit,quem suffecit.

Reprobato Saule,Dauid inter fratres vngitur in Regem,& cithara coram Saule spiritu nequam agitato psallebat,& lenius habebat. XVI.

DIxitque† dominus ad Samuelem: Vsquequo tu [a] luges Saul,cum ego [b] proiecerim eum ne regnet super Israel? Imple cornu tuũ oleo,& veni vt mittam te ad Isai Bethlehemitẽ. Prouidi enim in filiis eius mihi Regem. [2] Et ait Samuel: Quomodo vadam? Audiet enim Saul, & interficiet me. Et ait dominus: Vitulum de armento tolles in manu tua,& dices: Ad immolandum dño veni. [3] Et vocabis Isai ad victimam. Et ego ostendam tibi quid facias:& vnges quemcunque monstrauero tibi. [4] Fecit ergo Samuel sicut locutus est ei dominus. Venítq; in Bethlehem: Et admirati sunt seniores ciuitatis,occurrentes ei. Dixerúntq;:† Pacificús ne est ingressus tuus? [5] Et ait:Pacificus: Ad immolãdum domino veni. Sanctificamini,& venite mecum,vt immolem.† Sanctificauit ergo Isai & filios eius,& vocauit eos ad sacrificium. [6] Cúmque ingressi essent, vidit Eliab, & ait : Num coram domino est Christus eius? [7] Dixitque dominus ad Samuelem: Ne respicias vultum eius,neque altitudinem staturæ eius, quoniam abieci eum

a Samuelem recolo,qui nõ semel, sed omnibus diebus vitæ suæ lugebat hoc Saul, cum sciret illũ longinquo ab oculis diuinitatis elogari. Non cessabat tamen compassio,quæ condolentia animum irrepiterat,fundens lachrymas etsi non profuentes,pũras tamẽ. Bernardus Sermo. in festo beatæ Mariæ Magdalenæ.

b. Quomodo proiecerit deus Saulẽ ne regnet, quẽ elegerat in Regem ? Quia deus sum iustum incorruptumq; iudiciũ ex æquitate depromit , non ex præscientia.Legit enim quempiam,cum mereatur reprobat,cum electione indigꝰ efficitur.Eucherius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

c. Tu vt homo extrinsecus vnumquemquenostrũ putas quòd vides. Vides autem quousq; oculos habes. Sed oculi, inquit, domini alti. Homo in facie, deus in prę cordia contemplatur. Et ideo agnoscit dominꝰ qui sunt eius. Tertul. de præscriptio. aduersus hæreticos.

d. Vnctus est Dauid in Regē super Israel duobus annis postquā cepit regnare Saul quādo reprobatus est, qui tunc. 32. ann. natꝰ erat: qui fuerat natus 30. anno Samuelis.

e. Hic puer putatur fuisse Doeg Idumæus, Dauid æmulos, qui hæc ex liuore dicebat, vt occasione accepta Dauidē occideret. Hierony.

f. De vi maſicæ in libr. 11. Danicę historię amplè scripſit Saxo grammaticus. Cuius vis erat homines demētare & in furiam pertrahere: posse, & rursum furiosos in sanam reducere mentē. Rex Ericus expertꝰ, vt idē ibidem refert. De eadē plura refert hic Dionyſ. Carthuſianus.

a Sococh Iudæ tribus, vicus est ab Heber condītus: inter quem & Aſech Dauid magnum Goliath prostrauit. Et dicitur Iudæ, ad differentiam aliorum locorū eiusdem nominis trās Iordanem: quorum vnus est in tribu Gad: vbi Iacob fratri suo Esau reconciliatus est: de quo Iudicum 8. 2. dictū est. Alius eiusdem nominis locus est, qui & Succida mātso fuit populi exeūtis Aegyptum.

b. Inter vtrosq;, id est tribus inter duas acies, de patre gigāte, matre verò Gethæa natus. Hierony.

c. Extitit tunc Goliath iste tantæ staturæ corporis, ac mīs instructus, viribus erat exercitatus, elatus iactātia qui superbe prouocaret ad monomachiā populum Israēlitarum: hoc est vt vnus inde electus ab ipsis procederet aduersus eum, vt qui illorum duorū vicisset, illæ partę victoria tribueretur. August. libr. 60. Homil. 31. Homil.

d. Connumerando Nathā prophetam filium Samaa filij sui: alias non habebat nisi septem.

nec iuxta intuitum hominis ego iudico. [c]Homo enim videt ea quæ parent, † dominus autem intuetur cor. † 1. Reg. 16. [8] Et vocauit Isai Abinadab, & adduxit eum coram Samuel. Qui dixit: Nec hunc elegit dñs. [9] Adduxit autem Isai Samma: de quo ait: Etiam hunc non elegit dñs. [10] Adduxit itaque Isai septem filios suos coram Samuel. Et ait Samuel ad Isai: Non elegit dominus ex istis. [11] Dixítq; Samuel ad Isai: Nūquid iam completi sunt filij? Qui respondit: Adhuc reliquus est paruulus, & pascit oues. Et ait Samuel ad Isai: Mitte, & adduc eū. Nec enim discumbemus priusquam huc ille veniat. [12] Misit ergo & adduxit eum. Erat autem rufus, & pulcher aspectu, decoráque facie. Et ait dñs: Surge & vnge eum: Ipse est enim. [13] Tulit ergo Samuel cornu olei, & [d]vnxit eum in medio fratrum eius. † Et directus est spiritus dñi à die illa in Dauid, & deinceps. Surgénsq; Samuel abiit in Ramatha, [14] Spiritus autem domini recessit à Saul, & exagitabat eum spiritus nequam à dño. [15] Dixerúntq; serui Saul ad eū: Ecce spiritus dñi malus exagitat te. [16] Iubeat dñs noster Rex, & serui tui qui coram te sunt, quærent hominem scientē psallere cithara: vt quando arripuerit te spiritus dñi malus, psallat manu sua: & leuius feras. [17] Et ait Saul ad seruos suos: Prouidete ergo mihi aliquem bene psallentem, & adducite eum ad me. [18] Et respondens vnus de [e]pueris ait, Ecce vidi filium Isai Bethlehemitem, scientem psallere, & fortissimū robore, & virum bellicosum, & prudentem in verbis, & virum pulchrum, & dominus est cum eo. [19] Misit ergo Saul nuncios ad Isai, dicens: Mitte ad me Dauid filium tuum, qui est in pascuis. [20] Tulit itaq; Isai asinum plenum panibus, & lagenam vini, & hœdum de capris vnū, & misit per manum Dauid filij sui Sauli. [21] Et venit Dauid ad Saul, & stetit coram eo. At ille dilexit eū nimis, & factus est eius armiger. [22] Misitq; Saul ad Isai, dicens: † Stet Dauid in conspectu meo. Inuenit enim gratiam in oculis meis. [23] Igitur quandocunque spiritus domini malus arripiebat Saul, Dauid tollebat citharam, & percutiebat manu sua: & refocillabatur Saul, & leuius habebat: [f] recedebat enim ab eo spiritus malus.

Goliath armis diuitem, inermis Dauid occidit, cuius caput, diffusis Philisthæis, ad Saulem in Ierusalem detulit.

XVII.

[a] Ongregantes autem Philisthiim agmina sua in prælium, conuenerunt in [a] Sochot Iudæ, & castrametati sunt inter Sochot & Azeca, in finibus Dommim. [2] Porrò Saul & viri Israel congregati venerunt in vallem Terebinthi, & direxerunt aciem ad pugnandum contra Philisthiim, [3] & Philisthiim stabant super montem ex parte hac, & Israel stabat supra montē ex altera parte, vallísq; erat inter eos. [4] Et egressus est vir [b]spurius de castris Philisthinorum, nomine [c]Goliath de Geth, altitudinis sex cubitorum, & palmi: [5] & cassis ærea super caput eius, & lorica hamata induebatur. Porrò pondus loricæ eius, quinque milia siclorum æris erat: [6] & ocreas æreas habebat in crurib⁹, & clypeus æreus tegebat humeros eius. [7] Hastile autem hastę eius erat quasi liciatorium texentium: ipsum autem ferrum hastæ eius sexcentos siclos habebat ferri. Et armiger eius antecedebat eum. [8] Stánsque clamabat aduersum phalangas Israel, & dicebat eis: Quare venistis parati ad prælium? Nunquid ego non sum Philisthæus, & vos serui Saul? Eligite ex vobis virum, & descendat ad singulare certamen. [9] Si quiuerit pugnare mecum, & percusserit me, erimus vobis serui. Si autem ego prævaluero, & percussero eum, vos serui eritis, & seruietis nobis. [10] Et aiebat Philisthæus: Ego exprobraui agminibus Israel hodie: Date mihi virum, & ineat mecum singulare certamen. [11] Audiens autem Saul & omnes Israelitæ sermones Philisthæi huiuscemodi, stupebant, & metuebant nimis. [12] Dauid autem erat filius viri Ephrathæi † de quo supra dictum est, de Bethlehem Iuda, cui nomen erat Isai, qui habebat [d] octo filios, & erat vir in diebus Saul, senex, & grandæuus inter viros. [13] Abierunt autem tres filij eius maiores post Saul in prælium. Et nomina trium filiorum eius qui perrexerunt ad bellum, Eliab primogenitus, & secundus Abinadab, tertius quoque Samma. [14] Dauid autem erat minimus. Tribus ergo

go maioribus secutis Saulem [15] abiit Dauid, & reuersus est à Saul, vt pascèret gregem patris sui in Bethlehē. [16] Procedebat verò Philisthæus mane & vespere, & stabat quadraginta diebus. [17] Dixit autē Isai ad Dauid filium suum: Accipe fratribus tuis ephi polentæ, [18] & decem panes istos, & curre in castra ad fratres tuos: & decem formellas casei, has deferes ad tribunum, & fratres tuos visitabis si rectè agant, & cum quibus ordinati sunt disce. [19] Saul autē, & illi, & omnes filij Israel [c] in valle Therebinthi [c] pugnabāt aduersum Philisthiim. [20] Surrexit itaque Dauid mane, & cōmendauit gregem custodi, & onustus abiit, sicut præceperat ei Isai. Et venit ad locum Magala, & ad exercitū, qui egressus ad pugnam, vociferatus erat in certamine. [21] Direxerat enim acie Israel, sed & Philisthiim ex aduerso fuerant præparati. [22] Derelinquens ergo Dauid vasa quæ attulerat, sub manu custodis ad sarcinas: cucurrit ad locum certaminis: & interrogabat si omnia recte agerentur erga fratres suos. [23] Cúmque adhuc ille loqueretur eis, apparuit vir ille spurius ascendens, Goliath nomine, Philistæus, [f] de Geth, de castris Philistinorū: & loquēte eo hæc eadē verba, audiuit Dauid. [24] Omnes autem Israelitæ cum vidissent virum, fugerunt à facie eius timentes eum valde. [25] Et dixit vnusquispiam de Israel: Num vidisti virum hunc, qui ascēdit? Ad exprobrandū enim Israel ascendit. Virum ergo qui percusserit eum, ditabit Rex diuitiis magnis, & filiam suam dabit ei, & domum patris eius faciet absque tributo in Israel. [26] Et ait Dauid ad viros qui stabant secum, dicens: Quid dabitur viro qui percusserit Philisthæum hunc, & tulerit opprobrium de Israel? Quis est enim hic Philisthęus incircūcisus, qui exprobrauit aciē dei viuentis? [27] Referebat autem ei populus eundem sermonem dicens: Hæc dabuntur viro qui percusserit eum. [28] Quod cum audisset Eliab frater eius maior loquente eo cum aliis, iratus est contra Dauid, & ait: Quare venisti, & quare dereliquisti pauculas oues illas in deserto? Ego noui [g] superbiam tuā, & nequitiam cordis tui: quia vt videres prælium descendisti. [29] Et dixit Dauid: Quid feci? Nunquid non verbū est? [30] Et declinauit paululum ab eo ad alium: dixítque eundem sermonem. Et respondit ei populus verbum, sicut prius. [31] Audita sunt autem verba quæ locutus est Dauid, & annuntiata in conspectu Saul. [32] Ad quem cū fuisset adductus, locutus est ei: Non concidat cor cuiusquam in eo. Ego seruus tuus vadā, & pugnabo aduersus Philisthæum. [33] Et ait Saul ad Dauid: Non vales resistere Philisthæo isti, nec pugnare aduersus eum, quia puer es: hic autem vir bellator est ab adolescētia sua. [34] Dixítque Dauid ad Saul: † Pascebat seruus tuus patris sui gregem: [h] & veniebat leo vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis, [35] & persequebar eos & percutiebā, eruebámq; de ore eorum: & illi cōsurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam interficiebámq; eos. [36] [i]Nam & leonem & vrsum interfeci ego seruus tuus, erit igitur & Philisthæus hic incircuncisus quasi vnus ex eis. Nūc vadam & auferam opprobrium populi. Quoniam quis est iste Philisthæus incircuncisus, qui ausus est maledicere exercitui dei viuentis? [37] Et ait Dauid: Dominus qui eripuit me de manu leonis & de manu vrsi, ipse me liberabit de manu Philisthæi huius. Dixit autem Saul ad Dauid: Vade, & dominus tecum sit. [38] Et induit Saul Dauid vestimentis suis, & imposuit galeam æream super caput eius, & vestiuit eum lorica. [39] Accinctus ergo Dauid gladio eius super vestem suam, cœpit tentare si armatus posset incedere. Non enim habebat consuetudinem. Dixitq; Dauid ad Saul: Nō possum sic incedere, quia nō vsum habeo. Et deposuit ea. [40] Et tulit baculum suum quē semper habebat in manibus, & elegit sibi quinque lympidissimos lapides de torrente, & misit eos in peram pastoralem quam habebat secum, & fundā manu tulit, & processit aduersum Philisthæum. [41] Ibat autem Philisthæus incedens & appropinquans aduersum Dauid: & armiger eius ante eum. [42] Cúmque inspexisset eum Philisthęus, & vidisset Dauid, despexit eum. Erat autē adolescens rufus, & pulcher aspectu. [43] Et dixit Philisthæus ad Dauid: [k] Nunquid ego canis sum, quòd tu venis ad me cum baculo? Et maledixit Philisthæus Dauid in diis suis. [44] Dixitq; ad Dauid: Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cœli, & bestiis terrę. [45] Dixit autē Dauid ad Philisthæū:

e. Terrebinthi vallis est in Sichimis, sub qua abscōdit Iacob idola, inter a Neapoli. Hinc refert Ioſephus, quod Palæſtinꝰ castrametati fūt inter Socoth & Azeca.

f. Goth quarta vrbs Philisthinorū quondam, semper immanium gigantum aliōna, veluti Goliath istius, & aliorum mel orum, quorū nonnullos Dauid 2. Reg. 21 feruet espulisse, & curtatē illorum diripuisse: quam Roboam postea fertur instaurasse, sed & Ozias rursum destruxisse.

g. Putabat enim ipsum ruinore cordis elcuari, quod in regē Samuel ipsum vnxerat. Hiero. ibidem.

h. Neque esset admissus nisi fecisset fidē quòd in sua adolescētia leone siue mānibus strangulatū exercitus rapt e ouis cruribus peremisset. Ambr. in psal. 118. Sermo. 18.

i. Dauid autem cū de vno leone narrat, non gloriosus, sed magnū quid & mirabile motiue dicit, quoniā enim nō credebatur quòd nudus & arma gestare non valēs victurus esset barbarū, coactus est suæ fortitudinis referre argumenta. Chry. super Gen. Hom. 46.

k. Ipse etiam despectus ab Allophylo, quòd aduersus armatum prælitaturē cum virga & lapidibus processisset, tetulit non viribus se frecum esse, non armis, sed in nomine domini cōfidēte ad preliū esse progressū, vt lacessitæ plebis auferret opprobriū. Hic ergo inermis atque despectus ictruit Allophylū, postrēmū, victoria tū de cem milibus inuēcolarum ptallcorum ecclesiomio triumphauit. Amb. in Psalm. 118. Sermo. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tu venis ad me cum gladio,& hasta,&clypeo:ego autem venio ad te in nomine dñi exercituum,dei agminum Israel,quibus exprobrasti [46]hodie:& dabit te dominus in manu mea,& percutiam te,& auferam caput tuum à te:& dabo cadauera castrorum Philisthiim hodie volatilibus cœli, & bestiis terræ,vt sciat omnis terra quia est dñs deus in Israel:[47] & nouerit vniuersa Ecclesia hæc, quia non in gladio nec in hasta saluat dominus.Ipsius enim est bellum,& tradet vos in manus nostras. [48] Cũ ergo surrexisset Philisthæus,& veniret & appropinquaret contra Dauid,[l] festinauit Dauid,& cucurrit ad pugnam ex aduerso Philisthęi:[49] & misit manum suam in peram, tulitq; vnum lapidem,& funda iecit, & circunducens percussit eum in fronte,& infixus est lapis in fronte eius,& cecidit in faciem suam super terram.†[50] Preualuitq; Dauid aduersum Philisthæum in funda & lapide,percussumq; Philisthæum interfecit. Cúmque gladium non haberet in manu Dauid,[51] cucurrit & stetit super Philisthæum,& tulit gladium eius,& eduxit eum de vagina sua,& interfecit eum,præcidítque caput eius.Videntes autem Philisthiim quòd mortuus esset fortissimus eorum, fugerunt. [52] Et cõsurgentes viri Israel & Iuda,vociferati sunt,& persecuti sunt Philisthæos vsq; dum venirent in vallem & vsq; ad portas Accaron.Ceciderúntq; vulnerati de Philisthiim in via Sarim,& vsq; ad Geth,& vsque ad Accaron. [53] Et reuertentes filij Israel
[m] poſtquam persecuti sunt Philisthæos,inuaserunt castra eorum.[m] [54] Assumens autem Dauid caput Philisthæi,attulit illud in Ierusalem: arma verò eius posuit in tabernaculo suo. [55] Eo autem tempore quo viderat Saul Dauid egredientem contra Philisthæum, ait ad Abner principem militiæ suæ: De qua stirpe descẽdit hic adolescens? Dixítq; Abner:Viuit anima tua Rex,si nouí.[56] Et ait Rex:Interroga tu,cuius filius sit iste puer.[57] Cúmq; regressus esset Dauid percusso Philisthęo,tulit eũ Abner,& introduxit coram Saule,caput Philisthæi habentẽ in manu sua[58] Et ait ad eũ Saul:De qua progenie es ô adolescens?Dixítq; Dauid:Filius serui tui Isai Bethlehemitæ ego sum.

Inito Dauidis cum Ionatha fœdere,Saul audita sui & Dauidis comparatione,Dauidem nisus est transfigere: Merob tamen filiam suam pollicitus, Michol (mediantibus centum Philisthinorum præputiis) tradidit. XVIII.

[a] ET factum est cum complesset loqui ad Saul,anima Ionathę cõglutinata est animæ Dauid,& dilexit eum Ionathas quasi animã suam.[2] Tulitq; eũ Saul in die illa,& non concessit ei vt reuerteretur in domum patris sui.[3] Inierũt autem Dauid & Ionathas fœdus.†Diligebat enim eum quasi animã suam. [4] Nam expoliauit se Ionathas tunica qua erat indutus,& dedit eam Dauid,& reliqua vestimenta sua,vsq; ad gladium & arcum suum,& vsque ad balteum.[5] Egrediebatur quoque Dauid ad omnia quæcunque misisset eum Saul,& prudenter se agebat. Posuitq; eum Saul super viros belli,&[a] acceptus erat in oculis vniuersi populi,maximéque in cõspectu famulorum Saul.[6] Porrò cum reuetteretur percusso Philisthæo Dauid,& ferret caput eius in Ierusalem : egressæ sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israel,cantantes, chorósq; ducentes,in occursum Saul Regis, in tympanis lætitiæ & in sistris: [7] & præcinebant mulieres ludentes, atque dicentes,† Percussit Saul mille, & Dauid decem milia.[b] Iratus est autẽ Saul nimis:& displicuit in oculis eius iste sermo: dixitq;:[c] Dederunt Dauid decem milia,& mihi mille dederunt.Quid ei superest,nisi solum regnum?[9] Non ergo rectis oculis Saul aspiciebat Dauid à die illa,& deinceps. [10] Post diem autem alteram inuasit spiritus dei malus Saul, & [d] prophetabat in medio domus suæ. Dauid autem psallebat manu sua,sicut per singulos dies.Tenebátque Saul lanceam,[11] & misit eam putans quòd configere posset Dauid cum pariete. Et declinauit Dauid à facie eius secundò. [12] Et timuit Saul Dauid:eò quòd esset dominus cum eo, & à se recessisset.[13] Amouit ergo eum Saul à se, & fecit eum tribunum super mille viros. Et egrediebatur & intrabat in conspectu populi. [14] In omnibus quoque viis suis Dauid prudenter agebat, & dominus erat cum

l. Dauid autem deo magis fidens quàm armis, furoris expers & inermis accessit & primo ictu alienigenam barbarum prostrauit,ac ipsum suapte gladio occidit, capũque eius amputauit, atque illius opera & Rex salutem inuenit,& omnis illius exercitus respirauit. Chrysosto. super Genesin. Homil.46.

m. Vnde illo deiecto & percusso gladiũ eius abstulit, & deinde illi caput abscidit. Eucherius ibidem. Videsne tunc inopinatas admirabilésque res,armatum ab inermi deiectum,reique militaris peritũ ab eo qui prꝛter pastoralẽ nihil sciebat,cadétem: quia hic quidem habuit superiorem gratiam se adiuuantem, ille autem ea carens in humi venit manus. Chrysos. in Gen. Homil.46.

a. Vniuersus Israel diligebat Dauid, & sapiebat super omnes seruos Saul, & honorabatur nomen illius valde.Sed & Ionathas filius Saul diligebat Dauid vehementer. Chrysos. de Dauid & Saule Homil.

b. Nam si indignandum erat, Dauidem potius conueniebat indignari: quòd quum solus totũ gessisset, alterum haberet laudis participem:vel mulieribus indignari, & non Dauidi de repub. benemerito. Chryl. de Dauid & Saule Homil.

c. Interea victoria Dauid, animum Saul Regis offendit, indignans quod Saul mille,& Dauid in decem millibus conclamantia publicæ gratulationis ora conclamarent. Hinc inuidia Saulis & semen odiorum aduersus Dauid quem dissimulator callidus, vt fine inõdiis suis posset offerre discrimini,statuit eũ Michol filiæ suæ nuptiis alligari, si centum fibi Allophylorum præputia victor offerret, pro quibus centum ducta dedit. Et vnde creditus est regio perire voto,inde auctus est gloriosiori trophęo. Eucherius ibidem.

d. Nil nisi aliena more arreptitiorum referens. Hie.

[D] cum eo.[15] Vidit itaq; Saul quòd prudens esset nimis,& cœpit cauere eum. [16] Omnis autem Israel & Iuda diligebat Dauid:ipse autem ingrediebatur & egrediebatur ante eos.[17] Dixítq; Saul ad Dauid:Ecce filia mea maior Merob, ipsam dabo tibi vxorem, tantummodo esto vir fortis, & præliare bella domini.Saul autem reputabat dicens: Non sit manus mea in eo:sed sit super eum manus Philisthinorum.[18] Ait autẽ Dauid ad Saul.†Quis ego sum,aut quæ est vita mea,aut cognatio patris mei in Israel, vt fiã gener Regis?[19] Factum est autem tẽpus,† cum deberet dari Merob filia Saul Dauid, [E] data est Hadriel,Molathitæ vxor.[20] Dilexit autem Dauid Michol filiam Saul alterã: & nuntiatum est Saul,& placuit ei.[21] Dixítq; Saul:Dabo eam illi,vt fiat ei[e] in scandalum,& sit super eum manus Philisthinorum.Dixítq; Saul ad Dauid:In duabus rebus gener meus eris hodie.[22] Et mandauit Saul seruis suis:Loquimini ad Dauid clam me, dicentes:Ecce places Regi,& omnes serui eius diligunt te.Nunc ergo ẽsto gener Regis.[23] Et locuti sunt serui Saul in auribus Dauid omnia verba hæc.Et ait Dauid:[f] Nũ parum videtur vobis,generum esse Regis?Ego autem sum vir pauper,& tenuis.[24] Et [F] renunciauerunt serui Saul,dicentes:Huiusce modi verba locutus est Dauid. [25] Dixit autem Saul:Sic loquimini ad Dauid: Non habet Rex sponsalia necesse,nisi tantùm centum præputia Philisthinorum,vt fiat vltio de inimicis Regis. Porrò Saul cogitabat Dauid tradere in manus Philisthinorum.[26] Cúmque renuntiassent serui eius Dauid verba quæ dixerat Saul,placuit sermo in oculis Dauid,vt fieret gener Regis.[27] Et post paucos dies surgens Dauid,abiit in Accaron cũ viris qui sub eo erãt,& percussit ex Philisthiim ducentos viros,& attulit eorum præputia,& annumerauit ea regi, vt [G] esset gener eius.Dedit itaque Saul ei Michol filiam suam vxorem.[28] Et vidit Saul & intellexit quòd dominus esset cum Dauid.Michol autem filia Saul diligebat eũ:[29] & Saul magis cœpit timere Dauid:[g] factúsque est Saul inimicus Dauid cunctis diebus. [30] Et egressi sunt Principes Philisthinorum. A principio autem egressionis eorum prudentius se gerebat Dauid,quàm omnes viri Saul,& celebre factum est nomẽ eius nimis.

e. In duplex periculũ vxoris,& Philisthinorum.

f. Arqui debebatur hoc honoris,vt merces ac pẽsatio laborum: indignum ramen se iudicabat, qui debitam reciperet mercedẽ. Chrys. de Dauid & Saule.

g. Auxit deinde odiũ Saul aduersus Dauid in tantum vt Rex ad medelam fui furoris Dauid de more pollicentem iaculo sępius conarecur configere. Euche. ibi.

Saul Dauidem occidi iubens,voce Ionathæ placatur: quem tamen reuocatum, & coram eo citharizantem, malo agitatus spiritu iterum transfigere tentat. Hunc autem apud Samuelem in Naioth persequutus, post ternos nuntios prophetantes similiter prophetauit. XIX.

[A] [a] EOcutus est autem [a] Saul ad Ionathan filium suum,& ad omnes seruos suos,vt occiderent Dauid.Porrò Ionathas filius Saul diligebat Dauid valde.[2] Et indicauit Ionathas Dauid, dicens: Quærit Saul pater meus occidere te,quapropter obserua te quæso mane:& manebis clàm, & absconderis.[3] Ego autem egrediens stabo iuxta patrem meum in agro vbicunq; fuerit,& ego loquar de te ad patrem meum:& quodcunq; videro, nuntiabo tibi.[4] Locutus est ergo Ionathas de Dauid bona ad Saul patrem suum:dixítque ad eum:Ne pecces Rex in seruũ tuum Dauid,quia non peccauit tibi,& opera eius bona sunt tibi valde,[5] & [b] posuit animam suam in manu tua,& percussit Philisthæum:& fecit dominus salutem magnam vniuerso Israeli.Vidisti,& lętatus es. Quare ergo peccas in sanguine innoxio,interficiens Dauid,qui est absque culpa?[6] Quod cum audisset Saul,placatus voce Ionathæ,iurauit:Viuit dominus,quia non occidetur.[7] Vocauit itaque Ionathas Dauid, & indicauit ei omnia verba hæc. Et introduxit Ionathas Dauid ad Saul,& fuit ante eum sicut fuerat heri & nudiustertius.[8] Motũ est autẽ rursum bellum:& egressus Dauid pugnauit aduersum Philisthiim,percussítq; eos plaga magna,& fugerunt à facie eius.[9] Et factus est spiritus dñi malus in Saul.Sedebat autẽ in domo sua,& tenebat lanceam.Porrò Dauid psallebat manu sua:[10] nisúsq; est Saul configere Dauid lancea in pariete : & declinauit Dauid à facie Saul : lancea autem cassо vulnere perlata est in parietem:& Dauid fugit,& saluatus est nocte illa. [11] Misit ergo Saul satellites suos nocte in domum Dauid, vt custodirent eum, & inter-

a. Paulus primò Saulus,hoc est,primò superbus, postea humilis,quando quidẽ Saulus à Saule nomen deriuatũ est. Saul autẽ rex superbus in regno Dauid humilem semper persequebatur innocentem, Pauli typum gerens primo ecclesiæ innocentes persequẽtis. Aug. Ser.74. de tempore.

b. Exposuit vitã suã discrimini mortis propter te.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficeretur mane. Quod cum annuntiauisset Dauid Michol vxor sua, dicēs: Nisi saluaueris te nocte hac, cras morieris: [12] deposuit eū per fenestram. Porrò ille abiit, & aufugit, atq; saluatus est. [13] Tulit autem Michol statuam, & posuit eam super lectū, & pellē c piloſam caprarum posuit ad caput eius, & operuit eam vestimentis. [14] Misit autē Saul apparitores qui raperent Dauid: & responsum est quòd ægrotaret. [15] Rursúmq; misit Saul nuntios vt viderent Dauid, dicens: Afferte eum ad me in lecto, vt occidatur. [16] Cúmq; venissent nuntij, inuentum est [c] simulachrum super lectum, & pellis caprarū ad caput eius. [17] Dixitq; Saul ad Michol: Quare sic illusisti mihi, & dimisisti inimicū meum, vt fugeret? Et respondit Michol ad Saul: Quia ipse locutus est mihi, dicēs: Dimitte me, alioquin interficiam te. [18] Dauid autem fugiens saluatus est. & venit ad Samuel in Ramatha, & nuntiauit ei omnia quæ fecerat sibi [d] Saul. Et abierūt ipse & Samuel & morati sunt in Naioth. [19] Nuntiatum est autem Sauli à dicentibus: Ecce Dauid in Naioth in Ramatha. [20] Misit ergo Saul lictores vt raperent Dauid. Qui cū vidissent cuneum Prophetarum vaticinantium, & Samuel stantem super eos, factus est etiam spiritus domini in illis, & prophetare cœperunt etiam ipsi. [21] Quod cum nuntiatum esset Sauli, misit & alios nuntios: prophetauerunt autem & illi. Et rursum misit Saul tertios nuntios, qui & ipsi prophetauerunt. Et iratus iracundia Saul, [22] abiit etiam ipse in Ramatha, & venit vsque ad cisternam magnam, quæ est in Socoth, & interrogauit, & dixit: In quo loco sunt Samuel & Dauid? Dictúmq; est ei: Ecce in Naioth sunt in Ramatha. [23] Et abiit in Naioth in Ramatha. Et factus est etiam super eum spiritus domini, & ambulauit ingrediens, & prophetabat, vsque dum veniret in Naioth in Ramatha. [24] Et expoliauit etiam ipse se vestimentis suis, & prophetauit cum cæteris coram [e] Samuel: & cecinit nudus tota die illa & nocte. Vnde & exiuit prouerbium, † Num & Saul inter prophetas?

c. Simulachrū à simulatione dictum putat Lact. lib. 2. cap. 19. Quicquid enim, inquit, simulatur, id falsum fit necesse est: nec potest vocabulum veri nomen accipere quod veritatem fugit & imitatione mentitur. Lact. vbi supra.

d. Saul inuidiæ stimulo succitatus, & malo spiritu sæpe arreptus, cum Dauid occidere veller, ipse Dauid tunc cum Samuele, & cæterorum prophetarū cuneo prophetaret, misit Saul nūtios, & ipsum interficiendū de medio prophetarum rapere iubet: sed illos protinus vt venerant, spiritus qui in prophetis loquebatur, arripiebat. Ipse quoq; Saul, quasi imitum famulis opus, stricto arcu post eos exiens, cum inter prophetas veneraț, prophetabat. Aug. de mirabil. sacr. scripturæ lib. 2. cap. 10.

e. Sed quomodo quadrat cum hoc quod dictū est supra cap. 15. Et nō vidit Samuel vltrà Saul? Respōdēt Hebræi. Aut nō vidit eum, quia quando iunctus est cuneo prophetarum, abscondit se Samuel: aut nō vidit eum in indutum habitu regio quo indutus erat quādo dictum est: Et non vidit Samuel vltra Saul vsq; in diē mortis suæ. Hiero. ibid.

Ionathas post repetitum fœdus ad Dauidem, ipsum patri suo reconciliare non potest: illum tamen è manibus eius trium sagittarum signo liberat. XX.

[1] Svgit† autem Dauid de [a] Naioth, quæ est in Ramatha, veniénsq; locutus est coram Ionatha: † Quid feci? Quæ est iniquitas mea, & quod peccatū meum in patrem tuum, quia quærit animam meam? [2] Qui dixit ei: Absit à te, non morieris. Neque enim faciet pater meus quicquam grande vel paruum, nisi prius indicauerit mihi. Hunc ergo cælauit à me pater meus sermonem tantummodo? Nequaquam enim erit istud. [3] Et iurauit rursum Dauid. Et ait ille: Scit profecto pater tuus quòd inueni gratiā in oculis tuis, & dicet: Nesciat hoc Ionathas, ne forte tristetur. Quinimò viuit dominus & viuit anima tua, quia vno tantùm (vt ita dicam) gradu ego mórsq; diuidimur. [4] Et ait Ionathas ad Dauid: Quodcunq; dixerit mihi anima tua, faciam tibi. [5] Dixit autem Dauid ad Ionathan, Ecce [b] Kalendæ sunt crastino: & ego ex more sedere soleo iuxta Regem ad vescēdum. [c] Dimitte ergo me, vt abscondar in agro vsque ad vesperam diei tertiæ. [6] Si respiciens requisierit me pater tuus, respondebis ei: Rogauit me Dauid vt iret celeriter in Bethlehem ciuitatem suam, quia victimæ solennes ibi sunt vniuersis contribulibus suis. [7] Si dixerit, Bene, pax erit seruo tuo. Si autem fuerit iratus: scito quia completa est malitia eius. [8] Fac ergo misericordiam in seruum tuum: quia fœdus domini me famulum tuum tecum inire fecisti. Si autem est iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrem tuum ne introducas me. [9] Et ait Ionathas, Absit hoc à me. Neque enim fieri potest, vt si certe cognouero completam esse patris mei malitiam contra te: non annuntiem tibi. [10] Respondítque Dauid ad Ionathan: Quis renuntiabit mihi si quid forte responderit tibi pater tuus durè de me? [11] Et ait Ionathas ad Dauid: Veni & egrediamur foras in agrum. Cúmque exissent ambo [d] in agrum, [12] ait Ionathas ad Dauid: Domine deus Israel, si inuestigauero sententiam patris mei crastino, vel perendie, & aliquid boni fuerit super Dauid, & non statim misero ad te, & notum tibi fecero, [13] hæc faciat deus Ionathæ, & hæc augeat. Si autem [e] perseuerauerit patris mei malitia

a. Naioth locus est in Rama in sorte trib⁹ Beniamin ab Ierusalem sexto vel circiter miliario distās ad septentrionalē plagam versus Bethel. Rama verò est ciuitas Saulis in monte Ephraim unius alterā sit in tribu Aser.

b. Principium mēsis in quo erat neomenia.

c. Fugerat sanctus Dauid odia Saulis regis, non relinquens terras, sed declinans contagia Regis inimici & superbi, quia mens eius adhærebat deo, cui sine charitate nullus adultus adhærere potest. Ambros. in lib. de Abraham & Isaac.

d. In quem Saul sæpius cōciliandi gratia cōueniebat, vbi etiam Dauid constituerat occidendū. Hieronym.

e. Neque enim tam graue est peccare, quam in peccatis perseuerare. Chrysost. Homil. 25. super Genesim.

malitia aduersum te, reuelabo aurem tuam & dimittam te, vt vadas in pace, & sit dominus tecū, sicut fuit cum patre meo. [14] Et si vixero, faciēs mihi misericordiā domini: si vero mortuus fuero, [15] nō auferes misericordiā tuam à domo mea vsq; in sempiternum. Aut si non fecero quando eradicauerit dominus inimicos Dauid, vnumquēq; de terra, auferat Dauid Ionathan de domo sua, & requirat dominus de manu inimicorum Dauid. [16] Pepigit ergo Ionathas fœdus cū domō Dauid, & requisiuit domi- D
nus de manu inimicorum Dauid. [17] Et addidit Ionathas deierare Dauid: eò quòd diligeret illū. Sicut enim animam suam, ita diligebat eum. [18] Dixitq; ad eum Ionathas: Cras Kalendæ sunt, & requirēris. Requiretur enim sessio tua [19] vsq; perendie. Descēdes ergo festinus & venies in locum vbi celandus es in die quando operari licet: & sedebis iuxta lapidem cui nomē est Ezel. [20] Et ego tres sagittas mittam iuxta eum: & iaciam quasi exercens me ad signum. [21] Mittam quoque & puerū, dicens ei: Vade & affer mihi sagittas. [22] Si dixero puero: ecce sagittæ intra te sunt, tolle eas: tu veni ad me, quia pax est, & nihil est mali, viuit dominus. Si autē sic locutus fuero puero, ecce sagittę vltra te sunt: vade in pace, quia dimisit te dominus. [23] De verbo autē quod locuti fuimus ego & tu, sit dominus inter me & te vsq; in sempiternū. [24] Absc̄oditus est ergo Dauid in agro, & venerunt [f] Kalendæ, & sedit Rex ad comedendum panem. f. Calendæ dicebantur primus dies cuiuslibet mensis, dies videlicet in quo primum natus Luna, qui erat mensis principiū, & solebat apud Hebræos semper esse festus & celebris. Hinc factum est adagium, ad Calendas Græcas, qr Neomenias, quod Græci Calendas, Latini Neomenias earum.
E [25] Cúmque sedisset Rex super cathedram suam secundum consuetudinem, quæ erat iuxta parietem, surrexit Ionathas, & sedit Abner ex latere Saul, vacuúsq; apparuit locus Dauid, [26] & nō est locutus Saul quicquā in die illa. Cogitabat enim q̄ forte euenisset ei vt nō esset mūdus, nec purificatus. [27] Cúmq; illuxisset dies secūda post Kalēdas, rursum apparuit vacuus locus Dauid. Dixitq; Saul ad Ionathan filium suum: Cur nō venit filius Isai nec heri nec hodie ad vescendum? [28] Respondítq; Ionathas Sauli: Rogauit me obnixè, vt iret in Bethlehem, [29] & ait: Dimitte me, quoniam sacrificiū solēne est in ciuitate mea. vnus de fratribus meis accersiuit me. Nūc ergo si inueni gra- F
tiam in oculis tuis, vadam citò, & videbo fratres meos. Ob hanc causam nō venit ad mēsam Regis. [30] Iratus autem Saul aduersum Ionathan, dixit ei: Fili mulieris virū vltro rapientis, nunquid ignoro quia diligis filium Isai in confusionem tuam, & in cōfusionem ignominiosæ matris tuæ? [31] Omnibus enim diebus quibus filius Isai vixerit super terram, non stabilieris tu, neq; regnum tuum. Itaq; iam nūc mitte & adduc eum ad me, quia filius mortis est. [32] Respōdēs autē Ionathas Sauli patri suo, ait: Quare morietur? Quid fecit? [g] [33] Et arripuit Saul lanceā, vt percuteret eū. Et intellexit Ionathas quòd definitum esset à patre suo vt interficeretur Dauid. [34] Surrexit ergo Ionathas à mensa in ira furoris, & non comedit in die Kalendarū secunda panē. Contristatus est enim super Dauid, eò quòd confudisset eum pater suus. [35] Cúmq; illuxisset mane, venit Ionathas in agrum, iuxta [h] placitū Dauid, & puer paruulus cū eo. [36] Et ait ad pue- G
rum suum: Vade & affer mihi sagittas quas ego iacio. Cúmque puer cucurrisset, iecit aliā sagittā trans puerum. [37] Venit itaq; puer ad locū iaculi quod miserat Ionathas: & clamauit Ionathas post tergum pueri, & ait: Ecce ibi est sagitta porro vltra te. [38] Clamauítq; iterum Ionathas post tergum pueri dicens: Festina velociter, ne steteris. Collegit autē puer Ionathæ sagittas, & attulit ad dominum suum: [39] & quid ageretur, penitus ignorabat. Tantūmodo enim Ionathas & Dauid rem nouerant. [40] Dedit ergo Ionathas arma sua puero, & dixit ei: Vade, & defer in ciuitatē. [41] Cúmq; abisset puer, surrexit Dauid de loco qui vergebat ad austrū, & cadens pronus in terram, adorauit tertiò. Et osculantes se alterutrum, fleuerunt pariter: Dauid autē amplius. [42] Dixit ergo Ionathas ad Dauid: Vade in pace: quæcunq; iurauimus ambo in nomine domini dicētes: Dominus sit inter me & te, & inter semen tuum & semē meum, vsq; in sempiternum. [43] Et surrexit Dauid, & abiit: sed & Ionathas ingressus est ciuitatem.

g. Non iam intra verba ista continens, præcipuè se, & nactus aliquando spiculum, impetū in filiū fecit perpetrasseq; impium fecisset, ni intercessu amicorum fuisset cohibitus. Ioseph. Antiquit. lib. 6. cap. 12.

h. Quando Dauid persecutionem patiebatur, à Saule fugiebat, & inimicum non vlciscebatur, & Christi adnētum præstabat, & sapientiā instruebat, & omnia secundum cōsilium faciebat spiritus, & deo placebat. Quam ioy vero propter cōcupiscentiā ipse sibi accepit Bersabēe Uriæ, deo ipsi displicuit. Irenæus lib. 4. cap. 45.

Dauid in Nobe apud Achimælech profugus, præ nimia fame panes propositionis coram Doeg Idumæo comedit. Inde ab Achimælech gladium Goliath accipiens, apud Achis in Geth dementiam præ timore simulat. XXI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Nobe ciuitas sortis Iudæ iuxta Ierusalem, quæ & Ananiæ & Azariæ fuit, & Isaiæ, qui & Esaias, ut Hieronymus in Catalogo scriptorum ecclesiasticorum refert. Vide Esaiæ 10. Hieron. ibidem.

b Ipse est Ahias filius Achitob, filij Phinees, filij Heli. Hieron. ibidem.

c. Quod verò dominus in euangelio Mar. 2. d. Abiathar principem sacerdotum non Abimælæch appellat, nihil habet dissonantiæ. Ambo enim fuerunt: illic cùm venit à Dauid panes petiit & accepit, Abimælæch vicehcet princeps sacerdotum, & Abiathar filius eius. Occiso autem Abimelæch à Saule est virtus domus suæ generis sacerdotalis Ithamar. fugit Abiathar ad Dauid, & comes factus totius exilij eius, postea regnante eo summi sacerdotij gradū & ipse accepit. Euche. ibid.

d. Panes enim propositionis quasi corpus Christi de vxorum cubilibus cōsurgētes edere non poterant. Hieron.

e. In Doeg Idumæo, qui sacerdotes domini prodidit, Iudæ proditoris persona figuratur, per quem operatus est diabolus, vt eius proditione facta in Christo, persecutionem poste à ecclesia pateretur, & occiderentur multi discipuli Christi & sacerdotes, & pro nomine eius persecutionis exilia paterentur. Eucherius ibid.

f. Nec quòd Dauid simulauit insaniā, nec cætera huiusmodi mendacia iudicāda sunt, sed locutiones actionésque propheticæ, ad ea quæ vera sunt: intelligenda referendæ. August. lib. contra mendacium.

VEnit autem Dauid in [a] Nobe ad Achimælæch sacerdotē. Et obstupuit [A] [b c] Achimælæch, eò quòd veniſſet Dauid, & dixit ei: Quare tu ſolus, & nullus eſt tecū? [2] Et ait Dauid ad Achimælæch ſacerdotem: Rex præcepit mihi ſermonem, & dixit: Nemo ſciat rem propter quam miſſus es à me: & cuiuſmodi præcepta tibi dederim. Nam & pueris meis condixi in illum & illū locum. †[3] Nunc igitur ſi quid habes ad manum, vel quinq; panes, da mihi: aut quicquid inueneris. [4] Et reſpōdens ſacerdos ad Dauid, ait illi: Nō habeo laicos panes ad manū, ſed tantū panem ſanctū. [d] Si mundi ſunt pueri, maximè à mulieribus, manducent. [5] Et reſpondit Dauid ſacerdoti, & dixit ei: Et quidem ſi de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri & nudiuſtertius quando ingrediebamur, & fuerunt vaſa puerorum ſancta. Porrò via hæc polluta eſt, ſed & ipſa hodie ſanctificabitur in vaſis. †[6] Dedit ergo ei ſacerdos ſanctificatum panem. Neq; enim erat ibi panis niſi tantùm panes propoſitionis, qui ſubleuati fuerāt à facie domini, vt ponerentur panes calidi. [7] Erat autem ibi vir quidam de ſeruis Saul in die illa intus in tabernaculo domini, & nomen eius [e] Doeg Idumæus, potentiſſimus paſtorum Saul. Hic paſcebat mulas Saul. [8] Dixit autem Dauid ad Achimęlæch: Si habes hic ad manum haſtam aut gladium, da mihi, quia gladium meum & arma mea nō tuli mecum. Sermo enim Regis vrgebat me. [9] Et dixit ſacerdos: Ecce hic gladius Goliath Philiſthæi, quē percuſſiſti in valle Terebinthi, eſt inuolutus pallio poſt Ephod. Si iſtum vis tollere, tolle. Neq; enim hic eſt alius abſq; eo. Et ait Dauid: Non eſt huic alter ſimilis. Da mihi eum. [10] Surrexit itaq; Dauid, & fugit in die illa à facie Saul, & venit ad Achis Regē Geth. [11] Dixerúntq; ſerui Achis ad eum, cum vidiſſent Dauid: Nunquid non iſte eſt [D] Dauid Rex terræ? Nónne huic cantabant per choros, dicentes: † Percuſſit Saul mille, & Dauid decem milia? [f 12] Poſuit autem Dauid ſermones iſtos in corde ſuo, & extimuit valde à facie Achis Regis Geth: †[13] & immutauit os ſuum coram Achis & collabebatur inter manus eorum, & impingebat in oſtia portæ, defluebántq; ſaliuæ eius in barbam. [14] Et ait Achis ad ſeruos ſuos: Vidiſtis hominem inſanum, quare adduxiſtis eum ad me? [15] An deſunt nobis furioſi, quia introduxiſtis iſtū vt fureret me præſente? Dimittite illum hinc: ne ingrediatur domum meam.

Dauid plurimis ad ſe ſuſceptis ad Regem Moab profectus eſt, vnde Gad conſilio in terram Iuda reuerſus eſt. Saul autem per Doeg Idumæum omnes ſacerdotes Nobe præter Abiathar qui ad Dauid confugit, interfici fecit. XXII.

ABiit ergo Dauid inde, & fugit in ſpeluncam Odollam. Quod cum au- [A] diſſent fratres eius, & omnis domus patris eius, deſcenderunt ad eum illuc: [2] & conuenerunt ad eum omnes qui erant in angustia conſtituti, & oppreſſi ære alieno, & amaro animo, & factus eſt eorum princeps. Fuerúntque cum eo quaſi quadringenti viri. [3] Et profectus eſt Dauid inde in [a] Maſpha, quæ eſt Moab. Et dixit ad Regem Moab: Maneat oro pater meus & mater mea vobiſcum, donec ſciam quid faciat mihi deus. [4] Et reliquit eos ante faciē Regis Moab. Manſerúntque apud eum cunctis diebus quibus Dauid fuit in præſidio. [5] Dixítque [b] Gad propheta ad Dauid: Noli manere in præſidio. Proficiſcere & vade in terram Iuda. Et profectus eſt Dauid, & venit in ſaltū Hareth. [6] Et audiuit Saul q; apparuiſſet Dauid, & viri qui erant cum eo. Saul autem cum maneret in Gabaa, & eſſet in nemore quod eſt in Rama, haſtam manu tenens, cunctíq; ſerui eius circunſtarent eum, [7] ait ad ſeruos ſuos qui aſſiſtebant ei: Audite me nunc filij Iemini: Nunquid omnibus [B] vobis dabit filius Iſai agros & vineas, & vniuerſos vos faciet Tribunos & Centuriones, [8] quoniā coniuraſtis omnes aduerſum me, & nō eſt qui mihi renuntiet, maxime cum & filius meus fœdus inierit cum filio Iſai? Non eſt qui vicem meā doleat ex vobis, nec qui annūtiet mihi, eò quòd ſuſcitauerit filius meus ſeruum meum aduerſum me inſidiantem mihi vſque hodie. †[9] Reſpondēs autem Doeg Idumæus qui aſſiſtebat, & erat primus inter ſeruos Saul, Vidi, inquit, filium Iſai in Nobe apud Achimælęch

a. Maſphat de qua in hoc loco, ciuitas eſt in terra Moab in mōte Galaad, vbi Iacob & Laban firmauerūt pactū, vt Gen. 31. f. Et hanc dedit Moyſes tribui Gag in hæreditatem trās Iordanem, vt patet Deuter. 29. Altera eſt nominis eiuſdē in tribu Iuda, de qua ſup. 1. Reg. 10. b Miro modo hic introducitur Gad propheta, cùm præcedentibus nulla eius fa ctī fuerit mētio. Sic itaque hic introducit, ſicut Elias propheram loco vbi dicit: Et dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad. Ex ore itaq; domini Gad propheta dixit Dauid, vt non moraretur inter gentes, & in terra pollura, ted in terram Iuda rediret, ſibi iuſta voluntate domini perſecutionem inimicorum ferret. Angelomus ibid. poſt Hieronymum ibid.

lęch filiū Achitob ſacerdotem: [10] qui conſuluit pro eo dominum, & cibaria dedit ei. Sed & gladium Goliath Philiſthæi dedit illi. [c 11] Miſit ergo Rex ad accerſendū Achimælech ſacerdotem filium Achitob, & omnem domum patris eius ſacerdotum qui [C] erant in Nobe. Qui vniuerſi venerunt ad Regem. [12] Et ait Saul ad Achimęlech: Audi fili Achitob. Qui reſpondit: Præſto ſum domine. [13] Dixítq; ad eum Saul: Quare coniuraſtis aduerſum me tu & filius Iſai, & dediſti ei panes & gladium, & conſuluiſti pro eo dominum, vt cōſurgeret aduerſum me, inſidiator vſque hodie permanens? [14] Reſpondénſque Achimælech regi ait: Et quis in omnibus ſeruis tuis ſicut Dauid fidelis, & gener regis, & pergēs ad imperium tuum, & glorioſus in domo tua? [15] Num hodie cœpi pro eo conſulere dominum? Abſit hoc à me. Ne ſuſpicetur Rex aduerſum ſeruum ſuū rem huiuſcemodi in vniuerſa domo patris mei. Nō enim ſciuit ſeruus tuus quicquam ſuper hoc negotio, vel modicum vel grāde. [16] Dixítq; Rex: Morte morieris Achimęlech, tu, & omnis domus patris tui. [17] Et ait Rex emiſſariis qui circūſtabāt eum: Conuertimini, & interficite ſacerdotes domini. Nam manus eorū cum Dauid [D] eſt: ſcientes quòd fugiſſet, & nō indicauerunt mihi. Noluerunt autem ſerui regis extendere manus ſuas in ſacerdotes domini. [18] Et ait Rex ad Doeg: Conuertere tu, & irrue in ſacerdotes domini. Conuerſúſq; Doeg Idumæus irruit in ſacerdotes, & trucidauit in die illa octogintaquinq; viros veſtitos [d] Ephod lineo. [19] Nobe autem ciuitatem ſacerdotum percuſſit in ore gladij, viros & mulieres & paruulos & lactantes, bouémque & aſinum & ouem in ore gladij. [20] Euadens autē vnus filius Achimęlech filij Achitob, cuius nomē erat Abiathar, fugit ad Dauid: [21] & annūciauit ei quòd occidiſſet Saul ſacerdotes domini. [22] Et ait Dauid ad Abiathar: Sciebā enim in die illa, quòd cum ibi eſſet Doeg Idumęus, proculdubio annūtiaret Sauli. Ego ſum reus omnium animarum patris tui. [23] Mane mecū, ne timeas. Si quis quæſierit animam meā, quæret & animam tuam, mecúmque ſeruaberis.

c. Cum Saul perſequeretur virum ſanctum Dauid, cum fugit Dauid vbi tutum putauit eſſe locum, ſe iungebat pec ſacerdotem quendam Achimelech, accepit ab eo panes, vbi ſignanter etiam perſtatum non tamen Regis, ipſi & ſacerdotis, qui ita manducant panes propoſitionis, quos ſolum decet dominus in euangelio non licebat manducare niſi ſolis ſacerdotibus. & ſequitur. Sāl ſit continuo Saul, exhibuit ſacerdotem & omnes eius, & iuſſit occidi. Nemo non fuit eſt hominū regis Saul, nec iubente rege mittere manum in ſacerdotem domini; ſed ille qui prodideret, ſicut Iudas, qui à proximo ſuo non recedit, & vnā in ſinum perfecutoris, quia die Doeg iſte manus ſuas iubente Rege ſacerdotem & omnes eius. Deinde deſolata eſt ciuitas eorum ſacerdotum. Aug. in Pſalm.

d. Pallio lineo, vel ſuperhumerali, quo cætera ſacerdotis ornamenta regebantur. Hierony.

Cum Dauid Ceilam à Philiſthæis liberaſſet, in deſertum Ziph profugus à Ziphæis proditur: fœdere autem cum Ionatha renouato Dauidem Saul perſequitur, donec ad Philiſthæos reuocatur. XXIII.

ET annunciauerunt Dauid dicentes: Ecce Philiſthiim oppugnant [a] Ceilam, & diripiunt areas. [2] Conſuluit ergo Dauid dominum, dicens: Num vadam & percutiam Philiſthæos iſtos? Et ait dominus ad Dauid: Vade, & percuties Philiſthæos, & ſaluabis Ceilam. [3] Et dixerunt viri qui erant cum Dauid, ad eum: Ecce nos hic in Iudęa conſiſtentes timemus, quantò magis ſi ierimus in Ceilam aduerſum agmina Philiſthinorum? [4] Rurſum ergo Dauid conſuluit dominum. Qui reſpondens, ait ei: Surge & vade in Ceilam. ego enim tradam Philiſthæos in manu tua. [5] Abiit ergo Dauid & viri eius in Ceilam, & pugnauit aduerſum Philiſthæos. Et abegit iumenta eorū, & percuſſit eos plaga magna: & ſaluauit Dauid habitatores Ceilæ. [6] Porrò eo tempore quo fugiebat Abiathar filius Achimælech ad Dauid in Ceilam, [b] Ephod ſecū habens deſcenderat. [7] Nuntiatū eſt autem Saul quòd [B] veniſſet Dauid in Ceilam. Et ait Saul: Tradidit eum dominus in manus meas, cōcluſúſq; eſt introgreſſus vrbem in qua portæ & ſeræ ſunt. [8] Et præcepit Saul omni populo vt ad pugnam deſcēderet in Ceilam, & obſideret Dauid & viros eius. †[9] Quod cum reſciſſet Dauid, quia præpararet ei Saul clàm malum, dixit ad Abiathar ſacerdotem: Applica Ephod. [10] Et ait Dauid: Domine deus Iſrael, audiuit famam ſeruus tuus quòd diſponat Saul venire in Ceilā, vt euertat vrbē propter me: [c 11] Si tradent me viri Ceilæ in manus eius, & ſi deſcēdet Saul, ſicut audiuit ſeruus tuus: domine deus Iſrael indica ſeruo tuo. Et ait dominus: Deſcēdet. [12] Dixítq; rurſum Dauid: Si tradāt me viri Ceilæ, & viros qui ſunt mecū, in manus Saul? Et dixit dominus: Tradent. [13] Surrexit ergo Dauid & viri eius quaſi ſexcenti, & egreſſi de Ceila huc atque illuc vagabantur incerti. Nuntiatúmq; eſt Saul quòd fugiſſet Dauid de Ceila, & ſaluatus eſſet: quamobrem diſſimulauit exire. [14] Morabatur autem Dauid in deſerto in locis firmiſſimis,

a. Ceilam vrbem vocant à qua tota prouincia denominatur, in ſorte tribus Iudæ, ab Hebrō diſtans 8. miliaribus vin ad Eleutheropolim: vbi Hiero. ait adhuc tēpore ſuo ſepulchrum Habacuc mōſtrari prophetæ.

b. Ephod illud quod fugiēs Abiathar tecum detulerat ad Dauid in Ceila, Ephod illud erat, quod iubente domino Moyſes fecerat in deſerto, in quo erat doctrina & veritas, in quo etiam cōſulens ſacerdos dominum. Hiero. ibidem.

c. Hoc eſt, ſi deſcenderit Saul, & hic reperierit, tradent te viri Ceilæ in manū eius: Sed & ſi hic fuerit, Saul deſcendet. Hieron. ibid. Et merito viri Ceilæ, ſicut qui ingrati beneficiis Dauid exiterant, cum eos de manibus Philiſthæorum eruerit, ſignificabāt infidelitatem ſeu inconſtantiam Iudæorum, qui redemptoris noſtri ſemper pietatis ingrati apud ſeculi potoſtates ſemper infidiabātur. Angelomus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

manſitq; in monte ſolitudinis Ziph in monte opaco. Quærebat eum tamẽ Saul cunctis diebus,& nõ tradidit eum dominus in manus eius. [15] Et vidit Dauid quòd egreſſus eſſet Saul vt quæreret animam eius. Porrò Dauid erat in deſerto Ziph, in ſylua. c

d. Ionathas filius Saul haud magno negotio inuenit ipſum Dauid in ſylua, quia illi amicitiã cõiunctiſſimus ad confortandã illum perquirit, dixitque ei: Ne timeas, &c. Nec enim inueniet te manus Saul patris mei. Cyrill. in Ioan. lib. 6. ca. 20.

d [16] Et ſurrexit Ionathas filius Saul,& abiit ad Dauid in Syluam, & cõfortauit manus eius in deo, [17] dixítque ei, Ne timeas:neque enim inueniet te manus Saul patris mei: & tu regnabis ſuper Iſrael,& ego ero tibi ſecundus. Sed & Saul pater meus ſcit hoc. [18] Percuſſit ergo vterque fœdus coram domino. Manſitque Dauid in ſylua:Ionathas autem reuerſus eſt in domum ſuam. [19] Aſcenderunt autem Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes:Nónne ecce Dauid latitat apud nos in locis tutiſſimis ſyluæ in colle Hachilæ, quæ eſt ad dextram deſerti? [20] Nunc ergo, ſicut deſiderauit anima tua vt deſcenderes,deſcende:noſtrum autẽ erit vt tradamus eum in manus Regis. [21] Dixítq; Saul, Benedicti vos à domino,quia doluiſtis vicem meam. [22] Abite ergo oro,& diligẽtius præparate,& curioſius agite,& conſiderate locum vbi ſit pes eius,vel quis viderit eũ ibi vbi dixiſtis. Recogitat enim de me, quòd callidè inſidier ei. [23] Conſiderate & videte omnia latibula eius in quibus abſconditur,& reuertimini ad me ad rem certam, vt vadã vobiſcum. Quòd ſi etiam in terrã ſe abſtruxerit,perſcrutabor eum in cunctis milibus Iuda. [24] At illi ſurgentes abierunt in e Ziph ante Saul. Dauid autem & viri eius erant in deſerto f Maon, in campeſtribus ad dextram Ieſimon. [25] Iuit ergo Saul & ſocij eius ad quærendum eum. Et nunciatum eſt Dauid,ſtatímque deſcẽdit ad petram,& verſabatur in Deſerto Maon. Quod cum audiſſet Saul,perſecutus eſt Dauid in deſerto Maon. [26] Et ibat Saul & viri eius ad latus montis ex parte vna: Dauid autem & viri eius erant in latere montis ex parte alterã. Porrò Dauid deſperabat ſe poſſe euadere à facie Saul. Itaque Saul & viri eius in modum coronæ cingebant Dauid & viros eius,vt caperent eos. [27] Et nuncius venit ad Saul,dicens:Feſtina & veni,quoniam infuderunt ſe Philiſthiim ſuper terram. [28] Reuerſus eſt ergo Saul deſiſtens perſequi Dauid: & perrexit in occurſum Philiſthinorum. Propter hoc vocauerunt locum illum petram diuidentem.

e. Ziph, oppidũ in mõte ſaltus deſerto cõtnix, in finibus Hebronis tribus Iudæ, ab Hebron ſex milia diſtans.

f. Maon deſerrum confine deſerto Carmeli & deſerto Pharan, & eſt eaudẽ nomine ciuitas inxta illud deſertum ad dextram Ieſimõ, quã Dauid diutiſsime incoluit.

Dauid in ſpelunca Engaddi latitans,oram chlamydis Saulis perſequentis abſcidit,vnde à ſeruis Dauidis liberatus culpam agnoſcit, & Dauidi medio iuramento reconciliatur.

XXIIII.

a. Engaddi ciuitas palmarum,iuxta ciuitatẽ Salim,ab Ieruſalem. 10. ſtadiis diſtãs, in cuius agro naſcitur palma & balſamum, & opobalſamum.

b. Hircis ſylueſtribus.

c Caula ſtabulum latinè,ab αὐλὴ Græco, quod aulam declinat, cuſtodiendi, addideris, caulam facies.

d. Hæc propoſitio decretalis eſt. 23. 26. cap. ſequen.

e. Quàm honeſtũ quòd Dauid cũ poſſet Regi inimico nocere, maluit parcere? Quàm vtile vobis, quia ſucceſſori hoc profuit, vt differenc omnes fidẽ Regi proprio ſeruare, nec vſurpare imperium, ſed verere. Itaq; vt honeſtas vtilitati præſtare eſt, & vtilitas ſecura eſt honeſtatem. Ambro. offic. 3. cap. 9.

a [1] Scẽdit ergo Dauid inde:& habitauit in locis tutiſſimis a Engaddi. [2] Cũq; reuerſus eſſet Saul poſtquam perſecutus eſt Philiſthæos, nunciauerunt ei, dicentes: Ecce Dauid in deſerto eſt Engaddi. [3] Aſſumens ergo Saul tria milia electorum virorum ex omni Iſrael, perrexit ad inueſtigandum Dauid & viros eius,etiã ſuper abruptiſſimas petras quæ ſolis b ibicibus peruiæ ſunt. [4] Et venit ad c caulas ouium quæ ſe offerebant vianti:erátque ibi ſpelunca, quam ingreſſus eſt Saul vt purgaret ventrem. † Porrò Dauid & viri eius in interiore parte ſpeluncæ latebant. [5] Et dixerunt ſerui Dauid ad eum:Ecce dies de qua locutus eſt dominus ad te, Ego tradam tibi inimicum tuum, vt facias ei ſicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo Dauid,& præcidit oram chlamydis Saul ſilenter. † [6] Poſt hęc percuſſit cor ſuum Dauid eò quòd abſcidiſſet oram chlamydis Saul: [7] Dixítq; ad viros ſuos:Propitius ſit mihi dominus,ne faciam hanc rem domino meo Chriſto domini, vt mittam manum meam in eum, quia Chriſtus domini eſt. † d Vtuit dominus, quia niſi dominus percuſſerit eum,aut dies eius venerit vt moriatur,aut deſcẽdens in prælium perierit,propitius mihi ſit dominus,vt non mittam manum meam in Chriſtum domini. e [8] Et confregit Dauid viros ſuos ſermonibus iſtis, & non permiſit eos vt conſurgerent in Saul. Porrò Saul exurgẽs de ſpelunca,pergebat cœpto itinere. [9] Surrexit autem Dauid poſt eum,& egreſſus de ſpelunca,clamauit poſt tergũ Saul, dicẽs: Domine mi Rex. Et reſpexit Saul poſt ſe,& inclinãs ſe Dauid pronus in terram, adorauit: [10] dixítq; ad Saul: Quare audis verba hominũ loquẽtiũ: Dauid quærit malũ aduerſum te? [11] Ecce hodie viderũt oculi tui quòd tradiderit te dominus in manu mea in

in ſpelunca:& cogitaui vt f occiderem te, ſed pepercit tibi oculus meus. Dixi enim: Non extendam manũ meam in dominum meum,quia Chriſtus domini eſt. [12] Quin potius pater mi vide,& cognoſce oram chlamydis tuæ in manu mea: quoniam cum præciderem ſummitatem chlamydis tuæ,nolui extendere manum meam in te. Animaduerte & vide quoniam non eſt in manu mea malum neque iniquitas:neq; peccaui in te. Tu autẽ inſidiaris animæ meæ,vt auferas eam. g [13] Iudicet dominus inter me & te:vt vlciſcatur me dominus ex te:manus autẽ mea non ſit in te: [14] ſicut dicitur in prouerbio antiquo: Ab impiis egredietur impietas. Manus ergo mea non ſit in te. † [15] Quẽ perſequeris rex Iſrael? quẽ perſequeris? Canẽ mortuũ perſequeris,& pulicem vnũ. [16] Sit dominus iudex,& iudicet inter me & te:& videat & iudicet cauſam meã, & eruat me de manu tua. [17] Cum autem cõpleſſet Dauid loquens ſermones huiuſcemodi ad Saul,dixit Saul:Nunquid vox hæc tua eſt fili mi Dauid? Et leuauit Saul vocẽ ſuam,& fleuit: [18] dixítque ad Dauid:Iuſtior h tu es quàm ego. Tu enim tribuiſti mihi bona,ego autẽ reddidi tibi mala. [19] Et tu indicaſti mihi hodie quæ feceris mihi bona, quomodo tradiderit me dominus in manum tuã,& non occideris me. [20] Quis enim cum inuenerit inimicum ſuum,dimittet eum in via bona? Sed dominus reddat tibi viciſſitudinem hanc,pro eo quod hodie operatus es in me. i [21] Et nũc quia ſcio quòd certiſſimè regnaturus ſis,& habiturus in manu tua regnum Iſrael, [22] iura mihi in domino,ne deleas ſemen meum poſt me, neque auferas nomen meum de domo patris mei. [23] Et iurauit Dauid Sauli. Abiit ergo Saul in domum ſuam,& Dauid & viri eius aſcenderunt ad tutiora loca.

f. Saul regẽ accepit Dauid in ſuam poteſtatẽ, vt ei faceret qd vellet: & elegit potius parcere quã occidere. Non enim erat iuſtus occidere, ſed neq; prohibitus imò etiã audierat diuinit* ſe impune facere quicquid vellet inimico. Aug. cõtra Adimantum.

g. Non quòd cuperet puniri Saulẽ, aut de illo pœnas ſumi, ſed vt illi formidinem iniceret venturæ condẽnationis cõmemoratione. Chryſo.

† Dupam. dist. 23. cap. Verũ. & quãquam. Sed. § opponitur. vltra medid.

Mors Samuelis plangitur. Dauid mortẽ Nabal victũ ſibi neganti minatus, Abigail precibus placatur: quam ſimul & Achinoem (Michol alteri tradita) cepit in connubium. *XXV.*

Iud. 20. A † Reg. 28. a. Eccli. 46.

a. Mortuus eſt Samuel ſeptem menſibus ante Saulem. Alij dicunt ſecundo ante Saulis Regis obitum anno mortuum.

b. Carmelus & Maon vrbes ſunt iuxta deſertũ Pharan.

c. Nabal ab Hebreis dicitur filius Arſ, filij Caleb, filij Ffrom, filij Phares, filij Iuda. Hũc dicit Hiero. eum eſſe qui 1. Para. cap. 2. dicitur Geuez.

a [1] Mortuus a † eſt autem Samuel,& congregatus eſt vniuerſus Iſrael,& planxerunt eum nimis,& ſepelierunt eum in domo ſua in Ramatha. Conſurgénſq; Dauid deſcendit in deſertum Pharan. [2] Erat autem vir quiſpiam in ſolitudine b Maon,& poſſeſſio eius in Carmelo:& homo ille magnus nimis,crántque ei oues tria milia, & mille capræ. Et accidit vt tonderetur grex eius in Carmelo. [3] Nomen autem viri illius erat c Nabal,& nomen vxoris eius Abigail. Erátque mulier illa prudentiſſima,& ſpecioſa. Porrò vir eius durus,& peſſimus, & malitioſus: Erat autem de genere Caleph. [4] Cum autem audiſſet Dauid in deſerto quòd tonderet Nabal gregem ſuum, [5] miſit decem iuuenes, & dixit eis: Aſcendite in Carmelum,& venietis ad Nabal,& ſalutabitis eum ex nomine meo pacificè, [6] & ſic dicetis:Sit fratribus meis & tibi pax, & domui tuæ pax:& omnibus quæcunq; habes, ſit pax. Ex multis annis ſaluos faciens tuos, & omnia tua: [7] Audiui quòd tonderent paſtores tui greges tuos,qui erant nobiſcum in deſerto. Nunquam eis moleſti fuimus: nec aliquando defuit eis quicquam de grege omni tempore quo fuerũt nobiſcum in Carmelo. [8] Interroga pueros tuos,& indicabunt tibi. Nunc ergo inueniant pueri tui gratiam in oculis tuis:In die enim bona venimus. Quodcunq; inuenerit manus tua, da ſeruis tuis, & filio tuo Dauid. [9] Cúmq; veniſſent pueri Dauid, locuti ſunt ad Nabal omnia verba hæc ex nomine Dauid, & ſiluerunt. d [10] Reſpondens autem Nabal pueris Dauid,ait:Quis eſt Dauid,& quis eſt filius Iſai? Hodie increuerũt ſerui qui fugiunt dominos ſuos. [11] Tollam ergo panes meos,& aquas meas,& carnes pecorũ quę occidi tonſoribus meis, & dabo viris quos neſcio vnde ſint? [12] Regreſſi ſunt autem pueri Dauid per viam ſuam, & reuerſi venerunt & annunciauerunt ei omnia verba quę dixerat Nabal. [13] Tunc ait Dauid pueris ſuis: e Accingatur vnuſquiſq; gladio ſuo. c Et accincti ſunt ſinguli gladiis ſuis. Accinctúſq; eſt & Dauid enſe ſuo, & ſecuti ſunt Dauid quaſi quadringenti viri. Porrò ducenti remanſerunt ad ſarcinas. [14] Abigail autem vxori Nabal nunciauit vnus de pueris ſuis, dicens: Ecce Dauid miſit nuncios de deſerto, vt benediceret domino noſtro:& auerſatus eſt eos. [15] Homines iſti boni ſatis fuerunt nobis,& non moleſti:nec quicquam aliquando periit omni tempore quo

d. Tunc quippe reddidit ei malum pro bono, quando blaſphemauit eum conuiciando, & dixit. Quis eſt Dauid & quis eſt filius Iſai? Hodie increuerunt ſerui qui fugerũt dominos ſuos. Hiero. ibid.

e. Tunc Dauid accinctus armis voluit eum deprędari. At Abigail abiit obuiam Dauid, interpellans pro ſe & pro domo ſua, quem vir eius ſtultitia & ebrietate ſopitus offenderat. Euchet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuimus conuersati cum eis in deserto.[16] Pro muro erant nobis tam in nocte quàm in die omnibus diebus quibus pauimus apud eos greges.[17] Quãobrem considera & recogita quid facias:quoniã completa est malitia aduersum virum tuum, & aduersum domum tuam,& ipse filius est Belial:ita vt nemo possit ei loqui. [f][18] Festinauit igitur Abigail,& tulit ducentos panes,& duos vtres vini,& quinq; arietes coctos, & quinque sata polentæ,& centum ligaturas vuæ passæ,& ducẽtas massas carycarum,& posuit super asinos,[19] Dixitq; pueris suis:Præcedite me,& ecce ego post tergum sequar vos.Viro autẽ suo Nabal non indicauit.[20] Cùm ergo ascendisset asinum, & descenderet ad radicem montis,Dauid & viri eius descendebant in occursum eius.Quibus & illa occurrit.[21] Et ait Dauid:Verè frustra seruaui omnia quę huius erãt in deserto, & non periit quicquam de cunctis quæ ad eum pertinebant:& reddidit mihi malum pro bono. †[22] Hæc faciat dominus inimicis Dauid, & hæc addat, si reliquero de omnibus quæ ad ipsum pertinẽt,vsq; mane mingentẽ ad parietẽ.[23] Cum autẽ vidisset Abigail Dauid,festinauit,& descendit de asino,& procidit coram Dauid super faciẽ suam,& adorauit super terram,[24] & cecidit ad pedes eius, & dixit: In me sit domine mi hæc iniquitas.Loquatur obsecro ancilla tua in auribus tuis, & audi verba famulæ tuæ. [25] Ne ponat oro dominus meus Rex cor suum super virum istum iniquum Nabal:quoniam secundum nomen suum stultus est: & est stultitia cum eo . Ego autem ancilla tua non vidi pueros tuos domine mi, quos misisti.[26] Nunc ergo domine mi, viuit dominus,& viuit anima tua,qui prohibuit te ne venires in sanguinem, & saluauit manum tuam tibi.Et nunc [h] fiant sicut Nabal inimici tui,& qui quęrunt domino meo malum.[i][27] Quapropter suscipe benedictionẽ hanc quam attulit ancilla tua tibi domino meo,& da pueris qui sequuntur te dominũ meum. [28] Aufer iniquitatem famulæ tuæ.Faciens enim faciet dominus tibi domino meo domum fidelem:quia prælia domini domine mi tu pręliaris.Malitia ergo non inueniatur in te omnibus diebus vitæ tuæ.[29] Si enim surrexerit aliquando homo persequens te, vel quærens animam tuam,erit anima domini mei custodita quasi in fasciculo viuentium apud dominum deum tuum : porrò inimicorum tuorum anima rotabitur quasi in impetu & circulo fundæ.[30] Cum ergo fecerit tibi dominus domino meo omnia hæc quæ locutus est [e] bona de te,& cõstituerit te ducem super Israel,[31] non erit tibi hoc in singultum,& in scrupulum cordis domino meo, quòd effuderis sanguinẽ innoxium, aut ipse te vltus fueris,& cũ benefecerit dominus domino meo,recordaberis ancillæ tuæ: & tu benefacies ei.[32] Et ait Dauid ad Abigail:[k] Benedictus dominus deus Israel qui misit te hodie in occursum meũ,[33] & benedictũ eloquium tuũ,& benedicta tu,quæ prohibuisti me hodie ne irẽ ad sanguinẽ,& vlciscerer me manu mea.†[34] Alioquin viuit dominus deus Israel,qui prohibuit me ne malũ facerem tibi:nisi citò venisses in occursum mihi,nõ remansisset Nabal vsq; ad lucẽ matutinam, mingens ad parietẽ. [35] Suscepit ergo Dauid de manu eius omnia quę attulerat ei,dixitq; ei:Vade pacificè in domũ tuã. Ecce audiui voceẽ tuam,& honoraui faciẽ tuam.[36] Venit autem Abigail ad Nabal.Et [g] ecce erat ei conuiuiũ in domo eius quasi conuiuium Regis,& cor Nabal iucundum. Erat enim ebrius nimis:& non indicauit ei verbum pusillum aut grande,vsq; mane. [37] Diluculo autem cum digessisset vinum Nabal,indicauit ei vxor sua verba hæc. Et emortuum est cor eius intrinsecus,& factus est quasi lapis.[38] Cúmq; pertrãsissent decẽ dies:percussit dominus Nabal,&[l] mortuus est.[39] Quod cùm audisset Dauid mortuum esse Nabal, ait : Benedictus dominus qui iudicauit causam opprobrij mei de manu Nabal,& seruum suum custodiuit à malo , & malitiam Nabal reddidit dominus in caput eius. Misit ergo Dauid, & locutus est ad Abigail vt sumeret eam sibi in vxorẽ:[40] & venerunt pueri Dauid ad Abigail in [m] Carmelum,& locuti sunt ad eam dicentes:Dauid misit nos ad te,vt accipiat te sibi in vxorem. [41] Quæ cõsurgens adorauit prona in terram,& ait:Ecce famula tua sit in ancillam , vt lauet pedes seruorum domini mei.[42] Et festinauit,& surrexit Abigail,& ascẽdit super asinũ:& quinq; puellæ ierunt cum ea pedisequæ eius.† Et secuta est nuncios Dauid, & facta est illi vxor.

Sed

f. Occurrit Abigail vxor Nabal,& tulit ei necessaria quæ poposcerat.Supplicet⁊ cum rogauit, flexit, & à mariti sanguine reuocauit. Iurauit Dauid temere, sed non impleuit iurationem meliore pietate : Iurauerat Dauid se illum occisurum. Erat enim armatus. Et qd facile iurat, & iuste se facere ira persuadente videbatur, incautus iurationem fudit, & cepit ire vt faceret quod iurauerat. Augustin. in de sanctis.

g. Iurauit Dauid per deum occidere Nabal virũ stultũ & impiũ atq; omnia quę ad eum pertinebat demoliri: sed ad primã intercessionẽ Abigail fœminæ prudentis mox remisit minas , reuocauit ensem in vaginãmq; aliquid culpæ se pro tali periurio cõtraxisse doluit. Beda hom.44.

h. Vt pereat sicut Nabal in stultitia sua.Hieron.

i. Placida verba ac mitia, irasundia concitatum animum mitigare solent, & ad mansuetudinem reducere: quod nobis ipse Dauid suo prodit exẽplo,cuius districtum iracundiã totius domus Nabal exterminio, ipsa Abigail vxor eius suauiloquẽtia & humanitate vagina recõdidit, & à cruoris effusione immunem reddidit. Cyrill.in Ioã. lib.7.c.11.

k. Turbatum est cor Dauid aduersus Nabal hominem pestilentẽ,& gratiam reperit dum occurrit Abigail, quæ mitigatæ cõmotionẽ indignationis, & sanctificationem benedictionis accepit. At verò Nabal duro & rigido corde verbũ vxoris ferre nõ potuit, & obstupefactus obriguit,& mortẽ incidit. Ambr.in Psal.17.

l. Dauid sanctus cũ à Nabale Carmelo contumeliæ perculsisset iniuriã , quia se ipse vlcisci distulit, ultionẽ statim deo executore percepit. Extincto itaq; paulo post aduersario suo, & manu cœlesti obtruncato,sic locutus est: Benedictus dominus &c Salustianus lib.2.

m. Hic Carmelus est in terra Iudæ ad Austrum , iuxta montẽ Seir, non procul ab Hebron in deserto Maon, quã iuxta Aegyptũ. Huius nominis villa in decimo lapide ab Hebron Hieronymo tempore erat.

[47] Sed & Achinoem accepit Dauid de Iezrael,& fuit vtraq; vxor eius. [44] Saul autem dedit Michol filiam suam vxorem Dauid, [n] Phalti filio Lais qui erat de Gallim.

n. Phalti autem ger Hebraei tradunt, non cognouit Michol, quia non quærit Dauid eã libi iuncta fuisset postea quã in lege penitus hominis coitus prohibebatur. Hieron. ibid. Angelomus.

Dauid à Ziphæis apud Saulem proditus,hastam & scyphum dormienti Sauli abstulit:quod Saul agnoscens,culpam fatetur,veniámque precatur. XXVI.

1.Reg.23.c

A [1] ET † venerunt [a] Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes : Ecce Dauid absconditus est in colle Hachilæ, quæ est ex aduerso solitudinis. [2] Et surrexit Saul, & descendit in desertum Ziph, & cum eo tria milia virorum de electis Israel,vt quæreret Dauid in deserto Ziph. [3] & castrametatus est Saul in Gabaa Hachilæ,quæ erat ex aduerso solitudinis in via.Dauid autem habitabat in deserto. Videns autem quòd venisset Saul post se in desertum,[4] misit exploratores,& didicit quòd illuc venisset certissimè.[5] Et surrexit Dauid clàm,& venit ad locum vbi erat B Saul.Cúmq; vidisset locum,in quo dormiebat Saul,& Abner filius Ner,princeps militiæ eius,& Saulem dormientem in tentorio,& reliquum vulgus per circuitum eius, [6] ait Dauid ad Achimælech Ethæum , & Abisai filium Saruiæ fratrem Ioab,dicens: Quis descendet mecum ad Saul in castra?Dixitq; Abisai:Ego descendam tecũ.[7] Venerunt ergo Dauid & Abisai ad populum nocte,& inuenerunt Saul iacẽtem & dormientem in tentorio,& hastã fixam in terra ad caput eius: Abner autem & populum C dormientes in circuitu eius.[8] Dixitq; Abisai ad Dauid: Cõclusit deus inimicũ tuum hodie in manus tuas:nunc ergo perfodiã eum lancea in terra semel,& secundò opus non erit.[9] Et dixit Dauid ad Abisai:[b] Ne interficias eum.† Quis enim extẽdet manũ suam in Christũ domini,& innocens erit?[10] Et dixit Dauid: Viuit dominus:quia nisi dominus percusserit eũ,aut dies eius venerit vt moriatur, aut in prælium descendens perierit,[11] propitius mihi sit dominus,ne extendã manum meam in Christũ domini. D Nunc igitur tolle hastã quæ est ad caput eius,& scyphum aquæ & abeamus. [c][12] Tulit igitur Dauid hastam,& scyphum aquæ qui erat ad caput eius, & abierunt. Et non erat quisquã qui videret,& intelligeret,& euigilaret,sed omnes dormiebant,quia sopor domini irruerat super eos.[13] Cúmq; trãsisset Dauid ex aduerso, & stetisset in vertice montis de longe,& esset grande interuallum inter eos,[14] clamauit Dauid ad populum,& ad Abner filiu Ner,dicens:Nónne respondebis Abner? Et respondens Abner ait:Quis es tu qui clamas,& inquietas Regem?[15] Et ait Dauid ad Abner:Nũquid non vir tu es?Et quis alius similis tui in Israel?Quare ergo non custodisti dominum tuum Regem? Ingressus est enim vnus de turba, vt interficeret Regẽ dominũ tuum. E [16] Non est bonum hoc quod fecisti.Viuit dominus, quoniam [d] filij mortis estis vos, quia non custodistis dominũ vestrum, Christũ domini. Nunc ergo vide vbi sit hasta Regis,& vbi sit scyphus aquæ qui erat ad caput eius.[17] Cognouit autem Saul vocem Dauid,& dixit:Nunquid vox hæc tua,fili mi Dauid?Et ait Dauid: Vox mea,domine mi rex.[18] Et ait:† Quam ob causam dominus meus persequitur seruũ suum? Quid feci,aut quod malũ est in manu mea?[19] Nunc ergo audi oro domine mi Rex,verba serui tui.Si dominus incitat te aduersum me,odoretur sacrificium: Si autem filij hominum,maledicti sunt in conspectu domini,qui eiecerunt me hodie,vt non habitem in hæreditate domini,dicentes: Vade, serui diis alienis. [20] Et nunc non effundatur sanguis meus in terra corã domino: quia egressus est Rex Israel , vt quæreret pulicem vnum,sicut persequitur perdix in montibus. [21] Et ait Saul: Peccaui : Reuertere fili mi Dauid.Nequaquam enim vltrà tibi malefaciã,eò quòd pretiosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie . Apparet enim quòd stultè egerim , & ignorauerim multa nimis. G [22] Et respõdens Dauid,ait:Ecce hasta Regis,trãseat vnus de pueris Regis,& tollat eã. [23] Dominus autem retribuet vnicuiq; secundum iustitiam suam, & fidem. Tradidit enim te dominus hodie in manum meam , & nolui extendere manum meã in [e] Christum domini. [24] Et sicut magnificata est anima tua hodie in oculis meis, sic magnificetur anima mea in oculis domini , & liberet me de omni angustia. [25] Ait ergo Saul ad Dauid,Benedictus tu fili mi Dauid. Et quidem faciens facies,& potens poteris.

1.Reg.24.d

b. Quoniã videbat Dauid hanc philosophi sui superare pene naturã humanã, & quia ita erat, propemodũ desperabat eum ad cedẽ, perinde ac in de nocte quãdã de illo loquitur Chrysost. in Dauid & Saule.

c. Dauid figurat Christum. Saul castra regis ingressus est, occisi dormientem non interfecit, non percussit, non occidit, sed solam tantum eius quæ erat ad caput eius fixa , & scyphum aquæ qui erat ad caput eius tulit. Et mentibus cunctis ingressum de castris tranquillum inuenientibus, & incolumem monstrat. Ruffinus.

d. Filij mortis iidem qui vt rimortis , hoc est vitio mortis obnoxij, sicut vita Dei filij ad vitã immortalẽ, vir iustus, filij scelesti ad gehennã, & malitia pleni, impleti omni peccato & flagitio, & quæcũq; pœna digni, phrasis Hebraica elegans , & in sacra scriptura frequens.

e. Neque dixit in Regem, sed in Christum domini nõ ab humano honore, sed à cœlesti cõsecratione iudicij honorifico testimonio. Caryfol. de Dauid & Saule.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dauid apud Achis profugus, vrbem Siceleg ab eo obtinuit in hæreditatem Regum Iuda, vnde plurimas quotidie prædas exercebat. XXVII.

ABiit autem Dauid in viam suam, & Saul reuersus est in locū suum. [2] Et dixit Dauid in corde suo, Aliquando incidā vna die in manus Saul. Nónne melius est vt fugiam, & saluer in terra Philisthinorum, vt desperet Saul, cessétq; me quærere in cunctis finibus Israel? Fugiam ergo manus eius. [2] Et surrexit Dauid, & abiit ipse, & sexcenti viri cum eo, ad Achis filium Maoch, regem Geth. [3] Et habitauit Dauid cum Achis in Geth, ipse & viri eius, & domus eius, & duæ vxores eius, Achinoē Iezraelitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli. [4] Et nunciatum est Saul quòd fugisset Dauid in Geth, & nō addidit vltrà quærere eum. [5] Dixit autem Dauid ad Achis: Si inueni gratiam in oculis tuis, detur mihi locus in vna vrbiū regionis huius, vt habitē ibi. Cur enim manet seruus tuus in ciuitate Regis tecū? [6] Dedit itaque ei Achis in die illa [b] Siceleg. Propter quā causam facta est Siceleg Regum Iuda vsq; in diem hanc. [7] Fuit autē numerus dierum quibus habitauit Dauid in regione Philisthinorum, quatuor mensium. [8] Et ascēdit Dauid & viri eius, & agebāt prædas de Gessuri, & de Geezi, & de Amalecitis. Hi enim pagi habitabantur in terra antiquitus euntibus [c] Sur vsq; ad terram Ægypti. [9] & percutiebat Dauid omnem terram illorum, nec relinquebat viuentem virum & mulierem, tollénsque oues & boues, & asinos & camelos, & vestes, reuertebatur & veniebat ad Achis. [10] Dicebat autē ei Achis: In quem irruisti hodie? Respondebat Dauid: Contra meridiem Iudæ, & cōtra meridiem Ierameel, & contra meridiem Ceni. [11] Virum & mulierem non viuificabat Dauid, nec adducebat in Geth, dicēs: Ne forte loquantur aduersum nos: Hæc fecit Dauid: & hoc erat decretū illi omnibus diebus, quibus habitauit in regione Philisthinorum. [12] Credidit ergo Achis Dauid, dicens: Multa mala operatus est contra populum suum Israel. erit igitur mihi seruus sempiternus.

a. Dicere in corde suo, phrasis Hebraica est, significans prudenter deliberare de agendis, & fideliter exequi secundum rationem & discretionem. Vnde Psal. Irascimini & nolite peccare quæ dicitis in cordibus vestris, hoc est, prudētes meditatione cordis dicitis, quæ fluctē dicere in ira potuissetis.

b. Siceleg, quā Hebræi vocāt Siklag, vrbs erat quōdā Philisthinorum, quā dedit Achis Dauid habitandam: Vbi dicunt eum habitasse per vnum annum cū quatuor mensibus.

c. Sur, desertum est Arabiæ versus Ægyptū, inter Rhinocoruram ductum & sinū Hieropolitē, vtq; ad mare Rubrum, in quo est mōs Sina. Deide Ismaelitæ Hagareni, hoc est, Sarraceni illuc habitauerunt: deinde Amalecitæ, quos Saul iussus fuit penitus delere.

Philisthæi contra Saul armātur, Dauid fidem Achis pollicetur, Saul occisis Magis pythonissam iubet Samuelem suscitare, à quo suam suorúmque crastinam mortem audit. XXVIII.

FActum est autem in diebus illis, congregauerunt Philisthiim agmina sua, vt præpararentur ad bellū contra Israel. Dixítque Achis ad Dauid: Sciens nunc scito quoniam mecum egredieris in castris, tu & viri tui. [2] Dixítq; Dauid ad Achis: Nunc scies quæ facturus est seruus tuus. Et ait Achis ad Dauid: Et ego custodem capitis mei ponam te cūctis diebus. † [3] Samuel autem mortuus est, planxítque eum omnis Israel: & sepelierunt eum in Ramatha vrbe sua, & Saul abstulit magos & ariolos de terra: & interfecit eos qui pythones habebant in ventre. [4] Congregatíque sunt Philisthiim, & venerunt & castrametati sunt in Sunam. Cōgregauit autē & Saul vniuersum Israel, & venit in Gelboe, [5] & vidit Saul castra Philisthiim, & timuit, & expauit cor eius nimis. [6] Cōsuluítq; dominum, & non respōdit ei neq; [a] per somnia, neq; per sacerdotes, neq; per prophetas. [7] Dixítq; Saul seruis suis: † Quærite mihi mulierem habētem pythonem, & [b] vadam ad eam, & scisitabor per illam: & dixerunt serui eius ad eum: Est mulier pythonem habens in Endor. [8] Mutauit ergo habitum suum, vestitúsq; est aliis vestimentis, & abiit ipse & duo viri cum eo, venerúntq; ad mulierē nocte, & ait illi: Diuina mihi in pythone, & suscita mihi quē dixero tibi. [9] Et ait mulier ad eum: Ecce tu nosti quāta fecerit Saul, & quomodo eraserit magos & ariolos de terra. Quare ergo insidiaris animæ meæ vt occidar? [10] Et iurauit ei Saul in domino, dicens: Viuit dominus, quia non eueniet tibi quicquā mali propter hanc rem. [11] Dixítq; ei mulier: Quem suscitabo tibi? Qui ait: [c] Samuelem mihi suscita. [12] Cum autem vidisset mulier Samuelē, exclamauit voce magna, & dixit ad Saul: Quare imposuisti mihi? Tu es enim Saul. [13] Dixítq; ei Rex: Noli timere. Quid vidisti? Et ait mulier ad Saul: Deos vidi ascendentes de

a. Quia orando & ieiunādo nō popouscit diuinū oraculum, neq; per orationes sacerdotum, neq; per discrimina Samuelis.

b. Nullo diuinitus accepto Saul responso conuertitur ad Pythonem. Quāuis enim legatur crasisse magos & ariolos de terra, hanc tamen mulierem Hebræi matrem fuisse Abner filij Ner autumāt, & propter eundē Abner relictā fuisse ne perimeretur cum ceteris pythonissis Hiero. ibidem.

c. Qualiter Samuel à pythonissa suscitari dicitur, dum pythonissa dæmoniacis incantationibus & præstigiis vti videtur? Et quomodo Saul qui in viuētib⁹ Prophetis dei respōsum nō inuenit, reluctis cach à morte propheram audire meruit? Vnde nō hic esse Samuelem illū prophetē per factū facilius intelligitur, sed diabolus qui se transtulit in angelum lucis, in phāsma Samuelis cōsideretur. August. de mira. sac. scrip. lib. 2. cap. 11.

de terra. [14] Dixítq; ei: Qualis est forma eius? Quæ ait, Vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio. Et intellexit Saul quòd Samuel esset, & inclinauit se super faciem suam in terra, & adorauit. [15] Dixit autē Samuel ad Saul: † Quare inquietasti me, vt suscitarer? Et ait Saul, Coarctor nimis. Siquidē Philisthiim pugnant aduersum me, & deus recessit à me, & exaudire me noluit neq; in manu Prophetarum, neque per somnia. Vocaui ergo te, vt ostenderes mihi quid faciā. [d] [16] Et ait Samuel, Quid interrogas me cum dns recesserit à te, & transierit ad æmulum tuum? † [17] Faciet enim tibi dominus sicut locutus est in manu mea, & scindet regnum tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid, [18] quia non obedisti voci domini, neq; fecisti iram furoris eius in Amalec. Idcirco quod pateris fecit tibi dominus hodie, [19] & dabit dominus etiam Israel tecū in manu Philisthiim. Cras autem tu & filij tui mecum eritis, sed & castra Israel tradet dominus in manus Philisthiim. [20] Satímque Saul cecidit porrectus in terram. Extimuerat enim verba Samuelis, & robur non erat in eo, quia non comederat panem tota die illa. [21] Ingressa est itaq; mulier illa ad Saul: (conturbatus enim erat valde:) dixítq; ad eum, Ecce obediuit ancilla tua voci tuæ, & posui animam meam in manu mea, & audiui sermones tuos, quos locutus es ad me. [22] Nunc igitur audi & tu vocem ancillæ tuæ, & ponam coram te bucellam panis, vt comedens conualescas, & possis iter agere. [23] Qui renuit, & ait: Non comedam. Coegerunt autē eum serui sui, & mulier, & tandem audita voce eorum surrexit de terra, & sedit super lectum. [24] Mulier autem illa habebat vitulum pascualem in domo, & festinauit, & occidit eum: tollénsq; farinam, miscuit eam, & coxit azyma, [25] & posuit ante Saul, & ante seruos eius: Qui cum comedissent, surrexerunt, & ambulauerunt per totam noctem illam.

d. Sed quēadmodū Samuelis vmbrā potuit pythonissa reuocare? Nisi scriberetur. 46. c. Eccli. Postquam dormiuit, notum fecit Regi finem vitæ suæ: dicere eum cum multis & falsum tunc vmbram diabolus ostēdit, aut si fuit vera, tantum ei licuisse crēdēdum est, quantum domino permittente concessum est. Nec mirum quòd pro quibuslibet recōditis arcanisque causis, vel pro manifestationū probationū diabolo ista permittantur. Eucher. in quæstio. difficil. & peramplius sup. 1. Reg. c. 28.

Dauid cum Philisthæis aduersus Israel proficiscens, remittitur, quia timebant sibi ab illo. XXIX.

COngregata sunt ergo Philisthiim vniuersa agmina in [a] Aphec. Sed & Israel castrametatus est super fontem qui erat in [b] Iezrael. [2] Et Satrapæ quidem Philisthiim incedebant in centuriis & milibus: Dauid autem & viri eius erant in nouissimo agmine cum Achis. [3] Dixerúntq; Principes Philisthiim ad Achis: Quid sibi volunt Hebræi isti? Et ait Achis ad Principes Philisthiim: Nunquid ignoratis Dauid, qui fuit seruus Saul Regis Israel, & est apud me multis diebus vel annis? Et non inueni in eo quicquam mali ex die qua transfugit ad me, vsque ad diem hanc. † [4] Irati sunt autem aduersus eum Principes Philisthiim, & dixerunt ei: Reuertatur vir, & sedeat in loco suo in quo constituisti eum: & non descendat nobiscum in prælium, ne fiat nobis aduersarius cū præliari cœperimus. [c] Quomodo enim aliter poterit placare dominum suum, nisi in capitibus nostris? † [5] Nónne iste est Dauid, cui cantabant in choris dicentes: Percussit Saul in milibus suis, & Dauid in decem milibus suis? [6] Vocauit ergo Achis Dauid, & ait ei: Viuit dominus, quia rectus es & bonus in conspectu meo, & exitus tuus & introitus tuus mecum est in castris: & non inueni in te quicquam mali ex die qua venisti ad me, vsque in diem hanc: sed Satrapis non places. [7] Reuertere ergo & vade in pace, & non offendas oculos Satraparum Philisthiim. [8] Dixítque Dauid ad Achis: Quid enim feci? & quid inueniſti in me seruo tuo à die qua fui in conspectu tuo vsque in diem hanc, vt non veniam & pugnem contra inimicos domini mei Regis? [9] Respondens autem Achis locutus est ad Dauid: Scio quia bonus es tu in oculis meis, sicut [d] angelus dei: sed Principes Philisthinorum dixerunt: Non ascendet nobiscum in prælium. [10] Igitur consurge mane tu & serui domini tui qui venerunt tecum: & cum de nocte surrexeritis, & cœperit diluescere, pergite. [11] Surrexit itaque de nocte Dauid, ipse & viri eius, vt proficiscerentur mane, & reuerterentur ad terram Philisthiim. Philisthiim autem ascenderunt in Iezrael.

a. Aphec olim ciuitas Philisthiim iuxta Sunem, non procul à Gelboe ad orientē Carmeli mōtis f. miliariis à mōte Thabor, in quo Philisthæi castrametati sunt contra Saul.

b. Iezrael vrbs Regis Regū Israel ante cōditam Samariā, à qua Iezabel occidi fecit Naboth, & ipsa occisa est à Iehu Rege Israel.

c. Hoc secundum humanā cōiecturam dictū fuit, sed implacabilis est ira Regum, quā cōcipiunt contra eos à quibus timent regno priuari. Vnde & antea Dauid sæpe percusserat Philisthæos, nec tamē p hoc placauerat Saul. Nec igitur immerito dicunt: Nónne iste est Dauid, &c. Chrysost. in Matth. homil. 2.

d. Sed vnde scinit hic alienigena loqui de angelis? forsan ex conuersatione & collatione cum Dauid, aliisve Hebræis. Diony. ibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Absente Dauid Amalecitæ Siceleg incenderunt, prædámque tulerunt: quos Dauid persequens occidit, prædámque repetit, quam singulis sociis ex æquo diuisit. XXX.

a. Ac quomodo percusserant Siceleg cum infra dicat: & non interfecerant quenquam? Dicendum quòd verbum Hebræum נכה vel הכה ióoccidere sed verberare aut subuertere significat.

b. Maximè planxerũt, quoniã putauerũt maiora accidisse aduersa q̃ acciderãt. Nam vxores suas filiósque & filias suspicabantur esse occisas, Dionysius ibidem.

c. Ex his sumitur argumentũ quòd princeps non debeat bellum mouere domi no inconsulto. Dionysius ibidem.

d. Itaque hoc ductore Dauid vius ad persequendos Amalecitas, assequutúsque eos in terram proiectos & partim prandium sumẽtes, partim tam temulẽtos & rebus ex prædа quæsitis se obsessãtes, ex improuiso irruens magnã eorũ stragem edidit. Inermes enim & nullo expectãtes, & epulis tantum ac cõpotationibus inẽti, facile ab armatis cõficiebãtur. Alij enim instructis mẽsis accũbãtes cruore appositos cibos inundabãt, alij propinanteꝫ sibi inuicem opprimebantur, &c. Ioseph. Antiqui. lib. 6. c. 14.

e. Deus permisit liberos & vxores Dauidis, & suciorũ eius capiuitat abduci, vt dolore impulsi Amalecitis bellũ inferrent, & ipsos iuxta domini vaticinii sanctius exirẽt parent. Ad hæc vt Dauid ingẽti prædа parta filiis cõtribulibus mitteret, & voluntates suorum sibi magis astringeret atque cõciliaret. Procop. ibidem.

f. Amalecitarum enim pecora abstulit cum his quæ abstulerant.

g. Cum in Latinis codicibus legatur, lassis quoꝫ substitisse ad sarcinas, & in Hebræo habeatur lassos fuisse vt refici rẽt ad sarcinas, locus hic monstrat. Hebraicã veritatẽ in hoc loco sequi debere quia nõ lassos sed lassos remansisse ad sarcinas dicit fuisse. Hieronymus ibid.

A † Tulerat

B

C

D

E

F

G

Qvmque † venissent Dauid & viri eius in Siceleg die tertia, Amalecitę impetum fecerant ex parte australi in Siceleg, & [a] percusserant Siceleg, & succenderant eam igni: [2] & captiuas duxérant mulieres ex ea à minimo vsque ad magnum: & non interfecerant quenquam, sed secum duxerant, & pergebant itinere suo. [3] Cum ergo venisset Dauid & viri eius ad ciuitatem, & inuenissent eam succensam igni, & vxores suas, & filios suos, & filias ductas esse captiuas, [4] leuauerunt Dauid & populus qui erat cum eo, voces suas, & [b] planxerunt, donec deficerent in eis lachrymæ. [5] Siquidem & duæ vxores Dauid captiuæ ductæ fuerant, Achinoem Iezrahelitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli. [6] Et contristatus est Dauid valde. Volebat enim eum populus lapidare: quia amara erat anima vniuscuiusq; viri super filiis suis & filiabus. Cõfortatus est autem Dauid in dño deo suo, [7] & ait ad Abiathar sacerdotem, filium Achimælech: † Applica ad me Ephod. Et applicauit Abiathar Ephod ad Dauid, [8] & [c] consuluit Dauid dominum, dicens: Persequar latrunculos hos, & comprehendam eos, an non? Dixítque ei dominus: Persequere, absq; dubio enim comprehendes eos: & excuties prædam. [9] Abiit ergo Dauid ipse, & sexcenti viri qui erant cum eo, & venerunt vsque ad torrentem Besor: & lassi quidam substiterũt. [10] Persecutus est autem Dauid ipse & quadringenti viri cum eo, substiterãt enim ducenti, qui lassi transire non poterant torrentem Besor. [11] Et inuenerunt virum Ægyptium in agro, & adduxerunt eum ad Dauid: [d] Dederúntque ei panem, vt comederet, & biberet aquam: [12] sed & fragmen massæ caricarum & duas ligaturas vuæ passæ: qui cum comedisset, reuersus est spiritus eius, & refocillatus est. Non enim comederat panem, neque biberat aquam tribus diebus & tribus noctibus. [13] Dixit itaque ei Dauid: Cuius es tu, vel vnde? & quo pergis? Qui ait: Puer Ægyptius sum, seruus viri Amalecitæ. Dereliquit autẽ me dñs meus, quia ægrotare cœpi nudiustertius. [14] Siquidem nos erupimus ad australem plagam Chereti, & contra Iudam, & ad meridiẽ Caleph, & Siceleg succendimus igni. [15] Dixítq; ei Dauid: Potes me ducere ad istũ cuneum? Qui ait: Iura mihi per deum quòd non occidas me, & non tradas me in manus domini mei, & ego ducam te ad cuneum istum. Et iurauit ei Dauid. [16] Qui cum duxisset eum, ecce illi discumbebant super faciem vniuersæ terræ comedentes & bibentes, & quasi festum celebrantes diẽ pro cuncta prædа & spoliis quæ ceperant de terra Philisthiim, & de terra Iuda. [e] [17] Et percussit eos Dauid à vespera vsque ad vesperam alterius diei, & non euasit ex eis quisquam, nisi tantum quadringenti viri adolescentes, qui ascenderant camelos, & fugerant. [18] Eruit ergo Dauid omnia quæ tulerant Amalecitæ: & duas vxores suas eruit. [19] Nec defuit quisquam à paruo vsq; ad magnum tam de filiis quàm de filiabus, & de spoliis: & quæcunque rapuerant, omnia reduxit Dauid: [20] & tulit vniuersos greges & armenta, & [f] minauit ante faciẽ suam. Dixerúntque: Hæc est prædа Dauid. [21] Venit autem Dauid ad ducentos viros qui lassi substiterant: nec sequi potuerant Dauid: & resídere eos iusserat in torrẽte Besor: qui egressi sunt obuiam Dauid, & populo qui erat cum eo. Accedés autem Dauid ad populum, salutauit eos pacificè. [22] Respondénsq; omnis vir pessimus & iniquus de viris qui ierant cum Dauid, dixit: Quia non venerunt nobiscum, nõ dabimus eis quicquam de prædа quam eruimus: sed sufficiat vnicuique vxor sua, & filij, quos cum acceperint, recedant. [23] Dixit autem Dauid: Non sic facietis fratres mei, de iis quæ tradidit nobis dominus, & custodiuit nos, & dedit latrunculos qui eruperant aduersum nos, in manus nostras: [24] nec audiet vos quisquã super sermone hoc. [g] Æqua enim pars erit descendentis ad prælium, & remanentis ad sarcinas, & similiter diuident. [25] Et factũ est hoc ex die illa, & deinceps constitutum & præfinitum, & quasi lex in Israel vsque in diem hanc. [26] Venit ergo Dauid in Siceleg: & misit dona de prædа senioribus Iuda, proximis suis, dicens: Accipite benedictionem de prædа hostium domini: [27] Iis qui erant

erant in Bethel, & qui in Ramoth ad meridiem: & qui in Gether, [28] & qui in Aroer, & qui in Sephamoth, & qui in Esthamo, [29] & qui in Rachal, & qui in vrbibus Ierameel, & qui in vrbibus Ceni, [30] & qui in Rama, & qui in lacu Asan, & qui in Athach [31] & qui in Hebron, & reliquis qui erant in iis locis in quibus cõmoratus fuerat Dauid & viri eius.

Cæso Saule & suis, truncato capite corpus in muro Bethsan suspenditur, armáque eius in templo Astaroth: viri autem Iabes corpus eius deposuerunt, ac iuxta Iabes sepelierunt. XXXI.

a. Mõs Gelboe circiter 2. mil. distans à monte Thabor in Galilæa in cãpo magno quem Esdron vocant.

b. Doeg Idumæũ, vt dicunt Hebræi.

c. Irruere in gladiũ est seipsum interficere, sicut inuti vel incidere in lanceã vel gladium. Vitæ enim sacra scriptura grauiora peccata propriis verbis refert, vt etiam dormire cum muliere, vel eã cognoscere, pro fœtari.

d. Bethsan, nũc Scythopolis dicitur, quia à Scythis huc venientibus instaurata est illustrissimè, & decacero habitata.

e. Hoc est aromatibus cõdientes sepelierunt, humanitatẽ tantam præ cæteris vrbibus Regi Saul exhibẽtes, propter gratiam quam illis contra Naas Ammonitarum Regem exhibuerãde quo sup. cap. 11.

A

B

C

D

E

F

G

Philisthiim autem pugnabant aduersum Israel, & fugerunt viri Israel ante faciem Philisthiim, & ceciderunt interfecti in monte [a] Gelboe. † [2] Irruebántque Philisthiim in Saul & in filios eius, & percusserunt Ionathan, & Abinadab, & Melchisuo filios Saul, [1] totúmque pondus prælij versum est in Saul. Et consecuti sunt eum viri sagittarij, & vulneratus est vehementer à sagittariis. [4] Dixítque Saul ad [b] armigerum suum: † Euagina gladium tuum, & interfice me, ne forte veniant incircuncisi isti, & interficiant me, illudentes mihi. Et noluit armiger eius, fuerat enim nimio terrore perterritus. Arripuit itaque Saul gladium suum, & [c] irruit super eum. [5] Quod cum vidisset armiger eius, videlicet quòd mortuus esset Saul, irruit etiam ipse super gladium suum, & mortuus est cum eo. [6] Mortuus est ergo Saul & tres filij eius, & armiger illius, & vniuersi viri eius in die illa pariter. [7] Videntes autem filij Israel qui erant trans vallem, & trans Iordanem, quòd fugissent viri Israelitæ, & quòd mortuus esset Saul & tres filij eius, reliquerũt ciuitates suas, & fugerunt. Veneruntque Philisthiim, & habitauerunt ibi. [8] Facta autem die altera venerunt Philisthiim, vt expoliarent interfectos, & inuenerunt Saul & tres filios eius iacentes in monte Gelboe: [9] & præciderunt caput Saul, & expoliauerunt eum armis: & miserunt in terram Philisthinorum per circuitum, vt annũciaretur in templo idolorum & in populis. [10] Et posuerunt arma eius in templo Astaroth, corpus vero eius suspenderũt in muro [d] Bethsan. † [11] Quòd cùm audissent habitatores Iabes Galaad quęcunque fecerant Philisthiim Saul, [12] surrexerunt omnes viri fortissimi, & ambulauerunt tota nocte, & tulerunt cadauer Saul, & cadauera filiorum eius de muro Bethsan. Venerúntq; viri Iabes Galaad, & combusserunt [e] ea igni, [13] & tulerunt ossa eorum, & sepelierunt in nemore Iabes, & ieiunauerunt septem diebus.

Incipit Liber Regum secundus.

Dauid audita cæde Saulis nuncium occidi iubet, scissísque vestimentis deflet eum cum cæteris occisis, ieiunans vsque ad vesperam, ac super eos plangens, planctum filiis Iuda præcipit. I.

a. Hoc autem præsit. gestũ est die qua Dauid victis Amalecitis reuersus est ? Siceleg. Ioseph. lib. 7. cap. 1.

b. Homĩ istũ Amalecitẽ Hebræi filium Doeg fuisse dicunt. Amalecites enim & Idumæus vnum est: quia filius primogenitus Esau Eliphaz fuit, & huius filij Amalec. Hier. ibid.

c. Nec solum mortem Saulis, sed & signa eius narrauit vidisse. Signa eius mortis ostendit, aurum brachiorũ eius atque coronã. Ioseph. vbi supra.

A

B

Factum [a] est autem postquam mortuus est Saul, vt Dauid reuerteretur à cæde Amalec, & maneret in Siceleg duos dies. [2] In die autem tertio apparuit [b] homo veniẽs de castris Saul, veste conscissa, & puluere conspersus caput. Et vt venit ad Dauid, cecidit super faciem suam & adorauit. [3] Dixítque ad eum Dauid: Vnde venis? Qui ait ad eum: De castris Israel fugi. † [4] Et dixit ad eum Dauid: Quod est verbum quod factum est? Indica mihi. Qui ait: Fugit populus ex prælio, & multi corruentes è populo mortui sunt: [c] sed & Saul & Ionathas filius eius interierunt. [5] Dixítque Dauid ad adolescentẽ qui nunciabat ei: Vnde scis quia mortuus est Saul & Ionathas filius eius? [6] Ait adolescens qui nunciabat ei: Casu veni in montem Gelboe: & Saul incumbebat super ha-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stam suam:porrò currus & equites appropinquabant ei, [7] & conuersus post tergum suum,vidénsq; me,vocauit.Cui cum respondissem,Adsum,[8] dixit mihi:Quisnam es tu?Et aio ad eũ:Amalecites ego sum.[9]Et locutus est mihi: Sta super me, & interfice me:quoniam tenent me angustiæ,& adhuc tota anima mea in me est.[10] Stánsq; super eum,occidi illum.Sciebam enim quòd viuere non poterat[d] post ruinam.Et tuli[e] diadema quod erat in capite eius,& armillam de brachio illius,& attuli ad te dominum meum huc.†[11] Apprehendens autemDauid vestimenta sua scidit:omnésque viri qui erant cũ eo:[12] & planxerunt,& fleuerunt, & ieiunauerunt vsq; ad vesperã super Saul & super Ionathan filium eius,& super populũ domini,& super domũ Israel,eò quòd corruissent gladio.[13] Dixitq; Dauid ad iuuenem qui nunciauerat ei:Vnde es tu?Qui respondit:Filius hominis aduenæ Amalecitæ ego sum.[14]Et ait ad eũ Dauid:† Quare non timuisti mittere manum tuam vt occideres Christũ dñi?[15] Vocánsq; Dauid vnũ de pueris suis,ait:Accedens irrue in eum.[f] Qui percussit illũ,& mortuus est. [16] Et ait ad eum Dauid:Sanguis tuus super caput tuum. Os enim tuum locutũ est aduersùm te,dicens:Ego interfeci Christum dñi.[17]Planxit autem Dauid planctũ huiusce modi super Saul & super Ionathan filium eius:[18] & præcepit vt docerent filios Iuda planctum sicut scriptum est in[g] libro iustorum.Et ait:Considera Israel pro iis qui mortui sunt super excelsa tua vulnerati.[19] Inclyti Israel super[h] montes tuos interfecti sunt. Quomodo ceciderunt fortes?[20] Nolite annunciare in Geth, neq; annuncietis in cõpitis Ascalonis:ne forte lætentur filiæ Philisthiim:ne exultent filiæ incircumcisorum. [21] Montes Gelboe,nec ros nec pluuia veniant super vos.Neque sint agri primitiarũ: quia ibi abiectus est clypeus fortium:clypeus Saul,quasi non esset vnctus oleo.[22] A sanguine interfectorum,ab adipe fortiũ. Sagitta Ionathæ nũquam rediit retrorsum, & gladius Saul nõ est reuersus inanis.[23] Saul & Ionathas amabiles & decori valde in vita sua,in morte quoq; non sunt diuisi.Aquilis velociores,leonibus fortiores.[24] Filiæ Israel,super Saul flete,qui vestiebat vos coccino in deliciis:qui prębebat ornamẽta aurea cultui vestro.[25] Quomodo ceciderunt fortes in prælio?Ionathas in excelsis tuis occisus est.[26]Doleo super te frater mi Ionatha:decore nimis,& amabilis super amorem mulierum.Sicut mater vnicũ amat filium suum,ita ego te diligebã.[27] Quomodo ceciderunt robusti,& perierunt arma bellica?

Dauid in Hebron super Iuda in Regem vnctus,Iabenitis super Saulis sepultura gratulatur:Isboseth verò super Israel vnctio,grauem in Israel peperit seditionem. II.

[a] MIs extremis officiis honorato rege, luctuq; finito consuluit deum per prophetam,quamnam ex vrbibus Iudæ tribus habitandi sibi concederet. Cúmque responsum esset Hebronẽ concedi, relicta Siceja eò commigrauit, ambabus vxoribus illò adductis, & cohorte domestica: móxque tota tribus ad eũ locũ confluens,regẽ eum communi suffragio declarauit. Ioseph. Antiq lib.7.c.2.

[b] Hoc est,retribuet quidè dominus misericordiam in præsenti,& veritatẽ in futuro seculo,quia misericordia quæ in præsenti seculo tribuitur,ad cõparationem æternæ misericordiæ meudacium est.Hier.ibid.

[c] Hæc est arcem Hebron olim metropolin Philistiim nostrũ, & habitaculum gigantũ, regnumque posteà Dauid in tribu Iuda, chartas sacerdotalis,& ciuitas refugij. Distat ad meridianam plagam ab Aelia milibus viginti duobꝰ, vbi & Quercus Abraham, quæ & Mambre, vsque ad Constantij Regis imperiũ monstrabatur, & manubiæ eius impræsentiarum cernitur.Hiero.

[d] Postquam irruerat in gladium suum.

[e] Hebraei nõ credunt Saulem secum diadema & armillam deculisse, sed ea Dęg amico suo cõmẽdasse à quo ipse acceperat.Angelomus.

[f] Nullis subditus legibus vel legitimis potestatibus licere alterum occidere cuiũ volũtẽ & potẽtẽ & viuere iam nõ valentẽ, satis indicat scriptura Regnorum vbi Rex Dauid Saulis interfectorem iuuenẽ occidi. Aug. Epist. 61.

[g] Hunc Hebræi dicũt esse Genesim. Alij Samuelem, in quorum vtroque iubetur in hostes exercitum.

[h] Propter scelus igitur hominum & ipsa elementa damnantur. Denique Dauid mõtibus in quibꝰ Ionathas cum patre interemptus est perpetuæ pœnam sterilitatis optauit, dicẽs: Montes Gelboe,&c.Amb.de Cain, lib.2.cap.8.

[i] Id est super excelsũ,vtpote propter inobedientiam Saulis quæ idololatriæ æquiparatur.Hiero.

[a] GItur post hæc consuluit Dauid dñm, dicens: Num ascendam in vnam de ciuitatibus Iuda? Et ait dominus ad eũ: Ascende. Dixitq; Dauid:Quò ascendam? Et respondit ei:In Hebrõ.[2] Ascendit ergo Dauid,& duæ vxores eius, Achinoem Iezraelitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli:[3] sed & viros qui erant cum eo,duxit Dauid singulos cum domo sua: & manserunt in oppidis Hebron.†[4] Venerúntque viri Iuda:& vnxerũt ibi Dauid,vt regnaret super domũ Iuda.† Et nuntiatum est Dauid quòd viri Iabes Galaad sepelissent Saul.[5] Misit ergo Dauid nuntios ad viros Iabes Galaad,dixitq; ad eos:Benedicti vos à domino, qui fecistis misericordiam hanc cum domino vestro Saul,& sepelistis eum.[6] Et nunc retribuet vobis quidem dominus [b] misericordiam & veritatem: & ego reddam gratiam, eò quòd fecistis verbum istud.[7] Confortentur manus vestræ:& estote filij fortitudinis. Licet enim mortuus sit dominus vester Saul,tamen me vnxit domus Iuda in Regem sibi.[8] Abner autem filius Ner Princeps exercitus Saul tulit Isboseth filium Saul, & circunduxit eum per castra,[9] Regémque constituit super Galaad,& super Iesturi, & super Iezrael, & super Ephraim, & super Beniamin, & super Israel vniuersum. [10] Quadraginta annorum erat Isboseth filius Saul cum regnare cœpisset super Israel, & duobus annis regnauit. Sola autem domus Iuda sequebatur Dauid. [11] Et fuit numerus dierum quos commoratus est Dauid imperans in [c] Hebron super domum

mum Iuda,septem annorum,& sex mensiũ.[12] Egressúsq; est Abner filius Ner,& pueri Isboseth filij Saul,de castris in Gabaon.[13] Porrò Ioab filius Saruiæ,& pueri Dauid egressi sunt & occurrerunt eis iuxta piscinam Gabaon. Et cum in vnum venissent, è regiõne sederunt,hi in vna parte piscinæ,& illi ex altera.[14] Dixítque Abner ad Ioab: Surgant pueri,& ludãt corã nobis. Et respondit Ioab:Surgant.[15] Surrexerunt ergo,& transierunt numero duodecim de Beniamin ex parte Isboseth filij Saul,& duodecim de pueris Dauid.[16] Apprehensóq; vnusquisq; capite comparis sui,defixit gladium in latus contrarij,& ceciderunt simul. Vocatúmq; est nomen loci illius, Ager robustorum in Gabaon.[17] Et ortum est bellum durum satis in die illa,fugatúsq; est Abner & viri Israel à pueris Dauid.[18] Erãt autem ibi tres filij Saruiæ,Ioab,& Abisai,& Asahel. Porrò Asahel cursor velocissimus fuit,quasi vnus de capreis quę morantur in syluis. [19] Persequebatur autem Asahel Abner, & non declinauit ad dexteram neque ad sinistram omittens persequi Abner.[20] Respexit itaq; Abner post tergum suum,& ait:Tú ne es Asahel? Qui respondit:Ego sum.[21] Dixitq; ei Abner:Vade ad dexteram siue ad sinistram,& apprehende vnum de adolescentibus,& tolle tibi spolia eius. Noluit autem Asahel omittere quin vrgeret eũ.[22] Rursúmq; locutus est Abner ad Asahel: Recede,& noli me sequi,ne forte compellar confodere te in terram,& leuare non potero faciem meam ad Ioab fratrem tuum.[23] Qui audire contempsit,& noluit declinare.†Percussit ergo eum Abner auersa hasta in inguine & transfodit,& mortuus est in eodem loco. Omnésque qui transibant per locum illum in quo ceciderat Asahel,& mortuus erat,substistebant:[24] persequentibus autem Ioab & Abisai fugientem Abner,sol occubuit. Et venerunt vsq; ad collem aquæductus qui est ex aduerso vallis & itineris deserti in Gabaon.[25] Congregatíq; sunt filij Beniamin ad Abner, & conglobati in vnum cuneum,steterunt in summitate tumuli vnius.[26] Et exclamauit Abner ad Ioab,& ait:Num vsq; ad internecionem tuus mucro desæuiet? an ignoras [d] quòd periculosa sit desperatio? Vsquequo nõ dicis populo vt omittat persequi fratres suos? [27] Et ait Ioab: Viuit dominus, si locutus fuisses mane, recessissset populus persequens fratrem suum.†[28] Insonuit ergo Ioab buccina:& stetit omnis exercitus,nec persecuti sunt vltrà Israel,neq; iniere certamen.[29] Abner autem & viri eius abierunt per campestria Moab tota nocte illa,& transierunt Iordanẽ,& lustrata omni [e] Bethoron,venerunt ad castra.[30] Porrò Ioab reuersus omisso Abner congregauit omnem populũ, & defuerunt de pueris Dauid,decem & nouem viri,excepto Asahele.[31] Serui autem Dauid percusserunt de Beniamin,& de viris qui erant cum Abner,trecentos sexaginta,qui & mortui sunt.[32] Tulerúntq; Asahel,& sepelierunt eum in sepulchro patris sui in Bethlehem. Et ambulauerunt tota nocte Ioab,& viri qui erant cum eo, & in ipso crepusculo peruenerunt in Hebron.

Abner abiecto Isboseth à Dauid exceptus est,qui dum rediret,à Ioab occisus est,vnde Ioab à Dauide maledicitur. III.

[a] ACta est ergo longa concertatio inter domum Dauid & inter domum Saulis:Dauid proficiens, & semper seipso robustior:domus autem Saul decrescens quotidie.†[2] Natique sunt filij Dauid in Hebron: fuitq; primogenitus eius Amnon de Achinoem Iezraelitide:[3] & post eum Cheleab de Abigail vxore Nabal Carmeli. Porrò tertius Absalõ,filius [a] Maacha filiæ Thalmai Regis Gessur.[4] Quartus autem Adonias filius Haggith: & quintus Saphatias filius Abital.[5] Sextus quoque Iethraam [b] de Egla vxore Dauid. Hi nati sunt Dauid in Hebron.[6] Cum ergo esset prælium inter domum Saul & domum Dauid, Abner filius Ner regebat domum Saul.[7] Fuerat autem Sauli concubina nomine Respha,filia Aia, ingressúsque est ad eam Abner. Dixítque Isboseth ad Abner:[8] Quare ingressus es ad concubinam patris mei? qui iratus nimis propter verba Isboseth,ait: Nunquid caput canis ego sum aduersùm Iudam hodie:qui fecerim misericordiã super domum Saul patris tui, & super fratres & proximos eius, & non tradidi te in manu [c] Dauid, &

[d] Quanta amaritudo est illi nouissimo? Nisi principio belli paci studeatur, finis amarus sequetur.

[e] Triplex repetitur Bethoron,Primá est hæc, quã Hebræi vocant Bithoron regio citra Iordanem:& est inter Gabaon tribus Beniamin & Soccho. Duæ alteræ sũt ad dexterã Gabaõ,vna in tribu Ephraim, quæ superior dicitur,separata Lentis. Altera inferior, non multum distans à præcedente.

[a] Quæ dicitur in bello captæ,& cinuita ad Iudaismum tracta: ideo filium peperit rebellem.

[b] Ipsa est Michol, quæ ideo hic vxor eius sola dicitur, eo quòd in adolescentia eã primò duxit vxorẽ. Hiero: Quæ etiam in parte occubuisse dicitur: vnde in sequẽtibus scriptũ est,Igitur Michol filiæ Saul non est natus filius vsque ad diem mortis suæ: quia ipso partu occubuit. Angelomus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tu requisisti in me,quòd argueres pro muliere hodie?[9] Hęc faciat deus Abner,& hęc addat ei:nisi quomodo iurauit dñs Dauid,sic faciam cum eo:[10] vt transferatur regnũ de domo Saul, & eleuetur thronus Dauid super Israel,& super Iudam, à Dan vsque Bersabee.[11] Et non potuit respõdere ei quicquam,quia metuebat illum. [12] Misit ergo Abner nuntios ad Dauid in Hebron,pro se,dicentes:Cuius est terra? Et vt loquerentur: Fac mecum amicitias:& erit manus mea tecum, & reducam ad te vniuersum Israel. [13] Qui ait: Optime,ego faciam tecum amicitias:sed vnam rem peto à te, dicens: c Non videbis faciem meam antequam adduxeris mihi Michol filiam Saul, & sic venies, & videbis me. [14] Misit autem Dauid nuntios ad Isboseth filium Saul, dicens: †Redde vxorem meam Michol,quam despondi mihi centum pręputiis Philisthiim. [15] Misit ergo Isboseth, & tulit eam à viro suo Phaltiel,filio Lais. [16] Sequebatúrq; eam vir suus plorans vsq;[d] Bahurim:& dixit ad eum Abner: Vade,& reuertere. Qui reuersus est. [17] Sermonem quoq; intulit Abner ad seniores Israel, dicens: Tam heri quàm nudiustertius quærebatis Dauid,vt regnaret super vos. [18] Nunc ergo facite,quoniam D dominus locutus est ad Dauid dicens: In manu serui mei Dauid saluabo populum meum Israel de manu Philisthiim,& omnium inimicorum eius. [19] Locutus est autẽ Abner etiã ad Beniamin: Et abiit vt loqueretur ad Dauid in Hebron omnia quæ placuerant Israeli,& vniuerso Beniamin: [20] venítq; ad Dauid in Hebron cum viginti viris. Et fecit Dauid, Abner & viris eius qui venerant cum eo,cõuiuium. [21] Et dixit Abner ad Dauid: Surgam vt congregem ad te dominum meum Regem, omnem Israel, & ineam tecum fœdus:& imperes omnibus sicut desiderat anima tua. Cum ergo deduxisset Dauid Abner,& ille isset in pace: [22] statim pueri Dauid & Ioab venerũt cæsis latronibus cum præda magna nimis. Abner autem non erat cum Dauid in Hebron, quia iam dimiserat eum,& profectus fuerat in pace: [23] & Ioab & omnis exercitus qui e erant cum eo,postea venerant. [e] Nuntiatum est itaq; Ioab à narrantibus: Venit Abner filius Ner ad Regẽ,† & dimisit eum,& abiit in pace. [24] Et ingressus est Ioab ad Regẽ, & ait: Quid fecisti? Ecce venit Abner ad te:quare dimisisti eum, & abiit & recessit? [25] Ignoras Abner filium Ner, quoniã ad hoc venit ad te,vt deciperet te,& sciret exitũ tuum & introitum tuum, & nosset omnia quæ agis? † [26] Egressus itaq; Ioab à Dauid misit nuntios post Abner, & reduxit eum à cisterna Sira,ignorante Dauid. [27] Cúmq; rediisset Abner in Hebron,seorsum adduxit eum Ioab ad medium portæ vt loqueretur ei in[g] dolo,& percussit illum ibi in inguine, & mortuus est,in vltionem sanguinis Asahel fratris eius. [28] Quod cum audisset Dauid rem iam gestam, ait: Mundus ego f sum,& regnum meum apud Deum vsq; in sempiternum,à sanguine Abner filij Ner, [29] & veniat super caput Ioab,& super omnẽ domum patris eius,nec deficiat de domo Ioab fluxum seminis sustinens,& leprosus,& tenens fusum, & cadens gladio,& indigens pane. [30] Igitur Ioab & Abisai frater eius interfecerunt Abner, eò quòd occidisset Asahel fratrem eorum in Gabaon prælio. [31] Dixit autem Dauid ad Ioab, & ad omnẽ populum qui erat cũ eo:† Scindite vestimenta vestra, & accingimini saccis, & plãgite ante exequias Abner. Porrò Rex Dauid sequebatur feretrũ. [32] Cúmq; sepelissent Abner in Hebron,leuauit Rex Dauid vocẽ suã, & fleuit super tumulum Abner: fleuit autem & omnis populus. [33] Plangénsq; Rex & lugens Abner,ait: Nequaquam vt mori solent[h] ignaui,mortuus es Abner. [34] [i] Manus tuæ ligatæ non sunt, & pedes tui g non sunt cõpedibus aggrauati:sed sicut solent cadere coram filiis iniquitatis,sic corruisti. Congeminánsq; omnis populus,fleuit super eum. [35] Cúmque venisset vniuersa multitudo cibum capere cum Dauid clara adhuc die,iurauit Dauid dicens: Hæc faciat mihi deus, & hæc addat,si ante occasum solis gustauero panem, vel aliud quicquam. [36] Omnisq; populus audiuit,& placuerunt eis cuncta quæ fecit Rex in conspectu omnis populi. [37] Et cognouit omne vulgus,& vniuersus Israel in die illa, quoniã non actũ fuisset à Rege vt occideretur Abner filius Ner. [38] Dixit quoq; Rex ad seruos suos: Num ignoratis quoniã Princeps & maximus cecidit hodie in Israel? [39] Ego autẽ adhuc delicatus sum & vnctus Rex. Porrò viri isti,filij Saruiæ,duri mihi sunt. Retribuat

c. Hic necessaria subauditio est qua respondisse fertur Abner ad Dauid, se hãc rem penitus non posse facere cum Michol in Isboseth esset potestate. Hiero.

d. Bahurim castellũ in deserto ad partes horeales montis. Vsq; ad est locum Phaltiel secutus est Michol vxorem reductam ipsi Dauid. Quod ita est intelligendum, quoniam miris[e] sub imperio Dauid patrum se tutum arbitratur, in patriam Gallim concesserat trans Iordanem.

e. Locutus est Abner ad tribum Beniamin, quæ magis zelabat pro Isboseth, tanquã iuxta de sanguine suo, & ã diu pugnauit pro eo. Illi autẽ de Beniamin erãt domestici Isboseth atq; cuitoder capicis sui, vnde valde mirate permiserunt regiam dignitatem trãsferri de tribu sua ad aliam tribũ: ideo diligentius erant monẽdi vt acquiescerẽt promotioni Dauidis in regem super eos. Inde patet quomodo deus ex malis elicit bona, quia ex ira Abner processit hoc bonũ. Dionys Carthusian.

f. Cum esset Ioab pro Dauid militiæ princeps, metuens ne Dauid in honore primi ordinis Abner consequeret, vt haberet regni participem, virum pessimã cogitat, sicut infra de Amasa. Ioseph. ibidem.

g. Vel dolose, Ioab enim occurrit ipsi Abner quasi ex commissione regis habens secreta tractare cum ipso, & præcendebat vultum iocundum, ac gratiosum ad Abner. Quãis enim dispositio cordis, & vehementia passionũ animæ soleant apparere in vultu, Ioab tamẽ ista calliditate scmit in facie assumere apparatum dispositioni interiori contrarium: in quo multi simulatores Ioab sequãtur. Dionys. ibidem.

h. Quia fraude decepi[s]ti, & nõ periisti in stultitia tua sicut perire solent ignaui. Hieronym.

i. Hoc est, non es iure belli captus, quia manus tuæ nõ sunt ligatæ, nec pedes compedibus aggrauati, sicut eorum manus ligari solent, & pedes vinciri, qui in prælio capti sunt. Dolo igitur, nõ viribus peremptus es. Hieronym. ibidem.

tribuat dominus facienti malum,iuxta malitiam suam.

Baana & Rechab occiso Isboseth dormiente,caput ad Dauid attulerunt,quibus pro mercede vices ipse rependit. IIII.

A [1] Audiuit autem Isboseth filius Saul, quòd cecidisset Abner in Hebron, & dissolutæ sunt manus eius,omnísque Israel perturbatus est. [a] [2] Duo autem viri principes latronum erant filio Saul: nomẽ vni Baana, & nomen alteri Rechab,filij Remmon Berothitæ,de filiis Beniamin. Siquidem & [b] Beroth reputata est in Beniamin. [3] Et fugerunt Berothitæ in Gethaim, fuerúntque ibi aduenæ vsq; ad tempus illud. [4] Erat autem Ionathæ filio Saul,filius debilis pedibus, quin- B quennis enim fuit quando venit nuntius de Saul & Ionatha ex Iezrahel. Tollens itaque eum nutrix sua fugit. Cúmq; festinaret vt fugeret,cecidit:& claudus effectus est, habuítque vocabulum Miphiboseth. [5] Venientes igitur filij Remmon Berothitæ, Rechab & Baana,ingressi sunt feruente die domum Isboseth: qui dormiebat super stratum suum meridie:& ostiaria domus purgans triticũ obdormiuit. [6] Ingressi sunt autem domum latenter assumentes spicas tritici:& percusserunt eum in inguine Rechab & Baana frater eius,& fugerũt. [7] Cum autem ingressi fuissent domum,ille dor- C miebat super lectum suum in conclaui,& percutientes[c] interfecerunt eum. Sublatóque capite eius,abierunt per viam deserti tota nocte: [8] & attulerũt caput Isboseth ad Dauid in Hebron. Dixerúntq; ad Regem: Ecce caput Isboseth filij Saul inimici tui, qui quærebat animam tuam:& dedit dominus domino nostro Regi vltionem hodie de Saul & de semine eius. [9] Respondens autem Dauid Rechab & Baana fratri eius, filiis Remmon Berothitæ,dixit ad eos: Viuit dominus, qui eruit animam meam de omni angustia, [10] quoniam eum qui annunciauerat mihi, † & dixerat: Mortuus est Saul,qui putabat se prospera nuntiare,tenui,& occidi eum in Siceleg: cui oportebat me mercedem dare pro nuntio. [11] Quanto magis nunc cum homines impij [d] interfecerunt virum innoxium in domo sua, super lectum suum, non quæram sanguinem eius de manu vestra,& auferam vos de terra? [12] Præcepit itaque Dauid pueris suis, & interfecerunt eos: præcidentésque manus & pedes eorum,suspenderunt eos super piscinam in Hebron: Caput autem Isboseth tulerunt,& sepelierunt in sepulchro Abner in Hebron.

a. Duo isti principes erant super expeditiones Isboseth: mortuo verò Abner (vt Hebræi tradunt) conciliatissimi cũ Miphiboseth, vt vna interficerent Isboseth, & eundem Miphiboseth constituerent Regem: & eiusdẽ cõsilij delatores Miphiboseth excitisse. Hie. ib.

b. Beroth ciuitas est tribus Manassæ, reputata tamẽ tribus Beniamin, quia via Saule occupata, nõ lõge distãs à Neapoli, quæ dicta est Emmaus, & tãdẽ Neapolis.

c. Quoniã scriptũ est, Diliges proximũ tuũ sicut teipsum, nemini licet, nõ volẽtẽ occidere proximũ, cui non expedit occidere seipsum. Aug. Epi. 61.

d. Quia omnis qui sine illa legitimæ potestatis authoritate hominẽ occidit, homicida est; quicũque seipsum occidit, non est homicida si non homo est. Aug. Epi. 61.

Dauid vnctus super totum Israelem,arcem Sion pulsis Iebusæis capit,vbi domum construxit.alias vxores superinduxit,ac bis Philisthæos deo iuuante prostrauit. V.

A [1] Et venerunt vniuersæ tribus Israel ad Dauid in Hebron,dicentes:† Ecce nos os tuum & caro tua sumus. [2] Sed & heri & nudiustertius cum esset Saul Rex super nos,tu eras educens & reducẽs Israel: dixit autem dominus ad te: Tu pasces populum meum Israel, & tu eris dux super Israel. [b] [3] Venerunt quoque & seniores Israel ad Regem in Hebron,& percussit cũ eis Rex Dauid fœdus in Hebron coram domino, vnxerúntq; Dauid in Regem super Israel. [4] Filius triginta annorum erat Dauid cum regnare cœpisset,& quadraginta annis regnauit. † [5] In Hebron regnauit super Iudam septem annis & sex mensibus, in Ierusalem autem regnauit triginta tribus annis super omnem Israel & Iudam. [6] Et abiit Rex B & omnes viri qui erant cum eo, in Ierusalem ad Iebusæum habitatorem terræ. Dictúmque est Dauid ab eis: Non ingredieris huc,[c] nisi abstuleris cæcos & claudos dicentes: Non ingredietur Dauid huc. [7] Cepit autem Dauid arcem Sion: hæc est ciuitas Dauid. [8] Proposuerat enim Dauid in die illa præmium qui percussisset Iebusæum,& tetigisset domatum fistulas,& abstulisset cæcos & claudos odientes animam Dauid. Idcirco dicitur in prouerbio: † Cæcus & claudus non intrabunt in templum. [9] Habitauit autem Dauid in arce Sion,& vocauit eam ciuitatem Dauid: & ædificauit per gyrum à [d] Mello & intrinsecus. [10] Et ingrediebatur proficiens atque succrescens, & dominus deus exercituum erat cum eo. † [11] Misit quoque Hiram Rex Tyri nun-

a. Merito sic expeditur est ab vniuerso populo, vt veniret ad eum omnes tribus Israel, dicentes: Ecce nos ossa tua & caro tua sumus, &c. Et quid de eo plura dicam, de quo huiusmodi dei præcessit sententia, vt de eo dicerete: Inueni Dauid secundum cor meum? Amb. Offi. 1. ca 7.

b. Anno 7. regni sui Dauid Rex totius Israelis acclamatur & vngitur, arcẽ Ierusalẽ occupat, Iebusæum expellit, & Philisthæos superat.

c. Nisi abstuleris nos, quos tanquam cæcos & claudos existimas, de quibus iactas te triũphaturum. Hiero.

d. Atrium quoddã est muro propinquum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tios ad Dauid,& ligna cedrina,& artifices lignorum, artificésque lapidũ ad parietes: & ædificauerunt domum Dauid.[12] Et cognouit Dauid quoniã cõfirmasset eum dñs Regem super Israel,& quoniam exaltasset regnum eius super populum suum Israel.

C 1.Paral.14.

†[13] Accepit ergo Dauid adhuc[c] concubinas & vxores de Ierusalem, postquam venerat de Hebron. Natiq; sunt Dauid & alij filij & filiæ:[14] & hæc nomina eorum qui nati sunt ei in Ierusalem: Sammua,& Sobab,& Nathan,& Salomon,[15] & Iebahar,& Elisua,& Næphæg,[16] & Iaphia,& Elisama,& Eliada,& Eliphaleth. †[17] Audierunt ergo Philisthiim quòd vnxissent Dauid in Regem super Israel, & ascenderunt vniuersi vt quærerent Dauid. Quod cum audisset Dauid, descendit in præsidium.[18] Philisthiim autem venientes diffusi sunt in valle Raphaim.[19] Et consuluit Dauid dñm, dicens: Si ascendam ad Philisthiim,& si dabis eos in manu mea? Et dixit dñs ad Dauid: Ascẽde quia tradens dabo Philisthiim in manu tua.† [20] Venit ergo Dauid in Baalpharasim & percussit eos ibi,& dixit: Diuisit dñs inimicos meos cõram me, sicut diuiduntur aquæ. propterea vocatum est nomẽ loci illius Baalpharasim.[21] Et reliquerũt ibi sculptilia sua, quæ tulit Dauid & viri eius.[22] Et addiderunt adhuc Philisthiim vt ascenderẽt: & diffusa sunt in[f] valle Raphaim.[23] Consuluit autem Dauid dñm: Si ascendã contra Philisthæos: & tradas eos in manus meas? Qui respondit: Non ascendas contra eos, sed gyra post tergum eorum,& venies ad eos ex aduerso pyrorum.[24] Et cum audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorũ, tunc inibis prælium: quia tunc egreditur dñs ante faciem tuam, vt percutiat castra Philisthiim.[25] Fecit itaq; Dauid sicut præceperat ei dñs, & percussit Philisthiim de Gabaa, vsque dum venias Gezer.

D 1.Paral.14.

Cum Dauid arcam dei à domo Abinadab duceret in Ierusalem, Oza percussus interiit: vnde stetit in domo Obed Aedom. Inde cum in Ierusalem duceretur, ludens Dauid coram ea à Michol vxore ridetur. VI.

a. Non facile dinoscitur, quæ concubinas appellet scriptura, & quas vxores: quanduquidem & Haggith dicta est vxor, quæ postea dicitur cõcubina, & Cethura Fœcundi quas dederũt Rachel & Lia viro suo. Nisi forte omnes cõcubinæ vxores non autem omnis vxor cõcubina more loquendi scripturarum appelleatur, id est vt Sara & Rebecca, & Lia & Rachel concubinæ dicinõ possint, Haggar vero & Cethura & Bala & Zelpha, & vxores & concubinæ. Aug. in Gene. lib. 1. cap. 90.

f. Vallis Raphaim est iuxta Ierusalẽ contibus in Bethlehem inter austrum & occidentem, gigantibus olim hic habitantibus. Vnde etiam interdum dicitur vallis gigantum: vallis inquam frugum omnium fœcundissima & amplissima.

[a] Congregauit Dauid omnes electos ex Israel 30000: quia dominus primitiuam ecclesiã ex Israel instituit, nõ quidem omnem Israel, sed electos quosq; sibi consortians. Non enim omnes qui ex Israel, hi sunt Israelitæ: sed filij promissionis deputantur in semine. Qui triginta milia fuisse referẽtur, id est, fide, operis, & spei firmitate perfecti, &c. Eucherius ibidem.

b. Propter errorem suum: quoniam nudè arcã nutantem retigit, quam Leuitis non nisi per vectes portare licebat.

c. Qui Gethæus dicitur, eò quòd in Geth parer ei habitauerit. Hiero.

d. Dauid arcam domini reduxit in domũ Obed Aedom, inde in domum suã in Ierusalem, 3. annis regni sui, ex domo Abinadab.

[a] Congregauit[a] autem rursum Dauid omnes electos ex Israel, triginta milia. †Surrexitq; Dauid & abiit & vniuersus populus qui erant cum eo de viris Iuda, vt adducerent arcam dei: super quam inuocatum est nomen dñi exercituum sedentis in Cherubin super eam.†[3] Et imposuerũt arcam dei super plaustrum nouũ. Tulerúntq; eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa. Oza autem & Ahio filij Abinadab minabant plaustrum nouum.†[4] Cúmq; tulissent eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa, custodientes arcam dei: Ahio præcedebat arcam dei.[5] Dauid autem & omnis Israel ludebãt coram domino in omnibus lignis fabrefactis,& citharis,& lyris,& tympanis,& sistris,& cymbalis. †[6] Postquam autem venerunt ad Aream Nachor, extendit Oza manum ad arcam dei, & tenuit eam: quoniam calcitrabant boues,& declinauerunt eam.[7] Iratúsque est indignatione dominus cõtra Ozam: & percussit eum[b] super temeritate: qui mortuus est ibi iuxta arcam dei. †[8] Contristatus est autem Dauid eò quòd percussisset dominus Ozam: & vocatum est nomen loci illius percussio Ozæ, vsque in diem hanc.[9] Et extimuit Dauid dominum in die illa, dicens: Quomodo ingredietur ad me arca domini?[10] Et noluit diuertere ad se arcam domini in ciuitatem Dauid: sed diuertit eam in domum Obed Ædom[c] Gethæi.[11] Et[d] habitauit arca domini in domo Obed Ædom Gethæi tribus mensibus: & benedixit dominus Obed Ædom, & omnem domum eius.†[12] Nuntiatúmque est Regi Dauid quòd benedixisset dominus Obed Ædom, & omnia eius propter arcam dei. Dixítque Dauid: Ibo,& reducam arcam cum benedictione in domum meam. Abiit ergo Dauid: & adduxit arcam dei de domo Obed Ædom in ciuitatem Dauid cum gaudio: & erant cum Dauid septem chori: & victima vituli. †[13] Cúmque transcendissent qui portabant arcam domini, sex passus, immolabant bouem & ouem & arietem: & Dauid percutiebat in organis armigaris:[14] & saltabat totis viribus ante dominum. Porrò Dauid erat accinctus Ephod lineo:[15] & Dauid & omnis domus Israel ducebant arcam testamenti domini in iubilo

in iubilo,& in clangore buccinę.[16] Cúmq; intrasset arca domini in ciuitatem Dauid, Michol filia Saul prospiciens per fenestram vidit Regem Dauid subsilientem atque [e] saltantem coram domino: & despexit eum in corde suo.[17] Et introduxerunt arcam domini,& posuerunt eam in loco suo, in medio tabernaculi quod tetenderat ei Dauid: & obtulit Dauid holocausta corã domino,& pacifica.[18] Cúmq; complesset offerens holocausta & pacifica, benedixit populo in nomine domini exercituum.[19] Et partitus est multitudini vniuersæ Israel tam viro quàm mulieri singulis collyridam panis vnam,& assaturam bubulæ carnis vnam: & similam frixam oleo. Et abiit omnis populus vnusquisque in domum suam.[20] Reuersúsque est Dauid vt benediceret domui suę: & egressa Michol filia Saul in occursum Dauid, ait: Quàm gloriosus fuit hodie Rex Israel discooperiens se ante ancillas seruorum suorum,& nudatus est quasi si nudetur vnus de scurris.[21] Dixítque Dauid ad Michol: [f] Viuit dominus, quia ludam ante dominum, qui elegit me potius quàm patrem tuum, & quàm omnem domum eius,& præcepit mihi vt essem Dux super populum domini in Israel.† Et ludam,[22] & vilior fiam plusquam factus sum,& ero humilis in oculis meis, & cũ ancillis de quibus locuta es, gloriosior apparebo.[23] Igitur [g] Michol filiæ Saul non est natus filius vsque in diem mortis suæ.

D

e. Cauẽdum est ne quis vulgari quadã sermonis huius decepti interpretatione putet nobis saltationis lubricæ histrionicos motus, & scenę delramenta mandari: hæc enim in adolescẽtula ætate vitiosa sunt: sed saltationem eam mandauit qua saltauit Dauid ante arcã domini, tota est decens quicquid deferre religioni, vt nullã obsequio quod proficiat ad cultum & obseruantiam Christi, erubescam. Amb. de pœnitẽt. lib. 1. cap. 6.

f. Non erubuit igitur Dauid examinare opiniones, nec opprobria apud mulieres subire pro religionis obsequio verecũdatus est. Ludebat enĩ domino pure suus, & ideo ampli[us] placuit, quia ista se humiliauit deo, vt regale posset habere fastigium, & vltimũ exhibere deo quasi seruulus ministerium. Ambro. epist. libr. 6. epist. 36.

g. Ipsa est Regia quę peperit Dauid sed Ebræam, in cuius partu accubuit. Hiero.

Dauid proponens ædificare domum domino, ab eo per Nathan prohibetur: sed successor filius promittitur ædificaturus, vnde gratias agit immensas. VII.

[A] Factum est autem cum sedisset Rex in domo sua, & dominus dedisset ei requiem vndiq; ab vniuersis inimicis suis,[2] dixit ad Nathan Prophetam: Vidésne quòd ego habitem in domo cedrina,& arca dei posita sit in medio pellium?[3] Dixítque Nathan ad Regem: [a] Omne quod est in corde tuo, vade fac, quia dominus tecum est.[4] Factum est autem in illa nocte,& ecce sermo domini ad Nathan, dicens:†[5] Vade & loquere ad seruum meum Dauid: Hæc dicit dominus: Nunquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum?[6] Neq; enim habitaui in domo ex die illa qua eduxi Israel de terra Ægypti, vsq; in diem hanc: sed [b] ambulabam in tabernaculo & in tentorio [c 7] per cuncta loca quę transiui cum omnibus filiis Israel. Nunquid loquens locutus sum ad vnam de tribubus Israel, cui præcepi vt pasceret populum meum Israel, dicẽs: Quare non ædificasti mihi domum cedrinam?[8] Et nunc hæc dices seruo meo Dauid: Hæc dicit dominus exercituum: † Ego tuli te de pascuis sequentem greges, vt esses dux super populum meum Israel:[9] & fui tecum in omnibus vbicunque ambulasti,& interfeci vniuersos inimicos tuos à facie tua: fecíq; tibi nomen grande iuxta nomen magnorum qui sunt in terra.[10] Et ponam locũ populo meo Israel,& plantabo eum,& habitabo cum eo,& non turbabitur amplius: nec addent filij iniquitatis vt affligant eum sicut prius[11] ex die qua constitui iudices super populum meum Israel. Et requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis: prædicítq; tibi dominus quòd domum faciat tibi dominus.†[12] Cúmque completi fuerint dies tui,& dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, [d] quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnũ eius.†[13] Ipse ædificabit domum nomini meo, & stabiliam thronum regni eius vsq; in sempiternum.†[14] Ego ero ei in patrem,& ipse erit mihi in filium. Qui si iniquè aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum: & [c] in plagis filiorum hominum.†[15] Misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli à Saul, quẽ amoui à facie mea.[16] Et fidelis erit domus tua, & regnum tuũ vsq; in æternum ante faciem meam: & † thronus tuus erit firmus iugiter.[17] Secundũ omnia verba hæc,& iuxta vniuersam visionem istã, sic locutus est Nathan ad Dauid.[18] Ingressus est autẽ Rex Dauid,& sedit coram domino,& dixit: Quis ego sum domine deus,& quæ domus mea, quia adduxisti me hucusq;?[19] Sed & hoc parũ visum est in conspectu tuo domine deus, nisi loquereris etiam de domo serui tui in longinquum. [e] Ista est enim lex Adam domine deus.[20] Quid ergo addere poterit adhuc David, vt loquatur ad te? Tu enim scis seruũ tuum domine deus.[21] Propter verbum tuũ

a. Hoc enim Nathan ex se, non ex sermone domini dixit ad Dauid. Quod sequitur vero, ex sermone domini dixit. Hieronym.

b. Quia nec Moyses nec Iosue ædificauerunt ei domũ quia viri sanguinũ essent: ideo in tabernaculis habitasse nus ambulasse dicitur. Hie. c. Silo, Nob, Malphar, Galgala, Gabaon & Gabaa, in quibus stetit arca domini. Hierony.

d. Et ita regnum Israel nec Absalom nec Adonias debebatur, cũ iam nati essent ante hanc prophetiam.

e. Hoc est, vt nullus hominum esset qui audiret orãtem. Siue ergo propter arcã testamenti, siue propter fecerãm remotius ab arbitris siue propter intimã cordis vbi erat orantis affectus, conueniebat dictũ est, sedit corã domino. Nũ forte quòd sedens orauit, hoc moueret, cũ & iam? He las hoc fecerit quando plurimum orando impetrauit. Augu. ad Simplicia. lib. 2. quæst. 4.

f. Iste est enim mos hominis, hæc lex hominis est, vt tibi in simplicitate cordis, & puritate seruiat. Hiero.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& secundum cor tuum fecisti omnia magnalia hæc, ita vt notum faceres seruo tuo. [21] Idcirco magnificatus es domine deus: quia nō est similis tui, neq; est deus extra te, in omnibus quæ audiuimus aurib⁹ nostris. [23] Quæ est autē vt populus tuus Israel, gēs D in terra, propter quā iuit deus vt redimeret eam sibi in populum, & poneret sibi nomen, facerétque eis magnalia & horribilia super terram, à facie populi tui quē redemisti tibi ex Ægypto gentem, & deum eius? [24] Firmasti enim tibi populum tuum Israel in populum sempiternum: & tu domine deus factus es eis in deum. [25] Nūc ergo domine deus, verbum quod locutus es super seruum tuum & super domum eius suscita in sempiternum, & fac sicut locutus es, [26] vt magnificetur nomen tuum vsq; in sempiternum, atque dicatur: Dominus deus exercituum, deus super Israel. Et domus serui tui Dauid erit stabilita coram domino: [27] quia tu domine exercituū deus Israel reuelasti aurem serui tui, dicens: Domum ædificabo tibi. Propterea [h] inuenit seruus tuus cor suū, vt oraret te oratione hac. [28] Nunc ergo domine deus, tu es deus, & verba tua erunt vera. Locutus es enim ad seruum tuum bona hæc. [29] Incipe ergo & benedic domui serui tui, vt sit in sempiternum coram te: quia tu domine deus locutus es hæc, & benedictione tua benedicetur domus serui tui in sempiternum.

g. Cur Dauid dei verba torserit in geminat, cuius fert promissa impleri? Non dubitauit dei promissiones sub implicita conditione fepius intelligēdas, vtpote ni hominēs peccādo obicē ponerent. Indeo exorauit pro gratia, ne vel ipse vel posteri sui obicem ponerēt implerioni diuinæ promissionis. Dionys.

h. Quia inuenit audaciam qua in corde suo deū oraret. Hieron.

Dauid victis Philisthæorum quinque ciuitatibus, Syria Damasci, & Syria Soba, Moabitis & Idumæis: sub tributum omnes redegit, & tandem officiarios sibi elegit idoneos. VIII.

Factum est autem post hæc percussit Dauid Philisthiim, & humiliauit eos: A & tulit Dauid frænum [a] tributi de manu Philisthiim, [2] & percussit Moab, & mēsus est eos funiculo, coæquans terrę. Mēsus est autem duos funiculos: vnum ad occidēdum, & vnum ad viuificandum. Factúsq; est Moab Dauid seruiens sub tributo. [3] Et percussit Dauid Adarezer filiū Rohob Regem Soba, quando profectus est vt dominaretur super flumen Euphratem. [4] Et captis Dauid ex parte eius mille septingentis equitibus, & viginti milibus peditum [b] subneruauit omnes iugales curruum. Dereliquit autem ex eis centum currus. [5] Venit quoque Syria Damasci, vt præsidium ferret Adarezer Regi Soba: & percussit Dauid de Syria viginti-duo milia virorum, [6] & posuit Dauid præsidium in Syria Damasci, factáq; est Syria Dauid seruiens sub tributo. Seruauitq; dominus Dauid in omnibus ad quæcunque profectus est. [7] Et tulit Dauid arma aurea quæ habebant serui Adarezer, & detulit ea in Ierusalē. [8] Et de Bethe & de Beroth ciuitatibus Adarezer tulit Rex Dauid æs multum nimis: † de quo fecit Salomon omnia vasa ærea in templo, & mare æneum, & columnas & altare. [9] Audiuit autem Thou Rex Hemath, quòd percussisset Dauid omnem robur Adarezer. [10] Et misit Thou Ioram filium suum ad Regem Dauid, vt salutaret eum congratulans: & gratias ageret, eò quòd expugnasset Adarezer, & percussisset eum. Hostis quippe erat Thou Adarezer: Et in manu eius erant vasa aurea & vasa argentea & vasa ærea: [11] quæ & ipsa sanctificauit Rex Dauid domino, cum argento & auro quæ sanctificauerat de vniuersis gētibus quas subegerat [12] de Syria & Moab, & filiis Ammon, & Philisthiim & Amalec: & de manubiis Adarezer filij Rohob Regis Soba. [c] [13] Fecit quoque sibi Dauid nomen cum reuerteretur capta Syria [d] in valle Salinarum, cæsis decem & octo milibus, in Gebelem ad vigintitria milia, [14] & posuit in Idumæa custodes, statuítque præsidium, & facta est vniuersa Idumæa [e] seruiens Dauid: & seruauit dominus Dauid in omnibus ad quæcunque profectus est. [15] Et regnauit Dauid super omnem Israel: † faciebat quoque Dauid iudicium & iustitiam omni populo suo: † [16] Ioab autem filius Saruiæ erat super exercitum: porrò Iosaphat filius Achilud erat à commentariis: [17] & Sadoch filius Achitob & Achimælæch filius Abiathar, erant sacerdotes: & Saraias scriba: [18] Banaias autem filius Ioiadæ, super Chereti & Pheleti. Filij autem Dauid sacerdotes erant. Et dixit Dauid: Putásne est aliquis qui remanserit de domo Saul, vt faciam cum eo misericordiam propter Iona-

a. Subiectionis. Quinq; eos Philisthæorum ciuitates fecit Dauid tributarias, quæ sæpius Israel fecerant tributarium. Hieron.

b Hoc est, pedū equorū extremitates, vt inutiles redderētur, ne hosti essent auxilio, truncauit: erat lex equos multiplicare prohibebat.

c Quod hic humiliter profectionis Christi ad gētes, & subiectionis earum per doctrinā euangelicā ad fidem figura expoicitur, in 2. Regnorū libro admodū apta occurrit, offerturq; legēti. Ibi vbi Dauid in regno Israel & Iuda stabilitus, regionē Moab, Palæstinos & vniuersam Idumæā legitur subegisse sibi, atq; in tributū redegisse. Quod planē insinuabat Christū, qui verus ille Dauid, & manu fortis, vulcunque desiderabilis, post annunciatū per totam Iudæā Euangelium, accepturus spirituale regnum, transiturq; ad gentes, vt filios dei qui erant dispersi congregaret in vnum. Cyril. in Ioan. lib. 6. cap. 9.

d. In qua triumphalem sibi formā Dauid rediens erexit. Hieron.

e. Nunc impletum est illud quod Isaac Iacobo filio prædixit: Esto, inquit, dominus fratris tui. Demūm enim Idumæis prædita imposuit. Præsentes autem præfidarios, quos nunc quidā ἐφεστῶτας appellant, ipse ἐπιστάτας nominauit. Procop. ibid.

Miphiboseth

Miphiboseth filij Ionathæ Dauid propter Ionathan miseretur, cibat eum in mensa sua, atque omnes Saulis agros restituit, quos Sibæ Saulis seruo colendos iniunxit. IX.

1 Reg. 20. A Erat autem de domo Saul seruus nomine Siba: quem cū vocasset Rex ad se, dixit ei: [2] Túne es Siba? Et ille respōdit: Ego sum, seruus tuus. [3] Et ait Rex: Nunquid supereſt aliquis de domo Saul, vt faciam cum eo misericordiam dei? Dixítq; Siba Regi: Supereſt filius Ionathæ, debilis pedibus. [4] Vbi, inquit, est? & Siba ad regem: Ecce, ait, in domo est Machir filij Ammiel in [a] Lodabar. [5] Misit ergo Rex Dauid, & tulit eū de domo Machir B filij Ammiel de Lodabar. [6] Cū autē venisset Miphiboseth filius Ionathæ filij Saul ad Dauid, corruit in faciē suā, & adorauit. Dixítq; Dauid: Miphiboseth. Qui respondit: 2 Reg. 19. A Adsum seruus tuus. [7] Et ait ei Dauid: † Ne timeas, quia faciens faciā in te misericordiam propter Ionathan patrē tuum: & restituā tibi omnes [b] agros Saul patris tui, & tu 2 Reg. 9. A. 2 C comedes panem in mensa mea semper. [8] Qui adorans eum, dixit: † Quis ego sum seruus tuus, quoniam respexisti super canem mortuum, similem ei? [9] Vocauit itaq; Rex Sibam puerum Saul, & dixit ei: Omnia quæcunq; fuerunt Saul, & vniuersam domū eius dedi filio domini tui. [10] Operare igitur ei terram, tu & filij tui, & serui tui, & inferes filio domini tui cibos, vt alatur. [c] Miphiboseth autē filius domini tui comedet semper panem super mensam meam. Erant autem Sibę quindecim filij, & viginti ser- D ui. [11] Dixítq; Siba ad Regem: Sicut iussisti domine mi Rex seruo tuo, sic faciet seruus tuus. Et Miphiboseth comedet super mensam meā quasi vnus de filiis Regis. [12] Habebat autem Miphiboseth filium paruulū nomine Micha. Omnis verò cognatio domus Sibæ seruiebat Miphiboseth. [13] Porrò Miphiboseth habitabat in Ierusalem, quia de mensa Regis iugiter vescebatur, & erat claudus vtroque pede.

a. Lodabār oppidum est trāsmontē Galaad situm, in tribu Gad, non longe à Maspha, trans Iordanem.

b. Quorum partem abstulerant filij Respha cōcubinæ Saul, partem vero in Isboseth iure belli Dauid sibi vindicauerat. Hiero.

c. Dauid non immemor eratfoederis quod habuerat cum Ionatha, & olim pepigerat, sed misericordiam quam ei promiserat, implere curauit, filiū eius requirit, & misericordiam cū eo fecit. Angelomus ibid.

Ammonitæ post illatam seruis Dauid iniuriam, contractis quinque Regum Syriæ copiis profligantur, veriti deinceps Ammonitis ferre præsidium. X.

2 Reg. 10. A Factum † est autem post hæc vt moreretur Rex filiorum Ammon, & regnauit Hanon filius eius pro eo. [2] Dixítque Dauid: [a] Faciam misericordiam cum Hanon filio [b] Naas: sicut fecit pater eius mecū misericordiā. Misit ergo Dauid consolans eum per seruos suos super patris interitu. Cū autem venissent serui Dauid in terrā filiorū Ammon: [3] dixerunt Principes filiorum Ammon ad Hanō dominū suum: Putas quòd propter honorē patris tui miserit Dauid ad te consolatores, & nō ideo vt te inuestigaret, & exploraret ciuitatē, & euerteret eam, misit Dauid seruos suos ad te? [c] [4] Tulit itaq; Hanon seruos Dauid, rasítq; dimidiam partem barbæ eorū, & pręcīdit vestes eorum medias vsq; ad nates: & dimisit B eos. [5] Quod cum nuntiatum esset Dauid, misit in occursum eorum. Erant enim viri confusi turpiter valde. Et mandauit eis Dauid: Manete in Iericho, donec erescat barba vestra, & tunc reuertimini. [6] Videntes autem filij Ammō quòd iniuriam fecissent Dauid, miserunt & cōduxerunt mercede [d] Syrum Rohod, & Syrū Soba, viginti milia peditū, & à Rege Maacha mille viros, & ab Istob duodecim milia virorū. [7] Quod cum audisset Dauid, misit Ioab & omnem exercitum bellatorum. [8] Egressi sunt ergo filij Ammon, & direxerunt aciem ante ipsum introitum portæ. [e] Syrus verò Soba & Rohob & Istob & Maacha seorsum erant in cāpo. [9] Videns ergo Ioab quòd prælium esset aduersum se & ex aduerso, & post tergum, elegit sibi ex omnibus electis Israel, & instruxit aciem contra Syrum, [10] reliquam autem partē populi C tradidit Abisai fratri suo. Qui direxit aciē aduersum filios Ammon. [11] Et ait Ioab: Si præualuerint aduersum me Syri, eris mihi in adiutorium: si autē filij Ammon præualuerint aduersum te, auxiliabor tibi. [12] Esto vir fortis, & pugnemus pro populo nostro, & ciuitate dei nostri. Dominus autem faciet quod bonum est in cōspectu suo. [13] Iniit itaque Ioab & populus qui erat cum eo, certamen cōtra Syros, qui statim fugerunt à

a. Quando fugit Dauid à facie Achis Regis Geth, venit ad Naas Regē Ammon, qui fecit cum eo misericordiā multa impertiendo bona. Angelomus ibidem.

b. Naas pater Hanon & Sobi, de quo infr. 17. g. ad quē pertinuit ab Achis, & inde in spem cam Oded lam: vbi viserunt eum parētes ejus, quos duxit ad Regem Moab. Hieronymus.

c. Qui enim legatum Regis inhonorat & afficit contumelia, regiam quoque maiestatem exlædit iniuria, & grauiter offendit: quemadmodum Hanon Rex filiorū Ammon pestifera suorum principum delatione indutus, quoniam nuncios Dauid ad se officij & benevolentiæ gratia missos ludibrio habuit, & ipsum Dauid Regem ad indignationem commouit, cōcitauitque ad arma in vltionē tanti facinoris: à quo tandem post multas clades & regno exutus est, & vita priuatus. Cyril. in Ioan lib. 6. cap. 3.

d. Syriæ Reges Rooh, Istob, Soba, & Maadia, de quibus Dauid triūphauit. Hiero.

e. Ex his multiplicē patet esse Syriam. Prima dicitur Arā, quæ & Mesopotamia. Secunda Cappadocia. Tertia Syria Damasci. Quarta Syria Antiochiæ, quæ & Rohob dicitur. Quinta est Syria Soba, siue Sobal. Sexta est Syria Maacha, de qua in præsenti historia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

facie eius.[14] Filij autē Ammon vidētes quia fugissent Syri, fugerunt & ipsi à facie Abisai, & ingressi sunt ciuitatem. Reuersúsq; est Ioab à filiis Ammon, & venit Ierusalē. [15] Videntes igitur filij Ammon quoniam Syrus expauit, & quoniam corruissent coram Israel, congregati sunt pariter. [16] Misítque ad Adarezer, & eduxit Syros qui erant trans fluuium: & adduxit eorum exercitum. Sobach autem magister militiæ Adarezer erat princeps eorum. [17] Quod cum nunciatum esset Dauid, contraxit omnē Israelem, & transiuit Iordanem, venítque in Helam. Et direxerunt aciem Syri ex aduerso Dauid, & pugnauerunt contra Israel. [18] Fugerúntq; Syri à facie Israel, & occidit Dauid de Syris septingentos currus, & quadraginta milia equitum, [f] & Sobach Principem militiæ percussit: qui statim mortuus est. [19] Videntes autem vniuersi Reges, qui erant in præsidio Adarezer se victos esse ab Israel, expauerunt, & fugerunt quinquaginta & octo milia coram Israel, & fecerunt pacē cum Israel, & seruierunt eis: timuerúntque Syri auxilium præbere filiis Ammon.

f. Mesopotamiæ deinde cognita rē cristi pugnæ euentu, sibi mora legatione ad Dauidem cum muneribus missa, deditionem fecerūt. Atq, ita appetente 15 iam Hierosolyma est reuersus. Ioseph. Antiquit. lib. 7. cap. 6.

Obsessa Rabbath Ammonitarum, Dauid homicidium Uriæ adulterio adiunxit uxoris: unde accepta sibi uxore, & nato ex ea filio dominum commouit ad iram. XI.

EFactum † est autem vertente anno, eo tempore quo solent Reges ad bella procedere, misit Dauid Ioab & seruos suos cum eo, & vniuersum Israel, & vastauerunt filios Ammon, & obsederunt [a] Rabba: Dauid autem remansit in Ierusalem. [2] Dum hæc agerentur, accidit quadam die vt surgeret Dauid de stratu suo post meridiem: & deambularet in solario domus regiæ: viditq; mulierē se lauantem ex aduerso super solarium suum. Erat autem mulier pulchra valde. [3] Misit ergo Rex, & requisiuit quæ esset mulier: nuntiatúmq; est ei quòd ipsa esset Bersabee filia [b] Eliam, vxor Uriæ Hethæi. [4] Missis itaq; Dauid nuntiis tulit eam. Quæ cum ingressa esset ad illum, dormiuit cum ea. † Statímque sanctificata est ab immunditia sua: [5] & reuersa est in domum suam, concepto fœtu. Mitténsque nuntiauit Dauid, & ait: Concepi. [6] Misit autem Dauid ad Ioab, dicens: Mitte ad me Uriam Hethæum. Misítq; Ioab Uriam ad Dauid. [7] Et venit Urias ad Dauid. Quæsiuítq; Dauid † quàm rectè ageret Ioab & populus, & quomodo administraretur bellum. [8] Et dixit Dauid ad Uriam: [c] Vade in domum tuam, & laua pedes tuos. Et egressus est Urias de domo Regis, secutúsque est eum cibus regius. [9] Dormiuit autem Urias ante portam domus regiæ, cum aliis seruis domini sui, & non descendit ad dōmum suam. [10] Nunciatúmque est Dauid à dicentibus: Non iuit Urias in domum suam. Et ait Dauid ad Uriam: Nunquid non de via longinqua venisti? Quare non descendisti in domum tuam? [11] Et ait Urias ad Dauid: Arca dei & Israel & Iuda habitant in papilionibus: & dominus meus Ioab, & serui domini mei super faciem terræ manent: & ego ingrediar domum meam, vt comedam & bibam, & dormiam cum vxore mea? Per salutem tuam, & per salutem animæ tuæ, non faciam rem hanc. [12] Ait ergo Dauid ad Uriam: Mane hic etiam hodie, & cras dimittam te. Mansit Urias in Ierusalem in die illa & altera, [13] & vocauit eum Dauid vt comederet coram se & biberet, & [d] inebriauit eum. Qui egressus vespere, dormiuit in stratu suo cum seruis domini sui: & in domum suam non descendit. † [14] Factum est ergo mane, & scripsit Dauid epistolā ad Ioab, [e] misítq; per manum Uriæ, [15] scribens in epistola: Ponite Uriam ex aduerso belli, vbi fortissimum est prælium, & derelinquite eum, vt percussus intereat. [16] Igitur cum Ioab obsideret vrbem, posuit Uriam in loco vbi sciebat viros esse fortissimos: [17] egressíq; viri de ciuitate bellabant aduersum Ioab: & ceciderunt de populo seruorū Dauid: mortuus est etiā Urias Hethæus. [18] Misit itaq; Ioab, & nuntiauit Dauid omnia verba prælij: [19] præcepítq; nuntio, dicens: Cum cōpleueris vniuersos sermones belli ad Regem, [20] si eum videris indignari, & dixerit: Quare accessistis ad murū vt præliaremini? an ignorabatis quòd multa desuper ex muro tela mittātur? [21] quis percussit Abimælech [f] filium Ierobaal? † nónne mulier misit super eum fragmen molæ de muro, & interfecit eū in Thebes? quare iuxta murum accessistis? dices: Etiā seruus tuus Urias Hethæus

a. Rabba, quam & Rabbath dicunt, & Ammam dudum vocabant, à Ptolemæo Philadelpho dicta est Philadelphia, metropolis Ammonitarū, in qua hactenus monstratur lectus ferreus Og Regis Basan.

b. Eliam fuit filius Achitophel. Hiero.

c. Dic mihi ô Dauid ob quam causam sollicitus es? ob hoc, inquit, pietatis documentum, si porrò quoquo pacto obumbrare leuerit magnitudinem, & vulneri superducere cicatricem, vt illius esse dicatur qd meū est. Chryl. super Psal. 50.

d. Idcirco eum inebriasse dicitur, vt saltem ebrius in domum suam descenderet. Hiero.

e. Ostenditiras peccati, gladium aduersum se nescientes portabat, qui ministrā fuerat: passus, & epistolam ferebat sanguine plenā. Stetit igitur in pugna, cecidit, occisus est. Ecce duo peccata, homicidiū & adulterium. Chrylo. ibid.

f. Gedeonis iudicis Israelitici illegitimum ex concubina filium.

theus [g] occubuit. [22] Abiit ergo nuntius, & venit & narrauit Dauid omnia quę ei præceperat Ioab: [23] & dixit nuntius ad Dauid: Preualuerunt aduersum nos viri, & egressi sunt ad nos in agrum. Nos autem facto impetu persecuti eos sumus vsque ad portam ciuitatis: [24] & direxerunt iacula sagittarij ad seruos tuos ex muro desuper, mortuíq; sunt de seruis Regis: quinetiā seruus tuus Urias Hethæus mortuus est. [25] Et dixit Dauid ad nuntium: Hæc dices Ioab: non te frangat ista res. Varius enim euētus est belli, & nunc hunc & nunc illum consumit gladius. Conforta bellatores tuos aduersus vrbem, vt destruas eam: & exhortare eos. [26] Audiuit autem vxor Uriæ quòd mortuus esset Urias vir suus, & planxit eum. [27] Transactóque luctu [h] misit Dauid & introduxit eam in domum suam, & facta est ei vxor, peperítq; ei filium. Et displicuit verbum hoc quod fecerat Dauid, coram domino.

g. Consummatum est peccatum, cōpleta est iniquitas, ablatus est è medio qui iniustitiam passus fuerat. Chryl. ibid. vbi prius.

h. Ergo iste Dauid grauiter scelerátéque peccauit, quod scelus eius etiam per prophetā deus arguit increpando, & ipse ablatis potitendo. Isidor. ibidem.

Dauid sub parabola Nathan in se sententiam tulit, unde multa illi Nathan incommoda minatur, quibus compunctus culpa illi pœna manente donatur, mortuo puero Salomon nascitur, & Rabba cum multis Ammonitarum urbibus diruitur. XII.

MIsit † [a] ergo dominus Nathan ad Dauid. Qui cum venisset ad eum, dixit ei: Respondē mihi iudicium. Duo viri erant in ciuitate vna, vnus diues, & alter pauper. [2] Diues habebat oues & boues plurimos valde: [3] pauper autem nihil habebat omnino prēter ouem vnam paruulam quam [b] emerat, & nutrierat, & quæ creuerat apud eum, cum filiis eius simul de pane illius comedēs, & de calice eius bibens, & in sinu illius dormiens, erátq; illi sicut filia. [4] Cum autem peregrinus quidam venisset ad diuitem, parcens ille sumere de ouibus & de bobus suis vt exhiberet conuiuium peregrino illi qui venerat ad se, tulit ouem viri pauperis, & præparauit cibos homini qui venerat ad se. [5] Iratus autem indignatione Dauid aduersus hominem illum nimis, dixit ad Nathan: † Viuit dominus, quoniam filius mortis est vir qui fecit hoc. † [6] Ouem reddet in quadruplum, eo quòd fecerit verbū istud, & non pepercerit. [7] Dixit autem Nathan ad Dauid: Tu es ille vir, qui fecisti hanc rem. Hæc dicit dominus deus Israel: Ego vnxi te in Regem super Israel, & ego erui te de manu Saul: [8] & dedi tibi domum domini tui, & [c] vxores domini tui in sinu tuo: dedíq; tibi domum Israel, & Iuda: & si paruā sunt ista, adiiciam tibi multo maiora. [9] Quare ergo contempsisti verbum domini, vt faceres malum in conspectu meo? [d] Uriam Hethæum percussisti gladio, & vxorem illius accepisti in vxorem tibi, & interfecisti eum gladio filiorum Ammon. [10] Quamobrē non recedet gladius de domo tua vsque in sempiternum, eo quòd despexeris me, & tuleris vxorem Urię Hethæi vt esset vxor tua. [11] Itaq; hæc dicit dominus: Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, † & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis solis huius. [12] Tu enim fecisti abscondité, ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, & in cōspectu [e] solis huius. [13] Et dixit Dauid ad Nathan: † Peccaui domino. Dixítque Nathan ad Dauid: Dominus quoque transtulit peccatū tuum: Non morieris. [14] Veruntamen quoniam blasphemare fecisti inimicos nomen domini propter verbum hoc, filius quí natus est tibi, morte morietur. [15] Et reuersus est Nathan in domum suam. Percussítq; dominus paruulum quem peperit vxor Uriæ Dauid, & desperatus est. † [16] Deprecatúsq; est Dauid dominum pro paruulo, & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingressus seorsum iacuit super terrā. [17] Venerunt autem seniores domus eius, cogentes eum vt surgeret de terra. Qui noluit, nec comedit cum eis cibum. [f] [18] Accidit autem die septima vt moreretur infans, timeruntque serui Dauid nuntiare ei quòd mortuus esset paruulus. Dixerunt enim: Ecce cum paruulus adhuc viueret, loquebamur ad eum, & non audiebat vocem nostram: quāto magis si dixerimus, mortuus est puer, se affliget? [19] Cū ergo Dauid audisset seruos suos mussitātes, intellexit quòd mortuus esset infantulus. Dixítq; ad seruos suos: Num mortuus est puer? Qui respōderunt ei: Mortuus est. [20] Surrexit ergo Dauid de terra, & lotus vnctúsque est. Cúmque mutasset vestem, ingressus est domum domini,

a. Prophera ad prophetam venit, certē & Dauid prophera erat. Quomodo ergo seipsum curare non potuit? Sicut enim medici quando ægrotant, aliorum medicorū auxilio indigēt, & infirmitas obliuioni dat artem: sic & in hoc prophera. Iste propheta, & ille, sed iste planus, ille vero graui vulnere sauciatus. Chryso. vbi prius.

b. Ducens enim vxorem dicitur emere eam, cui dos assignatur.

c. Merob & Michol filiæ Saulis, primæ Dauid vxores.

d. Tu qui ad solatium (arbitror) peccatorū tuorū cōfiderari actus nostros à deo non putas, ex hoc ipso & aspici te à Christo intellige, & puniendum fortiā propediē esse cognosce: quia eriū Dauid sanctum videm vnum errorē suum nec secreto occultorum penetrā lū potuisse contegere, nec à præsentibus pœnis priuilegio salem maiorum operum vindicare. Salutia. lib. 8.

e. Hoc est manifestè, & nemine ignorante: vt Absolō ingressus est ad cōcubinas patris.

f. Sanctus Dauid filios amisit duos, vnum incestū, alterum parricidam. Hos habuisse pudoris est, doloris est perdidisse. Amisit & tertiū quē amabat paruulum: hūc viuente adhuc sleuit, mortuum non desiderauit. Sic enim legimus quòd ægrotante puero deprecabatur Dauid dominum pro puero, & ieiunauit, & in cilicio iacuit, & adstantibus maioribus natu vt excitarent eū de terra, nec surgendum sibi, nec comandum putauit. Vbi vero defunctum puerū cōperit, surrexit de terra, lauit illico, vndatus est, vestā mūda sumpsit, adorauit dominum, cibū sumpsit. Ambrosortio. de fide resurrectionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& adorauit:& venit in domum suam, petiuitque vt ponerent ei panem, & comedit.
21 Dixerunt autē ei serui sui:Quis est sermo quem fecisti? Propter infantem cum adhuc viueret,ieiunasti & flebas: mortuo autem puero surrexisti, & comedisti panem.
22 Qui ait:Propter infantē dum adhuc viueret,ieiunaui & fleui.g Dicebā enim:Quis enim scit si forte donet eum mihi dominus, & viuat infans? 23 Nunc autē quia mortuus est,quare ieiuno?Nunquid potero reuocare eum amplius?Ego vadam magis ad eum,ille verò non reuertetur ad me.† 24 Et cōsolatus est Dauid Bersabee vxorē suā, ingressúsq; ad eam dormiuit cum ea.†Quæ genuit filium,& vocauit nomen eius Salomon:& dominus dilexit eū. 25 Misitq; eum in manu Nathan prophetæ: & vocauit nomē eius amabilis domino:eò quòd diligeret eum dominus.
26 Igitur pugnabat Ioab contra h Rabbath filiorū Ammon:& expugnabat vrbem Regiam. 27 Misitq; Ioab nuncios ad Dauid,dicens:Dimicaui aduersum Rabbā, & capiēda est vrbs aquarum.
28 Nunc igitur congrega reliquam partem populi,& obside ciuitatē,& cape eam: ne cum à me vastata fuerit vrbs,nomini meo adscribatur victoria. 29 Congregauit itaq; Dauid omnem populum,& profectus est aduersum Rabba.Cúmq; dimicasset,cepit eam. 30 Et tulit diadema regis eorum de capite eius,pondo auri talentum,habens gemmas pretiosissimas, & impositum est super caput Dauid . Sed & prædam ciuitatis asportauit multam valde: 31 populum quoq; eius adducens serrauit:& circumegit super eos ferrata carpenta : diuisitq; cultris: & transduxit in typo laterum.Sic fecit vniuersis ciuitatibus filiorum Ammō: Et reuersus est Dauid & omnis exercitus in Ierusalem.

Absalom propter Thamar sororis incestum Amnon fratrem occidit. At vbi patrem iratum agnouit,ad Regem Gessur profugus tribus annis permansit. XIII.

A Factum est autem post hæc vt Absalom filij Dauid sororē speciosissimā,vocabulo Thamar, adamaret Amnon filius Dauid,a 2 & deperiret in eam valde,ita vt propter amorem eius ægrotaret:quia cum esset virgo,difficile ei videbatur vt quippiā inhonestè ageret cum ea. 3 Erat autem Amnon amicus nomine Ionadab,filius Semmaa fratris Dauid,vir prudens valde:4 qui dixit ad eum:Quare sic attenuaris macie fili Regis per singulos dies?Cur non indicas mihi?Dixítque ei Amnon : Thamar sororem fratris mei Absalom amo.5 Cui respondit Ionadab:Cuba super lectum tuū,& languorē simula:cúmque venerit pater tuus vt visitet te,dic ei: Veniat oro Thamar soror mea vt det mihi cibum,& faciat pulmentum, vt comedam de manu eius.6 Accubuit itaque Amnon, & quasi ægrotare cœpit . Cúmque venisset Rex ad visitandum eum, ait Amnon ad B Regem : Veniat obsecro Thamar soror mea vt faciat in oculis meis duas sorbitiunculas ,& cibum paratum capiam de manu eius. 7 Misit ergo Dauid ad Thamar domum,dicens:Veni in domum Amnon fratris tui,& fac ei pulmētum.8 Venítq; Thamar in domum Amnon fratris sui:ille autem iacebat . Quæ tollens farinam commiscuit,& liquefaciens in oculis eius,coxit sorbitiunculas, 9 tollénsq; quod coxerat, effudit & posuit coram eo,& noluit comedere.10 Dixítq; Amnon:Eiicite vniuersos à me.Cúmque eiecissent omnes,dixit Amnon ad Thamar:Infer cibum in conclaui,vt vescar de manu tua.Tulit ergo Thamar sorbitiūculas quas fecerat,& intulit ad Amnon fratrem suum in conclaui.11 Cúmq; obtulisset ei cibum,apprehendit eam,& ait: Veni,cuba mecū soror mea.12 Quæ respondit ei: Noli frater mi, noli opprimere me: C neq; enim hoc phas est in Israel.Noli facere stultitiam hanc. 13 Ego enim ferre nō potero opprobrium meum,& tu eris quasi vnus de insipiētibus in Israel: quin potius loquere ad Regē,b & nō negabit me tibi.† 14 Noluit autē Amnō acquiescere precibus eius,sed prævalens viribus oppressit eam,& cubauit cum ea.15 Et exosam eam habuit odio magno nimis , ita vt maius esset odium quo oderat eam , amore quo antè dilexerat.Dixítque ei Amnon:Surge,& vade. 16 Quæ respondit: c Maius est hoc malum quod nunc agis aduersum me,quàm quod antè fecisti,expellens me.Et noluit audire eam,

g.Hūc eximij Regis Dauid prudentiā nobis imitandā proponere debemus,& luctum ipsum mediocritate definire.Cyrillus lib.7.ca. 20.

h Notandum quòd in Hebræo quādo cum adiectione nominum ponitur,Rabbath scribitur , vt Rabbath filiorum Ammon , quando vero sine adiectione nominum , non Rabbath , sed Rabba scribitur.Hieron.

a.Hoc est,vsq; adeo amore illi⁹ vexabatur, vt infirmaretur in lecto decumbens. Adamauit igitur sororē frater,amatí vt oppressúr,oppressam odit; odítq; violationem nephariámq; concubitum prior ipse patefecit alicui ex seruis, mandās vt inuitam pelleret domo, ac per plateam emitteret clamantem.Chrysde prouiden.lib.j.

b At quonam modo frater potuerit sororem ducere vxorē,cui obstat lex Deuteron.27.d.Maledictus qui dormierit cū sorore sua filiapatris sui,velmatris suæ? Et hæc quidem dicebat volēs ad præsens impetū eius penitùs declinare.Iosephus li.7.cap.8. Antiquita. c. Quoniā destituerat eam, concubuit ea habere vxorem,nisi alium se fuisset obstaculum , & nunc debebat ei aliis modis congruis pro illato damno possibili restitutionem:quibus condignam non potuit, vt patet Eccli.20.Omnis enim peiteratio non est digna cōtinētis animæ. Dionys.ibid.

eam,17 sed vocato puero qui ministrabat ei,dixit:Eiice hāc à me foras,& claude ostiū post eā.18 Quæ induta erat talari tunica:huiuscemodi enim filię Regis virgines vesti-D bus vtebantur.Eiecit itaq; eam minister illius foras , clausitq; fores post eam.19 Quæ aspergens cinerem capiti suo, scissa talari tunica , impositísque manibus super caput suū,ibat ingrediēs & clamans.20 Dixit autem ei Absalom frater suus:Nunquid Amnon frater tuus concubuit tecū?Sed nunc soror tace,frater tuus est.Neq; affligas cor tuum pro hac re.Mansit itaque Thamar contabescens in domo Absalom fratris sui.
d.21 Cum autem audisset Rex Dauid verba hæc,contristatus est valde,& noluit contristare spiritum Amnon filij sui,quoniam diligebat eum,quia primogenitus erat ei.
22 Porrò non est locutus Absalom ad Amnon nec malum nec bonum . Oderat enim Absalom Amnon,eo quòd violasset Thamar sororem suam. 23 Factum est autē post E tempus biennij,vt tonderentur oues Absalom in Bal-Hazor, quæ est iuxta Ephraim. Et vocauit Absalom omnes filios Regis,24 venítq; ad Regem,& ait ad eum:Ecce tōdētur oues serui tui,veniat oro Rex cum seruis suis ad seruum suū.25 Dixítq; Rex ad Absalom:Noli fili mi,noli rogare vt veniamus omnes,& grauemus te.Cum autē cogeret eū,& noluisset ire,benedixit ei:26 Et ait Absalom ad Dauid:e Si non vis venire, veniat obsecro nobiscū saltē Amnon frater meus . Dixítq; ad eum Rex:Non est necesse vt vadat tecū.27 Coegit itaq; Absalom eum, & dimisit cum eo Amnon & vniuersos filios Regis . Feceratq; Absalom conuiuium quasi conuiuium Regis. 28 Præceperat autem Absalom pueris suis,dicens:Obseruate cum temulētus fuerit Amnon vino,&dixero vobis,percutite eū,& interficite:nolite timere:Ego enim sum qui prę-F cipio vobis.Roboramini,& estote viri fortes.f 29 Fecerūt ergo pueri Absalom aduersum Amnon sicut præceperat eis Absalom.Surgentésque omnes filij Regis ascenderunt singuli mulas suas,& fugerunt.30 Cúmq; adhuc pergerēt in itinere,fama peruenit ad Dauid,dicens:Percussit Absalom omnes filios Regis,& nō remansit ex eis saltem vnus.31 Surrexit itaq; Rex Dauid,& scidit vestimēta sua, & cecidit super terram: & omnes serui illius qui assistebant ei,sciderūt vestimenta sua.32 Respondens autem Ionadab filius Sēmaa fratris Dauid,dixit:Ne æstimet dominus meus Rex quòd omnes pueri Regis occisi sint.Amnō solus mortuus est,quoniam in odio Absalom erat positus, ex die qua oppressit Thamar sororem eius. 33 Nunc ergo ne ponat dominus meus Rex super cor suum verbum istud,dicēs:Omnes filij Regis occisi sunt, quoniā G Amnon solus mortuus est.34 Fugit autem Absalom.Et eleuauit puer speculator oculos suos,& aspexit:& ecce populus multus veniebat per iter deuium ex latere mōtis.
35 Dixit autem Ionadab ad Regem:Ecce filij Regis adsunt.iuxta verbum serui tui,sic factum est.36 Cúmq; cessasset loqui,apparuerunt & filij Regis.Et intrātes leuauerūt vocem suam, & fleuerunt . Sed & Rex & omnes serui eius fleuerunt ploratu magno nimis.† 37 Porrò Absalom fugiens abiit ad g Tholmai filium Ammihur , Regē Gessur.Luxit ergo Dauid filium suum Amnō multis diebus.38 Absalom autem cum fugisset,& venisset in Gessur,fuit ibi tribus annis:39 cessauítq; Rex Dauid persequi Absalom,eò quòd consolatus esset super Amnon interitu.

d.Hoc enim initiū fuit sēdali domus Dauid post qd multo deteriora sequētur. Angelomus ibidem.

e.Id cū didicisset Absalō, ad prādium fratres inuitat omnes,inter quos & ipse prator ille fororius aderat, edēsq; illum atque bibentem cū ceteris inter cōuiuandū per seruos iugulat. Chrysost. de prouiden.dei.lib.j.

f.Secuta est Dauid æruūarū ingēriū longa series, acq; à domo eius ingis adhuc dū malorū continuatio nō recessit.Thamar amoris iniquo corrūpitur. Amnō ab Absalone ingulatur. Scelq; quidē grādeab vno fratre cōmittitur,sed peius tamē ab alio vindicatur . Inter hæc pater Dauid fecitore vtriusque punitur : duo filij peccant,sed nres duorū scelere perdūtur.In Thamar enim virginitas amittitur,in Amnone cæsa Absalonis perditio lugetur. Saluianus lib.8.

g.Tholmai pater fuit Maacha matris Absalom,quam dicūt Hebræi à Dauid capta in prælio, & cæsarie & virginibus præciōs eam sibi vxorem sociasse,& ex ea generasse Thamar & Absalon Hieron.

Absalom mulieris solertia Ioab reuocari curat à Gessur in Ierusalem: biennio tamen patris faciem non vidit donec messem Ioab incenderet. XIIII.

A Intelligens autē Ioab filius Saruiæ quòd cor Regis versum esset ad Absalō,2 misit a Thecuam,& tulit inde mulierem sapientem,dixítque ad eam: Lugere te simula,& induere veste lugubri, & ne vngaris oleo, vt sis quasi mulier iam plurimo tempore lugens mortuum: 3 & ingredieris ad Regem , & loquēris ad eum sermones huiuscemodi: b Posuit autem Ioab verba in ore eius. 4 Itaque cum ingressa fuisset mulier Thecuitis ad Regem , cecidit coram eo super terram,& adorauit,& dixit:† Serua me Rex.5 Et ait ad eam Rex:Quid causæ habes?Quæ respondit:Heu mulier vidua ego sum.Mortuus est enim vir meus,6 & an-

a.Thecua oppidū ab Ierusalē 9.miliaribus,à Bethlehē 8.miliaribus distās : via ab Ierosolymis ad Engaddi,de qua fuit Amos propheta.Hier.ibi . Vnde putatur eadem vidua anus fuisse eiusdem Amos prophetæ.Angelomus ibidem.

b.Cor Regis versum ad Absalonē vidisse dicit ut Ioab, eo quòd viderit eum pro Absalone suspirare. Idem vbi prius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cillæ tuæ erant.[c] duo filij, qui rixati sunt aduersum se in agro, nullúsque erat qui eos prohibere posset,& percussit alter alterum,& interfecit eum.[7] Et ecce consurgens vniuersa cognatio aduersum ancillam tuam, dicit: Trade eum qui percussit fratrem suum,vt occidamus eum pro anima fratris sui quem interfecit,& deleamus hæredé, & quærunt extinguere scintillam meam quæ relicta est,vt non supersit viro meo nomen,& reliquiæ super terram.[8] Et ait Rex ad mulierem: Vade in domũ tuam,& ego iubebo pro te.[9] Dixítque mulier Thecuitis ad Regem: In me domine mi Rex sit iniquitas, & in domo patris mei: Rex autem & thronus eius sit innocens. [10] Et ait Rex: Qui contradixerit tibi,adduc eum ad me,& vltrà non addet vt tangat te. [11] Quæ ait: Recordetur Rex domini dei sui,vt nó multiplicẽtur proximi sanguinis ad vlciscẽdũ, & nequaquam interficiant filium meum. Qui ait: Viuit dominus,quia non cadet de capillis filij tui super terram.[12] Dixit ergo mulier: Loquatur ancilla tua ad dominum meum Regem verbum. Et ait: Loquere. [13] Dixítque mulier: [d] Quare cogitasti huiusmodi rem contra populum dei,& locutus est Rex verbum istud vt peccet,& non reducat eiectum suum? † [14] Omnes morimur,& quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur. † Nec vult deus perire animam, sed retractat cogitans ne penitus pereat qui abiectus est. [15] Nunc igitur veni vt loquar ad dominum meum Regẽ verbum hoc presente populo. Et dixit ancilla tua: Loquar ad Regem,si quo modo faciat Rex verbum ancillæ suæ. [16] Et audiuit Rex vt liberaret ancillam suam de manu omnium qui volebant de hæreditate domini delere me, & filium meum simul. [17] Dicat ergo ancilla tua,vt fiat verbum domini mei Regis,sicut sacrificium.† Sicut enim angelus domini,sic est dominus meus Rex:† vt nec benedictione nec maledictione moueatur. Vnde & dominus deus tuus est tecum. [18] Et respondens Rex dixit ad mulierem: Ne abscondas à me verbum quod te interrogo. Dixítq; ei mulier: Loquere domine mi Rex.[19] Et ait Rex: Nunquid manus Ioab tecum est in omnibus istis? Respõdit mulier,& ait: Per salutem animę tuę domine mi Rex,nec ad siniſtram nec ad dextram est ex omnibus iis quæ locutus est dominus meus Rex. Seruus enim tuus Ioab ipse præcepit mihi, & ipse posuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc, [20] vt verterem figuram sermonis huius. Seruus enim tuus Ioab præcepit istud. Tu autem domine mi Rex sapiens es,sicut habet sapientiam angelus dei, vt intelligas omnia super terram. [21] Et ait Rex ad Ioab: Ecce placatus feci verbum tuum. Vade ergo, & [e] reuoca puerũ Absalom. [22] Cadénsq; Ioab super faciẽ suam in terram, adorauit, & benedixit Regi. Et dixit Ioab: Hodie intellexit seruus tuus,quia inueni gratiam in oculis tuis,domine mi Rex. Fecisti enim sermonẽ domine mi Rex,serui tui. [23] Surrexit ergo Ioab,& abiit in Gessur,& adduxit Absalõ in Ierusalem. [24] Dixit autẽ Rex: [f] Reuertatur in domum suam,& faciem meam non videat. Reuersus est itaque Absalom in domum suam, & faciem Regis nõ vidit. [25] Porrò sicut Absalom,vir nõ erat pulcher in omni Israel, & decorus nimis. A vestigio pedis vsq; ad verticẽ non erat in eo vlla macula. [26] Et quando tondebat capillũ,(semel autem in anno tondebatur,quia grauabat eum cæsaries:) ponderabat capillos capitis sui ducẽtis siclis põdere publico. [27] Nati sunt autem Absalom filij tres,& filia vna,nomine [g] Thamar,elegantis formæ. Mansitq; Absalom in Ierusalẽ duobus annis, & faciem regis non vidit. [28] Misit itaque ad Ioab,vt mitteret eum ad regem: qui noluit venire ad eum. Cúmq; secundò misisset,& ille noluisset venire ad eum,[30] dixit seruis suis: Scitis agrum Ioab iuxta agrum meũ,habentẽ messem hordei. Ite igitur,& succendite eum igni. Succenderunt ergo serui Absalom segetem igni. Et venientes serui Ioab,scissis vestibus suis, dixerunt: Succenderunt serui Absalom partem agri igni. [31] Surrexitq; Ioab,[h] & venit ad Absalom in domum eius,& dixit: Quare succẽderunt serui tui segetem meam igni? [32] Et respondit Absalõ ad Ioab: Misi ad te obsecrans vt venires ad me, & mitterem te ad Regem, & diceres ei: Quare veni de Gessur? Melius mihi erat ibi esse. Obsecro ergo, vt videam faciem Regis. Quòd si memor est iniquitatis meæ, interficiat me. [33] Ingressus itaque Ioab ad Regem, nunciauit ei omnia. Vocatúsque est Absalom, & intrauit ad Regem,& adorauit

c. In veritate traduor Hebræi hõc viduam duo habuisse filios, qui dũ pro hæreditate paterna inuicem rixarentur, alter alterũ occidit, quod pro figura duorum filiorum Dauid cõfinxit. Hiero. ibidem

d. Quemódo enim creditura sum vertaci, mihi in hoc præsumsile beneficium, cum te videam in causa filij tui cum suo filio manere semper? Augustinus ibidem.

e. Semper enim scelera dãnoure secantur in re cunc. Dum enim in Absalom fratris occisi facinus non vindicatur, in parricidium patris recidiuum facinus recreatur. Chrysost. de Absalõ parrem persequente.

f. Quid autẽ de sancto Dauid loquar, qui degenerem filium, & fratricno oblitum sanguine, ad vnius mulierĉ petitionẽ patenti vtcerebri sui meatum extollitus dõmo recepit? Ambr. Epist. lib. 7. Epist. 13. in fine.

g. Quũ Rex postea Roboã Salomonis filium accepit vxorẽ, ex qua natus est puer nomine Abias. Ioseph. 7. ca. 2. Antiquitat. Iudaic. Verum ide Ioseph. 8. ca. lib. 1. infr. dicit Maacham filiam Absalom ex Thamar filia Absalom fuisse filiam Abie 4. Regũ huius.

h. Venit Ioab ad Absalom culpans eũ, & ex eo causam rei requirens. Cui respõdit Ioc conditum, cumpetit vt se ad nos perducere posset, negligensq; verbo quæ tibi pro patre mi reconciliatione mandaueram. Ioseph. vbi prius.

uit super faciem terræ coram eo: osculatúsq; est Rex Absalom.

Absalom conciliato sibi populi fauore, in patrem coniurat in Hebron: pater vero clam fugit remissis paucis cum arca, tandem Chusai remittitur consilium dissipaturus Achitophel. XV.

IGitur post hæc [a] fecit sibi Absalom currus & equites,& quinquaginta viros qui præcederent eum. [2] Et mane consurgens Absalom, stabat iuxta introitum portæ in via: & omnem virum qui habebat negotium vt veniret ad Regis iudicium,vocabat Absalom ad se, & dicebat: De qua ciuitate es tu? Qui respondens,aiebat: Ex vna tribu Israel ego sum,seruus tuus. [3] Respondebátq; ei Absalom: Videntur mihi sermones tui boni & iusti, sed non est qui te audiat constitutus à Rege. Dicebátq; Absalom: [4] Quis me constituat iudicem super terram,vt ad me veniant omnes qui habent negotium,& iustè iudicem? [5] Sed & cum accederet ad eum homo vt salutaret illum,extendebat manum suam, & apprehendens osculabatur eum. [6] Faciebátque hoc omni Israel venienti ad iudicium,vt audiretur à rege, & sollicitabat corda virorum Israel. [7] Post[b] quadraginta autem annos dixit Absalom ad regem Dauid: Vadam & reddam vota mea quæ voui domino in Hebron. [8] Vouens enim vouit seruus tuus cum esset in Gessur Syriæ,dicens: Si reduxerit me dominus in Ierusalem,sacrificabo domino. [9] Dixítq; ei rex Dauid: Vade in pace. Et surrexit,& abiit in Hebron. [10] Misit autẽ Absalom exploratores in vniuersas tribus Israel, dicens: Statim vt audieritis clangorem buccinæ,dicite: Regnabit Absaló in Hebron. [11] Porrò cum Absalom ierunt ducenti viri de Ierusalem vocati: euntes simplici corde,& causam penitus ignorantes. [12] Accersiuit quoque Absalom[c] Achitophel Gilonitem,consiliarium Dauid,de ciuitate sua Gilo. Cúmque immolaret victimas, facta est coniuratio valida: populúsque concurrens augebatur cum Absalom. [13] Venit igitur nuntius ad Dauid dicens: Toto corde vniuersus Israel sequitur Absalom. [14] Et ait Dauid seruis suis qui erant cum eo in Ierusalem: †[d] Surgite,fugiamus: neque enim erit nobis effugium à facie Absalom. Festinate egredi,ne forte veniens occupet nos, & impellat super nos ruinam,& percutiat ciuitatem in ore gladij: [15] Dixerúntq; serui regis ad eum: Omnia quæcunq; præceperit dominus noster rex,libenter exequemur serui tui. [16] Egressus est ergo Rex & vniuersa domus eius pedibus suis. Et reliquit decem mulieres concubinas ad custodiendam domũ: [17] Egressúsq; rex & omnis Israel pedibus suis,stetit procul à domo: [18] & vniuersi serui eius ambulabant iuxta eum, & legiones Cherethi & Phelethi,& omnes Gethæi,pugnatores validi sexcenti viri, qui secuti eum fuerant de Geth,pedites præcedebant regem. [19] Dixit autem rex ad Ethai Gethæum: Cur venis nobiscum? Reuertere,& habita cum rege,quia peregrinus es,& egressus es de loco tuo. [20] Heri venisti,& hodie compelleris nobiscum egredi? † Ego autem vadam quò iturus sum. Reuertere & reduc tecum fratres tuos,& dominus faciat tecum misericordiam & veritatem: quia ostendisti gratiam & fidem. [21] Et respõdit Ethai regi,dicens: Viuit dñs: & viuit dominus meus rex, quoniam in quocunque loco fueris domine mi rex,siue in morte siue in vita,ibi erit seruus tuus. [22] Et ait Dauid Ethai: Veni,& transi. Et trãsiuit Ethai Gethæus, & rex & omnes viri qui cum eo erant: & reliqua multitudo. [23] Omnésque flebant voce magna,& vniuersus populus transibat. Rex quoque transgrediebatur torrentem Cedron, & cunctus populus incedebat contra viam oliuæ quæ respicit ad desertum. [24] Venit autem & Sadoch Sacerdos & vniuersi Leuitæ cum eo,portantes arcam fœderis dei,& [e] deposuerunt arcã fœderis dei. Et [g] ascendit Abiathar, donec expletus esset omnis populus qui egressus fuerat de ciuitate, [25] & dixit rex ad Sadoch: Reporta arcam dei in vrbem. Si inuenero gratiam in oculis domini,reducet me,& ostendet mihi eam, & tabernaculum suum. [26] Si autem dixerit mihi,non places, præsto sum: faciat quod bonum est coram se. [27] Et dixit rex ad Sadoch sacerdotem: O videns, reuertere in ciuitatem in pace: & Achimaas filius tuus & Ionathan filius Abiathar duo filij vestri sint vobiscum.

a. Absalom erat Regis Dauid filius decore insignis, egregiæ formæ, præterea iuuenis, ad vt vir talis in Israel non reperiretur, a vestigio pedis vsq; ad verticem immaculatus. Et sequitur. Sic cõuertit in se cordaomnium, dum blanditijs huiusmodi animi eorum tangunt vitiosa sensuum. Ambro. offic. lib. 1. cap. 22.

b. Quadragesimo annus est ex quo Dauid fugit Achimelech in Nobe, vnde Saul iussit occidi sacerdotes: in cuius pœnam hæc seditio in Dauid orta est. Hieron.

c. Achitophel alij fuit Beersabee vel Beersabe vxoris Dauid. Illa enim filia fuit Helia filij Achitophel, Idé.

d. Iam addenda est & ipsius Dauid fugæ facies, qualis illa fuit: ei tãtus rex & tanti nominis cunctis regibus altior, mũdo maior, omnes admodũ suos cum paucissimis suis fugere: in cõparatione sui scilicet, fugiens cũ meru, eõ decore, cum luctu aperto, inquit scriptura, capite, & nudis pedibus incedens. Salustius lib. 1.

e. Absalom autẽ præterarum rerũ insignia, suæ aliarq; tyrannidi gestiens, insurgit in patrem: illũq; ad fugam erroresq; per deserta quos pepulerat est sub Saul, reuocatis mox veteribus multo molestior ex fuga quam prior fuit. Nam prius cum dux esset, ista perpessus est: nũc autẽ cũ plurimis annis regnasset, hostesq; fere omnes superasset, migrare cogebatur, ex profugus fieri, sed & ab eo qui ex eo natus fuerat. Chrys. de proui den. dei. lib. 3.

f. Ve Abiathar consuleret dominum quò vertere Dauid ire deberet. Hieron.

g. Ascendit autẽ Abiathar dictus est, id est oravit: & quia oraculũ diuinũ nõ erat ei responsum, ideirco in subsequentibus dicit Dauid vt reportaret arcã fœderis vrbi. Angelomus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[28] Ecce ego abscondar in campestribus deserti, donec veniat sermo à vobis, indicans mihi. [29] Reportauerunt ergo Sadoch & Abiathar arcam dei in Ierusalē, & manserunt ibi. [30] Porrò Dauid ascendebat cliuum oliuarum, scandēs & flens: nudis pedibus incedens, & operto capite. Sed & omnis populus qui erat cum eo, operto capite, ascēdebat plorans. [31] Nunciatū est autē Dauid, quòd & Achitophel esset in coniuratione cum Absalom: dixitq; Dauid: Infatua quæso domine consiliū Achitophel. [32] Cúmq; ascenderet Dauid summitatem montis in quo adoraturus erat dñm, ecce occurrit ei Chusei Arachites scissa veste, & terra pleno capite. [33] Et dixit ei Dauid: Si veneris mecum, eris mihi oneri. [34] Si autem in ciuitatem reuertaris, & dixeris Absalom: Seruus tuus sum, rex: patere me viuere: sicut fui seruus patris tui, sic ero seruus tuus: dissipabis consilium Achitophel. [35] Habes autem tecum Sadoch & Abiathar sacerdotes: & omne verbum quodcunq; audieris in domo regis, indicabis Sadoch & Abiathar sacerdotibus. [36] Sunt enim cum eis duo filij eorum, Achimaas filius Sadoch, & Ionathā filius Abiathar: & mittetis per eos ad me omne verbum quod audieritis. [37] Veniente ergo Chusai amico Dauid in ciuitatem, Absalom quoque ingressus est Ierusalem, & Achitophel cum eo.

Sibæ munifico confert Dauid bona Miphiboseth, Semei maledico parcit. Absalom Ierusalem ingressus, Achitophel consilio ad patris concubinas ingreditur. XVI.

[1] Vmq; Dauid transisset paululum montis verticem, apparuit Siba puer Miphiboseth in occursum eius cum duobus asinis, qui onerati erant ducentis panibus, & centum alligaturis vuæ passæ, & centum massis palatarum: & duobus vtribus vini. [2] Et dixit rex Sibæ: Quid sibi volunt hęc? Respondítque Siba: Domine mi rex, asini domestici regis vt sedeant: & panes & palatæ ad vescendum pueris tuis: vinum autem, vt bibat si quis defecerit in deserto. † [3] Et ait rex: Vbi est filius domini tui? Respondítq; Siba regi: Remansit in Ierusalem, dicens: Hodie restituet mihi domus Israel regnum patris mei. [4] Et ait rex Sibæ: Tua sint omnia quæ fuerunt Miphiboseth. Dixitq; Siba: Oro vt inueniam gratiam coram te dñe mi rex. † [5] Venit ergo rex Dauid vsque Bahurim. Et ecce egrediebatur inde vir de cognatione domus Saul, nomine Semei filius Gera: procedebátq; egrediens, & maledicebat: [6] mittebátq; lapides contra Dauid, & contra vniuersos seruos regis Dauid. Omnis autem populus & vniuersi bellatores à dextro & à sinistro latere regis incedebant. [7] Ita autem loquebatur Semei cum malediceret regi: † Egredere egredere vir sanguinum, & vir Belial. [8] Reddidit tibi dominus vniuersum sanguinē domus Saul: quoniam inuasisti regnum pro eo, & dedit dominus regnum in manu Absalom filij tui: & ecce premunt te mala tua, quoniam vir sanguinum es. [9] Dixit autem Abisai filius Saruiæ regi: Quare maledicit canis hic morituras domino meo regi? Vadam, & amputabo caput eius. [10] Et ait rex: † Quid mihi & vobis est filij Saruiæ? Dimittite eum vt maledicat. Dominus enim præcepit ei vt malediceret Dauid. Et quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit? [11] Et ait rex Abisai, & vniuersis seruis suis: † Ecce filius meus, qui egressus est de vtero meo, quęrit animā meā: quanto magis hic filius Iemini maledicet mihi? Dimitte eum vt maledicat, iuxta præceptum dñi, [12] si forte respiciat dñs afflictionem meam, & reddat mihi dominus bonum pro maledictione hac die hodierna. [13] Ambulabat itaq; Dauid & socij eius per viam cum eo: Semei autem per iugum montis ex latere contra illum gradiebatur maledicens, & mittens lapides aduersus eum, terrámque spargens. [14] Venit itaque rex Dauid & vniuersus populus cum eo lassus, & refocillati sunt ibi. [15] Absalom autem & omnis populus eius ingressi sunt Ierusalem, sed & Achitophel cum eo. [16] Cum autem venisset Chusæi Arachites amicus Dauid ad Absalom, locutus est ad eum: Salue rex, salue rex. [17] Ad quem Absalom: Hæc est, inquit, gratia tua ad amicum tuum? Quare non iuisti cum amico

a. Egrediebatur Dauid cū paucis nudis pedibus, rex ille sublimis mœrens, ac lachrymas fundens pudore ac dolore plenissimas. Bellum illud nō calamitatis tā tum, sed confusionis quoq; materia illi & causa erat. Chryf. de prouid. dei. lib. 3.

i. Post hæc supplicauit vt iret ad Absalō quasi ei consentiens, & eius secreta cōsiderater, cōsilioq; resisteret Achitophel: quia si cū Dauid pergeret, tantū prodesse non posset. Ioseph. lib. 7. cap. 9.

a. Hocimpius Siba fraude confinxit ex inuidia, vt scilicet rex indignatus cōtra Miphiboseth reputaret eum quasi reum læsæ maiestatis, ac q; ob id primatet eum sua hæreditate cōferret q; eam sibi tanquā pro rege zelāti & ei in tanta aduersitate astanti. Etenim Siba iste putauit Absalonem prorsus à Dauide vincendum, sciens Dauid diuinitus electū & vnctum in regem, & semper protectum & adiutum à domino: quē etiā sciuit in bellicis rebus prudentissimum & magnanimū. Dionysius.

b. Semei est Nabath pater Ieroboam regis Israel post Salomonem Hieron.

c. Cū Semei malediceret Dauid, & lapidaret eum sepiū bellatoribus, per quos vindicare se posset, patienter ferebat, ne verbo quidē referēs contumelia. Primū quidē culpam eius excusauit, & causam ad dominū recullit voluntatem. Secundò in suum meritum retorsit, vt non illum erraſſe, sed se meruisse significaret. Tertiò maledictionem filius sibi nō solum non nocere, sed etiam prodesse meminit. Am. in Psal. 118. Serm. 7.

d. Iustus Dauid intellexit magno animo perpeti contumeliā occasionem esse maioris probationis.

e. Iemini huius Geminus fuit auus istius Semei de tribu Ephraim. Hiero.

f. Tamen & sanctum Dauid in hoc quoq; genere virtutis imparem Paulo nō fuisse, edocere possumus, qui primo quidem cū malediceret ei Semei, & crimina obiceret, tacebat, & humiliabatur: & silebat à bonis suis, hoc est, bonorum operum cōscientia. Deinde ex peregrat maledicti tibi, imo maledicti illo diuinam exquirebat misericordiam. Ambr. Officio. lib. 1. cap. 48.

g. Tunc enim illata cōtritia bene coleramus, cū in secreto mentis ad male pperāta recurrimus, hanc quip pe videbimur quasi inuitis percutimur, dum in actione conspicimus quia peius est quod marcemur. Sicque fit vt contumelias gratias agere debeamus, quarum interuentu deo iudice pœnā grauior declinari posse cōfidimus. Eucherius ibidem.

amico tuo? [18] Respondítq; Chusai ad Absalom: Nequaquam, quia illius ero quē elegit dñs, & omnis hic populus, & vniuersus Israel, & cum eo manebo. [19] Sed vt & hoc inferam, cui ego seruiturus sum? Nónne filio Regis? Sicut parui patri tuo, ita parebo & tibi. [20] Dixit autē Absalom ad Achitophel: † Inite consiliū quid agere debeamus. [21] Et ait Achitophel ad Absalom: Ingredere ad concubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendā domum, vt cum audierit omnis Israel quòd fœdaueris patrem tuū, roborentur tecum manus eorum. † [22] Tetenderunt ergo Absalom tabernaculū in solario, † [h] ingressúsque est ad concubinas patris sui coram vniuerso Israel. [23] Consilium autem Achitophel, quod dabat in diebus illis, quasi si quis consuleret dñm. Sic erat omne consilium Achitophel & cum esset cum Dauid, & cum esset cum Absalom.

h. Hæc autē gesta sunt iuxtā prophetiā Nathan, quā Dauid olim dedit de filio suo, supra cap. 12. e.

Consilio Achitophel super nocturna Dauid persecutione Chusai consilium præponitur, vnde Achitophel se suspendit: Dauid autem consilio Chusai Iordanem transit, quem secutus est filius suus Absalom. XVII.

[1] Dixit ergo Achitophel ad Absalom: Eligam mihi duodecim milia virorum, & consurgens persequar Dauid hac nocte: [2] & irruens super eum (quippe qui lassus est, & solutis manibus) percutiam eum. [3] Cúmq; fugerit omnis populus qui cum eo est, percutiam Regem desolatum, [3] & reducam vniuersum populū quomodo vnus homo reuerti solet. Vnū enim virum tu quæris, & omnis populus erit in pace. [4] Placuítq; sermo eius Absalō, & cunctis maioribus natu Israel. [5] Ait autem Absalom: Vocate Chusai Arachiten, & audiamus quid etiam ipse dicat. [6] Cúmque venisset Chusai ad Absalom, ait Absalom ad eum: [c] Huiuscemodi sermonem locutus est Achitophel. Facere debemus, an non? Quod das cōsilium? [7] Et dixit Chusai ad Absalom: Non est bonum consilium quod dedit Achitophel hac vice. [8] Et rursum intulit Chusai: Tu nosti patrem tuū, & viros qui cum eo sunt, esse fortissimos, & amaro animo, veluti si vrsa raptis catulis in saltu sæuiat. Sed & pater tuus vir bellator est, nec morabitur cū populo. [9] Forsitan nunc latitat in foueis, aut in vno quo voluerit loco, & cum ceciderit vnus quilibet in principio, audiet quicunq; audierit, & dicet: Facta est plaga in populo qui sequebatur Absalom. [10] Et [d] fortissimus quisq; cuius cor est quasi leonis, pauore soluetur. Scit enim omnis populus Israel fortem esse patrem tuum, & robustos omnes qui cum eo sunt. [11] Sed hoc mihi videtur rectum esse consilium: Congregetur ad te vniuersus populus Israel à Dan vsq; Berſabee, quasi arena maris innumerabilis: & tu eris in medio eorum, [12] & irruemus super eum in quocunq; loco inuētus fuerit, & operiemus eum sicut cadere solet ros super terram, & non relinquemus de viris qui cum eo sunt, ne vnum quidē. [13] Quòd si vrbem aliquam fuerit ingressus, circundabit omnis Israel ciuitati illi funes & trahemus eam in torrentem: vt nō reperiatur nec calculus quidē ex ea. [14] Dixítq; Absalom & omnes viri Israel: Melius est consilium Chusai Arachitę consilio Achitophel. † [e] Domini autem nutu dissipatum est consilium Achitophel vtile, vt induceret dñs super Absalom malū. [15] Et ait Chusai Sadoch & Abiathar sacerdotibus: Hoc & hoc modo consilium dedit Achitophel Absalom & senioribus Israel, & ego tale & tale dedi consilium. [16] Nunc ergo mittite cito & nunciate Dauid, dicentes: Ne moreris nocte hac in campestribus deserti, sed absq; dilatione transgredere: ne forte absorbeatur Rex, & omnis populus qui cū eo est. [17] Ionathan autem & Achimaas stabant iuxta fontem Rogel. [f] Abiit ancilla & nuntiauit eis, & illi profecti sunt, vt referrēt ad regē Dauid nuntiū. Nō enim poterāt videri, aut introire ciuitatē. [18] Vidit autē eos quidam [g] puer, & indicauit Absalom. Illi verò cōcito gradu ingressi sunt domū cuiusdam viri in Bahurim, qui habebat puteum in vestibulo suo, & descenderunt in eum. [19] Tulit autem mulier, & expandit velamen super os putei, quasi siccans ptisanas, & sic latuit res. [20] Cúmq; venissent serui Absalom in domum ad mulierem, dixerunt: Vbi est Achimaas & Ionathan? & respōdit eis mulier: Transierunt

d. Hoc est secūdū Hebræos: Et fortissimus ipse, cui cor est quasi leonis, pauore soluetur, quod non affirmando sed quasi negando pronunciandū est. Hier. ibid.

e. Deus enim erat qui in eius mente consiliū Chusai melius esse faciebat. Iosephus vbi supra.

f. Quasi lauandi gratia cum pannis ad fontē Rogel venerāt, ne res facilē deprehenderetur. Hieronym.

g. Filius prædictæ ancillæ, quem miſit ad nuntiandū. Hiero.

Universidad de Deusto
Biblioteca

festinanter gustata paululum aqua. At ij qui quærebant, cum non reperissent, reuersi sunt in Ierusalem. [21] Cúmq; abissent, ascenderunt illi de puteo, & pergentes nũciauerũt Regi Dauid, & dixerũt: Surgite, & transite cito[h] fluuium: quoniam huiuscemodi dedit consilium contra vos Achitophel. [22] Surrexit ergo Dauid, & omnis populus E qui cum eo erat, & transierunt Iordanem, donec illucesceret, antequam denudaretur verbum: & ne vnus quidem residuus fuit qui non transiret fluuium. [23] Porro Achitophel videns quòd non fuisset factum consilium suum, strauit asinum suum, surrexitque, & abiit in domum suam, & in ciuitatem suam: & dispositа domo sua suspendio interiit, & sepultus est in sepulchro patris sui. [24] Dauid autem venit in[i] castra, & Absalom transiuit Iordanẽ, ipse & omnes viri Israel cũ eo. [25] Amasam verò cõstituit Absalom pro Ioab super exercitum. Amasa autem erat filius viri qui vocabatur Iethra de Iezreli, qui ingressus est ad Abigail filiam Naas, sororem Saruiæ, quæ fuit mater G Ioab. [26] Et castrametatus est Israel cum Absalom in terra Galaad. [27] Cúmque venisset Dauid in castra[k] Sobi filius Naas de Rabbath filiorũ Ammon, & Machir filius Ammiel de Lodabar, & Berzellai Galaadites de Rogelim, [28] obtulerunt ei stratoria & tapetia, & vasa fictilia, frumentum & hordeum, & farinam & polentam, & fabam & lentem, & frixum oleo cicer, [29] & mel & butyrũ, oues & pingues vitulos: dederúntq; Dauid, & populo qui cum eo erat, ad vescendum. Suspicati enim sunt populum fame & siti fatigari in deserto.

h. Hæc est, Iordanem vsque in desertum, ne eum filius suus persequi festinaret, & antequam se ille muniret, posset à filio suo cõprehendi. Ioseph. ibidem.

i. Quę dicta sit Mahanaim a Iacob cum ibidem angeli ei occurrissent reuertenti à Mesopotamia: vt Gen. 32. a. Hiero.

k. Iste Sobi f. de filius Naas, contra quẽ Saul pugnauit: qui etiam misericordiã fecit cum Dauid cùm fugeret: Saulem, qui & pater Hanõ, de quo supra 10. a. Hũc autem Sobi loco Hanon regno Dauid fuisse erat. in cuius memoriã nunc illa ferr subsidium. Hiero.

Absalom victus prælio, de quercu pendens ab Ioab transfoditur, quod audiens Dauid vix ab Ioab placari potuit. XVIII.

IGitur considerato Dauid populo suo, constituit super eos Tribunos & A Centuriones, [2] & dedit populi tertiam partem sub manu Ioab, & tertiam partem sub manu Abisai filij [a] Saruiæ frattis Ioab, & tertiam partem sub manu Ethai, qui erat de Geth. Dixítque Rex ad populum: † Egrediar & ego vobiscum. [3] Et respondit populus: Nõ exibis. Siue enim fugerimus, non magnopere ad eos de nobis pertinebit: siue media pars ceciderit è nobis, non satis curabunt: quia tu vnus solus pro decem milibus computaris. Melius est igitur vt sis nobis in vrbe præsidio. [4] Ad quos Rex ait: Quod vobis videtur rectum, hoc faciam. Stetit ergo Rex iuxta portam. Egrediebatúrq; populus per turmas suas, cẽteni, & milleni. [5] Et B præcepit Rex Ioab & Abisai & Ethai, dicens: [b] Seruate mihi puerum Absalom, & omnis populus audiebat præcipientem regem cũctis principibus pro Absalom. [6] [c] Itaque egressus est populus in campum contra Israel, & factum est prælium in saltu Ephraim. [7] Et cæsus est ibi populus Israel ab exercitu Dauid, factáque est plaga magna in die illa, viginti milium. [8] Fuit autẽ ibi prælium dispersum super faciem omnis terræ, & multo plures erant quos saltus consumpserat de populo, quàm ij quos voracrat gladius in die illa. [9] Accidit autem vt occurreret Absalom seruis Dauid sedẽs mulo. Cúmq; ingressus fuisset mulus subter condensam quercum & magnam, adhæsit C caput eius quercui, †[d] & illo suspenso inter cœlum & terrã, mulus cui insederat, pertransiuit. [10] Vidit autem hoc quispiam, & nuntiauit Ioab, dicens: Vidi Absalõ pendẽre de quercu. [11] Et ait Ioab viro qui nuntiauerat ei: Si vidisti, quare non confodisti eũ cum terra? & ego dedissem tibi decem argenti siclos, & vnum balteũ. [12] Qui dixit ad Ioab: Si appenderes in manibus meis mille argenteos, nequaquam mitterem manum meã in filium Regis. Audientibus enim nobis præcepit Rex tibi & Abisai & Ethai, dicẽs: Custodite mihi puerum Absalom. [13] [e] Sed & si fecissem contra animã meã aliquid dacter, nequaquã hoc Regẽ latere potuisset, & tu stares ex aduerso. [14] Et ait Ioab: Nõ sicut tu vis, sed aggrediar eum coram te. Tulit ergo Ioab tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalõ. Cúmq; adhuc palpitaret hærẽs in quercu, [15] cucurrerunt decẽ iuuenes armigeri Ioab, & percutiẽtes interfecerũt eũ. † [16] Cecinit autẽ Ioab buccina, & retinuit populũ ne persequeretur fugientem Israel, volens parcere multitudini. [17] [f] Et tulerunt Absalom, & proiecerunt eum in saltu in foueam grandem, & comportauerunt super eum aceruum lapidum magnum nimis. Omnis autem Israel fugit in tabernacula sua. [18] Porrò Absalom erexerat sibi, cũ adhuc viueret, titulum, qui est E in valle Regis. Dixerat enim: Non habeo filium, & hoc erit monumentum nominis mei. Vocauitq; titulum nomine suo, & appellatur Manus Absalom, vsq; ad hanc diẽ. [19] Achimaas autem filius Sadoch ait: Curram, & nuntiabo Regi: quia iudicium fecerit ei deus de manu inimicorum eius. [20] Ad quem Ioab dixit: [g] Non eris nũtius in hac die, sed nuntiabis in alia. Hodie nolo te nuntiare: filius enim Regis est mortuus. [21] Et ait Ioab Chusi: Vade, & nuntia Regi quæ vidisti. Adorauit Chusi Ioab, & cucurrit. [22] Rursus autem Achimaas filius Sadoch dixit ad Ioab: Quid impedit si etiam ego curro post Chusi? Dixítq; ei Ioab: Quid vis currere fili mi? Veni huc: Non eris boni F nuntij baiulus. [23] Qui respondit: Quid enim si cucurrero? Et ait ei: Curre. Currens ergo Achimaas per viam compendij, transiuit Chusi. [24] Dauid autẽ sedebat inter duas portas. Speculator verò qui erat in fastigio portæ super murum, eleuans oculos vidit hominem currentem solum, [25] & exclamans indicauit Regi. Dixítq; Rex: Si solus est, bonus est nũtius in ore eius. Properante autẽ illo, & accedente propius, [26] vidit speculator hominem alterum currentem, & vociferans in culmine, ait: Apparet mihi alter homo currens solus. Dixítq; rex: Et iste bonus est nuntius. [27] Speculator autem, Cõtẽplor, ait, cursum prioris quasi cursum Achimaas, filij Sadoch. Et ait rex: Vir bonus est, & nuntium portans bonum venit. [28] Clamans autem Achimaas dixit ad Regem: C Salue rex. Et adorans regem coram eo pronus in terrã, ait: Benedictus dñs deus tuus, qui concluſit homines qui leuauerunt manus suas contra dominum meum regem. [29] Et ait rex: Estne pax puero Absalom? Dixítq; Achimaas: Vidi tumultum magnum cum mitteret Ioab seruus tuus ô rex me seruũ tuũ, nescio aliud. [30] Ad quẽ rex, transi, ait, & sta hîc. Cumq; ille transisset, & staret, [31] apparuit Chusi, & veniẽs ait: Bonũ apporto nuntium dñe mi rex. [h] Iudicauit enim pro te dñs hodie de manu omnium qui surrexerunt contra te. [32] Dixit autem rex ad Chusi: Estne pax [i] puero Absalom? Cui respondens Chusi, fiant inquit, sicut puer inimici domini mei regis, & vniuersi qui consurgunt aduersus eum in malum. [33] Contristatus itaque rex, ascendit cœnaculum portæ, & fleuit. Et sic loquebatur vadens: † [k] Fili mi Absalom, Absalom fili mi: quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te? Absalom fili mi, fili mi Absalom.

a. Saruia mater Ioab & Abisai, & Abigea mater Amasæ, sorores erant Dauidis. Iosephus vbi prius.

b. Tacebat probitatis sceIus, pietatis autem gradum & nomẽ necessitudinis præferebat, vt pugnaturi non aduersarij Regis, sed filij cogitantes, dolorem læsæ pietatis inhiberent. Ambr. Psal. 118. Serm. 14.

c. Illud verò quid significet quòd parricida filius Absalon patrem insequens, primò pater eius, declinãs fugit ante faciẽ ei⁹ securus de victoria, qui aspiciebat impium perire, quem etiã flenit magno luctu, & deplorauit exitum parricidæ. Eucher. ibidem.

d. Absalom inhærens quercui crinibus, duritiam designat cuiuslibet obstinati. Qui dum patris exercitũ fugeret, contigit vt cõdensa quercui crinib⁹ inhæreret. Absalom pax patris interpretatur: quia pater licẽo eum persequentem patiebatur, nõ pax filij qui patrem nolebat pati. Hugo.

e. Si interfecissem eum, cõtra animã meã iniquè egissem, nec abscondere potuissem, quia nihil regem latere potest.

Mors Absalom.

f. Verã parricida Absalom in valle ubi regis titulũ fatuis, & in fossam proiectus est, cũ esset perempt⁹. Ergo sancti ascendunt ad dominum, flagitiosi ad vitia descendunt. Sancti in montibus, criminosi in vallibus. Ambr. Epist. lib. 3. epist. 11.

g. Hoc est, nolo vt vir ãliã qualis tu es, nũcia feras regi, quòd filius eius mortuus sit. Nec enim decet vt talẽ nũcium portes, idcirco dixit Chusi: Vade, quoniã dignus es vt nũnũ flebile portes, non Achimaas. Hier. ibi.

h. Vides quomodo non rebus tantũ & exemplis, sed ipso nomine atque appellatione iudicij, deũ ecclã præsentẽ seculo indicare, diuina per lectos testes literæ probant. Saluianus lib. 2.

i. Forsasse, quærendum est qua ratione antè puerũ dixit, postea filiũ nominauit? cur nõ in vtroque aut puerum dixit aut filium? Si viuerec, puer erat, quia parricidio perebat parrem. Ambr. psal. 118. Serm. 9.

k. Dauid parricidam mortuum fleuit, qui non fleuerat innocẽtem. Nõ solũ ergo fletur Absalom, fletur parricida: non fletur incestus, sed etiã vindicatur, alter contemptu regni, alter fratris exilio, fletur sceleratus, nõ fletur dilectus. Quæ causa, quæ ratio? Nõ medio cris igitur imprudentibus deliberatio, sapientibus cõfirmatio. Magna enim prudẽtiæ in tanta factorũ diuersitate constãtia. Vna est fides, & illos mortuos flenit, & flendum infantem mortuum non putauit. Ambr. de fide resurrectio.

Dauid Ioab verbis placatus, suos sibi conspiratores reconciliat: qui verò in Iudæa remanserant, in Galgalis ipsum susciptentes in Ierusalem reduxerunt. XIX.

NVntiatum est autẽ Ioab quòd rex fleret, & lugeret filium suũ: [2] & versa est victoria in luctũ in die illa omni populo. Audiuit enim populus in die illa dici: Dolet rex super filio suo. [3] Et declinauit populus in die illa ingredi ciuitatem, quomodo declinare solet populus versus & fugiens de prælio. [4] Porrò rex operuit caput suum, & clamabat voce magna: † [a] Fili mi Absalom, Absalom fili mi. [5] Ingressus ergo Ioab ad regem in domum, dixit: Confudisti hodie vultus omnium seruorum tuorum qui saluam fecerunt animam tuam, & animam filiorum tuorum, & filiarum tuarum, & animam vxorum tuarum, & animam concubinarũ tuarum: [6] Diligis odientes te, & odio habes diligentes te. Et ostendisti hodie quia non curas de Ducibus tuis, & de seruis tuis, [b] & verè cognoui modò quia si Absalom viueret, & omnes nos occubuissemus, tũc placeret tibi. [7] Nũc igitur surge, & procede, & alloquẽs satisfac seruis tuis. Iuro enim tibi per dñm, quòd si non exieris, ne vnus quidem remansurus sit tecum nocte hac, & peius erit hoc tibi, quàm omnia mala quæ venerunt super te ab adolescentia tua vsque in præsens. [8] Surrexit ergo rex, & sedit in porta. Et omni populo nuntiatum est quòd rex sederet in porta: venítque vniuersa multitudo coram rege. [c] Israel autem fugit in tabernacula sua. [9] Omnis quoque populus certabat in cunctis tribubus Israel dicens: Rex liberauit nos de manu inimicorum nostrorum, ipse saluauit nos de manu Philisthi-

a. Vnde demẽtia eõtra genitorem insurgit, hinc clemẽtia vt parricidæ parcatur exposcit. Chry. de Absalom patrem persequẽte.

b. Non oportet ipsum Ioab in hoc verbo à mendacio excusare. Nõ enim optauit Rex triũphum Absalonis, sed vt non occideretur in bello, imparatus omninò ad mortem. Et tamen possent hæc verba intelligi, q Rex taliter defendo inuidiosum ac pestiferum filiũ, ita se gessit, ac si præferret sui exercitus occubitum morti Absalonis. Dionys. c. Hoc est, Hi qui cum Absalom perduellionem exciterant, regredientur ad ea pro. Hier. ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

norum,& nunc fugit de terra propter Absalom.[10] Absalom autẽ,quem vnximus super nos,mortuus est in bello.[d] Vsquequo siletis,& non reducitis regem? Et cõsilium totius Israel venit ad regẽ: [11] Rex verò Dauid misit ad Sadoch & Abiathar sacerdotes,dicens:Loquimini ad maiores natu Iuda,dicentes:Cur venitis nouissimi ad reducendum regem in domum suam? Sermo autem omnis Israel peruenerat ad regem,vt reduceret eum in domum suam,quia dixerat rex:Hæc dicetis ad populum:[12] Fratres mei vos,os meum & caro mea vos:quare nouissimi reducitis regem?[13] Et Amasę[e] dicite:Nónne os meum es,& caro mea? Hęc faciat mihi deus,& hæc addat,si nõ magister militiæ fueris corã me omni tempore pro Ioab. [14] Et inclinauit cor omniũ virorum Iuda quasi viri vnius. Miserúntq; ad regem dicẽtes:Reuertere tu, & omnes serui tui.† [15] Et reuersus est rex,& venit vsq; ad Iordanẽ. Et omnis Iuda venit vsq; in Galgala,vt occurreret regi,& transduceret eum Iordanem.† [16] Festinauit autem Semei filius Gera,filij Iemini de Bahurim,[17] & descendit cũ viris Iuda in occursum regis Dauid,cum mille viris de Beniamin:& Siba puer de domo Saul, & quindecim filij eius ac viginti serui erant cum eo. Et irrumpẽtes Iordanem,ante regem [18] transierunt vada,vt traducerent domum regis,& facerent iuxta iussionem eius. Semei autem filius Gera prostratus coram rege,cum iam transisset Iordanem,[19] dixit ad eum.† Ne reputes mihi dñe mi iniquitatem,neq; memineris[f] iniuriarũ serui tui in die qua egressus es dñe mi rex de Ierusalem,neque ponas rex in corde tuo.[20] Agnosco enim seruus tuus peccatum meum,& idcirco hodie primus veni de omni domo Ioseph,descendique in occursum domini mei regis. [21] Respondens verò Abisai,filius Saruiæ, dixit: Nunquid pro his verbis non occidetur Semei,qui maledixit Christo domini?[22] Et ait Dauid: † Quid mihi & vobis filij Saruiæ? Cur efficimini mihi hodie in Satan? Ergóne hodie interficietur vir in Israel? An ignoro hodie me factũ Regem super Israel?[23] Et ait rex Semei:Non morieris. Iurauitq; ei. [24] Miphiboseth quoque[g] filius Saul descendit in occursum regis,[h] illotis pedibus,& intonsa barba, vestéq; suas nõ lauerat à die qua egressus fuerat rex,vsq; ad diem reuersionis eius in pace.[25] Cúmque occurrisset Regi,dixit ei rex:Quare non venisti mecum Miphiboseth? [26] Et respondens ait:Domine mi rex,seruus meus contempsit me:dixíque ei ego famulus tuus , vt sterneret mihi asinum,& ascendens abirem cum rege,claudus enim sum, seruus tuus.† [27] Insuper & accusauit me seruum tuum ad te dominum meum Regem.† Tu autem domine mi rex sicut angelus dei es,fac quod placitũ est tibi.† [28] Neq; enim fuit domus patris mei,nisi morti obnoxia domino meo regi:tu autem posuisti me seruum tuum inter conuiuas mensæ tuæ. Quid ergo habeo iustæ querelæ,aut quid possum vltrà vociferari ad regẽ? [29] Ait ergo ei rex:Quid vltrà loqueris?† Fixum est quod locutus sum.Tu & Siba diuidite possessiones.[30] Respondítque Miphiboseth regi: Etiã cuncta accipiat,postquam reuersus est dominus meus rex pacifice in domũ suã.† [31] Berzellai quoque Galaadites senex valde,descendens de Rogelim, traduxit Regem Iordanem,paratus etiam vltra fluuium prosequi eum.[32] Erat autem Berzellai Galaadites senex valde,id est octogenarius,& ipse præbuit alimenta Regi cum moraretur in castris. Fuit quippe vir diues nimis.[33] Dixit itaque rex ad Berzellai:Veni mecum, vt requiescas securus in Ierusalem.[34] Et ait Berzellai ad Regem:Quot sunt dies annorum vitæ meæ,vt ascendam cum Rege in Ierusalem?[k] [35] Octogenarius sum hodie:nũquid vigent sensus mei ad discernendum suaue aut amarum? aut delectare potest seruum tuum cibus aut potus? vel audire possum vltrà vocem cantorum atque cantatricum? Quare seruus tuus sit oneri domino meo regi? [36] Paululum procedam famulus tuus ab Iordane tecum. Non indigeo hac vicissitudine: [37] sed obsecro vt reuertar seruus tuus , & moriar in ciuitate mea , & sepeliar iuxta sepulchrum patris mei & matris meæ. Est autem seruus tuus[l] Chamaam,ipse vadat tecum domine mi Rex : & fac ei quicquid bonum tibi videtur. [38] Dixit itaque ei Rex : Mecum transeat Chamaam, & ego faciam ei quicquid tibi placuerit, & omne quod petieris à me impetrabis. [39] Cúmque transisset vniuersus populus & Rex Iordanem , restitit , & osculatus est Rex Berzellai,& benedixit ei,& ille reuersus est in locũ suum.[40] Transiuit ergo Rex in Galgalam,& Chamaam cum eo. Omnis autem populus Iuda traduxerat Regem,& media tantùm pars affuerat de populo Israel.[41] Itaq; omnes viri Israel cõcurrentes ad Regem, dixerunt ei: Quare te furati sunt fratres nostri viri Iuda,& traduxerunt regem & domum eius Iordanem,omnésque viros Dauid cum eo?[42] Et respondit omnis vir Iuda ad viros Israel:Quia mihi [m] propior est rex. Cur irascéris super hac re? Nũquid comedimus aliquid ex rege,aut munera nobis data sunt?[43] Et respondit vir Israel ad viros Iuda,& ait:Decem partibus maior ego sum apud Regem, magísque ad me pertinet Dauid,quàm ad te. Cur fecisti mihi iniuriam, & non mihi nuntiatum est priori,vt reducerem regem meum? Durius autem responderunt viri Iuda viris Israel.

Cum Sæba filius Bochri seditionem in Israel mouisset,hunc Ioab cum Abisai fratre persequens,Amasam in via occidit:ab obsidione Abelæ,misso Sabæ per murum capite,tandem discedit. XX.

[A] Accidit quoque vt ibi esset vir Belial nomine Sęba,filius Bochri,vir Ieminæus,& cecinit [a] buccina,& ait: Non est nobis pars in Dauid,neque hæreditas in filio Isai: Reuertere in tabernacula tua Israel. [2] Et separatus est omnis Israel à Dauid,secutúsque est[b] Sæba filium Bochri: viri autem Iuda adhæserunt Regi suo à Iordane vsque Ierusalem. [3] Cúmque venisset rex in domũ suam in Ierusalem,tulit decem mulieres concubinas,quas dereliquerat ad custodiẽdam domum,& tradidit eas in custodiam,alimenta eis præbens. Et non est ingressus [B] ad eas,[c] sed erant clausæ vsque in diem mortis suæ,in viduitate viuentes. [4] Dixit autẽ rex Amasæ:Conuoca mihi omnes viros Iuda in diem tertium,& tu adesto præsens. [5] Abiit ergo Amasa vt conuocaret Iudam:& moratus est extra placitum quod ei cõstituerat rex. [6] Ait autem Dauid ad Abisai: † Nunc magis afflicturus est nos Sæba filius Bochri,quàm Absalom. Tollẽ ergo seruos domini tui,& persequere eũ:ne forte [C] inueniat ciuitates munitas,& effugiat nos. [7] Egressi sunt ergo cum eo viri Ioab:Chereti quoque & Pheleti,& omnes robusti exierunt de Ierusalem ad persequendũ Sæba filium Bochri. [8] Cúmque illi essent iuxta lapidem grandem,qui est in Gabaon,Amasa veniens occurrit eis. Porrò Ioab vestitus erat tunica stricta ad mensuram habitus sui,& desuper accinctus gladio dependente vsq; ad ilia in vagina , qui fabricatus leui motu egredi poterat,& percutere.[d] [9] Dixit itaque Ioab ad Amasam: † Salue mi frater. Et tenuit manu dextra mentum Amasæ, quasi osculans eum. [10] Porrò Amasa non obseruauit gladium quem habebat Ioab. Qui percussit eum in latere, & effudit [D] intestina eius in terram,& mortuus est, nec secundum vulnus apposuit. Ioab autem & Abisai frater eius persecuti sunt Sæba filium Bochri. [11] Interea quidam viri cũ stetissent iuxta cadauer Amasæ de sociis Ioab, dixerunt: Ecce qui esse voluit pro Ioab comes Dauid. [12] Amasa autem consperſus sanguine iacebat in media via. Vidit hoc quidam vir quòd subsisteret omnis populus ad videndum eum, & amouit Amasam de via in agrum,operuítq; eum vestimento,ne subsisterent transeuntes propter eum. [13] Amoto ergo illo de via,transibat omnis vir sequens Ioab, ad persequendum Sæba filium Bochri. [14] Porrò ille transierat per omnes tribus Israel vsque in[e] Abelam & in [a] Bethmaaca:omnésq; viri electi congregati fuerant ad eum. [15] Venerunt itaque & oppugnabant eum in Abela & in[f] Bethmaacha,& circundederunt munitionibus ciuitatem,& obsessa est vrbs. Omnis autem turba quæ erat cũ Ioab, moliebatur destruere muros. [16] Et exclamauit mulier sapiens de ciuitate: Audite,audite,dicite Ioab: Appropinqua huc,& loquar tecum. [17] Qui cum accessisset ad eam, ait illi: Tu es Ioab? Et ille respondit: Ego. Ad quem sic locuta est: Audi sermones ancillæ tuæ. Qui respondit: Audio. [18] Rursũmq; illa:Sermo,inquit,dicebatur[g] in veteri prouerbio:† Qui interrogant,interrogent in Abela,& sic proficiebant. [19] Nónne ego sum quæ respondebo veritatem in Israel : & tu quæris subuertere ciuitatem, & euertere matrem

d. Hæc loquebantur adiopicem qui dereliquerãt regẽ,& se iunxerant eius aduersario, quærentes in gratiam eius redire. forsan erã coram rege apparere erubuerunt propter infidelitatem in eum commissam, & tamẽ rex preuenit eos reddẽs illis bona pro malis, & reuocauit eos. Dionys.

e. Amasa enim nepos Dauid ex Abigea matre erat, vt supra dictum est cap. 18. a. Ideo volebat eum constituere magistrum militiæ, & in eum iram Ioab concitauit,vnde rande dolo ipsum occidit.

f. Si iniuriã deposueris penes deum, vltor est. Si damnum, restitutor est. Si dolorem, medicus est. Si mortẽ, resuscitator est. Tertul.

g. Imò nõ Saulis, sed Ionathæ filius, vt supra cap. 9. a. quem propter amorem & promissionẽ patris ad mẽsam suam Dauid adscripsit. Hieronym.

h. Hoc est, infectis pedib⁹. fecerat enim ipse Miphiboseth ligneos pedes pro naturalibus, vt ipsi claudi ipse facere solent. Hiero.

i. Ob quam iniquã & præcipitem diuisionis honorũ sententiam inter Miphiboseth & seruum, diuisum fuisse regnum in Roboam & Ieroboam seruum suum ferunt Hebræi. Hierony.

k. Ex quo patet quomodo illis temporibus ilia ætas iã valde magna reputabatur, cũ dixerit Dauid: dies annorum nostrorũ in ipsa septuaginta anni. Si autem in posteantibus octoginta anni : amplius labor & dolor. Dionys.

l. Chamaam filius erat Berzellai, quem Dauid secum accepit in seruum, vices rependẽs patri in filiũ. Postquam autem cum Dauid transiit, non Chamaam, id est suspirans, sed Chanaan, id est infidelis est appellatus. Hiero. ibidem.

m. Quia mihi propior & de genere mẽo est Rex , ideo plus eũ amo quam tu. Hier. ibid.

a. Ideo dicitur tuba vel buccina cecinisse, vt sedares tot multũ, cetus soniti accẽto redderet omnes. Quib⁹ tacẽtibus dicerer: Nõ est nobis pars in Dauid, &c. Hieron. ibid.

b. Sęba in Hebræo scribitur per segol, hoc est, x diphthongum, ôi וְשֶׁבַע sebaas

de semine Beniamin, & ex posteris Saulis : vnde & genus ad rebellionem contra Dauid, dolens Regnum digressarem transtulerat à tribu Beniamin in tribũ Iuda, sed ad ipsum Dauid Saulis semper æmulum. Dionys.

c. Nec immerito in hoc loco fundari posset initiũ & origo religionis earũ mulierum quas vocant Religiosas pœnitentes.

d. Inuidia trucidata bellua perpulit Ioab principẽ militiæ Dauid in subdolam fraudulentiamque cædẽ Amasæ, quẽ præfecerat etiã Rex ipse militiæ suæ: & fuit deres illum sibi designatũ collegã in eodẽ magistratu, timerétq; ne tandẽ sibi præferretur Amasa, & ioluit militia Regis præcereretur. Cyrillus in Ioan. ca. 8. lib. 8.

e. Abelã ciuitatẽ regionis Berim, superioris Galilææ in tribu Nephthali, patriã Amorrhæorum, nõ procul à Cæsarea Philippi.

f. Bethmaacha Regionis Berim quasi 60 stadiis procul à Iordane, vrbs Amorrhæorum, quæ etiam dicitur Machane Dan.

g. In veteri lege Deute. 20. Quoniã prius pax offerẽda quam bellum : quã si recipiãt, tributarij fiãt, sin minus, deleantur. Hiero.

Universidad de Deusto
Biblioteca

h. Antequam pacē interrogando offeras.

ciuitatem in Israel? Quare[h] præcipitas hæreditatem domini? [20] Respondénsque Ioab ait: [i] Absit absit hoc à me, non præcipito, neq; demolior. [21] Nō se sic habet res. Sed homo de monte Ephraim, Sæba filius Bochri cognomine, leuauit manum suam contra Regem Dauid. Tradite illum solum, & recedemus à ciuitate. Et ait mulier ad Ioab: Ecce caput eius mittetur ad te per murum. [22] Ingressa est ergo ad omnem populum, [e] & locuta est eis sapienter. Qui abscissum caput Sæbæ filij Bochri, proiecerūt ad Ioab. †Et ille cecinit tuba, & recesserunt ab vrbe vnusquisq; in tabernacula sua. Ioab autē reuersus est Ierusalem ad Regem. †[23] Fuit ergo Ioab super omnem exercitum Israel. Banaias autem filius Ioiadæ super Cherethæos & Phelethæos: [24] Aduram verò super tributa: porrò Iosaphat filius Ahilud, à commentariis, [25] Siba autē scriba, Sadoch verò & Abiathar[k] sacerdotes. [26] Ira autem Iairites erat sacerdos Dauid.

i. Absit absit, id est, procul dubio.

e. Sapienter. Dionysius.

1 Sette. 1 Sethel

k. Sacerdotes, hoc est, magistri fratrū suorū, sic & Ira Iairites erat sacerdos, id est, magister Dauid. Hier. ibid.

Immissa propter Saulis in Gabaonitas peccatum fame trienni, reliquias Saulis præter Miphiboseth iudicat Dauid suspendi, ossáque cum Saulis & Ionathæ ossibus inhumari. XXI.

[1] Acta est quoque fames in diebus Dauid tribus annis iugiter. Et consuluit Dauid oraculum domini, dixítq; dñs, Propter Saul, & [a] domū eius sanguinum, quia occidit Gabaonitas. [2] Vocatis ergo Gabaonitis rex dixit ad eos. Porrò Gabaonitæ non erant de filiis Israel, sed reliquiæ Amorræorum. †Filij quippe Israel iurauerant eis ne perimerent illos, & [b] voluit Saul percutere eos, zelo quasi pro filiis Israel & Iuda. [3] Dixit ergo Dauid ad Gabaonitas: Quid faciam vobis, & quod erit vestri piaculum, vt benedicatis hæreditati domini? [4] Dixerúntq; ei Gabaonitæ: Non est nobis super argento & auro quæstio: sed contra Saul, & contra domum eius: neque volumus vt interficiatur homo de Israel. Ad quos Rex ait: Quid ergo vultis vt faciam vobis? [5] Qui dixerunt regi: Virum qui attriuit nos, & oppressit iniquè, ita delere debemus, vt nec vnus quidē residuus sit de stirpe eius in cunctis finibus Israel. [6] Dētur nobis septem viri de filiis eius, [c] vt crucifigamus eos dño in Gabaa Saul quondam electi dñi. Et ait Rex: Ego dabo. [7] Pepercitq; Rex Miphiboseth filio Ionathæ filij Saul, propter iusiurandum domini †quod fuerat inter Dauid & Ionathan filiū Saul. [8] Tulit itaq; Rex duos filios Respha filiæ Aia, quos peperit Saul, Armoni & Miphiboseth, & quinque[d] filios Michol filiæ Saul, quos genuerat Hadrieli filio Berzellai, qui fuit de Molathi: [9] & dedit eos in manus Gabaonitarum, qui crucifixerunt eos in monte coram dño. Et ceciderunt hi septem simul occisi in diebus messis primæ, incipiente messione hordei. [10] Tollens autem Respha filia Achia cilicium, substrauit sibi supra petram ab initio messis, donec stillaret aqua super eos de cœlo, & nō dimisit aues lacerare eos per diē, neque bestias per noctem. [11] Et nunciata sunt Dauid quæ fecerat Respha filia Aia concubina Saul. [12] Et abiit Dauid, & tulit ossa Saul, & ossa Ionathę filij eius, à viris Iabes Galaad, † qui furati fuerant ea de platea Bethsan, in qua suspenderant eos Philisthiim cum interfecissent Saul in Gelboe: [13] & asportauit inde ossa Saul, & ossa Ionathæ filij eius: & colligentes ossa eorum qui affixi fuerant, [14] sepelierunt ea cum ossibus Saul & Ionathę filij eius in terra Beniamin in latere in sepulchro Cis patris Saul. Feceruntque omnia quæ præceperat Rex: & repropitiatus est deus terræ post hæc. [15] Factum est autē rursum prælium Philisthinorum aduersum Israel, & descendit Dauid & serui eius cum eo, & pugnabant contra Philisthiim. Deficiēte autem Dauid, [16] Iesbi-benob, qui fuit de genere Arapha, † cuius ferrum hastæ trecentas vncias appendebat, & accinctus erat ense nouo, nisus est percutere Dauid, [17] præsidióque ei fuit Abisai filius Saruiæ, & percussum Philisthæum interfecit. Tunc iurauerunt viri Dauid, dicentes: Iam nō egrediēris nobiscum in bellum, ne extinguas lucernam Israel. †[18] Secundum quoque fuit bellum in Gob contra Philisthæos. Tunc percussit Sobochai de Vsathi, Zaph de stirpe Arapha, de genere gigantum. †[19] Tertium quoque fuit bellum in Gob

a. Filios Saul, qui cū Doeg Idumæo Gabaonitas occiderunt, & sacerdotes in Nobe, vt patet 1. Reg. 22. d.

b. Zelo quasi pro filiis Israel & Iuda, dicens Iosue gratis eisdem Gabaonitas vinere permisisse, & filios Israel & Iuda prædam eorum iniuste abstulisse, idcirco eos perimere iubet, quasi pro zelo Israel & Iuda. Hieron. ibidem.

c. His auditis Dauid eis persuasit id ie facere non posse propter fœdus inuiō eō Ionatha, vt dixīt ut supra, imō & cum Saule 1. Reg. 24. d vbi Saul inter cætera Dauid protestatur. Iura inquit, mihi in domino ne deleas semen meum post me &c. Et iterum Dauid. Ideo dixit Gabaonitis, vt tempe rarent postulationem suā. Ideo solum petunt. Dētur nobis septem viri. Dionysi. d. Nō naturales, sed adoptos & fratris sui Merob vxoris Adrielis filij Berzellai de Molathi. Michol cui filia Saul non fuit vxor Adrielis filij Berzellai, sed Merobi soror eius, quæ eo quinque filios peperit. Michol autem vxor Dauid quæ & Egla dicitur, eos in loco filiorū nutruit, & filiorū filios adoptauit, id circo filij eius dicuntur. Hier. ibid.

e. Recitat hic Dionysius tres rationes quare hæ septē corpora deposita non fuerint a patibulis. Prima, quia vt plurimū pluebat in fine mensis. Secunda, quia Dauid ex reuelatione audierat, quōd nō deponeret corpora donec pluisset dominus. Tertia, vt audirent gentiles vltionem factam super morte Gabaonitarū. Citi addi potest quarta ratio. Nō deponit eos a patibulis donec Saulis & filiorum ossa altaria essent à labe Galaad in Gabaa Saulis, vt simul cum sepulchris repelirentur. Ex Dionys.

Gob cōtra Philisthęos, in quo percussit [f] Adeodatus, filius saltus, polymitarius Bethlehemites, Goliath Gethæum: cuius hastile hastæ erat quasi liciatorium texentium. [20] Quartum bellum fuit in Geth, in quo vir fuit excelsus, qui senos in manibus pedibúsq; habebat digitos, id est viginti & quatuor: & erat de origine Arapha: [21] & blasphemauit Israel. Percussit autem eum Ionathas filius Sāmaa fratris Dauid. [22] Hi quatuor nati sunt de Arapha in Geth, & ceciderunt in manu Dauid & seruorum eius.

f. Adeodatus ipse est Dauid, idcirco sic dictus, quia à deo est electus in Regnū. Filius saltus, quia de saltu vbi oues pascebat, est eductus. Polymitarius, quia de genere Bezeleel mater eius fuit. Bethlehemites, quia in Bethlehē natus. Hiero.

Canticum gratiarum actionis Dauidis pro sua ab omnibus inimicis liberatione, ex quo Iudæorum reprobatio, & gentium electio facilè elicitur. XXII.

A [1] Locutus [a] est autem Dauid domino verba carminis huius, in die qua liberauit eum dominus de manu omnium inimicorum suorum, & de manu Saul. [2] Et ait: † Dominus petra mea, & robur meū, & saluator meus. [3] Deus dominus fortis meus, sperabo in eū. Scutum meū, & [b] cornu salutis meæ, eleuator meus, & refugium meum, saluator meus, de iniquitate liberabis me. [4] Laudabilem inuocabo dominum, & ab inimicis meis saluus ero. [5] Quia circundederunt me [c] contritiones mortis, torrentes Belial terruerunt me. [6] Funes inferi circundederunt me, præuenerunt me laquei mortis. [7] In tribulatione mea inuocabo dominū, & ad deum meum clamabo. Et exaudiet de templo sancto suo vocem meam: & clamor meus veniet ad aures eius. [8] Commota est & contremuit terra, fundamēta montium concussa sunt & cōquassata, quoniā iratus est eis. [9] Ascendit [d] fumus de naribus eius, & ignis de ore eius vorauit: carbones succensi sunt ab eo. [10] Et inclinauit cœlos, & B descendit: & caligo sub pedibus eius. [11] Et ascendit super Cherubim, & volauit: & lapsus est super pēnas vēti. [12] Et posuit tenebras in circuitu suo latibulū: cribrans aquas de nubibus cœlorum. [13] Præfulgore in conspectu eius nubes, succensi sunt carbones ignis. [14] Tonabit de cœlo dominus, & excelsus dabit vocē suā. [15] Misit sagittas suas, & dissipauit eos: fulgura, & cōsumpsit eos. [16] Et apparuerūt effusiones maris, & reuelata sicut fundamenta orbis ab increpatione domini, ab inspiratione spiritus furoris eius. [17] Misit de cęlo, & assūpsit me, & traxit me de aquis multis. [18] Liberauit me ab inimico meo potentissimo, & ab iis qui oderāt me: quoniam robustiores me erant. [19] Præuenit me in die afflictionis meæ, & factus est dominus firmamentum meum. [20] Et eduxit me in latitudinem: liberauit me, quia complacui ei. [21] Retribuet mihi dominus secundum iustitiā meam, & secundū munditiā manuum mearū reddet mihi. [22] Quia custodiui vias domini, & non egi impiè à deo meo. [23] Omnia enim iudicia eius in cō C spectu meo, & præcepta eius nō amoui à me. [24] [f] Et ero perfectus corā eo, & custodiā me ab iniquitate mea. [25] Et restituet mihi dominus secundū iustitiā meā: & secundū munditiā manuum mearū in cōspectu oculorū suorū. [26] Cum sancto sanctus eris, & cum robusto perfectus. [27] Cum electo electus eris, & cum peruerso subuerteris. [28] Et populum pauperē saluum facies, oculisq; tuis excelsos humiliabis. [29] Quia tu lucerna mea domine, & tu domine illuminabis tenebras meas. [30] In te enim curram accinctus, in deo meo transiliam murum. [31] Deus immaculata via eius, eloquium domini igne examinatū, scutum est omnium sperantium in se. [32] Quis est deus præter dominum: & quis deus fortis præter deū nostrum? [33] Deus qui accinxit me fortitudine, & complanauit perfectā viam meam. [34] Coæquans pedes meos ceruis, & super excelsa mea statuens me. † [37] Docens manus meas ad prælium, & cōponens quasi [g] arcum æreum brachia mea. [36] Dedisti mihi clypeū salutis tuę, & māsuetudo tua multiplicauit D me. [37] Dilatabis gressus meos subtus me, & nō deficiēt tali mei. [38] Persequar inimicos meos, & conteram: & nō conuertar donec consumā eos. [39] Consumā eos, & confringā, vt nō consurgant: cadēt sub pedibus meis. [40] Accinxisti me fortitudine ad prēliū, incuruasti resistētes mihi subtus me: [41] inimicos meos dedisti mihi dorsum, odientes me, & disperdā eos. [42] Clamabunt, & non erit qui saluet: ad dominū, & non exaudiet eos. [43] Delebo eos vt puluerem terræ: quasi lutum platearum comminuam eos, atq;

a. Cæterum Dauid perfunctus iam bellis ac periculis & in altissima pace degēs, vario genere carminum odas & hymnos in honorem dei composuit, partim trimetro versu, partim pentametro, instrumentisque musicis comparatis docuit Leuitas ad pulsum eorum laudes dei decantare, tam sabbatis diebus quām in cęteris festiuitatib⁹. Species autem instrumentorum hæ fuere. Cinnira decem chordis intenditur, & plectro pulsatur. Nabla duodecim sonos continet, sed digitis carpitur. Cumque his adeant & Cymbala ærea, bene magna ac lata. Ioseph. Antiquit. Iudai. lib. 7. c. 12.

b. Sicut cornu in capite animalis est protectio eius: ita diuina protectio dicitur cornu salutis nostræ.

c. Vehementer tyrannorū persecutiones.

d. Hoc est lachrymosa cōpunctio pœnitentiū de inspiratione eius.

e. Super Cherubim dominus ascēdit, & volauit, quia super altitudinem scientiæ quæ esse in hominibus potuit, incarnationis suæ gloriam exaltare dignatus est, vt hoc tius volare fit potestatis suæ mysterium ab intellectu humano subducere. Quantalibet enim plenitudine scientiæ vita spiritalium fulgeat, apprehendere non valet quemodo fabricatus sit, vt qui extitit, concipiatur: & ante secula author hominum, nasceretur homo in fine seculorum, Deus caro, verbum infans fieret. Eucher. ibidem.

f. Vnde populus martyrū eius dixit: Ero perfectus coram illo, aliis immaculatus cum eo. Cū eo vtique qui immaculatus in cruce pro iniquitatibus nostris pependit. Arnob in 27. Psal.

g. Inarcui, resistentis & repugnantis vigorem significari existimo: qui in manu sancti operis cōtra obuios quosque & hostiles victorū impetus præparetur: vt hic Dauid: Posuisti vt arcum æreum brachia mea, quod est, fecisti infrigabile intentionem bonorum operum meorum. Hieron. super 20. cap. Iob.

Universidad de Deusto
Biblioteca

confringam.[h] [44] Saluabis me à contradictionibus populi mei: custodies me in caput gentium. Populus quem ignoro, seruiet mihi, [45] filij alieni resistent mihi, auditu auris obedient mihi. [46] Filij alieni defluxerunt, & cõtrahentur in angustiis suis. [47] Viuit dominus & benedictus deus meus, & exaltabitur deus fortis salutis meæ. [48] Deus qui das vindictas mihi: & deiicis populos sub me. [49] Qui educis me ab inimicis meis: & à resistentibus mihi eleuas me: † à viro iniquo liberabis me. [50] Propterea cõfitebor tibi domine in gentibus, & nomini tuo cantabo. [51] Magnificanti salutem Regis sui, & facienti misericordiam Christo suo Dauid, & semini eius in sempiternum.

h. Nec solùm contradictionum populi mei auferes a me; prorsum etiam mihi gentes subijcies. Quod Christo magis cõuenire probatur exitus, iuxta quem promissum: Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Euthymius.

† Psal. 17. Rom. 15.

Catalogus illustrium virorum Dauid. XXIII.

Hæc autẽ sunt verba [a] nouissima quæ dixit Dauid filius Isai. Dixit vir cui cõstitutũ est de Christo Dei Iacob, egregius Psaltes Israel. † [2] Spiritus domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam, [3] dixit: Deus Israel mihi locutus est, fortis Israel. Dominator hominum iustus, & dominator in timore dei. [4] Sicut lux auroræ oriẽte sole, mane absque nubibus rutilat: & sicut pluuiis germinat herba de terra. [5] Nec tanta est domus mea apud deum, vt pactum æternum iniret mecum, firmum in omnibus, atque munitum. Cuncta enim salus mea, & omnis voluntas: nec est quicquã ex ea, quod nõ germinet. [b] [6] Præuaricatores autem quasi spinæ euellentur vniuersi: quæ non tolluntur manibus. [7] Et si quis tãgere voluerit eas, armabitur ferro, & ligno lãceato: ignéq; succensæ comburentur vsq; ad nihilum. † [c] [8] Hæc nomina fortium Dauid. Dauid sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres. Ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno. [9] Post hunc Eleazar filius patrui eius Ahoites, inter tres fortes qui erant cum Dauid quando exprobrauerunt Philisthiim, & congregati sunt illuc in prælium. [10] Cúmque ascẽdissent filij Israel, ipse stetit & percussit Philisthæos: donec deficeret manus eius, & obrigesceret cum gladio. Fecitq; dominus salutem magnam in die illa, & populus qui fugerat, reuersus est ad cæsorum spolia detrahenda. [11] Et post hunc, Semma filius Agge de Arari. † Et cõgregati sunt Philisthiim in statione. Erat quippe ibi ager lente plenus. Cúmq; fugisset populus à facie Philisthiim, [12] stetit ille in medio agri, & tutatus est eum. Percussitq; Philisthæos, & fecit dominus salutem magnam. [13] Necnon & ante descenderant [d] tres qui erant principes inter triginta: & venerant tempore messis ad Dauid in spelúcam Odollam. Castra autem Philisthinorum erant posita in valle Gigantum, [14] & Dauid erat in præsidio, porrò statio Philisthinorũ tunc erat in Bethlehem. † [e] [15] Desiderauit ergo Dauid aquã de lacu, & ait: O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna quæ est in Bethlehem iuxta portam. [16] Irruperunt ergo tres fortes castra Philisthinorum, & hauserunt aquam de cisterna Bethlehem, quæ erat iuxta portam, & attulerunt ad Dauid. At ille noluit bibere, sed libauit illam domino, dicens: [17] Propitius sit mihi dominus, ne faciam hoc. Num sanguinẽ hominum istorum qui profecti sunt, & animarũ periculum bibam? Noluit ergo bibere. Hæc fecerunt tres robustissimi. [18] Abisai quoque frater Ioab, filius Saruiæ, princeps erat de tribus. Ipse est qui leuauit hastam suam contra trecentos quos interfecit: nominatus in tribus, [19] & inter tres nobilior: erátq; eorum princeps, sed vsque ad tres primos non peruenerat. [20] Et Banaias filius Ioiadæ viri fortissimi magnorum operum, de Capseel. Ipse percussit [f] duos leones Moab, & ipse descendit & percussit [g] leonem in media cisterna in diebus niuis. [21] Ipse quoque interfecit [h] virum Ægyptium, virum dignum spectaculo, habẽtem in manu hastam. Itaq; cum descendisset ad eum in virga, vi extorsit [i] hastam de manu Ægyptij, & interfecit eum hasta sua. [22] Hæc fecit Banaias filius Ioiadæ. [23] Et ipse nominatus inter [D] tres robustos, qui erant inter triginta meliores: veruntamen vsque ad tres non peruenerat, fecitq; eum sibi Dauid auricularium à secreto. [24] Asahel frater Ioab, inter triginta, Eleanan filius patrui eius, de Bethlehem. [25] Semma de Arodi, Elica de Harodi, [26] Heles de Phalti, Hira filius Acces de Thecua, [27] Abiesér de Anathoth, Mobónai de Husathi,

a. Quia post psalterium, & cætera metra, hoc compositum metrum dicitur. Sed & verba nouissima Dauid non finitã dicit, sed perficienda, non consumenda. Sed quæ cunctis fidelibus perfectionis plenitudinem conferet: ex qua ultimam confessionem laudis significat, quam superato hoste & peracta vita mortis, eadem sancti in cæleste Deo canebunt. Angel.

b Præuaricatores Iudæi atque hæretici, vetus spinæ de cœlestis quæ est terra vel uentũ, exuti atque incendio æterno cõsumpti, perhibunt. Eucherius.

c. Absurdum non est vt hi tres fortissimi, Dauid, Eleazar & Sãmas, intelligantur trinitas deus pater & filius & spiritus sanctus, ad quorũ æqualitatem cæteri heroici simi non peruenerunt. Idē.

d Hic est alter ternarius, sed non similis primo: Abisai filius Saruiæ, Sobbachai Vsathites, & Ionathan filius Sãmæ fratris Dauid. Hieronym.

e. Cum essent reperti tres viri qui hostiũ castra præciderent, & deferrent aquã quã summo desiderio desiderasset: cognoscens quod periculo alieno aquã hi eadem cõstituisset, profudit eã in domino, ne sanguinẽ illorum qui eam detulerãt, bibere videretur. Quæres in dicio est, & cõcupiscẽtia quidẽ rationem præuenire, sed ratio capiditati rebellat. Humanum itaq; quid passus est Dauid, vt irrationabiliter concupiscere, sed illud laudabile quòd irrationabile concupiscẽtiam rationabiliter paraco fraudauit remedio. Ambr. De Iacob & vita beata, ca. 1. lib.

f. Duos fortissimos viros Moab. Hieron.

g. Ioab in medio sanctuarij eo rum altaris. Sanctuarium enim cisternas quas in eo abluimus peccata superborum dealbata. Hieron.

h. Semei maledicentẽ Dauid. Hieron.

i. Tegem quem non temere exeundo Ierusalem, sicut Salomone ille furtur prohibitum, & in virtute illius legem Iudæa occisus fuit. Hieron.

Husathi, [28] Selmon Ahoites, Maharai Netophathites, [29] Heled filius Baana, & ipse Netophathites, Itai filius Ribai, de Gabaath filiorum Beniamin, [30] Banaia Pharathonites, Heddai de torrente Gaas, [31] Abbialbon Arbathites, Azmaueth de Beromi, [32] Eliaba de Salaboni, filij Iasen, Ionathan. [33] Sẽma de Orodi, Aiam filius Sarar Ararites, [34] Elifeleth filius Aasbai filij Machati, Eliam filius Achitophel Gelonites, [35] Esrai de Carmelo, Farai de Arbi, [36] Igaal filius Nathan de Soba, Bonni de Gaddi, [37] Selech de Ammoni, Naharai Berothites armiger Ioab filij Saruiæ, [38] Ira Iethrites, Gareb & ipse Iethrites, [39] Vrias Hethæus. Omnes [k] triginta septem.

k. Nec quempiam moueat quòd non tantum triginta sed triginta septem nominentur. Nam septem exilis sunt fortiores, cæteri verò fortes. Vnde iste catalogus virorum fortium in figura sanctorum, qui fortitudine virtutum boni operis, & scientia diuinitatis fulti, non tantummodo seipsos ab hostibus malignis defendũt, verum infirmos quosliber protegũt. Euch.

Dauid ob numeratum populum à Nathan correptus, ex tribus oblatis pestem elegit, qua in populum sæuiente septuaginta milia nocte vna moriuntur, donec Dauid in Area Areuna altare erigeret. XXIIII.

Et † addidit [a] furor domini irasci contra Israel, commouítq; Dauid in eis dicentem ad Ioab: † [b] Vade numera Israel & Iudam. [2] Dixítq; rex ad Ioab principem exercitus sui: Perambula omnes tribus Israel à Dan vsq; ad Bersabee, & numera populum, vt sciam numerum eius. [3] Dixítque Ioab Regi: [c] Adaugeat dominus deus tuus ad populũ tuum quãtus nunc est, iterúmq; centupliceat in cõspectu domini mei regis. Sed quid sibi dominus meus rex vult in re huiuscemodi? [4] Obtinuit autem sermo Regis verba Ioab, & principum exercitus. Egressúsq; est Ioab, & principes militum à facie Regis, vt numerarent populum Israel. [5] Cúmq; pertransissent Iordanem, venerunt in Aroer ad dexteram vrbis quæ est in valle Gad: [6] & per Iazer transierunt in Galaad, & in terrã inferiorem Hadsi, & venerunt in Dan syluestria. Circumeuntésq; iuxta Sidonem, [7] transierunt prope mœnia Tyri, & omnẽ terrã Heuæi & Chananæi: venerúntq; ad meridiem Iuda in Bersabee, [8] & lustrata vniuersa terra, affuerunt post nouem menses & viginti dies in Ierusalẽ. [9] Dedit ergo Ioab numerũ descriptionis populi Regi. Et inuenta sunt de Israel octoginta milia virorum fortium qui educerent gladium: & de Iuda quingẽta milia pugnatorũ. [10] Percussit autem cor Dauid eum postquam numeratus est populus: & dixit Dauid ad dominum: † [e] Peccaui valde in hoc facto, sed precor domine vt transferas iniquitatem serui tui, quia stultè egi nimis. [11] Surrexit itaq; Dauid mane, & sermo domini factus est ad Gad prophetã & videntẽ Dauid, dicẽs: [12] Vade, & loquere ad Dauid: Hæc dicit dominus: Trium tibi datur optio: elige vnum quod volueris ex his, vt faciam tibi. [13] Cúmq; venisset Gad ad Dauid, nuntiauit ei dicẽs: Aut septẽ annis veniet tibi fames in terra tua, aut tribus mẽsibus fugies aduersarios tuos, & illi te persequẽtur: aut certè tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Nunc ergo delibera, & vide quem respõdeam ei qui me misit, sermonem. [14] Dixit autẽ Dauid ad Gad: Coarctor nimis. † Sed melius est vt incidam in manus domini: multæ enim misericordiæ eius sunt: quàm in manus hominũ. [15] Immisitq; dominus pestilentiã in Israel de manè vsq; [f] ad tempus cõstitutum: & mortui sunt ex populo à Dan vsq; Bersabee septuaginta milia virorũ. † [16] Cúmq; extendisset manum suam angelus domini super Ierusalem, vt disperderet eam, misertus est dominus super afflictione, & ait angelo percutienti populũ: Sufficit nunc, contine manum tuam. Erat autem angelus domini iuxta aream [g] Areuna Iebusæi. [17] Dixítq; Dauid ad dominum, cum vidisset angelum cædentẽ populum: † [h] Ego sum qui peccaui, & ego iniquè egi: isti qui oues sunt, quid fecerunt? Vertatur obsecro manus tua contra me, & contra domum patris mei. [18] Venit autem Gad propheta ad Dauid in die illa, & dixit ei: Ascende, & constitue altare domino in Area Areuna Iebusæi. [19] Et ascendit Dauid iuxta sermonẽ Gad quem præceperat ei dominus. [20] Cõspiciénsq; Areuna, animaduertit Regem & seruos eius trãsire ad se, [21] & egressus adorauit regẽ prono vultu in terram, & ait: Quid causæ est vt veniat dominus meus rex ad seruum suum? Cui Dauid ait: Vt emam à te aream, & ædificem altare domino, & cesset interfectio [i] quæ grassatur in populo. [22] Et ait Areuna ad Dauid: Accipiat & offerat dominus meus Rex, sicut placet ei. Habes boues in holocaustum, & plaustrum,

a. Hoc est Arabolus. mittit siquidem dominus iram & furorem suum per angelos pessimos. Hiero. super 2. c. ad Ephes.

b Dauid obliuisci est mãdati Mosaici, quo præcipitur fuerat vt cũ dinumerarentur populus, pro vnoquoq; capite deo siclus præberetur. Ioseph. lib. 7. ca. 11. Vede in duobus peccauit, & quòd superbe numerauit, & quòd numerati non reddidit pecuniam dominicam. Exod 30 b.

c Dauid deo arrogãte laudatus, iste supernorum mysteriorum conscius Dauid prophetæ tumore repentinæ elationis inflatus, populum numerando peccauit, & tamen vindictam populus Dauid peccante suscepit. Cur hoc? Quis videlicet secũdum meritum plebis disponuntur cordis rectorum. Eucher.

d. Absque tribu Beniamin. Hãc enim dinumerare nõ potuit, sed nec tribũ Leui. Ioseph vbi supra.

e. Fleuit Dauid, & mœruit, vt mortem populi peremptis diuinã remoueret misericordia, quãdo tribus sibi propositis optionibus, eam tamen in qua maiorem dominini misericordiam experiretur, elegit. Quid erubescis tu peccata tua flere, cũ deus prophetas iusserit flere pro populis? Ambro. de pœnit. lib. 2. cap. 6.

f. Ad tempus vespertinum quo sacrificium inge obferebatur.

g. Hic prius rex erat Iebusæorum in Ierusalem, sed tunc tantùm regulus.

h. Bene hoc dixit qui regnum suum deo subiecit, & pœnitentiam gessit, & peccatum suum confessus venia postulauit: ipse per humiliatem venit ad salutẽ. Ambro. de obitu Theodosij Imperato.

i. Cum populus Israel peccasset, commouit dominus vt Dauid numeraret populum, per quod accidit vt plebis peccata per Regis culpam pœnã sustinerent præcedentium delictorum. August. de mirabil. sacræ scripturæ lib. 2. cap. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& iuga boum in vsum lignorum. [23] Omnia dedit Areuna Regi, dixítque Areuna ad Regem: Dominus deus tuus suscipiat votũ tuum. [24] Cui respondens Rex, ait: Nequaquam vt vis, sed emam pretio à te, & non offeram domino deo meo holocausta gratuita. Emit ergo Dauid [k] aream, & boues argenti siclis quinquaginta, [l] [25] & ædificauit ibi Dauid altare domino, & obtulit holocausta & pacifica. Et repropitiatus est dominus terræ, & cohibita est plaga ab Israel.

k) Emit ergo Dauid aream fexcentis siclis, & boues quinquaginta, vt 2. Paralipo. 21. Hieron.

l Aduertite fratres quàm inlaudatorum terra non inuenta est locus dignus vbi altare domini ponereretur, sed in terra gentium locus eligitur, vbi & angelus domini viderat: & ibi dominio altare constituitur, & sic ira omnipotentis dei mitigatur. Augu. Serm. 198. de tempore.

Libri Samuelis secundi Finis.

Liber primus Melachim, qui apud nos Liber REGVM TERTIVS, INCIPIT.

Dauid senio confectum Abisag puella calefacit, Adonia verò regnum occupante Bersabee consilio Nathan impetrauit à Dauid Salomonem vngi in Regem. Cap. I.

a. Dauid annos natus septuaginta, bellicosus quòdã vir, senectute frigescente non poterat calefieri.

Quæritur itaque puella de finibus Israel Abisag Sunamitis, quæ cũ Rege dormiret, & tenue corpus calefaceret, & lequitur: Frigidũ senex obuoluitur vestimẽtis, & nisi complexu adolescentulæ non tepefcit. Viuebat adhuc Bersabee, supererat Abigail, & reliquæ vxores eius & concubinæ, quas scriptura commemorat. Omnes quasi frigidæ repudiantur, & in vnius cãtum adolescentulæ grandeuus calefecit amplexibus. Hieron. ad Nepotianum.

b. Quomodo nõ cognouit eũdem corpori, & quæ latus applicuerat? At cognitionem hic nõ eã dicit quæ fit per intellectum, sed eã quæ cõtingit per vlum. Epiphanius contra Arianos.

c Semei ipse est Nabath pater Ieroboam, magister Salomonis. Hieron.

d. Fons Rogel est in tribu Iuda ad meridiem ciuitatis Dauid, vergens ad orientem.

e. Iurasse illi Dauid dicitur quando consolatus est eam post mortem filij sui vx. 2. Reg. 12. Hieron.

f. Regnauit ergo Dauid in terrena Ierusalẽ, filius cœlestis Ierusalẽ, diuino multũ testimonio prædicatus quia & delicta eius tanta pietate superata sunt per illuberrimã pœnitendi humilitatem, vt prorsus inter eos fit de quibus ipse ait: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata Augu. de ciuit. dei lib. 17. c. 20.

g Arguemur crimine lasæ maiestatis, vel dicetur huic est adultera, & hic est filius adulteræ, in opprobriũ tuũ & nostrum: propter quod filius meus ineptus ad regnum reputabitur. Angel.

[1] [2] [3] [4] [5] [6] [7] [8] [9] [10] [11] [12] [13] [14] [15] [16] [17] [18] [19] [20] [21] [22] [23] [24] [25]

ET [1] rex Dauid senuerat, habebátque ætatis plurimos dies. A Ioel. 11. Cúmque operiretur vestibus, non calefiebat. [2] Dixerunt ergo ei serui sui: † Quæramus domino nostro Regi adolescẽtulam virginem, & stet coram Rege, & foueat eum, dormiátque in sinu suo, & calefaciat dominum nostrum regem. [3] Quæsierunt igitur adolescentulam speciosam in omnibus finibus Israel, & inuenerunt Abisag Sunamitidem, & adduxerunt eam ad Regem. [4] Erat autem puella pulchra nimis, dormiebátque cum Rege, & ministrabat ei. Rex verò [b] non cognouit eam. [5] Adonias autẽ filius Haggith eleuabatur, dicens: Ego regnabo. Fecítque sibi currus & equites, & quinquaginta viros qui currerent ante eum. [6] Nec corripuit eum pater suus aliquando, dicens: Quare hoc fecisti? Erat autem & ipse pulcher valde, secundus natu post Absalom. [7] Et sermo eius cum Ioab filio Saruiæ, & cum Abiathar sacerdote, qui adiuuabãt partes Adoniæ. [8] Sadoch vero sacerdos, & Banaias filius Ioiadæ, & Nathan propheta, & [c] Semei, & Cherethi, & Phelethi, & omne robur exercitus Dauid nõ erat cum Adonia. [9] Immolatis ergo Adonias arietibus & vitulis & vniuersis pinguibus iuxta lapidem Zohæleth, qui erat vicinus [d] fonti Rogel, vocauit vniuersos fratres suos filios Regis, & omnes viros Iuda seruos Regis: [10] Nathan autem prophetam, & Banaiam, & robustos quosque, & Salomonem fratrem suum non vocauit. [11] Dixit itaque Nathan ad Bersabee matrem Salomonis: Num audisti quòd regnauerit Adonias filius Haggith, & dominus noster Dauid hoc ignorat? [12] Nunc ergo veni, accipe consilium à me, & salua animam tuam, filiúque tui Salomonis. [13] Vade & ingredere ad Regem Dauid, & dic ei: Nónne tu domine mi Rex [e] iurasti mihi ancillæ tuæ dicens, quòd Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo? Quare ergo regnat Adonias? [14] Et adhuc ibi te loquente cum Rege, ego veniam post te, & complebo sermones tuos. [15] Ingressa est itaque Bersabee ad Regem in cubiculo. [f] Rex autem senuerat nimis, & Abisag Sunamitis ministrabat ei. [16] Inclinauit se Bersabee, & adorauit Regem. Ad quam c Rex: Quid tibi, inquit, vis? [17] Quæ respondens, ait: Domine mi, tu iurasti per dominum deum tuum ancillæ tuæ: Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo: [18] & ecce nunc Adonias regnat, te domine mi Rex ignorante. [19] Mactauit boues & pinguia quæq;, & arietes plurimos, & vocauit omnes filios Regis, Abiathar quoq; sacerdotem, & Ioab principem militiæ. Salomonem autem seruum tuum non vocauit. [20] Veruntamen domine mi rex, in te oculi respiciunt totius Israel, vt indices eis quis sedere debeat in solio tuo domine mi Rex post te: [21] erítque cum dormierit dominus meus Rex cũ patribus suis, erimus ego & filius meus Salomon [g] peccatores. [22] Adhuc illa loquente cum Rege, Nathan propheta venit, [23] & nuntiauerunt Regi

Regi dicentes: Adest Nathan propheta. Cúmq; introisset in conspectu Regis, & adorasset eum pronus in terram, [24] dixit Nathan: Domine mi Rex, tu dixisti: Adonias regnet post me, & ipse sedeat super thronum meũ? [25] Quia descendit hodie, & immolauit boues & pinguia, & arietes plurimos: & vocauit vniuersos filios Regis, [h] & Principem exercitus, Ahiathar quoq; sacerdotem: illíque, vescentibus & bibẽtibus coram eo, & dicentibus, Viuat Rex Adonias: [26] me seruum tuum, & Sadoch sacerdotẽ, & Banaiam filium Ioiadæ, & famulum tuum Salomonem non vocauit. [27] Nunquid à domino meo Rege exiuit hoc verbum, & mihi non indicasti seruo tuo, qui sessurus esset super thronum domini mei Regis post eum? [28] Et respondit Rex Dauid, dicẽs: Vocate ad me Bersabee. Quæ cum fuisset ingressa coram Rege, & stetisset ante eum, [29] iurauit Rex, & ait: Viuit dominus, qui eruit animã meã de omni angustia, [30] quia sicut iuraui tibi per dominum deum Israel, dicens: [i] Salomõ filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit super solium meum pro me: sic faciam hodie. [31] Summissóq; Bersabee in terram vultu, adorauit regem, dicens: Viuat dominus meus Rex Dauid in æternum. [32] Dixítq; Rex Dauid: Vocate mihi Sadoch sacerdotem, & Nathan prophetam, & Banaiam filium Ioiadę. Qui cum ingressi fuissent coram Rege, [33] dixit ad eos: Tollite vobiscum seruos domini vestri, & imponite Salomonem filium meum super mulam meam, & ducite eum in Gion, [34] & vngat eum ibi Sadoch sacerdos & Nathã propheta in Regem super Israel. Et canetis buccina, atq; dicetis: Viuat Rex Salomon. [35] Et ascendetis post eum, & venietis in Ierusalem, & sedebit super solium meum, & ipse regnabit pro me, illíq; præcipiam vt sit Dux super Israel & super Iudam. [36] Et respondit Banaias filius Ioiadæ Regi, dicens: Amen. Sic loquatur dominus deus domini mei Regis. [37] Quomodo fuit dominus cum domino meo Rege, sic sit cũ Salomone: & sublimius faciat soliũ eius à solio domini mei Regis Dauid. [38] Descendit ergo Sadoch sacerdos, & Nathan propheta, & Banaias filius Ioiadæ, & [k] Cherethi, & Phelethi, & imposuerunt Salomonem super mulam Regis Dauid: & adduxerunt eum in Gion. † [39] Sumpsítq; Sadoch cornu olei de tabernaculo, & vnxit Salomonẽ, & cecinerunt buccina, & dixit omnis populus: Viuat Rex Salomon. [40] Et ascendit vniuersa multitudo post eum, & populus canentium tibiis, & lætantium gaudio magno: & insonuit terra à clamore eorum. [41] Audiuit autem Adonias, & omnes qui inuitati fuerant ab eo. Iámq; conuiuium finitũ erat. Sed & Ioab audita voce tubæ ait: Quid sibi vult clamor ciuitatis tumultuantis? [42] Adhuc illo loquente Ionathan filius Abiathar sacerdotis venit. Cui dixit Adonias: Ingredere, quia vir fortis es, & bona nuntians. [43] Respondítq; Ionathan Adoniæ: Nequaquam: Dominus enim noster Rex Dauid regem constituit Salomonem, [44] misitq; cum eo Sadoch sacerdotem, & Nathan prophetam, & Banaiam filium Ioiadæ, & Cherethi, & Phelethi, & imposuerunt eum super mulam Regis: [45] vnxerúntq; eum Sadoch sacerdos, & Nathan propheta, Regem in [l] Gion, & ascenderunt inde lætantes, [m] & insonuit ciuitas. Hæc est vox quam audistis. [46] Sed & Salomõ sedet super solium regni: [47] & ingressi serui Regis benedixerunt domino nostro Regi Dauid, dicentes: Amplificet deus nomen Salomonis super nomen tuum, & magnificet thronum eius super thronũ tuum, & adorauit Rex in lectulo suo, [48] insuper & hęc locutus est: Benedictus dominus deus Israel, qui dedit hodie sedentem in solio meo videntibus oculis meis. [49] Territi sunt ergo & surrexerunt omnes qui inuitati fuerant ad Adonia, & iuit vnusquisque in viam suam. [50] Adonias autem timens Salomonem surrexit, & abiit in tabernaculum domini, tenuítq; cornu altaris: [51] & nuntiauerunt Salomoni dicentes: Ecce Adonias timens Regem Salomonem tenet cornu altaris, dicens: Iuret mihi Rex Salomon hodie, quòd non interficiat seruum suum gladio. [52] Dixítq; Salomon: Si fuerit vir bonus, non cadet ne vnus quidem capillus eius in terram: sin autem malum inuentum fuerit in eo, morietur. [53] Misit ergo rex Salomon, & eduxit eum ab altari: & ingressus adorauit Regem Salomonem. Dixítque ei Salomon: Vade in domum tuam.

h Ioab enim in ciuilibus & bellicis rebus fuit summus post regem, & Abiathar in spiritualibus ac diuinis: sicque per Ioab sperauit acquirere assistentiã militũ, & per Abiathar sacerdotũ ac Leuitarum: sed ab ipso Abiathar tanquam à præsule volebat inungi. Dion. ibidem.

i Hic autem viuente patre regnare cœpit. Hic bonis initiis malos exitus habuit. Quippe secundæ res quæ sapientum animos fatigãt, magis huic obfuerant, quã profuit ipsa sapientia, eráduc & deinceps memorabilis, & tunc longe latéque laudata. Augu. de ciuitate dei. lib. 17. c. 20.

k Septuaginta senes iudices Rabini Hebræorũ pręillos intelligunt Vrim & Thũmim. Alij dicunt duas fuisse cognationes, quæ sem per stipabant lacera Regis, semper paratæ mandatum Regis exequi. Alij dicunt fuisse Sanhedrim, hoc est summos consiliarios, reipublicę curam gerentes: & pẽs quos erat publica potestas iudiciorũ, & scepriũ occidẽdi & viuificandi, eligendi Reges ac deponẽdi, qui duraverunt vsque ad Herodẽ, qui omnes occidit. Io. Annius.

l Gion vel Gihon fons est tribus Beniamin in occidẽtali parte vrbis Ierusalem ciuitatis Dauid ad portam piscium: vt 2. Paralipome. 32. 33.

m Vt vero hæ voces Adonias & eius conuiuæ audiuere, vehemẽter sunt perturbati, & Ioab imperatore negauit sibi placere vel iocum illum vel cubum. Cúmque nemo fruerentur apposito, sed omnes cogitabundi accumberent, accurrit ad eos pontifex Abiathari filius Ionathas: & cum Adonias libenter visum inuenem bonum nuncium ominatę esset, ordine illis rem totam de Salomone, & regis voluntatem exposuit. Quo audito proripuere se omnes è conuiuio, & in fugã quisque domum diffugit. Timens autem Adonias ne rex factum ei[s] iniquo animo ferret, supplex ad altare confugit: & hoc apprehenso se tutabatur. Quod vbi ad Salomonem est perlatum, quodq; rogaret fidem sibi dari de oblitione huius iniuriæ, & securitate impunitatis: clementer simul ac prudenter pretereti quidem ea re nihil, sed præmonito vt caueret in posterum. Iosseph. Antiqui. lib. 7. cap. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dauid multa iniungens Salomoni moritur, Adonias petens Abisag occiditur, Abiathar sacerdotio priuatur, & tandem Ioab & Semei interficiuntur. II.

APpropinquauerunt autem dies Dauid vt moreretur, præcepítq; Salomoni filio suo, dicẽs:† [2] Ecce ego [a] ingredior viã vniuersæ terræ:† cõfortare, & esto vir fortis, [3] & obserua vt custodias mandata domini dei tui, vt ambules in viis eius, & custodias cęremonias eius, & præcepta eius, & iudicia & testimonia,† sicut scriptum est in lege Moysi: vt intelligas vniuersa quæ facis, & quocunq; te verteris, [4] vt confirmet dominus sermones suos, quos locutus est de me, dicens: Si custodierint filij tui vias meas, & ambulauerint corã me in veritate, in omni corde suo, & in omni anima sua, non auferetur tibi vir de solio Israel.† [b] [5] Tu quoque nosti quæ fecerit mihi Ioab filius Saruiæ, quæ fecerit duobus principibus exercitus Israel, Abner filio Ner, & † Amasæ filio Iether: quos occidit, & effudit sanguinem belli in pacẽ, & [c] posuit cruorem prælij in balteo suo qui erat circa lumbos eius, & [d] in calceamento suo quod erat in pedibus eius. [6] Facies ergo iuxta sapientiã tuam, & non deduces caniciem eius pacificè ad inferos. [7] Sed & filiis [e] Berzellai Galaaditæ reddes gratiam, erúntq; comedentes in mensa tua. † Occurrerunt enim mihi quãdo fugiebam à facie Absalom fratris tui. [8] Habes quoq; apud te Semei filium Gera Filij Iemini de Bahurim,† qui maledixit mihi maledictione pessima quando ibam ad castra.† Sed quia descendit mihi in occursum cum transirem Iordanem, & iuraui ei per dominum, dicens: Non te interficiam gladio: [9] tu noli pati eum esse innoxiũ. Vir autem sapiens es, vt scias quę facies ei, deducéisque canos eius cum sanguine ad inferos. [10] Dormiuit igitur Dauid cũ patribus suis,† [f] & sepultus est in ciuitate Dauid. [11] Dies autem quibus regnauit Dauid super Israel, quadraginta anni sunt. In Hebron regnauit septem annis, in Ierusalem triginta tribus. [12] Salomon autem sedit super thronum Dauid patris sui, & firmatum est regnum eius nimis. [13] Et ingressus est Adonias filius Haggith ad Bersabee matrem Salomonis: Quæ dixit ei: † Pacificúsne est ingressus tuus? Qui respõdit: Pacificus. [14] Addiditq;: Sermo mihi est ad te. Cui ait: Loquere. Et ille: [15] Tu, inquit, nosti quia mecum erat regnum, & me præposuerat omnis Israel sibi in Regem: sed translatum est regnum, & factum est fratris mei: A domino enim constitutum est ei. [16] Nunc ergo petitionem vnam precor à te, ne confundas faciem meã. Quæ dixit ad eum: Loquere. [17] Et ille ait: Precor vt dicas Salomoni regi, (neq; enim negare tibi quicquam potest,) vt det mihi Abisag Sunamitidem vxorẽ. [18] Et ait Bersabee: Bene, ego loquar pro te Regi. [19] Venit ergo Bersabee ad Regem Salomonem, vt loqueretur ei pro Adonia. Et surrexit Rex in occursum eius, adorauítq; eam, & sedit super thronum suum. Positúsq; est thronus matri regis, quæ sedit ad dextrã eius, [20] dixítq; ei: Petitionem vnam paruulam ego deprecor à te, ne confundas faciã meã. Et dixit ei Rex: Pete mater mea. Neq; enim fas est vt auertam faciẽ tuam. [21] Quæ ait: Detur [g] Abisag Sunamitis Adoniæ fratri tuo vxor. [22] Respondítq; Rex Salomon, & dixit matri suę: Quare postulas Abisag Sunamitidem Adonię? Postula ei & regnum. Ipse est enim frater meus maior me, & habet Abiathar sacerdotem, & Ioab filiũ Saruiæ. [h] [23] Iurauit itaq; rex Salomon per dominum dicens: Hęc faciat mihi deus, & hęc addat: quia contra animam suam locutus est Adonias verbũ hoc. [24] Et nunc viuit dominus, qui firmauit me, & collocauit me super solium Dauid patris mei, & qui fecit mihi domũ sicut locutus est, quia hodie occidetur Adonias. [25] Misitq; Rex Salomon per manum Banaiæ filij Ioiadę, qui interfecit eum, & mortuus est. [26] Abiathar quoq; sacerdoti dixit Rex: Vade in Anathoth ad agrum tuum. Et quidem vir mortis es: sed hodie te non interficiam, quia portasti arcam domini dei coram Dauid patre meo, & sustinuisti laborem in omnibus in quibus laborauit pater meus. [27] Eiecit ergo Salomon Abiathar, vt non esset sacerdos domini, † vt impleretur sermo domini quem locutus est super domum Heli in Silo. [28] Venit autem nuntius ad Salomonem, quod Ioab declinasset post Adoniam, & post Salomonem non declinasset. Fugit ergo Ioab

a. Ingredi viã vniuersæ terræ est mori, quod statutum sit vniuersique mori. Mors autem hominibus quãtum ad principale suum, videlicet animam immortalem, est speciáliter via, quæ per eam ad aliud tendunt: secundum, ac vitã futurã. Dionys.

b. Hoc est, Memento etiam iniquitatis Ioabi, qui propter æmulationẽ duos duces iustos ac bonos interemit, Abnerum Neri filium, & Amasam Iethrænis filiũ. In eum ergo arbitratu animaduertes quãdoquidem hactenus parcam eius, & me esse potentior. Ioseph. Antiq lib. 7. cap. 16.

c. Vocauit gladium suum lumbis suis hærentem.

d. Calceamenta sua sanguine respersa sunt.

e. Filius autẽ Berzellai qui mihi Absalomem fugienti occurrit, & necessaria ministrauit, reddes gratiam, & erunt commensales tui. Semei quoque feminæum, qui mihi maledixit, non patieris esse innoxiũ. Comestor. ibidem.

Mors Dauid.

f. Sepeliuit autẽ eum filius Salomon Ierosolymis magnificè, præter solennia illa in Regum funeribus, illatis etiam in monumẽtum eius munsimit diuitiis. Quarum magnitudinem facile lit cõiectare ex hoc quod dicemus. Nã post annos 1100. Hyrcanus pontifex oppugnat ab Antiocho cognomine Pio, Demetrii filio, volens pecuniam ei dare, vt abducto exercitu obsidionem solueret, nec valẽs aliunde sumere, aperta cella monumẽti Dauidis, & prolatis inde ferè tribus talẽtorum milibus, eorúmq; parte Antiocho numerata, oppugnationi periculo se exemit. Ac rursum post multos annos elapsos Herodes rex alia cella aperta magnã pecuniam sustulit. Ad locũ tamen qui regum cineres continent, neuter eorũ peruenit. Ioseph. lib. 7. c. 16. Antiq. Iud.

g. Abisag quæ Regina potens reputabatur, ideo potius in opprobrium patris petere videbatur vnde nõ immerito Salomon irascitur Comestor.

h. Inine vero quisquis es praui cordis, & puerili corde, si dicas per deũ, iurasti: Si dicat, testis est deus, non iurasti? Quid est enim, per deum, nisi testis est deus? Aut quid est, testis est deus, nisi per deum? Quid est autẽ iurare, nisi ius reddere deo quando iurat per deũ? iurat salutẽ tuæ reddere, quando per salutem tuam iurat? Ius filiis tuis reddere, quando per filios tuos iurat? Quod autẽ ius salutis nostræ debemus, filiis nostris, deo nostro, nisi charitatis, veritatis, & non fictitiæ? Augu. de verbis apostoli. Ser. 30.

Ioab in tabernaculum domini, & apprehẽdit cornu altaris. [29] Nuntiatúmq; est Regi Salomoni quòd fugisset Ioab in tabernaculũ domini, & esset iuxta altare. Misitq; Salomon Banaiam filiũ Ioiadæ, dicẽs: Vade interfice eum. [30] Et venit Banaias ad tabernaculum domini, & dixit ei: Hæc dixit Rex, egredere. Qui ait, Non egrediar, sed hic moriar. Renũtiauit Banaias Regi sermonem, dicens, Hæc locutus est Ioab, & hęc locutus est mihi. [31] Dixitq; ei Rex: † Fac sicut locutus est, & interfice eum, & sepeli, & amouebis sanguinem innocentẽ qui effusus est à Ioab, à me & à domo patris mei, [32] & reddet dominus sanguinẽ eius super caput eius, quia interfecit duos viros iustos meliores se, & occidit eos gladio patre meo Dauid ignorante,† Abner filium Ner principem militiæ Israel, & † Amasam filiũ Gether principem exercitus Iuda. [33] Et reuertetur sanguis illorum in caput Ioab, & in caput seminis eius in sempiternum: Dauid autem & semini eius, & domui & throno illius sit pax vsque in æternum à domino. [34] Ascendit itaq; Banaias filius Ioiadæ, & aggressus eum interfecit, sepultúsque est in domo sua in deserto. [35] Et constituit rex Banaiam filium Ioiadæ pro eo super exercitum, & Sadoch sacerdotẽ posuit pro Abiathar. [36] Misit quoq; Rex & vocauit Semei, dixítq; ei: Ædifica tibi domum in Ierusalem, & habita ibi: & non egredieris inde huc atq; illuc. [37] Quacunq; autem die egressus fueris, & transieris torrẽtem Cedron, scito te interficiẽdum. Sanguis tuus erit super caput tuum. [38] Dixítq; Semei regi: † Bonus est sermo regis: Sicut locutus est dominus meus Rex, sic faciet seruus tuus. Habitauit itaq; Semei in Ierusalem diebus multis. [39] Factum est autem post annos tres vt fugerent serui Semei ad Achis filium Maacha, Regem Geth. Nuntiatúmque est Semei q serui eius essent in Geth: [k] [40] & surrexit Semei & strauit asinum suũ, iuítque ad Achis in Geth ad requirẽdum seruos suos, & adduxit eos de Geth. [41] Nuntiatum est autem Regi Salomoni quòd isset Semei in Geth de Ierusalem, & redisset. [42] Et mittens vocauit eum, dixítq; illi: Nónne testificatus sum tibi per dominum, & prædixi tibi: quacunque die egressus fueris huc & illuc, scito te esse moriturum? Et respondisti mihi: Bonus sermo quem audiui. [43] Quare ergo non custodisti iusiurandũ domini, & præceptum quod præceperam tibi? [44] Dixítque Rex ad Semei: † Tu nosti omne malum cuius tibi conscium est cor tuum, quod fecisti Dauid patri meo. Reddidit dominus malitiam tuam in caput tuum, [45] & Rex Salomon benedictus, & thronus Dauid erit stabilis coram domino vsque in sempiternum. [46] Iussit itaque Rex Banaiæ filio Ioiadæ, qui aggressus percussit eum, & mortuus est.

i. Quoniam Ioab seipsum prodidit hãc molitus conspirationem, ideo in se Regem commouit. Sed quare fugit ad altare, cum esset vir sapiens & peritus in lege qua dicitur, quòd voluntarius homicida, qualis erat Ioab, etiam ab altari esset amouendus? Respondẽt Hebræi quòd nihil sibi profuit interire in loco sacro, nisi quia hic meruit apud patres suos sepeliri quod non fuisset ũ decreto iudicis fuisset occisus. Angelomus.

k. Salomon in Semei non animaduertit nisi post violatum iusiurandum. Nónne tu, inquit, iurasti te nunquã me derelicturum, memor ex hac vrbe in aliam commeaturum? Nõ enim pœnam periurij vt plerumque, sed luces etiam illa quæ olim per peccatricem in patrem meum eiectum ex debacchatus, vt scias quod nihil lucrentur nocentes, etiã si non statim post peccatum puniantur, sed per omne tempus, quo propter impunitatem securi sibi videntur, crescit illorũ pœna quam iandudum suos promerti. Atque ita Semeim iussu Regis Banaias interfecit. Ioseph. Anti. Iud. lib. 8. c. 1.

a. Factum profecto eam, alias non licuisset.

b. Cinitas Dauid intelligitur arx in monte Sion à Dauid exstructa: quæ & Dauid domus & mansio erat. Tẽpore enim Dauid fuit Ierusalem per murũ gyrata, sed Salomõ voluit eam triplici muro circundare. Dionys.

c. In Gabaon, vbi erat illud altare æneum Moaicum à Beczeel factum.

d. Torquentur hic plurimi & immerito, si rem attẽtius considerent. Inuenio enim plurimos asserentes Salomonem 20. anno regni Dauid patris sui natũ: quod si ita est, non est opus vt quærãt illum vndecimo ætatis suæ anno genuisse Roboam.

e. Vnde complacuit domino, quia non sibi longæuitatẽ vitæ, & regalium diuitiarum copias, sed sapientiam ad intelligenda domi nimdicta & iustitias deposcebat: & ideo tanti popu-lum regno pacifico gubernauit, quia nõ vsurpauit. vt Adam boni & malĩ scire dẽ stantiam, sed intelligentiã eius gratiam orauit. Chrisso. Am. in Psal. 118. Ser. 18.

Salomon accepta in vxorem Pharaonis filia, sapientiam in somnio accepit, quam in meretricum dirimenda lite primùm ostendit. III.

COnfirmatum † est igitur regnum in manu Salomonis, & affinitate cõiunctus est Pharaonis Regi Ægypti. Accepit nanque [a] filiam eius, & adduxit in [b] ciuitatem Dauid, donec compleret ædificans domum suam, & domũ domini, & murum Ierusalem per circuitum. [2] Attamen populus immolabat in excelsis. Non enim ædificatum erat templum nomini domini vsq; in diem illum. [3] Dilexit autem Salomon dominum, ambulans in præceptis Dauid patris sui: excepto quòd in excelsis immolabat, & accendebat thymiama. [4] Abiit itaque in Gabaon, vt immolaret ibi: illud quippe erat excelsum maximum. Mille hostias in holocaustum obtulit Salomon super altare illud in Gabaon. [5] Apparuit autem dominus [c] Salomoni per somnium nocte, dicens: Postula quod vis, vt dem tibi. [6] Et ait Salomon: Tu fecisti cum seruo tuo Dauid patre meo misericordiam magnam sicut ambulauit in conspectu tuo in veritate & iustitia, & recto corde tecum. Custodisti ei misericordiam tuam grandem, & dedisti ei filium sedentem super thronum eius, sicut est hodie. † [7] Et nunc domine deus, tu regnare fecisti seruum tuum pro Dauid patre meo. [d] Ego autem sum puer paruulus, & ignorans egressum & introitum meum, [8] & seruus tuus in medio est populi quem elegisti, populi infiniti, qui numerari & supputari non potest præ multitudine. † [9] Dabis ergo seruo tuo [e] cor docile vt populum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuum iudicare possit, & discernere inter bonum & malum. Quis enim poterit iudicare populum istum, populum tuum hunc multum? [10] Placuit ergo sermo coram domino, quòd Salomon postulasset huiuscemodi rem. [11] Et dixit dominus Salomoni: Quia postulasti verbum hoc, & non petisti tibi dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorũ tuorum, sed postulasti tibi sapientiam ad discernendum iudicium, [12] ecce feci tibi secundum sermones tuos: & dedi tibi cor sapiens & intelligens, in tantum vt nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit. † [13] Sed & hęc quæ non postulasti, dedi tibi, diuitias scilicet & gloriam, vt nemo fuerit similis tui in regibus cũctis retro diebus. [14] Si autem ambulaueris in viis meis, & custodieris præcepta mea & mandata mea, sicut ambulauit pater tuus, [f] longos faciam dies tuos. [15] Igitur euigilauit Salomon, & intellexit quòd esset somnium. Cúmque venisset Ierusalem, stetit coram arca fœderis domini, & obtulit holocaustа, & fecit victimas pacificas, & grande cõuiuium vniuersis famulis suis. [16] Tunc venerunt duæ mulieres meretrices ad Regem, [h] steterúntq; coram eo, [17] quarum [i] vna ait: Obsecro mi domine, ego & mulier hæc habitabamus in domo vna, & peperi apud eam in cubiculo: [18] tertia autem die postquam ego peperi, peperit & hęc, & eramus simul, nullúsq; alius nobiscum in domo, exceptis nobis duabus. [19] Mortuus est autẽ filius mulieris huius nocte, dormiens quippe oppressit eum: [20] & cõsurgens intempestæ noctis silentio, tulit filium meum de latere meo ancillæ tuæ dormientis, & collocauit in sinu suo: suum autem filium, qui erat mortuus, posuit in sinu meo. [21] Cúmque surrexissem mane vt darem lac filio meo, apparuit mortuus: quem diligentius intuens clara luce deprehẽdi non esse meũ quem genueram. [22] Respondítque altera mulier: Non est ita vt dicis: sed filius tuus mortuus est, meus autem viuit. Econtrario illa dicebat: Mentiris. Filius quippe meus viuit, & filius tuus mortuus est. [k] Atq; in hunc modum contendebant coram Rege. [23] Tunc Rex ait: Hæc dicit: filius meus viuit, & filius tuus mortuus est: & illa respondet: non, sed filius tuus mortuus est, meus autem viuit. [24] Dixit ergo Rex: † Afferte mihi gladium. Cúmque attulissent gladium coram Rege: [25] diuidite, inquit, infantem viuum in duas partes, & date dimidiam partem vni, & dimidiam partem alteri. [26] Dixit autem mulier cuius filius erat viuus, ad Regem: (cõmota sunt quippe viscera eius super filio suo) Obsecro domine, date illi infantem viuum, & nolite interficere eum. Econtrario illa dicebat: Nec mihi nec tibi sit, sed diuidatur. [27] Respondit Rex, & ait: † Date huic infantem viuum, & non occidatur: hæc est enim mater eius. † [28] Audiuit itaque omnis Israel iudicium quod iudicasset Rex, & timuerunt regem, videntes sapientiam dei esse in eo ad faciendum iudicium.

f. Veruntamen quia nõ seruauit ea, non vixit nisi 32. annos.

g. Hoc iudicio longius diserunt Hier. tomo 3. ad Rusticum.

h. Ipsum illud Salomonis iudicium nõne sapientiæ plenũ ac iustitiæ est? Itaq; inspectemus illud si ita est. Ambr. Offic. 1. cap 8.

i. Hæc autẽ licet luxuriosa, pia tamen & benigna erat: quę clamabat vt puer interiger seruaretur: & ecclesiæ catholicæ typum gerebat. Alia autem quæ non solum luxuriosa, sed etiam crudelis & impia, clamabat ad Regẽ vt diuidi iuberet infantem, Synagogam & hæresim designabat. Arrianã. Aug. Ser. 100. de tempore.

k. Illa libenter voluit diuidi puerũ, non vt possideat, sed vt interficiat. Ecclesia quem scit suum esse, libenter concedit æmulæ, dum saltem viuat apud aduersarium, ne inter legem diuinus & gratia, falsaiorisve mucrone feriatur. Angel. ibid. Itaq; non immerito æstimatus est incellectus dei in eo esse, in quo occulta sunt dei. Quid autẽ occultius, & internorum viscerum testimonia, in quo sapientes intellectus velut quidã pietatis descendit arbiter, & velut quandã generalis alui vocẽ erupit, qua maternus patuit affectus, qui elegerat filium sum vel apud alienum viuere, quam in cõspectu matris necari? Ambro. Offic. 1. cap. 8.

Magnificentia Salomonis in sumptu, regionum præfectis, equis, & sapientia. IIII.

[a] Erat autem rex Salomon regnans super omnem Israel, [2] & hi principes quos habebat: Azarias filius Sadoch sacerdotis: [3] Elihoreph & Ahia filij Sisa, scribæ: Iosaphat filius Ahilud, à commentariis: [4] Banaias filius Ioiadę, super exercitum: Sadoch autẽ & Abiathar, sacerdotes: [5] Azarias filius Nathan, super eos qui assistebant Regi: Zabud filius Nathan sacerdos, amicus regis: [6] & Ahisar præpositus domus: & Adoniram filius Abda super tributa. [7] Habebat autem Salomon duodecim præfectos super omnem Israel, qui præbebant annonam regi & domui eius. Per singulos enim menses in anno, singuli necessaria ministrabant. [8] Et hæc nomina eorum: Ben-Hur, in monte Ephraim. [9] Ben-dæcar in Macces, & in Salebim, & in Bethsames, & in Helõ, & in Bet-Hanan. [10] Bet-Hęsæd in Arubboth. Ipsius enim erat Socho, & omnis terra Hepher. [11] Bẽ-Abinadab, cui [b] omnis Nephath-dor, Taphet filiã Salomonis habebat vxorẽ. [12] Bana filij [c] Ahiluḍ regebat Thanach, & Mageddo, & vniuersam Bethsan, quæ est iuxta Sarthana subter Iezrael, à Bethsan vsque Abelmuela è regione Iecmaa. [13] Bẽ-Gaber in Ramoth Galaad, habebat [b] Auoth-Iair filij Manasse in Galaad. Ipse erat in omni regione Argob, quæ est in Basan, sexaginta ciuitatibus magnis atque muratis, quæ habebant seras æreas. [14] Ahinadab filius Addo

a. Quis in hoc meliùs figuratur, q̃ pacificus noster Christus, quem præfigurabat iste Salomon? ipse enim omnia regna terræ à finibus eius vsq; ad occasum in dominę sua habet: & dominatur à mari vsq; ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis terrarum. Angelomes.

b. Villas Iair: quæ ædificauerat Iair in Galaad, illius triginta filios sunes præfecerat tanquã principes earum: vt Iudic. 10. a

Addo præerat in Mahanaim. [17] Achimaas in Nephthalin. Sed & ipse habebat [c] Basemath filiã Salomonis in cõiugio. [18] Baana filius Husi, in Aser, & in Baloth. Iosaphat filius Pharue in Isachar. Semei filius Ela in Beniamin. [19] Gaber filius Suri in terra Galaad, & in terra Sehon Regis Amorræi, & Og Regis Basan: super omnia quæ erant in illa terra. [20] Iuda & Israel innumerabiles, sicut arena maris in multitudine, comedentes & bibentes atque lætantes. † [21] Salomon autem erat in ditione sua habens omnia regna secum à flumine terræ Philisthiim vsque ad terminum Ægypti, offerentium sibi munera, & seruientium ei cunctis diebus vitæ eius. [22] Erat autẽ cibus Salomonis per dies singulos triginta cori similæ, & sexaginta cori farinæ, [23] decẽ boues pingues, & viginti boues pascuales, & centum arietes, excepta venatione ceruorum, caprearũ atque bubalorum, & auium altilium. [24] Ipse enim obtinebat omnem regionem quæ erat trans flumen, quasi à Thapsa vsq; ad Gazam, & cunctos Reges illarum regionũ, & habebat pacẽ ex omni parte in circuitu. [25] Habitabátque Iuda & Israel absq; timore vllo, vnusquisque sub vite sua & sub ficu sua, à Dan vsque Bersabee, cunctis diebus Salomonis. [26] Et habebat Salomon † quadraginta milia præsępia equorũ currulium, & duodecim milia equestrium, [27] nutriebántq; eos supradicti Regis præfecti: sed & necessaria mensæ Regis Salomonis cum ingenti cura præbebant in tempore suo. [28] Hordeum quoq; & paleas equorum & iumentorum deferebant in locum vbi erat Rex, iuxta constitutum sibi. † [29] Dedit quoque deus sapiẽtiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis, quasi arenã quæ est in littore maris, [30] & præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium orientalium & Ægyptiorum, [31] & erat sapiẽtior cunctis hominibus, Sapientior [d] Ethan Ezraite, & Heman, & Chalcol, & Dorda, filiis Mahol: & erat nominatus in vniuersis gẽtibus per circuitũ. [32] Locutus est quoque Salomon tria milia parabolas, & fuerũt carmina eius quinq; milia. [33] Et disputauit [e] super lignis à cedro quę est in Libano, vsque ad hyssopum quæ egreditur de pariete: & disseruit de iumentis & volucribus & reptilibus & piscibus. [34] Et veniebant de cunctis populis ad audiendam sapientiam Salomonis, & ab vniuersis regibus terræ, qui audiebant sapientiam eius.

c. Salomon hic nouus adhuc Rex duas fertur habere filias iã nuptas: scilicet Taphath quã duxit Bẽ Aminadab, & Basemath, quã duxit Achimaas. Vnde si Salomon fuisset Rex duodecimo ætatis suæ anno, & tunc duas filias iã nubiles habuisset, genuisset eas cũ adhuc in cunabulis esset. Vnde ad argumenta quæ recitat Hiero. Vitali. to. 1. facilis soluto patet, si dicatur Salomon genitus, vt plerique Neoterici dicũt, circa 20. regni patris sui annum, cum iterum tulisset Beersabeã Salomonis matrem: & tunc cuncta rectè soluentur.

d. Ethan Abraham, Heman Moyses, Chalcol Ioseph, Mahol Iacob. Hiero.

e. De naturis ligniorũ, iumentorum, volucrũ, reptiliũ, & piscium. Sed hi libri non extant, vt plerique alij Salomonis libri. Hiero.

Concessis lignis ab Hiram, cæsores lignorum & lapidum pro templi structura conducuntur. V.

[a] Misit quoque [a] Hirã Rex Tyri seruos suos ad Salomonem. Audiuit enim quòd ipsum vnxissent Regẽ super Israel pro patre eius: quia amicus fuerat Hiram Dauid omni tempore. † [2] Misit autem Salomõ ad Hirã dicẽs: [3] Tu scis voluntatem Dauid patris mei, & quia non potuerit ædificare domum nomini domini dei sui propter bella imminentia per circuitum, donec daret dominus eos sub vestigio pedum eius. [4] Nunc autem requiem dedit deus meus mihi per circuitum, & non est Satan, neque occursus malus: [b] quamobrem cogito ædificare tẽplũ nomini domini dei mei, sicut locutus est dominus Dauid patri meo, dicens: † Filius tuus quem dabo pro te super solium tuum, ipse ædificabit domũ nomini meo. [6] Præcipe igitur vt præcidant mihi serui tui cedros de [b] Libano, & serui mei sint cum seruis tuis: mercedem autem seruorum tuorum dabo tibi quamcunque petieris. Scis enim quomodo non est in populo meo vir qui nouerit ligna cædere sicut Sidonij. [7] Cum ergo audisset [c] Hiram verba Salomonis, lætatus est valde, & ait: Benedictus dominus deus hodie, qui dedit Dauid filium sapientissimum super populum hunc plurimum. [8] Et misit Hiram ad Salomonem, dicens: Audiui quæcunq; mãdasti mihi. Ego faciam omnem voluntatem tuã in lignis cedrinis & abiegnis. [9] Serui mei deponent ea de Libano ad mare, & ego componam ea in ratibus in mari, vsq; ad locum significaueris mihi, & applicabo ea ibi, & tu tolles ea. Præbebísque necessaria quem significaueris mihi, vt detur cibus domui meæ. [10] Itaq; Hiram dabat Salomoni ligna cedrina, & ligna abiegna, iuxta omnem voluntatem eius. [11] Salomon autem præbebat Hirã viginti milia coros tritici in cibũ domui eius, & viginti coros purissimi olei. Hæc tribue-

a. Hirã Tyriorũ Rex, filius Abybali Tyriorũ Regis regnauit 34. annis, cœpitque regnare 32. anno regni Dauidis, cui & filio eius Salomoni amicus & fœderatus.

b. Libanus erat in terra Israel, idcirco Salomon artifices ad ligna cædenda petit.

c. Hiramus enim Tyriorũ rex amicus erat regis nostri Salomonis, paternis amicitiis ei deuinctus. Is ergo munificẽtiam suam exhibens ad claritatẽ fabricæ præbuit, Salomon autẽ quidem viginti & centum millia lenta, incidẽtisq; pulcherrimã syluã in monte qui Libanus nũcupatur, ad camerã destinauit ei: Quę vsque dedit Salomon & aliis multis rebus, & terra Galilææ regionis, quæ Zabulon vocatur. Ioseph. contra Appionem lib. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bat Salomon Hiram per singulos annos. [12] Dedit quoque dominus sapiẽtiã Salomoni, sicut locutus est ei: & erat pax inter Hiram & Salomonem, & percusserunt ambo fœdus. [13] Elegítque Rex Salomon[d] operarios de omni Israel, & erat indictio triginta milia virorum. [14] Mittebátque eos in Libanũ decẽ milia per mẽses singulos vicissim, ita vt duobus mensibus essent in domibus suis. Et Adoniram erat super huiusce modi indictionem. [15] Fuerunt itaque Salomoni septuaginta milia eorum qui onera portabant, & octoginta milia latomorum in mõte, [16] absque præpositis qui præerãt singulis operibus, numero trium milium & trecentorum, præcipientium populo, & iis qui faciebant opus. [17] Præcepitq; Rex vt tollerent lapides grandes, lapides pretiosos in fundamentum templi, & quadrarent eos, [18] quos dolauerunt cementarij Salomonis, & cementarij Hiram. Porrò[e] Giblij præparauerunt ligna & lapides ad ædificandam domum.

d. Nec frustra Salomon operarios de omni Israel elegit, neque erat vlla portio populi de qua non digni tanto opere viri assumerẽtur. Angelomus ibid.

e. Giblini, de ciuitate Giblos quæ est ciuitas Phœniciæ, quæ & Biblos dicitur apud Cosmographos.

Figura & fabrica templi quo ad partes eius præcipuas interiores & exteriores. VI.

[1] Factum † est ergo[a] quadringẽtesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de terra Ægypti, in anno quarto, mense Zio, (ipse est mensis secundus) regni Salomonis super Israel, ædificare cœpit domum domino. [2] Domus autem quam ædificabat Rex Salomon domino, habebat sexaginta cubitos in longitudine, & viginti cubitos in latitudine, & [b] triginta cubitos in altitudine. [3] Et porticus erat ante templum viginti cubitorum longitudinis iuxta mẽsuram latitudinis templi, & habebat decem cubitos latitudinis ante faciem templi, [4] fecítque in templo fenestras obliquas. [5] Et ædificauit super parietem templi tabulata per gyrum in parietibus domus per circuitum templi & oraculi, & fecit latera in circuitu. [6] Tabulatum quod subter erat, quinque cubitos habebat latitudinis, & mediũ tabulatum sex cubitorum latitudinis, & tertium tabulatum septem habens cubitos latitudinis. Trabes autem posuit in domo per circuitum forinsecus: vt non hærerent muris templi. [7] Domus autem cum ædificaretur, de lapidibus dolatis atque perfectis ædificata est: & [c] malleus & securis & omne ferramentum non sunt audita in domo cum ædificaretur. [8] Ostium lateris medij in pariete erat domus dextræ, & per cochleã ascendebant in medium cœnaculum: & à medio in tertium. [9] Et ædificauit domum, & consummauit eam. Texit quoque domum laquearibus cedrinis, [10] & ædificauit tabulatum super omnem domum quinque cubitis altitudinis, & operuit domum lignis cedrinis. [11] Et factus est sermo domini ad Salomonem, dicens, [12] Domus hæc quam ædificas, si ambulaueris in præceptis meis, & iudicia mea feceris, & custodieris omnia mandata mea gradiens per ea: firmabo sermonem meum tibi quem locutus sum ad Dauid patrem tuum, [13] & habitabo in medio filiorum Israel: & non derelinquam populum meum Israel. † [14] Igitur ædificauit Salomõ domum: & cõsummauit eam. [15] Et ædificauit parietes domus intrinsecus tabulatis cedrinis, à pauimento domus vsque ad summitatem parietum, & vsque ad laquearia: & [d] operuit lignis cedrinis intrinsecus, & texit pauimentum domus tabulis abiegnis. [16] Ædificauítque viginti cubitorum ad posteriorem partem templi, tabulata cedrina à pauimento vsque ad superiora, & fecit interiorem domum oraculi in sanctũ sanctorum. [17] Porrò quadraginta cubitorum erat ipsum templum pro foribus oraculi: [18] & cedro omnis domus intrinsecus vestiebatur, habens tornaturas & iuncturas suas fabrefactas, & cælaturas eminentes. Omnia cedrinis tabulis vestiebãtur, nec omnino lapis apparere poterat in pariete. [19] Oraculum autem in medio domus in interiori parte fecerat, vt ponerent ibi arcam fœderis domini. [20] Porrò oraculum habebat viginti cubitos longitudinis, & viginti cubitos latitudinis, & viginti cubitos altitudinis: & operuit illud atque vestiuit auro purissimo. Sed & altare vestiuit cedro. [21] Domum quoq; ante oraculum operuit auro purissimo, & affixit laminas clauis aureis. [22] Nihilq; erat in templo quod nõ auro tegeretur. Sed & totum altare oraculi texit auro. [23] Et fecit in oraculo

a. Nam simul iunctis, 40. annis deserti, cum 18. annis Iosue, & 325. Iudicum, atque 299. Regũ, fiunt anni, 480.

b. Triginta cubitorũ vsque ad primum cœnaculũ: nam tabulatum. Tota enim domus altitudo. 150. cubitorũ erat: vt 2. Para. 3. 4.

c. Malleus & securis vt quidã dicũt, non tulerantur, quia ex lapides quã trabes dolauerunt antequã adducerẽtur. In operatione tamẽ illorũ parum per audiri potuerũt, nisi hoc velut tribuere miraculo, vt videtur velle Richar. de S. Victore.

d. Quẽadmodũ enim Moyses aulæis pictis, coronis & pellibus texit tabernaculũ: ita Salomõ tabulis cedrinis sculptis templum.

e. Oraculũ qd dicitur sanctũ sanctorum, habebat. 20. cubitos longitudinis, & 20. latitudinis, & 30. in altitudine. In hiceta tamẽ habetur, & viginti in altitudine: qd intelligendum est de parte interposita inter sancta & oraculum. Comestor.

f. Sept. 11. Anno ante Christum 1011. Ante Iosue 580. Salomonis 3. Iubilæi primus 4. cycli 1. anni.

f. Itaque perfectum est templum domini 7. anno cum dimidio, & sic in octauo anno ab exordio ciui. Beda.

culo duos Cherubim de lignis oliuarum, decem cubitorum altitudinis. [24] Quinque cubitorum ala Cherub vna, & quinque cubitorum ala Cherub altera, id est, decem cubitos habentes, à summitate alæ vsque ad alæ alterius summitatem. [25] Decẽ quoq; cubitos habentes, à summitate alæ vsque ad alæ alterius summitatem. [26] Decẽ quoq; cubitorum erat Cherub secundus in mẽsura pari, & opus vnum erat in duobus Cherubim, [26] id est, altitudinem habebat vnus Cherub decem cubitorũ, & similiter Cherub secundus. [27] Posuítque Cherubim in medio templi interioris. Extendebant autẽ alas suas Cherubim, & tangebat ala vna parietem, & ala Cherub secũdi tangebat parietem alterum: alæ autem alteræ in media parte templi se inuicẽ contingebãt. [28] Texit quoque Cherubim auro. [29] Et omnes parietes templi per circuitum sculpsit variis cælaturis & torno. Et fecit in eis Cherubim, & palmas, & picturas varias, quasi prominentes de pariete, & egredientes. [30] Sed & pauimentum domus texit auro intrinsecus & extrinsecus. [31] Et in ingressu oraculi fecit duo ostiola de lignis oliuarũ, postésque angulorum quinque, [32] & duo ostia de lignis oliuarum. Et sculpsit in eis picturã Cherubim, & palmarum species, & anaglypha valde prominentia, & texit ea auro: & operuit tam Cherubim quàm palmas & cætera auro. [33] Fecítque in introitu tẽpli postes de lignis oliuarum quadrangulatos, [34] & duo ostia de lignis abiegnis altrinsecus, & vtrunque ostium duplex erat: & se inuicem tenens aperiebatur. [35] Et sculpsit Cherubim, & palmas, & cælaturas, valde eminentes: operuítque omnia laminis aureis, opere quadro ad regulam. [36] Et ædificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum, & vno ordine lignorum cedri. [37] Anno quarto fundata est domus domini in mense Zio. [38] Et in [f] anno vndecimo, mense Bul (ipse est mensis octauus) perfecta est domus in omni opere suo, & in vniuersis vtensilibus suis: ædificauítque eam annis septem.

DECLARATIO DVORVM TEMPLI SCHEMATVM SEQVENTIVM.

Prioris schematis declaratio.

AB	*Longitudo Lx. cubitorum.* AC *longitudo xx. cubitorum.* DE *Altitudo xxx. cubitorum.*
FG	*Porticus ante templum, xx. cubitorum longitudinis, & x. cubitorum latitudinis.*
H	*Fenestræ obliquæ, siue laxiores intrinsecus, & extrinsecus arctæ.*
IK	*Tabulata per gyrum tria, siue appendices: quarum ima quinque cubitos latitudinis habebat: media, sex: suprema, septem: singula altitudinis quinque cubitorum.*
MNO	*Retractiones, siue reductiones in murs templi, quibus innitebantur capita trabium. Vocamus gallice retraites. pro quibus trabes vertit interpres.*
P	*Cochlea.*
Q	*Sanctum sanctorum, siue oraculum: cuius longitudo & altitudo erant xx. cubitorum: altitudo autem cubitorũ xx. quod dum dicimus, eam partem altitudinis intelligimus quæ solo auro erat tecta. nam alij decem cubiti erant tecti lapillis pretiosis, & auro.*
R	*Templum siue sanctum pro foribus oraculi, xl. cubitorum longitudinis.*
S	*Arca fœderis* T *Cherubim duo, x. cubitorum altitudinis.*
V	*Ostiola, siue valuæ in introitu oraculi.*
X	*Velum quo distinguebatur sanctum à sancto sanctorum. 2. Par. 3. Matth. 27.*
Y	*Locus ostij templi: quod ideo non expressit pictor, ne reliquæ picturæ officeret.*
Z	*Candelabra decem, quinque ad dextram, & quinque ad sinistram. 2. Paral. 4.*
AA	*Mensa decem.* BB. *Altare thymiamatis.*

Alterius schematis declaratio.

A	*Atrium interius, quod & atrium sacerdotum dicitur.*
B	*Altare holocausti, longitudinis & latitudinis xx. cubitorum, & x. altitudinis.*
C	*Labra siue luteres. 2. Paral. 4.*
D	*Mare. 2. Para. 4.*
E	*Atrium populi, quod basilica, siue basilica grandis. 2. Paral. 4. & 6. dicitur: & Actor. 3. porticus Salomonis. hoc atrium nomine templi sæpe intelligitur in nouo testamento, vt Matthæi 21. Actor. 3. In hoc atrio concionabatur Christus, & ex eo vendentes & ementes eiecit.*
F	*Basis ænea, siue sug gestum, longitudinis & latitudinis quinque cubitorum, & altitudinis trium. 2. Para. 6.*
G	*Porta orientalis, quæ porta Sur. 4 Regum 11. & porta fundamenti. 2. Par. 23. dicitur. Hanc nonnulli putant eam esse quæ Actor. 3. dicitur porta Speciosa: quod omnium portarum orientalis esset pulcherrima.*
H	*Porta meridionalis.*
I	*Septentrionalis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

TEMPLVM SINE TECTO, CVM PORTICV SVA.



Templum tectum cum porticu sua, atrio Sacerdotum, & atrio populi.



Universidad de Deusto
Biblioteca

Palatium Salomonis in saltu, atque vxoris suæ, varia & sumptuosissima templi supellex. VII.

OMum † autem suam ædificauit Salomon tredecim annis, & ad perfectum vsque perduxit. [2] Ædificauit quoque domum saltus Libani cētum cubitorum longitudinis, & quinquaginta cubitorum latitudinis, & triginta cubitorum altitudinis, & quatuor deambulatoria inter columnas cedrinas. Ligna quippe cedrina exciderat in columnas, [3] & tabulatis cedrinis vestiuit totam cameram, quæ quadragintaquinque columnis sustentabatur. [4] Vnus autem ordo habebat columnas quindecim contra se inuicem positas, [5] & è regione se respicientes æquali spatio inter columnas, & super columnas quadrangulata ligna in cunctis æqualia, [6] & porticum columnarum fecit quinquaginta cubitorum lōgitudinis, & triginta cubitorum latitudinis: & alteram porticum in faciem maioris porticus, & columnas & epistylia super columnas fecit. [7] Porticum quoque solij, in qua tribunal * est, fecit: & texit lignis cedrinis à pauimento vsque ad summitatem: [8] & domuncula in qua sedebat ad iudicandum, erat in media porticu. Simili opere domum quoque fecit filię Pharaonis (†quam vxorem duxerat Salomon,) tali opere quali & hanc porticum. [9] Omnia lapidibus pretiosis, qui ad normam quandam atque mensuram tam intrinsecus quàm extrinsecus serrati erant, à fundamento vsque ad summitatem parietum, & intrinsecus vsque ad atrium maius. [10] Fundamēta autem de lapidibus pretiosis, lapidibus magnis, decem siue octo cubitorum, [11] & desuper lapides pretiosi æqualis mensuræ secti erant, similitérque de cedro. [12] Et atrium maius rotundum triū ordinum, de lapidibus sectis, & vnius ordinis dedolata cedro, necnon & in atrio domus domini interiori, & in porticu domus. [13] Misitque Rex Salomon, & tulit Hiram de Tyro [14] filium mulieris viduę de tribu Nephthalim, patre Tyrio, artificem ærariū, & plenū sapientia, intelligentia & doctrina ad faciendum omne opus ex ære. Qui cū venisset ad Regem Salomonem, fecit omne opus eius, [15] & finxit duas columnas æreas, decem & octo cubitorum altitudinis columnam vnam † & linea duodecim cubitorum ambiebat columnam vtranque. [16] Duo quoque capitella fecit, quæ ponerētur super capita columnarum, fusilia ex ære: quinque cubitorum altitudinis capitellum vnum, & quinque cubitorum altitudinis capitellum alterum, [17] & quasi in modum retis & catenarum sibi inuicem miro opere contextarum. Vtrunq; capitellum columnarum fusile erat. Septena versuum retiacula in capitello vno, & septena retiacula in capitello altero: [18] & perfecit columnas, & duos ordines per circuitum retiaculorum, vt tegerent capitella quæ erant super summitatem malorum granatorum. Eodem modo fecit & capitello secundo. [19] Capitella autem quæ erant super capita columnarum, quasi opere lilij fabricata erant in porticu quatuor cubitorum: [20] & rursum alia capitella in summitate columnarum desuper, iuxta mensuram columnæ contra retiacula. Malorum granatorum autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli secundi. [21] Et statuit duas columnas in porticu templi. Cúmque statuisset columnam dexteram, vocauit eam nomine Iachin: Similiter erexit columnam secundam, & vocauit nomen eius Booz. [22] Et super capita columnarum opus in modum lilij posuit, perfectúmque est opus columnarum. [23] Fecit quoque mare fusile decem cubitorum à labio vsque ad labium, rotundum in circuitu. Quinque cubitorum altitudo eius, & resticula triginta cubitorum cingebat illud per circuitū: [24] & sculpturæ subter labium circuibat illud, decem cubitis ambiens mare. Duo ordines sculpturarum striatarum erant fusiles. [25] & stabant super duodecim boues. E quibus tres respiciebant ad aquilonem, & tres ad occidentem, & tres ad meridiem, & tres ad orientem, & mare super eos desuper erat, quorum posteriora vniuersa intrinsecus latitabant. [26] Grossitudo autem luteris trium vnciarum erat, labiúmque eius quasi labium calicis, & folium repandi lilij. Duo milia batos capiebat, & tria milia metretas. [27] Et fecit bases decem æneas, quatuor cubitorū lōgitudinis bases singulas, & quatuor cubitorum latitudinis, & trium cubitorum altitudinis: [28] & ipsum opus basium interrasile erat. Et sculpturæ inter iuncturas, [29] & inter coronulas & plectas, leones & boues, & Cherubim, & in iuncturis similiter desuper. Et subter leones & boues, quasi lora ex ære dependentia, [30] & quatuor rotæ per bases singulas, & axes ærei: & per quatuor partes quasi humeruli subter luterem fusiles, cōtra se inuicē respectantes. [31] Os quoque luteris intrinsecus erat in capitis summitate, & quod forinsecus apparebat, vnius cubiti erat, totum rotundum: paritérque habebat vnum cubitum & dimidiū. In angulis autem columnarum variæ cælaturæ erant: & media intercolumnia, quadrata non rotunda. [32] Quatuor quoque rotæ quæ per quatuor angulos basis erāt, cohærebant sibi subter basim. Vna rota habebat altitudinis cubitum vnum & semis. [33] Tales autem rotæ erant, quales solēt in curru fieri. Et axes earum, & radij, & cāthi, & modioli, omnia fusilia. [34] Nam & humeruli illi quatuor per singulos agnulos basis vnius, ex ipsa basi fusiles & coniuncti erant. [35] In summitate autem basis erat quædā rotunditas vnius & dimidij cubiti, ita fabrefacta, vt luter desuper posset imponi, habens cælaturas suas, variásque sculpturas ex semetipsa. [36] Sculpsit quoque in tabulatis illis, quæ erant ex ære, & in angulis Cherubim & leones & palmas, quasi in similitudinem hominis stantis: vt non cælata, sed apposita per circuitum viderētur. [37] In hūc modum fecit decem bases fusura vna, & mensura sculpturáq; consimili. [38] Fecit quoque decem luteres æneos. Quadraginta batos capiebat luter vnus: erátque quatuor cubitorum. Singulósque luteres per singulas, id est, decem bases posuit, [39] & cōstituit decem bases, quinque ad dextram partem templi, & quinque ad sinistram: mare autem posuit ad dextram partem templi contra orientem ad meridiem. [40] Fecit quoq; Hiram leberes, & scutras, & amulas: & perfecit omne opus Regis Salomonis in templo domini, [41] columnas duas, & funiculos capitellorū super capita columnarū duos, & retiacula duo, vt operirent duos funiculos, qui erant super capita columnarū, [42] & malogranata quadringenta in duobus retiaculis: duos versus malorum granatorum in retiaculis singulis, ad operiēdos funiculos capitellorum, qui erant super capita columnarum: [43] & bases decem, & luteres decem super bases, [44] & mare vnum, & boues duodecim subter mare, [45] & lebetes & scutras & amulas. Omnia vasa quæ fecit Hirā Regi Salomoni in domo domini, de aurichalco erant. [46] In campestri regione Iordanis fudit ea Rex in argillosa terra, inter Soccoth & Zarthan. † [47] Et posuit Salomon omnia vasa in domo domini. † Propter multitudinem autem nimiā nō erat pondus æris. [48] Fecítque Salomon omnia vasa in domo domini, altare aureum, & mēsam super quam ponerentur panes propositionis auream, [49] & candelabra aurea quinq; ad dexteram, & quinque ad sinistram, contra oraculum ex auro puro: & quasi lilij flores, & lucernas desuper aureas, & forcipes aureos, [50] & hydrias, & fuscinulas, & phialas, & mortariola, & thuribula de auro purissimo: & cardines ostiorum domus interioris sancti sanctorum, & ostiorum domus templi, ex auro erant. † [51] Et perfecit omne opus quod faciebat Salomon in domo domini, & intulit quæ sanctificauerat Dauid pater suus, argentum & aurum & vasa: reposuítque in thesauris domus domini.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Duo schemata domus saltus Libani, siue domus columnarum, siue Regiæ rusticæ.

Primum schema domus saltus Libani, in quo sabulæ pariete, oculus tuus subiectum domus saltus Libani exactissime videre potest, & quodcunque ex longitudine, altitudine, & latitudine columnarum, & earum mansionis inferioris, & superioris.



A B Longitudo centum cubitorum.
A C Latitudo L. cubitorum.
D E Altitudo xxx. cubitorum. K L M
F G H I. Quatuor deambulatoria, siue portici quatuor ordines columnarum cedrinarum in inferiori parte domus, numero sexaginta: N Porticus columnarum, siue porticus seu vestibulum domus saltus Libani, L. cubitorum longitudinis, & lxxxviii. cubitorum latitudinis xxx. Porticus hæc obiecta & contuncta fronti domus columnarum, habebat contignationem vnà cum deambulationibus, & cubiculis, quæ omnia ex cedrinis columnis constabant, quarum numerum ignoramus, neque certo numero columnarum constabat, quanuis illi fex adiecerimus in vtroque schemate: quod tecimus vt intelligas eam quoque fuisse columnarum numerum habuisse, incertum tamen, quòd illum scriptura non exprimat.

Secundum schema, domus saltus Libani, in quo & alterum parietem regiæ ipsius, & alterum superiorem parietem regiæ huius rusticæ, multiplices fenestrarum ternariones, in vtroque latere superioris mansionis regiæ huius rusticæ, quod materiæ causa fuit.



neret quàm superior, quæ XLV. columnis tantum constabat. Superior mansio sortita est tam copiosum fenestrarum numerum, vt illa esset opportunior ventis hinc inde excipiendis. Saltus Libani in quo ædificatæ fuit regia hæc rustica, erat prope Ierusalem. Sic autē appellatus est, quòd amœnitate, pulchritudine, & cedrorum copia, cum ipso Libano certare videretur.

Totum ædificium regiæ saltus Libani oculis tuis non subiecimus: sed tantum illius partes quæ maiorem obscuritatem videbantur habere.

Porticus soliş seu tribunalis, id est porticus in qua ius reddebat populo Salomon, pertinebat ad regiam vrbanam, non ad rusticam. Absurdum enim esset dicere, Salomonem habuisse tribunal ruri, & non in vrbe. Hanc autem porticum, & domum filiæ Pharaonis quæ erat Salomoni vxor, non expressimus pictura, quòd earum metrum & formam scriptura non tradat.

ALTERA DESCRIPTIO COLVMNARVM ÆNEArum vestibuli templi.



A B *Altitudo xviij. cubitorum.*
C D *Linea siue filum ambiens, aut rotunditas xij. cubitorum.*
Capitellum altitudinis quinque cubitorum, factum ex duobus hemisphæriis contectum retiaculo. In singulis hemisphæriis erant singuli ordines malogranatorum sculptorum in ipsis maculis & internallis retiaculi. reliqua vero hemisphæriorum portio erat sparsa lilijs. A vertice autem capitelli dependebant septem funiculi.

t

Universidad de Deusto
Biblioteca

Descriptio maris, id est vasis continentis aquæ vim maximam.

AB Latitudo decem cubitorum.
CD Altitudo quinq; cubitorum.
EF Rotunditas triginta cubitorum.
G Cincturæ ornatæ tuberculis trecentis, instar cucurbitarum, in quibus deformata erant capita boū. 2. Paral. 4. In capitibus autem illis boum erāt salientes ad educēdam aquam.

LVTERIS, SIVE CONCHAE VNIVS E DECEM FORMA.

AB Longitudo basis, quatuor cubitorum.
AC Latitudo, quatuor cubitorum.
AD Altitudo, trium cubitorum.
E Prominentiæ.
F Cinctura, in qua imagines leonū, boum, & Cherubim.
G Rotæ quatuor, altitudinis cubiti & semis.
H Columella in formam capitelli, latitudinis cubiti & dimidij, & dimidij altitudinis, in qua cælatura Cherubim, leonū & palmarum.
I Humeruli siue fustentacula.
K Later, quatuor cubitorum in diametro.

Arca templum introducta, templum dedicatur, & multis orationibus ac victimis benedicitur. VIII

A Tunc † [a] congregati sunt omnes maiores natu Israel cum principibus tribuum, & duces familiarum filiorum Israel ad Regem Salomonem in Ierusalem, vt deferrent arcam fœderis domini de ciuitate Dauid, id est de Sion. [2] Conuenitq; ad Regem Salomonem vniuersus Israel in mense [b] Ethanim, in solēni die: ipse est mensis septimus. [3] Venerúntq; cuncti senes de Israel, & tulerunt arcam sacerdotes, [4] & portauerūt arcam domini, & tabernaculum fœderis, & omnia vasa sanctuarij quæ erant in tabernaculo: & ferebant ea sacerdotes & Leuitæ. [5] Rex autem Salomon & omnis multitudo Israel quę conuenerat ad eum, gradiebatur cum illo ante arcam, & immolabant oues & boues absque æstimatione & numero. [6] Et intulerunt sacerdotes arcam fœderis domini in locum suum, in oraculum templi in sanctum sanctorum, subter alas Cherubim. [7] Siquidem Cherubim expandebant alas super locum arcæ, & protegebant arcam, & vectes eius desuper. [8] Cúmq; eminerent vectes, & apparerēt summitates eorum foris sanctuarium ante oraculum, non apparebant vltrà extrinsecus: qui & fuerunt ibi vsque in præsentem diem. † [9] In arca autem non erat aliud nisi duæ tabulæ lapideæ, † quas posuerat in ea Moyses in Horeb, quando pepigit dominus fœdus cum filiis Israel, cum egrederentur de terra Ægypti. [10] Factum est autem cum exissent sacerdotes de sanctuario, [c] nebula impleuit domum domini, [11] & non poterant sacerdotes stare & ministrare propter nebulam. Impleuerat enim gloria domini domū domini. [12] Tunc ait Salomon: † Dominus dixit vt habitaret in nebula. [13] Ædificans ædificaui domū in habitaculum tuum, [d] firmissimum solium tuum in sempiternum. [14] Conuertitq; Rex faciem suam & benedixit omni Ecclesiæ Israel. Omnis enim Ecclesia Israel stabat. [15] Et ait Salomon: Benedictus dominus deus Israel, qui locutus est ore suo ad Dauid patrem meum, & in manibus eius perfecit, dicens: [16] A die qua eduxi populum meum Israel de Ægypto, nō elegi ciuitatē de vniuersis tribubus Israel, vt ędificaretur domus, & esset nomen meū ibi: sed elegi Dauid vt esset super populum meum Israel. † [e] [17] Voluitq; Dauid pater meus ædificare domum nomini domini dei Israel: [18] & ait dominus ad patrē meum: Quod cogitasti in corde tuo ædificare domum nomini meo, bene fecisti, hoc ipsum mēte tractans: † [19] veruntamen tu non ædificabis mihi domū, sed filius tuus qui egredietur de renibus tuis, ipse ædificabit domū nomini meo. [20] Cōfirmauit dominus sermonem suum quem locutus est, stetiq; pro Dauid patre meo, & sedi super thronum Israel, sicut locutus est dominus: & ædificaui domum domini dei Israel: [21] & cōstitui ibi locum arcæ in qua fœdus domini est, quod percussit cum patribus nostris quādo egressi sunt de terra Ægypti. [f] [22] Stetit autem Salomon ante altare domini in conspectu Ecclesiæ Israel, & expādit manus suas in cœlū, [23] & ait: † Domine deus Israel, nō est similis tui deus in cœlo desuper, & super terram deorsum, qui custodis pactum & misericordiā seruis tuis qui ambulant corā te in toto corde suo, [24] qui custodisti seruo tuo Dauid patri meo quę locutus es ei. Ore locutus es, & manib⁹ perfecisti, vt hęc dies probat. [25] Nunc igitur domine deus Israel cōserua famulo tuo Dauid patri meo quæ locutus es ei, dicens. † Non auferetur de te vir coram me, qui sedeat super thronum Israel: ita tamen, si custodierint filij tui viam suam, vt ambulent coram me sicut tu ambulasti in cōspectu meo. [26] Et nunc domine deus Israel firmētur verba tua quæ locutus es seruo tuo Dauid patri meo. [27] Ergóne putandū est quòd verè deus habitet super terram? Si enim cœlum & cœli cœlorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc, [g] quam ædificaui tibi? [28] Sed respice ad orationem serui tui, & ad preces eius domine deus meus. Audi hymnum & orationem quam seruus tuus orat coram te hodie, [h] [29] vt sint oculi tui aperti super domū hāc nocte ac die: super domū de qua dixisti, † Erit nomē meum ibi, [30] vt exaudias orationem quam orat in loco isto ad te seruus tuus: vt exaudias deprecationem serui tui & populi tui Israel, † quodcunque

a. Vocauerat enim eos Salomon ex tota Iudæa, vt populum monerēt venire ad templi dedicationem Ierosolymis, & arcam in templum dei portandā videre. Iosephus.
b. Ethanim, qui & Tisri, nostro respōdens Septembri, qui ferè tocus solēnis erat, vt septimus mensium, sicut sabbatum septimus dierū, & septimus annus erat annus requietionis.

c. Tam dēsa nubes templū impleuit, & facies sacerdotum obumbrauit, vt se inuicem videre non possent. Iosephus ibidem.
d. Habitaculum in quo habires, hoc est, Dominus enim antea multas habuerat mansiones, sed non firmissimas: vtpote in deserto vbi fixum est tabernaculum, in Galgala, in Silo, in Nobe, in Gabaon, & in Sion, & in Gabaa.

e. Salomon qui interpretatur pacificus, ipsum tedemptorem nostri typicè designat. Templum quod ædificauit, catholica eiꝰ ecclesia est quā de vniuersis per orbem credentibus quasi de viuis lapidibꝰ in vnam sitæ fidei & charitatis cōpagem aggregauit. Beda.
f. Quia ergo Salomon templum ædificauit deo, ostendit se colere deum. Et vnde ædificauit? de lignis & lapidibꝰ: quia dignatus est deus facere sibi per seruum suum domum in terra, vbi rogaretur, vbi moraretur. Vnde dicit beatus Stephanus Salomon ædificauit illi domum. Augustin. de Symbolo ad Catechumenos.
g. Nō enim ex proprio necessitate ipse, sed à deo Salomon cuncta didicit, & descripsit mente cœlitus capiens ipsum designauit & erexit. Veruntamen templum tam pulchrum, & mirabile, & sanctum, vt neutibus ipsa perderis, tantæ ignominiæ habitum est, sicq; contemptum & prophanū redditū vt ante captiuitatem spelunca vocaretur latronum. Chrysostom. ad populū Antioche. homil. 17.
h. Cum deus sit naturæ incōprehensibilis, qui nullo tēpore vel loco circumscribi potest, templum manufactum ædificauit, quo nō circumscriberis, sed in illo exhibes & ostendis quid declarat oculos tuos nō dormū hāc apertos esse nocte & interdiu. Procop. ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

orauerit in loco isto,& exaudies in loco habitaculi tui in cœlo:& cũ exaudieris,propitius eris.[31] Si peccauerit homo in proximum suum,& habuerit aliquod iuramentũ quo teneatur adstrictus,& venerit propter iuramentum coram altari tuo in domum tuam,[32] tu exaudies in cœlo,& facies, & iudicabis seruos tuos, cõdemnans impium, & reddens viam suam super caput eius,iustificánsq; iustum,& retribuens ei secundũ iustitiam suam.[33] Si fugerit populus tuus Israel inimicos suos,(quia peccaturus est tibi,)& agentes pœnitentiam,& confitentes nomini tuo, venerint, & adorauerint, & deprecati te fuerint in domo hac:[34] exaudi in cœlo, & dimitte peccatum populi tui Israel,& reduces eos in terram quam dedisti patribus eorum.[35] Si clausum fuerit cœlum,& non pluerit propter peccata eorum,& orantes in loco isto pœnitentiam egerint nomini tuo,& a peccatis suis cõuersi fuerint propter afflictionem suam:[36] exaudi eos in cœlo,& dimitte peccata seruorũ tuorum,& populi tui Israel: & ostende eis viam bonam per quam ambulẽt,& da pluuiam super terrã quam dedisti populo tuo in possessionẽ.[37] Fames si oborta fuerit in terra,aut pestilentia,aut corruptus aër, aut ærugo,aut locusta,vel rubigo,& afflixerit eum inimicus eius portas obsidens,omnis plaga,vniuersa infirmitas,[38] cuncta deuotatio & imprecatio quæ acciderit omni homini de populo tuo Israel : si quis cognouerit plagã cordis sui,& expanderit manus suas in domo hac,[39] tu exaudies in cœlo in loco habitationis tuæ,& repropitiaberis, & facies vt des vnicuiq; secundũ omnes vias suas,sicut videris cor eius:† quia tu nosti solus cor omniũ filiorum hominũ,[40] vt timeant te cunctis diebus quibus viuunt super faciẽ terræ,quam dedisti patribus nostris.[41] Insuper & alienigena qui nõ est de populo tuo Israel,cum venerit de terra longinqua propter nomẽ tuum: (audietur enim nomen tuum magnum,& manus tua fortis,[42] & brachium tuum extentum vbique:)Cum venerit ergo,& orauerit in hoc loco,[43] tu exaudies in cœlo in firmamento habitaculi tui,& facies omnia pro quibus inuocauerit te alienigena: vt discãt vniuersi populi terrarum nomen tuum timere,sicut populus tuus Israel, & probẽt quia nomen tuum inuocatũ est super domũ hanc quam ædificaui.[44] Si egressus fuerit populus tuus ad bellum cõtra inimicos suos,per viam quocunque miseris eos,orabunt te contra viam ciuitatis quam elegisti,& cõtra domum quam ædificaui nomini tuo,[45] & exaudies in cœlo orationes eorum,& preces eorum, & facies iudicium eorum.[46] Quòd si peccauerint tibi,†(non est enim homo qui nõ peccet:)& iratus tradideris eos inimicis suis,& captiui ducti fuerint in terrã inimicorũ lõge vel prope,[47] & egerint pœnitentiam in corde suo in loco captiuitatis,& conuersi deprecati te fuerint in captiuitate sua,dicẽtes:† Peccauimus,iniquè egimus,impiè gessimus:[48] & reuersi fuerint ad te in vniuerso corde suo , & tota anima sua,in terra inimicorũ suorũ ad quam captiui ducti fuerint,& orauerint te contra viã terrę suæ quã dedisti patribus eorum, & ciuitatis quã elegisti,& templi quod ædificaui nomini tuo:[49] exaudies in cœlo in firmamẽto solij tui orationes eorũ,& preces eorũ,& facies iudicium eorũ,[50] & propitiaberis populo tuo qui peccauit tibi,& omnibus iniquitatibus eorũ quib⁹ præuaricati sunt in te:& dabis misericordiã coram eis qui eos captiuos habuerint,vt misereatur eis.[51] Populus enim tuus est,& hæreditas tua,quos eduxisti de terra Ægypti de medio fornacis ferreæ:[52] vt sint oculi tui aperti ad deprecationẽ serui tui & populi tui Israel,& exaudies eos in vniuersis pro quib⁹ inuocauerint te.[53] Tu enim separasti eos tibi in hęreditatẽ de vniuersis populis terræ,sicut locutus es per Moysen seruum tuũ,quando eduxisti patres nostros de Ægypto,domine deus.[54] Factũ est autẽ cum cõplesset Salomõ orans dominũ omnem orationẽ & deprecationẽ hanc, surrexit de cõspectu altaris domini. Vtrunq; enim genu in terrã fixerat, & manus expanderat ad cœlũ.[55] Stetit ergo,& benedixit omni Ecclesiæ Israel voce magna, dicẽs:[56] Benedictus dominus qui dedit requiẽ populo suo Israel,iuxta omnia quæ locutus est. Non cecidit ne vnus quidẽ sermo ex omnibus bonis quæ locutus est per Moysen seruum suũ.[57] Sit dominus deus noster nobiscũ,sicut fuit cũ patribus nostris , nõ derelinquẽs nos,neq; proiiciens:[58] sed inclinet corda nostra ad se,vt ambulemus in vniuersis viis eius,

1. Videne audias quod olim audiere Iudæi. Nãlli postquam è captiuitate reuersi templum materiale cõspicièces neglectum, priuatas ędes suas exornarunt,adeò deũ exasperarũt, vt mitteret eis prophetã Haggæũ, qui famẽ minitaretur, magnamq; rerũ necessariarũ penuriã,atq; hanc commirationis causam eloquerentur.Hagg.vi.1.cap.
Quia domus mea deserta est , & vos festinatis vnusquisq; in domũ suam , propter hoc super vos prohibiti sunt cœli ne darent rorem , & terra prohibita est ne daret germẽ suũ. Et vocaui siccitatẽ super terrã, &c. Quãd ⁊ illius cęlipinegligentia cæcã excitauit irã numinis, multo magis huius templi neglectus ad iracũdiam prouocabit dominũ. Siquidẽ hoc templum est illo honoratius, quo plura habet: sanctimoniæ symbola. Cirysost. in homil. de Hãna & Samuelis educatione.

k Nec ipsos Iudæos existimo audere contendere ne minem perinuisse ad deũ præter Israelitas , ex quo propagatio cœpit esse reprobato eius fratre maiore. Populꝰ enim reuera,qui populus dei propriè dicetur, nullus alius fuit. Augustin. de ciuit. dei lib.18. ca. 47.

eius,& custodiamus mandata eius,& [l] ceremonias, & iudicia quæcunque mandauit patribus nostris,[59] & sint sermones mei isti quibus deprecatus sum corã domino appropinquantes coram domino deo nostro die ac nocte:vt faciat iudicium seruo suo, & populo suo Israel per singulos dies,[60] & sciãt omnes populi terræ,quia dominus ipse est deus,& nõ est vltrà absq; eo:[61] sit quoq; cor nostrum perfectum cum domino deo nostro,vt ambulemus in decretis eius,& custodiamus mandata eius, sicut & hodie.[62] Igitur Rex & omnis Israel cum eo immolabant victimas coram domino.[63] Mactauitq; Salomon hostias pacificas,quas immolauit domino,boum vigintiduo milia,& ouium centum viginti milia. Et dedicauerunt templum domini Rex & filij Israel.[64] In die illa sanctificauit Rex medium atrij quod erat ante domum domini. †Fecit quippe holocaustum ibi,& sacrificium,& adipem pacificorum:quoniã altare æreum quod erat coram domino,minus erat,& capere non poterat holocaustum,& sacrificium,& adipem pacificorũ.[65] Fecit ergo Salomon in tempore illo festiuitatem [m] celebrem, & omnis Israel cum eo multitudo magna ab introitu Hemath vsque ad riuum Ægypti,corã domino deo nostro septem diebus & septem diebus,id est,quatuordecim diebus,[66] & in die octauo dimisit populos. Qui benedicentes Regi, profecti sunt in tabernacula sua lætantes,& alacri corde super omnibus bonis quæ fecerat dominus Dauid seruo suo,& Israel populo suo.

l. Siquidẽ omnes ceremoniæ,omnes ritus, & sacrificia, purificationes & neomeniæ, originem à gẽtium ruditate traxerũt . Sed deceptorum saluto, per ea ipsa se coli passus est, per quæ dæmones illi coluerãt aliquãdiu illa in melius inflectens, vt eos paulatim & à cõsuetudine sua reduceret,& ad philosophiã perduceret altiorem. Chrysosto. in 1. cap. Matth. hom. 4.

m. Hæ sunt veræ solennitates dei quas cõsequentius quis Pentateuchum differẽs interpretabitur. Prima virtus est facere dicta, nõ tãtũ docere quæ nouerit, sed omnes festiuitates deducendas præcipere, quæ & ipse obseruauerit. Hieron. in 44. cap. Ezechielis.

Dominus Salomoni secundo apparens,iubet illi seruare præcepta. Ædificans autem Salomon ciuitates, gentes fecit sibi tributarias,& classem misit in Ophir. IX.

FActum † est autem cum perfecisset Salomon ædificiũ domus domini, & ędificiũ Regis,& omne quod optauerat & voluerat facere,[2] apparuit ei dominus secũdò,sicut apparuerat ei in Gabaon.[a] [3] Dixitq; dominus ad eum:Exaudiui orationẽ tuam & deprecationem tuã quam deprecatus es coram me.Sanctificaui domum hanc quam ædificasti,vt ponerẽ nomen meũ ibi in sempiternum, & erunt oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus.[4] Tu quoq; si ambulaueris coram me sicut ambulauit pater tuus in simplicitate cordis,& in æquitate,& feceris omnia quæ præcepi tibi , & iudicia mea seruaueris & legitima mea,[5] ponam thronũ regni tui super Israel in sempiternum,sicut locutus sum Dauid patri tuo,dicens: † Non auferetur vir de genere tuo de solio Israel.[b] [6] Si autẽ auersione auersi fueritis vos & filij vestri,nõ sequentes me,nec custodientes mãdata mea,& ceremonias quas proposui vobis,sed abieritis & colueritis deos alienos,& adoraueritis eos:[7] auferam Israel de superficie terræ quam dedi eis: & templum quod sanctificaui nomini meo,proiiciam à conspectu meo, erítq; Israel in prouerbium & in fabulam cunctis populis,[8] & domus hæc erit in exemplum. Omnis qui transierit per eam,stupebit,& sibilabit,& dicet:† Quare fecit dominus sic terrę huic,& domui huic?[9] Et respõdebunt: quia dereliquerunt dominum deum suum qui eduxit patres eorum de terra Ægypti,& secuti sunt deos alienos,& coluerunt eos, & adoraverunt eos : idcirco induxit dominus super eos omne malum hoc. †[c] [10] Expletis autẽ annis viginti postquam ædificauerat Salomõ duas domos,id est domum domini,& domũ Regis.[11] Hiram Rege Tyri præbente Salomoni ligna cedrina , & abiegna, & aurum iuxta omne quod opus habuerat:tunc dedit Salomon Hiram viginti oppida in terra Galilææ.[12] Et egressus est Hiram de Tyro,vt videret oppida quæ dederat ei Salomõ: & nõ placuerũt ei,[13] & ait:Hæccine sunt ciuitates quas dedisti mihi frater ? Et appellauit eas terram Cabul, vsq; in diẽ hanc.[14] Misit quoq; Hiram ad Regẽ Salomonem centũ viginti talenta auri.[15] Hæc est summa [d] expensarum quẽ obtulit Salomon Rex ad ædificandũ domũ domini,& domũ suam,& Mello,& murũ Ierusalẽ,& Heser,& Mageddo,& Gazer.[16] Pharao enim Rex Ægypti ascẽdit,& cepit Gazer, succenditq; eam igni,& Chananæũ qui habitabat in ciuitate,interfecit,& dedit eã in dotem filiæ suæ vxori Salomonis.[17] Ædificauit ergo Salomon Gazer,& Bethoron inferiorẽ,[18] & Baalath , & Palmiram in terra solitudinis ,[19] & omnes vicos qui ad se pertinebant,

a. Salomon spiritũ habuit prophetiæ, ideo deus frequenter apparuit ei in visione prophetica & imaginaria. Dionysius.

b. Sed & Salomõ filius Dauid qui Ierosolymam condidit , eam ipsam periturã esse in vltionem Sanctæ cruc is prophetauit. Quod si auertimini à me dicit dominus, &c. & subdit causam: Quia, inquit, dereliquerũt dominũ deũ suum: & persecuti sunt Regem suum dilectissimum Deo, & crucia uerunt illum in humilitate magna,propter hoc importauit deus illis mala hæc Lactan. lib. 4. cap. 18.

c. Quoniam septem annis ædificauit domum domini & tredecim annis domum regiam.

d. Quam tributi nomine Rex Salomon leuauit. exigebat enim à gentibus solũ tributa & operarios,à filiis Israel verò bellatores , & præfectos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& erant absq; muro, muniuit & ciuitates curruum, & ciuitates equitum, & quodcũque ei placuit vt edificaret in Ierusalẽ & in Libano, & in omni terra potestatis suæ. [20] Vniuersum populum qui remãserat de Amorræis, & de Hethæis, & Pherezæis, & Heuæis, & Iebusæis, qui nõ sunt de filiis Israel: [21] horũ filios qui remanserant in terra, quos scilicet non potuerant filij Israel exterminare, fecit Salomon tributarios vsque in diem hanc. [22] De filiis autem Israel nõ constituit Salomon seruire quẽquam, sed

e. De filiis autẽ Israel nullũ fecit Salomon seruum, sed erant viri bellatores & ministri eius: ex quibus erant sup omnia opera Salomonis præpositi 550. Comest. ibidem.

D erant viri bellatores, & ministri eius, & Principes, & Duces, & Præfecti currum, & equorum, [23] Erãt autem Principes super omnia opera Salomonis præpositi quingẽti quinquaginta, qui habebant subiectũ populũ, & statutis operibus imperabãt. † [24] Filia autem Pharaonis ascendit de ciuitate Dauid in domum suam quam ædificauerat ei Salomõ. Tunc ædificauit Mello. [25] Offerebat quoq; Salomõ tribus vicibus per annos singulos holocausta & pacificas victimas super altare quod ædificauerat domino, & adolebat thymiama corã domino. Perfectúmq; est templum. [26] Classem quoq; fecit Rex Salomon in f Asiongaber, quę est iuxta Ahilã in littore maris Rubri, in terra Idumææ. [27] Misitq; Hiram in classe illa seruos suos viros nauticos & gnaros maris, cum seruis Salomonis: [28] qui cum venissent in Ophir, sumptum inde aurum quadringentorum viginti g talentorum, detulerunt ad Regem Salomonem.

f. Asiõgaber portus est maris Rubri. 22. mansio filiorũ Israel in deserto 5. in quo postea classis Iosaphat extructa est. Bucher. ibidem.

g. Talentum inxta Hebræos continuit sexaginta libras vulgares, & cẽtum viginti libras templi. Mẽsura enim & moneta templi dupla erat ad vulgarem.

Regina Saba Salomonis mirata sapientiam, magnificentiam & regimen, datis muneribus & amplioribus susceptis discessit: Salomon autem multum tributum, vasa & scuta sed & magnificum construxit thronum, & multam aggregauit supellectilem in vasis, curribus & equis. X.

a. Reginã Saba (quæ nomine Nicaula dicebãt) Christus reginam Austri vocauit. Vnde manifestum est quòd Saba versus meridiẽ sita est respectu Palestinæ. Cuius est Arabiæ felicis, regia olim sedes Gasparis Magi, qui de auro Arabia dona puero Iesu actulit: sexcentis & amplius leucis Gallicis itinere à Ierusalẽ distans.

SEd †& [a] Regina Saba audita fama Salomonis in nomine domini, venit A tentare eum in ænigmatibus. [2] Et ingressa Ierusalem multo cum comitatu, & diuitiis, camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis, & gemmas pretiosas, venit ad Regem Salomonem: & locuta est ei vniuersa quæ habebat in corde suo. [3] Et docuit eam Salomon omnia verba quę proposuit. Nõ fuit sermo qui Regem posset latere, & non responderet ei. [4] Videns autem Regina Saba omnem sapientiam Salomonis, & domum quam ædificauerat, [5] & cibos mensę eius, & habitacula seruorum, & ordines ministrantium, vestésq; eorum, & pincernas, & holocausta quæ offerebat in domo domini, non habebat vltrà spiritum: [6] dixítque ad Regem: Verus est sermo quem audiui in terra mea, [7] super sermonibus tuis, & super sapientia tua: & non credebam narrantibus mihi, donec ipsa veni, & vidi oculis meis, & probaui quòd media pars mihi nunciata non fuerit. Maior est sapientia & opera tua, quàm rumor quem audiui. [8] Beati viri tui, & beati serui tui, qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam. [b] [9] Sit dominus deus tuus benedictus, cui cõplacuisti, & posuit te super thronum Israel, cò quòd dilexerit dominus Israel in sempiternum: [c] & constituit te Regem, vt faceres iudicium & iustitiam. [10] Dedit ergo Regi centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretiosas. Non sunt allata vltrà aromata tam multa quàm ea quę dedit Regina Saba Regi Salomoni. [11] Sed & classis Hiram quæ portabat aurum de Ophir, attulit ex Ophir ligna thyina multa nimis, & gemmas pretiosas. [12] Fecítq; Rex de lignis thyinis fulcra domus domini, & domus regiæ, & citharas lyrásque cantoribus. Non sunt allata huiusce modi ligna thyina neque visa vsq; in præsentem diem. [13] Rex autem Salomon dedit reginæ Saba omnia quæ voluit & petiuit ab eo: exceptis iis quæ vltro obtulerat ei munere regio. Quæ reuersa est, & abiit in terram suam cum seruis suis. [14] Erat autem pondus auri quod offerebatur Salomoni per annos singulos, sexcentorum sexaginta talentorum auri: [15] excepto eo quod offerebant viri qui super vectigalia erant, & negociatores, vniuersíq; scuta vendentes, & omnes Reges Arabiæ, Ducésq; terræ. [16] Fecit c quoque Rex Salomon ducenta scuta de auro purissimo (sexcẽtos auri siclos dedit in laminas scuti vnius) [17] & trecentas peltas ex auro probato. Trecentæq; minę auri vnã peltam

b. Hæc Regina dixit expia confidentia, quia speraret regem tam sapientem in sapientia permansurum vsq; in finem. Diony. ibidem.

c. Ita pręcęteris admirabatur Regina, domũ saltus, & supra templi fabricã ordinem quoque & frequentium ministrantium in templo, rerum vero ordinem & distinctionem seruientium Regi in mensa. Com. ibidem.

peltam vestiebant. Posuítq; eas Rex in domo saltus Libani. [18] Fecit etiam Rex Salomon thronum de ebore grãdem, & vestiuit eum auro fuluo nimis, [19] qui habebat sex gradus, & summitas throni rotunda erat in parte posteriori, & duæ manus hinc atq; inde tenentes sedile, & duo leones stabãt iuxta manus singulas, [20] & duodecim leunculi stantes super sex gradus hinc atque inde. Non est factum tale opus in vniuersis regnis. [21] Sed & omnia vasa de quibus potabat Rex Salomon, erant aurea: & vniuersa supellex domus saltus Libani de auro purissimo. Non erat argẽtum nec alicuius pretij putabatur in diebus Salomonis, [22] quia classis Regis per mare cum classe Hiram semel per tres annos ibat in [d] Tharsis, deferens inde aurum & argentum, & dentes e- D lephantorum, & simias, & pauos. † [23] Magnificatus est ergo Rex Salomon super omnes Reges terræ diuitiis & sapiẽtia, [24] & vniuersa terra desiderabat vultum Salomonis, vt audiret sapientiã eius, quam dederat deus in corde eius, [25] & singuli deferebãt ei munera, vasa argentea & aurea, vestes & arma bellica, aromata quoq; & equos, & mulos, per annos singulos. [26] Congregauítq; Salomon currus & equites, & facti sunt ei mille quadringẽti currus, & duodecim milia equitum, & disposuit eos per ciuitates munitas, & cum Rege in Ierusalem. [27] Fecítq; vt tanta esset abundantia argenti in Ierusalem, quanta & lapidum: & cedrorum præbuit multitudinem, quasi sycomoros quæ nascuntur in campestribus. [28] Et educebantur equi Salomoni de Ægypto, & de Choa. Negociatores enim Regis emebant de Choa, & statuto pretio perducebant. [29] Egrediebatur autem quadriga ex Ægypto sexcentis siclis argenti, & equus cẽtum quinquaginta. Atque in hunc modum cuncti Reges Hethęorum & Syriæ equos venundabant.

d. Regio est Indiæ, vt & ipsum mare cæruleũ sępe solis radiis repercussum colorem lapidum cæruleũ nominis trahat, & à colore nomen acceperit. Hieronym. Animæ cosmographis creditur esse in Aphrica, & nunc vocari Zaphalla, vbi aurifodina hodie micatur.

Salomon per mulieres alienigenas infatuatus, ad earum idola conuertitur, vnde regni meretur Ahia prophetante diuisionem. XI.

a. Salomon in tantũ fecit, est hîc dimen, vt septuaginta habuerit vxores, & trecentas cõcubinas, & adoleuerit cenulas & scorta passus quorum non erat numer⁹, neglectóq; deo patrũ suorum extructeris idola gentium plurimarum, & fuerit non vt prius idida, id est amabilis domini, sed amator mulierum. Hierony ad Vita. to. 3.

REx † [a] autem Salomon amauit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis, & Moabitidas, & Ammonitidas, Idumæas, & Sidonias, & Cethæas, [2] de gentibus super quibus dixit dominus filiis Israel: † Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingrediẽtur ad vestras. Certissimè enim auertent corda vestra, vt sequamini deos earum. His itaque copulatus est Salomon ardẽtissimo amore. † [3] Fuerúntque ei vxores quasi reginæ septingentę, & concubinæ trecentæ. † Et auerterunt mulieres cor eius. [b] [4] Cúmque iam esset senex, deprauatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur deos alienos, nec erat cor eius perfectum cum domino deo suo sicut cor Dauid patris eius: [5] sed colebat Salomon Astharten deam Sidoniorum, & Chamos deum Moabitarum, & Moloch idolum Ammonitarum. [6] Fecítque Salomon quod non placuerat coram domino, & non adimpleuit vt se- B quereturdominum sicut Dauid pater eius. † [7] Tunc ædificauit Salomõ fanum Chamos idolo Moab in monte qui est contra Ierusalem: & Moloch idolo filiorum Ammon. [c] [8] Atque in hunc modum fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis, quæ adolebant thura, & immolabãt diis suis. [9] Igitur iratus est dominus Salomoni, quòd auersa esset mens eius à domino deo Israel, † qui apparuerat ei secundò, [10] & præceperat de verbo hoc ne sequeretur deos alienos: & non custodiuit quæ mandauit ei dominus. [11] Dixit itaque dominus Salomoni. † Quia habuisti hoc apud te, & non custodisti pactum meum, & præcepta mea quæ mandaui tibi, dirumpens scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo: [12] veruntamen in diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuum. De manu filij tui scindam illud, [13] nec totum regnum auferam, sed [d] tribũ c vnam dabo filio tuo propter Dauid seruum meum, & Ierusalem quam elegi. [14] Suscitauit autem dominus [e] aduersarium Salomoni Adad Idumæum de semine regio, qui erat in Ædom. † [15] Cum enim esset Dauid in Idumæa, & ascẽdisset Ioab princeps militiæ ad sepeliendũ eos qui fuerant interfecti, & occidisset omne masculinum in Idumæa, [16] (sex enim mensibus ibi moratus est Ioab & omnis Israel, donec interimeret omne masculinũ in Idumæa:) [17] fugit Adad ipse, & viri Idumæi de seruis patris eius

b. Salomon quippe immoderato vĩu atque assiduitate mulierum ad hoc vsque perductus est. vt templum idolis fabricaret: & qui prius templum construxerat deo, assiduitate libidinis & perfidiæ subtractus idolis templa construere non timuit. Gre. lib. 11. Moral. c. 11. & recitatur. 32. q. 4. cap. Salomon.

c. Salomõ est amore mulierũ colarum deos gentilũ coleret, tamẽ vniuersa plebs Israelitica ad eius iudicia confugiebat. Aug. ad quæstã comitẽ, & recitatur. 32. q. 7. cap. Id. Nec Salomonẽ credibile est errore putasse idolis esse ferumendum, sed blandimit fœmineis ad illa sacrilegia fuisse copulsum. Augu de ciui. dei. lib. 14. c. 11. Idem. Et vsque adeo lasqueus illi fuit illa cupiditas, vt à mulieribus etiam idolis sacrificare cogerentur: sicut de illo scriptura testis est. Aug. in Psa. 126.

d. Connumeratur enim tribus Beniamin tribui Iudæ, quia eadem ferè fors erat ambarum.

e. Admonendi sunt qui in hoc mundo prosperantur, vt cõsiderent quia Salomõ qui post tãtam sapientiam vsque ad idololatriæ cecidisse describitur: nihil in hoc mũdo prius quam cauere aduersitatis habuisse memoratur, sed concessa sapiẽtia funditus cor deseruit: quod nulla vel maxima tribulationis disciplina cuidam dicit. Greg. 1. parte Pastoralis, admonitione. 27.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum eo,vt ingrederetur Ægyptum. Erat autem Adad puer paruulus.[18] Cúmq; surrexissent de Madian, venerunt in Pharan. Tulerúntque secum viros de Pharan,& introierunt Ægyptum ad Pharaonem Regem Ægypti. Qui dedit ei domum, & cibos cõstituit,& terram delegauit.[19] Et inuenit Adad gratiam coram Pharaone valde, intantũ vt daret ei vxorẽ sororem vxoris suæ germanã Thaphnes Reginæ.[20] Genuitq; ei soror Thaphnes Genubath filium,& nutriuit eum Thaphnes in domo Pharaonis. Erátq; Genubath habitans apud Pharaonẽ cum filiis eius.[21] Cúmq; audisset Adad in Ægypto dormisse Dauid cum patribus suis,& mortuum esse Ioab Principẽ militiæ, dixit Pharaoni: Dimitte me,vt vadam in terram meam.[22] Dixítq; ei Pharao:† Qua enim re apud me indiges, vt quæras ire ad terram tuam? At ille respondit:Nulla:sed obsecro te vt dimittas me.[23] Suscitauit quoq; ei deus [f] aduersarium Razon filium Eliadam,qui fugerat Hadadæzer Regem Soba dominum suum:[24] & cõgregauit contra eum viros:& factus est princeps latronum cum interficeret eos Dauid:abierúntq; Damascum,& habitauerunt ibi,& constituerunt eum Regem in Damasco,[25] erátq; aduersarius Israel cunctis diebus Salomonis. Et hoc est malum Adad,& odium contra Israel,regnauítq; in Syria.[26] Ieroboam quoq; filius Nabath Ephrathæus de Sareda,seruus Salomonis,cuius mater erat nomine Serua mulier vidua,leuauit manũ cõtra Regem.[27] Et hæc causa rebellionis aduersus eum, quia Salomon ædificauit Mello, & coæquauit voraginem ciuitatis Dauid patris sui.[28] Erat autem Ieroboam vir fortis & potens. Vidénsq; Salomon adolescentem bonæ indolis & industrium, constituerat eum præfectum super tributa vniuersæ domus Ioseph.[29] Factum est igitur in tempore illo vt Ieroboam egrederetur de Ierusalem,& inueniret eum Ahias Silonites propheta in via, opertus pallio nouo. Erant autem duo tantùm in agro.[30] Apprehendénsque Ahias pallium suum nouum quo coopertus erat,scidit in duodecim partes,[31] & ait ad Ieroboã: Tolle tibi decem scissuras. Hæc enim dicit dominus deus Israel: [g] Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus.[32] Porrò vna tribus remanebit ei propter seruum meum Dauid, & Ierusalem ciuitatem,quam elegi ex omnibus tribubus Israel,[33] eo quòd dereliquerit me,& adorauerit Astharten deam Sidoniorum, & Chamos deũ Moab, & Moloch deum filiorũ Ammon:[h] & non ambulauerit in viis meis,vt faceret iustitiã coram me,& præcepta mea & iudicia sicut Dauid pater eius.[34] Nec auferam omne regnũ de manu eius, sed ducem ponam eum cunctis diebus vitæ suæ propter Dauid seruum meum quem elegi, qui custodiuit mandata mea & præcepta mea.[35] Auferam autem regnum de manu filij eius,& dabo tibi decem tribus:[36] filio autem eius dabo tribum vnam,vt remaneat lucerna Dauid seruo meo cunctis diebus coram me in Ierusalem ciuitate, quam elegi vt esset nomen meum ibi.[37] Te autem assumam,& regnabis super omnia quæ desiderat anima tua, erísq; Rex super Israel.[38] Si igitur audieris omnia quæ præcepero tibi,& ambulaueris in viis meis,& feceris quod rectum est corã me,custodiens mandata mea & præcepta mea sicut fecit Dauid seruus meus,ero tecum,& ædificabo tibi domum fidelem,quomodo ædificaui Dauid domum,& tradam tibi Israel,[39] & affligam semen Dauid super hoc: veruntamen non cunctis diebus.[40] Voluit ergo Salomon interficere Ieroboam: Qui surrexit,& aufugit in Ægyptum ad Sesac regẽ Ægypti:& fuit in Ægypto vsq; ad mortem Salomonis.†[41] Reliquum autem verborum Salomonis,& omnia quę fecit,& sapiẽtia eius,ecce vniuersa scripta sunt in libro verborum dierum Salomonis.[42] Dies autem quos regnauit Salomõ in Ierusalem super omnem Israel,quadraginta anni sunt.[43] Dormiuítque Salomon cum patribus suis,& sepultus est in ciuitate Dauid patris sui,regnauítque Roboam filius eius pro eo.

Roboam iuuenum consilio regnum diuidit, apparatum eius in Ieroboam dominus dehortatur: veruntamen Ieroboam aureos vitulos erexit. XII.

Venit

f. Ob Salomonis scelera suscitauit illi dominus tres aduersarios: Adad Idumæũ Razon Syrium, & Ieroboã filiũ Nabach, qui post mortem eius regnum eius scinderent,& prophanarent.

g. Resicitur Salomõ, sed tã a mulieribus alienis possessus, & idolo Moabitarum & Sidoniorum mancipatus, Tertul. aduersus Marcio. lib. 2.

h. Peccata quæ præcipientibus leuia sunt, perfectis viris grauia reputantur. Tantocenim malè cognoscitur esse peccatum, quanto maior qui peccat habetur. Crescit enim delictis cumulus iusta ordine meritorũ. Et sæpe quod minoribus ignoscitur, maioribus imputatur Isidorus lib. 2. cap. 28. de summo bono.

i. In 2. vero Paral. c. 9. habetur: Reliqua autẽ operum Salomonis priorum & nouissimorum scripta sunt in sermonibus Nathan prophetæ, & in libris Ahiæ Silonitis, in visione quoq; Addo videntis contra Ieroboã filiũ Nabath. Hos libros hodie minimè quam reperiri apud ipsos Hebræos inuenio posse asseuerant: sicut nec librum bellorum domini, cuius in libro Numer. mẽtio est, nec quę librum iudicum, nec carmina Salomonis, &c. quæ scriptura quidẽ prohibet, sed hodie constat non esse. Euche. ibid.

Mors Salomonis.

Reg. 12. 2. Paral. 10. a. Anno ante Christum. 980. Iosephi Antiq. lib. 8. cap. 4. Iustinus, 36. Eusebius, anno.

A Venit†autem Roboam in[a] Sichem:illuc enim congregatus erat omnis populus Israel ad constituendum eum regem.[2] At verò Ieroboam filius Nabath cum adhuc esset in Ægypto profugus à facie Salomonis regis,audita morte eius reuersus est de Ægypto.[3] Miserúntq;, & vocauerũt eum.† Venit ergo Ieroboam,& omnis multitudo Israel,& locuti sunt ad Roboam,dicentes:[b] [4] Pater tuus durissimum iugum imposuit nobis: tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui durissimo, & de iugo grauissimo quod imposuit nobis: & seruiemus tibi.[5] Qui ait eis:Ite vsque ad tertium diem, & reuertimini ad me. Cúmque abisset populus,[6] iniit consilium rex Roboam cum senioribus qui assistebant coram Salomone patre eius cum adhuc viueret, & ait:Quod datis consilium vt respõdeam populo? [7] Qui dixerunt ei:Si hodie obedieris populo huic & seruieris, & petitioni eorum cesseris,locutúsque fueris ad eos verba lenia, erunt tibi serui cunctis diebus. †[8] Qui dereliquit consilium senum quod dederant ei, & adhibuit adolescentes qui nutriti fuerant cum eo,& assistebant illi,[9] dixítque ad eos:Quod mihi datis consiliũ vt respõdeam populo huic,qui dixerunt mihi: Leuius fac iugum quod imposuit pater tuus super nos?[10] Et dixerunt ei iuuenes qui nutriti fuerant cum eo: Sic loquere populo huic qui locuti sunt ad te,dicentes:† Pater tuus aggrauauit iugum nostrum, C tu releua nos. Sic loquêris ad eos: † Minimus digitus meus grossior est dorso patri mei.[11] Et nunc pater meus posuit super vos iugum graue,ego autem addam super iugum vestrum. Pater meus cecîdit vos flagellis,ego autem cædam vos scorpionibus. [12] Venit ergo Ieroboam,& omnis populus ad Roboam die tertia, sicut locutus fuerat Rex dicens:Reuertimini ad me die tertia.[13] Respondítque Rex populo dura, derelicto cõsilio seniorum quod ei dederant,[14] & locutus est eis secundum consilium iuuenum,dicens:Pater meus aggrauauit iugum vestrum,ego autẽ addã iugo vestro. D Pater meus cecîdit vos flagellis,ego autem cædã vos scorpionibus.[15] Et non acquieuit Rex populo, quoniam auersatus fuerat eum dominus, vt suscitaret verbum suũ quod locutus fuerat in manu Ahiæ Silonitæ ad Ieroboam filium Nabath.†[16] Vidẽs itaque populus quòd noluisset eos audire rex,respõdit ei, dicens:Quæ nobis pars in Dauid,vel quæ hæreditas in filio Isai? Vade in tabernacula tua Israel. Nunc vide domum tuã Dauid. [c] Et abiit Israel in tabernacula sua.[17] Super filios autẽ Israel,quicunque habitabant in ciuitatibus Iuda,regnauit Roboã.†[18] Misit ergo rex Roboã Aduram,qui erat super tributa:& lapidauit eum omnis Israel,& mortuus est. Porrò Rex Roboam festinus ascendit currum,& fugit in Ierusalem:[19] recessítque Israel à domo E Dauid vsq; in præsentem diem.†[20] Factum est autem cũ audisset omnis Israel quòd reuersus esset Ieroboam,miserunt & vocauerunt eum congregato cœtu,& cõstituerunt eum[d] regem super omnem Israel,nec secutus est quisquam domum Dauid præter tribum Iuda solam.†[21] Venit autẽ Roboam Ierusalem, & cõgregauit vniuersam domum Iuda,& tribum Beniamin,centum octoginta milia electorum virorum, & bellatorum:vt pugnarent contra domum Israel, & reducerent regnum Roboã filio Salomonis.†[22] Factus est autẽ sermo domini ad Semeiam virũ dei, dicẽs:[23] Loquere ad Roboam filium Salomonis regem Iuda, & ad omnem domũ Iuda, & Beniamin, F & reliquos de populo,dicẽs:[24] Hæc dicit dominus:Non ascendetis,neque bellabitis contra fratres vestros filios Israel. Reuertatur vir in domum suam. [e] A me enim factum est verbum hoc. Audierunt sermonem domini,& reuersi sunt de itinere, sicut eis præceperat dominus.[25] Ædificauit autẽ Ieroboam Sichem in monte Ephraim,& habitauit ibi. Et egressus inde ædificauit Phanuel.[26] Dixítq; Ieroboam in corde suo: †Nunc reuertetur regnum ad domum Dauid,[27] si ascẽderit populus iste vt faciat sacrificia in domo domini in Ierusalem,& conuertetur cor populi huius ad dominum suum Roboam Regem Iuda,interficiéntque me, & reuertẽtur ad eũ.[28] Et excogitato cõsilio fecit duos vitulos aureos,& dixit eis, Nolite vltrà ascendere in Ierusalem. G †Ecce dij tui Israel,qui te eduxerunt de terra Ægypti.[29] Posuítque vnũ in Bethel, & alterũ in Dan:[30] & factum est verbũ hoc in peccatum.† Ibat enim populus ad ado-

a. Vbi corrupta est Dina, vbi venũdatus est Ioseph, vbi cõspirauit Abimelech: ibi scissum est regnũ Iuda.

b. Egregiè itaque viros alicui præsidéres muneri cõmendat iustitia: ecõtra iniquitas destituit, atq; impugnat. Exẽplo nobis est scriptura, quæ dicit, cum populus Israel post mortẽ Salomonis rogasset filium eius Roboã vt releuares seruitutes eorũ à seruitute dura, & pacem imperij tẽperaret austeritate, illũ spreto senili cõsilio, de suggestione adolescentiũ respõsum dedisse huiusmodi, quòd & onus adiceret sui patris iugum, & leuiora grauioribus supplicijs mutaret. Ambr. Offic. 2. cap. 18.

c. Itaq; Roboam defertur à populo ac destituitur, vix duarum tribuum propter Dauid meritũ habere potuisse societatem. Amb. Offic. 2. cap. 18.

d. Diuisum est regnũ Israelitarum in duo regna: cui Iudæ duarũ tribuũ, alteri Israel decem tribuunt.

e. Nã est itaq; dubitãdũ, voluntatẽ dei qui in cœlo & in terra omnia quæcunque voluit fecit, & qui etiã illa quæ futura sunt fecit) humanas voluntates nõ posse resistere, quo minus faciat ipse quod vult quãdoquidẽ etiã de ipsis hominũ voluntatibus quod vult & cui vult facit. Eucher. ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

randum vitulum vsque in Dan.[31] Et fecit phana in excelsis,† & sacerdotes de [f] extremis populi, qui non erant de filiis Leui.[32] Constituitque diem solennē in mense octauo, quintadecima die mensis, in similitudinem solennitatis quæ celebratur in Iuda. Et ascendēs, altare similiter fecit in Bethel, vt immolaret vitulis quos fabricatus fuerat. Constituitque in Bethel sacerdotes excelsorum quæ fecerat,[33] & ascendit super altare quod extruxerat in Bethel, quintadecima die mensis octaui quem finxerat de corde suo. Et fecit solennitatem filiis Israel, & ascendit super altare, vt adoleret incensum.

f Hoc est, tam de maioribus quàm de infimis populi, qui dicuntur extremitates populi.

Propheta certis conditionibus ad Ieroboam missus, completo munere rediens à leone fractis conditionibus occiditur. XIII.

[a] STet ecce vir dei venit de Iuda in sermone domini in Bethel Ieroboā stante super altare, & thus iaciente.[2] Et exclamauit contra altare in sermone domini, & ait: Altare, altare, hæc dicit dominus: † Ecce filius nascetur domui Dauid, Iosias nomine, & immolabit super te sacerdotes excelsorū, qui nunc in te thura succendunt, & [b] ossa hominum super te incendet.[3] Dedítque in illa die signum, dicens: Hoc erit signum quod locutus est dominus: Ecce altare scindetur, & effundetur cinis qui in eo est.[4] Cúmque audisset rex sermonem hominis dei quem inclamauerat contra altare in Bethel, extendit manum suam de altari, dicens: Apprehendite eum. & [c] exaruit manus eius quam extenderat contra eum, nec valuit retrahere eam ad se.[5] Altare quoque sciſſum est, & effusus est cinis de altari, iuxta signum quod prædixerat vir dei in sermone domini.[6] Et ait Rex ad virum dei: Deprecare faciem domini dei tui, & ora pro me vt restituatur manus mea mihi. Orauítque vir dei faciem domini, & reuersa est manus regis ad eum, & facta est sicut prius fuerat.[7] Locutus est autem Rex ad virum dei: Veni mecum domum, vt prandeas, & dabo tibi munera.[8] Respondítque vir dei ad Regem: Si dederis mihi mediā partem domus tuę, non veniam tecum, nec comedam panem neque bibam aquam in loco isto.[9] Sic enim mandatum est mihi in sermone domini præcipientis: Non comedes panē, neque bibes aquam, nec reuertēris per viam qua venisti.[10] Abiit ergo per aliā viam, & nō est reuersus per iter quo venerat in Bethel.[11] Prophetes autem quidā senex habitabat in Bethel, ad quem venerunt filij sui, & narrauerūt ei omnia opera quæ fecerat vir dei illa die in Bethel: & verba quæ locutus fuerat ad regem, narrauerunt patri suo.[12] Et dixit eis pater eorum: Per quam viam abiit? Ostenderunt ei filij sui viam per quam abierat vir dei qui venerat de Iuda.[13] Et ait filiis suis: Sternite mihi asinū. Qui cum strauissent, ascēdit,[14] & abiit post virum dei, & inuenit eum sedentē subtus terebinthum. [d] Et ait illi: Tú ne es vir dei qui venisti de Iuda? Respōdit ille: Ego sum.[15] Dixítque ad eum: Veni mecum domum, vt comedas panem.[16] Qui ait: Nō possum reuerti neque venire tecum, nec comedā panē, nec bibā aquam in loco isto,[17] quia locutus est dominus ad me in sermone domini, dicēs: † Nō comedes panē & nō bibes aquam ibi, nec reuertēris per viam qua ieris.[18] Qui ait illi: Et ego propheta sum, similis tui, & angelus locutus est mihi in sermone domini, dicens: Reduc eum tecum in domum tuam, vt comedat panem, & bibat aquā. † Fefellit eum,[19] & reduxit secum. Comedit ergo panem in domo eius, & bibit aquam.[20] Cúmque sederent ad mēsam, factus est sermo domini ad prophetam qui reduxerat eum,[21] & exclamauit ad virum dei qui venerat de Iuda, dicens: Hæc dicit dominus: Quia nō obediens fuisti ori domini, & nō custodisti mandatū quod præcepit tibi dominus deus tuus,[22] & reuersus es & comedisti panem & bibisti aquam in loco in quo præcepit tibi ne comederes panem, neque biberes aquam: † non inferetur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorum.[23] Cúmque comedisset, & bibisset, strauit asinum suum propheta quem reduxerat.[24] Qui cum abisset, inuenit eum leo in via, & occidit: & erat cadauer eius proiectum in itinere. Asinus autem stabat iuxta illum, & leo stabat iuxta cadauer.[25] Et ecce viri transeuntes viderunt cadauer proiectum in via, & leonem stantem iuxta cadauer. Et venerunt, & diuulgauerunt in ciuitatem in qua prophetes ille senex habitabat.[26] Quod cum audisset propheta ille qui reduxerat eū de via, ait: Vir dei est, qui inobediens fuit ori domini, & tradidit eum dominus leoni, & confregit eum, & occidit iuxta verbum domini quod locutus est ei.[27] Dixítque ad filios suos: Sternite mihi asinum. Qui cū strauissent,[28] & ille abisset, inuenit cadauer eius proiectum in via, & asinū & leonē stantes iuxta cadauer. Nō comedit leo de cadauere, nec lęsit asinum.[29] Tulit ergo prophetes cadauer viri dei, & posuit illud super asinum, & reuersus intulit in ciuitatem prophetæ senis, vt plangerent eum.[30] Et posuit cadauer eius in sepulchro suo. Et planxerunt eum: Heu heu mi frater.[31] Cúmque planxissent eum, dixit ad filios suos: Cum mortuus fuero, sepelite me in sepulchro in quo vir dei sepultus est: iuxta ossa eius ponite ossa mea.[32] Profecto enim veniet sermo quē prædixit in sermone domini contra altare quod est in Bethel, & cōtra omnia fana excelsorum quæ sunt in vrbibus Samariæ.[33] Post verba hęc nō est reuersus Ieroboā de via sua pessima, sed econtrario fecit de nouissimis populi sacerdotes excelsorum. Quicunque volebat implebat manum suam, & fiebat sacerdos excelsorum.[34] Et propter hanc causam peccauit domus Ieroboam, & euersa est, & deleta de superficie terræ.

a In dedicatione autem altaris quod fuit in Bethel, vir dei de Iuda, vt contra altare illud prophetares, à domino missus: quo adueniente duo terribilia signa ostendūtur. Nam & altare in duas partes statim in hora holocausti scinditur, & integra ipsius Regis arida manus siccatur. Aug. de mirabili. sacræ scriptu. lib. 2. cap. 14.

b Iosias ossa sepulchrorum quæ in monte erant, super hoc altare cōbussit, vt patet 4. Reg. 23. d.

c Quis igitur deos colat, qui nec defendere se quasi dij nec abscondere quasi homines possunt? At in templo dei cum Ieroboam rex sceleratissimus dona quæ pater eius posuerat auferret, ac super sanctum altare libaret: idolis dextera eius quā tetendit, aruit: nec sua ei quæ inuocabat idola profuerunt. Deinde conuersus ad dominū rogauit veniā flatimque manus eius quæ aruerat sacrilegio, sanata est religione. Tam maturū in vno & misericordiæ & diuinæ & indignationis exemplum exstitit, vt sacrificanti subitò dextera adimeretur, pœnitenti venia daretur. Ambr. de virginib. lib. 2.

d Igitur propheta qui à deo missus fuerat in Bethel vt increparet Ieroboam super idololatria quā gesserat, & à falso propheta seductus, comedit ibi & bibit contra præceptum domini, & propterea in via à leone occisus est. Angelomus ibi.

Prophetia Ahiæ super morte Ieroboam & Abiæ filij eius, regnum Iuda ob idololatriam prædæ exponitur. XIIII.

IN tempore illo ægrotauit Abia filius Ieroboam:[2] dixítque Ieroboam vxori suæ: Surge, & cōmuta habitū, ne cognoscaris quòd sis vxor Ieroboam, & vade in Silo, vbi est Ahias propheta, qui locutus est mihi quòd regnaturus essem super populum hunc. † [a] Tolle quoq; in manu tua decē panes, & crustulam, & vas mellis, & vade ad illum. Ipse enim indicabit tibi quid euenturū sit puero huic.[4] Fecit vt dixerat Ieroboam, vxor: & cōsurgens abiit in Silo, & venit in domum Ahiæ. At ille nō poterat videre, quia caligauerant oculi eius præ senectute.[5] Dixit autem dominus ad Ahiam: Ecce vxor Ieroboam ingreditur vt consulat te super filio suo, quia ægrotat. Hæc & hæc loquēris ei. [B] Cum ergo illa intraret, & dissimularet se esse quæ erat,[6] audiuit Ahias sonitum pedū eius introeūtis per ostium, & ait: Ingredere vxor Ieroboam: quare aliam te esse simulas? [b] Ego autem missus sum ad te durus nuntius.[7] Vade, & dic Ieroboam: Hæc dicit dominus deus Israel. † Quia exaltaui te de medio populi, & dedi te Ducē super populum meū Israel.[8] & scidi regnum domus Dauid, & dedi illud tibi, & nō fuisti sicut seruus meus Dauid, qui custodiuit mādata mea, & secutus est me in toto corde suo, faciens quod placitum esset in conspectu meo,[9] sed operatus es malè super omnes qui fuerunt ante te, & fecisti tibi deos alienos, & conflatiles, vt me ad iracundiā prouocares, me autem proiecisti post tergum tuum:[10] idcirco ecce ego inducam mala super domum Ieroboam, & percutiam de Ieroboam [c] mingentem ad parietem, & clausum & nouissimum in Israel, & mundabo reliquias domus Ieroboam, sicut mūdari solet fimus vsque ad purum. † [11] Qui mortui fuerint de Ieroboam in ciuitate, cōmedent eos canes: qui autem mortui fuerint in agro, vorabunt eos aues cœli: quia dominus locutus est.[12] Tu igitur surge, & vade in domum tuam, & in ipso introitu pedū tuorū in vrbem, morietur puer,[13] & plāget eū omnis Israel, & sepeliet. Iste enim solus inferetur de Ieroboā in sepulchrum, quia inuentus est super eo [d] sermo bonus à domino deo Israel in domo Ieroboam.[14] Constituet autem sibi dominus Regem super Israel, qui percutiet domum Ieroboam in hac die, & in hoc tempore,[15] & percutiet dominus deus Israel, sicut moueri solet arūdo in aqua. Et euellet Israel de terra bona hac quam dedit patribus eorum, & ventilabit eos [e] trans flumen, quia fecerūt sibi lucos, vt irritarent dominū.[16] Et tradet dominus deus Israel propter peccata Ieroboam, qui peccauit, & peccare fecit Israel.[17] Surrexit itaq; vxor Ieroboam, & abiit, & venit in [f] Therſa. Cúmque illa ingrederetur limē domus, puer mortuus est:[18] & sepelierunt eum, & planxit eum omnis Israel, iuxta sermonem domini quem locutus est in manu

a Vxor Ieroboā infirmante filio pergit ad Ahiā hominem dei, deferēs ei panes & vnas passas, & vasculū mellis. Dicitur enim quid illa secum portauerit, & tamen propheta nō scribitur accepisse: quippe cum & corripuerie eam, & venturum ludum prædixerit. Hieru. super 3. ca. Mich.

b Cum illa missa sit ad illū, nō ille ad eā, cur dicit: Ego autē missus sum, &c. Dicendū nō quod quędā est missio localis, qua femina missa venit ad virū. Alia est missio spiritalis, qua quis dicitur mitti, quia ad agendū aliquid deputatur, dirigitur, ordinatur. Sic apheta iste fuit missus, id est directus à spiritu sancto ad loquendū huic fœminæ verba sequentia. Dionys. ibid.

c Mingēs ad parietē, idem est quod canis. Helias Leui tes Germanus. Ego autem dico magis conuenire vt exponatur de masculo, qui in parietem mingere solet: fœmina enim non mingit ad parietem, tam de viro quàm de cane. Hæc ille.

d Quoniam dissipit sepe quispiam parer huius verbaret Ieroboam, eū ponerer custodes & obseruatores viarum, ne quis diebus festis iret ad sacrificādum in Ierusalem. Dionys.

e Vltra Euphratem vt Assyriam Persiam & Mediam.

f Therſa regia erat Regum Israel ante constructionem Samariæ, non longè à Bethoron, & inter vrbes diei ab Ierusalem, quæ ab Hebræis Thersa vocatur, alias Therix.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pelierunt eum,& planxit eum omnis Israel, iuxta sermonem domini quem locutus est in manu serui sui Ahiæ prophetæ. [19] Reliqua autem verborũ Ieroboam quomodo pugnauerit,& quomodo regnauerit,ecce scripta sunt in libro verborum dierum Regum Israel. [20] Dies autem quibus regnauit Ieroboã,viginti duo anni sunt. Et dormiuit Ieroboam cum patribus suis : regnauítque Nadab filius eius pro eo.† [21] Porrò Roboam filius Salomonis regnauit in Iuda. Quadraginta & vnius anni erat Roboã cũ regnare cœpisset. decẽ & septem annis regnauit in Ieruſalem ciuitate, quã elegit dominus vt poneret nomen ſuum ibi ex omnibus tribubus Iſrael. Nomen autẽ matris eius Naama Ammonitis. [22] Et fecit Iuda malum coram domino,& irritauerũt eũ super omnibus quæ fecerant patres eorum in peccatis ſuis quæ peccauerunt. [23] Ædificauerunt enim & ipſi ſibi aras & ſtatuas, & lucos, ſuper omnem collem excelſum, & ſubter omnem arborem frondoſam. [24] ſed & effœminati fuerũt in terra,fecerúntq; omnes abominationes gentium,quas attriuit dominus ante faciem filiorum Iſrael. [25] In quinto autem anno regni Roboam aſcendit Seſac Rex Ægypti in Ieruſalẽ, [26] & tulit theſauros domus domini,& theſauros regios,& vniuerſa diripuit : ſcuta quoq; aurea† quæ fecerat Salomon, [27] pro quibus fecit Rex Roboam ſcuta ærea, & tradidit ea in manu ducum ſcutariorum,& eorum qui excubabant ante oſtiũ domus Regis. [28] Cúmque ingrederetur Rex in domum domini,portabãt ea qui præeundi habebãt officium,& poſtea reportabant ad armamentarium ſcutariorum. [29] Reliqua autem ſermonum Roboam, & omnia quæ fecit, ecce ſcripta ſunt in libro ſermonum dierũ Regum Iuda. [30] Fuítque bellum inter Roboam & Ieroboam cunctis diebus. [31] Dormiuítque Roboam cum patribus ſuis,& ſepultus eſt cum eis in ciuitate Dauid. Nomen autem matris eius Naama Ammonitis. Et regnauit Abia filius eius pro eo.

Mors Ieroboã.

g. Offenſus dominus contra Iudam, ſuſcitauit Seſac regem Aegypti anno 5. regni Roboã, qui ingrediens Ieruſalem pactis precedentibus, cum ei reſiſtere non poſſet, fœdera nõ ſeruauit. fecerat enim cum eo pactũ de quotidiana murorũ deſtructione, quod tranſgreſſus eſt. Comeſtor.

h. Habuit autem Roboam vxores 18. concubinas verò 30. Nati ſunt ei filij 28. filiæ verò 40. Comeſtor.

Mors Roboã.

Albiæ regis contra Ieroboam,& Aſæ contra Baaſam prælia, & Ioſaphat ac Nadab geſta. XV.

[1] Gitur in octauodecimo anno regni Ieroboam filij Nabat,regnauit Abia super Iudam. [2] Tribus annis regnauit in Ieruſalem. Nomen matris eius Maacha filia Abeſſalom : [3] ambulauítque in omnibus peccatis patris ſui, quæ fecerat ante eum, nec erat cor eius perfectũ cum domino Deo ſuo ſicut cor Dauid patris eius. [4] Sed propter Dauid dedit ei dominus deus ſuus lucernã in Ieruſalem,vt ſuſcitaret filium eius poſt eum,& ſtatueret Ieruſalem, [5] eò quòd fecciſſet Dauid rectum in oculis domini, & non declinaſſet ab omnibus quæ præcepérat ei,cunctis diebus vitæ ſuæ:† excepto ſermone Vriæ Hethæi. [6] Attamen bellũ fuit inter Abiam & Ieroboam omni tempore vitę eius. [7] Reliqua autem ſermonũ Abiæ, & omnia quæ fecit,nónne hæc ſcripta ſunt † in libro verborum dierum Regũ Iuda? Fuítque prælium inter Abiam & inter Ieroboam. [8] Et dormiuit Abia cum patribus ſuis,& ſepelierunt eum in ciuitate Dauid. Regnauítque Aſa filius eius pro eo.† [9] In anno ergo vicеſimo Ieroboam Regis Iſrael regnauit Aſa Rex Iuda: [10] & quadraginta & vno anno regnauit in Ieruſalem. Nomen matris eius Maacha, filia Abeſſalom: [11] & fecit Aſa rectum ante conſpectum domini, ſicut Dauid pater eius : [12] & abſtulit effœminatos de terra : purgauítque vniuerſas ſordes idolorum quæ fecerant patres eius. [13] Inſuper& Maacham matrem ſuam amouit ne eſſet princeps in ſacris Priapi,& c in luco eius quem conſecrauerat,ſubuertítque ſpecum eius, & confregit ſimulacrũ turpiſſimum,& combuſſit in torrente Cedron. [14] Excelſa autem nõ abſtulit. Verumtamen cor Aſa perfectum erat cum domino deo ſuo cunctis diebus ſuis, [15] & intulit d ea quæ ſanctificauerat pater ſuus & vouerat,in domum domini, argentum & aurũ & vaſa. [16] Bellum autem erat inter Aſa & Baaſa Regem Iſrael cunctis diebus eorum. [17] Aſcendit quoque Baaſa Rex Iſrael in Iudam, & ædificauit Rama, vt non poſſet quiſpiam egredi vel ingredi de parte Aſa Regis Iuda. [18] Tollens itaque D Aſa omne argentum & aurum quod remanſerat in theſauris domus domini, & in

a. Maacha filia Abeſſalom ex Thamar filia Abſalom filij Dauid & fratris Salomonis, quam Roboam vxorem accepit. Inde vituperatus eſt, quia cõtra legem dei cognatam accepit Ioſ. b. Hoc eſt, Aſa homo totus pius ex impio patre.

c. Decimuſoctauus enim annus Ieroboã fuit primus Abiæ annus, & 20. euiſdem fuit Abiæ vltimus, qui & Aſæ primus.

d. Hoc intelligendum videtur ſic, quod pater eius Abia præfatam fortitus victoriam contra Ieroboã vouerat deo auferre aurum & argentum vaſaque preciоſa, ſed paulo poſt ad idololatriam lapſus nõ impleuit. Aſa verò intulit ea in templum, & domino deputauit ad vſum cultę diuini. Dionyſius.

E & in theſauris domus regiæ, dedit illud in manus ſeruorum ſuorũ: & miſit ad Benadab filium Tabremmon,filij Ezion,Regem Syriæ,qui habitabat in Damaſco, dicẽs: [19] Fœdus eſt inter me & te, & inter patrem meum & patrem tuũ:ideo miſi tibi munera argentum & aurum,& peto vt venias,& irritum facias fœdus quod habes cum Baaſa Rege Iſrael,& recedat à me. [20] Acquieſcens Ben-Hadab Regi Aſa, miſit principes exercitus ſui in ciuitates Iſrael:& percuſſerunt Ahion & Dan & Abel,domum F Maacha:& vniuerſum Ceneroth,omnem ſcilicet terram Nephthalim. [21] Quod cum audiſſet Baaſa,intermiſit ædificare Rama,& reuerſus eſt in Therſa. [22] Rex autem Aſa Beniamin & Maſpha. [23] Reliqua autem omnium ſermonum Aſa & vniuerſę fortitudines eius,& cuncta quæ fecit, & ciuitates quas extruxit, nónne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iuda? † Veruntamen in tempore ſenectutis ſuæ doluit pedes: [24] & dormiuit cum patribus ſuis,& ſepultus eſt cum eis in ciuitate Dauid G patris ſui,regnauítque Ioſaphat filius eius pro eo. [25] Nadab verò filius Ieroboam regnauit ſuper Iſrael, anno ſecundo Aſa Regis Iuda : regnauítque ſuper Iſrael duobus annis: [26] & fecit quod malũ eſt in cõſpectu domini:& ambulauit in viis patris ſui, & in peccatis eius quibus peccare fecit Iſrael. [27] Inſidiatus eſt autẽ ei f Baaſa filius Ahiæ de domo Iſachar : & percuſſit eum in Gebbethon quæ eſt vrbs Philiſthinorum. Siquidem Nadab & omnis Iſrael obſidebant Gebbethon. [28] Interfecit ergo illum Baaſa in g anno tertio Aſa Regis Iuda, h & regnauit pro eo. [29] Cúmque regnaſſet,percuſſit H omnem domum Ieroboam. Non dimiſit ne vnam quidem animam de ſemine eius, donec deleret eum,† iuxta verbum domini quod locutus fuerat in manu ſerui ſui Ahiæ Silonitæ: [30] propter peccata Ieroboã, quæ peccauerat, & quibus peccare fecerat Iſrael, & propter delictum quo irritauerat dominum deum Iſrael. [31] Reliqua autem ſermonum Nadab, & omnia quæ operatus eſt, nónne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iſrael? [32] Fuítque bellum inter Aſa & Baaſa Regem Iſrael cũctis diebus eorum. [33] Anno tertio Aſa Regis Iuda regnauit Baaſa filius Ahiæ ſuper omnem Iſrael in Therſa vigintiquatuor annis. [34] Et fecit malum coram domino : ambulauítque in viis Ieroboam,& in peccatis eius quibus peccare fecit Iſrael.

e. Miſer populus á deo alienatus diligit quandã pacẽ ſuã nõ improbandã, quam quidem nõ habebit in hac, quia nõ bene ea vtitur ante eũ. Hãc autẽ vt habeat interim in hac vita, noſtra etiã intereſt: quomã quandiu permixtæ ſunt ambæ ciuitates, vtimur & nos pace Babyloniæ; ex qua ita perfide dei populus literatur, vt apud hanc iuxerim pereginere. Aug. de ciuit. dei lib. 19. ca. 26. Quomodo ergo Aſa fregerit pacẽ inter Baaſa regẽ Iſrael, & Bẽ-Hadab regẽ Syriæ ſi ponit: etſi licita, vt ipſe cũ Ben-Hadab pacẽ inierit: ideo videtur Aſa peccaſſe. Diony.

f. Hic Baaſa nõ fuit de gente Ieroboã, quia in regibus nõ ſemper ſucceſſit filius patri, ſed raro. Regnũ verò Iuda nunquã exceſſit genus ſuũ: quia filius ſemper patri ſucceſſit, vt conſtituetur linea Chriſti. Comeſtor.

g. Annus tertius Aſæ regis Iuda: fuit vltimus Nadab, & primus Baaſa.

h. Baaſa, qui Nadab occidit tertio anno regni Aſa regnare incipiens, 24. annis regnauit. Forcellinus itaq; quòd Baaſa vixit ad 27. annum Regis Aſa dat tacuerit, quomodo ergo dicitur Ela filius Baaſa 26. anno regni regis Aſa regnare cœpiſſe, & duobus annis regnaſſe, niſi quia 26. annũ regis Aſa, & primã partẽ 27. anni eiſ parte, & poſteriorẽ eiuſdẽ anni partẽ regnauit ſine patre? Nã in hac ipſius anni 27. Zãbri ipſum occidit, & pro eo 7. diebus regnauit. Richar. de S. Victore, de eõcordia regũ Iuda & Iſrael.

Mortuo Baaſa ſucceſſit Ela filius eius,quem Zambri occidit, & totam Baaſæ domum, Zamri verò ſe occidit: cui ſucceſſit Amri, Abiel reædificante in malum ſuum Iericho. XVI.

A Actus eſt autem ſermo domini ad a Iehu filium Anani contra Baaſa, dicens : [2] Pro eo quòd exaltaui te de puluere , & poſui te ducem ſuper populum meum Iſrael,tu autem ambulaſti in via Ieroboam, & peccare feciſti populum meum Iſrael,vt me irritares in peccatis eorum: [3] ecce ego b demetam poſteriora Baaſa, & poſteriora domus eius,& faciã domum tuam † ſicut domum Ieroboam filij Nabath. [4] Qui mortuus fuerit de Baaſa in ciuitate,comedent eum canes:& qui mortuus fuerit ex eo in regione,comedẽt eum volucres cœli. [5] Reliqua autem ſermonum Baaſa,& quæcunque fecit,& prælia eius , nónne hæc ſcripta B ſunt † in libro verborum dierum Regum Iſrael? c [6] Dormiuit ergo Baaſa cũ patribus ſuis,ſepultúſque eſt in Therſa,& regnauit Ela filius eius pro eo. [7] Cum autem in manu Iehu filij Anani prophetæ verbum domini factum eſſet contra Baaſa , & contra domum eius, & contra omne malum quod fecerat coram domino ad irritandum eum in operibus manuum ſuarum,vt fieret ſicut domus Ieroboam: ob hanc cauſam occidit eum,hoc eſt Iehu filium Anani prophetam. [8] Anno viceſimoſexto Aſa Regis Iuda regnauit Ela filius Baaſa ſuper Iſrael in Therſa , duobus annis : [9] & rebellauit contra eum ſeruus ſuus Zambri dux mediæ partis equitum. Erat autem C Ela in Therſa bibens & temulentus in domo Arſa præfecti Therſa. † [10] Irruens

a. Iehu filius Anani ꝓpheta domini cõtra ꝓfectũ ꝓfectus, vt illius peccata ſua pariter & peccatorũ ſit pendiũ annũciaret. b. Baaſa rege Iſrael in neruũ correctus eſt, & tandẽ occiſus eſt eo. Veruntamen quæcunq; illi, Iehu prædixerat, ſibi & domui ſuæ euenerunt per Zambri ſeruum ſuum.

b. Exterpabo poſteros Baaſa, & poſteros domus eius. Mors Baaſa.

c. Occiſus eſt autem, vt dicit Ioſephus, à Creone cõmilitone ſuo. Comeſtor poſt Joſephum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

domini ad eum, dicens: † [b] [9] Surge & vade in Sarepta Sidoniorum, & manebis ibi. [9] Præcepi enim ibi mulieri viduæ vt pascat te. [10] Surrexit & abiit in Sareptã Sidoniorum. Cúmque venisset ad portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna: & vocauit eam, dixítque ei: Da mihi paululum aquæ in vase, vt bibam. [11] Cúmque illa pergeret vt afferret, clamauit post tergum eius, dicens: Affer mihi obsécro & buccellam panis in manu tua. [12] Quæ respondit: Viuit dominus deus tuus, quia nõ habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinæ in hydria: & paululum olei in lecytho. En colligo duo ligna, vt ingrediar & faciam illud mihi & filio meo, vt comedamus, & moriamur. [13] Ad quam Elias ait: Noli timere, sed vade, & fac sicut dixisti. Veruntamen mihi primum fac de ipsa farinula subcinericium panem paruulum, & affer ad me: tibi autem & filio tuo facies postea. † [14] Hæc autem dicit dominus deus Israel, [d] hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur, vsque in diem in qua dominus daturus est pluuiam super faciem terræ. [15] Quæ abiit, & fecit iuxta verbum Eliæ: [e] & comedit ipse, & illa, & domus eius: & ex illa die [16] hydria farinæ non defecit, & lecythus olei non est imminutus, iuxta verbũ domini quod locutus fuerat in manu Eliæ. [17] Factum est autẽ post verba hæc ægrotauit filius mulieris matrisfamilias: & erat languor fortissimus, ita vt non remaneret in eo halitus. [18] Dixit ergo ad Eliam: Quid mihi & tibi vir dei? Ingressus es ad me vt rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum? [19] Et ait ad eam Elias: Da mihi filium tuum. Tulítque eum de sinu eius, & portauit in cœnaculum vbi ipse manebat, & posuit super lectulũ suũ: [20] & clamauit ad dominum, & dixit: [f] Domine deus meus, etiámne viduã apud quã ego vtcunque sustentor, afflixisti, vt interficeres filium eius? † [21] Et expandit se, atque mensus est super puerũ tribus vicibus, & clamauit ad dominum, & ait: Domine deus meus, reuertatur obsécro anima pueri huius in viscera eius. [22] Et exaudiuit dominus vocẽ Eliæ, & reuersa est anima pueri intra eum: & reuixit. [23] Tulítque Elias puerũ, & deposuit eum de cœnaculo in inferiorem domum: & tradidit matri suæ, & ait illi: En, viuit filius tuus. [24] Dixítque mulier ad Eliã: Nunc in isto cognoui quoniã vir dei es tu, & verbum domini in ore tuo verum est.

b. Quid vero illud, q̃ cũ in omni terra esset fames ma xima, viduæ tamẽ cura deo non defuit, atque ad alendam eã propheta directus est? Amb. de viduis.
c. Non fermone, sed in spiritu. Chrysost.

d. Neq; enim humanæ facultatis est dicere, Hydria farinæ nõ deficiet, &c. Nã licet mos sit ita præfari prophetis, tamen hic vera dei vox est. Ideo præmissi est: Quia hæc dicit dominus. Domini enim est perpetuitatẽ sacramentorũ spõdere cœlestiũ, & non defuturam spiritalis exaltationis gratiã polliceri, laegiri munimenta vitæ, fidei signacula, dona virtutum. Ambr. de viduis.
e. Opulẽtos fames occidit, & viduæ filios dominus per Eliam pascit. Chrysost.
f. Ac si diceres: O domine testis huius viduæ, cũ qua ego habito, tu male fecisti vt occideres filium eius, vt intelligatur q̃ vtiq; dominus rectus corda illius mulieris, videbat quanta esset pietas, vnde etiã Elia ipse ad eã miserat, nõ male facie di causa mortificauerit filiũ eius, sed exhibẽdi miraculi ad gloriã nominis sui, quo tamẽ prophetæ & hũc viuẽtibus, & posteris cõmẽdaret. Aug. ad Simplicia. li. 2. q. 1. De hoc puero traditur Hebræi q̃ ipse postea Ionas propheta fuerit, quẽ de ventre ceti glutientis euohatis tribus diebus dominus absoluit. Idẽ de mirabilibus facræ scripturæ. lib. 2. ca. 17.
a. Videtur q̃ redierit anno 4. cũ fames duraverit 3. ãn. cũ 6. mẽsibus: vt Iacob. c. Dicẽdũ q̃ famẽ iã p 6. mẽses inceperat antequã discedẽ rem: iunc 3. anno rediit.

b. Occiderũt impij pphetas, occiderũt impios & pphetæ: flagellauerũt Iudæi Christũ, Iudæos flagellauit & Christus traditi sunt apostoli ab hominibus humanæ procellari, tradiderũt apostoli homines procellari famæ. August. Vincentio Donatiſtæ.

c. Hoc est, ob quã culpam meã imãgo mihi hãc legationẽ, mihi periculosam, vt ſ. dicerem domino meo te adesse, sequetur occisio mea, ſi iubente angelo ad illũ locũ, vt supius tibi cõtigit, fueris deportatus? Dion.
d. Abdias œconomus Regis Achab timorẽ domini opere ostendit. Nã fratres suos prophetas nõ sine periculo abscõdit, atq; adeò sibi fecit amicos de bonis domini sui: tamen hanc humanum quiddam passus, dum velut Nicodemus propter metum Iudæorum rem dissimulat. Angelomus.

Elias ad Achab pro pluuia missus, prophetis Baal in Carmelo occisis pluuiam impetrauit. XVIII.

A POst dies multos factum est verbum domini ad Eliam [a] in anno tertio, dicens: Vade, & ostẽde te Achab, vt dem pluuiam super faciem terræ. [2] Iuit ergo Elias vt ostenderet se Achab. erat autem fames vehemẽs in Samaria. [3] Vocauítque Achab Abdiam dispensatorem domus suæ. Abdias autem timebat dominum deum valde. † [b] [4] Nam cum interficeret Iezabel Prophetas domini, tulit ille centum Prophetas, & abscondit eos quinquagenos & quinquagenos in speluncis, & pauit eos pane & aqua. [5] Dixit ergo Achab ad Abdiam: Vade in terram ad vniuersos fontes aquarum, & in cunctas valles, si fortè possimus inuenire herbam, & saluare equos & mulos, & non penitus iumenta intereant. [6] Diuiserúntq; sibi regiones vt circuirent eas. Achab ibat per viam vnam, & Abdias per viam alteram seorsum. [7] Cúmque esset Abdias in via, Elias occurrit ei. Qui cum cognouisset eum, B cecidit super faciem suam, & ait: Num tu es domine mi, Elias? [8] Cui respondit, ego. Et dixit: Vade, & dic domino tuo: Adest Elias. [9] Et ille: [c] Quid peccaui, inquit, quoniã tradis me seruũ tuum in manu Achab, vt interficiat me? [10] Viuit dominus deus tuus: quia non est gens aut regnum in quod non miserit dominus meus te requirẽs: & respondentibus cunctis, non est hic, adiurauit regna singula, & gentes, eò quòd minimè reperireris. [11] Et nunc dicis mihi: Vade & dic domino tuo, Adest Elias? [12] Cúmque recessero à te, spiritus domini asportabit te in locum quẽ ego ignoro, & ingressus nuntiabo Achab, & nõ inueniens te, interficiet me. Seruus autem tuus timet dominum ab infantia sua. [d] [13] Nunquid non indicatum est tibi domino meo, quid fecerim cum interficeret Iezabel Prophetas domini, quòd absconderim de Prophe-

ergo Zambri percussit & occidit eum, [d] anno vicesimoseptimo Asa regis Iuda, & regnauit pro eo. [11] Cúmque regnasset & cedisset super solium eius, percussit omnẽ domum Baasa, & non dereliquit ex ea mingentem ad parietem, propinquos & amicos eius. [12] Deleuítque Zambri omnem domum Baasa, iuxta verbum domini quod locutus fuerat ad Baasa in manu Iehu prophetæ, [13] propter vniuersa peccata Baasa, & peccata Ela filij eius, qui peccauerunt, & peccare fecerũt Israel, prouocãtes dominũ deũ Israel in vanitatibus suis. [14] Reliqua autẽ sermonũ Ela, & omnia quę fecit, nónne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Israel? [15] Anno vicesimoseptimo Asa Regis Iuda regnauit Zambri septem diebus in Thersa. Porrò exercitus obsidebat Gebbethon vrbem Philisthinorum. [16] Cúmque audisset rebellasse Zambri, & occidisse regem: fecit sibi regem omnis Israel Amri, qui erat princeps militiæ super Israel in die illa in castris. [17] Ascendit ergo Amri, & omnis Israel cum eo de Gebberhõ, & obsidebant Thersa. [18] Videns autẽ Zambri quòd expugnanda esset ciuitas, ingressus est palatium, & succẽdit se cum domo regia: & mortuus est [19] in peccatis suis quæ peccauerat, faciens malum coram domino, & ambulãs in via Ieroboam, & in peccato eius quo fecit peccare Israel. [20] Reliqua autem sermonũ Zambri & insidiarũ eius & tyrannidis, nónne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Israel? [21] Tũc diuisus est populus Israel in duas partes. Media pars populi sequebatur Thebni filiũ Gineth, vt cõstitueret eum Regem: & media pars Amri. [22] Prævaluit autem populus qui erat cum Amri, populo qui sequebatur Thebni filium Gineth. Mortuúsque est Thebni, & regnauit Amri [e] [23] Anno tricesimoprimo Asa regis Iuda, regnauit Amri super Israel duodecim annis. In Thersa regnauit sex annis, [24] emítque mõtem Samariæ à Somer duobus talentis argenti, & ædificauit eum, & vocauit nomen ciuitatis quã extruxerat, nomine Somer domini montis Samariæ. [25] Fecit autem Amri malum in conspectu domini, & operatus est nequiter super omnes qui fuerunt ante eũ. [26] Ambulauítque in omni via Ieroboam filij Nabat, & in peccatis eius quibus peccare fecerat Israel, vt irritaret dominum deum Israel in vanitatibus suis. [27] Reliqua autẽ sermonum Amri, & prælia eius quæ gessit, hæc nónne scripta sunt in libro verborum dierum regum Israel? [28] Dormiuítque Amri cum patribus suis, & sepultus est in Samaria, regnauítque Achab filius eius pro eo. [29] Achab verò filius Amri regnauit super Israel [f] anno tricesimooctauo Asa regis Iuda. Et regnauit Achab filius Amri super Israel in Samaria, viginti & duobus annis. [30] Et fecit Achab filius Amri malum in conspectu domini super omnes qui fuerunt ante eum. [31] Nec suffecit ei vt ambularet in peccatis Ieroboam filij Nabat: insuper duxit vxorem Iezabel filiam Ethbaal regis Sidoniorum. Et abiit [g] & seruiuit Baal, & adorauit eum: [32] & posuit aram Baal in templo Baal, quod ædificauerat in Samaria, [33] & plantauit lucum. Et addidit Achab in opere suo irritãs dominum deum Israel super omnes reges Israel qui fuerunt ante eũ. [34] In diebus eius ædificauit Ahiel de Bethel Iericho. In Abiram [h] primitiuo suo fundauit eam, & in Segub nouissimo suo posuit portas eius: † iuxta verbũ domini quod locutus fuerat in manu Iosue filij Nun.

d. Legitur autem quòd cũ exercitus audisset rebellasse Zambri, & occidisse regem: fecit sibi regẽ omnis Israel Amri. Constat ergo ipsum annus fuerit Amri regnandi primus, qui fuit regi Asa 28. Quid ergo est quòd de ipso legitur quòd regnauerit regni Asa 31. anno? Sed scimus quòd rebellãte Thebni media pars populi sequebatur vnũ, & media pars alium. Quòd ergo dicitur regnasse anno Asa 31. intelligitur de eo tẽpore dictũ, quãdo mortuo iã Thebni, cœpit regnare in toto. Richar. de facto Victore, de discordia Regum Iuda & Israel.

e. Hoc anno mortuus est Thebni cum Amri corregnans, & confirmatum est regnum Amri vique ad 38. annũ Asæ Regis Iuda, à cuius anno 27. inceperat, & fecit annis regnauit.

f. Hic annus vltimus est Amri, & primus Achab filij eius.

g. Cum à rege Achab altare esset idolo constitutum, ad verbum prophetæ trib9 annis & sex mẽsibus ros pluuiæ nõ cecidit super terrã. Ambro. de Elia cap. 2.

h. Hoc est, primogenito in fundamentorum collocatione, & supremo in ostiorum appensione.

Elias cœlum claudit tribus annis, & pastus à coruis tandem pascitur à muliere Sareptana aucta farina & oleo, filióque eius tandem suscitato. XVII.

A ET dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad ad Achab: † Viuit dominus deus Israel, in cuius conspectu sto, [a] si erit annis his ros & pluuia nisi iuxta oris mei verba. [2] Et factum est verbum domini ad eum, dicens: [3] Recede hinc, & vade contra orientem, & abscondere in torrente Carith, qui est contra Iordanem, [4] & ibi de torrente bibes: coruísque præcepi vt pascant te ibi. [5] Abiit ergo, & fecit iuxta verbum domini. Cúmque abisset, sedit in torrente Carith, qui est contra Iordanem. [6] Corui quoque deferebant ei panem & carnes mane, similiter panem & carnes vesperi: & bibebat de torrente. † [7] Post dies autem aliquot siccatus est torrens, non enim pluerat super terram. [8] Factus est ergo sermo domini

a. Iram dei vniuersa creatura sentiunt, cũ creatura rationalis sola Baal figmentosque addunt. Chrysostо. de Elia. Digna pœna quæ intemperantiã digne coercet, vt cœli impijs clauderentur, qui cœrema polluerant. Ambr. de Elia cap. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis domini centũ viros,quinquagenos & quinquagenos in ſpeluncis,& pauerim eos pane & aqua? [14] Et nunc tu dicis, Vade & dic domino tuo,adeſt Elias, vt interficiat me? [15] Et dixit Elias: Viuit dominus exercituum,ante cuius vultũ ſto, quia hodie ap- c
parebo ei. [16] Abiit ergo Abdias in occurſum Achab,indicauítque ei. Venitq; Achab in occurſum Eliæ, [17] & cum vidiſſet eum,ait: Túne es ille qui cóturbas Iſrael? [18] Et ille ait: † Nõ ego turbaui Iſrael,ſed tu, & domus patris tui:qui dereliquiſtis mãdata domini,& ſecuti eſtis Baalim. [19] Veruntamen nunc mitte & congrega ad me vniuerſum Iſrael in monte Carmeli,& prophetas Baal quadringentos quinquaginta,prophetáſque lucorum quadringentos,qui comedunt de menſa Iezabel. [20] Miſit Achab ad omnes filios Iſrael,& cõgregauit prophetas in monte Carmeli. [21] Accedens autem Elias ad omnem populum Iſrael,ait: † Vſquequo claudicatis in duas partes? Si dominus eſt deus,ſequimini eum:ſi autẽ Baal,ſequimini illum. Et non reſpondit ei populus verbum. [22] Et ait rurſus Elias ad populũ: Ego remãſi propheta domini ſolus:prophetæ autem Baal,quadringenti & quinquaginta viri: Prophetæque lucorum qua- D
e. Dicunt Hebræi quòd dõ prophecæ ſacerdotéſque Baal cleginſſem bonẽ enum, hoxille ſtatim mutu dimno decliuanic ab eis, quaſi ſacrificari falſis dijs abhorrens, ſed ad Elię confugię, vt per hoc quoq; populus inſtrueretur. Dion y abid.
dringenti viri ſunt. [23] Dentur nobis duo boues:& illi eligant[e] ſibi bouem vnum,& in fruſta cædentes, ponant ſuper ligna,ignem autem nõ ſupponant: Et ego faciam bouem alterum,& imponam ſuper ligna,ignem autem non ſupponam. [24] Inuocate nomina deorum veſtrorum,& ego inuocabo nomen dei mei:& deus qui exaudierit per ignem,ipſe ſit deus. Reſpondens omnis populus,ait: Optima propoſitio,quam locutus eſt Elias. [25] Dixit ergo Elias prophetis Baal: Eligite vobis bouem vnum, & facite primi,quia vos plures eſtis:& inuocate nomina deorum veſtrorum, ignémque non ſupponatis. [26] Qui cum tuliſſent bouem quem dederat eis, fecerũt:& inuocabãt nomen Baal de mane vſque ad meridiem,dicentes: Baal exaudi nos. Et non erat vox,neque qui reſponderet. Tranſiliebántque altare quod fecerant. [27] Cúmque eſſet iã meridies, illudebat illis Elias, dicens: Clamate voce maiore. Deus enim eſt:& forſitan f
f. Vide cur etiam Elias hoc faciat, & diligenter aduerte. Habebat hearos Elias & pro gratia prophetica dignitatis, & pro diuini cultus ſtudio ſcirſtii omnium quæ in templis dæmonum agebantur. Nouerat incer certa inepta puri[?] quim commenta, calidam etiam huiuſcemodi compoſitam fraudem, qua facilius irretirentur animæ miſerorũ, vt auo eorum ũs ſimplicitẽ atque delabri pedes ſtaanuit, ſed pendẽs crepidu ſupra quam ſtructe time rogut ſubterranes formic hauſtur ad aquas ex aduerſa parte cãcani parietis oc ontro adĩtu deſcẽdatur, ac per petulas canernas præparatos ignes doli miſtifice facticij tempore laudeſtinis officinis ſubminiſtreo. quò attonit[?] mi ſerorum animos dum nollas deloper videt adhibitas flammas, hoſtiámq; cerſuit ex improuiſo combuſi, per inuiſibilem poteſtatẽ ignes cælo creatæ eſſe deſitos. Ne ergo hec incredulæ mentes de diuinis ſupſpicarentur altaribus, vallũ quod fieri præcepetat, aqua miſſi impleri vt ſi qua effet ſub altari prodereiur fouea, vel deſcendẽs deorſum aqua tenaces vitiqc ignes extingueret. Necſur ſecit ſemel rogaſſe locum, tertiò id agitur: ſed nec hoceũ continuus prophe ta, ipſa altaris ligna ꝓ ec pit inundari, vt omnis tran dis ſuſpicionẽ ſubmota, diuinæ poteſtatis eſſe virorẽ, nec Rex, nec populus, nec ipſi dubitaret facer dotes. Euche. ibidem.
ta ait: Domine deus Abraham,& Iſaac,& Iſrael,oſtende hodie quia tu es deus Iſrael, & ego ſeruus tuus: & iuxta præceptum tuũ feci omnia verba hæc. [37] Exaudi me domine,exaudi me,vt diſcat populus iſte quia tu es dominus deus,& tu cõuertiſti corda eorum iterum. † [38] Cecidit autem ignis domini,& vorauit holocauſtum, & ligna, & lapides,puluerem quoque,& aquã quæ erat in aqueductu,lambens. [39] Quod cum vidiſſet omnis populus,cecidit in faciẽ ſuam,& ait: † Dominus ipſe eſt deus, dominus ipſe eſt deus: [40] Dixitq; Elias ad eos: Apprehẽdite prophetas Baal,& ne vnus quidem effugiat ex eis. Quos cum apprehendiſſent,duxit eos Elias ad torrentem Cíſon, & interfecit eos ibi. [41] Et ait Elias ad Achab, Aſcẽde,comede & bibe,quia ſonus multæ pluuiæ eſt. [42] Aſcẽdit Achab vt comederet & biberet: Elias autem aſcendit in verticem Carmeli,& pronus in terram poſuit faciem ſuam inter genua ſua, [43] & dixit ad puerum ſuum: Aſcende,& proſpice contra mare. Qui cum aſcendiſſet,& cõtemplatus eſſet,ait,Non eſt quicquam. Et rurſum ait illi: Reuertere ſeptem vicibus. [44] In ſeptima

ptima autem vice ecce nubecula parui quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari. Qui ait: Aſcẽde,& dic Achab: Iunge currum tuum & deſcẽde, ne occupet te pluuia. [45] Cúmque ſe verteret huc atque illuc,ecce cœli contenebrati ſunt: & nubes & ventus,& facta eſt [g] pluuia grandis. Aſcendens itaque Achab abiit in Iezrael, [47] & manus domini facta eſt ſuper Eliam,accinctúſq; lumbis currebat ante Achab,donec veniret in Iezrael.

g. Elias cum eſſet clauſtrũ humanis iniquitatibus cõſum, & nulla mundanis rebus deſuper pluuiarum ſtillaret vbertas, atque omnia ſiccitatis ſqualore langue rent, & eſſet fames magna vniuerſo genere humano (quoniam enim cœlũ pluuiam non dabat, nec terra pabulum germinabat) tunc Elias ſanctus reſeruatis ieiuniis ſuis cœlum, terrã orationibus fœcundauit. Illius enim ſiccitatem conuertit in pluuiam, huius ſterilitatem reſoluit in partũ. Ambro. Ser. 38.

Elias Iezabelem fugiens,& in deſerto dormiens,pane & aqua acceptis ad montem Horeb peruenit, vnde mittitur ad vngendos Azael ſuper Syriam, Iehu ſuper Iſrael,& Eliſeum in prophetam. XIX.

Nnciauit autem Achab Iezabel omnia quæ fecerat Elias,& quomodo occidiſſet vniuerſos prophetas Baal gladio. [2] Miſitq; Iezabel nuntium ad Eliam,dicens: Hæc mihi faciant dij & hæc addãt, niſi hac hora cras poſuero animã tuam ſicut animam vnius ex illis. [3] Timuit ergo Elias, & ſurgens abiit quocunque eum ferebat voluntas, venítque in Berſabee Iuda,& dimiſit ibi puerum ſuũ, [4] & perrexit in deſertum viam vnius diei. Cúmque veniſſet & ſederet ſubter vnam iuniperum,petiuit animæ ſuæ vt moreretur, & ait: Sufficit mihi domine,tolle animam meam. Neque enim melior ſum quàm patres mei. [5] Proiecítque ſe: & obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce angelus domini tetigit eũ,& dixit illi: Surge & comede. [6] Reſpexit, & ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis,& vas aquæ. Comedit ergo & bibit, & rurſum obdormiuit. [7] Reuerſúſq; eſt angelus domini ſecundò,& tetigit eum, dixítque illi: Surge, comede: Grandis enim tibi reſtat via. [8] Qui cũ ſurrexiſſet,comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus vſque ad montem dei [b] Horeb. [9] Cúmque veniſſet illuc,manſit in ſpelunca. Et ecce ſermo domini ad eum, dixítque illi: Quid hic agis Elia? [10] At ille reſpõdit: † Zelo zelatus ſum pro domino deo exercituũ: quia dereliquerunt pactum domini filij Iſrael. Altaria tua deſtruxerũt, & prophetas tuos occiderunt gladio,& derelictus ſum ego ſolus,& quęrunt animã meam, vt auferant eam. [11] Et ait ei: Egredere,& ſta in monte corã domino. Et ecce dominus tranſiit,& ſpiritus grãdis & fortis, ſubuertens mõtes & conterens petras ante dominum. [c] Non in ſpiritu dominus. [12] Et poſt ſpiritum commotio. Non in commotione dominus. Et poſt commotionem ignis. Non in igne dominus. Et poſt ignem ſibilus auræ tenuis. [13] Quod cum audiſſet Elias, operuit vultum ſuum pallio: & egreſſus ſtetit in oſtio ſpeluncæ,& ecce vox ad eum dicens: Quid hic agis Elia? [14] Et ille reſpõdit: Zelo zelatus ſum pro domino deo exercituum: quia dereliquerũt pactum tuum filij Iſrael. Altaria tua deſtruxerũt,& prophetas tuos occiderunt gladio,& derelictus ſum ego ſolus,& quærũt animam meã vt auferant eam. [15] Et ait dominus ad eum: [d] Vade, & reuertere in viam tuam per deſertum in Damaſcum. † Cúmque perueneris illuc: vnges Aſael regem ſuper Syriam, [16] & Iehu filium Namſi vnges regem ſuper Iſrael. Eliſeum autẽ filium Saphat,qui eſt de [e] Abel Meula, vnges prophetam pro te. † [17] Et erit quicunq; fugerit gladiũ Aſael, occidet eum Iehu: & quicunq; fugerit gladiũ Iehu,interficiet eum Eliſeus † [18] Et derelinquam mihi in Iſrael ſeptem milia virorum, quorum [f] genua non ſunt incuruata ante Baal, & omne os quod non adorauit eum oſculans manum. [19] Profectus ergo inde Elias,reperit Eliſeum filium Saphat,arãtem in duodecim iugis boum,& ipſe in duodecim iugis boum arantibus vnus erat. Cúmque veniſſet Elias ad eum,miſit pallium ſuũ ſuper eum. [20] Qui ſtatim relictis bobus

a. Elię vtique cibus allatus eſt ab angelo, quo nullus id humana conſuetudine vſus inuenitur, ſcilicet panis & aquæ tẽra tamen fortitudo collata eſt, vt quadraginta diebus ambulans non fatigaretur nec eſurire. Bernard. ſuper Pſalm. Qui habitat, verſu. 4.

b. Horeb mons eſt à ſiccitate qua populus Iſrael hic laborauit, ſic dictus, vnus cũ Sina, per inga rãtum diſſectus eſt. Itaque orientalis ſinagna, occidẽtalis Horeb. Inde vno nomine mõs dei appellatur: & legem datã nõ in Sina, nunc in Horeb ſcriptum eſt. Hic Elias minas Iezabelis fugiens aliquandiu latuit, donec dominũ in aura tenui ſuſcipiens in Damaſcum miſſus eſt.

c. Nõ arbitreris quòd cum venero veniat dominus, ſed poſt ſpiritũ tenuẽ veniet.

d. Vnde in veteri teſtamento non ſolùm vngebatur ſacerdos, ſed etiam & rex & propheta: ſicut in lib. Regũ dominus præcepit Elię, Vade & reuertere in viam tuã &c. Innocentius 3. & citatur de ſacra vnctio. c. vnico. 5. vnde in vete. teſta.

e. Abel Meula vrbs eſt vna de præcipuis vrbibus Salomonis. Eſt autem nunc vicus in Aulone 10. miliari à Scythopoli diſtans: cõtra auſtralem plagam, & nonũ dicitur Beebulita. Euche.

f. Quomodo igitur quicunq; ſe ſubiectus eſt ſaluatori, flectere ei genu dicitur: ſic qui peccati ſeruus eſt, & habet ſpiritum ſeruitutis in eorum in timore, genu ſcribitur flexiſſe peccato. Hier. g. Cæterum deus non vult ſimul effundi opes, ſed diſpẽſari: niſi forte vt Eliſeus, qui boues ſuos occidit, & pauit pauperes ex eo quod habuit, vt nulla cura teneretur domeſtica, ſed relictis omnibus in diſciplinã ſe prophetica daret. Amb. Officio. lib. 1. cap. 30.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Syri Samariam obsidentes cæduntur à pueris, & iterum altero anno, eorum Rege Benadab reseruato, vnde Achab grauiter à propheta reprehensus est. XX.

POrrò Benadab Rex Syriæ congregauit omnem exercitum suum, & triginta duos Reges secum, & equos & currus: & ascẽdens pugnabat contra [a] Samariam: & obsidebat eam. [2] Mittensq; nuncios ad Achab Regẽ Israel in ciuitatem, [3] ait: Hæc dicit Benadab: Argentum tuum & aurum tuum mecum est, & vxores tuæ & filij tui optimi mei sunt. [4] Respondítq; Rex Israel: Iuxta verbum tuum domine mi Rex tuus sum ego, & omnia mea. [5] Reuertentésq; nuncij, dixerunt: Hæc dicit Benadab, qui misit nos ad te: Argentum tuum & aurum tuum, & vxores tuas & filios tuos dabis mihi. [6] Cras igitur hac eadẽ hora mittam seruos meos ad te, & scrutabuntur domum tuam, & domum seruorum tuorum, & omne quod eis placuerit ponẽt in manibus suis, & auferent. [7] Vocauit autem rex Israel omnes seniores terræ, & ait: Animaduertite & videte, quoniam insidiatur nobis. Misit enim ad me pro vxoribus meis, & filiis, & pro argento & auro: & non abnui. [b] [8] Dixerúntque omnes maiores natu, & vniuersus populus ad eum: Non audias, neq; acquiescas illi. [9] Respondítq; nunciis Benadab: Dicite domino meo regi: Omnia propter quæ misisti ad me seruum tuum in initio, faciam: hanc autem rem facere nõn possum. Reuersíq; nuncij retulerunt ei. [10] Qui remisit & ait: Hæc faciant mihi dij, & hæc addant: si suffecerit puluis Samariæ pugillis omnis populi qui sequitur me. [11] Et respõdens Rex Israel, ait: Dicite ei, [c] Ne glorietur accinctus æquè vt discinctus. [12] Factum est autẽ cum audisset Benadab verbum istud, bibebat ipse & reges in vmbraculis, & ait seruis suis: Circundate ciuitatẽ. Et circundederunt eam. [13] Et ecce propheta vnus accedens ad Achab regem Israel, ait ei: Hæc dicit dominus. Certè vidisti omnem multitudinem hanc nimiam: ecce ego tradam eam in manum tuam hodie, vt scias quia ego sum dominus. [14] Et ait Achab: Per quẽ? Dixítq; ei: Hæc dicit dominus, per pediseguos principum prouinciarum. Et ait: Quis incipiet præliari? Et ille dixit: Tu. [15] Recẽsuit ergo pueros principum prouinciarum, & reperit numerum ducentorum triginta duorum. Et recensuit post eos populum omnes filios Israel, septem milia: [16] & egressi sunt meridie. [d] Benadab autem bibebat temulẽtus in vmbraculo suo, & reges trigintaduo cum eo, qui ad auxilium eius venerant. [17] Egressi sunt autem pueri principum prouinciarum in prima fronte. Misit itaq; Benadab, qui nunciauerũt ei, dicentes. Viri egressi sunt de Samaria. [18] At ille ait: Siue pro pace veniunt, apprehendite eos viuos: siue vt prælientur, viuos eos capite. [19] Egressi sunt ergo pueri principum prouinciarum, ac reliquus exercitus sequebatur. [20] Et percussit vnusquisque virum qui contra se veniebat: fugerúntq; Syri, & persecutus est eos Israel. Fugit quoq; Benadab Rex Syriæ in equo cum equitibus suis. [21] Necnon egressus rex Israel percussit equos & currus, & percussit Syriam plaga magna nimis. [22] Accedẽs autem propheta ad Regem Israel, dixit ei: [e] Vade & confortare, & scito & vide quid facias. Sequenti enim anno Rex Syriæ ascẽdet contra te. [23] Serui vero Regis Syriæ dixerunt ei: Dij montium sunt dij eorum, ideo superauerunt nos. Sed melius est vt pugnemus contra eos in campestribus, & obtinebimus eos. [24] Tu ergo verbum hoc fac: Amoue reges singulos ab exercitu tuo, & pone principes pro eis, [25] & instaura numerum militum qui ceciderunt de tuis, & equos secundum equos pristinos, & currus secundum currus quos antè habuisti: & pugnabimus contra eos in campestribus, & videbis quòd obtinebimus eos. Credidit consilio eorum, & fecit ita. [26] Igitur postquam annus transierat, recensuit Benadab Syros, & ascendit in Aphec, vt pugnaret contra Israel. [27] Porrò filij Israel recensiti sunt, & acceptis cibariis profecti ex aduerso castráq; metati sunt contra eos, quasi duo parui greges caprarum, Syri autem repleuerunt terram. [28] Et accedens vnus vir dei, dixit ad Regem Israel: Hæc dicit dominus: Quia dixerunt Syri, deus montium est dominus, & non est deus vallium: [f] dabo omnem multitudinem hanc grandem in manu tua: & scietis quia ego sum dominus.

Dirigebántque

[a] Samaria ciuitas tribus Ephraim, ted & totius Israelis, hoc est decem tribuum metropolis, dicit itinere, vt ferunt, ab Ierusalem remota, in Semer, vel si vis Samarmetis circuitu fira, quę admirabili architectorum superbia in modum coronæ olim cingebat. In vertice regia domo spectabilis nũc in ruinas vetereq; ratum nobilitatem arguentes. Hanc prius ędificauit Amri pater Achab empto monte à Semer duobus argenti talẽtis, à quo nomẽ retinuit, multoties destructa & instaurata, & tandem ab Herode in honorem Cæsaris Sebastę, hoc est Augusta nominata, quæ adhuc nomen retinet.

[b] In reardua totam rẽpublicam concernente videndum est generali reipub. cõsilio, & præsertim seniorũ, in quibus maior solet esse prudentia & experientia. Dionys.

[c] Nemo glorietur ante partã victoriã. Ieaq; noli gloriari quasi iam victor bellici discriminis, qui adhuc in acie positus, quę victoria sequatur ignoras. Et verũ professio dicebat. Nã mox inito certamine Benadab nõ victis aduersarijs triumphans, sed cæso suo exercitu fugiés domũ rediit. Euchet. ibid.

[d] Porrò filij principũ congressi Syrorũ custodibus, multos eorũ interemerũt & alios vsque ad castra secuti sunt. Videns autem eos rex Israel vincentes, etiam alium exercitũ dimittit exiens qui repente in Syros irruentes prælauerunt eis. Non enim Syri sperabant eos super se sic inopinabiliter venturos. Quòi propterea inuenientes nudos & ebrios, ita persecutus fuit, vt illi arma sua reminuentes fugerent: & vix in equo Rex potuisset euadere. Ioseph. lib. 8. cap. 14.

[e] Necesse est tibi vt habeas dũ propitij, quoniã dixerunt serui Benadad ad eũ. Dij montium sunt dij eorũ, & pugnauimus cum eis in montibus, ideo viceriũ nos. Pugnemus ergo in campestribus, vbi dij eorum nihil possũt, & obtinebimus eos. Comest.

[f] Scietis quia ego dominus vniuersorũ vera omnipotens ex eam mirabiliter effectu. Et quamus Achab & sui hoc cognoscerent, cognitione tamẽ informi nõ tamen deficiente deũ honorificauerũt, aut gratias dignas egerunt, sed permanserunt in suis idololatriis, impietatibus, & ingratitudinibus suis. Dionys.

[29] Dirigebántq; septem diebus ex aduerso hi atque illi acies: septima autem die commissum est bellum. Percussérúntque filij Israel de Syris centum milia peditum in die vna. [30] Fugerunt autẽ Syri qui remanserant in Aphec, in ciuitatem, & cecidit murus super vigintiseptem milia hominũ, qui remanserant. Porrò Benadab fugiens ingressus est ciuitatem in cubiculum quod erat intra cubiculum, [31] dixerúntq; ei serui sui: Ecce audiuimus quòd Reges domus Israel clementes sint. Ponamus itaq; saccos in lumbis nostris, & funiculos in capitibus nostris, & egrediamur ad Regem Israel: forsitan saluabit animas nostras. [32] Accinxerunt itaq; saccis lumbos suos, & posuerunt funiculos in capitibus suis: Venerúntq; ad Regem Israel, & dixerunt ei: Seruus tuus Benadab dicit: Viuat, oro te, anima mea. Et ille ait: Si adhuc viuit, frater meus est. [g] [33] Quod acceperunt viri pro omine, & festinantes rapuerunt verbum ex ore eius: atq; dixerunt, Frater tuus Benadab viuit, & dixit eis: Ite & adducite eũ ad me. Egressus est ergo ad eum Benadab: & leuauit eum in currum suum. [34] Qui dixit ei: Ciuitates quas tulit pater meus à patre tuo, reddam: & plateas fac tibi in Damasco, sicut fecit pater meus in Samaria: & ego fœderatus recedam à te. Pepigit ergo fœdus, & dimisit eum. [35] Tunc vir quidam de filiis prophetarum dixit ad socium suum in sermone domini: Percute me. At ille noluit percutere. [36] Cui ait: Quia noluisti audire vocẽ domini, ecce recedes à me, & percutiet te leo. Cúmque paululum recessisset ab eo, inuenit eum leo, atque percussit. [37] Sed & alterum inueniẽs virum, dixit ad eum: Percute me. Qui percussit eum, & vulnerauit. [38] Abiit ergo propheta, & occurrit Regi in via: & mutauit aspersione puluueris os & oculos suos. [39] Cúmq; Rex transiret, clamauit ad Regem, & ait: Seruus tuus egressus est ad pręliandum cominus: cúmque fugisset vir vnus, adduxit eum quidam ad me, & ait: Custodi virum istum: qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius, aut talentum argenti appendes. [40] Dum autem ego turbatus huc illúcque me verterem, subitò non comparuit. Et ait Rex Israel ad eum: [h] Hoc est iudicium tuum quod ipse decreuisti. [41] At ille statim absterſit puluerem de facie sua, & cognouit eum rex Israel quòd esset de prophetis. [42] Qui ait ad eũ: Hæc dicit dominus: † Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua: erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. [43] Reuersus est igitur rex Israel in domum suam, audire contemnens: & furibundus venit in Samariam.

[g] Et viri illi augurati sunt hoc est. Cũ audissent Syri ab Achab: Viuit frater meus adhuc, rapuerunt hoc responsum ex ore eius, quasi sacrum omen benevolẽtiæ priusquam suum explesset sermonem.

[h] Et sic adegit regem suo se dãnare iudicio, sicut David Nathan. 2. Reg. 12. b. & Christus Iudæos. Mat. 21. d

Naboth falsis accusatus testibus per Iezabelem ob denegatam vineam lapidatur, vnde Achab ab Elia reprehensus pœnitet. XXI.

POst [a] verba autem hæc tempore illo vinea erat Naboth Iezraelitæ, quæ erat in Iezrael iuxta palatium Achab Regis Samariæ. [2] Locutus est ergo Achab ad Naboth, dicens: Da mihi vineam tuam, vt faciam mihi hortum olerum: quia vicina est, & prope domum meam: dabóque tibi pro ea vineam meliorem: aut si commodius tibi putas, argenti pretium quantum digna est. [3] Cui respondit Naboth: Propitius mihi sit dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi. † [4] Venit ergo Achab in domum suam indignãs & frendens super verbo quod locutus fuerat ad eum Naboth Iezraelites, dicens, [b] Non dabo tibi hæreditatem patrum meorum. Et proiiciens se in lectulum suum, auertit faciem suam ad parietem, & non comedit panem. [5] Ingressa est autem ad eum Iezabel vxor sua, dixítque ei: Quid est hoc, vnde anima tua contristata est? & quare non comedis panem? [6] Qui respondit ei: Locutus sum Naboth Iezraelitæ, & dixi ei: Da mihi vineam tuam accepta pecunia: aut si tibi placet, dabo tibi vineã meliorem pro ea. Et ille ait: Non dabo tibi vineam meam. [7] Dixit ergo ad eum Iezabel vxor eius: Grandis authoritatis es, & bene regis regnum Israel. Surge & comede panem, & æquo animo esto. Ego dabo tibi vineam Naboth Iezraelitæ. [8] Scripsit itaque literas ex nomine Achab, & signauit eas annulo eius, & misit ad maiores natu & optimates qui erant in ciuitate eius, & habitabant cum Naboth. [9] Literarum autem hæc

[a] Meministis quòd lectum est, Nabuthe sanctum virũ possessorem vineæ suæ incorpellarum pecuniæ regia vt vineam suam daret, vbi Rex succisis vitibus olus vile sereret, cúmque respondisset: Absit vt ego patrium meorum eradam hæreditatem. Regem contristatum esse quod sibi esset alienum ius relatione iusta negatum, sed mulierbri cõsilio deceptũ. Nabuthe vitæ finem vel proprio cruore defendit. Ambro. Epist. lib. 5. ad Auxentiũ. Oratio. b. Sic ergo non solum admiculo non fuit ad vitã beatam corporis aus exteria bona, sed etiam dispendio fuit. Inde enim beatus Naboth etiã cũlapidatus à diuite: quia pauper & infirmꝰ aduersus opes regias solo erat affectu & religione diues, vt pecunia regali nõ cõmutaret paternæ vineæ hæreditatem, eóque perfectus, quia sanguine proprio defenderet iura maiorum suorum. Ambr. officio. lib. 2. cap. 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

erat sententia: Prædicate ieiunium, & sedere facite Naboth inter primos populi,[10] & submittite duos viros filios Belial contra eum, & falsum testimonium dicant: [c] Benedixit Naboth deum & regem, & educite eum, & lapidate, sicq; moriatur. [11] Fecerunt ergo ciues eius maiores natu & optimates qui habitabãt cum eo in vrbe, sicut præceperat eis Iezabel: & sicut scriptũ erat in literis quas miserat ad eos. [12] Prædicauerunt [D] ieiuniũ, & sedere fecerũt Naboth inter primos populi, [13] & adductis duobus viris filiis diaboli fecerunt eos sedere contra eũ. At illi, scilicet viri diabolici, dixerunt cõtra eum testimoniũ coram multitudine: *Benedixit Naboth deum & Regem. † Quamobrem eduxerunt eum extra ciuitatem, & [d] lapidibus interfecerunt. [14] Miserũntque ad Iezabel, dicentes: Lapidatus est Naboth, & mortuus est. [15] Factum est autem cum audisset Iezabel lapidatum Naboth & mortuum, locuta est ad Achab: Surge, posside vineam Naboth Iezraelitæ, qui noluit tibi acquiescere, & dare eam accepta pecunia. Non enim viuit Naboth, sed mortuus est. [16] Quod cum audisset Achab, mortũ vi- [E] delicet Naboth, surrexit, & descendebat in vineam Naboth Iezraelitæ, vt possideret eam. [17] Factus est igitur sermo domini ad Eliam Thesbitẽ, dicẽs: [18] Surge & descẽde in occursum Achab regis Israel, qui est in Samaria. Ecce ad vineã Naboth descendit vt possideat eam: [19] & loquêris ad eum, dicens: Hæc dicit dominus deus: † Occidisti, insuper & possedisti. Et post hęc addes: Hęc dicit dominus: In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinẽ Naboth, lambent quoq; sanguinẽ tuum. [20] Et ait Achab ad Eliã: [e] Num inuenisti me inimicum tibi? Qui dixit: Inueni: † eò quòd [f] venundatus sis vt [F] faceres malum in conspectu domini. Hæc dicit dominus: [21] Ecce ego inducam super te malum, & demetam posteriora tua: & interficiam de Achab mingentem ad parietem: & clausum & vltimum in Israel. [22] Et dabo domum tuam sicut domum Ieroboã filij Nabat, & sicut domum Baasa filij Ahia: quia egisti vt me ad iracundiam prouocares, & peccare fecisti Israel. [23] Sed & de Iezabel locutus est dominus, dicẽs: † Canes comedent Iezabel in agro Iezrael. [24] Si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes, si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cœli. [25] Igitur [G] non fuit alter talis sicut Achab, qui venũdatus est vt faceret malum in conspectu domini. Cõcitauit enim eum Iezabel vxor sua: † [26] & abominabilis factus est intantum vt sequeretur idola quæ fecerãt Amorræi, quos cõsumpsit dominus à facie filiorum Israel. †[8] [27] Itaq; cum audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauitq;, & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite. [28] Et factus est sermo domini ad Eliam Thesbiten, dicens: [29] Nónne vidisti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius, sed in diebus filij sui inferam malum domui eius.

Achab veros abhorrens prophetas, à falsis seductus perit in bello: cui Ochozias successit in Israel, & Iosaphat Ioram in Iuda. XXII.

TRansierunt † igitur tres anni absque bello inter Syriam & Israel. [2] In [A] anno autem tertio descẽdit Iosaphat rex Iuda ad regem Israel. [3] Dixitque rex Israel ad seruos suos: Ignoratis quòd nostra sit [a] Ramoth Galaad, & negligimus tollere eam de manu regis Syriæ? [4] Et ait ad Iosaphat: Veniẽsne mecum ad præliandum in Ramoth Galaad? Dixitque Iosaphat ad regem Israel: Sicut ego sum, ita & tu: † Populus meus & populus tuus vnum sunt: & equites mei, equites tui. [b] Dixitq; Iosaphat ad regem Israel: Quære, oro te, hodie sermonem domini. [6] Cõgregauit ergo Rex Israel prophetas quadringentos circiter viros, & ait ad eos: Ire debeo in Ramoth Galaad ad bellandum, an quiescere? Qui responderunt: Ascende, & dabit eam dominus in manu Regis. [7] Dixit autem Iosaphat: Non est hic propheta domini quispiam, vt interrogemus per eum? [8] Et ait rex Israel ad Iosaphat: Remãsit vir vnus per quem possumus interrogare dominum: sed ego [c] odi eum, quia non prophetat mihi bonũ, sed malum, Michæas filius Iemla. Cui

[c] Dicunt Hebræi hoc verbũ benedixit, hic poni pro contrario sensu, hoc est pro maledixit, vel blasphemauit.

* Blasphemauit Naboth.

[d] Nam cum ab eo vineam rex posceret, pecuniã daturi se pollicens, indecorũ prorsum pro paterna recusauit hereditate, maluitq; morte declinare huiusmodi turpitudinem. Nõ mihi, inquit, fiat à domino, vt dẽ tibi hereditatẽ patrũ meorum. Non vtiq; de vitibus dicit, nec enim de vitibus cura est deo, neque deterreno spacio, sed de iure loquitur patrum. Potuit vtique & aliam vineam de vineis regis accipere, & in amicis esse, in quo non mediocris seculi huius vtilitas æstimari solet, sed qd turpe erat, iudicauit non videri vtile, maluitq; periculum cũ honestate, quàm vtilitatem cũ opprobrio. Ambr. offi. 3 cap. 9.

[e] Num deprehẽdistime in malo, vt more tuo comminaris mihi vltionem?

[f] Vides quia regibus nõ temere vel à prophetis dei vel à sacerdotibus facienda iniuria sit, si nulla sint grauiora peccata in quib⁹ debeant argui. Vbi autem grauiora peccata sunt, ibi non videtur à sacerdote parcẽdum, vt iustis interpationibus corrigantur. Ambr. in Psal. 37.

[g] Achab plane Rex Israel liberam habuit vitæ conditionẽ, qua & regio fuit scẽptro insignis, & multis populis latè imperitabat: animo verò maximè seruꝰ fuit, quòd sordido idolorũ cultui, crudelitati, iniustitiæ, & alienæ rei vendicãdæ ea opiditate seruorum submiserat, ipsorũque addixerat. Cyrillus in Ioã. lib. 9. ca. 2.

[a] Ramoth Galaad olim ciuitas refugii, in tribu Gad assignata Leuitis: quam regnis Syriæ abstulerunt, ideo illam Achab repetere voluerat.

[b] Ideo Iosaphat visebat Achab, quia Ioram filius eius duxerat in vxorem filiam Achab & Iezabelis.

[c] Hunc Michæam iusserat Achab includi in carcere, eò quòd cũ arguerat quòd Benadab regem Syriæ dimisisset impune, vt patuit sup. c. 20. g

[a] Cui Iosaphat ait: Ne loquatis ita, Rex. [9] Vocauit ergo Rex Israel eunuchũ quendã, & dixit ei, Festina adducere Michæam filium Iemla. [10] Rex autẽ Israel & Iosaphat Rex Iuda sedebant vnusquisq; in solio suo vestiti cultu regio in area, iuxta ostium portæ Samariæ, & vniuersi [d] prophetæ prophetabant in conspectu eorum. [11] Fecit quoque sibi Sedechias filius Chanaana, cornua ferrea, & ait, Hæc dicit dominus: His ventilabis Syriam, donec deleas eam. [12] Omnésq; prophetæ similiter prophetabãt, dicentes: Ascende in Ramoth Galaad, & vade prosperè, & tradet eã dominus in manus regis. [13] Nuncius vero qui ierat vt vocaret Michæã, locutus est ad eũ, dicens: † Ecce sermones prophetarum ore vno Regi bona prædicant. Sit ergo sermo tuus similis eorum, & loquere bona. [14] Cui Michęas ait: Viuit dominus, quia quodcunq; dixerit mihi dominus, hoc loquar. [15] Venit itaq; ad Regẽ: & ait illi Rex: Michæa, ire debemus in Ramoth Galaad ad præliandum, an cessare? Cui ille respondit: [c] Ascende, & vade pro- [C] sperè, & tradet dominus in manus Regis. [16] Dixit autem Rex ad eum: Iterum atq; iterum adiuro te, vt non loquaris mihi nisi quod verum est, in nomine domini. [17] Et ille ait: Vidi cunctum Israel dispersum in montibus quasi oues non habentes pastorẽ. Et ait dominus: Non habẽt isti dominũ: reuertatur vnusquisq; in domum suam in pace. [18] Dixit ergo Rex Israel ad Iosaphat: Nunquid nõ dixi tibi, quia non prophetat mihi bonũ, sed semper malũ? [19] Ille verò addens ait: Propter hoc audi sermonem domini: † Vidi dominum sedentem super solium suum, [f] & omnem exercitum cœli assistentem ei à dextris & à sinistris. [20] Et ait dominus: † Quis decipiet Achab Regem Israel, vt ascendat, & cadat in Ramoth Galaad? Et dixit vnus verba huiusce modi, & alius aliter. [21] Egressus est autem spiritus, & stetit coram domino, & ait: Ego decipiam illum. Cui locutus est dominus: In quo? [22] Et ille ait: Egrediar, & ero spiritus mendax [D] in ore omnium prophetarum eius. Et dixit dominus: Decipies & prævalebis. [g] egredere, & fac ita. [23] Nunc igitur ecce dedit dominus spiritum mendaci: in ore omnium prophetarum tuorum qui hic sunt: & dominus locutus est contra te malum. [24] Accessit autem Sedechias filius Chanaana, & percussit Michæam in maxillam, & dixit: [h] Méne ergo dimisit spiritus domini, & locutus est tibi? [25] & ait Michæas: Visurus es in die illa, quando ingredieris cubiculum intra cubiculum, vt [i] abscondaris. [26] Et ait Rex Israel: Tollite Michæam, & maneat apud Ammon principem ciuitatis, & apud Ioas filium Amælech, & dicite eis: [27] Hæc dicit Rex: Mittite virum istum in carcerem, & sustentate eum pane tribulationis, & aqua angustiæ, donec reuertar in pace. [28] Dixítq; Michæas: Si reuersus fueris in pace, non est locutus in me dominus. Et ait: Audite populi omnes. [29] Ascendit itaq; Rex Israel, & Iosaphat Rex Iuda in Ramoth Galaad. [30] Dixit itaque Rex Israel ad Iosaphat: Sume arma, & ingredere prælium: & [E] induere vestibus tuis. Porrò Rex Israel mutauit habitum suum, & ingressus est bellum. [31] Rex autẽ Syriæ præceperat principibus curruum trigintaduobus, dicens: Non pugnabitis contra minorem & maiorem quenquam, nisi contra regem Israel solum. [32] Cum ergo vidissent principes curruũ Iosaphat, suspicati sunt quòd ipse esset rex Israel, & impetu facto pugnabant contra eũ. Et exclamauit Iosaphat. [33] Intellexerúntque principes curruum quòd non esset Rex Israel: & cessauerunt ab eo. [34] Vir autem [F] quidam tetendit arcum in incertum sagittam dirigens, & casu percussit Regem Israel inter pulmonem & stomachum. At ille dixit aurigæ suo: Verte manum tuam, & eíice me de exercitu, quia grauiter vulneratus sum. [35] Commissum est ergo prælium in die illa, & Rex Israel stabat in curru suo contra Syros, & mortuus est vespere. Fluebat autẽ sanguinis plagæ in sinum currus: [36] & præco insonuit in vniuerso exercitu antequam sol occumberet, dicens: Vnusquisq; reuertatur in ciuitatẽ & in terrã [F] suam. [k] [37] Mortuus est autẽ Rex, & perlatus est in Samariam. Sepelierúntq, Regem in Samaria, [38] & lauerunt currũ eius in piscina Samariæ, † & linxerunt canes sanguinem eius, & habenas lauerunt iuxta verbum domini quod locutus fuerat. [39] Reliqua autem sermonum Achab, & vniuersa quæ fecit, & domus eburnea quam ædificauit, & cunctarúmque vrbium quas extruxit, nónne hæc scripta sunt in libro verborum die-

[d] Legimus enim decepisse Regẽ falso vaticinio plenos prophetarum. Et ita legimus vt neque sine diuino iudicio factum inueniamus, quoniã dignus erat ille fic decipi. Neq; per eum angelum quẽ deceptionis officium suscipere nõ decet: sed per angelum erroris qui sibi vltro tales partes imponi cum lætitia postulauit. Augu. lib. 83. quæst. 53 quæstione.

[e] Ironice Michæas ludit Regẽ placita tantùm petẽtem.

[f] Nec mouere debet quòd exercitus cœli erãt repulsi angeli vocantur: quia & ipsi quãuis ab æthereo cœlo expulsi sint, adhuc tamen in aereo cœlo vt plurimũ demorantur. Eucherius ibidem.

[g] Non enim ministrãt deo solummodo boni, qui adiuuant, sed etiã mali, qui probationem solum qui à culpa redeũtes se subleuant, sed etiam qui redire nolentes grauant. Eucher. ibid.

[h] Et vidit Sedechias Regẽ hæsitantem, & confortauit eum secreto dicens: Hic si esset prophęta, aruisset manus mea sicut manus Ieroboam. Sed & locutus est cõtra Eliam qui prædixit ei moriturũ vbi mortuus est Naboth. Comestor ibid.

[i] Scilicet cũ insonuerit rumor de morte regis: tunc metuens à filiis regis occidi tanquam fallacius & deceptor, cũ fuerint à bello regressi. Dionys. ibid.

[k] Dum ergo hæc Achab Regi à duobus prophetis prædicta videantur, oportet magnam iudicari diuinitatẽ, & honorari semper & colli, & quæ vera sunt potius recipi, quàm ea quæ pro cuiuslibet libidine dicantur, amplecti, & arbitrãri dum quia nihil vtilius est, quàm virorum talium præscientia, præbente scilicet deo quid vnusquisque debeat obseruare. Et cogitãdum ex his quæ regi prouenerũt, quia quod debeant, neque dum præcretum fuerit, euitatur, sed repit in animas hominũ inuoli spe blandiẽdo, & hoc modo seducendo, donec à deo debita passio cõpleatur. Ios. lib. 8. cap. vlt. Antiq. Iudai.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum Regum Israel?[40] Dormiuit ergo Achab cũ patribus suis, & regnauit Ochozias filius eius pro eo.[41] Iosaphat vero filius Asa regnare cœperat super Iudã [l] anno quarto Achab regis Israel. [42] Trigintaquinq; annorum erat cum regnare cœpisset, & viginti quinq; annis regnauit in Ierusalẽ. Nomẽ matris eius Azuba, filia Salai. [43] Et ambulauit in omni via Asa patris sui: & non declinauit ex ea. Fecitq; quod rectum est in conspectu domini:[44] veruntamen excelsa non abstulit. Adhuc enim populus sacrificabat & adolebat incensum in excelsis. [45] Pacémq; habuit Iosaphat cum rege Israel. [46] Reliqua autem verborum Iosaphat, & opera eius quæ gessit, & prælia, nónne hæc scripta sunt in libro verborũ dierum regum Iuda? [47] Sed & reliquias effœminatorũ qui remãserant in diebus Asa patris eius, abstulit de terra. [48] Nec erat tunc rex cõstitutus in Ædom. [49] Rex verò Iosaphat fecerat classes in mari quæ nauigarent in Ophir propter aurum, & ire non poterant, quia confractæ sunt in Asiongaber. [50] Tunc ait Ochozias filius Achab ad Iosaphat: Vadant serui mei cum seruis tuis in nauibus. Et noluit Iosaphat. [51] Dormiuitq; Iosaphat cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate Dauid patris sui, regnauitq; [m] Ioram filius eius pro eo. [52] Ochozias autem filius Achab regnare cœperat super Israel in Samaria [n] anno septimodecimo Iosaphat Regis Iuda, regnauitq; super Israel duobus annis. [53] Et fecit malum in conspectu domini, & ambulauit in via patris sui, & matris suæ: & in via Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel. [54] Seruiuit quoque Baal, & adorauit eum, & irritauit dominum deum Israel, iuxta omnia quæ fecerat pater eius.

l. In fine cñ. 4. anni Achab, cœpit Iosaphat regnare, cuius camẽ annus Achab est primus annus eius.

Anno ante Christum 910. Annorum ab exitu Israelitarum 550. Romuli 52. Archelai 22. Anno ante Christum 909. Annorum ab exitu Israelitarum 551. Romuli 53. Archelai 23.

m. Libro. 4. Reg. 1. dicit scriptura: Anno. 2. Ioră Regis Iudă regnauit Ioră rex Israel. Ideo dicẽdum Ioram Iudæ a patre regẽ designatum anno. 17. regni sui. Nã hic mos erat ñ quis Regum in bellũ profecturus esset, vt primus significaret quem regem posse se esse veller, si quid in prælio fortasse caderet.

n. Cum patre enim duobus regnauit annis, & post patris obitũ vno alio cum fratre regnauit anno, vsq; ad annum. 19. Iosaphat, in quo cœpit Ioram frater regnare.

Incipit Regum Liber quartus.

Ægrotans Ochozias, & Beelzebub consulens, ab Elia increpatur, duobus quinquagenariis eius igne consumptis. I.

a. Egit autem Moab inique cõtra Israel, rebellauit enim Ochoziæ Moab: qui patri suo Achab tributa pendebat.

b. Mortuo impiissimo rege Achab, impius hæres successit, filius vtique eius Ochozias, de quo scriptura narrat quòd fecerit malũ cõspectũ domini, & ambulauerit in via patris sui, & matris suæ, & in via Ieroboã filij Nabat. Seruiuit quoq; Baal, & adorauit eum, & irritauit dominũ deũ Israel iuxta omnia quæ fecerat pater eius, sed nõ diu prosperatur: ioia per ciccilos domus sua cecidit, & ægrotauit vsq; ad mortem. Angelus mus.

[a] Ræuaricatus est autem Moab in Israel postquam mortuus est Achab. [b] Cecidítq; Ochozias per cancellos cœnaculi sui quod habebat in Samaria, & ægrotauit, misítq; nuntios, dicens ad eos: Ite, cõsulite Beelzebub deum Accaron vtrum viuere queam de infirmitate mea hac. [3] Angelus autem domini locutus est ad Eliam Thesbiten, dicens: Surge & ascẽde in occursum nuntiorum Regis Samariæ: & dices ad eos: Nunquid non est deus in Israel, vt eatis ad consulendum Beelzebub deum Accaron? [4] Quamobrem hæc dicit dominus: De lectulo super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. Et abiit Elias: [5] reuersíque sunt nuntij ad Ochoziam. Qui dixit eis: Quare reuersi estis? [6] At illi respõderunt ei: Vir occurrit nobis, & dixit ad nos. Ite, reuertimini ad regem qui misit vos, & dicetis ei, Hæc dicit dominus: Nunquid quia non erat deus in Israel, mittis vt consulatur Beelzebub deus Accaron? Idcirco de lectulo super quem ascendisti, nõ descendes: sed morte morieris. [7] Qui dixit eis: Cuius figurę & habitus est vir ille qui occurrit vobis, & locutus est verba hęc? [8] At illi dixerũt: [c] Vir pilosus, & zona pellicea accinctus renibus. Qui ait: Elias Thesbites est. [9] Misítq; ad eũ [d] quinquagenariũ principẽ, & quinquaginta qui erant sub eo. Qui ascẽdit ad eum: sedentíque in vertice montis, [e] ait: Homo dei, rex præcepit vt descendas. Respõdénsq; Elias [10] dixit quinquagenario: Si homo dei sum, descẽdat ignis de cœlo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. Descendit ergo ignis de cœlo, & deuorauit eum, & quinquaginta qui erant cum eo. [11] Rursúmq; misit ad eum principem quinquagenarium alterum, & quinquaginta cũ eo. Qui locutus est illi: Homo dei, hęc dicit rex: Festina, descende. [12] Respõdens Elias ait: † Si homo dei ego sum, descẽdat ignis de cœlo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. Descendit ergo ignis de cœlo, & deuorauit illũ, & quin-

c. Longos habebat pilos in capite & barba, vel quia hirsutum, velut bestiæ lo-nes baptista habuit indumenti, & zona ex corio accinctus erat. Dionys.

d. Qui nisi lubens descẽderet, illũ vi descendere faceret.

e. Qui supercilio, id est superbo cum ceteris alatos animo, dixit: Homo dei, vt ad illum nobilem cæsa, Rex Ochozias, id est Elius Achab fuit. Si homo dei ego sum, vt inquis, respondit prophetæ, in re nulla in eos qui recum sunt, cæleste flammã ardebit. Augdemicabilibus sacræ scripturæ lib. 1. cap. 10.

& quinquaginta eius. [13] Iterum misit principẽ quinquagenariũ tertium, & quinquaginta qui erant cum eo. Qui cum venisset, curuauit genua contra Eliam, & precatus est eum, & ait: Homo dei noli despicere animam meam, & animas seruorum tuorum qui mecum sunt. [14] Ecce descendit ignis de cœlo, & deuorauit duos principes quinquagenarios primos, & quinquagenos qui cum eis erant: Sed nunc obsecro vt misereris animæ meæ. [15] Locutus est autem angelus domini ad Eliam, dicens: Descende cum eo: Ne timeas. [f] Surrexit igitur, & descendit cum eo ad Regẽ, [16] & locutus est ei: Hæc dicit dominus: Quia misisti nuncios ad consulendũ Beelzebub deum Accaron, quasi non esset deus in Israel, à quo posses interrogare sermonẽ, ideo de lectulo super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. [17] Mortuus est autem iuxta sermonem domini quẽ locutus est Elias, & regnauit [g] Ioram frater eius pro eo: [h] anno secũdo Ioram filij Iosaphat regis Iudæ. Non enim habebat filium. [18] Reliqua autem verborum Ochoziæ quæ operatus est, nónne hæc scripta sunt in libro sermonũ dierum regum Israel?

f. Qui cito surgens, & grossum faciẽs, superbiæ interẽptus, cum humiliato & supplice ad regem perrexit. Aug. vbi prius.

g. Hic dicitur solus regnasse, qui prius quinq; vel sex annis regnum administrauerat cum fratre Ochozia languente.

h. Hoc est 18. Iosaphat qui Ioram filium suum secum sociauerat anno 17. regni sui.

Elias aquæ Iordanis diuisis, Eliseo pallium & duplicatum spiritum relinquens in cœlum rapitur, quæritur nec inuenitur. Eliseus remenso Iordane sanatis aquis à pueris ridetur ab vrsis lacerandis. II.

[a] Factum est autem, [a] cum leuare vellet dominus Eliam per turbinem in cœlũ, ibant Elias & Eliseus de Galgalis. [2] Dixítq; Elias ad Eliseum: Sede hic, quia dominus misit me vsq; in Bethel. Cui ait Eliseus: Viuit dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. Cúmq; descendissent Bethel, [1] egressi sunt filij prophetarum qui erant in Bethel, ad Eliseum, & dixerunt ei: Nũquid nosti quia hodie dominus tollet dominum tuum à te? Qui respondit: Et ego noui. Silete. [4] Dixit autem Elias ad Eliseum: Sede hic, quia dominus misit me in Iericho. Et ait ille: Viuit dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. Cúmq; venissent Iericho, [5] accesserunt [b] filij prophetarum qui erant in Iericho ad Eliseum, & dixerunt ei: Nunquid nosti quia dominus hodie tollet dominum tuum à te? Et ait: Et ego noui. Silete. [6] Dixit autẽ ei Elias: Sede hic, quia dominus misit me vsq; ad Iordanem. Qui ait: Viuit dominus, & viuit anima tua, [c] quia non derelinquã te. Ierunt igitur ambo pariter: [7] & quinquaginta viri de filiis prophetarũ secuti sunt eos, qui & steterunt ecõtra à longe. Illi autem ambo stabant super Iordanẽ. [8] Tulítq; Elias pallium suum, & inuoluit illud, & percussit aquas, quæ diuisæ sunt in vtramq; partem: & transierunt ambo per siccum. [9] Cúmq; transissent, Elias dixit ad Eliseum: Postula quod vis, vt faciam tibi, antequam tollar à te. Dixítq; Eliseus: Obsecro vt fiat in me duplex spiritus tuus. [10] Qui respõdit: Rem difficilẽ postulasti. Attamen [d] si videris me quãdo tollar à te, erit quod petisti. si autem non videris, non erit. [11] Cúmq; pergerẽt, & incedẽtes sermocinarẽtur, ecce currus igneus, & equi ignei diuiserunt vtrumq;. † [c] Et ascẽdit Elias per turbinẽ in cœlum. [12] Eliseus autem videbat & clamabat: † Pater mi, pater mi, currus Israel, & auriga eus. Et nõ vidit eũ amplius. Apprehenditq; vestimenta sua, & scidit illa in duas partes. [13] Et leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei. Reuersúsq; stetit super ripam Iordanis, [14] & pallio Eliæ quod ceciderat ei, percussit aquas, & non sunt diuisæ. Et dixit: [f] Vbi est deus Eliæ etiam nunc? Percussítq; aquas, & diuisæ sunt huc atq; illuc, & transiit Eliseus. [15] Vidẽtes autem filij prophetarum qui erant in Iericho econtra, dixerunt: [g] Requieuit spiritus Eliæ super Eliseũ. Et venientes in occursum eius, adorauerunt eum proni in terram, [16] dixerúntque illi: Ecce cum seruis tuis sunt quinquaginta viri fortes, qui possunt ire, & quærere dominum tuum, ne forte tulerit eum spiritus domini, & proiecerit eum in vnum montiũ, aut in vnã vallium. Qui ait: Nolite mittere. [17] Coegerúntq; eũ, donec acquiesceret, & diceret: Mittite. Et miserunt quinquaginta viros. Qui cũ quæsissent tribus diebus, nõ inuenerunt. [18] Et reuersi sunt ad eum. At ille habitabat in Iericho, & dixit eis: Nunquid non dixi vobis, nolite mittere? [19] Dixerunt quoq; viri ciuitatis ad Eliseum: Ecce habitatio ciuitatis huius optima est, sicut tu ipse domine perspicis:

a. Quòd abstrahẽdus Elias atque eleuandus ad cœlum, inferic Eliseo vt reuideret in Bethel, aut Iericho, siue Iordane, & ille semper iurauerit per dominũ quòd nõ relinqueret eũ, hoc figurat se videtur, quòd apostolorum in se habuerit figuram qui ab ipsa reuelatione fidei Christo domino indiuidua adhærentes, vsque in dię ascensionis eius in cœlum ab eius comitatu non recesserunt. Eucherius ibidem.

b. Discipuli prophetarum, quia propheticis disciplina sacra eruditebantur.

c. Nónne tibi videtur Elias ascendẽtis domini figurare personã, Eliseus vero chorum apostolorum in ascensione Christi anxiè suspirãtem? Sicut enim Eliseus ab Elia nullo modo auelli poterat, sic nec apostoli à Christi præsentia poterant separari. Ber. de intellectu & affectu. Ser. 3.

d. Cuncta tibi quod postulas, si accentior inspexeris cum abripiar à te: quoniam non datur gratia nisi vigilanti. Chrysost. in acta apost. Homil. 1.

e. In cœlũ quippe arreum Elias subleuatus est, vt Ecclesia quadã terræ regione repente duceretur, vbi in magna iam carnis ac spiritus quiete viueret, quousq; ad finem mundi rediret, & mortis debitũ solueret. Euch. ibidem.

f. Non quòd putaret absentem, sed quia præsentiam eius in beneficiis requirebat. Ambros. in psal 37.

g. Quod si quãdo hæretica peruersitate opinabãtur, quid dicturi sunt in eo quòd scr prum est, Requieuit spiritus Elię super Eliseum, cum iã ille vtique haberet animã suam, nisi quia dictum est de spiritu dei, vt eũ per il lũ operaretur quasi per Eliam operabatur, non ab illo recedẽs, vt illum posset implere aut dispertiendo min? esse in illo, vt posset ex aliqua parte & in illo esse? Deus est enim, qui posset esse in omnibus sanctis in quibus per illam gratiã esse voluerit. Aug super 11. c. Num. q. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

h Cur voluit vasculū nouū habere? forsan ne aliquis superaddere, aut superficiarius quod i vase quo uti voluit, fuissent quedam alia vim sanandi aquam habentia, & sic aquæ curatio adscriberetur causæ naturali, non diuinæ virtuti. Dionysius.

i Quam rem etiam parentibus suis instigantibus fecisse credendi sunt. Necenim pueri illi clamarent, si suis parentibus displiceret. Augu. Serm. 204. de tempore.

sed aquæ pessimæ sunt, & terra sterilis. [20] At ille ait: Afferte mihi [h] vas nouū, & mittite in illud sal. † Quod cū attulissent, [21] egressus ad fontē aquarum, misit in illum sal, & ait: Hæc dicit dominus: Sanaui aquas has, & non erit vltrà in eis mors neq; sterilitas. [22] Sanatæ sunt ergo aquæ vsq; in diem hanc iuxta verbū Elisei, quod locutus est. [23] Ascendit autem inde Eliseus in Bethel. Cúmque ascenderet per viam, pueri parui egressi sunt de ciuitate, & illudebant ei, dicētes: [i] Ascende calue, ascēde calue. [24] Qui cum respexisset, vidit eos, & maledixit eis in nomine domini. Egressiq; sunt duo vrsi de saltu, & lacerauerunt ex eis quadragintaduos pueros. [25] Abiit autem inde in montem Carmeli, & inde reuersus est in Samariam.

† Deuter. 29. Apoc.

In Moabitas rebelles arma parant Reges Iuda, Israel, & Ædom, quibus in via Eliseus dat aquas: inde victus Rex Moab primogenitum immolat filium. III.

a Hoc est, administrare cœpit languente fratre suo Ochozia, atq; duobus annis administrauit, quo defuncto regnauit solus 12. annis, & sic. 14. annis regnauit à 18 anno Iosaphat, qui & Iesaidus Iorā filij annus erat, vsq; ad primū annum Iehu.

A Ioseph. Anno ante Christum 901. Anno mundi 3049.

IOram verò filius Achab [a] regnauit super Israel in Samaria anno decimo-octauo Iosaphat regis Iudæ: regnauitq; duodecim annis, [2] & fecit malum coram domino, sed non sicut pater suus & mater. Tulit enim statuas Baal, quas fecerat pater eius: [3] veruntamē in peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel, adhæsit, nec recessit ab eis. [4] Porrò Mesa Rex Moab nutriebat pecora multa: & soluebat Regi Israel centum milia agnorum, & centum milia arietum cum velleribus suis. [5] Cúmque mortuus fuisset Achab, prævaricatus est fœdus quod habebat cum rege Israel. [6] Egressus est igitur Rex Ioram in die illa de Samaria, & recensuit vniuersum Israel: [7] misitq; ad Iosaphat regem Iuda, dicens: Rex Moab recessit à me, veni mecum contra eum ad prælium. Qui respondit: Ascendam. † [b] Qui meus est, tuus est: populus meus populus tuus: & equi mei equi tui. [8] Dixitq;: Per quam viā ascendemus? At ille respondit: Per desertum Idumææ: [9] Perrexerunt igitur rex Israel, & rex Iuda, & [c] Ædom, & circuierunt per viam septem dierum, nec erat aqua exercitui & iumentis quę sequebantur eos. [10] Dixítque rex Israel: Heu heu heu. Congregauit nos dominus tres reges, vt traderet in manus Moab. [11] Et ait Iosaphat: Estne hic propheta domini, vt deprecemur dominum per eum? Et respondit vnus de seruis regis Israel: Est hic Eliseus filius Saphat: qui fundebat aquam super manus Eliæ. [12] Et ait Iosaphat: Est apud eum sermo domini? Descenditq; ad eum rex Israel & Iosaphat rex Iuda, & rex Ædom. [13] Dixit autem Eliseus ad regem Israel: Quid mihi & tibi est? Vade ad prophetas patris tui, & matris tuæ. Et ait illi rex Israel: Quare congregauit dominus tres reges hos, vt traderet eos in manus Moab? [14] Dixítque ad eum Eliseus: † Viuit dominus exercituum, in cuius conspectu sto: quòd si non vultum Iosaphat Regis Iudæ erubescerem, nō attendissem quidem te, nec respexissem. [15] Nunc autem adducite mihi psalten. † Cúmque caneret psaltes, facta est super eum manus domini. [16] Et ait: Hæc dicit dominus: Facite alueum torrentis huius fossas & fossas. [17] Hęc enim dicit dominus, Non videbitis ventum neque pluuiam, & alueus iste replebitur aquis, & bibetis vos, & familiæ vestræ & iumenta vestra. [18] Parúmque est hoc in conspectu domini, insuper tradet etiam Moab in manus vestras. [19] Et percutietis omnem ciuitatem munitam, & omnem vrbem electam, & vniuersum lignum fructiferum succidetis, cunctósque fontes aquarum obturabitis, & omnem agrum egregium operietis lapidibus. [20] Factum est igitur mane, quando sacrificium offerri solet, & ecce aquæ veniebant per viam Ædom, & repleta est terra aquis. [21] Vniuersi autem Moabitæ audientes quód ascendissent tres reges, vt pugnarent aduersus eos, conuocarunt omnes qui accincti erant balteo desuper, & steterunt in terminis. [22] Primóque mane surgentes, & orto iam sole ex aduerso aquarum, viderunt Moabitæ econtra aquas rubras quasi sanguinem: [23] dixerúntque: Sanguis gladij est. Pugnauerunt Reges contra se: & cæsi sunt mutuo. Nunc perge ad prædam Moab. [24] Perrexerúntq; in castra Israel. Porrò consurgens Israel percussit Moab. At illi fugerunt coram eis. Venerunt igitur qui vicerant, & percusserunt Moab: [25] & ciuitates destruxerunt, & omnem agrum optimum mittentes singuli lapides repleuerunt, & vniuersos

b Hoc est, Vterque & meus, sicut tuus.

c Quomodo rex Idumææ dicitur isse cum Ioram, cū tunc nōdum fuerat Rex in Idumæa constituta à tempore Dauid, qui abstulerat Idumæis regnum sceptrū? Vide infra habetur. 8. c. In diebus illis recessit Aedō necesse sub Iuda, & constituit sibi regē. Reiponderat quod in scripturis rex saepius vocatur dux, ita hoc loco rex vocatur dux. Dionysius.

d Reges autē videntes hoc factū necessitatis imò crudelitatis, ex humana compassione recesserunt ab eo. Comestor.

Eliseus mulierem ditat oleo, cui filium impetrat, hunc mortuum suscitat, ac sanata olla panes multiplicat. IIII.

A

MVlier [a] autem quædam de vxoribus Prophetarum clamabat ad Eliseū, dicens: Seruus tuus vir meus mortuus est: & tu nosti quia seruus tuus fuit timens deū. Et ecce creditor venit vt tollat duos filios meos ad seruiendū sibi. [2] Cui dixit Eliseus: Quid vis vt faciam tibi? Dic mihi: Quid habes in domo tua? At illa respōdit: Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea, nisi parum olei quo vngar. [3] Cui ait: Vade, pete mutuò ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca: [4] & ingredere, & claude ostium tuum cum intrinsecus fueris tu & filij tui, & mitte inde in omnia vasa hæc: & cum plena fuerint, tolles. [5] Iuit itaq; mulier, & clausit ostium super se & super filios suos. Illi offerebant vasa: & illa infundebat. [b] [6] Cúmq; plena fuissent vasa, dixit ad filium suum: Affer mihi adhuc B vas. Et ille respondit: Non habeo. Stetitq; oleum. [7] Venit autem illa & indicauit homini dei. Et ille, vade, inquit, vende oleum, & redde creditori tuo: tu autem & filij tui viuite de reliquo. [8] Facta est autem quædam dies, & trāsibat Eliseus per [c] Sunam ciuitatem. Erat autem ibi mulier magna, quæ tenuit eum vt comederet panem. Cúmque frequenter inde transiret, diuertebat ad eam, vt comederet panem. [9] Quæ dixit ad virum suum: Animaduerto quòd vir dei sanctus est iste, qui transit per nos frequenter. [10] Faciamus ergo ei cœnaculum paruum: & ponamus ei in eo lectulum & mēsam, & sellā & candelabrum, vt cum venerit ad nos maneat ibi. [11] Facta est ergo dies quædā & veniens diuertit in cœnaculum, & requieuit ibi. [12] Dixitq; ad Giezi puerum suum: Voca Sunamitidē istam. Qui cum vocasset eā, & illa stetisset corā eo, [13] dixit ad pue- C rum suum: Loquere ad eam: Ecce sedulè in omnibus ministrasti nobis, quid vis vt faciam tibi? Nunquid habes negotiū, & vis vt loquar Regi, siue principi militiæ? Quæ respondit: In medio populi mei habito. [14] Et ait: Quid ergo vult vt faciam ei? Dixitq; Giezi: Ne quæras: Filium enim non habet: & vir eius senex est. [15] Præcepit itaque vt vocaret eā. Quæ cum vocata fuisset, & stetisset ante ostium, [16] dixit ad eam: † In tempore isto, & in hac eadem hora, si vita comes fuerit, habebis in vtero filiū. At illa respondit: Noli quæso dñe mi vir dei, noli mentiri ancillæ tuę. [d] [17] Et concepit mulier, & peperit filium in tempore & in hora eadem quā dixerat Eliseus. [18] Creuit autem puer, & cum esset quædam dies & egressus isset ad patrē suum ad messores, [19] ait patri suo: Caput meum doleo, caput meum doleo. At ille dixit puero: Tolle, & duc eū ad matrem suā. [20] Qui cū tulisset, & adduxisset eum ad matrem suam, posuit eum illa D super genua sua vsque ad meridiem, & mortuus est. [21] Ascendit autem, & collocauit eum super lectum hominis dei, & clausit ostiū. Et egressa [22] vocauit virum suū, & ait: Mitte mecum obsecro vnum de pueris & asinam, vt excurram vsq; ad hominē dei, & reuertar. [23] Qui ait illi: Quam ob causam vadis ad eum? Hodie non sunt Kalendæ, neque sabbatum. Quæ respondit: Vadam. [24] Strauitq; asinam, & præcepit puero: Mina & propera: ne mihi moram facias in eundo: & hoc age quod præcipio tibi. [25] Profecta est igitur, & venit ad virum dei in montem Carmeli. Cúmq; vidisset eam vir dei ecōtra, ait ad Giezi puerum suum: Ecce Sunamitis illa: [26] vade ergo in occursum eius, & dic ei: Recténe agitur circa te & circa virum tuum, & circa filium tuum? Quæ respondit: Recte. [27] Cúmq; venisset ad virum dei in montem, apprehendit pedes eius:

a Quam Hebræi existimāsse fuisse vxorem Abdiæ prophetæ.

b Hæc exigua olei particula per virtutem prophetæ in maius crescere nō cōtra naturā potuit. Omnē enim magnitudinē creaturarum de parnitate semper crescere conuenit, cum præsertim specialius hoc in liquoris natura pincernaria arte fiet, vt quædam poculorū genera de paruo materia in abūdantiā liquoris exundare & feruescere sano comprobentur. Aug. de mirabi. sacræ scrip. lib. 2. cap. 33.

c Suna vel Sunē ciuitas est sita ad orientales partes Carmeli montis, non procul à Gelboe monte in quinto miliario Thabor mōtis. Et mōs eiusdēm nominis imminens ciuitati ad quē Philisthiim cōtra Saul castrametati sunt.

d Supernaturale enim fuit quòd senex ille generauit, & item, q Eliseus non solū hoc præscivit, sed ēiā horam determinauit, sed & quòd prolem masculinam, & non femineam. Dionysius ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& accessit Giezi vt amoueret eam. Et ait homo dei: Dimitte illam, Anima enim eius in amaritudine est: & dominus celauit à me, & non indicauit mihi. [28] Quæ dixit illi: Nunquid petiui filium à dño meo? Nunquid non dixi tibi, ne illudas me? [29] Et ille ait ad Giezi: Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meũ in manu tua, & vade. Si occurrerit tibi homo, [c] non salutes eum: & si salutauerit te quispiam, nõ respondeas illi. Et pones baculum meum super faciẽ pueri. [30] Porrò mater pueri ait: Viuit dñs, & viuit anima tua, non dimittam te. † Surrexit ergo, & sequutus est eam. [31] Giezi autẽ præcesserat eos, & posuerat baculum super faciem pueri, & nõ erat vox, neq; sensus. Reuersusq; est in occursum eius, & nuntiauit ei dicens: Non surrexit puer. [32] Ingressus est ergo Eliseus domum, & ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius: [33] Ingressusq; clausit ostiũ super se & super puerum: & orauit ad dñm. † [f] [34] Et ascendit, & incubuit super puerum, posuitque os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius: & incuruauit se super eũ, & calefacta est caro pueri. [35] At ille reuersus, deambulabat in domo semel huc atq; illuc: & ascẽdit, & incubuit super eum. Et oscitauit puer septies, [g] aperuitque oculos. [36] Et ille vocauit Giezi, & dixit ei: Voca Sunamitidem hanc. Quæ vocata, ingressa est ad eũ. Qui ait: Tolle filium tuũ. † [37] Venit illa, & corruit ad pedes eius, & adorauit super terrã: tulitq; filium suum, & egressa est: [38] & Eliseus reuersus est in Galgala. Erat autem fames in terra, & filij prophetarũ habitabant coram eo, dixitq; vni de pueris suis: Pone ollam grandem, & coque pulmẽtum filiis prophetarum. [39] Et egressus est vnus in agrum, vt colligeret herbas agrestes. Inuenitque quasi vitem syluestrem, & collegit ex ea colocynthidas agri, & impleuit pallium suum, & reuersus conscidit in ollam pulmẽti, nesciebat enim quid esset. [40] Infuderunt ergo sociis, vt comederẽt. Cúmq; gustassent de coctione, exclamauerunt dicentes: Mors in olla, vir dei. Et nõ potuerunt comedere. [h] [41] At ille, Afferte, [o] inquit, farinam. Cúmq; tulissent, misit in ollam, & ait: Infunde turbæ, vt comedãt. Et non fuit amplius quicquam amaritudinis in olla. [42] Vir autem quidam venit de Baalsalisa deferens viro dei panes primitiarum, & viginti panes hordeaceos, & frumẽtum nouum in pera sua. At ille dixit: Da populo vt comedat. [43] Respondítque ei minister eius: Quantum est hoc vt apponam coram centum viris? Rursum ille, Da, ait, populo vt comedat. Hæc enim dicit dñs: Comedent, & supererit. [44] Posuit itaque coram eis. Qui comederunt, & superfuit iuxta verbum domini.

c. Festinatò enim iubebat ad eum contendere, vt celebrãdæ resurrectionis exquereretur officium, ne confabulatione alicuius obuij moratus reflecteretur à munere. Ergo & hic non salutationis officiũ ac sedulitas auferetur, sed obstaculũ impediendæ deuotionis abolebitur, vt quãdo diuina mãditur, sequestrẽtur humana. Ambros. Loc. 7. cap. 10.

f Frigidus erat puer, calefacit eũ Eliseus spiritu suo, dedit ei vitæ calorem. Condormiuit ei, vt eum calor quietis qui in symbolo ei consepultus fuerat, excitaret. Ambros. Epist. lib 4. Epist. 17

g. Eliseus mortuum suscitauit, sed alterum, nõ seipsum. Ecce enũ quot annis sæculo in monumẽto, quod à se nõ potest, sperans ab alio suscitari, ab eo vtique qui trium phauit mortis imperium in seipso. Inde est quòd ceteros dicim⁹ suscitatos, Christum resurrexisse, qui suis virtute propria victor exoddit de sepulchro. Bernardus die paschæ. Sermo. 1.

h. Eliseus quidẽ vates didicerat à magistro parcimoniã. cum ficos aleret prophetarũ, vitia agrestis gramulis mensas onerabat, & ineptis syluestribus olerib⁹ hospitalitatis humanitate implebat officiũ. Quorum offensã amaritudine, cũmãducare nõ possent, leuis farina a persone omnẽ illam amaritudinem temperauit abstinentis prophetice munere venenũ virus euacuãs. Ambr. de Elia cap. 6.

a. Cum Naaman regis Syriæ princeps persuasus lepra fuisset, & filij vel cõtus horreret, dolebat Rex Syriæ virum per quem plurima confecerat bella genere domuerat, & victoria perpetrauerat. Aug. Ser. 207. de tempore.

Naaman Syrus septies in Iordane Eliſei conſilio lotus, mundatur à lepra: quæ Giezi propter munera ab eo ſuſcepta perpetuò adhæſit. V.

[a] NAaman princeps militiæ Regis Syrię, erat vir magnus apud dominum suum, & honoratus. Per illum enim dedit dñs salutem Syriæ. Erat autẽ vir fortis, & diues: sed leprosus. [2] Porrò de Syria egressi fuerant latrunculi, & captiuam duxerant de terra Israel puellam paruulam, quæ erat in obsequio vxoris Naaman, [3] quæ ait ad dominam suam: Vtinam fuisset dñs meus ad prophetam qui est in Samaria: profectò curasset eum à lepra quã habet. [4] Ingressus est itaque Naaman ad dominum suum, & nunciauit ei dicens: Sic & sic locuta est puella de terra Israel. [5] Dixítque ei Rex Syrię: Vade, & mittam literas ad Regem Israel. [b] Qui cum profectus esset, & tulisset secum decem talenta argenti, & sex milia aureos, & decem mutatoria vestimentorum, [6] detulit literas ad Regem Israel in hæc verba: Cum acceperis epistolam hanc, scito quòd miserim ad te Naaman seruum meum: vt cures eum à lepra sua. [7] Cúmq; legisset Rex Israel literas, [c] scidit vestimenta sua, & ait: Nunquid deus ego sum, † vt occidere possim, & viuificare, quia iste misit ad me, vt curem hominem à lepra sua? Animaduertite & videte quòd occasiones quærat aduersum me. [8] Quod cum audisset Eliseus vir dei, scidisse videlicet Regem Israel vestimenta sua, misit ad eum, dicens: Quare scidisti vestimenta tua? Veniat ad me, & sciat esse prophetam in Israel. [9] Venit ergo Naaman cum equis & curribus, & stetit ad ostium domus Eliseí. [10] Misitq; ad eum Eliseus nuntium, dicens: Vade

b Naamã princeps militiæ, qui & leprosus erat, & fugerece ancillã ad beatũ Elisæum sanandus aduenit populũ Gentium figurabat. Aug. vbi supra.

c O fides Naaman principis, O Istius perfidia Regis. Naamã Syrus fideliter festinat ad deũ, & Rex perfidus suum scidit vestimentũ. Diffidunt qui nouerant & qui non nouerunt credũt. Chrysost.

Vade & lauare septies in Iordane: & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis. [11] Iratus Naaman, recedebat, dicens: Putabã quòd egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen dñi dei sui, & tãgeret manu sua locũ lepræ, & curaret me. [12] Nunquid nõ meliores sunt [d] Abana & Pharphar fluuij Damasci, omnibus aquis Israel, vt lauer in eis & munder? Cum ergo vertisset se, & abiret indignans, [13] accesserunt ad eum serui sui, & locuti sunt ei: Pater, etsi rem grandẽ dixisset tibi Propheta, certè facere debueras: quanto magis quia nunc dixit tibi, lauare, & mundaberis? [c] [14] Descendit ergo, & lauit septies in Iordane iuxta sermonem viri dei, † & restituta est caro eius sicut caro pueri paruuli: [f] & mũdatus est. [15] Reuersúsq; ad virum dei cũ vniuerso comitatu suo, venit & stetit coram eo, & ait: Vere scio quòd non sit alius deus in vniuersa terra, nisi tãtùm in Israel. Obsecro itaque vt accipias benedictionem à seruo tuo. [16] At ille respondit: Viuit dñs ante quem sto, quia non accipiam. Cúmque vim faceret, penitus non acquieuit. [17] Dixítq; Naaman: Vt vis. Sed obsecro cõcede mihi seruo tuo, vt tollam onus duorum burdonum [g] de terra. Non enim faciet vltrà seruus tuus holocaustum aut victimam diis alienis, nisi dño. [18] Hoc autem solum est de quo deprecẽris dñm pro seruo tuo: quando ingredietur dñs meus templum Remmon, vt adoret, & illo innitente super manum meam, si adorauero in templo Remmon adorante eo in eodem loco, vt ignoscat mihi dominus seruo tuo pro hac re. [19] Qui dixit ei: Vade in pace. Abiit ergo ab eo, electo terræ tempore. [20] Dixítq; Giezi puer viri dei: Pepercit dominus meus Naaman Syro isti, vt nõ acciperet ab eo quæ attulit: Viuit dominus, quia curram post eum: & accipiam ab eo aliquid. [21] Et secutus est Giezi post tergum Naaman. Quem cum vidisset ille currẽtem ad se, desiliit de curru in occursum eius, & ait: Recténe sunt omnia? [22] Et ille ait. Recte. Dominus meus misit me ad te, dicens: Modò venerunt ad me duo adolescentes de monte Ephraim, ex filiis Prophetarum, da eis talentum argenti, & vestes mutatorias duplices. [23] Dixítq; Naaman: Melius est vt accipias duo talenta. Et coegit eum, ligauítque duo talenta argenti in duobus saccis: & duplicia vestimenta, & imposuit duobus pueris suis, qui & portauerunt coram eo. [24] Cúmq; venisset iam vesperi, tulit de manu eorũ, & reposuit in domo, dimisitq; viros, & abierunt: [25] ipse autem ingressus stetit coram domino suo. Et dixit Eliseus: Vnde venis Giezi? Qui respondit. Non iuit seruus tuus quoquam. [26] At ille ait: Nónne cor meum in præsenti erat quando reuersus est homo de curru suo in occursum tui: Nunc igitur accepisti argentum, & accepisti vestes, vt emas oliueta, & vineas, & oues, & boues, & seruos, & ancillas. † [27] Sed & [h] lepra Naaman adhærebit tibi, & semini tuo vsque in sempiternum. Et egressus est quasi nix ab eo leprosus.

d. Qui alio nomine dicitur Amana.

c. Et ideo quod nobis impossibile impetratu videtur, deo donare possibile est. Nam & impossibile videbatur, vt peccatũ abluere aqua Naaman Syrus lepram suam mundari per aquã posse non credidit: sed quod impossibile erat, fecit deus possibile esse, qui tantã nobis donauit gratiã. Ambr. de pœnit. lib 2. c. 2.

f Mundatus, illico intelle xit non aquarum esse quòd vnusquisque mũdatur, sed gratiæ. Amb. de iis qui mysteriis initiantur. cap. 3.

g. De terra Israel quam reputabat sanctam, vt ex illa faceret altare in honorem dei Israel in Syria ad adorandum deum verum, & nõ amplius idola.

Ferrum in aqua ſub Eliſeo natat, Syri exploratores excæcati ducuntur ab Eliſeo in Samariam. Samariæ obſidio fame adeo grauatur, vt matres filios ederent, & Eliſeus inuberetur occidi. VI.

[a] DIxerunt autem filij Prophetarum ad Eliseum: Ecce locus in quo habitamus coram te, angustus est nobis. [2] Eamus vsq; ad Iordanem, & tollãt singuli de sylua materias singulas, vt ædificemus nobis ibi locũ ad habitandum. Qui dixit: Ite. [3] Et ait vnus ex illis, Veni ergo & tu cum seruis tuis. Respõdit, Ego veniam. [4] Et abiit cum eis. Cúmq; venissent ad Iordanem, cædebant ligna. † [c] Accidit autem vt cum vnus materiam succidisset, caderet ferrum securis in aquam. Exclamauítq; ille, & ait: Heu heu heu dñe mi, & hoc ipsum mutuò acceperam. [6] Dixit autem homo dei: Vbi cecidit? At ille mõstrauit ei locum. [b] Præcidit ergo lignum, & misit illuc. Natauítque ferrum. [7] Et ait: Tolle. Qui extendit manum, & tulit illud. [8] Rex autem Syriæ pugnabat contra Israel, consiliúmque iniit cum seruis suis, dicens: In loco illo & illo ponamus insidias. [9] Misit itaque vir dei ad Regem Israel, dicens: Caue ne tranſeas in locum illũ: quia ibi Syri in insidiis sunt. [10] Misit itaque Rex Israel ad locum quem dixerat ei vir dei, & præoccupauit eum:

h. Et lepram eũ Giezi à sancto susceptisse se credit. Hinc, qui gratiã sacerdotalẽ æstimãt pecuniis cõparare. Quibus cum ista dicerm⁹, sufficere debuit suam ecclã rãdo lepram possidere. Nã sicut validioribus morbis capite vitiato, reliquũ necesse est corpus inũdatione superioris morbi letaliter irrigari. ita & hi qui caput videntur esse ecclesiæ, morbo pestifero fraternũ vitiant corpus, vt nihil ex totius corporis cõpage insanciatum possit euadere, quod negligentiã sacerdotũ vitiosãtis mortale insecerit virus: ita vt videas in ecclesia pastum quos non merita sed pecuniæ ad episcopatus ordinem promouerunt, magnum populũ & indoctum, qui talem sibi asciuerit sacerdotem: quos si percunctari fidelites velis, quis eos præfecerit sacerdotes, respondebunt mox, & dicent, pecunia, & fauor, &c. Ambr. de dignitate sacerdotali. cap. 5.

a. Filij prophetarũ dicebãtur prophetarũ discipuli, qui sub illis studiũ theologicũ profitebãtur, ad quorum normam theologica nunc fit professio.

b. Vtique & hoc præter naturam factum esse cognoscimus. Grauior est enim species quã aquarum liquor. Aduertimus igitur materiæ esse virtutis gratiã quam naturam. Cadhuc tamẽ prophetica benedictio nis numeramus gratiam. Quod si tantũ humana valuit benedictio, vt naturã conuerteret, quid dicimus de ipsa cõsecratione diuina, vbi verba ipsa domini saluatoris operantur? Nam sacramentũ istud quod accipis, Christi sermone cõficitur. Amb. de iis qui mysteriis initiantur, cap. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& obseruauit se ibi non semel neque bis. [11] Conturbatúmq; est cor Regis Syriæ pro hac re,& conuocatis seruis suis ait:Quare non indicatis mihi quis proditor mei sit apud Regem Israel?[12] Dixítq; vnus seruorum eius:Nequaquam dñe mi Rex: sed Eliseus propheta qui est in Israel, indicat Regi Israel omnia verba quæcunque locutus fueris in conclaui tuo.[13] Dixítq; eis:Ite & videte vbi sit,vt mittam & capiam eũ. Annuntiauerunt ei dicentes:Ecce in Dothaim.[14] Misit ergo illuc equos & currus,& robur exercitus. Qui cum venissent nocte,circundederunt ciuitatem.[15] Consurgés autem diluculo minister viri dei egressus est,vidítq; exercitum in circuitu ciuitatis, & equos & currus:nuntiauítq; ei,dicens:Heu heu heu domine mi,quid faciemus?[16] At ille respondit:Noli timere.† Plures enim nobiscum sunt,quàm cũ illis,[17] cúmque orasset Eliseus, ait: Dñe aperi oculos huius,vt videat.Et aperuit dñs oculos pueri,[d] & vidit quia ecce mõs plenus equorum & curruum igneorum in circuitu Elisei.[18] Hostes verò descenderunt ad eum.Porrò Eliseus orauit ad dominum, dicens: † Percute obsecro gentem hanc cæcitate.Percussitq; eos dñs ne viderent iuxta verbum Elisei.[19] Dixit autem ad eos Eliseus:Non est hæc via,nec ista est ciuitas:sequimini me, & ostendam vobis virum quẽ quæritis.[e] Duxit ergo eos in Samariam.[20] Cúmq; ingressi fuissent in Samariam , dixit Eliseus : Domine aperi oculos istorum,vt videant. Aperuítq; dñs oculos eorum,& viderunt se esse in medio Samariæ.[21] Dixítq; Rex Israel ad Eliseum,cum vidisset eos:Nunquid percutiam eos pater mi?Et ille ait:[22] Nõ percuties.Neque enim cepisti eos gladio & arcu tuo,vt percutias. Sed [f] pone panem & aquam coram eis,vt comedant & bibant,& vadant ad dñm suum.[23] Appositáque est eis ciborum magna præparatio.Et comederunt & biberunt,& dimisit eos:abierúntque ad dominum suum.Et vltrà non venerunt latrones Syriæ in terram Israel.[24] Factum est autem post hæc congregauit Benadab Rex Syriæ vniuersum exercitũ suũ, & ascendit & obsidebat Samariam.[25] Factáq; est fames magna in Samaria:& tandiu obsessa est,donec venundaretur caput asini octoginta argenteis:& quarta pars[g] cabi stercoris columbarum quinque argenteis.[26] Cúmq; Rex Israel transiret per murum, mulier quædam exclamauit ad eum,dicens:Salua me domine mi Rex.[27] Qui ait:Nõ te saluet dominus,vnde te possum saluare?De area,vel de torculari ? Dixítq; ad eam Rex: Quid tibi vis? Quæ respondit:[28] Mulier ista dixit mihi:Da filium tuum vt comedamus eum hodie , & filium meum comedemus cras.† [29] Coximus ergo filium meum,& comedimus:dixíq; ei altera die:Da filium tuum,vt comedamus eũ. [h] Quæ abscondit filium suum.[30] Quod cum audisset Rex,scidit vestimenta sua,& transibat per murum. Viditq; omnis populus cilicium quo vestitus erat Rex ad carnem intrinsecus.[31] Et ait Rex:† Hæc mihi faciat deus,& hæc addat,si steterit caput Elisei filij Saphat super ipsum hodie.[32] Eliseus autem sedebat in domo sua, & senes sedebant cum eo.Præmisit itaque virum:& antequam veniret nuntius,ille dixit ad senes:Nunquid scitis quòd miserit filius homicidæ huc,vt præcidatur caput meum? Videte ergo cũ venerit nuntius,claudite ostium,& non sinatis eum introire. Ecce enim sonitus pedũ dñi eius post eum est.[33] Adhuc illo loquente eis , apparuit nuntius qui veniebat ad eum. Et ait,Ecce tantum malum à domino est:quid amplius expectabo à domino?

Fugatos à domino Syros ab obsidione Samariæ quatuor leprosi nuntiant,vnde prædicente Eliseo fame periclitantibus victus copia succurrit. VII.

DIxit autem Eliseus:Audite verbum domini.Hęc dicit dñs:[a] In tempore hoc cras modius similę vno statêre erit: & duo modij hordei statêre vno in porta Samariæ.[2] Respondens vnus de ducibus, super cuius manum Rex incumbebat, homini dei,ait: Si dñs fecerit etiam cataractas in cœlo,nũquid poterit esse quod loqueris?Qui ait:Videbis oculis tuis,& inde non comedes.[b] Quatuor ergo viri erant leprosi iuxta introitum portæ,qui dixerunt adinuicem:Quid hic esse volumus donec moriamur?[4] Siue ingredi voluerimus ciuitatem,fame moriemur:siue mansérimus hic, moriendum nobis est. Venite ergo & trãsfugiamus ad castra Syriæ.Si pepercerint nobis,viuemus:si autem occidere voluerint,nihilo minus moriemur.[5] Surrexerunt ergo vesperi,vt venirent ad castra Syriæ. Cúmque venissent ad principium castrorum Syriæ, nullum ibidem repererunt.[6] Siquidem dominus [c] sonitum audire fecerat in castris Syriæ curruum & equorum,& exercitus plurimi. Dixerúntque adinuicẽ:Ecce mercede cõduxit aduersum nos Rex Israel Reges Hethæorũ,& Aegyptiorũ,& venerũt super nos.[7] Surrexerunt ergo,& fugerunt in tenebris,& dereliquerunt tentoria sua, & equos & asinos in castris,fugerúntque animas tantùm suas saluare cupiẽtes.[8] Igitur cum venissent leprosi illi ad principium castrorum,ingtessi sunt vnum tabernaculum,& comederunt & biberunt:tulerúntque inde argentum & aurum & vestes,& abierũt, & absconderunt:& rursum reuersi sunt ad aliud tabernaculum , & inde similiter auferentes absconderũt.[9] Dixerúntque adinuicem:Non recte facimus.Hæc enim dies boni nuntij est.Si tacuerimus & noluerimus nuntiare vsque mane,sceleris arguemur.Venite eamus & nuntiemus in aula Regis.[10] Cúmq; venissent ad portam ciuitatis , narrauerunt eis dicentes:Iuimus ad castra Syriæ,& nullum ibidem reperimus hominem nisi equos & asinos alligatos,& fixa tentoria.[11] Ierunt ergo portarij & nuntiauerunt in palatio Regis intrinsecus.[12] Qui surrexit nocte, & ait ad seruos suos : Dico vobis quid fecerint nobis Syri. Sciunt quia fame laboramus , & idcirco egressi sunt de castris,& latitãt in agris, dicentes:Cũ egressi fuerint de ciuitate,capiemus eos viuos,& tũc ciuitatẽ ingredi poterimus.[13] Respondit autẽ vnus seruorũ eius:Tollamus quinque equos qui remanserũt in vrbe:(quia ipsi tantùm sunt in vniuersa multitudine Israel:alij enim cõsumpti sunt:)& mittentes explorare poterimus.[d] [14] Adduxerunt ergo duos equos,misitq; Rex in castra Syrorũ,dicẽs:Ite & videte.[15] Qui abierunt post eos vsque ad Iordanem.Ecce autem omnis via plena erat vestibus & vasis quę proiecerant Syri cum turbarẽtur.Reuersiq; nuncij indicauerũt Regi.[16] Et egressus populus diripuit castra Syriæ:factúsq; est modius similæ statere vno , & duo modij hordei statere vno erunt:& modius similæ statere vno, hoc eodem tempore cras in porta Samariæ:[e] [19] quando responderat dux ille viro dei,& dixerat:Etiam si dominus fecerit cataractas in cœlo,nunquid poterit fieri quod loqueris?& dixit ei:Videbis oculis tuis, & inde non comedes.[20] Euênit ergo ei sicut prædictum erat:& cõculcauit eum populus in porta,& mortuus est.

Septennem famem Sunamitis Elisei consilio fugit:mortuo Benadab succedit Azael in Syria, & Iehoram Ochozias in Iuda,recedente Aedom à Iuda. VIII.

ELiseus autem locutus est ad mulierem cuius viuere fecerat filium, dicens: Surge,vade tu & domus tua , & peregrinare vbicunque repereris.[a] Vocauit enim dominus famem, & veniet super terrã septem annis.[2] Quæ surrexit , & fecit iuxta verbum hominis dei ; & vadens cum domo sua , peregrinata est in terrã Philisthiim diebus multis.[3] Cúmque finiti essent anni septem, reuersa est mulier de terra Philisthiim:& ingressa est vt interpellaret Regem pro domo sua, & pro agris suis.[4] Rex autem loquebatur cum Giezi puero viri dei, dicẽs: Narra mihi omnia magnalia quæ fecit Eliseus .[5] Cúmque ille narraret Regi quomodo mortuum suscitasset, apparuit mulier cuius viuificauerat filium , clamans ad Regẽ pro domo sua , & pro agris suis.Dixítque Giezi:Domine mi Rex,hæc est mulier,& hic est filius eius quem suscitauit Eliseus.[6] Et interrogauit rex mulierem. quę narrauit ei vera esse.Deditque ei Rex eunuchum vnũ,dicẽs : Restitue ei omnia quæ sua sunt,& vniuersos reditus agrorũ,à die qua reliquit terrã vsq; ad præsens.† [7] Ve-

c Igitur dum hæc gerũtur, auditum fecit dominus in castris Syriæ , vt populo promissam tribueret vbertatem: quadrigarum strepitus , currum fonitus , & armacorũ rumulus: in memoriam auriũ malum: refõnare, vt posteriam populũ suũ liberare. Aug. ser. 211. de Tempore.

d Strepitu perculsi inimici fugiunt; sinc pugna terga vertunt, vrbibus relinquũtur & Israelitæ egressi ciuitatem, castra hostiũ inuadũt depredatores. Reuertente ergo populo onerato, ille qui nõ crediderat, occidit lapsus, & vberratem videns in populo cecidit, & pressus est in porta,& mortuus. Aug. Ser. 211. de Tempore.

e Dux ille qui futurã frumenti abundantiã per Eliseum venturã audiens,credere noluit, ab hac impietate sua mortuus, à fidelibus consolatus est. Ruchertus.

a Dehac fame ambigendum est verũ præcesserit prædictam obsidionem, vel secuta sit. Comestor. Hanc autẽ dicit Rabbi Salomõ fuisse, de qua Ioheliis 1. cap. fit mẽtio. Quod non videtur verum : quoniã Hieronymus hunc credit Isaiæ contemporaneũ. Alij sub Manasse post mortem Ioiæ , atque hoc ideo , quia prorsus Israelitici regni non meminit, sed tantũ de tribus Iudæ captiuitate imminẽte.

c. O fides sancti prophete, nõ timet aduersarios quos prospicit, quoniã scit angelos secũ esse quos credit. Non metuit terrenas insidias, quia cælestia adesse ibi nouit auxilia. Plures, inquit, nobiscum sunt quam cum illis. Mira res, plures è cælo defensores meretur sanctitas, quàm in terris oppugnatores adduxit impro bitas. Ambr. Serm 86.

d. Pueri oculi aperiũtur,& nephandi exercitus excæcantur: videt puer quæ videre non poterat, & exercitus non videt quæ videbat. Chrysost.

e. Ducitur captiui qui propheram venerant captiuare propheta sanctissim⁹ nõ pugnat sed vincit, sicq; sine sanguine victor, sine gladio triumphator. Chrysost.

f. Docuit prior inimicos fouere, docuit primat deberehostibus parci, docuit aduersarius pro porna epulas exhiberi. Chrysost.

g Cabus sexta pars sati.

h. Dum à cultu dei gẽs iniqua discedit, horrenda fame cõprimitur,& iusta necessitate turbatur. Augustí. Sermo.211. de tẽpore. Proh dolor, in cibum pietas vertitur , in pabulum suscepta soboles commutatur. ante parricidium geritur quàm ad funestas epulas veniatur. Idem ibidem.

a. Nunciat autẽ prophera sanctissimus ad Regem cæ lirus vberratem quam sola fides crederet, & perfidia posse fieri denegaret. Nunciat in locum famis futurã abundantiam similaginis, nunciat cessaturã famẽ, succedturam vberratem. Nunciat salutis magnalia Dei succedtura virtute altissimi,& additur proprio sceleri perfidia hominis. Aug. Serm.211 de tempore.

b. Siquidem etiã quatuor illos qui cogẽre famẽ in castra primi regis Syriæ tetẽderunt, tradit historia fuisse leprosos: cur igitur non curabat fratres Eliseus,nõ curabat eiues,non sanabat prophera consortes, cũ sanaret alienos , sanares eos qui obseruantium legis, & religionis contorium non habebant? nisi quia voluntatis est medicina,non gẽtis, & diuinum munus vocatis eligitur, nõ naturæ iure defertur. Amb. Luc. 4. c. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nit quoque Eliseus Damascum:& Benadab Rex Syrię ęgrotabat. Nuntiauerúntque ei,dicentes: Venit vir dei huc. [8] Et ait Rex ad Hazael: †Tolle tecum munera,& vade in occursum viri dei,& consule dominum per eum,dicés: Si euadere potero de infirmitate mea hac? [9] Iuit igitur Hazael in occursum eius,habens secum munera,& omnia bona Damasci,onera quadraginta camelorum. Cúmq; stetisset corā eo,ait: Filius tu⁹ Benadab Rex Syriæ misit me ad te,dicēs: Si sanari potero de infirmitate mea hac? [10] Dixítq; ei Eliseus: Vade die ei: [b] Sanaberis,porrò ostendit mihi dñs quia morte morietur. [11] Stetítq; cum eo:& conturbatus est vsq; ad suffusionem vultus. Fleuítque vir dei. [12] Cui Hazael ait: Quare dñs meus flet? At ille dixit: Quia scio quæ facturus sis filiis Israel mala. Ciuitates eorum munitas igne succēdes,& iuuenes eorum interficies gladio,& paruulos eorum elides,& prægnātes diuides. [13] Dixítq; Hazael: Quid enim sum seruus tuus,canis, vt faciam rem istam magnā? Et ait Eliseus: Ostendit mihi dñs te Regem Syriæ fore. [c] [14] Qui cū recessisset ab Eliseo,venit ad dominum suum. Qui ait ei: Quid tibi dixit Eliseus? At ille respondit: Dixit mihi,recipies sanitatē. [15] Cúmque venisset dies altera,tulit stragulum, & infudit aquam: & expandit super faciem eius. Quo mortuo regnauit Hazael pro eo. [16] Anno quinto Ioram filij Achab Regis Israel, [e] regnauit Ioram filius Iosaphat Rex Iuda. †[17] Triginta duorum annorum erat cum regnare cœpisset: & [d] octo annis regnauit in Ierusalem. [18] Ambulauítque in viis Regum Israel,sicut ambulauerat domus Achab. Filia enim Achab erat vxor eius. Et fecit quod malum est in conspectu domini. [19] Noluit autem dñs disperdere Iudam propter Dauid seruum suum,sicut promiserat ei vt daret illi† lucernam,& filiis eius cunctis diebus. [20] In diebus eius recessit Ædom,ne esset sub Iuda:& cōstituit sibi Regem. [21] Venítq; Ioram Seira,& omnis exercitus cum eo. Et surrexit nocte,percussítq; Idumæos qui eum circundederāt, & principes curruum. Populus autem fugit in tabernacula sua. [22] Recessit ergo Ædom,ne esset sub Iuda,vsq; ad diem hanc. Tunc recessit & [e] Lobna in tempore illo. [23] Reliqua autem sermonum Ioram,& vniuersa quæ fecit: nónne hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regum Iuda? [24] Et dormiuit Ioram cum patribus suis,sepultúsq; est cū eis in ciuitate Dauid: † & regnauit Ochozias filius eius pro eo. [25] Anno duodecimo Iorā filij Achab Regis Israel, regnauit Ochozias filius Ioram Regis Iudæ. [26] Vigintiduorum annorum erat Ochozias cū regnare cœpisset: & [f] vno anno regnauit in Ierusalem. Nomē matris eius [g] Athalia filia Amri Regis Israel: [27] & ambulauit in viis domus Achab,& fecit quod malum est coram dño,sicut domus Achab. Gener enim domus Achab fuit. [28] Abiit quoque cum Ioram filio Achab ad prælíandum contra Hazael Regem Syriæ in Ramoth Galaad, & vulnerauerunt Syri Ioram. [29] Qui reuersus est vt curaretur in Iezrael: quia vulnerauerunt eum Syri in Ramoth præliantem contra Hazael Regem Syriæ. Porrò Ochozias filius Ioram Rex Iuda descēdit inuisere Ioram filium Achab in Iezrael: quia ægrotabat ibi.

b. Hoc est,dicere illi potes vt bono sit animo quód quæ adhuc sit diu victurus attamen dominus mihi ostēdit quòd sit moriturus, scilicet morte violēta impositione pūi tudis super faciem suam,vnde suffocatus est: ægritudo tamen nō erat ad mortem,sicut prædixit Eliseus,nisi violentia affuisset,quam præuidebat dominus. Comest.

c. Itaque reuersus Hazael ad dominum suum,melius eum habiturum nunciat: & sequenti die reti vsido in eum iniecto, prætocatā á se regni occupat. Ioseph. Antiquit. lib. 9. cap. 2.

d. Et Iosaphat Regis Iuda. Nam quinus annus Ioram filij Achab est 12. Iosaphat: & sic Ioram filius eius regnauit cū eo annis 9. 2 17. scilicet anno regni eius,ad 15 an. eiusdē, qui fuit 7. an. alterius Ioram filij Achab. Post mortē vero Iosaphat patris 1 an. regnauit.

d. Scilicet 3 an. viuente patre, quando pater eius regnum resignauit, cum quo prius 6. annis administrauerat.

e. Lobna vna ciuitatum Leuitarū & refugii, ab Eleutheropoli 7. milia distans, vna de ciuitatibus Iudæ,& tamen propter scelera Ioram facta ei rebellis, & se adiunxerat eius cōfœderatis. Dionysius.

f. Qui fuit vltimus annus Ioram patris sui,& 12. an. Ioram filij Achab.

g. Athalia soror Achab Regis Israel nupsit Ioram filio Iosaphat Regis Iuda,ex quibus natus Ochozias.

Iehu vnctus in Regem occidit Ieroboam Regem Israel,& Ochoziam Regem Iuda ac Iezabelem,quam canes comederunt. I X.

[a] † Accinge lumbos tuos,& tolle lenticulam olei hanc in manu tua: & vade in Ramoth Galaad: [b] cúmq; veneris illuc,videbis Iehu filium Iosaphat filij Nāsi. Et ingressus suscitabis eum de medio fratrum suorū, & [b] introduces in interius cubiculum,[3] tenénsq; lenticulam olei fundes super caput eius,& dices: Hæc dicit dominus: Vnxi te Regē super Israel. Aperiésque ostium,& fugies, & non ibi subsistes. [4] Abiit ergo adolescens puer Prophetæ in Ramoth Galaad: [c] & ingressus est illuc. Ecce autē principes exercitus sedebāt: & ait: Verbū mihi ad te ô princeps. Dixítque Iehu: Ad quē ex omnibus nobis? At ille dixit: Ad te ô princeps. [6] Et surrexit,& ingressus est cubiculū. At ille fudit oleū super caput eius: & ait: Hæc dicit dominus deus Israel: [c] Vnxi te Regem super populū domini Israel: & percu-

a. Cum promptum & paratum ac instructum aliquem volunt esse, dicunt: Accinge lumbos, hoc est, strenuē age. Vnde accinctus iudaïzios & paratos, ac discinctos negligentes & desides appellamus.

b. Voluit enim Eliseus ipsum Iehu clam vngi, nec eius vnctionem ab exercitu sciri, quousque iuuenis ille qui vnxit abisset, ne quis posset defatoribus Ioram Regis in iuuenem illū insurgere, ne Ioram hoc perciperet: & item ne iuuenis ille videretur aliquid emolumēti petere. Dionys.

c. Iehu Rex ab Eliseo vnctus omnē domum Achab delecit, Ioram Regē Israel & Ochoziam Regem Iudæ interemit, Iezabel e domo præcipitauit, sacerdotes Baal occidit, templumque illius succendit.

[7] & percuties domum Achab domini tui. Et vlciscar sanguinē seruorū meorū Prophetarū,& sanguinem omnium seruorum domini de manu Iezabel, † [8] perdámque omnem domum Achab. Et interficiam de domo Achab mingentem ad parietem,& clausum & nouissimum in Israel. [9] Et dabo domū Achab sicut domū Ieroboam filij Nabat,† & sicut domū Baasa filij Ahia. † [10] Iezabel quoq; comedét canes in agro Iezrael: nec erit qui sepeliat eam. Aperuítq; ostiū,& fugit. [11] Iehu autem ingressus est ad seruos domini sui: qui dixerunt ei: Recténe sunt omnia? Quid venit [d] insanus iste ad te? Qui ait eis: [3] Nostis hominem,& quid locutus sit. [12] At illi respondérunt: Falsum est,sed magis narra nobis. Qui ait eis: Hæc & hæc locutus est mihi, & ait: Hæc dicit dominus: Vnxi te Regē super Israel. [13] Festinauerūt itaque, & vnusquisque tollens pallium suum,posuerunt sub pedibus eius in similitudinem tribunalis: & cecinerunt tuba,atq; dixerunt: Regnabit Iehu. † [14] Coniurauit ergo Iehu filius Iosaphat filij Namsi contra Ioram. Porrò Ioram obsederat Ramoth Galaad, ipse & omnis Israel cōtra Hazael Regem Syriæ, [15] & reuersus fuerat vt curaretur in Iezrael propter vulnera,quia percusserant eum Syri præliantem contra Hazael regem Syriæ. Dixítque Iehu: Si placet vobis,nemo egrediatur profugus de ciuitate, ne vadat & nuntiet in Iezrael. [16] Et ascēdit & profect⁹ est in Iezrael. Ioram enim ægrotabat ibi: & Ochozias Rex Iuda descenderat ad visitandū Ioram. [17] Igitur speculator qui stabat super turrim Iezrael,vidit globū Iehu venientis: & ait: Video ego globum. Dixítque Ioram. Tolle currum,& mitte in occursum eorum, & dicat vadés: Recténe sunt omnia? [18] Abiit ergo qui ascenderat currum,in occursum eius, & ait: Hæc dicit Rex: Pacatáne sunt omnia? Dixítque Iehu: Quid tibi & paci? Trāsi,& sequere me. Nuntiauit quoq; speculator dicens: Venit nuntius ad eos,& non reuertitur. [19] Misit etiam currum equorum secūdum,venítque ad eos,& ait: Hæc dicit Rex: Nunquid pax est? Et ait Iehu: [e] Quid tibi & paci? Transi,& sequere me. [20] Nūtiauit autē speculator dicēs: Venit vsq; ad eos: & nō reuertitur. Est autem incessus quasi incessus Iehu filij Namsi. Præceps enim graditur. [21] Et ait Ioram: Iungite currū. Iunxerúntque currum eius. Et egressus est Iorā Rex Israel,& Ochozias Rex Iuda,singuli in curribus suis. Egressíq; sunt in occursum Iehu: & inuenerunt eū in agro Naboth Iezraelitæ. [22] Cúmque vidisset Ioram Iehu,dixit: [f] Pax est Iehu? At ille respondit: Quæ pax? Adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ,& veneficia eius multa vigent? [23] Conuertit autem Ioram manum suam,& fugiens ait ad Ochoziam: Insidiæ, Ochozia. [24] Porrò Iehu tetendit arcum manu,& percussit Ioram inter scapulas,& egressa est sagitta per cor eius: stamq; corruit in curru suo. [25] Dixítque Iehu ad Badacer ducem: Tolle, proiice eū in agro Naboth Iezraelitæ. Memini enim quando ego & tu sedentes in curru sequebamur Achab patrē huius,quòd Dominus [g] onus hoc leuauerit super eū,dicēs: † [26] Si non pro sanguine Naboth,& pro sanguine filiorū eius quem vidi heri,ait dominus, reddam tibi in agro isto, dicit dominus. Nunc ergo tolle & proiice eum in agrum, iuxta verbū domini. [27] Ochozias autem rex Iuda videns hoc, fugit per viam domus horti,persecutúsque est eum Iehu,& ait: Etiam hunc percutite in curru suo. Et percusserūt eum in ascensu Gaber,qui est iuxta Ieblaā. Qui [h] fugit in Mageddo,& mortuus est ibi, [28] & imposuerūt eū serui eius super currū suum, & tulerūt in Ierusalem, sepelierúntq; in sepulchro cū patribus suis in ciuitate Dauid. [29] Anno vndecimo Iorā filij Achab Regis Israel regnauit Ochozias super Iudā, [30] venítq; Iehu in Iezrael. Porrò Iezabel introitu eius audito,depinxit oculos suos stibio,& ornauit caput suū, & respexit per fenestrā [31] ingredientem Iehu per portam,& ait: Nunquid pax potest esse Zamri, † qui interfecit dominum suum? [32] Leuauítque Iehu faciem suam ad fenestram,& ait: Quæ est ista? Et inclinauerunt se ad eum duo vel tres eunuchi, & dixerunt: Hæc est illa Iezabel. [33] At ille dixit eis: Præcipitate eam deorsum. & præcipitauerunt eam. Aspersúsque est sanguine paries,& equorum vngulæ conculcauerunt eam. [34] Cúmque introgressus esset vt comederet biberétq;, ait: Ite & videte maledictam illā,& sepelite eam,quia filia Regis est. [35] Cúmque issent vt sepelirent eam,non

d. Prophetæ domini & apostoli eius á malis insani vocātur,sicut theologi ali hæreticis.

e. Hoc est, pax tibi non deberet, cum sis fautor eius qui turbator est communitatis, & iam ex dei præcepto est occidendus. Dionys. ibid.

f. Hoc est, sinine inimici nostri desisti, quia redis ab obsidione? Cui respōdit Iehu: nulla pace dignus es, nec pace temporis; nec pace ecclesiæ, nec pace æternitatis, qui pacem omnem cōturbas. Dionysius.

g. Hanc prophetiam prædixerat.

h. Adeò tres urbes Iezrahel in quas occisus & Iorā Rex Israel, & fugit Ochozias Rex Iuda, sed percussus ist Gaber, incessit in Mageddo. Vnde istæ tres vrbes sunt sibi inuicē vicinæ, quæ sunt Gaber, Ieblaa, & Mageddo. quas Hebræi vocāt Ghur, Ibleheni, & Mageddam, siue Megiddo.

i. Iezabel inimica veritatis, & aduersatrix prophetarum eloquiis, ita dilacerata est canum morsibus, vt nullum eius supereesset vestigium, sed toto corpore suo cum omnibus posteritatis suæ insignibus exinaniretur. Ambr. Epist. lib. 3. Epist. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

inuenerũt nisi caluariam,& pedes,& summas manus.[38] Reuersiq; nũtiauerunt ei,& ait Iehu.Sermo domini est, † quem locutus est per seruum suum Eliam Thesbiten, dicens:In agro Iezrael comedẽt canes carnes Iezabel,[37] & erunt carnes Iezabel sicut stercus super faciem terræ in agro Iezrael,ita vt prætereuntes dicant:Hæccine est illa Iezabel? † 3. Reg. 21.

Iehu domum Achab delet,& sacerdotes Baal,templo eius in cloacam verso, propter peccatum autem Iehu HaZael percutit Israel. X.

a. Vnde cõstat Achab multas habuisse vxores vel cõcubinas nisi quidam illorũ filiorum dicantur eius nepotes. Dionys.

b. Id faciebat,vt experiretur quomodo Samaritę ea se animari essent. Magistratus autem & pædagogi lectis literis extimuerũt,& cogitãtes se iuste qui duos maximos reges oppressérat,esse impares,rescripserunt ipsum esse dominum. Se verò imperata eius parati facere. Ille rursum rescripsit, ergo Achabi filiorum capita præcisa ad se mitterent,illi nihil mitẽti issa peregerũt. Iosep. Antiquit.lib.9.cap.6

A Rant autem [a] Achab septuaginta filij in Samaria. Scripsit ergo Iehu literas & misit in Samariam ad optimates ciuitatis & ad maiores natu, & ad nutritios Achab,dicẽs :† [b] [1] Statim vt acceperitis literas has, qui habetis filios domini vestri,& currus,& equos,& ciuitates firmas,& arma:[2] eligite meliorem,& eum qui vobis placuerit de filiis domini vestri , & eum ponite super solium patris sui:& pugnate pro domo domini vestri. [3] Timuerũt illi vehementer , & dixerunt : Ecce duo Reges non potuerunt stare coram eo , & quomodo nos valebimus resistere ei?[4] Miserunt ergo præpositi domus , & præfecti ciuitatis,& maiores natu,& nutritij , ad Iehu , dicentes : Serui tui sumus: quæcunque iusseris faciemus , nec constituemus nobis Regem. Quæcunque tibi placent, fac.[6] Rescripsit autem eis literas secundò , dicens : Si mei estis , & obeditis mihi,tollite capita filiorum domini vestri,& venite ad me hac eadẽ hora cras in Iezrael. Porrò filij Regis septuaginta viri apud optimates ciuitatis nutriebantur. [7] Cúmque venissent literæ ad eos, tulerunt filios Regis,& occiderunt septuaginta viros , & posuerunt capita eorum in cophinis,& miserunt ad eum in Iezrael.[8] Venit autem nuntius ad eum , & indicauit ei,dicens: Attulerunt capita filiorum Regis. Qui respondit : Ponite ea ad duos aceruos iuxta introitum portæ vsque mane. [9] Cúmque diluxisset,egressus est,& stans dixit ad omnem populum : [c] Iusti estis.[d] Si ego coniuraui contra dominum meum , & interfeci eum,quis percussit omnes hos ?[10] Videte ergo nunc quoniam non cecidit de sermonibus domini in terram † quos locutus est dominus super domũ Achab:& dominꝰ fecit quod locutus est in manu serui sui Eliæ.[11] Percussit igitur Iehu omnes qui reliqui erant de domo Achab in Iezrael,& vniuersos optimates eius, & notos,& sacerdotes:donec nõ remanerẽt ex eo reliquiæ.[12] Et surrexit , & venit in Samariam. Cúmque venisset ad camerã pastorũ in via,[13] inuenit [e] fratres Ochoziæ Regis Iuda, dixítq; ad eos:Quinam estis vos?Qui respoderũt:Fratres Ochoziæ Regis sumus , & descẽdimus ad salutandos filios regis,& filios reginæ.[14] Qui ait:Comprehendite eos viuos. Quos cum comprehendissent viuos,iugulauerunt eos in cisterna iuxta cameram quadragintaduos viros:& nõ reliquit ex eis quẽquam.[15] Cúmq; abisset inde, inuenit Ionadab filium Rechab in occursum sibi , & benedixit ei. Et ait Iehu ad eum: Nunquid est cor tuum rectum cum corde meo, sicut cor meum cum corde tuo ? Et ait Ionadab:Est. [f] Si est,inquit, da manum tuam. Qui dedit ei manum suam. At ille leuauit eum ad se in currũ:[16] dixítque ad eum:Veni mecum,& vide zelum meũ pro domino.Et impositũ currui suo[17] duxit in Samariam.Et percussit omnes qui reliqui fuerãt de Achab in Samaria vsque ad vnum:iuxta verbum domini quod locutus est per Eliam †[18] Cõgregauit ergo Iehu omnẽ populum,& dixit ad eos: † Achab coluit Baal parum, ego autem colam eũ amplius.[19] Nunc igitur omnes prophetas Baal,& vniuersos seruos eius,& cũctos sacerdotes ipsius vocate ad me. Nullus sit qui nõ veniat.Sacrificium enim grande est mihi Baal. Quicunque defuerit , non viuet.Porrò Iehu faciebat hoc [g] insidiosè,vt disperderet cultores Baal.[20] Et dixit:Sanctificate diẽ solennem Baal. Vocauítque [21] & misit in vniuersos terminos Israel : & venerũt cuncti serui Baal.Nõ fuit residuus ne vnus quidem qui nõ veniret. Et ingressi sunt templum Baal : & repleta est domus Baal à summo vsque ad summum. [22] Dixítque iis qui præerant super vestes:Proferte vestimenta vniuersis seruis Baal.Et protulerũt eis vestes.[h] [23] Ingressúsq; Iehu,& Ionadab filius Rechab tẽplũ Baal,ait cultoribus Baal: Perquirite

A 4. Reg. 10.

B

C

D

E

F

c. Iode Samaritas qui eos occiderant commendauit q.d.iuste fecistis implendo verbum domini. Comest. ibidem.

d. Ideo nunc negat Iehu se non coniurasse contra domũ domini sui Ioram,quia dominus deus fecit quod promiserat per os Eliæ.Comestor.

e. Filios fratrum Ochoziæ.

f. Est duplicatur enim ad maiorem explicationem.

g. In dolo & calliditate, vt eos congregaret.

h. Si Iehu iernm Baal se effe mẽtitus est, vt seruos eius occideret: quãto iustius secundum illorum peruersitatem tempore persecutionis seruos dæmonum se mentirentur serui Christi, ne serui dæmonum seruos occiderẽt Christi:& sacrificare idolis,ne interficeretur homines,& sacrificare Baal,ne interficeretur homines? Aug. cõtra mendacium cap.11.

Perquirite & videte ne quis forte vobiscum sit de seruis domini,sed vt sint serui Baal soli.[24] Ingressi sunt igitur vt facerent victimas & holocausta.Iehu autem præparauerat sibi foris octoginta viros,& dixerat eis : Quicunq; fugerit de hominibus iis quos ego adduxero in manus vestras,anima eius erit pro anima illius.[25] Factũ est autem cũ completum esset holocaustum,præcepit Iehu militibus,& ducibus suis:Ingredimini, & percutite eos.Nullus euadat.Percussérúntq; eos in ore gladij,& proiecerunt milites & duces.Et ierunt in ciuitatem templi [i] Baal,[26] & protulerunt statuam de phano Baal,& combusserunt,[27] & cõminuerunt eam.Destruxerunt quoque ædem Baal,& fecerunt pro ea latrinas vsq; in diem hanc.[28] Deleuit itaq; Iehu Baal de Israel:[29] veruntamen à peccatis Ieroboã filij Nabat,qui peccare fecit Israel,non recessit,nec dereliquit vitulos aureos qui erant in Bethel & in Dan.[30] Dixit autẽ dominus ad Iehu: Quia studiosè egisti quod rectum erat,& placebat in oculis meis: & omnia quæ erãt in corde meo,fecisti cõtra domum Achab,† [k] filij tui vsque ad quartã generationem sedebunt super thronum Israel.[31] Porrò Iehu non custodiuit vt ambularet in lege domini dei Israel in toto corde suo . Nõ enim recessit à peccatis Ieroboam,qui peccare fecerat Israel.[32] In diebus illis cœpit dominus tædere super Israel.Percussitq; eos Hazael in vniuersis finibus Israel,[33] à Iordane contra orientalẽ plagam, omnem terram Galaad,& Gad,& Ruben,& Manasse, ab [l] Aroer quæ est super torrentem Arnon, & Galaad & Basan.[34] Reliqua autẽ verborum Iehu,& vniuersa quæ fecit,& fortitudo eius,nónne hæc scripta sunt in libro verborũ dierũ Regũ Israel ?[35] Et dormiuit Iehu cum patribus suis,sepelierúntque eum in Samaria,& regnauit Ioachaz filius eius pro eo.[36] Dies autẽ quos regnauit Iehu super Israel, viginti & octo anni sunt in Samaria.

i. Hic itaque Baal Tyriorũ fuit deus. Achab enim volens parere socero Iobal, qui Rex Tyriorum tunc erat & Sidonis , templum ei fecit in Samaria, sacerdotesque constituit, & eũ omni cultura religionis honorauit,Iosep. ibidem.

k. Cum verò scriptum sit eum rectum cor non habuisse cũ deo,quid ei profuit, quòd pro nonaulla obedientia quã de domo Achab omnino delenda pro cupiditate suę dominationis exhibuit, aliquantam mercedem transitoriam regni ĩperpetuo accepit? Aug contra mendacium.cap.7.

l. Aroel ciuitas quondam Moabitarum, quam Amorræus illis iure belli tulerat, sita ad ripam torrentis Arnõ in valle media,olim potens,& nobilis, vnde domus Moab nuncupatur. Ea est quam Isaias cap.17. vocauit Ar. Iam Areopolim dicit Hiero.suo tẽpore vocitarum , nũc autem non admodum celebris.

Athalia omni semine regio præter Ioas extincto per Ioiadem sacerdotem occiditur,atque Ioas Rex Iuda constituitur. XI.

A Thalia † vero mater Ochoziæ vidẽs mortuum filium suum,[a] surrexit, & interfecit omne semen regium.[2] Tollens autem Iosaba filia Regis Ioram, soror Ochoziæ,Ioas filium Ochozię,furata est eum de medio filiorũ Regis qui interficiebantur,& nutricem eius de triclinio: & abscondit eum à facie Athaliæ , vt non interficeretur:[3] erátq; cum ea sex annis clam in domo domini. Porrò Athalia regnauit super terram septem annis. † [4] Anno autem septimo misit Ioiada,& assumens centuriones & milites , introduxit ad se in templum domini,pepigítq; cum eis fœdus.Et adiurans eos in domo domini,ostendit eis filium regis: [5] & præcepit illis,dicens:Iste est sermo quẽ facere debetis:[6] Tertia pars vestrum introeat sabbato,& obseruet excubias domus regis. Tertia autem pars sit ad portam [b] Sur: & tertia pars sit ad portam quæ est post habitaculum scutariorum & custodietis excubias domus Messa.[7] Duę vero partes è vobis,omnes egredientes sabbato,custodiant excubias domus domini circa Regem,[8] & vallabitis eum,habentes arma in manibus vestris.Si quis autem ingressus fuerit septum templi, interficiatur . Eritísq; cum rege introeunte & egrediente.[c] [9] Et fecerunt centuriones iuxta omnia quæ præceperat eis Ioiada sacerdos.Et assumentes singuli viros suos,qui ingrediebantur sabbatum,cum iis qui egrediebantur è sabbato , venerunt ad Ioiadam sacerdotem.[10] Qui dedit eis hastas & arma regis Dauid,quæ erant in domo domini.[11] Et steterunt singuli habentes arma in manu sua à parte templi dextera vsque ad partem sinistram altaris & ædis circum Regem.[12] Produxítque filium regis: & posuit super eum diadema, & [d] testimonium,fecerúntque eum Regem,& vnxerunt,& plaudẽtes manu, dixerunt: Viuat Rex.[13] Audiuit autem Athalia vocem populi currentis,& ingressa ad turbas in templum domini,[14] vidit regem stantem super tribunal iuxta morem , & cantores & tubas prope eum, omnémque populum terræ lætantem , & canentem tubis , & scidit vestimenta sua, clamauítque: Coniuratio,coniuratio.[15] Præcepit autem Ioiada centurionibus qui erant super exercitum , & ait eis : Educite eam extra septa templi , & quicunq; eam secutus fuerit,feriatur gladio . Dixerat enim sacerdos:Non occidatur

a. Athalia studiose vt nulli de domo David relinqueret, vt nullus ex eis ad regnum vlterius pẽueniret. Omne autem semen regium interfecit præter vnum scilicet Ioas, cuius interitus postea occisa est. Dionys.Lea Iosepho.

b. Sur quæ erat porta orientalis.

c. Centuriones Ioiade ad hoc facinus adsciti , peregrata tota regione sacerdotes ac Leuitas & aliquos in suis tribubus potentiores Ierosolyma nomine pœnitẽtiæ vocatos secũ adduxêre. Illa habere se vtile reipublicæ constitum ait,aperta-rámque eis fidẽ apud se cõtinere velint:opus enim est se non silentio tantum, sed etiam auxilio. Iosep. Antiquit.lib 9. cap.7.

d. Legem dei cum corona,

Universidad de Deusto
Biblioteca

in templo domini.[16] Imposuerúntq; ei manus,& impegerunt eam per viam introitus equorum iuxta palatium, & interfecta est ibi. e [17] Pepigit ergo Ioiada fœdus inter dominum & regem & inter populum: vt esset populus domini, & inter regem & populum.[18] Ingressúsq; est omnis populus terræ tẽplum Baal,& destruxerunt aras eius, & imagines contriuerunt validè. Mathan quoq; sacerdotẽ Baal occiderunt corã altari. Et posuit sacerdos custodias in domo domini,[19] tulítque centuriones, & Cerethi, & Phelethi legiones & omnẽ populum terrę:deduxerúntque regem de domo domini. Et venerunt per viam portæ scutariorum in palatium: & sedit super thronum Regum.[20] Lætatúsq; est omnis populus terræ,& ciuitas cõquieuit. Athalia autẽ occisa est gladio in domo regis:[21] septemque annorum erat Ioas cum regnare cœpisset.

e. Pepigit fœdus Ioiada inter dominum & regẽ & populũ, vt rex & populus domino seruirent: pepigit inter regem & populũ, vt populus erga regem fideliter ageret, & rex cũ iustitia populum regeret. Glos. ord.

Ioas gazophylacij pecuniam in templi structuram expendit, qui recedente Hazaele cum muneribus, à duobus seruis occiditur, cui succedit Amasias filius eius. XII.

A ANno † [a] septimo Iehu regnauit Ioas. Quadraginta annis regnauit in Ierusalem:nomen matris eius Sebia de Bersabee. [2] Fecítq; Ioas rectum coram domino cunctis diebus quibus docuit eum Ioiada sacerdos,[3] veruntamen excelsa non abstulit. Adhuc enim populus immolabat & adolebat in excelsis incensum.[4] Dixítq; Ioas ad sacerdotes:[b] Omnem pecuniam sanctorum quæ illata fuerit in templum domini à prætereuntibus, quæ offertur pro pretio animæ, & quam sponte & arbitrio cordis sui inferunt in templũ domini, accipiant illam sacerdotes,iuxta ordinem suum,[5] & instaurent [c] sartatecta domus, si quid necessarium viderint instauratione.[6] Igitur vsq; ad vicesimumtertium annũ regis Ioas non instauraverunt sacerdotes sartatecta templi. [7] Vocauítq; Rex Ioas Ioiadam Pontificem & sacerdotes,dicens eis: Quare sartatecta non instauratis templi? Nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinem vestrum,sed ad instaurationẽ templi reddite eam. [8] Prohibitíque sunt sacerdotes vltrà accipere pecuniam à populo,& instaurare sartatecta domus.[9] Et tulit Ioiada pontifex gazophylacium vnum,aperuítq; foramen desuper, & posuit illud iuxta altare ad dexteram ingredientium domum domini: mittebántq; in eo sacerdotes qui custodiebant ostia,omnem pecuniam quæ deferebatur ad templum domini. [10] Cúmque viderent nimiam pecuniam esse in gazophylacio, ascendebat Scriba Regis & pontifex,effundebántque & numerabant pecuniam quæ inueniebatur in domo domini:[11] & dabant eam iuxta numerum atque mensuram in manu eorum qui præerant cementariis domus domini. Qui impendebant eam in fabris lignorum,& in cementariis iis qui operabantur in domo domini,[12] & sartatecta faciebant,& in iis qui cædebant saxa, & vt emerent ligna, & lapides qui excidebantur:ita vt impleretur instauratio domus domini in vniuersis quæ indigebant expẽsa ad muniendam domum. [13] Veruntamen non fiebant ex eadem pecunia hydriæ templi domini & fusciculæ & thuribula,& tubæ,& omne vas aureum & argẽteum [d] de pecunia quę inferebatur in templum domini.[14] Iis enim qui faciebant opus,dabatur, vt instauraretur templum domini.[15] Et non fiebat ratio iis hominibus qui accipiebant pecuniam,vt distribuerent eam artificibus,sed in fide tractabant eam.[16] Pecuniã verò pro delicto,& pecuniam pro peccatis,non inferebant in templum domini,quia sacerdotũ erat.[17] Tunc ascendit Hazael Rex Syriæ,& pugnabat contra Geth,cepitq; eam. Et direxit faciem suã vt ascenderet in Ierusalem.[18] Quamobrem tulit Ioas Rex Iuda omnia sacrificata quæ cõsecrauerat Iosaphat & Ioram & Ochozias patres eius, Reges Iuda, & quæ ipse obtulerat, & vniuersum argentum quod inueniri potuit in thesauris tẽpli domini,& in palatio regis:misitq; Hazaeli regi Syriæ,& recessit ab Ierusalem.[19] Reliqua autẽ sermonũ Ioas,& vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro verborũ dierum regum Iuda?[20] Surrexerunt autẽ serui eius,& coniurauerũt inter se,percusserúntque Ioas in domo Mello in descẽsu Sela.[21] Iosachar nanq; filius Semath,& Iosabat filius Somer serui eius, percusserunt eum,& mortuus est.Et sepelierunt eum cũ patribus suis in ciuitate Dauid,regnauítq; Amasias filius eius pro eo.

a. A consummato templo vsque ad annum regni Salomonis ad primum annũ Ioas fluxerant anni 116,a quo ipso Athalia obtulerat quæ ipsa pocrea esse ad nouatum templi dei sui Baal: unde templũ reparari præcipitur. Delyra.

b. Triplicis nominis pecuniæ, prima erat quæ superiumbebat leuabatur cum opus erat secunda, qui quis deo deuotus se redimebat, tertia, quã quis pro suo arbitrio templo offerebat.

c. Fracturas & ruinas scilicet rimas parietum templi.

d. Dicitur. 2. Paralip. 24. d. Cũmq; complessent omnia opera deruleruut corã Rege & Ioiada reliquũ partẽ pecuniæ de qua facta sunt vasa templi, &c. Quomodo hic opponitur dicitur? Nõ est contrarium, quia nõ de eadem pecunia quæ offerebatur à populo ad instaurationẽ domus domini, facta fuerunt vasa in ministeriũ templi sed de reliqua parte pecuniæ, quæ & aliis deinceps diebus fuerat collata. Rabanus. ibid.

Ioachaz Rex Israel captus à Syris oratione liberatur, cui mortuo succesit Ioas, & hic Elisei morientis consilio ter Syros deuicit: sepulchro autem Elisei impositus quidam suscitatur. XIII.

A ANno vicesimotertio Ioas filij Ochozię Regis Iudę, regnauit Ioachaz filius Iehu super Israel in Samaria,decem & septem annis: [2] & fecit malum corã domino,secutúsque est peccata Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel,& non declinauit ab eis. [3] Iratúsq; est furor domini cõtra Israel,& tradidit eos in manu Hazael regis Syriæ,& in manu Benadab filij Hazael cũctis diebus. [4] Deprecatus est autem Ioachaz faciẽ domini,& [a] audiuit eum dominus. Vidit enim angustiam Israel,quia attriuerat eos Rex Syriæ.[5] Et dedit dominus saluatorem Israeli, & liberatus est de manu regis Syriæ:habitauerúntq; filij Israel in tabernaculis suis sicut heri & nudiustertius.[6] Veruntamen nõ recesserunt a peccatis domus Ieroboã, B qui peccare fecit Israel,sed in ipsis ambulauerunt. Siquidem & lucus permansit in Samaria:[7] & nõ sunt derelicti Ioachaz de populo nisi quinquaginta equites, & decem currus,& decem milia peditum. Interfecerat enim eos Rex Syriæ, & redegerat quasi puluerem in tritura areæ.[8] Reliqua autem sermonum Ioachaz,& vniuersa quæ fecit, & fortitudo eius, nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? [9] Dormiuítque Ioachaz cum patribus suis,& sepelierunt eum in Samaria,regnauítq; Ioas filius eius pro eo.[b] [10] Anno tricesimoseptimo Ioas regis Iuda, regnauit Ioas filius Ioachaz super Israel in Samaria sedecim annis:[11] & fecit quod malum est in conspectu domini. Non declinauit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nabat,qui peccare fecit Israel,sed in ipsis [c] ambulauit.[12] Reliqua autem sermonum Ioas,& vniuersa C quæ fecit,& fortitudo eius,quomodo pugnauerit cõtra Amasiam regem Iuda, nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel?[13] Et dormiuit Ioas cum patribus suis:Ieroboam autem sedit super solium eius.Porrò Ioas sepultus est in Samaria cum regibus Israel.[14] Eliseus autem ęgrotabat infirmitate,qua & mortuus est. Descenditq; ad eum Ioas rex Israel,& flebat coram eo,dicebátq;:Pater mi, pater mi, [d] currus Israel,& auriga eius.[15] Et ait illi Eliseus:Affer arcum & sagittas.Cúmque attulisset ad eum arcum & sagittas,[16] dixit ad regem Israel : Pone manũ tuam super arcum.Et cum posuisset ille manum suam,superposuit Eliseus manus suas manibus regis,[17] & ait:Aperi fenestram orientalem.Cúmque aperuisset,dixit Eliseus:Iace sagittam.Et iecit.Et ait Eliseus:Sagitta salutis domini,& sagitta salutis cõtra Syriam:percutiésq; Syriam in Aphec,donec consumas eam.[18] & ait:Tolle sagittas. Qui cum tulisset rursum,dixit ei:Percute iaculo terram.Et cum percussisset tribus vicibus,& stetisset:[19] iratus est vir dei contra eum,& ait:[e] Si percussisses quinquies,aut sexies, siue D septies,percussisses Syriam vsque ad consummationem. Nunc autem tribus vicibus percuties eam.[20] Mortuus est ergo Eliseus,& sepelierunt eum. Latrunculi autem de Moab venerunt in terram in ipso anno.[21] Quidam autem sepelientes hominem, viderunt latrunculos, & proiecerunt cadauer in sepulchro Elisei. † Quod cum tetigisset ossa Elisei,reuixit homo:& [f] stetit super pedes suos.[22] Igitur Hazael Rex Syriæ afflixit Israel cunctis diebus Ioachaz.[23] Et misertus est dominus eorum, & reuersus est ad eos propter pactum suũ quod habebat cum Abraham,& Isaac & Iacob:& noluit disperdere eos,neque proiicere penitus vsque in præsens tempus.[24] Mortuus est autem Hazael Rex Syriæ,& regnauit Benadab filius eius pro eo.[25] Porrò Ioas filius Ioachaz tulit vrbes de manu Benadab filij Hazael, quas tulerat de manu Ioachaz patris sui iure prælij. Tribus vicibus percussit eum Ioas,& reddidit ciuitates Israel.

a. Audiuit eũ dominus dũdo ei subsidium temporale, quãuis iniqua Nam opẽ rationis ex gratia facta extra charitatem possunt cõparalia bona mereri, nõ tamen æternam possunt acquirere vitam. Vnde elicitur, q̃ deus exaudiuit preces Regis magis propter angustias & pressuras atq; miserias Israelitarũ, quam propter merita Regis. Nã & in populo illo erant quidã boni, præsertim Eliseus sanctissimus, & discipuli eius, qui orabant pro bono communi Diony. Libidem.

b. Anno 37. Ioas Regis Iuda est 15. annus Ioachaz Regis Israel. Ioas ergo filius eius 2. annis cũ eo in Israel regnauit, & post eũ 16 an.

c. Ambulare in peccatis adhęsiuas, est perseuerare in eisdem peccatis in quibus ipse peccauerat.

d. Plus oratione ergo deũ timuit pocerat, quam currus Israel & equites eius.

e. Eliseus regem cõsolatus afferri arcũ postulat, eumque iubet regem inscendere deinde iniecta in eũ manu iubet iaculum & cum emissis tribus telis desistere. Si inquit, plura mississes poterras totum Syrorũ Regnum excudere: nunc quia tribus solis concentus fuisti, eo idem praliis vinces Syros, & regionem quam eo patri ademerunt, recipies. Iosl. Ant. lib. 9. cap. 9.

f. Sed vt docunt Hebræi, ita sim mortuus erat, quia impius erat, indignus qui iaceret cum viro dei. Alii dicunt illum diutius vixisse, & Sallum fuisse vocatum. Hoc quoque dominicę passionis præfiguratiue insigne, quòd legimus beatũ Eliseum sepulchro condito, tangello elatiticulo ea diutius intra tumulum fuit, corpus exanimis tacto sacri corporis sustitasse. Quæ hic alius præfigurabat nisi dominus noster Iesus Christus, qui resurrectionẽ de morte largitur, & vitam sepultus operatur? Eusebius Emisen. De pasch. hom. 2.

Ioas Rex Israel superato Amasio rege Iuda vastat Ierusalem, in qua seditione facta Amasias fugit in Lachis, vbi occisus est, Azaria sibi succedente in Iuda, & Ieroboam Ioas in Israel. XIIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a. A morte patris eius Ioachaz cum solus regnauit.
b. Amasias fecit bonum in conspectu domini, sed non corde perfecto. Bona quippe opera quæ placent deo, fecit, sed non corde perfecto, sed sub similara specie, corã hominibus ostẽdebat: & sic corã deo accepta non erant, Rabanus ibi,

c. Vallis Salinarum vbi fodiebat, vel ex aqua salsa calefactã, & ad salis naturam vsque perducta.

d. Aduertite quicunq; Regũ placuerunt deo, diutius regnauerũt, & prosperati sũt, & inimicos eorum humiliauit deus sub manib⁹ eorum. Quorquot iuxẽ miliphẽ gesserunt, velociter & a regno & a vitis cũ amara morte præcisi sunt: & humiliauit eos deus sub inimicis corũ. Chrysо. hom. 1. super Matth.

e. Coniuratio facta fuit aduersus Amasiã Regẽ Iuda. 15. anno regni sui, qui fugit in Lachis, vbi. 14. annis remansit, donec ibidem à suis interfectus cecidit, interim autem Azarias qui & Ozias, pro patre suo regnauit annos quem regnũ triennio sine rege, patre exulante, fuerat, & sic in vita patris. 52. annis regnauit.

f. Chamosiphel vocatus Dionysio Periegeta, & Perseo Festo Pompeio.

Ionæ prophetæ

historia his temporibus gesta est.

IN † [a] anno secundo Ioas filij Ioachaz Regis Israel, regnauit [b] Amasias filius Ioas Regis Iuda.[2] Vigintiquinque annorum erat cum regnare cœpisset: viginti autem & nouem annis regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Ioadan de Ierusalem.[3] Et fecit rectum coram domino: veruntamen non vt Dauid pater eius. Iuxta omnia quæ fecit Ioas pater suus, fecit:[4] nisi hoc tantũ, quòd excelsa non abstulit. Adhuc enim populus immolabat & adolebat incẽsum in excelsis.[5] Cúmq; obtinuisset regnum, percussit seruos suos qui interfecerant Regem patrem suum:[6] filios autem eorum qui occiderant, non occidit, iuxta quod scriptum est in libro legis Moysi, sicut præcepit dominus, dicens:† Non morientur patres pro filiis, neq; filij morientur pro patribus: sed vnusquisq; in peccato suo morietur.[7] Ipse percussit Ædom in [c] valle Salinarum decem milia: & apprehendit Petram in prælio: vocauitq; nomen eius Iectheel vsq; in præsentem diem.[8] Tunc misit Amasias nuntios ad Ioas filium Ioachaz filij Iehu Regis Israel, dicens: Veni & videamus nos.[9] Remisitque Ioas Rex Israel ad Amasiam Regem Iuda, dicens: Carduus Libani misit ad cedrum quæ est in Libano, dicens: Da filiam tuam filio meo vxorem. Transierúntq; bestiæ saltus quæ sunt in Libano, & conculcauerunt carduum.[10] Percutiens inualuisti super Ædom, & subleuauit te cor tuũ. Contentus esto gloria tua: & sede in domo tua. Quare prouocas malum, vt cadas tu & Iudas tecum?[11] Et nõ acquieuit Amasias. Ascenditq; Ioas Rex Israel, & viderũt se ipse & Amasias Rex Iudæ in Bethsames oppido Iudæ.[d 12] Percussúsq; est Iuda coram Israel, & fugerunt vnusquisque in tabernacula sua.[13] Amasiam vero Regem Iuda filium Ioas filij Ochoziæ cepit Ioas Rex Israel in Bethsames, & adduxit eum in Ierusalem. Et interrupit murum Ierusalem à porta Ephraim vsq; ad portam anguli, quadringentis cubitis.[14] Tulítq; omne aurum & argentum, & vniuersa vasa quæ inuenta sunt in domo domini, & in thesauris Regis, & obsides, & reuersus est in Samariam.[15] Reliqua autem verborum Ioas quæ fecit, & fortitudo eius qua pugnauit contra Amasiam Regem Iuda, nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Israel?[16] Dormiuítq; Ioas cum patribus suis, & sepultus est in Samaria cum Regibus Israel, & regnauit Ieroboam filius eius pro eo.[17] Vixit autem Amasias filius Ioas rex Iuda, postquã mortuus est Ioas filius Ioachaz Regis Israel, vigintiquinque annis.[18] Reliqua autem sermonum Amasiæ, nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Iuda?[e 19] Factáq; est contra eum coniuratio in Ierusalem: at ille fugit in Lachis. Miserúntq; post eum Lachis, & interfecerunt eum ibi:[20] & asportauerunt in equis, sepultúsq; est in Ierusalem cum patribus suis, in ciuitate Dauid.† [21] Tulit autem vniuersus populus Iudæ Azariam annos natum sedecim: & constituerunt eũ Regem pro patre eius Amasia.[22] Ipse ædificauit Ahilam, & restituit eam Iudæ postquam dormiuit Rex cum patribus suis.[23] Anno quintodecimo Amasiæ filij Ioas Regis Iuda regnauit Ieroboam filius Ioas Regis Israel in Samaria quadraginta & vno anno:[24] & fecit quod malum est coram domino. Nõ recessit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel.[25] Ipse restituit terminos Israel ab introitu Emath vsq; ad mare solitudinis, iuxta sermonem domini dei Israel, quem locutus est per seruum suum Ionam filium Amathi prophetam, qui erat de Geth quæ est in Opher.[26] Vidit enim dominus afflictionem Israel amaram nimis, & quòd consumpti essent vsque ad clausos carceris & extremos: & non esset qui auxiliaretur Israel.[27] Nec locutus est dominus vt deleret nomen Israel de sub cœlo: sed saluauit eos in manu Ieroboam filij Ioas.[28] Reliqua autem sermonũ Ieroboam, & vniuersa quæ fecit, & fortitudo eius qua præliatus est, & quomodo restituit Damascum & Emath Iudæ in Israel, nónne hæc scripta sunt in libro sermonũ dierum Regum Israel?[29] Dormiuítque Ieroboam cum patribus suis Regibus Israel, & regnauit Zacharias filius eius pro eo.

Azariæ leproso succedit in Iuda Ioatham, Ioas interfecto succedit Zacharias, cui Sellum, cui Managen, cui Phaceia, cui Phacee, cui Osee. Ioatham vero mortuo succesit Achaz. XV.

Anno

a. Azarias cũ regnasset 29. anno & vltimo Amasiæ patris qui vt. annus fuit Ieroboam: cũ anno. 51. præcedẽtibus exulãte patre regnasset. Et sic vel non regnauit pacifice vsque ad 27. annũ Ieroboã, vel, vt soluunt Hebræi, Ieroboam 41. annis regnauit qui numerus ex 14. & 27 conflatur, & sic 41. annorum est. 27. an. Sic David Kimhi.
b Quia præsumpserit adolere incensum ad altare.

c. Quomodo potest esse verum quòd Zacharias filius Ieroboã regnare cœperit 38. anno Azariæ, cum Azarias regnare cœperit 27. anno Ieroboam patris huius Zachariæ, qui fertur regnasse 41. an? Dicendum quòd à morte Ieroboam regni Israel fuit gubernatum 11. annis per principes, eo q Zacharias filij Ieroboã adhuc paruulus esset. Et ita Zacharias filius Ieroboam anno 38. Azariæ Regis Iudæ regnare cœpit super Israel per seipsum, & solum sex mensibus, iuxta verbũ domini, qui dixerat Iehu in quartam generationem filios eius regnaturos.

d. Phul Belochus, primus Rex Babyloniorũ post mortem Sardanapali, & destructam monarchiam Assyriorum Theglath Phalasar secundus illi successit quorum & sequentium Regũ Babyloniorum nõ meminit Euseb. in suis Chronicis.

e. Theglat Phalasar cepit duas tribus & dimidiã trãs Iordanem, & tribus Nephthalim & Zabulõ citra Iordanem, & transtulit in Assyrios in seruitutem, ne vlterius rebellarent.
f. Quomodo regnauit vicesimo anno Ioatham, qui dicitur regnasse 16. annis? Dicendum quod plurimus cum patre regnauerat, post mortem vero patris. 16. annis regnauit.

A Anno nono Azariæ Regis Iudæ regnauit Azarias filius Amasi Regis Iuda.[2] Sedecim annorum erat cum regnare cœpisset: & quinquaginta duobus annis regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Iecelia de Ierusalem.[3] Fecítque quod erat placitum coram domino, iuxta omnia quæ fecit Amasias pater eius:[4] veruntamen excelsa non est demolitus. Adhuc populus sacrificabat & adolebat incensum in excelsis.† [b 5] Percussit autem dominus Regem, & fuit leprosus vsque in diem mortis suæ: & habitabat in domo libera seorsum. Ioatham vero filius regis gubernabat palatium, & iudicabat populum terræ.[6] Reliqua autem sermonum Azariæ, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro verborum dierũ regum Iuda?[7] Et dormiuit Azarias cum patribus suis, sepelierúntq; eum cum maioribus suis in ciuitate Dauid, & regnauit Ioatham filius eius pro eo.
[c 8] Anno tricesimooctauo Azarię regis Iudæ regnauit Zacharias filius Ieroboam super Israel in Samaria sex mẽsibus,[9] & fecit quod malum est coram domino, sicut fecerant patres eius. Non recessit à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel.[10] Coniurauit autem contra eum Sellum filius Iabes, percussítque eum palam, & interfecit, regnauítque pro eo.[11] Reliqua autem verborum Zachariæ nónne hęc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel?† [12] Iste est sermo domini quem locutus est ad Iehu, dicens: Filij tui vsque ad quartam generationem sedebunt de te super thronum Israel. Factúmque est ita.[13] Sellum filius Iabes regnauit tricesimonono anno Azariæ regis Iudæ. Regnauit autem vno mense in Samaria.[14] Et ascendit Manahen filius Gaddi de Thersa, venítq; Samariam, & percussit Sellum filium Iabes in Samaria, & interfecit eum, regnauítque pro eo.[15] Reliqua autem verborum Sellum, & coniuratio eius per quam tetendit insidias, nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Israel?[16] Tunc percussit Manahen Thapsam, & omnes qui erant in ea, & terminos eius de Thersa. Noluerunt enim aperire ei. Et interfecit omnes prægnantes eius, & scidit eas.[17] Anno tricesimonono Azariæ Regis Iudæ regnauit Manahen filius Gaddi super Israel decem annis in Samaria:[18] fecitque quod erat malum coram domino. Non recessit à peccatis Ieroboã filij Nabat, qui peccare fecit
D Israel, cũctis diebus eius.[19] Veniebat [d] Phul Rex Assyriorum in Thersa, & dabat Manahen Phul mille talẽta argenti vt esset ei in auxilium, & firmaret regnum eius.[20] Indixítque Manahen argentum super Israel cunctis potentibus & diuitibus, vt daret Regi Assyriorum: quinquaginta sicios argenti per singulos. Reuersúsq; est Rex Assyriorum, & non est moratus in Thersa.[21] Reliqua autem sermonũ Manahen, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro sermonũ dierum Regum Israel?[22] Et dormiuit Manahen cum patribus suis, regnauítq; Phaceia filius eius pro eo.[23] Anno quinquagesimo Asariæ Regis Iudæ regnauit Phaceia filius Manahen super Israel in Samaria biennio,[24] & fecit quod erat malum coram domino. Non recessit à peccatis
E Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel.[25] Coniurauit autẽ aduersus eum Phacee filius Romeliæ dux eius, & percussit eum in Samaria in turre domus regiæ iuxta Argob & iuxta Ariph, & cum eo quinquaginta viros de filiis Galaaditarum, & interfecit eum: regnauítque pro eo.[26] Reliqua autem sermonum Phaceiæ, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Israel?[27] Anno quinquagesimosecundo Azariæ regis Iudæ, regnauit Phacee filius Romeliæ super Israel in Samaria viginti annis:[28] & fecit quod erat malum coram domino. Non recessit à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel.[29] In diebus Phacee re-
F gis Israel venit [e] Theglath Phalasar Rex Assur, & cepit Ahion, & Abel, domũ Maacha & Ianoe, & Cedes, & Hazsor, & Galaad, & Galilam & vniuersam terram Nephthalim, & transtulit eos in Assyrios.[30] Coniurauit autem & tetendit insidias Osee filius Ela contra Phacee filium Romeliæ: & percussit eum, & interfecit: regnauítq; pro eo [f] vicesimo anno Ioatham filij Oziæ.[31] Reliqua autẽ sermonum Phacee, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro sermonũ dierum Regum Israel?† [32] Anno secundo Phacee filij Romeliæ regis Israel, regnauit Ioathã filius Oziæ regis Iuda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[33] Vigintiquinque annorum erat cum regnare cœpisset:& sedecim annis regnauit in C
Ierusalem. Nomẽ matris eius Ierusa, filia Sadoch. [34] Fecítq; quod erat placitum corã
domino. Iuxta omnia quæ fecit Ozias pater suus operatus est, [35] veruntamen excelsa
nõ abstulit. Adhuc populus immolabat & adolebat incensum in excelsis. Ipse ædifi-
cauit [g] portam domus domini sublimissimam. [36] Reliqua autem sermonũ Ioatham,
& vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro verborũ dierum Regum Iuda?
[37] In diebus illis cœpit dominus mittere in Iudam Rasin regem Syrię, & Phacee filiũ
Romeliæ. [38] Et dormiuit Ioatham cum patribus suis, sepultúsque est cum eis in ciui-
tate Dauid patris sui: & regnauit Achaz filius eius pro eo.

g Hoc est portã speciosam, de qua Act. 3. a. quã Hebræi portam Ioatham vocabãt.

Achaz filio suo per ignem consecrato, Ierusalem à Syris obsessa, ab Assyriis petit auxilium, idolis sacrificans, cui successit Ezechias. XVI.

A Nno † [a] decimoseptimo Phacee filij Romeliæ, regnauit Achaz filius A
Ioatham regis Iuda. [2] Viginti annorum erat Achaz cũ regnare cœpis-
set: & sedecim annis regnauit in Ierusalem. Non fecit quod erat placitũ
in conspectu domini dei sui, sicut Dauid pater eius, [3] sed ambulauit in
via Regum Israel. Insuper & [b] filium suum consecrauit transferens per
ignem secundum idola gentium, quę dissipauit dominus coram filiis Israel. [4] Immo-
labat quoque victimas, & adolebat incensum in excelsis, & in collibus, & sub omni
ligno frondoso. † [5] Tunc ascẽdit Rasin Rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ Rex Is-
rael ad præliandum in Ierusalem. Cúmq; obsiderent Achaz, non valuerunt superare
eum. [6] In tempore illo restituit Rasin rex Syriæ [c] Ailam Syriæ: & eiecit Iudæos de
Aila. Et Idumæi & Syri venerunt in Ailam, & habitauerunt ibi vsque in diem hanc. B
[7] Misit autem [d] Achaz nuncios ad Theglath Phalasar Regem Assyriorũ, dicens: Ser-
uus tuus & filius tuus ego sum. Ascende & saluum me fac de manu regis Syriæ, & de
manu regis Israel: qui consurrexerunt aduersum me. [8] Et cum collegisset Achaz ar-
gentum & aurum quod inueniri potuit in domo domini, & in thesauris Regis, misit
regi Assyriorũ munera, [9] qui & acquieuit voluntati eius. Ascẽdit autem rex Assyrio-
rum in Damascum, & vastauit eam, & transtulit habitatores eius Cyrenen: Rasin au-
tem interfecit. [10] Perrexítq; rex Achaz in occursum Theglath Phalasar regi Assyrio-
rum in Damascũ. Cúmq; vidisset altare Damasci, misit Rex Achaz ad Vriam sacer- C
dotem exemplar eius & similitudinẽ, iuxta omne opus eius. [11] Extruxítq; Vrias sacer-
dos altare. Iuxta omnia quæ præceperat Rex Achaz de Damasco, ita fecit sacerdos
Vrias, donec veniret rex Achaz de Damasco. [12] Cúmq; venisset rex de Damasco, vi-
dit altare, & veneratus est illud: ascendítq; & immolauit holocausta & sacrificiũ suũ,
[13] & libauit libamina, & fudit sanguinem pacificorum quæ obtulerat super altare.
[14] Porrò altare æreum, quod erat coram domino, transtulit de facie templi, & de lo-
co altaris, & de loco templi domini: posuítq; illud ex latere altaris ad aquilonẽ. [15] Prę-
cepit quoq; rex Achaz Vriæ sacerdoti, dicens: [e] Super altare maius offer holocaustũ
matutinum, & sacrificium vespertinum, & holocaustum regis & sacrificium eius: &
holocaustum vniuersi populi terræ, & sacrificia eorum, & libamina eorum: & omnẽ
sanguinem holocausti, & vniuersum sanguinem victimæ super illud effundes. Alta- D
re vero æreum erit paratum ad voluntatẽ meam. [16] Fecit igitur Vrias sacerdos iuxta
omnia quæ præceperat rex Achaz. [17] Tulit autẽ rex Achaz cælatas bases & luterem,
qui erat desuper: & mare deposuit de bobus æreis, qui sustentabant illud, & posuit su-
per pauimentum stratum lapide. [f] [18] Musach quoq; sabbati, quod ędificauerat in tem
plo, & ingressum Regis exterius conuertit in templum domini, propter regem Assy-
riorum. [19] Reliqua autem verborum Achaz, & omnia quæ fecit, nónne hæc scripta
sunt in libro sermonum dierum Regum Iuda? [20] Dormiuítque Achaz cum patribus
suis, & sepultus est cum eis in ciuitate Dauid, & regnauit Ezechias filius eius pro eo.
Regnum

a. Hoc est in fine. 17. anni, sed in principio, 18. anni.

b. Filium suum consecrauit Idolo Moloch, traducẽs illum per ignem in valle Bẽ Ennon, alias Gehennon: de qua Iosue. 15. b.

c. Aila vrbs est Arabiæ Petreæ de qua Deute. 2. b. vbi eam vocat Elath, quã ædificauerat Azarias. Hãc eripuit rex Syriæ, & restituit Syriæ, expellens Iudæos & cæteros incolas.

d. Ierosolymitanus autem rex postquam cognouit Syros abiisse domum, putans se Israelitarum rege nõ inferiorẽ viribus, eduxit cõtra eum copias: & cũ irato deo commisisset prœliũ, propter sua impia facinora victus est. Cæsum enim & viginti millia tũc ceciderunt de Israelitarũ exercitu. Ioseph. lib. 9. ca. 13. Antiquit. Iudaic.

e. Cõstat quàm superstitiosissimus fuerit hic Achaz, qui ea sacrificia deputabat idolis quæ ex lege iussa erant offerri deo. Dionys.

f. Hoc est tabernaculum q[uo]ddã, quod erat in templo, sub quo manebant sacerdotes in sabbato cũ per hebdomadam functi fuissent officio.

Regnum Israel post multa facinora in Assyrios captiuum sub Hosee per Salmanasar abducitur. XVII.

A A Nno [a] duodecimo Achaz regis Iuda, regnauit Hosee filius Ela in Sa-
maria super Israel nouem annis: [2] fecítque malum coram domino, sed
nõ sicut Reges Israel qui ante eũ fuerunt. [3] Contra hunc ascendit [b] Sal-
manasar rex Assyriorum, & factus est ei Hosee seruus, reddebátque illi
tributa. [4] Cúmq; deprehendisset Rex Assyriorum Hosee, quòd rebel-
lare nitens misisset nuncios ad Sua regem Ægypti, ne præstaret tributa regi Assyrio-
rum, sicut singulis annis solitus erat, obsedit eum, & vinctũ misit in carcerem: [5] per-
uagatúsque est omnem terram, & ascendens Samariam, obsedit eam tribus annis.
† [c] [6] Anno autem nono Hosee cepit rex Assyriorum Samariam: & † transtulit Israel
in Assyrios, posuítque eos in Hala & in Habor iuxta fluuium Gozan in ciuitatibus
B Medorum. [7] Factum est autem cum peccassent filij Israel domino deo suo qui edu-
xerat eos de terra Ægypti de manu Pharaonis regis Ægypti, coluerunt deos alienos:
[8] & ambulauerunt iuxta ritum gentium quas consumpserat dominus in conspectu
filiorũ Israel & Regum Israel, quia similiter fecerant. [9] Et irritauerunt filij Israel ver-
bis non rectis dominum deum suum, & ædificauerunt sibi excelsa in cunctis vrbibus
suis, à turre custodum vsq; ad ciuitatem munitam. [10] Fecerúntq; sibi statuas & lucos
in omni colle sublimi, & subter omne lignum nemorosum: [11] & adolebant ibi incen-
sum super aras in morem gentiũ quas trãstulerat dominus à facie eorum. Fecerúntq;
[d] verba pessima irritantes dominũ: [12] & coluerunt immunditias de quibus præcepit
eis dominus ne facerent verbũ hoc. [13] Et testificatus est dominus in Israel & in Iuda
per manum omnium prophetarum & videntium, dicens: † Reuertimini à viis vestris
C pessimis, & custodite præcepta mea, & cæremonias iuxta omnem legem quam præ-
cepi patribus vestris, & sicut misi ad vos in manu seruorum meorum prophetarum.
[14] Qui non audierunt, sed indurauerũt ceruicẽ suã, iuxta ceruicẽ patrum suorum, qui
noluerunt obedire domino deo suo. [15] Et abiecerunt legitima eius, & pactum quod
pepigit cum patribus eorum, & testificationes quibus cõtestatus est eos: secutíq; sunt
vanitates, & vanè egerunt, & secuti sunt gentes quæ erãt per circuitum eorum, super
quibus præceperat dominus eis vt nõ facerẽt sicut & illæ faciebãt. [16] Et dereliquerũt
omnia præcepta domini dei sui, fecerúntque sibi conflatiles duos vitulos, & lucos, &
adorauerunt vniuersam militiã cœli, seruierúntq; Baal, [17] & cõsecrauerunt filios suos
& filias suas per ignem. Et diuinationibus inseruiebant & auguriis, & tradiderunt se
D vt facerent malũ coram domino, & irritarent eũ. [18] Iratúsq; est dominus vehementer
Israeli, & abstulit eos [e] à conspectu suo: & non remansit nisi tribus Iuda tantũmodo.
[19] Sed nec ipse Iuda custodiuit mandata domini dei sui: veruntamẽ ambulauit in er-
roribus Israel quos operatus fuerat. [20] Proiecítq; dominus omne semẽ Israel, & affli-
xit eos, & tradidit eos in manu diripiẽtiũ, donec [f] proiiceret eos à facie sua, [21] ex eo iã
tẽpore † quo scissus est Israel à domo Dauid, & constituerunt sibi regẽ Ieroboam fi-
lium Nabat. Separauit enim Ieroboam Israel à domino, & peccare eos fecit peccatũ
magnũ, [22] & ambulauerunt filij Israel in vniuersis peccatis Ieroboã quę fecerat, & nõ
recesserunt ab eis [23] vsquequo dominus auferret Israel à facie sua: † sicut locutus fue-
E rat in manu omniũ seruorũ suorũ prophetarũ. † Translatúsq; est Israel de terra sua in
Assyrios, vsq; in diẽ hanc. [g] [24] Adduxit autẽ rex Assyriorũ viros de Babylone, & de
Cutha, & de Auath, & de Hemath, & de Sepharuaim: & collocauit eos in ciuitatibus
Samarię ꝓ filiis Israel. Qui possederũt Samariã, & habitauerũt in vrbibus eius. [25] Cũ-
que ibi habitare cœpissent, nõ timebant dominũ, & immisit eis dominus leones, qui
interficiebãt eos. [26] Nunciatúmq; est regi Assyriorũ, & dictũ: Gentes quas trãstulisti
& habitare fecisti in ciuitatibus Samariæ, ignorãt legitima dei terrę, & immisit in eos
dominus leones, & ecce interficiunt eos, eo quòd ignorent ritũ dei terræ. [27] Præcepit
autẽ Rex Assyriorum, dicẽs: Ducite illuc vnum de sacerdotibus quos inde captiuos

Iosue [illegible]. Anno ante Christum [illegible]. Anno mũdi [illegible]. Hosee [illegible]. [illegible] rebellio [illegible] contra Assyrios. Anno ante Christum [illegible]. Anno mũdi [illegible]. [illegible]

a. Hosee anno 4. Achaz occidit Phacee, & tunc non fuit probatus rex vsque ad 12. annum Achaz, à quo regnauit annis [illegible] vsque ad captiuitatem Israelis rebellauit autem 14. anno Achaz, à quo solum 9. annis regnauit.

b. Salmanasar 3. Babyloniorum rex postquam translata est Assyriorum monarchia in Medos & Babylonios.

c. Anno. 9. rebellionis Hosee capta est Samaria, & 10. tribus Israel captiuæ.

d. Frequenter enim in scripturis sacris accipitur verbum vel sermo pro re significata per verbũ. Ideo verba pessima, sunt vitia pessima: vtpote idololatria, quæ dicitur grauissimũ peccatorũ, sicut & hæresis. Dionys.

e. Hoc est, abstulit eos à cura promissionis, cuius in eos olim consueuerat speciali pietate aspicere, sicut Deut. 4. Oculi domini dei tui in eas sunt. & Psalmo: Oculi domini super iustos. Dionysius. Dicit autem Comestor in historia Esther decem tribus inclusas ab Alexandro intra montes Caspios vsque ad finẽ mundi.

f. Tempore autẽ quo Theglathphalnasar rex Babylonis duxerat in captiuitatem tres tribus cum dimidia, plurimi ex septem aliis tribubus fugerunt ad vicina regna, & ibidẽ se abscõderunt, præcipuè in tribu Iudæ, ac post recessum Assyriorum redierũt ad propria & pristina loca, vnde sæpius fit mentio de posteritate decẽ tribuum. Dionysius.

g. Vnaquæque gens fabricata est deum, posuerúntq; eos in fanis excelsis quæ fecerat Samaritana gens: & gẽs in vrbibus suis in quibus habitabant. Viri enim Babylonij fecerunt Socoth Benoth. Viri autẽ Cutheni fecerunt Nergel: & viri de Emath vel Emetha fecerunt Asima. Porrò Heuæi fecerunt Nabahaz & Tharthac. In libro autẽ locorũ legitur quòd Benoth & Nergel fuerũt ciuitates quas cõstruxerũt in regione Iudææ Samaritani, qui de Babylonia transierant. Eucherius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

adduxistis,vt vadat & habitet cum eis,& doceat eos legitima dei terrę.[28] Igitur cum venisset vnus de sacerdotibus iis qui captiui ducti fuerat de Samaria,habitauit in Bethel,& docebat eos quomodo colerent dominum.[29] Et vnaquæque gens fabricata est deum suum,posuerúntq; eos in fanis excelsis,quę fecerant Samaritę,gens & gens in vrbibus suis, in quibus habitabant.[30] Viri enim Babylonij fecerunt Soccoth Benoth,viri autem Cutheni fecerunt Nergel,& viri de Emath fecerunt Asima.[31] Porrò Heuæi fecerunt Nebahaz & Tharthac.Ii autē qui erant de Sepharuaim, cōburebant filios suos igni Adramælech & Anamęlech diis Sepharuaim:[32] & nihilo minus colebant dominū.Fecerūt autem sibi de nouissimis sacerdotes excelsorum : & ponebant eos in fanis sublimibus.[33] Et cum dominū colerent, diis quoq; suis seruiebant, iuxta consuetudinem gentium de quibus translati fuerant Samariam.[34] Vsq; in præsentem diem morem sequuntur antiquum.[h] Non timent dominum, neq; custodiunt cæremonias eius atq; iudicia, & legem & mandatum quod præceperat dominus filiis Iacob,† quem cognominauit Israel,[35] & percusserat cum eis pactum,& mādauerat eis, dicens:Nolite timere deos alienos,& non adoretis eos , neque colatis eos,& non immoletis eis:[36] sed dominū deum vestrum,qui eduxit vos de terra Ægypti in fortitudine magna,& in brachio extento,ipsum timete,& illum adorate, & ipsi immolate.[37] Cæremonias quoque & iudicia,& legem & mandatum quod scripsi vobis,custodite vt faciatis cunctis diebus,& non timeatis deos alienos.[38] Et pactū quod percussi vobiscum,nolite obliuisci, nec colatis deos alienos:[39] sed dominū deum vestrum timete,& ipse eruet vos de manu omnium inimicorum vestrorum.[40] Illi vero non audierunt,sed iuxta consuetudinem suam pristinā perpetrabant.[41] Fuerunt igitur gentes istæ timentes quidem dominum,sed nihilo minus & idolis suis seruientes. Nam filij eorum & nepotes sicut fecerunt patres sui, ita faciunt vsque in præsentem diem.

h. Cærerum noui Samaritæ colonis Cuthęis,ēa quinque gēcium essēt, tēnēdē deos patrios secum attulerunt, quos ritu suo colentes,deum maximū ad indignationē irritauerūt. Exhortat est enim eos pestilentia: à qua cū popularentur, nullis inuenientes opē oraculo admoniti sunt vt deum maximū colerent: nam hoc illis prærunte salutem allaturū esse. Mittunt igitur ad regem Assyrij legatos, petierūq; vt sacerdotes aliquot ē captiuis Israelitis ad eos remitteret: Quo facto legē & deu colendi rationem ab eis edocti, diligēter eam cœperunt colere:moxque cessante pestilentia permanēre: quæ nunc quoque in ea regione Cuthei vocati Hebræis , Græcis vero Samaritæ. Ioseph.lib.9. cap.11.

Ezechias pietate sublimis ab Assyriis pecunia multatus obsidetur, & multis blasphemiis ac minis terretur. XVIII.

ANno [a] tertio Hosee filij Ela regis Israel, regnauit Ezechias filius Achaz [b] regis Iuda.[2] Viginti quinque annorum erat cum regnare cœpisset: & viginti nouem annis regnauit in Ieruſalem. Nomen matris eius Abi , filia Zachariæ.[3] Fecitque quod erat bonum coram domino,iuxta omnia quę fecerat Dauid pater eius.†[4] Ipse dissipauit excelsa,& contriuit statuas,& succidit lucos,confregitq; serpentem æreum † quem fecerat Moyses. Siquidem vsque ad illud tempus filij Israel adolebant ei incensum. Vocauitq; nomen eius [c] Nehustan.[5] Et in domino deo Israel sperauit. Itaq; post eum nō fuit similis ei de cunctis regibus Iuda, sed neque in iis qui ante eum fuerunt,[6] & adhæsit domino,& non recessit à vestigiis eius:fecitque mandata eius quæ præceperat dominus Moysi:[7] vnde & erat dominus cum eo:& in cunctis ad quæ procedebat,sapienter se agebat.Rebellauit quoque contra regem Assyriorum , & non seruiuit ei.[8] Ipse percussit Philisthæos vsque ad Gazam,& omnes terminos eorum,à turre custodum vsq; ad ciuitatem munitam.[d] [9] Anno quarto regis Ezechiæ,qui erat annus septimus Hosee filij Ela regis Israel,ascendit Salmanasar rex Assyriorum in Samariā:& oppugnauit eam,[10] & cepit. † Nam post annos tres anno sexto Ezechiæ , id est nono anno Hosee regis Israel, capta est Samaria:[11] & transtulit rex Assyriorum Israel in Assyrios : collocauitque eos in Hala & in Habor fluuiis Gozan, in ciuitatibus Medorum:[12] quia nō audierunt vocem domini dei sui,sed prætergressi sunt pactum eius. Omnia quæ præceperat Moyses seruus domini,non audierunt,neque fecerunt. †[13] Anno quartodecimo regis Ezechiæ ascendit [e] Sennacherib rex Assyriorum ad vniuersas ciuitates Iuda munitas , & cepit eas.[14] Tunc misit Ezechias rex Iuda nūcios ad regem Assyriorum in Lachis,dicens:Peccaui:recede à me:& omne quod imposueris mihi,feram. Indixit itaque rex Assyriorum Ezechiæ regi Iudæ trecenta talenta argenti,& triginta talenta auri .[15] Dedítque Ezechias

a. Hoc est anno tertio rebellionis Hosee cōtra Regem Assyriæ , quo tributa dare dīs erecusauit.

b. Hic Zacharias posthumus erat filius Zachariæ filij Ioiadæ,quem Ioas lapidari fecerat inter templum & altare. Comestor.

c. Hoc est rem eneam,nihil habens diuinitatis: vt quæ alij pro numine colebāt,in dicto eius mendacium cum esse,non deum agnoscerēt. Angelomus ibidem.

d. Anno 4. Ezechiæ,qui septimus fuit annus rebellionis Hosee,obsessa est Samaria,& tertio anno capta, & in Assyriam abducta anno 9. rebellionis Hosee, & regni eius 19. anno, Ezechiæ autem sexto.

e. Sennacherib 4. rex Babylonioni post dimissū Merodachū in Medos & Babylonios, licet fuerit scripturæ vocem eos reges Assir, vel Assyriorū : quo significatum Euseb. in sua Chronicis.

Ezechias omne argentū quod repertū fuerat in domo domini,& in thesauris Regis.[16] In tēpore illo cōfregit Ezechias valuas templi domini,& laminas auri quas ipse affixerat:& dedit eas Regi Assyriorum.[f] [17] Misit autem rex Assyriorum Tharthan & Rapsaris & Rapsacem de Lachis ad regem Ezechiam cum manu valida Ieruſalē: qui cum ascendissent,venerunt Ieruſalem,& steterunt iuxta aquæductum piscinæ superioris,quæ est in via agri fullonis , [18] vocauerúntque regem.Egressus est autē ad eos Eliacim filius Helciæ præpositus domus,& Sobna scriba,& Ioahe filius Asaph à cōmentariis,[19] dixítque ad eos Rapsaces : Loquimini Ezechiæ:Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorū:Quæ est ista fiducia qua niteris ? [20] Forsitan inisti cōsiliū vt præpares te ad prælium.In quo confidis , vt audeas rebellare?† [21] An speras in baculo arundineo,atque confracto Aegypto,super quem si incubuerit homo,comminutus ingredietur manum eius,& perforabit eam ? Sic est Pharao rex Aegypti omnibus qui cōfidunt in eū.[22] Quòd si dixeritis mihi,In domino deo nostro habemus fiduciā : nónne iste est cuius abstulit Ezechias excelsa & altaria,& præcepit Iudæ & Ieruſalē, ante altare hoc adorabitis in Ieruſalem?[23] Nunc igitur transite ad dominum meū Regem Assyriorum,& dabo vobis duo milia equorum,& videte an habere valeatis ascensores eorum.[24] Et quomodo potestis resistere ante vnum Satrapam de seruis domini mei minimis? An fiduciam habetis in Aegypto propter currus & equites?[25] Nūquid sine domini voluntate ascendi ad locum istum , vt demolirer eum ? Dominus dixit mihi : Ascende ad terram hanc, & demolire eam.[26] Dixerunt autem Eliacim filius Helciæ,& Sobna scriba,& Ioahe,Rapsaci : [g] Precamur vt loquaris nobis seruis tuis Syriacè,siquidem intelligimus hanc linguam:& non loquaris nobis Iudaicè audiente populo qui est super murum.[27] Respondítque eis Rapsaces,dicens : Nūquid ad dominum tuū,& ad te misit me dominus meus,vt loquerer sermones hos,& non potius ad viros qui sedent super murum,vt comedāt stercora sua,& bibant [h] vrinam suam vobiscum?[28] Stetit itaque Rapsaces,& exclamauit voce magna Iudaicè,& ait: Audite verba regis magni,regis Assyriorum:[29] Hæc dicit rex:Non vos seducat Ezechias.Non enim poterit eruere vos de manu mea:[30] neq; fiduciam vobis tribuat super dominum,dicens:Eruens liberabit nos dominus : & non tradetur ciuitas hæc in manu Regis Assyriorum.†[31] Nolite audire Ezechiam. Hæc enim dicit rex Assyriorum :[i] Facite mecū quod vobis est vtile:& egredimini ad me:& comedet vnusquisque de vinea sua,& de ficu sua,& bibet aquas de cisternis vestris,[32] donec veniam & transferam vos in terram quæ similis est terræ vestræ , in terram fructiferam & fertilem vini,in terram panis & vinearum,terram oliuarum & olei ac mellis,& viuetis & non moriemini.Nolite audire Ezechiam,qui vos decipit,dicens:Dominus liberabit nos.[33] Nunquid liberauerunt dij gentium terram suam de manu regis Assyriorum?[34] Vbi est de[j] [k] Hemath & [l] Arphad? Vbi est deus Sepharuaim,Hana & Aua? Nunquid liberauerunt Samariam de manu mea?[35] Quinam illi sunt in vniuersis diis terrarum,qui eruerunt regionem suam de manu mea,vt possit eruere dominus Ieruſalem de manu mea?[36] Tacuit itaque populus,& nō respondit ei quicquam.Siquidem præceptum regis acceperant,vt non responderent ei.†[37] Venítq; Eliacim filius Helciæ præpositus domus,& Sobna scriba,& Ioahe filius Asaph à cōmentariis , ad Ezechiam scissis vestibus,& nuntiauerunt ei verba Rapsacis.

f. Anno sequenti cū Ezechias tantam summam impositam soluere negaret ; vel forte non posset , misit rex Assyriorum exercitum suum contra Ieruſalē posteaquā deuicit Regē Aethiopiæ.

g. Id est, Quid necesse est populum talibus terroribus commoueri,& vanā inferre vexationem ? Loquere linguā quam populus non nouit. Rabanus ibidem.

h. Per quod ostendit fame eos & sitī esse cupiendos. Simúlque illecebra mitigat timorem : vt quos perterrē non vicit, persuasione decipiat. Angelomus.

i. Hoc est, facite quod vobis prōfit, & in benedictionem vestram proficiat : & benedicite regi Assyriorum, & laudate eum, vt dominū, confitemini, vt præmia cōsequamini. Euche.

k. Ostendit harum ciuitatum siue gentium diis seruisse Samaritas : & quia nō erant dij sed idola, meritò cultores vanitatis dicebāt esse subuersos. Raban⁹ ibid.

l. Emath vrbs est Coelesyriæ, quæ nunc Epiphania dicitur.

Angelus domini octoginta quinque milia Assyriorum percutit fugiente Sennacherib in templum idolorum suorum,vbi à filiis interficitur. XIX.

l. Arphadraget Damascenus est,& eiusdem nominis dicunt ibidem esse fluuium & vrbem.

a. Mira regis humilitas & prudentia, dimisso regio cultu,& obsaccatus saccio ad templū pergit. De palatio principes sacerdotum non Rolit,sed cilicijs amicti mittit ad Iſaiam , & dicit: Dies hæc tribulationis nostræ , correctionis dei , & blasphemiæ hostium. Rabanus ibidem , & post eū Euchérius.

b. Vtinam,inquit,animo vēdicēs nephandas illas blasphemias,cæterū ponas exigere ab impijs illis hominibus nō possumus. Quare deum , qui audiuit blasphemias illas, oramus vt ipsos illos doceat,ne existiment quidem esse illorum quos dei appellāt. Procop. in⁹.

Væ † cum audisset Ezechias rex, [a] scidit vestimenta sua , & opertus est sacco , ingressúsque est domum domini , [b] & misit Eliacim præpositum domus , & Sobnam scribam , & senes de sacerdotibus opertos saccis ad Isaiam prophetam filium Amos.[2] Qui dixerunt : Hæc dicit Ezechias: Dies tribulationis , & increpationis , & blasphemiæ dies iste. [b] Venerunt filij vsq; ad partum , & vires non habet pārturiens.[3] Si forte audiat dominus deus tuus vni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uersa verba Rapsacis, quē misit Rex Assyriorū dominus suus, vt exprobraret deum
viuentem,& argueret verbis,quæ audiuit dominus deus tuus:& fac orationem pro
reliquiis quæ repertæ sunt.[5] Venerūt ergo serui regis Ezechiæ ad Isaiam.[6] Dixítque B
eis Isaias:Hæc dicetis domino vestro,Hæc dicit domin⁹: Noli timere à facie sermo-
num quos audisti,quibus blasphemauerūt pueri regis Assyriorū me.[7] Ecce ego im-
mittam ei spiritum,& audiet nūcium,& reuertetur in terram suam, & deiiciam eum
gladio in terra sua.[8] Reuersus est ergo Rapsaces,& inuenit regem Assyriorum expu-
gnantem Lobnam. Audierat enim quòd recessisset de Lachis.[9] Cúmque audisset de
Tharacha rege Aethiopiæ,dicentes: Ecce egressus est vt pugnet aduersum te, & iret
cōtra eū:[c] misit nuncios ad Ezechiam,dicens:[10] Hæc dicite Ezechiæ regi Iuda:Non
te seducat deus tuus,in quo habes fiduciam:neque dicas: Non tradetur Ierusalem in C
manus regis Assyriorum.[11] Tu enim ipse audisti quæ fecerūt reges Assyriorum vni-
uersis terris,quomodo vastauerunt eas. Tu ergo solus poteris liberari?[12] Nūquid li-
berauerunt dij gentium singulos quos vastauerunt patres mei, Gozan videlicet, &
Haran,& Reseph,& filios Eden,qui erant in Thelassar?[13] Vbi est rex Hemath, & rex
Arphad,& rex ciuitatis Sepharuaim Hana & Aua?[14] Itaq; cū accepisset Ezechias li-
teras de manu nuntiorum,[d] & legisset eas,ascendit in domum domini,& expādit eas
coram domino,[15] & orauit in cōspectu eius,dicens:Domine deus Israel,qui sedes su-
per Cherubin,tu es deus solus regū omnium terræ:tu fecisti cœlum & terram.[16] In-
clina aurem tuam & audi. Aperi domine oculos tuos & vide, & audi omnia verba D
Sennacherib quę misit vt exprobraret nobis deum viuētem. Verè domine dissipaue-
runt reges Assyriorum gentes,& terras earum,[18] & miserunt deos eorum in ignem.
Non enim erant dij:sed opera manuum hominum,ex ligno & lapide:& perdiderunt
eos.[19] Nūc igitur domine deus noster saluos nos fac de manu eorum: vt sciāt omnia
regna terræ,quia tu es dūs deus solus.[20] Misit autem Isaias filius Amos ad Ezechiā,
dicens:Hæc dicit dominus deus Israel:Quæ deprecatus es me super Sennacherib re-
ge Assyriorū,audiui.[21] Iste est sermo quem locutus est dominus de eo. Spreuit te, &
subsannauit te [e] virgo filia Sion,post tergum tuū caput mouit filia Ierusalem.[22] Cui E
exprobrasti,& quem blasphemasti?Contra quem exaltasti vocē tuam, & eleuasti in
excelsum oculos tuos?Contra sanctū Israel.[23] Per manum seruorum tuorum expro-
brasti domino,[f] & dixisti:In multitudine curruum meorum ascendi excelsa montiū
in summitate Libani, & succidi sublimes cedros eius, & electas abietes illius. Et in-
gressus sum vsq; ad terminos eius,& saltū Carmeli eius[24] ego succidi. Et bibi aquas
alienas,& siccaui vestigiis pedū meorum omnes aquas clausas.[25] Nunquid non au-
disti quid ab initio fecerim?Ex diebus antiquis plasmaui illud,& nunc adduxi. Erūt-
que in ruinam colliū compugnātium ciuitates munitæ:[26] & qui sedent in eis,humi-
les manu. Contremuerunt & confusi sunt,facti sunt velut fœnum agri,& virens her- F
ba tectorum,quæ arefacta est antequam veniret ad maturitatē.[27] Habitaculū tuum,
& egressum tuū,& introitum tuū, & viam tuā ego præsciui, & furorem tuum con-
tra me.[28] Insanisti in me,& superbia tua ascendit in aures meas. Ponam itaque circu-
lum in naribus tuis,& camum in labiis tuis,& reducam te in viam per quam venisti.
[29] Tibi autē Ezechia hoc erit signum: Comede hoc anno quæ repereris: in secundo
autem anno quæ sponte nascuntur:porrò in anno tertio seminate,& metite: planta-
te vineas,& comedite fructum earum.[30] Et quodcunque reliquum fuerit de domo G
Iuda,mittet radicē deorsum: & faciet fructum sursum.[31] De Ierusalē quippe egre-
dientur reliquiæ, & quod saluetur de monte Sion. Zelus domini exercituum faciet
hoc.[32] Quamobrem hæc dicit dominus de rege Assyriorū: Non ingredietur vrbem
hanc,nec mittet in eam sagittam, nec occupabit eam clypeus: nec circundabit eam
munitio.[33] Per viā qua venit reuertetur,& ciuitatem hanc non ingredietur, dicit do-
minus:[h][34] protegámq; vrbē hanc,& saluabo eam,propter me,& propter Dauid ser-
uum meū.†[35] Factum est igitur in nocte illa,venit angelus domini,& percussit in ca-
stris Assyriorum centum octoginta quinque milia. Cúmq; diluculo surrexisset,vidit
omnia

c. Contra Sennacherib regis blasphemias solita arma Ezechias arripuit, rursumque pergit ad templū, & epistolas expandit coram domino, audacter dominū deprecatur,& solum deum asserit esse viuentem. Eucherius.

d. Vt duo pariter Ezechias quæ optabat audiret: se de obsidione & periculo liberandum, & inimicum iratumque regem in sua cerra esse morituru. Idem.

e. Quia cunctis gentibus idola adorantibus,sola cōseruat castitatē religionis vanis dei. Raba. ibidem.

f. Quæ vel de cunctis gentibus metaphoricē, principibúsque earum debemus accipere,vel de Ierusalem, quæ interpretatur Libanus. Eucher.

g. Quæ implebunt terram fidei,non sua merito,sed dei misericordia, imò zelo quo odierius impius zelatus est populum suum. Eucherius.

h. Licet ipsi indigni sint, & nullam fiducia habeant, occultabuntur tamen qua salutari sum misericordiam agere, propter meipsum ait, & propter Dauid puerum meū, qui ante hos annos è vita migrauit. Hic autem erit salutis his qui sua esse perdiderunt deūdia. Chryl. hom. 41 super Gen.

omnia corpora mortuorū,[36] & recedens abiit. Et reuersus est Sennacherib rex Assy-
riorum,& māsit in Niniue.[37] Cúmq; adoraret in templo Nesroch deum suū, Adra-
mælech & Sarasar filij eius percussērunt eum gladio,fugerúntq; in terram Armenio-
rum,& regnauit [i] Asaraddon filius eius pro eo.

i. Asaraddon 5. rex Babyloniorum post diuisam monarchiā Assyriorum in Babylonios & Medos.

Sol in cœlo pœnitente Ezechia in infirmitate retrocedit. Ab Assyriis autem muneribus donatus thesauros ostendit,ab Esaia taxatus:cui Manasses filius succesit. XX.

IN †[a] diebus illis ægrotauit Ezechias vsq; ad mortem: & venit ad eum
Isaias filius Amos prophetes,dixítq; ei:Hæc dicit dominus deus:[b] Præ-
cipe domui tuæ:[c] † Morieris enim tu,& nō viues.[2] Qui cōuertit faciē
suam ad parietem:& orauit dominū,dicēs:[3] Obsecro domine, memē-
to quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate,& in corde per-
fecto: & quod placitū est corā te fecerim. Fleuit itaq; Ezechias fletu magno.[4] Et an-
tequam egrederetur Isaias mediam partem atrij,factus est sermo dñi ad eum,dicens:
[5] Reuertere, & dic Ezechiæ duci populi mei: Hæc dicit dñs deus Dauid patris tui:
[d] Audiui orationem tuam,vidi lachrymam tuam,& ecce sanaui te. Die tertio ascēdes B
templum domini,[6] & addam diebus tuis quindecim annos. Sed & de manu regis As-
syriorum liberabo te,& ciuitatem hanc:& protegam vrbem istā propter me, & pro-
pter[e] Dauid seruū meum.[7] Dixitq; Isaias: Afferte massam ficorū. Quam cū attulissent
& posuissent super vlcus eius,curatus est.[8] Dixerat autē Ezechias ad Isaiā: Quod erit
signū †quia dūs me sanabit,& quia ascensurus sum die tertia templum dñi?[9] Cui ait
Isaias: Hoc erit signū à dño,quòd facturus sit dñs sermonem quē locutus est: vis vt
ascendat vmbra decē lineis,an vt reuertatur totidē gradibus?[10] Et ait Ezechias:Faci-
le est vmbram crescere decē lineis. Nec hoc volo vt fiat: sed vt reuertatur retrorsum
decem gradibus.[11] Inuocauit itaque Isaias propheta dñm:& reduxit vmbram per li- C
neas quibus iam descenderat in horologio Achaz,retrorsum decem gradibus.†[12] In
tempore illo misit [f] Berodach Baladan filius Baladan rex Babyloniorum literas &
munera ad Ezechiam. Audierat enim quòd ægrotasset Ezechias.[13] Lætatus est autem
in aduentu eorum Ezechias,& ostendit eis domū aromatum, & aurum & argentū,
& pigmenta varia,vnguenta quoque,& domum vasorum suorum,& omnia quæ ha-
bere poterat in thesauris suis. Non fuit verbum quod non monstrasset eis Ezechias
in domo sua,& in omni potestate sua.[14] Venit autem Isaias propheta ad regem Eze-
chiam,dixítque ei:Quid dixerunt viri isti,aut vnde venerunt ad te?Cui ait Ezechias:
De terra longinqua venerunt ad me,de Babylone.[15] At ille respondit. Quid viderūt D
in domo tua?Ait Ezechias:Omnia quæcunque sunt in domo mea, viderunt. Nihil
est enim quod non monstrauerim eis in thesauris meis.[16] Dixit itaq; Isaias Ezechiæ:
Audi sermonem domini:[17] Ecce dies venient,& auferentur omnia quę sunt in domo
tua,& quæ condiderunt patres tui vsque in diem hanc,in Babylonem. Non remane-
bit quicquam,ait dominus.[18] Sed & de filiis tuis,qui egredientur ex te, quos genera-
bis,tollentur:& erunt eunuchi in palatio regis Babylonis.[19] Dixit Ezechias ad Isaiā:
Bonus sermo dñi quem locutus est. Sit tantum pax & veritas in diebus meis.[20] Reli-
qua autem sermonum Ezechiæ, & omnis fortitudo eius, & quomodo fecerit pisci-
nam,& aquæductum, & introduxerit aquas in ciuitatem, nónne hæc scripta sunt in
libro sermonum dierum Regum Iuda?[21] Dormiuitq; Ezechias cum patribus suis,&
regnauit Manasses filius eius pro eo.

a. Anno 15. regni sui.

b. Commenda cupiam viro prudenti domum tuam.

c. Ne eleuaretur cor Ezechiæ post tot incredibiles triūphos, infirmitate corporis visitatur, & audit se esse moriturum,et conuertus ad dominum flectat misericordiam. Rabanus.

d. Si gratia supplicij corporis connectimur, cur Ezechias vir sanctus atq; probus prorogationem huius vitæ petiit? aut quomodo deus quindecim annos pietate ac lachrymis ejus cōmotus beneficij loco illi adiecit? Calamitatē enim positā & cruciatū, quim donū & gratiam, si aliquid ceritatis ista nuga habeat, illi cōtulisse videtur. Sed donū cerē fuit ac gratia, progatio vitæ non ergo ad supplicia animas corpora dātur. Cyril. in Euan. Ioan lib. 1. e. Si iusti dūtaxat memoria tantū potuit, cū & opera ipso fuerint, quanto nō verebit sanctorū pro defunctis deprecatio? Non temerè hęc ab apostolis facta fuerunt, vt in tremēdis mysteriis defunctorū agatur cōmemoratio. Sciūt enim illis inde multum cōferri lucrum, vtilitatem multā. Chryl. homil. 69. ad populum Antiochenum.

f. Non satis compertū habēo quomodo Hebræi hūc vocēt aut Berodach, quem Iere. 50. vocant Merodach cum cæteris historicis Hieronymo 6. est Rex Babyloniorū, qui postquā Babylonē 12. regnauit annis, mortuo Sennacherib translulit ad Chaldæos, vbi regnauit 40. annis

Quàm impiè Manasses vixerit,cui mortuo succesit Amon patrem imitatus, cui per seruos occiso succedit Iosias filius,in nullo patrem imitatus. XXI.

DVodecim annorum erat Manasses cum regnare cœpisset: & quinqua-
gintaquinque annis regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Aphsi-
ba.[a][2] Fecitque malum in conspectu domini iuxta idola gentium, quas
deleuit dominus à facie filiorum Israel.[3] Conuersúsque est,& ædificauit

a. Manasses impius idola erexit, templum cōtaminauit, filios dijs immolauit, Ierusalem innocentū sanguine repleuit, prophetarum vaticinia spreuit. Quarobres Ben Merodach rex Assyrius Iudæam inuadit, Regē dolo cepit, in Babylonē captū duxit anno 42. regni sui. Qui captiuus dominū agnouit post 10. annos resipuit, pœnitētiam egit, regnóque restitutus idolatriam abolevit, domino seruiens per 4. annos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

excelsa, quæ dissipauerat Ezechias pater eius: & erexit aras Baal, & fecit lucos, sicut fecerat Achab rex Israel: & adorauit omnem militiam cœli, & coluit eam. [4] Extruxitque aras in domo domini, de qua dixit dominus: † In Ierusalem ponã nomen meum. [5] & extruxit altaria vniuersæ militiæ cœli in duobus atriis templi domini. [6] Et traduxit filium suum per ignem, & [b] ariolatus est, & obseruauit auguria, & fecit Pythones, & aruspices multiplicauit: vt faceret malum corã domino, & irritaret eum. [7] Posuitque idolum luci quem fecerat, in templo domini, † super quo locutus est dominus ad Dauid & ad Salomonem filium eius: In templo hoc, & in Ierusalem, quam elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternũ: [8] & vltrà non faciam commoueri pedem Israel de terra quam dedi patribus eorum, si tamen custodierint opere omnia quæ præcepi eis, & vniuersam legem quam mandauit ei seruus meus Moyses. [9] Illi verò nõ audierunt, sed seducti sunt à Manasse, [c] vt facerẽt malum super gentes quas contriuit dominus à facie filiorum Israel. [10] Locutúsque est dominus in manu seruorũ suorum prophetarum, dicens: † [11] Quia fecit Manasses rex Iuda abominationes istas pessimas super omnia quæ fecerunt Amorræi ante eum, & peccare fecit etiam Iudam in immũditiis suis, [12] propterea hęc dicit dominus deus Israel: Ecce ego inducam mala super Ierusalem & Iudam, vt quicunque audierit, tinniant ambę aures eius. [13] Et [d] extendã super Ierusalẽ funiculum Samariæ, & pondus domus Achab, & delebo Ierusalem, sicut deleri solẽt tabulæ. Delens vertam & ducam crebrius stilum super faciem eius. [14] Dimittam verò reliquias hæreditatis meæ, & tradam eas in manus inimicorum eius, erúntque in vastitatem, & in rapinam cũctis aduersariis suis: [15] eò quòd fecerint malum corã me, & perseuerarint irritantes me, ex die qua egressi sunt patres eorum in Aegypto vsque ad hanc diem. [e] [16] Insuper & sanguinẽ innoxiũ fudit Manasses multum nimis, donec impleretur Ierusalem vsque ad os, absque peccatis suis quibus peccare fecit Iudam, vt faceret malum corã domino. [17] Reliqua autem sermonum Manassæ, & vniuersa quæ fecit, & peccatũ eius quod peccauit, nónne hęc scripta sunt in libro sermonũ dierum Regum Iuda? [18] Dormiuitque Manasses cum patribus suis, & sepultus est in horto domus suæ, in horto Oza: & regnauit Amon filius eius pro eo. [19] Vigintiduorum annorum erat Amon cum regnare cœpisset, duobúsq; annis regnauit in Ierusalem. Nomẽ matris eius Messallæmeth, filia Haruz de Ieteba. [f] [20] Fecitque malũ in conspectu domini, sicut fecerat Manasses pater eius, [21] & [g] ambulauit in omni via per quã ambulauerat pater eius. Seruiuitq; immũditiis quibus seruiebat pater eius, & adorauit eas, [22] & dereliquit dominũ deũ patrũ suorũ, & non ambulauit in via domini. [23] Tetenderúntque ei insidias serui sui: & interfecerũt Regem in domo sua. [24] Percussit autem populus terræ omnes qui cõiurauerant contra regem Amon: & constituerunt sibi regem Iosiam filium eius pro eo. [25] Reliqua autẽ sermonum Amon quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Iuda? [26] Sepelierúntque eum in sepulchro suo in horto Oza, & regnauit Iosias filius eius pro eo.

Iosiæ pietas in templi instauratione, in Deuteronomij lectione, idololatriæ purgatione, domini consultatione, & eius responsione. XXII.

OCto † annorum erat Iosias cum regnare cœpisset: & triginta vno anno regnauit in Ierusalem. Nomẽ matris eius Idida, filia Adaia de Besacath. [1] [2] Fecítque quod placitũ erat coram domino, & ambulauit per omnes vias Dauid patris sui. Nõ declinauit ad dextram siue ad sinistram. [3] Anno autẽ octauodecimo Regis Iosiæ misit Rex Saphan filium Asalia filij Mesullã scribam templi domini, dicẽs ei: [4] Vade ad Helciam sacerdotem magnum, vt confletur pecunia quæ illata est in templum domini, quam collegerunt ianitores templi à populo: [5] detúrque fabris per præpositos domus domini: qui & distribuant eam iis qui operantur in templo domini ad instauranda sartatecta templi domini, [6] tignarius videlicet & cementariis, & iis qui interrupta componunt: & vt emantur ligna

b. Hæc omnia, siue auguratio siue auspicia, siue quælibet immolatio, sine etiam sortilegia, aut quicunq; mutationem, vel pecudum, & império quæcunque sibrarũ, aut aliquid quod de futuris videatur ostendere, in operatione dæmonum fieri non dubito. Euche.

c. Manasses restatur naturã animatis rationalibꝰ nõ vincere, sed voluntatem & iudicium. Nam institutum & rationem vitæ, itémq; administrandi rempublicã quã pater vius erat reliquerat, contrariam sequutus est. Procop. Ibidem.

d. Qua mensura mensurauit Samariã, eadem cum mensurabo Ierusalem.

e. Sub Ezechia rege fuerũt multi & boni & iusti ciues in Ierusalem, qui noluerũt huic Manassæ consentire in vitijs memoratis, & ideo eos occidit. Diony.

f. Amon dum patris opera imitaretur quæ in iuuentute præsumpserat, dolum passus a suis peremptus est.

g. Nullus inuenitur grauiũ peccasse quam Manasses. Vnde patet quòd Amon filius eius non commiserit grauiora peccata. Nõ enim legitur occidisse prophetas & iustos. Diony.

a. Iosias supra tecẽtos annos uiuẽtes nõ asseritur nominasse, octauo regni sui anno tum etiam idolorum emendatur, & le in dei cultu exercuit, sicut de illo fuerat prophetatũ. 3. Reg. 13. 2.

ligna & lapides de lapidicinis ad instaurandum templum dñi. [7] Veruntamen nõ supputetur eis argentum quod accipiunt, sed in potestate habeant & in fide. [8] Dixit autẽ Helcias pontifex ad Saphan scribam: Librum legis reperi in domo dñi. Dedítque Helcias volumen Saphan scribæ: qui & legit illud. [9] Venit quoque Saphan scriba ad Regem: & renunciauit ei quod præceperat, & ait: Conflauerũt serui tui pecuniã quę reperta est in domo domini, & dederunt vt distribueretur fabris ac præfectis operum templi domini. [10] Narrauit quoque Saphan scriba Regi, dicens: [b] Librum dedit mihi Helcias sacerdos. Quem cum legisset Saphan coram Rege, [11] & audisset Rex verba libri legis domini, scidit vestimenta sua, [12] & præcepit Helciæ sacerdoti, & Ahicam filio Saphan, & Achobor filio Michaiæ, & Saphan scribæ, & Asaiæ seruo Regis, dicens: [13] Ite & consulite dñm super me, & super populo, & super omni Iuda de verbis voluminis istius quod inuentum est. Magna enim ira domini succẽsa est contra nos, quia non audierunt patres nostri verbã libri huius, vt facerent omne quod scriptum est nobis. [14] Ierunt itaque Helcias sacerdos, & Ahicam, & Achobor, & Saphan, & Asaia, ad Oldam prophetidem, vxorem Sellum filij Thecuæ, filij Araas custodis vestium: quæ habitabat in Ierusalem in secunda, locutique sunt ad eam. [15] Et illa respõdit eis: Hæc dicit dominus deus Israel: Dicite viro qui misit vos ad me, [16] Hæc dicit dominus: Ecce ego adducam mala super locũ istum, & super habitatores eius, [c] omnia verba legis quæ legit Rex Iuda: [17] quia dereliquerunt me, & sacrificauerunt diis alienis, irritantes me in cunctis operibus manuum suarum. Et succendetur indignatio mea in loco hoc, & non extinguetur. [18] Regi autem Iuda, qui misit vos vt consuleretis dominum, sic dicetis: Hęc dicit dominus deus Israel: Pro eo quòd audisti verba voluminis, [19] & perterritum est cor tuum, & humiliatus es coram domino auditis sermonibus contra locum istum, & habitatores eius, quòd videlicet fierent in stuporem, & in maledictum, & scidisti vestimenta tua, & fleuisti coram me, & ego audiui, ait dominus: [20] idcirco colligam te ad patres tuos, & [d] colligẽris ad sepulchrum tuum in pace, vt non videant oculi tui omnia mala quæ inducturus sum super locum istum.

b. Quidam dicunt hunc librum occultatũ fuisse ex Achaz. Rex impius quærens omnes libros legis ad comburendũ. Alij ꝓ tẽpore Manasse hoc accidisse. Alij dicunt hũc dudum in arca repositum, & in templo inclusum. Dionys.

c. Ferunt Hebræi incidisse Regem in lectionẽ. 29. cap. Deute.

d. Quomodo colligitur in pace, qui occisus in bello? Respõde primò in pace peccatoris collectus ad patres suos. Secũdò quia collectꝰ est cũ pace populi, cũ iustum in Iuda bellum. Tertiò, quia collectus est ad patres in limbo pacem cõtinuam habentes. Diony. ibid.

Iosias renouato dei cultu, abiectis prophanis, celebrato pascha solenni, occiditur in Mageddo, cui succesit Ioachaz, quem Aegyptus captiuat, & imposita mulcta in Iuda Ioachim Regem constituit. XXIII.

ET † renunciauerunt Regi quod dixerat. Qui misiti & [a] congregati sunt ad eum omnes senes Iuda & Ierusalem. [1] [2] Ascenditque Rex templum domini, & omnes viri Iuda, vniuersíque qui habitabant in Ierusalem, cum eo, sacerdotes & prophetæ, & omnis populus à paruo vsque ad magnum: legítque cunctis audientibus omnia verba libri fœderis, qui inuentus est in domo domini. [3] Stetítque Rex super gradum, & fœdus percussit coram domino vt ambularent post dominum, & custodirent præcepta eius: & testimonia & cæremonias in omni corde & in tota anima: & susciterent verba fœderis huius quæ scripta erant in libro illo. Acquieuítque populus pacto. † [4] Et præcepit Rex Helciæ pontifici, & sacerdotibus secundi ordinis, & ianitoribus, vt proiicerent de templo domini omnia vasa quæ facta fuerant Baal, & in luco, & vniuersæ militiæ cœli: & combussit ea foris Ierusalem in conualle Cedron: & tulit puluerem eorum in Bethel. [5] Et deleuit aruspices quos posuerant Reges Iuda ad sacrificandum in excelsis per ciuitates Iuda, & in circuitu Ierusalem: & eos qui adolebant incensum Baal, & soli, & lunæ, & duodecim signis & omni militiæ cœli. [6] Et efferri fecit lucum de domo domini foras Ierusalem in conualle Cedron, & combussit eum ibi, & redegit in puluerem, & proiecit super sepulchra vulgi. [7] Destruxit quoque ædiculas effœminatorum, quę erant in domo domini, pro quibus mulieres texebant quasi domunculas luci. [8] Congregauítque omnes sacerdotes de ciuitatibus Iu-

a. Stans igitur super gradum legit cunctis audientibus omnia verba libri Deuteronomij inducti, & percussit fœdus coram domino, & compulit omnes sacramenta præstare vt leges Mosaicas per omnia custodirẽt. Et delens aruspices & maleficos omnes, & omnia vestigia idololatriæ redegit in puluerem. Comestor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

da,& contaminauit excelsa vbi sacrificabant sacerdotes,de Gabaa vsque Bersabee.Et destruxit aras portarũ in introitu ostij Iosuê principis ciuitatis, quod erat ad sinistrã portæ ciuitatis.[7] Veruntamen non ascendebant sacerdotes excelsorum ad altare dñi in Ierusalem,sed tantùm comedebant azyma in medio fratrum suorum.[10] Contaminauit quoq;[b] Thophet,quod est in conualle filij Ennon : vt nemo consecraret filium c suum aut filiam per ignem[c] Moloch.[11] Abstulit quoque equos quos dederant Reges Iudæ Soli,in introitu templi dñi,iuxta[d] exedram Nathanmælech eunuchi qui erat in pharurim,currus autem Solis combussit igni.[12] Altaria quoque quæ erant super tecta cœnaculi Achaz,quæ fecerant reges Iuda,& altaria quæ fecerat Manasses in duobus atriis templi domini,destruxit Rex : & cucurrit inde & dispersit cinerem eorum in torrentem Cedron.[13] Excelsa quoque quæ erant in Ierusalem ad dextram partem montis offensionis,†quæ ædificauerat Salomon Rex Israel Astaroth idolo Sidoniorum , & Chamos offensioni Moab , & Melchom abominationi filiorum Ammon, polluit Rex,[14] & contriuit statuas,& succîdit lucos:repleuitque loca eorum ossibus mortuorum.†[15] Insuper & altare quod erat in Bethel,& excelsum quod fecerat Ieroboam filius Nabat qui peccare fecit Israel,†& altare illud excelsum destruxit,atq; combussit,& comminuit in puluerem:succenditq; etiam lucum.[16] Et conuersus Iosias vidit ibi sepulchra quæ erant in monte:misitq; & tulit ossa de sepulchris,& combussit ea super altare,& polluit illud,†iuxta verbum dñi quod locutus est vir dei qui prædixerat verba hæc,[17] & ait:Quis est titulus ille quem video? Responderúntque ei ciues vrbis illius: e Sepulchrum est hominis dei ,qui venit de Iuda,& prædixit verba hæc quæ fecisti super altare Bethel.Et ait:[18] Dimittite eum:nemo commoueat ossa eius.Et intacta manserunt ossa illius, cum ossibus prophetæ qui venerat de Samaria.[19] Insuper & omnia phana excelsorum quæ erant in ciuitatibus Samariæ quæ fecerat Reges Israel ad irritandum dominum,abstulit Iosias:& fecit eis secundũ omnia quæ fecerat in Bethel.[20] Et occidit vniuersos sacerdotes excelsorum qui erant ibi, super altaria:& combussit ossa humana super ea. Reuersúsque est Ierusalem.[21] Et præcepit omni populo dicens: † Facite[f] Phase domino deo vestro,secundum quod scriptum est in libro fœderis huius.[22] Nec enim factum est Phase tale à diebus Iudicum qui iudicauerunt Israel,& omnium dierum Regum Israel,& Regum Iuda,[23] sicut in octauodecimo anno Regis Iosiæ factum est Phase istud domino in Ierusalem.[24] Sed & Pythones & ariolos,& figuras idolorum,& immũditias,& abominationes, quæ fuerunt in terra Iuda & Ierusalẽ,abstulit Iosias: vt statueret verba legis quæ scripta sunt in libro quem inuenit Helcias sacerdos in templo domini.[25] Similis illi non fuit ante eum Rex,qui reuerteretur ad dominum in omni corde suo,& in tota anima sua,& vniuersa virtute sua,iuxta omnem legem Moysi:neque post eum surrexit similis illi.[26] Veruntamen non est auersus dominus ab ira furoris sui magni,quo iratus est furor eius contra Iudam propter irritationes quibus prouocauerat eum Manasses.[27] Dixitque dominus:Etiam Iudam auferam à facie mea,sicut abstuli Israel , & proiiciam ciuitatem hanc quam elegi, Ierusalem , & domum de qua dixi , Erit nomen meum ibi.[28] Reliqua autem sermonum Iosiæ , & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regum Iuda? †[29] In diebus eius ascendit Pharao Nechao Rex Ægypti contra regem Assyriorum ad flumen Euphraten. Et abiit Iosias Rex in occursum eius,& [h] occisus est in Mageddo, cum vidisset eum.[30] Et portauerunt eum serui sui [i] mortuum de Mageddo, & pertulerunt in Ierusalem, & sepelierunt eum in sepulchro suo.† Tulítque populus terræ Ioachaz filium Iosiæ, & vnxerunt eum,& constituerunt eum Regem pro patre suo.[31] Vigintitrium annorum erat Ioachaz cum regnare cœpisset : & tribus mensibus regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Amithal filia Ieremiæ de Lobna.[32] Et fecit malum coram dño, iuxta omnia quæ fecerant patres eius.[33] Vnxítque eum Pharao Nechao in Reblatha, quæ est in terra Emath , ne regnaret in Ierusalem. Et imposuit mulctam terræ centum talentis argenti , & talento auri.[34] Regémque constituit Pharao Nechao Eliacim

b. Locus erat dict⁹ à Thoph quod dicitur tympanum: quoniam sacerdotes Moloch tympanum pulsabãt, ne pueri transeuntes perigrem ad brachia Moloch, à parentibus audirentur, & eorum viscera commouerent.

c. Idolum concauũ habens caput vitulũ, & manus hominis extentas inter duos ignes,ad quod impellebãtur pueri inter ei⁹ brachia comburendi, vt gratum sacrificium illi sacrificium.

d. Cameram.

e. Ea igitur quæ venient⁹ propheta ad Ieroboam, cũ ille sacrificaret, & omnis populus audiens quæ futura esse prædixerat, hoc modo terminum perceperũt. Iosephus lib. 10. cap. 9.

f. Iosias anno 18. regni sui templum instaurari præcepit, fœdus cum domino legis libro inuẽto percussit, & celeberrimũ Phase cum vniuerso populo celebrauit.

g. Licet enim Dauid in aliquibus fuerit drastior, Salomon sapientior, & Ezechias clementior, hic tamẽ ceteris omnibus innocentior : quia ro talia crimina, vt Dauid , vt Salomon , vt Ezechias non erãnt.

h. Iosias Pharaoni Nechao occurrẽs, ab eo in Mageddo occisus est: de cui⁹ morte Ieremias lamentationes composuit.

i. Hunc dicit Ioseph ex 2. Par. 35. cap. solũ in hoc bello lamentatum: & inde renouato exercitu Ierusalem remeasse. Qua plaga tamen defunctus est, magnificẽq; sepultus in paternis monumentis.

Ioan. ante Christum. 611. Anno mundi 3354. Olympias. 52. Urbis 66.

cim filium Iosiæ pro Iosia patre eius: vertítque nomen eius Ioacim. Porrò Ioachaz tulit,& duxit in Ægyptum.[35] Argentum autem & aurum dedit Ioacim Pharaoni,cũ indixisset terræ per singulos : vt conferretur iuxta præceptum Pharaonis. Et vnumquemque iuxta vires suas exegit tam argentum quàm aurum de populo terræ,vt daret Pharaoni Nechao.[k] [36] Vigintiquinq; annorum erat Ioacim cũ regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Zebida filia Phadaia de Ruma.[37] Et fecit malum coram domino,iuxta omnia quæ fecerant patres eius.

k. Reliquit Iosias tres filios, Eliacim, qui & Iechonias, primogenitum &c. annorũ, Medio autẽ Ioachaz, qui & Sellum 23. annorum, & tertiũ Mathaniam circiter. 22. annorum, quem Sedeciam vocauit Nabuchodonosor, Cometor.

Mortuo Ioachim succeßit Ioacim filius,quem cum thesauris Ierusalem Nabuchodonosor ducit in Babylonem suffecto illi Sedecia. XXIIII.

A IN diebus eius ascendit[a] Nabuchodonosor rex Babylonis,& factus est ei Ioacim seruus tribus annis,& rursum rebellauit contra eum.[2] Immisitque ei dominus latrunculos Chaldæorum, & latrunculos Syriæ , & latrunculos Moab,& latrunculos filiorum Ammon: & immisit eos in Iudam,vt disperderent eum , iuxta verbum domini quod locutus fuerat per seruos suos prophetas.[3] Factum est autem hoc per verbum domini contra Iudam,vt auferret eum coram se propter peccata Manasse vniuersa quę fecit,[4] & propter sanguinem innoxium quem effudit,& impleuit Ierusalem cruore innocentium, & ob hãc rem noluit dñs propitiari.[5] Reliqua autem sermonum Ioacim, & vniuersa quæ fecit,nónne hęc scripta sunt in libro sermonum dierũ Regum Iuda ? Et dormiuit Ioacim cum patribus suis,[6] & regnauit Ioachin filius eius pro eo.[7] Et vltrà nõ addidit rex Ægypti vt egrederetur de terra sua. Tulerat enim Rex Babylonis à riuo Ægypti vsq; ad fluuium Euphraten omnia quę fuerant Regis Ægypti.[8] Decem & octo annorum erat Ioachin cum regnare cœpisset , & tribus mensibus regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Nehusta filia Elnathan de Ierusalem.[9] Et fecit malum coram domino iuxta omnia quę fecerat pater eius.†[c] [10] In tempore illo ascenderunt serui Nabuchodonosor Regis Babylonis in Ierusalem: & circundata est vrbs munitionibus.[11] Venítque Nabuchodonosor Rex Babylonis ad ciuitatem cum seruis suis vt oppugnarent eam.[12] Egressúsq; est Ioachin Rex Iuda ad Regem Babylonis,ipse & mater eius,& serui eius,& principes eius,& eunuchi eius,& suscepit eum Rex Babylonis anno octauo regni sui.†[13] Et protulit inde omnes thesauros domus domini, & thesauros domus regię,& conscidit vniuersa aurea quę fecerat Salomon rex Israel in templo domini,iuxta verbum domini:[14] & transtulit omnem Ierusalem,& vniuersos principes,& omnes fortes exercitus decem milia in captiuitatem,& omnem artificẽ, & inclusorem:nihilq; relictum est exceptis pauperibus populi terræ.†[d] [15] Transtulit quoq; Ioachin Babylonem,& matrem Regis,& vxores Regis,& eunuchos Regis & iudices terrę duxit in captiuitatem de Ierusalem in Babylonem:[16] & omnes viros robustos septem milia,& artifices,& inclusores,mille,omnes viros fortes & bellatores, duxítq; eos Rex Babylonis captiuos in Babylonem.†[17] Et constituit[e] Mathaniã patruum eius pro eo,imposuítq; nomen ei Sedeciam.[18] Viceśimum & primum annum ætatis habebat Sedecias cum regnare cœpisset,& vndecim annis regnauit in Ierusalẽ. Nomen matris eius erat Hamital,filia Ieremię de Lobna.[19] Et fecit malum corã dño, iuxta omnia quæ fecerat Ioacim.[20] Irascebatur enim dñs contra Ierusalem & contra Iudam,donec proiiceret eos à facie sua.[f] Recessítq; Sedecias à Rege Babylonis.

a. Hic Nabuchodonosor primus huius nominis , ordinauit Babylonioru̇ 4 monarchias Assyriorũ dimissas & tertius Babyloniorum & Chaldæorũ post translationem Babyloniæ per Merodach ad Chaldæos, Fuit⁹ & Constantinus Phrygio.

b. Quamobrem igitur non ide facit in malis omnib⁹? Vt hi qui mancut, per timorẽ aliorũ supplicia reddãtur castigatores , prædicendi, dei iustitiæ, cuiusque humanitatẽ reuerẽs, desinant à malitia. Chrysost. ex Luc. ca. 16. de Lazã. hom. 3.

c. Patres eorũ in deserto adorauerunt vitulum olim ibidẽ, & cum à iudicibus regerentur , legiõ abierunt post deos alienos, & traditi sunt in manus perfequentiũ. Deniq, cum regõ principatum gubernarent, frequenter admodũ prolapsi sunt in cultũ deorũ, vt tandem Babylonicã sint perpessi captiuitatem in scelerum suorum pœnam. Cyril. in Ioan. lib. 6. c. 5.

d. Cæterũ illorũ interitus accensis exabundãti fit occasiõ salutis, dũ meliu ex his quæ aliis acciderũt concepto, reddamur probiores. Chrys. ex Luc. c. 16. hoc.

e. Mathaniã vocauit rex Babylonis Sedeciã: quod interpretatur iustitia domini. Fecit enim rex Babylonis eum iurare per dominũ quod seruaret sibi fidelitatẽ, & tributum redderet: vt 2. Paral. 36. Et propter hoc fic vocauit eũ, vt esset memor iuramenti quod sibi fecerat , sicut iudæum erat. de Lyra.

f. Ex prædictis elucefsit quãm vere Salomõ sit locutus. Eccle. 7. Considera opera dei , quòd nemo possit corrigere quem ille despexerit. Dionys. Cibidem.

a. Hic est magnus Nabuchodonosor, sed dicitur hic primogenitus, & Rex Babylonorũ, sed 4. Chaldæorum , venit in Iudæã propter Sedeciæ rebellionem. Cum quo venit Nabuzardan, quem ibi reliquit in obsidione vsq; ad captiuitatem.

b. Turrim ligneam ad expugnandam vrbem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiones. [5]Et clausa est ciuitas atq; vallata vsque ad vndecimum annum Regis Sedeciæ
3 nona die mensis,prævaluitq; fames in ciuitate:nec erat panis populo terræ.[c] [4]Et in-
terrupta est ciuitas, & omnes viri bellatores nocte fugerunt per viam portæ quæ est
inter duplicem murum ad hortum regis.Porrò Chaldæi obsidebant in circuitu ciui-
tatem.Fugit itaq; Sedecias per viam quæ ducit ad campestria solitudinis. [5] Et perse- B
cutus est exercitus Chaldæorum regem, comprehenditq; eum in planitie Iericho:&
omnes bellatores qui erant cum eo,dispersi sunt,& reliquerunt eum.[6] Apprehēsum
ergo regem duxerunt ad regem Babylonis in Reblatha, qui [d] locutus est cum eo iu-
dicium. [7]Filios autem Sedeciæ occidit coram eo,&oculos eius effodit,vinxítq; eum
catenis,& adduxit in Babylonē.[8]Mense quinto septima die mēsis, ipse est annus no-
nusdecimus regis Babylonis,venit Nabuzardan princeps exercitus,seruus regis Ba- †Hieron. in
bylonis in Ieruſalē,†[9] & succendit domum domini,& domum regis,& domos Ieru- 34.& Iosue
salem:omnémq; domum combussit igni:[10] &† muros Ieruſalem in circuitu destru- Pisc.lib.
xit omnis exercitus Chaldęorum,qui erat cum principe militum.[11] Reliquam autem C
populi partem,quę remanserat in ciuitate,& perfugas qui transfugerant ad regē Ba- Hieron.
bylonis,& reliquū vulgus transtulit Nabuzardan princeps militię:[12] &† de pauperi-
bus terrę reliquit vinitores,& agricolas:[13] columnas autem æreas quę erant in templo
dñi,& bases,& mare æreum , quod erat in domo domini,confregerunt Chaldæi , &
transtulerunt æs omne in Babylonem.[14] Ollas quoque æreas,& trullas,& tridētes,&
scyphos,& mortariola,& omnia vasa ærea in quibus ministrabant,tulerunt,[15] necnō
& thuribula,& phialas. [e] Quæ aurea aurea, & quę argentea argentea , tulit princeps
militię:[16] id est columnas duas,mare vnum,& bases quas fecerat rex Salomon in tē- D 3.Reg.7.
plo domini.Non erat pondus æris omnium vasorum.†[17] Decem & octo cubitos al- 2.Par.4.
titudinis habebat columna vna,& capitellum æreum super se altitudinis trium cubi-
torum:& retiaculum,& malogranata super capitellum columnę,omnia ærea. Simi-
lem & columna secunda habebat ornatum. [18] Tulit quoq; princeps militię Saraiam
sacerdotem primū,& Sophoniam sacerdotem secundū,& tres ianitores,[19] & de ciui-
tate eunuchum vnum,qui erat prefectus super bellatores viros,& quinque viros de
iis qui steterāt corā rege,quos reperit in ciuitate:& Sopher principem exercitus, qui
probabat tyrones de populo terrę,& sex viros è vulgo qui inuenti fuerāt in ciuitate.
[20] Quos tollens Nabuzardan princeps militum , duxit ad Regem Babylonis in Re- g
blatha,[21] percussitq; eos Rex Babylonis,& interfecit eos in Reblatha in terra Emath. 4.Reg.25.
[f] Et translatus est Iuda de terra sua. † [22] Populo autem qui relictus erat in terra Iuda,
quem dimiserat Nabuchodonosor rex Babylonis,[g] prefecit Godoliam filium Ahicā
filij Saphan.[23] Quod cum audissent omnes duces militum, ipsi & viri qui erant cum
eis,videlicet quòd constituisset rex Babylonis Godoliam, venerunt ad Godoliam in Hieron.
Maspha,Ismael filius Nathaniæ,& Iohanā filius Careę,&[h] Saraia filij[9] Thanehumeth
Netophatites,& Iezonias filiusMaachati:ipsi & socij eorum.†[24] Iurauítq; Godolias E
ipsis,& sociis eorum,dicens:Nolite timere seruire Chaldęis.Manete in terra, & ser-
uite regi Babylonis , & bene erit vobis. [25] Factum est autem in mense septimo venit
Ismael filius Nathanię filij Elisama,de semine regio,& decem viri cum eo, percusse-
rúntq; Godoliam,qui & mortuus est:sed & Iudęos & Chaldęos qui erant cum eo in
Maspha.[26] Consurgénsq; omnis populus à paruo vsque ad magnum,&principes mi- Antonius
litum,venerunt in Ægyptum,timentes Chaldęos.[27] Factum est verò in anno tricesi- Cleonardus
moseptimo transmigrationis Ioachin regis Iudę,mense duodecimo , vicesima & se- G
ptima die mensis, subleuauit [i] Euilmerodach Rex Babylonis anno quo regnare cœ-
perat,caput Ioachin regis Iuda de carcere,[28] &locutus est ei benignè.Et posuit thro-
num eius super thronum Regum qui erant cum eo in Babylone:[29] & mutauit vestes
eius quas habuerat in carcere,& comedebat panem semper in conspectu eius cūctis
diebus vitę suę:[30] annonam quoque constituit ei sine intermissione , quę & dabatur
ei à rege per singulos dies omnibus diebus vitę suæ.

INCIPIT

c. Post obsidionem 18.mensium , & grauem expugnationem capta est Ierosolyma.4. mēse die nono , feria 7.& luna 9. dicti mēsis,subuersa ciuitas,& templū destructū.Rex fugiens captus cū vxoribus & filiis,ductus est ad Nabuchodonosor hunc secundum , qui post multam obiurgationem,& fracti fœderis improperiū inter cæteras ait illi: Magnū dem, qui odio habēs tuam nequitiam, nostro te subiugauit imperio. Ioseph.lib. 10.cap.10.

d. Seuerè corripuit eum, quamobrem ausus fit frangere fidem.

e. Hoc est,distraxit seorsum metalla, vt quæ ex auro erant separaret, quæ ex argento , ex altera parte: & quæ ex ære, ex altera. Dionysius ibidem.

f. Ieconias regibus finitimorum bellis ob delicta vexatis, postremóque captis, abductúque Babylonē,pœnas ipietatis suæ graui seruitio pependerunt: donec Cyrui veniret in regnum, qui statim Iudæos restituit edicto.Iosephus lib.4. cap.10.

g. Tunc præfecit terræ Godoliam filium Ahicam, vt præesset pauperibus qui relicti erant,& agricolis & vinitoribus,qui redderēt singulis annis vectigalia Regi Babylonis. Comestor.In septimo verò qui appellatur apud nos Octobre, occisus est Godolias. Hieronym. super Zachariam.

h. Saraia filius Saraiæ sacerdotis reseruatus est , & pater eius ruit.Ex quo in captiuitate postea natus est Iesus sacerdos magnus.qui reduxit populum cum Zorobabel.Glos.ord.

i. Euilmerodach anno regnitus primo eductum de carcere cæteris regibus captiuis præpolluit: hic autē erat 10. Rex Babyloniæ & Chaldæorum,post diutum in Babylonios & Medos Assyriorum monarchiam.

INCIPIT PROLOGVS BEATI HIERONYMI presbyteri in libros Paralipomenon,qui Hebraicè dicuntur Dibre haiamim,id est verba dierum.

IAntus ac talis est liber iste, vt absque illo si quis scientiā scripturarū sibi voluerit arrogare,semetipsum irrideat.Per singula quippe nomina,iunctúrásque verborū, & prætermissæ in libris Regū tanguntur historiæ,& innumerabiles explicantur euangelij quæstiones.Sed si septuaginta interpretū pura, & vt ab eis in Græcum versa est, editio permaneret, superfluè me, mi Chromati Episcoporū sanctissime atque doctissime,impelleres,vt Hebræa volumina Latino sermone trāsferrem.Quod enim semel aures hominum occupauerat,& nascētis Ecclesiæ roborauerat fidem,iustū erat etiā nostro silentio comprobari.Nunc verò cum pro varietate regionū diuersa ferantur exemplaria,& germana illa autiquáque trāslatio corrupta sit,atque violata:nostri arbitrij putas,aut è pluribus iudicare quid verū sit,aut nouum opus in veteri opere cōdere,illudentibúsque Iudæis,cornicum(vt dicitur)oculos configere.Alexādria & Ægyptus in septuaginta suis Hesychiū laudat autorē.Constantinopolis vsque Antiochiā Luciani martyris exemplaria probat. Mediæ inter has prouinciæ Palæstinos codices legunt,quos ab Origene elaboratos Eusebius & Pamphilus vulgauerūt . Totúsque orbis hac inter se trifaria varietate cōpugnat.Et certe Origenes non solùm exemplaria composuit quatuor editionū,è regione singula verba describēs,vt vnus dissentiens, statim cæteris inter se consentiētibus arguatur:sed,quod maioris audaciæ est,in editione Septuaginta,Theodotionis editionē miscuit,asteriscis videlicet designās quæ minus fuerant, & virgulis quæ ex superfluo videbantur apposita.Si igitur aliis licuit non tenere quod semel susceperant, & post septuaginta cellulas,quæ vulgo sine autore iactātur, singulas cellulas aperuere,hócque in ecclesiis legitur,quod Septuagintæ nescierūt:cur me non suscipiant Latini mei,qui inuiolata editione veteri,ita nouā condidi,vt laborem meū Hebræis, & quod his maius est, Apostolis autoribus cōprobem? Scripsi nuper librum de optimo genere interpretandi,ostendens illa de Euangelio,Ex Ægypto vocaui filium meum:&, Quoniam Nazaræus vocabitur:&,Videbunt in quem compunxerunt:& illud Apostoli,Quæ oculus nō vidit,nec auris audiuit,& in cor hominis nō ascenderunt.quæ præparauit deus diligentibus se:cæteráque his similia in Hebræorū libris inueniri.Certè Apostoli & Euāgelistæ,septuaginta interpretes nouerant,& vnde eis hæc dicere,quæ in septuaginta non habentur? Christus dominus noster vtriusque testamenti conditor,in Euangelio secūdum Ioannem,Qui credit,inquit,in me, sicut dicit scriptura,flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.Vtique scriptū est,quod saluator scriptū esse testatur:Vbi scriptum est?Septuaginta non habent:apocrypha nescit Ecclesia.Ad Hebræos igitur reuertendū est,vnde & dominus loquitur,& discipuli exempla præsumunt.Hæc pace veterum loquor,& obtrectatoribus meis tātùm respōdeo,qui canino dente me rodunt,in publico detrahentes,& legentes in angulis,iidem & accusatores,& defensores,cum in aliis probent quod in mē reprobant:quasi virtus & vitium non in rebus sit, sed cum autore mutetur.Cæterum memini editionem septuaginta translatorum olim de Græco emendatam tribuisse me nostris: nec inimicum debere existimari eorū, quos in conuentu fratrum semper edissero. Et quod nunc Dibre haiamim,id est verba dierum,interpretatus sum,idcirco feci, vt inextricabiles moras & syluam nominum,quæ scriptorum confusa sunt vitio , sensuúmque barbariem, apertius & per versuum cola digererem,mihimetipsi,& meis iuxta Ismeniam canens,si aures surdæ sunt cæterorum.

ALIVS PROLOGVS.

EVsebius Hieronymus Domnioni & Rogatiano suis,in Christo Iesu salutem. Quomodo Græcorum historias magis intelligunt qui Athenas viderint,& tertium Virgilij librum , qui à Troade per Leucaten & Acroceraunia ad Siciliam , & inde ad ostia Tyberis nauigauerint: ita sanctam scripturam lucidius intuebitur, qui Iudæam oculis contemplatus sit, & antiquarum vrbium memorias, locorúmque vel eadem vocabula vel mutata cognouerit. Vnde & nobis curæ fuit cum eruditissimis Hebræorum hunc laborem subire,vt circuiremus prouinciam quam vniuersæ Christi ecclesiæ sonant. Fateor enim mi Domnione,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Rogatiane,beatiſsimi,nũquam me in diuinis voluminibus propriis credidiſſe viribus nec habuiſſe opinionem meã: ſed ea etiam de quibus ſcire me arbitrabar,interrogare me ſolitum:quanto magis de iis ſuper quibus anceps eram? Denique cum à me nuper literis flagitaſſetis,vt vobis librũ Paralipomenõ Latino ſermone transferrem,de Tyberiade quendã legis doctorem, qui apud Hebræos admirationi habebatur,aſſumpſi: & contuli cũ eo à vertice (vt aiunt) vſque ad extremum vnguẽ:& ſic cõfirmatus, auſus ſum facere quòd iubebatis. Liberè enim vobis loquor. Ita in Græcis & Latinis codicibus hic nominũ liber vitioſus eſt, vt non tam Hebræa quàm Barbara quædã & Sarmatica nomina cõiecta arbitrãdum ſit. Nec hoc ſeptuaginta interpretibus, qui ſpiritu ſancto pleni ea quæ vera fuerunt tranſtulerunt, ſed ſcriptorũ culpæ adſcribendum,dum de emendatis inemendata ſcriptitant:& ſæpe tria nomina, ſubtractis è medio ſyllabis, in vnũ vocabulũ cogunt:vel è regione vnum nomen propter latitudinem ſuam in duo vel tria vocabula diuidũt. Sed & ipſæ appellationes,non homines(vt plerique exiſtimant) ſed vrbes & regiones, & ſaltus, & prouincias ſonant: & obliquè ſub interpretatione & figura eorũ quædam narrantur hiſtoriæ,de quibus in Regnorum libro dicitur: Nónne ecce hæc ſcripta ſunt in libro verborũ dierum Regum Iuda? Quæ vtique in noſtris codicibus nõ habentur. Hoc primùm ſciendum, quòd apud Hebræos Paralipomenon liber vnus ſit,& apud illos vocatur Dibre Haiamim,id eſt verba dierũ,qui propter magnitudinem apud nos diuiſus eſt,quod nonnulli in Bruto etiã Ciceronis dialogo faciũt,vt eum in tres partes ſecent,cũ vnus à ſuo autore ſit editus. Deinde etiam illud attendendum, quòd frequenter nomina non vocabula hominũ, ſed rerũ (vt dixi) ſignificantias ſonant. Ad extremum, quod omnis eruditio ſcripturarum in hoc libro continetur,vt hiſtoriæ quæ vel prætermiſſæ ſunt in ſuis locis,vel perſtrictæ leuiter,hic per quædam verborum cõpendia explicentur. Orationum itaque veſtrarum adiutus auxilio,miſi librum beneuolis placiturum,tamen inuidis diſpliciturum eſſe non ambigo. Optima enim quæque,vt ait Plinius,malunt contemnere plerique,quàm diſcere. Si quis in hac interpretatione voluerit aliquid reprehendere,interroget Hebræos, ſuam conſcientiam recolat,videat ordinem textúmque ſermonis: & tũc noſtro labori ſi potuerit detrahat. Vbicũque ergo aſteriſcos,id eſt ſtellas radiare in hoc volumine videritis:ibi ſciatis de Hebræo additum,quod in Latinis codicibus non habetur. Vbi vero obelus,id eſt tranſuerſa virga præpoſita eſt: illi ſignatur quid ſeptuaginta interpretes addiderint vel ob decoris gratiam, vel ob ſpiritus ſancti authoritatem,licet in Hebræis voluminibus non legatur.

Incipit liber Paralipomenon primus.

Genealogia ab Adam ad Noe,& filios eius,ad Abraham,ad Iacob & Eſau. *Cap. I.*

a. Hũc librũ Hebræi vocãt Dibre Haiamim, id eſt verba dierũ, vt interpretatur. B. Hieronymus aduerſus Rufinum lib. 1. Græcè verò Paralipomenon, id eſt defectuũ, vel omiſſorũ, quaſi omiſſorum ſuppleus defectũ, genitiuus pluralis participij à verbo παραλείπω, deſicere, relinquere. Quẽ Hieronymus Inſtrumenti veteris epitomen dicit, de quo ſuprà in prologo ſuadẽte ſic vtilitatis docetur.

b. Nũ memmini Cain, cuius generatio cota diluuio prorſus abſorpta eſt: nec Abel,qui ſine generatione mortuus eſt.

c. Noe decimus ab Adam apẽ dicitur, quia perfectũ eſt Babamus.

d. Fiunt autem omnes filij Cham, hoc eſt, medij filij Noe quatuor, & nepotes quinque ex vno eius filio Chanaan: pronepotes duo ex nepote vno, & ſit eorum ſumma vndecim: ac per hoc in filiis nepotibus, cõputatis de progenie Chã 31. geniti referuntur. Fucher. ſuper. 10. caput Geneſis.

A Dam,[a] †[b] Seth,Enos,[2] Cainã,Malaleel,Iared,[3] Enoch,Mathuſale,Lamech:[c] [4] Noe,Sem,Chã, & Iapheth.†[5] Filij Iapheth,Gomer,Magog,Madai, & Iauam,Thubal,Moſoch, Thiras.[6] Porrò filij Gomer, Aſchenez,& Riphath,& Thogorma.[7] Filij autẽ Iauã,Eliſa,& Tharſis,Cethĩ,& Dodani.[8] Filij Chã,Chus,& Meſraim, Phut,& Chanaã.[9] Filij autẽ Chus, Saba, & Euila, Sabatha, & Regma, & Sabathacha: Porrò filij Regma,Saba, & Dadã.[10] Chus autẽ genuit Nẽroth.† Iſte cœpit eſſe potẽs in terra.[11] Meſraim vero genuit Ludim,& Ananim, & Laabim,& Nephthuim,[12] Phetruſim quoq;,& Chaſluim,de quibus egreſſi ſunt Philiſthiim,& Caphthorim,[d] [13] Chanaan verò genuit Sidonẽ primogenitũ ſuũ, Hethæũ quoq;[14] & Iebuſæũ, & Amorræũ, & Gergeſæũ,[15] Heuæúmq;,& Arachæum,& Sinæũ:[16] Aradium quoq;,& Samaræũ, & Hemathæũ.† [17] Filij Sem,Elam,& Aſſur,& Arphaxad,& Lud,& Aram. † Filij Aram, Hus,& Hul, & Gether, & Maſech.[18] Arphaxad autem genuit Sale,qui & ipſe genuit Heber.

A † Gene. 5. & 7. Genes. 6 † Genes. 6

† Genes. 10

B † Gen. 10. & 11. † Genes. 6

Heber.[19] Porrò Heber nati ſunt duo filij:nomẽ vni Phaleg,quia in diebus eius diuiſa eſt terra,& nomẽ fratris eius Iectan.[20] Iectan autẽ genuit Elmodad, & Saleph, & Aſarmoth,& Iare.[21] Adorã quoq;,& Vzal,& Decla,[22] Ebal etiã, & Abimael, & Saba, necnon[23] & Ophir,& Euila,& Iobab. Omnes iſti filij Iectan:[24] Sem, Arphaxad, Sale,[25] Heber, Phaleg, Ragau,[26] Seruch, Nachor, Thare,[27] Abram, iſte eſt Abrahã.†[28] Filij autem Abraham: Iſaac,& Iſmael.[29] Et hæ generationes eorũ: † Primogenitus Iſmaelis, Nabaioth,& Cedar,& Abdeel,& Mabſan,[30] & Maſma,& Duma, Maſſa, Addad,& Thema,[31] Iethur, Naphis, Cedma. Hi ſunt filij Iſmaelis.†[32] Filij autem [c] Ceturæ concubinæ Abraham, quos genuit, Zamram, Iecſan, Madan, Madian, Iesboc,& Sue. Porrò filij Iecſan, Saba,& Dadan. Filij autẽ Dadan, Aſurim,& Lathuſim,& Laomim.†[33] Filij autem Madian, Epha,& Epher,& Enoch,& Abida,& Eldaa. Omnes hi filij Ceturæ.†[34] Generauit autem Abraham Iſaac: cuius fuerunt filij Eſau, & Iſrael.†[35] Filij Eſau, Eliphaz, Rahuel, Iehus, Ihelõ,& Core.[36] Filij Eliphaz, Themã, Omar, Sephi, Gatham, Cenez, Thamna, Amalec.[37] Filij Rahuel, Naath, Zara, Samma, Meza.[38] Filij Seir, Lothan, Sobal, Sebeon, Ana, Diſon, Eſer, Diſan.[39] Filij Lothan, Hori, Homam. Soror autem Lothã fuit [g] Thamna.[40] Filij Sobal, Alian,& Manahath,& Ebal, & Sephi,& Onam.[41] Filij Sebeon, Aia,& Ana. Filij Ana, Diſon. Filij Diſon, Hamrã, & Eſeban,& Iethran,& Charan.[42] Filij Eſer, Balaan,& Zauan,& Iachan. Filij Diſon, Vz,& Aran.†[43] Iſti ſunt Reges qui imperauerunt in terra Ædom antequã eſſet rex ſuper filios Iſrael, Bæla filius Beor,& nomẽ ciuitatis eius Denaba.[44] Mortuus eſt autem Bæla,& regnauit pro eo Iobab filius Sare de Bozra.[45] Cúmque & Iobab fuiſſet mortuus, regnauit pro eo Huſam de terra Themanorum.[46] Obiit quoq; & Huſam, & regnauit pro eo Hadad filius Badad, qui percuſſit Madian in terra Moab,& nomẽ ciuitatis eius Auith.[47] Cúmque & Hadad fuiſſet mortuus, regnauit pro eo Semla de Maſreca.[48] Sed & Semla mortuus eſt, & regnauit pro eo Saul de [h] Rohoboth, quæ iuxta amnem ſita eſt.[49] Mortuo quoq; Saul regnauit pro eo Balaana filius Achobor.[50] Sed & hic mortuus eſt,& regnauit pro eo Hadad, cuius vrbis nomen fuit Phai, & appellata eſt vxor eius Mehetabel filia Matred, filiæ Mezaab.[51] Hadad autem mortuo,[i] duces pro Regibus in Ædom eſſe cœperũt. Dux Thamna, Dux Aliah, Dux Ietheth,[52] Dux Oolibama, Dux Ela, Dux Phinon,[53] Dux Cenez, Dux Theman, Dux Mabſar,[54] Dux Magdiel, Dux Hiram. Hi Duces Ædom.

c. Ipſa eſt Haggar, vnde Haggarem qui ſe dicunt Sarracenos,à Sarra. Hiero. Hæc enim, vt dicunt Hebræi, mortua Sarra de concubina tranſiit in vxorem: ne ſenex nouis arguatur nuptiis laſciuiſſe. Rabanus. f. Eſau quinque filij ex eribus vxoribus: peperit enim Ada Eliphaz: Baſemath genuit illi Rahuel. Olibama edidit Iehus, Elõ & Core. Eucher.

g. Thamna concubina Eliphaz mater Amalec fuit de genere Horræorũ, qui ante Idumæos habitauerunt in terra Seir, quam vt filiam educauit. Hiero. ibidem.

h. Rohoboth ciuitas Arabiæ. Eiuſdem nominis eſt fons vel puteus Iſaac in valle Geraris, Latinè dictus latitudo.

i. Notandum quòd primũ Reges dixerit de Aedom, poſtea duces: cum prius duces fuerint, poſtea Reges.

Genealogia duodecim filiorum Iacob vſque ad Iſai patrem Dauid. *II.*

A Ilij [a] † autẽ Iſrael: Ruben, Simeon, Leui, Iuda, Iſachar,& Zabulon,[2] Dã, Ioſeph, Beniamin, Nephthalim, Gad,& Aſer.†[3] Filij Iuda, Her, Onã,& Sela. Hi tres nati ſunt ei de filia Sue Chananitidis. Fuit autem Her primogenitus Iuda, malus coram domino:& occidit eũ.†[4] Thamar autẽ nurus eius peperit ei Phares & Zaram. Omnes ergo filij Iuda, quinque.[5] Filij autẽ Phares Hezron & Hamul.[6] Filij quoq; Zare, Zamri,& Ethan,& Heman, Chalchol quoq;,& Dara, ſimul quinq;.[7] Filij Charmi, † [b] Achar qui turbauit Iſrael, & peccauit in furto anathematis.[8] Filij Ethan, Azarias.[9] Filij autem [c] Hezron qui nati ſunt ei, Ierameel,& [d] Ram, & Calubai: hic eſt Caleb.[10] Porrò † Ram genuit Aminadab, Aminadab autem genuit Naaſon principem filiorũ Iuda.[11] Naaſon quoq; genuit [e] Salma, de quo ortus eſt Booz.[12] Booz verò genuit Obed, qui & ipſe genuit [f] Iſai.†[13] Iſai autẽ genuit primogenitum Eliab, ſecundum Abinadab, tertium Simmaa,[14] quartũ Nathanael, quintum Raddai,[15] ſextum Aſon, ſeptimũ Dauid:[16] quorũ ſorores fuerũt Saruia,& Abigail. Filij Saruiæ, Abiſai, Ioab,& Aſael, tres.[17] Abigail autẽ genuit Amaſa, cuius pater fuit Iether Iſmaelites.[18] Caleb verò filius Hezron accepit vxorem nomine Azuba, de qua genuit Ierioth. Fuerúntque filij eius, Iaſer, & Sobab, & Ardon.[19] Cúmq; mortua fuiſſet Azuba, accepit vxorẽ Caleb Ephratha, quę peperit ei [g] Vr.[20] Porrò Vr genuit Vri. Et Vri genuit Beſeleel.[21] Poſt hæc ingreſſus eſt Hezron ad filiam Machir patris Galaad: & accepit eam cũ eſſet annorum ſexaginta.

A † Genes. 35. & 46. Exod. 6. Num. 26. 1. Paral. 4. † Genes. 38. Num. 26. Iudic. 7. 1. Paral. 4. † Genes. 38. Num. 26. 1. Paral. 4.

a. Duodecim filij Iſrael in Meſopotamia dicũtur nati: vt per ſyncedochen intelligator, quia Beniamin prope Bethlehem natus eſt longo tempore poſt reditũ patris eius à Meſopotamia: ſed quia maior eorum pars ibi nata fuit, dicũtur ibi nati. Auguſt. quæſt. ſuper. 35. cap. Gene.

b. qui & Achan Ioſue. 7. dicitur.

c. Qui & Iephone. Hiero.

d. Qui & Aram: vt Matt. 1.

e. Qui & Salmon: vt Mat. 1.

f. Hic eſt Ieſſe pater Dauid.

g. Virũ Mariæ ſororis Moyſi & Aaron.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæ peperit ei Segub. [24] Sed & Segub genuit [h] Iair, & possedit vigintitres ciuitates in terra Galaad. [23] Cepitq; Gessur, & Arã, oppida Iair, & Canath, & viculos eius sexaginta ciuitatũ. Omnes isti filij Machir patris Galaad. [24] Cum autẽ mortuus esset Hezrõ, ingressus est [i] Caleb ad Ephratha. Habuit quoq; Hezrõ vxorem Abia, quæ peperit ei Assur patrem Thecue. [25] Nati sunt autẽ filij Ierameel primogeniti Hezron, Ram primogenitus eius, & Buna, & Aran, & Asom, & Ahia. [26] Duxit quoq; vxorẽ alterã Ierameel nomine Athara, quę fuit mater [k] Onam. [27] Sed & filij Ram primogeniti Ierameel, fuerunt Moos, Iamin, & Acar. [28] Onam autem habuit filios Semei & Iada. Filij autẽ Semei, Nadab, & Abisur. [29] Nomẽ verò vxoris Abisur Abihail, quæ peperit ei Ahobban, & Molid. [30] Filij autẽ Nadab fuerunt Saled, & Apphaim. Mortuus est autẽ Saled absq; liberis. [31] Filius verò Apphaim, Iesi. Qui Iesi genuit Sesan. Porrò [l] Sesan genuit Ahalai. [32] Filij autẽ Iadai fratris Semei, Iether, & Ionathã. Sed & Iether mortuus est absq; liberis. [33] Porrò Ionathan genuit Phaleth, & Ziza. Isti fuerunt filij Ierameel primogeniti Hezron. [34] Sesan autẽ non habuit filios, sed filias, & seruum Ægyptium nomine Ieraa, [35] dedítq; ei filiam suam vxorem, quæ peperit ei Ethei. [36] Ethei autem genuit Nathan, & Nathan genuit Zabad, [37] Zabad quoq; genuit Ophal, [38] & Ophal genuit Obed, [39] Obed genuit Iehu, Iehu genuit Azariam, Azarias genuit Helles, & Helles genuit Elasa, [40] Elasa genuit Zizamoi, Zizamoi genuit Sellũ, [41] Sellũ genuit Iecamia, Iecamia autẽ genuit Elisama. [42] Filij autẽ Caleb fratris Ierameel, Mesa primogenitus eius, ipse est pater [m] Ziph filij Maresa patris Hebron. [43] Porrò filij Hebrõ, Core, & Taphua, & Recem, & Samma. [44] Samma autẽ genuit Raham patrẽ Iercaam, & Recem genuit Sammai. [45] Filius Sammai, Maon, & Maon pater Bethsur. [46] Epha autem concubina Caleb peperit Haran, & Musan, & [n] Gezez. Porrò Haran genuit Gezez. [47] Filij Iahaddai, Regom, & Ioatham, & Gesan, Phalet, & Epha, & Saaph. [48] Cõcubina Caleb Maacha peperit Saber, & Tharana. [49] Genuit autem Saaph pater Madmena, Sue patrem Machbena, & patrẽ Gabaa. Filia verò Caleb fuit Achsa. [50] Hi erãt filij Caleb filij Hur primogeniti Ephratha, Sobal pater [o] Cariath-iarim, [51] Salma pater Bethlehem, Ariph pater Beth-Gader. [52] Fuerunt autem filij Sobal, patris Cariath-Iarim, qui videbat dimidium requietionum, [53] & de cognatione Cariath-Iarim Iethræi, & Apputhæi, & Semathæi, & Maseræi. Ex his egressi sunt Saraitæ & Esthaolitæ. [54] Filij Salma, Bethlehem, & Netophati, coronæ domus Ioab, & dimidium [p] requietionis Sarai. [55] Cognationes quoque scribarum habitantium in Iabes, [q] canentes atq; resonantes, & in tabernaculis commorantes. Hi sunt Cinæi, qui venerunt de calore patris domus Rechab.

h. Hic fuit septimus iudex super Israel, vt Iudicũ. 10.a

i. Ipse est Caleb Cenezæus de loco qui dicitur Canaz. Ipse duxit vxorẽ Azubam, ex qua natus est Gorioth. Duxit alia vxorẽ nomine Ephrata, ex qua suscepit Vrsum Mariæ sororis Moysi, patrem Vri, patrem Besselel Hieron.

k Hic Onam per m fuit ut Onã verũ filius Iada per n.

l. Sesan pater Ahalai, qui & Elimelech, dicitur non habuisse filios, quia absque liberis mortui sunt. Hieron.

m Ab eo dicitur esse quidam locus nomine Ziph, à quo fuerunt Ziphæi, qui venerunt ad Saul in Gabaa, vt apud eũ Dauid proderent. 1. Reg. 26. a.

n Qui & Gazez, alias Nabal Carmeli, maritus Abigail. Hieron.

o. Locus est eodem nomine dictus, qui & Caria: habet Cariathbaal, & Hebron dicitur. Hieron.

p. Sepulchri Sarræ & 4. patriarcharum.

q. Symachus, Sucharhæi: hi sunt scribæ, venientes ab Hammath patre domus Rechab.

a. Domus Dauid eo magis profectu filiorum gaudebit eorum, quo magis domus Saul per fecutionis contra eam furiis illa autem quotidie deficiẽs, sibi inquinãse filia rabelees Angelomus.

b. Hæ fuit Michol primã eius vxor: ideo autẽ vxor eius sola vocatur, eò quod in adolescentia primũ ipsam sortitus fuerat in vxorem, quæ etiam partu occubuisse dicitur. Angelo. super 3. cap. 1. lib. Reg.

c. Genealogia saluatoris & Salomonis hinc texitur ad vsq; migrationem Babylonis, & paulo post eam.

d. Hic Sellum, est qui Necchoa Rex Aegypti captiuũ duxit in Aegyptũ: de quo Iere. 22. ex. Quia hæc dicit dominus ad Sellum filium Iosiæ Regẽ Iuda, qui regnauit pro Iosia patre suo, &c. Hiero. ibidẽ. Vnde isse dicitur est Ioachaz Rex Iuda. Hic cẽ quatuor filij Iosiæ nominantur, in 4. vero lib. Regum tres tantum: vnde videtur hic Sellũ, vel Ioachaz vel Ioacim vocatus. Raban.

Hieron. [17] Filij Iechoniæ fuerunt Asir, Salathiel, [18] Melchirã, [e] Phadaia, Sennesser, & Iecemia. Hosama, & Nadabia. [19] De Phadaia orti sunt Zorobabel & Semei. † Zorobabel genuit Mosollam, Hananiam, & Salomith sororem eorum: [20] Hasabã quoq;, & Ohol, & Barachiam, & Hasadiam, Iosabhæsed, quinq;. [21] Filius autem Hananiæ, Phaltias D pater Ieseiæ, cuius filius Raphaia. Huius quoq; filius Arnan, de quo natus est Obdia, cuius filius fuit [f] Sechenias. [22] Filius Secheniæ Semeia, cuius filij Hattus, & Iegaal, & Baria, & Naaria, & Saphat, & Sesa, sex numero. [23] Filius Naarię Elioenai, & Ezechias, & Ezricam, tres. [24] Filij Elioenai, Oduia, & Eliasub, & Pheleia, & Acub, & Iohanan, & Dalaia, & Anani, septem.

e. Qui & Salathiel, pater Zorobabel.

f. Sechenias habuit filium Semeam vnicum, qui habuit quinq; filios, Hattus, Iegaal, Baria, Naaria, & Saphat: qui cum patre suo Semeia, qui vnicus pater erat sex numerãtur. Hiero. ibid.

Posteritas Iudæ, & Simeonis, & habitationes eorum. IIII.

A [1] Filij † [a] Iuda, Phares, Hesron, & Charmi, & Hur, & Sobal. [2] Raia verò filius Sobal genuit Iahath, de quo nati sunt Ahumai, & Laad. Hæ cognationes Sarathi. [3] Ista quoq; stirps Etam, [b] Iezrael, & Iesema, & Iedebos. Nomen quoq; sororis eorum, Asalelphuni. [4] Penuel autẽ pater Gedor, & Ezer pater Hosa. Isti sunt filij Hur, primogeniti Ephratha patris Bethlehem. [5] Assur verò patris Thecuæ erant duæ vxores, Halaa, & Naara. [6] Peperit autẽ ei Naara Oozam, & Hepher, & Themani, & Ahasthari. Isti sunt filij Naara. [7] Porrò filij Halaa, Sereth, Iesohar, & Ethnan. B [8] Coz autem genuit Anob, & Soboba, & cognationem Aharehel, filij Harum. [9] Fuit autem Iabes inclytus præ fratribus suis, & mater eius vocauit nomen illius Iabes, dicens: quia peperi eum in dolore. [10] Inuocauit ergo Iabes deum Israel, dicens: [c] Si benedicẽs benedixeris mihi, & dilataueris terminos meos, & fuerit manus tua mecum, & feceris me à malitia non opprimi. Et præstitit deus quæ precatus est. [11] Caleb autẽ frater Sua genuit Mahir, qui fuit pater Esthon. [12] Porrò Esthon genuit Bethrapha, & Phesse, & Tehinna patrem vrbis Naas. Hi sunt viri Recha. [13] Filij autẽ Cenez, Othoniel, & Saraia. Porrò filii Othoniel, Hathath, & Maonathi. [14] Maonathi genuit Ophra. C Saraia autem genuit Ioab, [d] patrem vallis artificum. Ibi quippe artifices erant. [15] Filii verò Caleb filii Iephonne, Hir, & Ela, & Naham. Filii quoq; Ela, Cenez. [16] Filii quoq; Iahalelel, Ziph, & Zipha, & Thiria, & Asarel. [17] Et filii Esra, Iether, & Mered, & Epher, & Ialon. Genuítque Maraiam, & Sammai, & Iesbah patrem Esthamo. [18] Vxor quoq; eius Iudaia peperit Iared patrem Gedor, & Heber patrem Zocho, & Iecuthiel patrem Zanoa. Hi autem filii Bithiæ filiæ Pharaonis quam accepit Mered: [19] & filii vxoris Odiaæ sororis Naham patris Ceila, Garmi, & Esthamo, qui fuit de Machathi. [20] Filii quoque Simon, Amnon, & Rinna, filius Hanan, & Thilon. Et filii Iesi, Zoheth & Benzoheth. † [21] Filii Sela filii Iudæ. Her pater Lecha, & Laada pater Maresa, & cognationes domus operantium byssum in domo iuramenti: [22] & qui stare fecit solem, viríq; mendacii, & Securus, & Incendens: qui principes fuerunt in Moab, & qui reuersi sunt in Lahem. Hæc autem verba vetera. [23] Hi sunt figuli habitantes in plantationibus, & in sepibus, apud Regem in operibus eius, commoratíque sunt ibi. † [e 24] Filii Simeon, Namuel, & Iamin, Iarib, Zara, Saul, [25] Sellum filius eius: Mabsam F filius eius, Masma filius eius. [26] Filii Masma, Hammuhel filius eius, Zachur filius eius, Semei filius eius. [27] Filii Semei sedecim, & filiæ sex. Fratres autem eius nõ habuerunt filios multos, vniuersa cognatio nõ potuit adæquare summã filiorũ Iuda. [28] Habitauerũt autẽ in Bersabee, & Molada, & Hasar Sual, [29] & in Balaa, & in Asom, & in Tholad, [30] & in Bathuel, & ī Horma, & in Siceleg, [31] & ī Beth Marcaboth, & in Asarsusim, & in Beth-Berai, & in Saarim. Hę ciuitates eorum vsq; [f] ad Regẽ Dauid, [32] villæq; eorum, Etam, & Aen, Remmon, & Thochen, & Asan, ciuitates quinque: [33] & vniuersi G viculi eorum per circuitum ciuitatum istarum vsque ad Baal. Hæc est habitatio eorum, & sedium distributio. [34] Mosobab quoque, & Iemlech, & Iosa filius Amasiæ, [35] & Ioel & Iehu filius Iosabiæ filii Saraiæ, filii Asiel, [36] & Elioenai, & Iacoba, & Isuhaia, & Asaia, & Adiel, & Iesimeel, & Banaia: [37] Ziza quoque filius Sephei, filii Allon, filii Idaia, filii Semri, filii Samaia: [38] isti sunt nominati principes in cognatio-

a. Filij Iudã quinque qui iã superus alius nominib⁹ nominati sunt. Genes. 38. a. Hic autem mutatis nominibus repetuntur, Charmi, ipse est Er, Hur, qui & Oni, Sobal vel Sobal, ipse est Sela. Idcirco quia i peccato suo mortui sunt. Hiero.

b. Ab ipso Iezrael nomen accepit: vbi i qua Naboth habitabat. Hieron. de qua scripsimus.

c. Id est, dona gratiæ tuæ mihi conferas, & ea multiplicaueris in me, & dederis mihi virtutem resistẽdi & præualendi hostibus, ac peccatis, præcipuè quæ ex proposito seu deliberatione contingunt. Ex quibus docemur q̃d malitia nõ opprimi, est donum dei. Vnde Enoch raptus & translatus est, ne malitia mutaret intellectum eius, vt dicitur Sapien 4. b. Dionys.

d. Ideo dicitur pater vallis artificũ, quia de filiis eius fuerunt architecti ad ædificandum domum domini. Hieronym. ibidem.

e. Ponuntur hic quinque filij Simeonis, verumtamẽ in Genesi ponuntur sex: sed vnus illorũ hoc loco omittitur, quia de eo nulla est orta progenies: de quibus dicitur Nume. 26. b. Dionysius ibidem.

f. Quoniã Siceleg & Beersabee per Dauid in prisitos redierunt hæreditate. Hieronymus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nibus suis,& in domo affinitatum suarum multiplicati sunt vehementer.[39] Et profecti sunt vt ingrederentur in [g] Gador,vsq; ad orientem vallis, & vt quærerent pascua gregibus suis. [40] Inuenerúntq; pascuas vberes, & valde bonas,& terram latissimam, & quietam,& fertilem:in qua ante habitauerũt de stirpe Cham.[41] Hi ergo venerunt, [G] quos suprà descripsimus nominatim in diebus Ezechiæ Regis Iuda :& percusserunt tabernacula eorum,& habitatores qui inuenti fuerunt ibi, & deleuerunt eos vsq; ad præsentem diem, habitauerúntq; pro eis : quoniam vberrimas pascuas ibidem repererunt.[42] De filiis quoq; Simeon abierunt in montem Seir,viri quingenti : habentes principes Phaltiam & Naariam & Raphaiam & Oziel filios Iesi :[43] & percusserunt reliquias quæ euadere non potuerant Amalecitarum:& habitauerunt ibi pro eis vsq; ad diem hanc.

g. Gador prægrandis vicus est in 10. miliario Diospolis ad Eleutheropolim. Videtúrque eadem cum Cedrone, de qua 1. Mach. 15. g. Et hûc Gador tẽpore Ezechiæ Regis occupauerunt Simeonitæ, pulsis inde quibusdam Chananeis, q terra hæc aptissima esset gregibus, quibus Simeonitæ maximè abundabant. Dionys.

Catalogus filiorum Ruben, Gad, & dimidiæ tribus Manassæ, & eorum habitatio, qui percusserunt Hagarenos, sed tandem ducti sunt ad Assyrios. V.

† Gen. 46. b Exod. 6. c Num. 26. a

[1] Filij quoque Ruben primogeniti Israel: † ipse quippe fuit primogenitus [A] eius : sed cum violasset thorum patris sui,data sunt primogenita eius filiis Ioseph filij Israel: & non est ille reputatus in primogenitum. [2] Porrò Iudas qui erat fortissimus inter fratres suos , de stirpe eius principes germinati sunt,primogenita autem reputata sunt Ioseph.† [3] Filij ergo Ruben primogeniti Israel,Enoch,&Phallu,Esron,& Charmi. [4] Filij Ioel,Samaia filius eius,Gog filius eius,Semei filius eius,[5] Micha filius eius,Reaia filius eius,Baal filius eius, [6] Beera filius eius,quem captiuum duxit Theglatphalnasar Rex Assyriorũ : & fuit princeps in tribu Ruben.[7] Fratres autem eius,& vniuersa cognatio eius, quando numerabantur per familias suas,habuerunt principes Iehiel,& Zachariam.[8] Porrò Bala filius Azan, [B] filij Samma,filij Ioel,ipse habitauit in [b] Aroer,vsq; ad Nebo, & Beelmeon.[9] Contra orientalem quoq; plagam habitauit vsq; ad introitum eremi, & fluuium Euphraten. Multum quippe iumentorum numerum possidebant in terra Galaad.[10] In diebus autem Saul præliati sunt contra Haggarenos,& interfecerunt illos:habitauerúntq; pro eis in tabernaculis eorum in omni plaga quæ respicit ad orientem Galaad. [11] Filij verò Gad è regione eorum habitauerunt in terra Basan,vsq; [c] Selcha:[12] Ioel in capite, & Saphan secũdus, Ianai autem & Saphar in Basan. [13] Fratres verò eorum secundum domos cognationum suarum: Michael, & Mosollam, & Sebe, & Iori, & Iachan, & Zie,& Heber,septem.[14] Hi filij Abihail,filij Huri,filij Iara,filij Galaad,filij Michael, filij Iesesi,filij Ieddo,filij Buz. [15] Fratres quoque filij Abdiel,filij Guni,principes domus in familiis suis: [16] & habitauerunt in Galaad, & in Basan, & in viculis eius,& in cunctis suburbanis Saron,vsq; ad terminos eorum.[17] Omnes hi numerati sunt in diebus Ioatham regis Iuda, & in diebus Ieroboam regis Israel.[18] Filij Ruben,& Gad,& dimidiæ tribus Manasse,viri bellatores,scuta portantes & gladios,& tendentes arcũ, eruditíq; ad prælia,quadragintaquatuor milia,& septingenti sexaginta, procedentes ad pugnam,[19] dimicauerunt contra Haggarenos:Ithurẽi verò,& Naphẽi,& Nodab, [20] præbuerunt eis auxilium . Traditíq; sunt in manus eorum Haggareni, & vniuersi qui fuerant cum eis:quia deum inuocauerunt cum præliarentur,& exaudiuit eos, eò quòd credidissent in eum,[21] ceperúntque omnia quæ possederant,camelorum quinquaginta milia,& ouium ducenta quinquaginta milia , asinos duo milia , & animas hominum centum milia. [22] Vulnerati autem multi corruerunt.Fuit enim bellum [D] domini.Habitauerúntq; pro eis vsq; ad transmigrationem.[23] Filij quoq; dimidiæ tribus Manasse possederunt terram à finibus Basan vsque [d] Baal Hermon,& Sanir, & montem Hermon.Ingens quippe numerus erat.[24] Et hi fuerant principes domus cognationis eorum,Epher, & Iesi,& Eliel,Ezriel,& Ieremia,& Odoia, & Iediel,viri fortissimi,& potentes, & nominati duces in familiis suis . [25] Reliquerunt autem deum patrum suorum ,& fornicati sunt post deos populorum terræ, quos abstulit dominus coram eis , [26] & suscitauit dominus Israel spiritum Phul regis Assyriorum, & spiritum

a. Hic est pater Osee prophetæ , qui & Beeri dicitur est. Hieron.

b. Aroer, quæ & Ar Deut. 2. dicit & Areopolis , vrbs est quondam Moabitarum, sita ad ripam torrentis Arnõ in valle media,olim potens & nobilis. Alia eiusdẽ nominis est in tribu Gad, & a Gaditis ædificata legatur.

c. Selcha , siue iuxta Hebr. Salchah vna est ex 60. vrbibus Basan, iuxta montem Hermõ , in qua prius habitabãt Raphaim, quibus expugnatis à Moyse hanc habitauerunt Gaditæ.

d. Idẽ mons est Sanir, Hermon, Baal Hermõ, Seon & Sirẽõ: qui pro varietate locorum quibus cõfinis est, eoc varia sortitur nomina.

tum Theglatphalnasar Regis Assur,& [e] transtulit Ruben,& Gad, & dimidiam tribũ Manasse,& adduxit eos in Hela, & in Habor,& [f] Hara, & fluuium Gozan,vsque ad diem hanc.

1 Par. 44. b. A Exod. 6. c

Genealogia filiorum Leui & Aaron cum vrbibus eorum atque refugij. VI.

[1] Filij † [a] Leui:Gerson,Caath,& Merari.[2] Filij Caath:Amrã, Isaar,Hebron, & Oziel.[3] Filij Amram:Aaron,Moyses,& Maria.Filij Aaron: Nadab,& Abiu, [4] Eleazar, & Ithamar . Eleazar genuit Phinees , & Phinees genuit Abisue, [5] Abisue verò genuit Bocci , & Bocci genuit Ozi: [6] Ozi genuit Zaraiam,& Zaraias genuit Meraioth.[7] Porrò Meraioth genuit Amariam , & Amarias genuit Achitob.[8] Achitob genuit Sadoch,& Sadoch genuit Achimaas. [9] Achimaas genuit Azariam:Azarias genuit Iohanan.[10] Iohanan genuit Azariam.[b] Ipsẽ est qui sacerdotio functus est in domo quam ædificauit Salomõ in Ierusalem. [11] Genuit autem Azarias Amariam,& Amarias genuit Achitob.[12] Achitob genuit Sadoch , & [B] Sadoch genuit Sellum.[13] Sellum genuit Helciam,& Helcias genuit Azariam.[14] Azarias genuit Saraiam,& Saraias genuit Iosedech. [15] Porrò Iosedech egressus est quando transtulit dominus Iudam & Ierusalem per manus Nabuchodonosor.† [16] Filij ergo Leui:Gerson,Caath,& Merari. [17] Et hæc nomina filiorum Gerson, Lobni & Semei.[18] Filij Caath:Amrã,& Isaac,& Hebron,& Oziel.Filij Merari:Moholi,& Musi. Hæ autem cognationes Leui secũdum familias eorum . [20] Gersom:Lobni filius eius. Iahath filius eius. Zamma filius eius.[21] Ioath filius eius. Addo filius eius . Zara filius eius.Iethrai filius eius.[22] Filii Cahath:Amminadab filius eius,Core filius eius,Asir filius eius,[23] Elcana filius eius,Abiasaph filius eius,Asir filius eius,[24] Cahath filius eius, Vriel filius eius,Ozias filius eius,Saul filiꝰ eius.[25] Filij Elcana:Amasai,& Achimoth, [C] [26] & Elcana.Filij Elcana:Sophai filius eius,Nahath filius eius,[27] Eliab filius eius, Ieroham filius eius,Elcana filius eius.[28] Filij Samuel,primogenitus [c] Vasseni, & Abia. [29] Filij autem Merari: Moholi , Lobni filius eius , Semei filius eius , Oza filius eius. [30] Sãmaa filius eius,Haggia filius eiꝰ, Asaia filius eius.[31] Isti sunt quos cõstituit Dauid super cantores domus domini,ex quo collocata est arca,[32] & ministrabãt corã tabernaculo testimonij , canentes donec ædificaret Salomon domũ domini in Hierusalẽ. Stabant autem iuxta ordinem suum in ministerio.[33] Hi verò sunt qui assistebant cũ filiis suis de filiis Caath:Hemã cantor,filius Ioel,filij Samuel,[34] filij Elcana,filij Ieroham,filij Eliel,filij Thohu,[35] filij Suph,[36] filij Elcana,filij Ioel,filij Mahath,filij Amasai,filij Elcana,filij Ioel,filij Azariæ, filij Sophoniæ,[37] filij Thahath, filij Asir, filij Abiasaph,filij Core,[38] filij Isaar,filij Caath,filij Leui, filij Israel: [39] & frater eius Asaph, qui stabat à dextris eius: Asaph filiꝰ Barachiæ,filij Samaa,[40] filij Michael,filij Basaiæ, [D] filij Melchiæ,[41] filij Athanai,filij Zara,filij Adaia, [42] filij Ethan, filij Zamma, filij Semei,[43] filij Ieth,filij Gersom, filij Leui: [44] Filij autem Merari, fratres eorum ad sinistram.Ethan filij Cusi,filii Abdi,filij Maloch,[45] filij Asabiæ,filij Amasię,filij Helcię, [46] filij Amasai,filij Boni, filij Somer, [47] filij Maholi,filij Musi, filij Merari, filij Leui. [d] [48] Fratres quoque eorum Leuitæ:qui ordinati sunt in cunctum ministerium tabernaculi domus domini.[49] Aaron verò & filij eius adolebant incensum super altare holocausti,& super altare thymiamatis,in omne opus sancti sanctorũ,& [e] vt precarentur pro Israel iuxta omnia quæ præceperat Moyses seruus dei. [50] Hi sunt autem filij Aarõ:Eleazar filius eius,Phinees filius eius, Abisue filius eius,[51] Bocci filius eius, Ozi filius eius,Zarahia filius eius,[52] Meraioth filius eius,Amaria filius eius,Achitob filius eius,[53] Sadoch filius eius,Achimaas filius eius.[54] Et hæc habitacula eorum per vicos [Nadab.] atq; confinia filiorum scilicet Aarõ,iuxta cognationes Caathitarum. Ipsis enim sor- [E] te contigerant.† [55] Dederunt igitur eis Hebron in terra Iuda, & suburbana eius per circuitũ:[56] agros autẽ ciuitatis,& villas Caleb filio Iephone.[57] Porrò filiis Aaron dederunt ciuitates [f] ad confugiendum,Hebron, & Lobna, & suburbana eius : [58] Iether quoque,& Esthemo cũ suburbanis suis:sed & Helon & Dabir cum suburbanis suis: [59] Asan quoque & Beth-Semes,& suburbana earum.[g] [60] De tribu autem Beniamin,

e. Principium captiuitatis decem tribuum , de qua 4. Reg. 15. f. fuit sub Theglathphalnasar 2. rege Babyloniorũ regnante in Samaria Phace filio Romeliæ.

f. Ipsa est Rages vrbs Medorum, de qua Tob. 1.

a. Ordo successionis summi sacerdotij ab Aaron vsque ad transmigrationem in Babylonem, quæ ex hîcera clarè patet.

b. Cur ipsum dicit sacerdotio functũ in domo domini, cũ plurimi ante & post eum functi fuerunt? Respõdet Hiero. dicens: Mõstrat eundem Azariam restitisse Oziæ regi quãdo intrauit in templum domini cũ thuribulo, & tentauerit mutare gnas factus est. Hiero. Ideo quia viriliter restitit regi vsurpanti sibi sacerdotale officium, dicitur functus sacerdotio in domo domini Dionys.

c. Qui in libro Regũ Ioel nominatur, hic verò Vasseni scribitur, quia Abia filiꝰ Samuelis in iudicem constitutus mũnerũ accepit, et erat, Et quia ille Ioel, quia& Vasseni, hoc sciebãt,& non corripiebat eũ , ideo vtrecque fecisse dicitur. In hoc vero loco demõstrat eum separatũ à fratre suo, quia acceptor mũnerum erat. Hierony.

d. Quilibet enim Leuitarũ suum exercebat officium. Quidam offerrũ seu ianitores erant,alij animalium oblatorum pelles detrahebant,aut alias famulabãtur sacrificiis : Nonnulli vasorum custodes,& sic de aliis officiis tabernaculi . Dionysius.

e. Vade non mirũ est si vota bona quę pro populo dicuntur in precibus, etiam si á malis dicantur episcopis, exaudiri tamen,nõ propter virtutẽ prepositorum sed pro deuotione populorum. Augu. contra epistolam Parmenisni lib. 3.

f. Sex erant refugij ciuitates tantũ, tres citra Iordanẽ,Hebron,Sichem,& Cedes in Galilæa: & tres trans Iordanem: Bozor, Ramoth in Galaad, & Gaulon in Basan,vt Iosue 20.

g. Sacerdotes enim & Leuitæ non poterant inter aliàs tribus hæreditatem habere:sed sacrificia, decimæ atque primitiæ erãt eis loco hæreditatis. Vrbes tamẽ habuerunt inter fratres ad habitandũ, & pascua ad pecora nutriendum. Dionys.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gabee & ſuburbana eius,& Almath cum ſuburbanis ſuis,Anathoth quoq; cũ ſuburbanis ſuis.Oēs ciuitates tredecim per cognationes ſuas. [61] Filiis autē Caath reſiduis de cognatione ſua,dederũt ex dimidia tribu Manaſſe in poſſeſſionē vrbes decē. [62] Porrò filiis Gerſom per cognationes ſuas de tribu Iſachar, & de tribu Aſer, & de tribu Nephthalim,& de tribu Manaſſe,in Baſan vrbes tredecim. [63] Filiis autem Merari per cognationes ſuas de tribu Ruben,& de tribu Gad, & de tribu Zabulon, [64] dederunt ſorte ciuitates duodecim . Dederunt quoq, filij Iſrael Leuitis ciuitates & ſuburbana earũ. [65] Dederúntq; per ſortem ex tribu filiorum Iuda, & ex tribu filiorum Simeon, & ex tribu filiorũ Beniamin vrbes has,quas vocauerunt nominibus ſuis , [66] & iis qui erant ex cognatione filiorum Caath.Fuerúntq; ciuitates in terminis eorum de tribu Ephraim.† [67] Dederunt quoq; eis vrbes ad confugiendum.Sichem cum ſuburbanis ſuis in monte Ephraim:& Gazer cum ſuburbanis ſuis: [68] Iecmaan quoq; cum ſuburbanis ſuis,& Bethorō ſimiliter,[69] necnō & Aialon cum ſuburbanis ſuis:& [h] Gethrémon in eundē modum. [70] Porrò ex dimidia tribu Manaſſe, Aner, & ſuburbana eius: Balaam,& ſuburbana eius:his videlicet qui de cognatione filiorũ Caath reliqui erāt. [71] Filiis autem Gerſom de cognatione dimidiæ tribus Manaſſe , Gaulon in Baſan, & ſuburbana eius:& Aſtharoth cum ſuburbanis ſuis. [72] De tribu Iſachar, [i] Cedes cum ſuburbanis ſuis,& Dabereth cũ ſuburbanis ſuis. [73] Ramoth quoq; & ſuburbana eius: & Anem cũ ſuburbanis ſuis. [74] De tribu verò Aſer [k] Maſal cũ ſuburbanis ſuis:& Abdon ſimiliter: [75] Hucoc quoq;,& ſuburbana eius.Rohob cũ ſuburbanis ſuis. [76] Porrò de tribu Nephthalim,Cedes in Galilæa,& ſuburbana eius:Hammō cum ſuburbanis ſuis,& Cariathaim,& ſuburbana eius. [77] Filiis autē Merari reſiduis, de tribu Zabulō, Remmono,& ſuburbana eius:& Thabor cũ ſuburbanis ſuis. [78] Trans Iordanē quoque ex aduerſo Iericho,cōtra orientem Iordanis , de tribu Ruben, Boſor in ſolitudine cũ ſuburbanis ſuis:& Iaſſa cum ſuburbanis ſuis: [79] Cademoth quoq; & ſuburbana eius:& Mephaath cum ſuburbanis ſuis. [80] Necnon & de tribu Gad [l] Ramoth in Galaad & ſuburbana eius:& Manaim cum ſuburbanis ſuis : [81] ſed & Heſebon cum ſuburbanis ſuis:& Ieſer cum ſuburbanis ſuis.

h. Gechremmon vel iuxta Hebræos Gathrimmon ciuitas Leuitarũ. in 32. militario Dioſpoli ad Eleutheropolim in tribu Dan.

i. Duæ enim ſunt Cedes, Vna in tribu Iſachar,& eſt hec præſens , Altera in Galilæa in tribu Nephthalim , de qua in ſequentibus.

k. Maſal, alias Miſal, ciuitas ſeparata Leuitis , & peruenit in Carmelum ad mare.

l. Ramoth in Galaad duo vocabula hic, in libro Regum vnicum nomē eſt , cum dicit Ramothgalaad 3. Regũ 22. Et eſt in tribu Ephraim. Hiertin.

Genealogia Iſachar, Beniamin, Nephthalim, Manaſſe, Ephraim, & Aſer.

VII.

PORrò † filij Iſachar, Thola,& Phua,[a] Iaſub,& Simeron,quatuor. [2] Filij Thola,Ozi,& Raphaia,& Ieriel,& Iemai,& Iebſem,& Samuel,principes per domos cognationum ſuarũ.De ſtirpe Thola viri fortiſſimi numerati ſunt in diebus Dauid, vigintiduo milia ſexcenti. [b] [3] Filii Ozi:Iſrahia,de quo nati ſunt Michael, & Obadia,& Ioel,& Ieſia,quinq; omnes principes:[4] cúmq; eis per familias & populos ſuos accincti ad præliũ viri fortiſſimi triginta ſex milia.Multas enim habuerunt vxores & filios. [5] Fratres quoq; eorum per omnem cognationē Iſachar robuſtiſſimi ad pugnādum , octoginta ſeptem milia numerati ſunt.† [6] Filii Beniamin,Bela & Bechor,& Iadiel,tres. [7] Filii Belā,Esbon,& Ozi, & Oziel,& Ierimoth,& Iri,quinq; principes familiarũ,& ad pugnandum robuſtiſſimi.Numerus autem eorũ vigintiduo milia & trigintaquatuor . [8] Porrò filii Bechor,Zamira,& Ioas, & Eliezer, & Elionai, & Amri, & Ierimoth, & Abia, & Anathoth,& Alameth,[c] Oēs hi filii Bechor. [9] Numerati ſunt autē per familias ſuas principes cognationũ ſuarũ ad bella fortiſſimi,viginti milia & ducenti. [10] Porrò filii Iadiel:Balan. Filii autē Balan, Iehus & Beniamin & Ahod,& [d] Chanaana, & Zethā,& Tharſis,& Ahiſahar. [11] Omnes hi filii Iadiel principes cognationũ ſuarum , viri fortiſſimi,decem & ſeptē milia & ducenti ad prælium procedentes:[12] Sepham quoq;,& Hapham filii Hir,& Haſim filii Aher. [13] Filii autē Nephthalim:Iaſiel,& Guni, & Ieſer & Sellum filii Bala. [14] Porrò filius Manaſſe,Eſriel,concubináq; eius [e] Syra peperit Machir patrem Galaad . [15] Machir autem accepit vxorem filiis ſuis Happhim, & Sepham , & habuit ſororem nomine Maacha . Nomen autem ſecundi Salphāad: Natæque

a. Iaſub in 46. Gen. vocatur Iobab , alias Iob, Simeron autem vocatur Semron.

b. Filij Iſrael dicũtur quinque eſſe,& nō ſunt nisi quatuor, ſed eis ea annumerat pater eorũ Iſrael, qui vnicuique partí ſuo Ozi fuit, & ſunt quinque.Hieronym.

c. Per totum ordinem generationis ſuæ.

d. Vbicũq; ſcribitur in lege Omnes iſti filij , cuiuſlibet aut pro meritorũ excellentia, aut pro meritorum deteriorationē ſic. Hieronym.

d. Chanaana verò ille eſt à quo egreſſi ſunt Beniamitæ qui nephas perpetrauerunt, propter quod magna cædes in Iſrael tēpore iudicum facta ſunt. Hieron.

e. Ferunt hanc Syram filiã fuiſſe filij Labã, quæ in Aegyptũ famis inopia ad venundan-dum à patre ducta, à Manaſſe qui torrens præerat, miſericorditer ſuſcepta, patri cibaria dauit, ab eodē Manaſſe in cōiugium ſumpta eſt, peperitque ei Machir patrē Galaad. Hier. ibid. Vade putat dicta Syrā , quia de Meſopotamiæ regione Syriæ nata fuiſſe dicitur.

Natęq; ſunt Salphaad filiæ. [16] Et peperit Maacha vxor Machir filiũ,vocauitq; nomen eius Phares.Porrò nomē fratris eius,Sares:& filij eius Vlam,& Recem. [17] Filius autē Vlam,Bedā.Hi ſunt filij Galaad,filij Machir,filij Manaſſe. [18] Soror autē eius Regma, peperit virum decorum & Abiezer & Mohola. [19] Erant autem filij Semida,Ahin, & Sechem,& Leci,& Aniham. [20] Filij autē Ephraim,Suthala:Bared filius eius, Thaath filius eius,Elada filius eius, Thaath filius eius, [21] & huius filius Zabad,& huius filius Suthala,& huius filius Ezer,& Elad.Occiderunt autem eos viri Geth indigenæ:quia deſcenderant vt inuaderent poſſeſſiones eorũ. [22] Luxit igitur Ephraim pater eorum multis diebus, & venerunt fratres eius vt conſolarentur eum. [23] Ingreſſúſque eſt ad vxorem ſuam,quæ concepit,& peperit filiũ,& vocauit nomen eius Beria,eo quòd in malis domus eius ortus eſſet. [24] Filia autē eius fuit Sara,quæ ædificauit Bethoron inferiorem & ſuperiorem,& Ozenſara. [25] Porrò filius eius Rapha,& Reſeph,& Thale: de quo natus eſt Thaan, [26] qui genuit Laadan.Huius quoq; filius Ammihud, qui genuit [f] Eliſama, [27] de quo ortus eſt Nun,qui habuit filium Ioſue. [28] Poſſeſſio autē eorũ & habitatio Bethel cum filiabus ſuis:& contra orientem Noran,ad occidentalē plagam Gazer,& filiæ eius:Sichem quoq; cum filiabus ſuis, vſq; ad Aſa cũ filiabus eius: [29] iuxta filios quoq;Manaſſe Bethſan & filias eius:Thanach & filias eius,Maggedo & filias eius,Dor & filias eius.In his habitauerunt filij Ioſeph,filij Iſrael.† [30] Filij Aſer, Iemna,& Ieſua,& Iiſuai,& Baria,& [g] Særah ſoror eorum. [31] Filij autē Baria:Heber,& Melchiel.Ipſe eſt pater [h] Barſaith. [32] Heber autem genuit Iephlat,& Somer,& Hothā, & Suah,ſororem eorum. [33] Filij Iephlat,Phoſech,& Amaal,& Aſoph.Hi filij Iephlat. [34] Porrò filij Somer,Ahi,& Roaga,& Haba & Aram. [35] Filij autē Helem fratris eius, Supha & Iemna,& Selles,& Amal. [36] Filij Supha:Sue,Harnapher, & Sual,& Beri , & Iamra, [37] Boſor,& Hod,& Samma,& Saluſa,& Iethrā,& Bera. [38] Filij Gether:Iephone,& Phaſpha,& Ara. [39] Filij autē Olla: Aree,& Hanniel,& Reſia. [40] Omnes hi filij Aſer,principes cognationum,electi atque fortiſſimi Duces ducum.Numerus autem eorum ætatis quæ apta eſſet ad bellum,vigintiſex milia.

f. Eliſama patriarcha erat de tribu Ephraim, qui in libro Numerorũ ſcribitur,à quo deſcēdit Nun pater Ioſue, qui 7. mitab Ephraim in generatione ſua. Iſte eſt Ioſue , qui eſt Iehoſua , Ieſus Naue, Ieſus Ben Nun, & Oſee minister Moyſi fidelis & ei⁹ ſucceſſor. Dio.

g. Sara alias Sarah filia Aſer dicitur ſpheciſſa fuiſſe , & mercedis prærogatiuis exuberaſſe. Hieron.

h. Barſaith vel Berſaith, alias Birſaith de gente Melchiel de filijs Aſer, fuit diuiſim⁹ & tulit primitias Epiſcopi ſpheræ . In eo ipſo legerunt quod Moyſes de Aſer ait Deut 33. Benedictus in filijs Aser. Sit placẽs fratribus ſuis, & intinget in oleo pedem ſuum. Hier.

Genealogia Beniamin & Saul.

VIII.

BEniamin†[a] autem genuit Bæla primogenitum ſuum: Aſbel ſecundum, Ahara tertium, [2] Noha quartum,& Rapha quintum. [3] Fuerúntque filij Bæla Addar,& Gera,& Abiud, [4] Abiſue quoq;,& Naaman,& Ahoe, [5] ſed & Gera,& Sephuphan,& Huram. [6] Hi ſunt filij [b] Ahod,principes cognationũ habitantium in Gabaa,qui trāſlati ſunt in Manahath. [7] Naaman autem & Achia,& Gerara,ipſe tranſtulit eos,& genuit Oza,& Ahihud. [8] Porrò [c] Saharaim genuit in regione Moab,poſtquam dimiſit Huſim & Bara vxores ſuas. [9] Genuit autem de Hodes vxore ſua,Iobab,& Sebia,& Moſa,& Molchō. [10] Iehus quoque & Sechia,& Marma. Hi ſunt filij eius , principes in familiis ſuis. [11] Mehuſim vero genuit Abitob & Elphaal. [12] Porrò filij Elphaal,Heber,& Miſaā,& Samad.Hic ædificauit Ono,& Lod,& filias eius. [13] Beria autem & Sama principes cognationum habitantium in Aialon. Hi fugauerũt habitatores Geth. [14] Et Ahio,& Seſac, & Ierimoth, [15] & Zabadia,& Arod,& Heder, [16] Michael quoq; &Ieſpha,& Ioha filij Beria. [17] Et Zabadia,& Moſollā,& Hezeci,& Heber, [18] & Ieſamari,& Ieſlia,& Iobab:filij Elphaal. [19] Et Iacī,& Zechri,& Zabdi, [20] & Elioënai,& Selethai,& Eliel, [21] & Adaia,& Baraia,& Samarath:filij Semei. [22] Et Ieſphā,& Heber,& Eliel, [23] & Abdon,& Zechri,& Hanā, [24] & Hanania,& Elā,& Anathothia, [25] & Iephdaia,& Phanuel:filij Seſac. [26] Et Samſari,& Sohoria,& Othalia, [27] & Ierſia,Elia,& Zechri: filij Ierohā. [28] Hi patriarchæ & cognationũ principes:qui habitauerũt in Hieruſalē.† [29] In Gabaon autē habitauerunt [d] Abi Gabaon,& nomen vxoris eius Maacha, [30] filiúſq; eius primogenitus Abdon,& Sur,& Cis,& Baal,& Nadab, [31] Gedor quoq; & Ahio,& Zacher, [32] & Macelloth.Et Macelloth genuit Samaa. Habitauerúntq; ex adūerſo fratrũ ſuorum in Ieruſalem cũ fratribus ſuis.† [33] Ner au-

a. Et notandum quòd hic quinque de filijs Beniamin prætermiſerit , de quibus nondum progenies creuerat. Hier. ibid.

b. Dicunt hunc eſſe Aod alias Ehod, qui & Aioth dixerũt qui fuit Iudex Iſrael fuitque filius Gera filij Iemini de tribu Beniamin, vtrũ vtraque manu pro dextra. Dionyſius.

c. Saaraim dimiſit vxores ſuas in Iudæa, Vſim & Bara; & fugit in terram Moab, & accepit vxorem Hodes, ex qua ſuſcepit filios hic deſcriptos, qui fugauerũt habitatores Geth, & vltri ſunt fratres ſuos filios Ephraim qui eorum ceciderant gladio. Hieron. ibid.

d. Significat illũ qui pater & dominus ſuus principis Gabaon erat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem genuit Cis,& Cis genuit Saul.Porrò Saul genuit Ionathan,& Melchisue, & Abinadab, &[e] Esbaal. [34] Filius autem Ionathan Meribaal, & Meribaal genuit Micha. [35] Filij Micha Phiton, & Melech, & Tharaa, & Ahaz, [36] & Ahaz genuit Ioada, & Ioada genuit Alamath, & Asmoth, & Zamri. Porrò Zamri genuit Mosa. [37] & Mosa genuit Banaa,cuius filius fuit Rapha,de quo ortus est Elasa,qui genuit Azel. [38] Porrò Azel sex filij fuerũt his nominibus:Ezricã,Bochru,Ismael, Searia, Obadia,& Hanan.Omnes hi filij Azel. [39] Filij autem Esech fratris eius:Vlam primogenitus,& Iehus secundus,& Eliphalet tertius. [40] Fuerúntq; filij Vlam viri robustissimi,& magno robore tendentes arcum,& multos habentes filios ac nepotes vsq; ad[f] cẽtum quinquaginta milia.Omnes hi filij Beniamin.

e. Hic autem Esbaal est qui in secundo lib.Regum dicitur Isboseth , & successit Saul in Regno fratribꝰ suis cum patre interfectis. Meribaal autem est Miphiboseth.

f. Nam si in tribu Iuda inuenta sunt quingẽta milia pugnatorum , non videtur quingentum quinquaginta milia pugnatorum potuerint esse in tribu Beniamin aut plures.Dionys.

Sacerdotum & Leuitarum officia,familia Saulis,& filiorum eius. IX.

[A] VNiuersus ergo Israel[a] dinumeratus est,& summa eorum scripta est in libro Regum Israel & Iuda. [b] translatúque sunt in Babylonem propter delictum suum. [2] Qui autem habitauerunt primi in possessionibus,& in vrbibus suis, Israel,& sacerdotes,& Leuitę,& [c] Nathinnei,[3] commorati sunt in Ierusalem de filiis Iuda,& de filiis Beniamin. De filiis quoque Ephraim & Manasse: [4] Othei filius Amihud,filius Emri,filij Omrai,filij Bonni.De filiis Phares filij Iuda,[5] & Siloni: Asaia primogenitus & filij eius.[6] De filiis autem Zara,Iehuel & fratres eorũ, sexcenti nonaginta.[7] Porrò de filiis Beniamin,Salo filius Mosollam,filij Oduia,filij Asana, [B] [8] & Iobania filius Ierohã,& Ela filius Ozi,filij Mochori,& Mosollam filius Saphatię, filij Rahuel,filij Iebaniæ,[9] & fratres eorum per familias suas nongenti quinquaginta sex.Omnes hi principes cognationum per domos patrum suorum. [10] De sacerdotibus autem,Iedaia,Ioiarib,& Iachin,[11] Azarias quoque filius[d] Helciæ,filij Mosollam, filij[e] Sadoch,filij Meraioth,filij Achitob, pontifex domus dei. [12] Porrò Adaias filius Ieroham,filij Phassur,filij Melciæ,& Maasai, filius Adiel, filij Iezra, filij Mosollam, filij Mosollamith, filij Emmer. [13] fratres quoque eorum principes per familias suas, [C] mille septingenti sexaginta,fortissimi robore ad faciendum opus ministerij in domo dei. [14] De Leuitis autẽ Semeia,filius Hassub,& filij Ezricam,filij Hasebia,de filiis Merari,[15] Bacbacar quoque carpentarius,& Galal,& Mathania filius Micha,filij Zechri, filij Asaph[16] & Obdia filius Semeiæ,filij Galal,filij Idithun,& Barachia filius Asa,filij Elcana,qui habitauit in atriis[f] Netophati.[17] Ianitores autem Sellum, & Accub, & Telmon,& Ahiman,& frater eorum Sellum princeps. [18] vsque enim ad illud tempus in porta Regis ad orientem obseruabant per vices suas de filiis Leui. [19] Sellum vero filius Core,filij Abiasaph,filij Core,cũ fratribus suis,& domo patris sui.Hi sunt Coritæ super opera ministerij, custodes vestibulorum tabernaculi, & familiæ eorum per [D] vices castrorum domini,custodientes introitum.[20] Phinees autem filius Eleazar erat dux eorum coram dño.[21] Porrò Zacharias filius Mosollamia ianitor portæ tabernaculi testimonij.[22] Omnes hi electi in ostiarios per portas ducẽti duodecim,& descripti in villis propriis,quos constituerunt Dauid & Samuel videns,in fide sua,[23] tam ipsos quàm filios eorum in ostiis domus domini,& in tabernaculo vicibus suis. [24] Per quatuor ventos erant ostiarij,id est ad orientem,& ad occidentem,& ad aquilonem, & ad austrum.[25] Fratres autem eorum in viculis morabantur, & veniebant in sabbatis suis,de tempore vsq; ad tempus.[26] His quatuor Leuitis creditus erat omnis numerus ianitorum:& erant super exhedras & thesauros domus domini.[27] Per gyrũ quoque templi domini morabantur in custodiis suis:vt cũ tempus fuisset,ipsi mane aperirent fores.[28] De horum grege erant & super vasa ministerij. Ad numerum enim & inferebantur vasa,& efferebantur. [29] De ipsis & qui credita habebant vtensilia sanctuarij:præerant similæ & vino,& oleo,& thuri,& aromatibus.[30] Filij autẽ sacerdotũ vnguenta ex aromatibus conficiebant:[31] & Mathathias Leuites,primogenitus Sellum Coritę,præfectus erat eorũ quæ in sartagine frigebãtur. [32] Porrò de filiis Caath fratribus eorum super panes erant propositionis, vt semper nouos per singula sabbata [E]

a. Hanc numerationem à Ioab Dauid factam ferunt. b. Hæc translatio nõ de 10. tribubus , quæ in Assyrios translatæ sunt,sed de tribu Iuda & Beniamin quæ in Babylonem translatæ sunt. Dionysius.

c. Nachinnei,id est donati. Sunt enim Gabaonitæ, eo quòd ad ferueiendum dati sunt ad templum domini à Iosue.Hierony. & conuersi erant ad Iudaismum. de quibus Ios.9.c.d.

d. Hic dicitur pater fuisse Seremię, qui tempore Iosię librum legis inuenit.

e. Ille fuit alius ab illo Sadoch quem constituit Salomon summum sacerdotẽ pro Abiathar, & longo tẽpore posterior.3.Reg.2.

f. Netophati nomen loci est, vbi habitauit Helel filius Bana. Et denominatur à Netophati filio Salma,de quo supra cap.2.

bata præpararent.[33] Hi sunt principes cantorum per familias Leuitarum, qui in exhedris morabãtur,ita vt die ac nocte iugiter suo ministerio deseruirẽt. [34] Capita Leuitarũ per familias suas principes manserunt in Ierusalem.†[35] In Gabaon autem commorati sunt pater Gabaon,Iahiel,& nomẽ vxoris eius Maacha.[36] Filius primogenitus eius Abdon,& Sur,& Cis,& Baal,& Ner,& Nadab,[37] Gedor quoq;,& Ahio, & Zacharias,& Macelloth.[38] Porrò Macelloth genuit Samaam.Isti habitauerunt è regione fratrum suorum in Ierusalem cum fratribus suis.†[8][39] Ner autem genuit Cis,& Cis genuit Saul,& Saul genuit Ionathan,& Melchisue,& Abinadab,& [h] Esbaal. [40] Filius autem Ionathã [i] Meribbaal,& Meribbaal genuit Micha. [41] Porrò filij Micha:Phiton, & Melech,& Tharaa,& Ahaz. [42] Ahaz autem genuit Iara,& Iara genuit Alamath,& Azmoth,& Zamri.Zamri autem genuit Mosa, [43] Mosa vero genuit Baana,cuius filius Raphaia genuit Elasa , de quo ortus est Azel. [44] Porrò Azel sex filios habuit his nominibus:Ezricam,Bochru,Ismael,Saria,Obdia,Hanan.Hi filij Azel.

g. Notandum quia iuxta Gallos Iahel,Ner & Cis, vocãtur fratres ficut & sunt,& in Regum lib.ita habetur.Hic vero dicitur , Ner genuit Cis, non quòd eum genuerit, vt in lib.Regũ dictũ est, sed quòd eum educauerit, eum genuisse dicitur. Hie.

h. Isboseth.

i. Miphiboseth.

Saul cum filiis suis occiditur à Philisthæis propter iniquitates suas, & sepelitur à Galaaditis. X.

[A] PHilistiim† autem pugnabant contra Israel, fugerúntq; viri Israel Palæstinos,& ceciderunt vulnerati in monte Gelboe.[2] Cúmq; appropinquassent Philistæi persequentes Saul & filios eius, percusserunt Ionathan, & Abinadab,& Melchisue,filios Saul.[3] Et aggrauatum est prælium contra Saul,inuenerúntq; eum sagittarij,& vulnerauerunt iaculis.[4] Et dixit Saul ad [b] armigerum suum:†Euagina gladium tuum,& interfice me: ne forte veniant incircuncisi isti,& illudant mihi.Noluit autem armiger eius hoc facere,timore perterritus. Arripuit ergo Saul ensem,& irruit in eũ. [5] Quod cũ vidisset armiger eius,videlicet mortuum esse Saul,irruit etiam ipse in gladium suum,& mortuus est.[6] Interiit ergo Saul & tres filij eius,& omnis domus illius pariter concidit.[7] Quod cùm vidissent viri Israel qui habitabant in cãpestribus,fugerunt:& Saul & filiis eius mortuis derelinquerunt vrbes suas,& huc illúcq; dispersi sunt,venerúntq; Philistiim & habitauerunt in [C] eis.[8] Die igitur altero detrahentes Philistiim spolia cæsorum , inuenerunt Saul & filios eius iacentes in monte Gelboe.[9] Cúmq; spoliassent eum,& amputassent caput, armísq; nudassent,miserunt in terram suam,vt circunferretur,& ostenderetur idolorum templis & populis.[10] Arma autem eius consecrauerunt in fano dei sui,& caput affixerunt in templo Dagon. [11] Hoc cum audissent viri Iabes Galaad, omnia scilicet quæ Philistiim fecerant super Saul,[12] consurrexerunt singuli virorum fortium,& tulerunt cadauera Saul & filiorum eius,attulerúntq; ea in Iabes,& sepelierunt ossa eorum subter quercum quæ erat in Iabes,& ieiunauerunt septem diebus.[13] Mortuus est ergo Saul propter iniquitates suas,eo quòd præuaricatus sit mandatũ domini quod præceperat,& nõ custodierit illud:sed insuper etiam Pythonissam consuluerit,[14] nec sperauerit in domino,propter quod & interfecit eum , & transtulit regnum eius ad Dauid filium Isai.

a. Saul à sagittariis vsq; ad desperationẽ vulneratus, maluit armigeri sui quàm incircũcisoru gladio perire: quia principes regni sui dixerunt sũpro semel proposito in peccatis suis moriendi,malucre doctoribus suis mandata legis soluẽtibus, & sic se docẽtibꝰ, quàm gentiliũ quos cõmunes & immundos vocabant, consortio se polluente perimi. Bed.1.Reg.vltim.

b. Quem credunt fuisse Doeg Idumæum: & puerũ qui diadema & armillam Saul detulit ad Dauid, fuisse filium Doeg Idumæi. Hiero.ibid.

c. Primo Regũ libr. legitur quòd posuerunt in templo Astaroth dei sui, in memoriam scilicet cõcesse victoriæ, ne triũphus ille daretur obliuioni, nec arma illa vsui amplius applicarẽtur humano. Diony.

Dauid vnctus in Regem electis strenuísque stipatur militibus & principibus. XI.

[A] COngregatus † est igitur [a] omnis Israel ad Dauid in Hebron,dicens: Os tuũ sumus,& caro tua.[2] Heri quoq; &nudiustertius cũ adhuc regnaret Saul,tu eras qui educebas & introducebas Israel. Tibi enim dixit dñs deus tuus : Tu pasces populum meum Israel,& tu eris princeps super eum.[3] Venerunt ergo omnes maiores natu Israel ad Regem in Hebrõ, [B] & iniit Dauid cum eis fœdus coram domino . Vnxerúntque eum Regem super Israel,iuxta sermonem domini quem locutus est in manu Samuel.[4] Abiit quoque Dauid & omnis Israel in Ierusalem.Hæc est [b] Iebus,vbi erant Iebusæi habitatores terræ. [5] Dixerúntq; qui habitabant in Iebus,ad Dauid: Non ingredieris huc. Porrò Dauid cepit arcẽ Sion,quæ est ciuitas Dauid.[6] Dixitq;:Omnis qui percusserit Iebusæum in

a. Hoc est, quidã principalis de ũngulis tribubus, iuxta quas hucusque nun regnauerat, qui videlicet propinquitilli secundum carnem Abrahe,Isaac & Iacob. Dionys. super. 1.Reg.x.lib.Reg.

b. Quid diuersarum vrbiũ alienigenas cõmetiorem, quos populus Iudæorũ nõ quiuit expellere de vrbibꝰ & sedibus suis: eũ ipsa metropolis tua prius Iebus, postea Salem,tertio Ierosolyma, & nunc Aelia , Iebusæos expellere nõ valuerit, sed manserint cũ eis in scẽdalum exemplumq; vicinorum:tantum vt ibi templum tuũ conditum sit vbi area Orne fuerit Iebusæi Hier. Dardano.

Universidad de Deusto
Biblioteca

primis,erit princeps & dux. Aſcendit igitur primus Ioab filius Saruiæ, & factus eſt princeps.[7] Habitauit autẽ Dauid in arce,& idcirco appellata eſt ciuitas Dauid.[8] Ædificauítq; vrbem in circuitu à Mello vſq; ad gyrum. Ioab autẽ reliqua vrbis extruxit.
[9] Proficiebátq; Dauid vadens & creſcẽs:& dñs exercituum erat cum eo.† [10] Hi principes virorum fortium Dauid, qui adiuuerunt eum vt Rex fieret ſuper omnẽ Iſrael, iuxta verbum dñi quod locutus eſt ad Iſrael: [11] & iſte numerus robuſtorum Dauid: c
Ieſbaam filius Hachamoni,princeps inter triginta. Iſte leuauit haſtam ſuã ſuper trecentos vulneratos vna vice. [12] Et poſt eum Eleazar filius patrui eius Ahohites: qui erat inter tres potentes.[13] Iſte fuit cum Dauid in Phes Dammim, quando Philiſtiim cõgregati ſunt ad locum illũ in prælium. Et erat ager regionis illius plenus hordeo: fugerátq; populus à facie Philiſtinorum. [14] Hi ſteterunt in medio agri,& defenderunt eum. Cúmque percuſſiſſent Philiſtæos,dedit dñs ſalutem magnam populo ſuo.
† [15] Deſcenderunt autem tres de triginta principibus ad petram in qua erat Dauid ad ſpeluncã Odollam:quando Philiſtiim fuerant caſtrametati in valle Raphaim.[16] Porrò Dauid erat in preſidio,& ſtatio Philiſtinorum in Bethlehem.[17] Deſiderauit igitur D
Dauid aquam,& dixit:O ſi quis daret mihi aquam de ciſterna Bethlehem,quę eſt in porta.[18] Tres ergo iſti per media caſtra Philiſtinorum perrexerunt,& hauſerunt aquã de ciſterna Bethlehem quæ erat in porta,& attulerunt ad Dauid vt biberet. Qui noluit,ſed magis libauit illam dño,[19] dicens: Abſit vt in conſpectu dei mei hoc faciam, & ſanguinem virorum iſtorum bibam:quia in periculo animarum ſuarum attulerũt mihi aquam. Et ob hanc cauſam noluit bibere. Hæc fecerunt tres robuſtiſſimi.[20] Abiſai quoque frater Ioab ipſe erat princeps trium,& ipſe leuauit haſtam ſuam contra trecẽtos vulneratos,&ipſe erat inter tres nominatiſſimus:[21] inter tres ſecundus inclytus,& princeps eorum. Veruntamen vſq; ad tres primos non peruenerat.[22] Banaia filius Ioiadæ,viri robuſtiſſimi,qui multa opera perpetrarat, de Cabſeel: ipſe percuſſit duos Ariel Moab. Et ipſe deſcendit & interfecit leonem in media ciſterna tempore niuis:[23] & ipſe percuſſit virum Ægyptium,cuius ſtatura erat quinque cubitorum: & habebat lanceam vt liciatorium texentiũ. Deſcendit igitur ad eum cum virga, & rapuit haſtam quam tenebat manu,& interfecit eum haſta ſua.[d 24] Hæc fecit Banaia filius Ioiadę,qui erat inter tres robuſtos nominatiſſimus,[25] inter triginta primus,verũtamen ad tres vſque non peruenerat. Poſuit autem eum Dauid ad auriculam ſuam.
[26] Porrò fortiſſimi viri in exercitu,Aſahel frater Ioab,& Elhanan filius patrui eius de E
Bethlehem: [27] Sammoth Harodites,Helez Pelonites, [28] Ira filius Acces Thecuites, Abiezer Anathotites,[29] Sobbochai Huſathites,Ilai Ahohites,[30] Marai Netophathites, Heled filius Baana Netophathites.[31] Ethai filius Ribai de Gabaath filiorum Beniamin,Banaia Pharathonites,[32] Hurai de torrente Gaas,Abiel Arbathites,[33] Azmoth Bauramites,Eliaba Salabonites,[34] filij Aſſem Gezonites, Ionathan filius Sage Hararites,[35] Ahiam filius Sachar Hararites, Eliphal filius Vr,[36] Hepher Mecheratites, Ahia Pelonites,[37] Ezro Carmelites,Naarai filius Azbar,[38] Ioel frater Nathan, Mibhar G
filius Hagarai, [39] Seleg Ammonites, Naharai Berothites armiger Ioab filij Saruiæ. [40] Ira Iethræus,Gareb Iethræus,[41] Vrias Hethæus,Zabad filius Oholi,[42] Adina filius Siza Rubenites princeps Rubenitarũ,& cum eo triginta. [43] Hanan filius Maacha, & Ioſaphat Mathanites, [44] Ozia Aſtharothites, Sẽma & Iahiel filij Hotham Aroritès, [45] Iehiel filius Zamri,& Ioha frater eius Thoſaites, [46] Eliel Mahumites, & Ieribai,& Ioſaia filij Elenam,& Iethma Moabites,Eliel & Obed,& Iaſiel de Maſobia.

Sequentes Dauid fugientem Saul, & qui venerunt ad eum in Hebron vbi conſtituerunt eum Regem. XII.

HI quoq; venerunt ad Dauid in Siceleg, cum adhuc fugeret Saul filium A
Cis, qui erant fortiſſimi & egregij pugnatores, [2] tendentes arcum, & vtráque manu fundis ſaxa iacientes,& dirigentes ſagittas. De fratribus Saul ex Beniamin.[3] Princeps Ahiezer & Ioas filij Samaa Gabaathites:& Iaſiel & Phallet filij Aſmoth:& Baracha & Iehu Anathotites.[4] Samaias quoque

c. Tres iſti fuerunt Abiſai filius Saruię, & ſub hoc Hai Vltires & Ionathan filius Samaa fratris Dauid. Hi tres irruperunt caſtra Philiſtinorum, & hauſerunt aquã de ciſterna Bechlehẽ quam vir flagellis eruditus ſemetipſum protinus cum periculo militum aquã deſideraſſe reprehẽdit, eámque domino fundens libauit. Angelo.2.Reg.23.

d. Iam dictum eſt quòd Abiſai fuit inter tres nominatiſſimus, quomodo ergo idem nunc dicitur de Banaia? Reſpondetur 9 tres fortes primi ordinis, ſimiliter tres fortes ſecundi ordinis, à diuerſis diuerſimode aſſignantur, prout 2. Regum lib. dicti eſt, vbi & huius ſolutio quæſtionis quæratur. ibi etiam requiratur quæſtionis ſolutio qua quæritur quo tempore accideritiſta hiſtoria de allatione aquæ de ciſterna Bethlehem, quã Beatus Gregorius dicit accidiſſe poſt adulterũ Dauid cum vxore Vriæ. Diony. ibid.

quoq; Gabaonites,fortiſſimus inter triginta & ſuper triginta:Ieremias,& Iehezíel,& Iohanan,& Iezabad Gaderothites,[7] & Eluſai,& Ierimuth,& Baalia,& Samaria,& Saphatia Haruphites.[8] Elcana,& Ieſia,& Azareel & Ioezer,& Ieſbaã de Careim,[9] Ioelà quoq; & Zabadia filij Ierohã de Gedor:[8] ſed & de Gaddi trãsfugerũt ad Dauid cũ lateret in deſerto,viri robuſtiſſimi & pugnatores optimi,tenentes clypeũ & haſtam. B
[a] Facies eorum quaſi facies leonis,& veloces quaſi capreæ in montibus. [9] Ezer princeps,Obdias ſecũdus,Eliab tertius,[10] Maſmana quartus,Ieremias quintus,[11] Ethi ſextus,Eliel ſeptimus,[12] Iohanan octauus,Elzebad nonus.[13] Ieremias decimus,Machbanai vndecimus.[14] Hi de filiis Gad principes exercitus. Nouiſſimus centum militibus præerat:&maximus mille.[15] Iſti ſunt qui tranſierunt Iordanẽ menſe primo quãdo inundare conſueuit ſuper ripas ſuas,[b] &omnes fugauerunt qui morabantur in vallibus C
ad orientalem plagam & occidentalem.[c] [16] Venerũt autem & de Beniamin & de Iuda ad præſidium in quo morabatur Dauid.[17] Egreſſúſq; eſt Dauid obuiam eis,& ait: Si pacificè veniſtis ad me,vt auxiliemini mihi,cor meum iungatur vobis. Si autẽ inſidiamini mihi pro aduerſariis meis, cum ego iniquitatem in manibus non habeam, videat deus patrum noſtrorũ,& iudicet.[18] Spiritus vero domini induit Amaſai principem inter triginta,& ait:Tui ſumus ô Dauid,& tecum,fili Iſai. Pax,pax tibi,& pax adiutoribus tuis. Te enim adiuuat deus tuus. Suſcepit ergo eos Dauid,& conſtituit
D principes turmæ.[19] Porrò de Manaſſe tranſfugerunt ad Dauid quando veniebat cum Philiſtiim vt aduerſus Saul pugnaret,& non dimicauit cum eis,† quia inito conſilio remiſerunt eum principes Philiſtinorum,dicẽtes:† Periculo capitis noſtri reuertetur ad dñm ſuum Saul.[20] Quando igitur reuerſus eſt in Siceleg,transfugerunt ad eum de Manaſſe,Ednas,& Iozabab,& Iediel, & Michael, & Ednas, & Iozabad, & Elihu, & Salathi,principes militum in Manaſſe. [d 21] Hi præbuerunt auxilium Dauid aduerſus latrũculos. Omnes enim erant viri fortiſſimi,& facti ſunt principes in exercitu.[22] Sed
E numerus quaſi exercitus dei.[23] Iſte quoque eſt numerus principum exercitus qui venerunt ad Dauid cum eſſet in Hebron, vt transferrẽt regnum Saul ad eum iuxta verbum domini.[24] Filij Iuda portantes clypeum & haſtam, ſex milia octingẽti expediti ad prælium.[25] De filiis Simeon virorum fortiſſimorum ad pugnandum, ſeptem milia centum.[26] De filiis Leui,quatuor milia ſexcenti.[e 27] Ioiada quoq; Princeps de ſtirpe Aaron,& cum eo tria milia ſeptingenti.[28] Sadoch etiam puer egregiæ indolis, & domus patris eius,[f] principes vigintiduo.[29] De filiis autem Beniamin fratribus Saul, tria milia. Magna enim pars eorũ adhuc ſequebatur domũ Saul. [30] Porrò de filiis E-
phraim,viginti milia octingenti, fortiſſimi robore, viri nominati in cognationibus F
ſuis.[31] Et ex dimidia tribu Manaſſe,decẽ &octo milia,ſinguli per nomina ſua venerũt vt conſtituerent Regem Dauid.[32] De filiis quoque Iſachar,viri eruditi,qui nouerant ſingula tempora ad præcipiendum quid facere deberet Iſrael,principes ducẽti. Omnis autem reliqua tribus,eorum cõſilium ſequebatur.[33] Porrò de Zabulon qui egrediebantur ad prælium,& ſtabant in acie inſtructi armis bellicis,quinquaginta milia, venerunt in auxilium,non in corde duplici.[34] Et de Nephthalim principes mille, & cum eis inſtructi clypeo & haſta,triginta & ſeptem milia.[35] De Dan etiam præparati ad prælium,vigintioćto milia ſexcenti.[36] Et de Aſer egrediẽtes ad pugnam & in acie
G prouocantes,quadraginta milia.[37] Trans Iordanem autem de filiis Rubẽ & de Gad, & dimidia parte tribus Manaſſe,inſtructi armis bellicis,cẽtum viginti milia.[g 38] Omnes iſti viri bellatores,expediti ad pugnandum corde perfecto, venerunt in Hebron, vt conſtituerent Regem Dauid ſuper vniuerſum Iſrael. Sed & omnes reliqui ex Iſrael vno corde erant,vt Rex fieret Dauid:[39] fuerúntq; ibi apud Dauid tribus diebus comedentes & bibentes. Præparauerant enim eis fratres ſui.[40] Sed & qui iuxta eos erant vſque Iſachar,& Zabulon,& Nephthalim,afferebant panes in aſinis,& camelis, & mulis,& bobus,ad veſcendum,farinam,palatas,vuam paſſam, vinum, oleum, boues,arietes ad omnem copiam. Gaudium quippe erat in Iſrael.

a. Hoc eſt, vultu audaces erant atque terribiles hoſtibus, per quod datur intelligi quòd interior diſpoſitio cordis eorũ relucebat in vultu vt Eccle. 19. d. Ex viſu cognoſceretur vir, & ab occulto facti cognoſcitur ſenſatus. Diony. ibid.

b. Hæc autem quæ de Gaditis hic dicuntur, videntur facta poſt mortẽ Saulis, cũ Dauid viuente Saule non inuenitur habuiſſe ſupra ſexcentos milites. Dionyſ. certè conuenienter ſe filijs Iuda venićto in auxilium Dauid, vel quia pariter habitabãt, vel ne Dauid de Iuda natus quid mali de Beniamitis ſuſpicaretur cõtribulibus Saulis. Nec ideò temerè Dauid ſibi timuerat ab illis ne in Saulis vltionẽ ad eum venirẽt. Idem.

d. Id eſt aduerſus Amalecitas, qui prædati fuerant vxores eius, & eorum qui cum eo erãt, vſq; dum heres cũ eo grandis numerus quaſi exercitus dei. Hieron. ibid.

e. Hunc Ioiadã quidam dicunt fuiſſe patrem Banaiæ, alij credunt ipſum fuiſſe Phinees, ad cuius comparationem Sadoch puer vocatur. Hiero.

f. Quod verò dicit princeps cũ eis venìſſe, ſtelligit ſacerdotes, vel ſaltẽ principes ſacerdotum. Idem.

g. Ecce geſta ſunt anno 7. regni eius in Hebrõ. Ex eo nãque tempore illũ regnaſſe dicunt in Hebron, ex quo deuictis Amalecitis, de ſpoliis eorũ miſit dona ſenioribus Iuda, his qui erant in Hebron, & his qui erant in Bethel, & reliquis qui erãt in his locis in quibus commoratus fuerat Dauid, ipſe & viri ſui. Inde mortuo Saule viri Iuda vocauerunt eum in Hebron vt regnaret ſuper eos. Hieron. ſuper. 2. Reg. 5. cap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Arca domini reducitur à Cariath-Iarim cum morte Oza in domum Obed Aedom. XIII.

A

INiit[a] autem consilium Dauid cum tribunis & cẽturionibus,& vniuersis principibus,[2] & ait ad omnem cœtum Israel:Si placet vobis,& à domino deo nostro egreditur sermo quem loquor, mittamus ad fratres nostros reliquos in vniuersas regiones Israel, & ad sacerdotes & Leuitas qui habitant in suburbanis vrbium,vt congregentur ad nos, [3] & reducamus arcam dei nostri ad nos.Non enim requisiuimus eã in diebus Saul. [4] Et respondit vniuersa multitudo vt ita fieret.Placuerat enim sermo omni populo. [5] Congregauit ergo Dauid cunctum Israel à[b] Sihor Ægypti vsq; dum ingrediaris Emath, †vt adduceret arcam dei de Cariat-Iarim. [6] Et ascendit Dauid & omnis vir Israel ad collem Cariat-Iarim, qui est in Iuda, vt afferret inde arcam domini dei sedentis super Cherubim,vbi inuocatum est nomẽ eius.[7] Imposuerúntq; arcam dei super plaustrum nouum de domo Abinadab. Oza autem & fratres eius minabant plaustrum. [8] Porrò Dauid & vniuersus Israel ludebant coram deo omni virtute in canticis ,& in citharis & psalteriis,& tympanis,& cymbalis,& tubis. †[9] Cum autẽ peruenissent ad aream [c] Chidon,tetendit Oza manum suam vt sustentaret arcam. bos quippe lasciuiens paululum inclinauerat eam.[10] Iratus est itaque dñs contra Ozam,& percussit eum,†eo quòd tetigisset arcam,& [d] mortuus est ibi coram domino. [11] Contristátúsq; est Dauid,eo quòd diuisisset dominus Ozam,vocauítque locum illum diuisio Ozæ,vsque in præsentem diem.[12] Et timuit deum tunc temporis, dicens: Quomodo possum ad me introducere arcam dei? [13] Et ob hanc causam non adduxit eam ad se, hoc est in ciuitatem Dauid : sed auertit in domum Obed Ædom Gethæi. [14] Mansit ergo arca dei in domo Obed Ædom tribus mensibus,& benedixit dominus domui eius,& omnibus quæ habebat.

a. Quamuis Dauid sapientissimus esset, & non inauxius propriæ prudẽtiæ quin cõsilium & auxilium ab inferioribus peteret,super agendis.Diony.

b. Sihor Aegypti fluuius est à Nilo deriuatus, vt in Ieremia: Quid tibi ad viã Aegyptiorũ bibas aquas Sihor? & in Iosue: de Sihor qui est super faciem Aegypti,vsque ad terminos Accaron.Hiero.ibid.

c. Vbi erat Iosue quãdo dictum est illi,Leua clypeum contra Hai.Ios.8.d.

d. Quia nec portauit arcã humeris suis, nec Caathitis dedit portandam iuxta iussum Aminadab.Hieron. Traditur eis iste locus esse vbi Iosue stabat quando dictum est ei: Leua clypeũ contra vrbem Hai.Idem.

Dauid acceptis lignis ab Hiram pro construenda domo,duo bella in Philistæos gessit. XIIII.

A

MIsit quoque[a] Hiram Rex Tyri nuntios ad Dauid,& ligna cedrina , & artifices parietum,lignorúmque, vt ædificarent ei domum. [2] Cognouítq; Dauid eo quòd cõfirmasset eum dominus in Regem super Israel,& sublimauerit regnum suum super populum eius Israel. [3] Accepit quoque Dauid alias vxores in Ierusalem,genuítq; filios & filias.†[4] Et hęc nomina eorum qui nati sunt in Ieruſalem:Sammua,&Sobah,Nathan,& Salomon,[5]Iebar, & Elisua,& Elpalet,[6]Noga quoq;,& Napheg,& Iaphie,[7]Elisama,& Baliada, & Eliphaleth.†[8] Audiẽtes autem Philistiim quòd vnctus esset Dauid in Regem super vniuersum Israel,ascenderũt omnes vt quærerẽt eum. Quod cum audisset Dauid,egressus est obuiam eis.[9] Porrò Philistiim venientes diffusi sunt in valle Raphaim. [10] Consuluítque Dauid dñm , dicens : Si ascendam ad Philistæos , & si trades eos in manu mea? Et dixit ei dñs: Ascende,& tradam eos in manu tua. [11] Cúmque illi ascendissent in Baal-pharasim,percussit eos ibi Dauid , & dixit : Diuisit deus inimicos meos per manum meam,sicut diuiduntur aquæ,& idcirco vocatum est nomen loci illius Baalpharasim,[12] dereliquerúntque ibi deos suos,quos Dauid iussit exuri.[13] Alia etiam vice Philistiim irruerunt,& diffusi sunt in valle.[14] Consuluítque rursum Dauid deum, & dixit ei deus:Non ascendas post eos:recede ab eis,& venies contra illos[b] ex aduerso pyrorum.[15] Cúmque audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum,tũc egredieris ad bellum.Egressus est enim deus ante te,vt percutiat castra Philistiim. [16] Fecit ergo Dauid sicut præceperat ei deus,& percussit castra Philistinorum deGabaon vsque Gazera. [17] Diuulgatúmque est nomen Dauid in vniuersis regionibus, & dominus dedit pauorem eius super omnes gentes.

a. Tyriorum gens condita à Phœnicibus fuit, qui terræmotu vexati, relicto patrio solo, Assyrium stagnũ primo,mox mari proximũ locus incoluere, condita ibi vrbe, quam à piscium vbertate Sidona appellauerũt. Nam piscem Sidonę Phœnices vocant. Post multos deinde annos à Rege Ascalonitarum expugnati,nautibus appulsi Tyrum vrbem ante annum Troianæ cladis condiderunt. Iustinus lib.18. Huius vrbis Hiram Rex erat Dauidi contẽporaneus, alter ab eo qui Salomonem iunit ad condẽdum templũ domini,quod 12 anno Regni illius posterioris Hiram coptum esse dicit Iosephus contra Appionem lib.1.

b. Traduntur Philistæos idolum habuisse, cui in lachrymis hominum sacrificium parabatur. Huic illi more suo lachrymis sacrificabãt. Ea ex causa ex aduerso Dauid venit, in quorũ capitibus is furor dñi fœuiebat, quidoad eos ventum est.Hiero.

Deducitur arca dei in Ierusalem cum triumpho & tripudio,irridente Michol filia Saulis. XV.

A

FEcit † quoque sibi domos in ciuitate Dauid,& ædificauit locũ arcæ dei, [a] tetenditq; ei tabernaculum. [2] Tunc dixit Dauid: Illicitum est vt à quocunq; portetur arca dei,nisi à Leuitis , quos elegit dominus ad portandũ eam,& ad ministrandum sibi vsque in æternum. [3] Congregauitque vniuersum Israel in Ierusalem,vt afferretur arca dei in locum suum quem præparauerat ei:[4]necnon & filios Aaron & Leuitas.[5] De filiis Caath Vriel princeps fuit, & fratres eius cẽtũ viginti.[6] De filiis Merari,Asaia princeps & fratres eius ducenti viginti.[7] De filiis Gersom, Ioel Princeps,& fratres eius centum triginta. [8] De filiis Elisaphan,Semaia princeps,& fratres eius ducẽti. [9] De filiis Hebron, Eliel princeps,& fratres eius octoginta. [10] De filiis Oziel, Aminadab princeps, & fratres eius centum duodecim.

B

[11] Vocauítq; Dauid Sadoch & Abiathar sacerdotes & Leuitas,[b] Vriel,Asaiam, Ioel, Semaiam,Eliel,& Aminadab,[12] & dixit ad eos: Vos qui estis principes familiarũ Leuiticarum,sanctificamini cum fratribus vestris,& afferte arcam domini dei Israel ad locum qui ei præparatus est,[13] ne vt à principio quia non eratis præsentes , pereussit nos dñs,sic & nunc fiat,illicitum quid nobis agentibus.†[14] Sanctificati sunt ergo sacerdotes & Leuitæ,vt portarent arcam domini dei Israel.†[15] Et tulerunt filij Leuĩ arcam dei,sicut præceperat Moyses,iuxta verbum dñi,humeris suis in vectibus. [16] Dixitq; Dauid principibus Leuitarum,vt constituerent de fratribus suis cantores in organis musicorum,[c]nablis videlicet,& lyris,& cymbalis,vt resonaret in excelsis sonitus lætitiæ. [17] Constituerúntq; Leuitas,Heman filium Ioel,& de fratribus eius Asaph filium Barachiæ.De filiis vero Merari,& fratribus eorum,Ethan filium Casaiæ,[18] & cum eis fratres eorum. In secundo ordine, Zachariam, & Ben,& Iaaziel,& Semiramoth,& Iehiel,& Ani,& Eliab,& Banaiam,& Maasiam,& Mathathiam, & Eliphalu,& Macenią,& Obed Ædom,& Iehiel ianitores.[19] Porrò cantores,Heman,Asaph, & Ethan,in cymbalis æneis cõcrepantes.[20] Zacharias autẽ,& Oziel,& Semiramoth, & Iahiel,& Ani,& Eliab,& Maasias,& Banaias,in[d] nablis arcana cantabant.[21] Porrò Mathathias,& Eliphalu,& Macenias,& Obed Ædom,& Iehiel,& Ozaziu in citharis pro octaua canebãt epinicion.[22] Chonenias autem princeps Leuitarum[e] prophetiæ præerat,ad præcinendam melodiam.Erat quippe valde sapiens.[23] Et Barachias & Elcana ianitores arcæ.[24] Porrò Sebenias,& Iosaphat,& Nathanael,& Amasai,& Zacharias,& Banaias,& Eliezer sacerdotes clangebant tubis coram arca dei : & Obed Ædom,&[f] Iehiia erãt ianitores arcæ.†[25] Igitur Dauid & omnes maiores natu Israel, & tribuni,ierunt ad deportandam arcam fœderis domini de domo Obed Ædom cũ lætitia. [26] Cúmq; adiuuasset deus Leuitas qui portabant arcam fœderis domini , immolabantur septem tauri,& septem arietes. [27] Porrò Dauid erat indutus stola byssina,& vniuersi Leuitæ qui portabant arcam fœderis,cantorésque & Chonenias princeps prophetiæ inter cantores.Dauid autem indutus erat etiam Ephod lineo.[28] Vniuersíq; Israel deducebant arcam fœderis domini in iubilo & sonitu buccinæ,& tubis,& cymbalis,& nablis,& citharis concrepantes. [29] Cúmq; peruenisset arca fœderis domini vsque ad ciuitatem Dauid,Michol filia Saul prospiciés per fenestram, vidit Regem Dauid saltantem,atque ludentem,& despexit eum in corde suo.

a. Aliud nouũ tabernaculũ fecit, quo illud ꝙ à Moyse factũ fuerat in eremo, coponeret.Hier.ibi. Porrò fecit Dauid tabernaculũ iuxtà domum suã ad reponendam arcam, & posuit in eo quasdam de veteribus coriũ.Comestor. Tabernaculum autem Moysi adhuc manũt in excelsũ Gabaon, vt infra.21.d.habetur.Dio.

b. Hi sex principes Leuitarum de genere Aaron, cæteris præfecti erant Leuitis eósque ad opera promouebant & dirigebant , super quos tamen erant sacerdotes,Hieronym.ibid.

c. Psalterĩ cithara est cănora chordis aptata, quæ cũ plectro percutitur. Nablum autẽ habeni duodecĩ sanos cum digitis cãtitur. Lyra demum pro tympho-nia accipitur,sed nunc pro musico sumitur instrumẽto,quod secundò quodam est ípecies citharæ.Diony.

d. Super Alamoth,instrumentũ est musicum,de quo in titulis psalmorum. 9. & 45.& supra dictum est.

e. Chonenias ppheticæ præerat ad præcinendam melodiam, quia ipse est spiritus propheticæ melodiæ & verba ad memoriã reuocabat. Hieronym.

f. Iehiia,aliàs, Iehiel, is est de cuius progenie fuit Asiel prophetes qui in diebꝰ Iosaphat ppheтauit. Hier.

Constituta arca in tabernaculo fœderis, constituuntur ministri,& coram arca confitentur domino. XVI.

A

ATtulerunt †igitur arcam dei , & constituerunt eam in medio tabernaculi quod tetenderat ei Dauid , & obtulerunt holocausta & pacifica coram deo. [2] Cúmque complesset Dauid offerens holocausta & pacifica , [a] benedixit populo in nomine domini , [3] & diuisit vniuersis per singulos à viro vsque ad mulierem , tortam panis , & partem assæ carnis bubalæ,& frixam oleo similam.[b][4] Constituítque coram arca domini de Leuitis qui mi-

a. Hoc est,bona imprecatꝰ est eis tanquam Rex & princeps eorum , feruidũq; amator, quãmis benedictio talis proprie spectet ad sacerdotes. Inde benedictio sacerdotis quãcunq; sit virtutis, ex hac & benedictione Iacob liquẽscit.Diony.

b. Postea verò Dauid cum ministeria domus domini ampliaret, ianitores & cantores instituit. di.21.cap.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nistrarent,& recordarentur operum eius,& glorificarent atque laudarent dominum deum Israel:[5] Asaph principem,& secundum eius Zachariam.Porrò Iahiel,& Semiramoth,& Iehiel,& Mathathiam,& Eliab,& Banaiã,& Obed Ædom, & Iehiel, super organa psalterij,& lyras. Asaph autẽ vt in cymbalis personaret.[6] Banaiã vero, & Iahaziel sacerdotes,canere tuba iugiter coram arca fœderis dñi.[7] In illo die fecit Dauid Principem ad confitendum domino, Asaph & fratres eius.†[c8] Confitemini dño, & inuocate nomen eius, notas facite in populis adinuentiones eius. [9] Cantate ei & psallite ei,& narrate omnia mirabilia eius.[10] Laudate nomẽ sanctum eius,lætetur cor quærentium dñm. [11] Quærite dñm, & virtutem eius: [d] quærite faciem eius semper. [12] Recordamini mirabilium eius quæ fecit, signorum illius, & iudiciorum oris eius. [13] Semẽ Israel serui eius,filij Iacob electi eius.[14] Ipse dñs deus noster,in vniuersa terra iudicia eius. [15] Recordamini in sempiternum pacti eius: sermonis quem præcepit in mille generationes.[16] Quem pepigit cum Abrahã,& iuramenti illius cum Isaac.[17] Et constituit illud Iacob in præceptum,& Israel in pactum sempiternum,dicens:[17] Tibi dabo terram Chanaan,funiculum hæreditatis vestræ.[19] Cũ essent pauci numero,parui,& coloni eius.[20] Et transierunt de gente in gentem,& de regno ad populum alterum.[21] Non dimisit quenquã calumniari eos,sed increpauit pro eis Reges. [22] Nolite [e]tangere Christos meos,& in prophetis meis nolite malignari.†[23] Cantate dño omnis terra,annunciate ex die in diẽ salutare eius.[24] Narrate in gẽtibus gloriam eius, & in cunctis populis mirabilia eius.[25] Quia magnus dñs & laudabilis nimis,& horribilis super omnes deos. [26] Omnes enim dij populorum,idola: dñs autem cœlos fecit. [27] Confessio & magnificentia coram eo,fortitudo & gaudium in loco eius.†[f] Afferte domino familiæ populorum,afferte domino gloriam & imperium: [29] date domino gloriã nomini eius.Leuate sacrificium,& venite in cõspectu eius,& adorate dñm in decore sancto.[30] Commoueatur à facie eius omnis terra, ipse enim fundauit orbẽ immobilem.†[31] Lætentur cœli,& exultet terra, & dicant in nationibus,dominus regnauit.[32] Tonet mare,& plenitudo eius:exultẽt agri,&omnia quę in eis sunt.[33] Tũc laudabunt ligna saltus coram domino,quia venit iudicare terram. [34] Cõfitemini domino quoniam bonus,quoniam in æternum misericordia eius.[35] Et dicite:Salua nos deus saluator noster,& congrega nos & erue de gentibus,vt cõfiteamur nomini sancto tuo,& exultemus in carminibus tuis.[36] Benedictus dñs deus Israel[g] ab æterno vsque in æternum,& dicat omnis populus Amen,& hymnum deo. [37] Dereliquit itaq; ibi corã arca fœderis domini, Asaph & fratres eius,vt ministrarent in conspectu arcę iugiter per singulos dies,& vices suas.[38] Porrò Obed Ædom & fratres eius sexagintaocto,& Obed Ædom filium Idithum,& Hoza,constituit ianitores.[39] Sadoch autẽ sacerdotem,& fratres eius sacerdotes,coram tabernaculo domini in excelso quod erat in[h] Gabaon:[40] vt offerrent holocausta domino super altare holocaustomatis iugiter mane & vespere,iuxta omnia quæ scripta sunt in lege dñi,quam pręcepit Israeli. [41] Et post eum,Heman,& Idithun,& reliquos electos,vnumquemque vocabulo suo ad confitendum domino,quoniam in æternũ misericordia eius. [42] Heman quoque & Idithun canentes tuba,& quatientes cymbala, & omnia musicorum organa ad canendum domino. Filios autem Idithun fecit esse portarios. [43] Reuersusque est omnis populus in domum suam,& Dauid,vt beneficeret etiam domui suæ.

c. Alleluia in hoc psalmo principium sumpsit: quod qui interpretantur gloria deo creatori omnium, verum dicunt. Ad omnes ẽm gentes imperat nuntiari gloriam eius,& enarrari omnia mirabilia ei⁹,quomodo ex virgine nat⁹, quomodo exẽplo & verbo docuit, quomodo virtutes exercuit,quomodo in cruce pẽdit, quomodo mortuus, sepultus,resurrexit, &c. Arnobius in Psal.104.

d. Per faciem dei, deum ipsum circumloquitur,vel dominam indicat custodiã ac protectionem erga homines: aut ipsum forsitsis vnigenitum dei filium Christum intelligit,qui incommutabilis est imago dei patris & characte substantiæ eius. Euthymius psal 104.

e. Tactum pro vexatione & injuria accipe, iuxta id qd legimus hic,Nolite tangere, &c. Qui enim fictos domini ictigerit, ficut quasi vexare cupiat pupillam oculi eius,& illũ nitatur clara luce priuare. Hieron super cap.2. Zachariæ.

f. Titulus psal.28. est,in cõsummatione tabernaculi. Consummatio autẽ tabernaculi, finis mundi est, in quo offerunt deo filij dei sanctos arietũ. Arnob. Psal.28.

g. Hoc est,ab æterno vsque in æternum: quia sine fine laudabitur ab eis,de quib⁹ dicitur: Beati qui habitant in domo tua domine,in secula seculorum laudabunt te. Prosper in Psal.105.

h. Hic Gabaon quidam locum quendam arbitrantur esse in Ierusalem, vbi à Dauid tabernaculũ fœderis, & arca testamenti domini collocata sunt. Hiero. ibid.

a. Hoc enim Nathan ex sp̃u, & non ex sermone domini dixit, prius enim interrogare deũ debuit. Hic ergo demonstratur quòd spiritus prophetiæ prophetarũ mentes nõ semper irradiat quia sicut de spiritu sancto scriptum est Ioan.3. Spiritus vbi vult spirat. Hinc est etiam quòd Filiscus cũ sentem mulierẽ cerneret, casumque nesciret, ad paceũ hanc prohibentẽ dixit: Dimitte eam,quia anima eius in amaritudine est,& dominus celauit me, & non indicauit mihi. Angelomus super 4. cap. 2. lib. Regum.

Prohibetur Dauid constructre templum domino per Nathan prophetam. XVII.

CVm†autem habitaret Dauid in domo sua, dixit ad Nathan prophetã: Ecce ego habito in domo cedrina, arca autẽ fœderis domini sub pellibus est. [2] Et ait Nathan ad Dauid:Omnia quæ in corde tuo sunt,fac: Dominus enim tecum est.[3] Igitur nocte illa factus est sermo domini ad Nathan,dicens: [4] Vade & loquere Dauid seruo meo:Hæc dicit dominus:†Nõ ædificabis tu mihi domum ad habitandũ.[5] Neque enim mansi in domo ex eo tẽpore quo eduxi Israel de terra Ægypti,vsque ad diem hanc,sed fui semper mutans

tans loca tabernaculi,& in tẽtorio [6] manens cum omni Israel. Nunquid locutus sum saltem vni iudicum Israel, quibus præceperam vt pascerent populum meum, & dixi: Quare non ædificasti mihi domũ cedrinã ? [7] Nunc itaq; sic loquẽris ad seruũ meum Dauid:Hæc dicit dominus exercituũ: Ego tuli te cum in pascuis sequereris gregem, vt esses dux populi mei Israel: [8] & fui tecum quocunq; perrexisti, & interfeci omnes inimicos tuos coram te, fecíq; tibi nomen quasi vnius magnorum qui celebrãtur in terra.[9] Et dedi locum populo meo Israel.Plantabitur,& habitabit in eo,& vltrà non cõmouebitur:nec filij iniquitatis atterẽt eos,sicut à principio [10] ex diebus quibus dedi iudices populo meo Israel,& humiliaui vniuersos inimicos tuos . Annuntio ergo tibi,quòd ædificaturus sit tibi dominus domum:[11] cúmq; impleueris dies tuos vt vadas ad patres tuos,suscitabo semen tuum post te, quod erit de filiis tuis , & stabiliam regnum eius.† [12] Ipse ædificabit mihi domum,& firmabo solium eius vsq; [b] in æternum.† [13] Ego ero ei in patrem,& ipse erit mihi in filium, & misericordiam meam nõ auferam ab eo,sicut abstuli ab eo qui ante te fuit. [14] Et statuam eum in domo mea,& in regno meo vsque in sempiternum:& thronus eius erit firmissimus in perpetuum. [15] Iuxta omnia verba hęc & iuxta vniuersam visionẽ istam sic locutus est Nathan ad Dauid. [16] Cúmq; venisset Rex Dauid,& sedisset coram domino,dixit:Quis ego sum domine deus,& quæ domus mea,vt præstares mihi talia? [17] Sed & hoc parum visum est in conspectu tuo:ideóque locutus es super domum serui tui etiam in futurum,& [c] fecisti me spectabilem super omnes homines. Domine deus meus, [18] quid vltrà addere potest Dauid,cum ita glorificaueris seruũ tuum,& cognoueris eum? [19] Domine propter famulum tuum iuxta cor tuum fecisti omnẽ magnificentiã hãc, & nota esse voluisti vniuersa magnalia. [20] Domine non est similis tui , & non est alius deus absq; te,ex omnibus quos audiuimus auribꝰ nostris. [21] Quis enim est alius vt populus tuus Israel , gens vna in terra ad quam perrexit deus vt liberaret, & faceret populum sibi, & magnitudine sua atque terroribus eiiceret nationes à facie eius quem de Ægypto liberarat? [22] Et posuisti populum tuum Israel tibi in populum vsq; in æternum: & tu domine factus es deus eius. [23] Nunc igitur domine, sermo quem locutus es famulo tuo , & super domum eius, confirmetur in perpetuum,& fac sicut locutus es:[24] permaneátq; & magnificetur nomen tuum vsque in sempiternum,& dicatur,Dominus exercituum deus Israel,& domus Dauid serui eius permanens coram eo.[25] Tu enim domine deus meus [d] reuelasti auriculam serui tui,vt ædificares ei domum, & idcirco inuenit seruus tuus fiduciam vt oret coram te.[26] Nunc ergo domine,tu es deus,& locutus es ad seruum tuum tanta beneficia,[27] & cœpisti benedicere domui serui tui,vt sit semper coram te.Te enim domine benedicente,benedicta erit in perpetuum.

b. Sed hæc vt Iudæi nõ intelligerent, illa fuit causa, quòd Salomõ filius Dauid deo templum ædificauit,& ciuitatem, quam de suo nomine Ierosolymam nuncupauit. Itaque ad ipsum quæ dicta sunt à prophetes, recte referũtur. Lactan. lib. 4. cap. 13.

c. Nam & hoc est speciale donum dei,scire beneficia eius: similiter futura præsciendi propter quod loquitur Paulus: Non spiritũ huius mũdi accepimus:sed spiritum qui ex deo est, vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Dion. in 2. Re. 7

d. Hoc est,auribꝰ meis per Nathan prophetam denunciasti voluntatem tuam super domo ædificanda. Dionysius.

Prælia Dauid & tributa in gentes,atque officiarij eius. XVIII.

FActum † est autem post hæc vt percuteret Dauid Philisthiim,& humiliaret eos, & tolleret Geth & [a] filias eius de manu Philisthiim: [2] percutérétq; Moab,& fierent Moabitæ serui Dauid,offerẽtes ei munera.[3] Eo tempore percussit Dauid etiam Hadarezer Regem Soba regionis Hemath , quando perrexit vt dilataret imperium suum vsque ad flumen Euphraten. [4] Cepit ergo Dauid mille quadrigas eius,& septem milia equitum,ac viginti milia virorum peditum.Subneruauítque omnes equos curruum,exceptis centum quadrigis quas reseruauit sibi. [5] Superuenit autẽ & Syrus Damascenus, vt auxilium prębęret Hadarezer Regi Soba.Sed & huius percussit Dauid vigintiduo milia virorũ. [6] Et posuit milites in Damasco,vt Syria quoq; seruiret sibi,& offerret munera.Adiuuítq; dominus eum in cũctis ad quæ prexerat.[7] Tulit quoq; Dauid pharetras aureas quas habuerant serui Hadarezer , & attulit eas in Ierusalem: [8] necnon de Thebath & Chun vrbibus Hadarezer æris plurimũ,de quo fecit Salomõ mare ęneũ, & colũnas,& vasa ænea.[9] Quod cũ audisset Thohu Rex [b] Hemath,percussisse vide-

a. In lib.2.Reg.8. dicitur: Et tulit Dauid frenum tributi de manu Philisthiim ,qđ idem est dicere, tulit Geth metropolim & filias eius, reliquas videlicet ciuitates Philisthiim. Frenũ autem ex hoc quinque ciuitates Philisthinorũ erãt quæ sepius Israel sibi tributarias faciebãt, quas eis tulit Dauid , & fecit sibi tributarias. Angelomus.

b. Hemath dici putat Hieronymus eam partẽ Syriæ quæ Ciliciam attingit,quæ Antiochia illa magna dicitur , in quarta parte Syriæ quæ Rohob dicitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

licet Dauid omnẽ exercitum Hadaræzer Regis Soba, [10] misit Hadoram filium suũ ad Regem Dauid, vt postularet ab eo pacem, & cõgratularetur ei, eo quòd percussisset & expugnasset Hadarezer. Aduersarius quippe erat [c] Thohu Hadaræzer. [11] Sed & omnia vasa aurea & argẽtea & ęnea cõsecrauit Dauid Rex domino, cũ argẽto & auro quod tulerat ex vniuersis gentibus, tã de Idumæa, & Moab, & filiis Ammõ, quàm de Philisthiim & Amalec. [12] Abisai verò filius Saruiæ percussit Ædom in valle Salinarum, [d] decem & octo milia, [13] & cõstituit in Ædom præsidium, vt seruiret Idumęa Dauid. Saluauitque dominus Dauid in cunctis ad quæ perrexerat. [14] Regnauit ergo Dauid super vniuersum Israel, & faciebat iudiciũ atq; iustitiam cuncto populo suo. [15] Porrò Ioab filius Saruiæ erat super exercitũ, & Iosaphat filius Ahilud à [e] commentariis. [16] Sadoch autẽ filius Achitob, & Abimælech filius Abiathar, sacerdotes, & Susa scriba. [17] Banaias quoque filius Ioiadæ super legiones Cherethi & Phelethi. Porrò [f] filij Dauid primi ad manum Regis.

c. Thohu interpretatur error eorum, quia filium suũ dolo ad Dauid mittebat, vnde circo nominis immutato facta est Hieron. ibid.

d. Multi errore decepti duodecim milia habent, eo q; in Psal. scribtum duodecim milia, sed illic duodecim milia Ioab occidisse perhibet: hic decẽ & octo milia Abisai: & propter regalis nominis dignitatem, Dauid victoria adscribit. Hieronym.

e. Commentatores, qui adnotatis rebus & causis, eas Regi ad memoriã referebant. idem.

f. Filij Dauid erant ad officia regia, quæ tria erãt. Primum vt esset super omnes maiores regni, qui Regi assistebant. Secundum super Sanedrim, quod erat collegiũ sacerdotum & doctoritle. iis. Tertiũ, vt domus Regis debitè regeretur. Io. Annius super Philonem.

Hanon Ammonita seruis Dauid contumelia affectis à Dauide inuaditur, & cum auxiliaribus suis vincitur. X I X.

[A] [1] Accidit † autem, vt moreretur [a] Nahas Rex filiorum Ammon, & regnaret Hanon filius eius pro eo. [2] Dixítque Dauid: Faciam misericordiam cum Hanon filio Nahas. Præstitit enim mihi pater eius gratiam. Misítque Dauid nuntios ad consolandum eum super morte patris sui. Qui cum peruenissent in terram filiorum Ammon vt consolarentur Hanon, [3] dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon: Tu forsitan putas quòd Dauid honoris causa in patrem tuum miserit qui consolarentur te: nec animaduertis quòd vt explorent & inuestigent & scrutentur terram tuam, venerint ad te serui eius? [4] Igitur Hanon pueros Dauid [b] decaluauit & rasit: & præcidit tunicas eorum à natibus vsque ad pedes, & dimisit eos. [5] Qui cum abissent, & hoc mandassent Dauid, misit in occursum eorũ, (Grandem enim contumeliã sustinuerunt) & præcepit vt manerẽt in Iericho, donec crescceret barba & capilli eorum, & tunc reuerterentur. [c 6] Vidẽtes autẽ filij Ammon quòd iniuriam fecissent Dauid tam Hanon quàm reliquus populus, miserunt mille talenta argenti, vt conducerent sibi de Mesopotamia & de Syria Maacha, & de Soba currus & equites. [7] Conduxerúntque triginta duo milia curruum, & regem Maacha cũ populo eius. Qui cum venissent, castrametati sunt è regione Medaba. Filij quoque Ammon congregati de vrbibus suis, venerunt ad bellum. [8] Quod cum audisset Dauid, misit Ioab, & omnem exercitum virorum fortium. [9] Egressíque filij Ammon direxerunt aciem iuxta portam ciuitatis. Reges autem qui ad auxilium eius venerant, seperatim in agro steterunt. [10] Igitur Ioab intelligens bellum ex aduerso & post tergum contra se fieri, elegit viros fortissimos de vniuerso Israel, & perrexit contra Syrum: [11] reliquam autem partem populi dedit sub manu Abisai fratris sui, & perrexerunt contra filios Ammõ. [12] Dixítque: Si vicerit me Syrus, auxilio eris mihi, si autem superauerint te filij Ammon, ero tibi in præsidium. [13] Confortare, & [d] agamus viriliter pro populo nostro, & pro vrbibus dei nostri. Dominus autem quod in cõspectu suo bonum est, faciat. [14] Perrexit ergo Ioab & populus qui cum eo erat, cõtra Syrum ad prælium, & fugauit eos. [15] Porrò filij Ammon videntes quòd fugissent Syrus, ipsi quoq; fugerunt Abisai fratrem eius: & ingressi sunt ciuitatem. Reuersúsq; est etiam Ioab in Ierusalem. [16] Videns autem Syrus quòd cecidissent corã Israel, misit nuntios, & adduxit Syrum qui erat trans fluuium. Sophach autem princeps militiæ Hadaræzer erat dux eorum. [17] Quod cum annuntiatum esset Dauid, congregauit vniuersum Israel, & transiuit Iordanem: irruítq; in eos, & direxit ex aduerso aciem, illis contra pugnantibus. [18] Fugit autem Syrus Israel, & interfecit Dauid de Syris septem milia curruum, & quadraginta millia peditum, & [e] Sophach exercitus principem. [19] Videntes autem serui Hadaræzer se ab Israel esse superatos, transfugerunt ad Dauid, & seruierunt ei, noluítque vltrà Syria auxilium præbere filiis Ammon.

a. Hanon filius Nahas.

b. Vade colligitur eos decaluatos fuisse, & barbas rasas eos habuisse, & vestimẽta ante & retro præcisa. Hieronymus.

c. Nouerant enim Dauid Regem esse bellicosum, & tantam iniuriam zelo iustitiæ vindicaturum: nec volebant ei illi humiliare, & recognoscere culpã, ac petere veniam: sed auxerunt contemptum in deũ Israel, & in Dauid der vicarium. Dionys. 1. Reg. 10.

d. Insinuauit Ioab victoriã à diuina dependere prouidentia, arq; in deo principaliter in prælijs esse spẽrandum, quem admodũ Salomõ ait: Equus paratur ad diem belli, dominus autem salutem tribuet. Bellatores tamẽ tenentur viribus suis vti, & facere quisque quod in se est. Dionys. vbi supra.

e. Sophac vel Sophach princeps militiæ Syriæ, in libro Regũ dicit Sobach. Hier.

Dauid contra Ammon & Philisthæos. X X.

[1 Reg. 11. A] [A] [1] Factum † est autem post anni circulum, eo tempore quo solent [a] Reges ad bella procedere, congregauit Ioab exercitum, & robur militiæ: & vastauit terram filiorum Ammon. Perrexítq; & obsedit Rabba. Porrò Dauid manebat in Ierusalem quando Ioab percussit Rabba, & destruxit eã. [1 Reg. 12. B] [B] † [2] Tulit autẽ Dauid coronam [b] Melchom de capite eius, & inuenit in ea auri põdo talẽtum, & preciosissimas gemmas, fecítque sibi inde diadema. Manubias quoq; vrbis plurimas tulit. [3] Populum autem qui erat in ea, eduxit: & fecit super eos tribulas & trahas & ferrata carpenta transire, ita vt dissecarentur, & contererentur. Sic fecit Dauid cunctis vrbibus filiorũ Ammon, & reuersus est cum omni populo suo in Ierusalem. [1 Reg. 13. C] [C] † [4] Post hæc initum est bellum in Gazer aduersum Philisthæos, in quo percussit Sobbochai Husathites Saphai de genere Raphaim, & humiliauit eos. [5] Aliud quoque bellum gestum est aduersus Philisthæos, in quo percussit Adeodatus filius Saltus Bethlehemites fratrem Goliath Gethæi: cuius hastæ lignum erat quasi liciatorium texentium. [6] Sed & aliud bellum accidit in Geth, in quo fuit homo lõgissimus, [D] senos habens digitos, id est simul vigintiquatuor: qui & ipse de Raphaim fuerat stirpe generatus. Hic blasphemauit Israel, & percussit eum [c] Ionatham filius Samaa fratris Dauid. Hi sunt filij Raphaim in Geth, qui ceciderunt in manu Dauid, & seruorum eius.

a. Hi reges possunt intelligi qui præcedente anno á Ioab & fratre suo victi fuerant, & tunc rursum contra Dauid procedebant: Rex Ammon, Rex Rohob, Itob & Soba, & Maacha Reges Syriæ conducti mercede á Rege Moab, vt pugnarent contra Dauid.

b. Melchom idolũ Ammonitarũ, de quo etiã in 2. lib. Regum, & in Sophonia. Et interpretatur Rex eorum. De simulachro enim illius idoli tulit Dauid diadema. Illicitum autẽ erat Iudæis de idolis aliquid apperere auri vel argenti per legem: sed vsipũ trahunt. Ethai Gethæus qui de gẽre Philisthinorum ad Dauid venerat, ipse diadema diripuit de capite Melchom, vt liceret Hebræo de manu hominis capere, quod de capite idoli non licebat. Hier. ibid.

c. Qui & Nathã propheta, q duos fratres habuit, Ioel & Ionadab.

Dauid populum numerando deum offendens, percutitur peste, donec deum placaret oratione, & altare erigeret in area Ornan Iebusæi. X X I.

[1 Reg. 11. A] [A] [1] Consurrexit † autẽ [a] Satan contra Israel, & incitauit Dauid vt numeraret Israel. [2] Dixítq; Dauid ad Ioab, & ad principes populi: Ire & numerate Israel à Bersabee vsq; Dan, & afferte mihi numerũ, vt sciam. [3] Respondítq; Ioab: Augeat dominus populũ suum cẽtuplum quàm sunt. Nónne domine mi Rex, omnes serui tui sunt? † Quare hoc quærit dominus meus, quod in peccatũ reputetur Israeli? [4] Sed sermo Regis magis præualuit. Egressúsq; est Ioab & circuiuit vniuersum Israel, & reuersus est Ierusalẽ, [5] deditque Dauid numerũ eorũ quos circuierat, & inuẽtus est omnis numerus Israel mille milia & centum milia virorũ educentium gladium, de Iuda autẽ quadringenta septuaginta milia bellatorũ. [6] Nam Leui & Beniamin non numerauit, eo quòd Ioab inuitus exequeretur Regis imperium. [7] Displicuit autẽ deo quod iussum erat, & percussit Israel. [8] Dixítque Dauid ad deum: [b] Peccaui nimis, vt hoc facerem. Obsecro aufer iniquitatem serui tui, quia insipienter egi. [9] Et locutus est dominus ad Gad videntem Dauid, dicens: [10] Vade, & loquere ad Dauid, & dic ei: Hæc dicit dominus: Trium tibi optionem do, vnum quod volueris elige, vt faciam tibi. Cúmque venisset Gad ad Dauid, dixit ei: Hæc dicit dominus: Elige quod volueris: aut tribus annis pestilentiã, aut tribus mensibus te fugere hostes tuos, & gladium eorũ non posse euadere: [11] aut tribus diebus gladium domini & mortem versari in terra, & angelum domini interficere in vniuersis finibus Israel. Nunc igitur vide quid respondeam ei qui misit me. [12] Et dixit Dauid ad Gad: Ex omni parte me angustiæ premunt. Sed melius mihi est vt incidam in manus domini, quia multæ sunt miserationes eius, quàm in manus hominum. [c 14] † Misit ergo dominus pestilentiã in Israel, & ceciderũt de Israel septuaginta milia virorum. [15] Misit quoq; angelum in Ierusalem vt percuteret eam. Cúmq; percuteretur, vidit dominus, & misertus est super magnitudine mali, & [d] imperauit angelo qui percutiebat: Sufficit iã, cesset manus tua. Porrò angelus domini stabat iuxta areã Ornan Iebusæi: [16] leuánsq; Dauid oculos suos, vidit angelũ domini stantẽ inter cœlum & terram, & euaginatum gladium in manu eius, & versum contra Ierusalem: & ceciderunt tam ipse quàm maiores natu vestiti ciliciis, proni in terrã. [17] Dixítq; Dauid ad deum: [e] Nónne ego sum qui iussi vt numeraretur populus? Ego qui peccaui, ego qui malum feci. Iste grex quid commeruit? Domine deus meus vertatur obsecro

a. Satan contra Israel.

b. Peccaui nimis, vt hoc facerem. Obsecro aufer iniquitatem serui tui, quia insipienter egi. Vide fide Dauid precibus conuenire. Offenderat dominũ, quia numerari iusserat populum Confessione præmunit dei nanctum, peccasse se valde, & amisse stulte fecisse commemorans: non quasi admoneret oblitum, sed quasi vrgeret morantẽ, ne diutius commoretur in differre offensæ. Peccaui, inquit, valde quoniam hoc verbum feci, &c. Ambros. in Psal 37.

c. Cur vindictam populus Dauid peccante suscepit? quia videlicet secundum merita plebis disponuntur corda rectorum. Iustus vero iudex peccantis vitium ex ipsorum animadversione corripuit, ex quarũ causa peccant. Euchet. 1. Reg. 14.

d. Vide autem quis quãdo vult dominũ ignoscere, date gratiam & fiduciam deprecandi. Et vidit Dauid ferientem angelũ, & dixit: Ego sum qui peccaui, & ego pastor male fecit: & tibi in hoc grege quid fecerunt? Ambros. in Psal 37.

e. Sed quia ipse voluntate sua superbiens á culpa alienus non fuit, vindictã culpæ etiam ipse suscepit. Nãra faciens quæ corporaliter populum percutit, rectorem quoque populi intimo cordis dolore prostrauit. Certum vero est quòd ira sibi inuicem & rectorũ merita cõnectantur, & plebis, vt sæpe ex culpa pastorum deterior fiat culpa plebis: & sæpe ex merito plebis mutetur vita pastorum. Euchet. 1. Reg. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

manus tua in me,& in domũ patris mei,populus autem tuus non percutiatur. [18] Angelus autem domini præcepit Gad,vt diceret Dauid vt aſcenderet,extruerétq; altare domino deo in area Ornan Iebuſæi.[19] Aſcendit ergo Dauid iuxta ſermonẽ Gad,quẽ locutus ei fuerat ex nomine domini.[20] Porrò Ornan cũ ſuſpexiſſet, & vidiſſet angelum,quatuórq; filij eius cum eo,abſcõderunt ſe.Nam eo tempore terebat in area triticum. [21] Igitur cum veniret Dauid ad Ornan, conſpexit eum Ornan : & proceſſit ei obuiam de area, & adorauit eum pronus in terram.[22] Dixítq; ei Dauid:Da mihi locum areæ tuæ,vt ædificem in ea altare domino,ita vt quãtum valet argenti accipias, & ceſſet plaga à populo. [23] Dixit autem [f] Ornan ad Dauid : Tolle, & faciat dominus [D] meus Rex quodcunq; ei placet.Sed & boues do in holocauſtum,& tribulas in ligna, & triticũ in ſacrificium,omnia libens præbebo. [24] Dixítq; ei Rex Dauid:Nequaquã ita fiet,ſed argentum dabo quantum valet.Neq; enim tibi auferre debeo,& ſic offerre domino holocauſta gratuita.[25] Dedit ergo Dauid Ornã pro loco ſiclos auri iuſtiſſimi ponderis ſexcentos, [26] & ædificauit ibi [g] altare domino,obtulítq; holocauſta & pacifica,& inuocauit deũ, & exaudiuit eum in igne de cœlo ſuper altare holocauſti. [27] Præcepítq; dominus angelo, & conuertit gladium ſuum in vaginam. [28] Protinus ergo Dauid videns quòd exaudiſſet eum dominus in area Ornan Iebuſæi,immolauit ibi victimas.[29] Tabernaculum autem domini quod fecerat Moyſes in deſerto,& altare holocauſtorum ea tempeſtate erat in excelſo Gabaon,[30] & nõ præualuit Dauid ire ad altare,vt ibi obſecraret deum.Nimio enim fuerat timore perterritus,videns gladium angeli domini.

f Ornan, qui apud Ioſephũ Orphan, & libr. 2. Reg. 24. Areuna dicitur, mons eſt Moria,vt dicunt Hebræi, in quo Abrahã voluit immolare filium ſuũ, loco cuiꝰ arietem immolauit. Come ſtor.

g Ea tẽpeſtate tabernaculũ & altare quod fecerat Moyſes in deſerto, erant in excelſo Gabaon, licet arca eſſet in Ieruſalẽ. Com. ibid.

Materia ad conſtructionem templi quæritur, quod iniunxit Dauid Salomoni, principes hortando in adiutorium eius. XXII.

a. Dauid autẽ cũ animaduerteſſet ſe exaudiũ, & gratũ fuiſſe ſacrificiũ, decreuit totũ illũ locũ altaree xiſtere populi appellare, & deo cẽſẽ ibi exædificare: quam eius vocem deus in futurum ratam eſſe voluit. Moyſ enim prophetã ad eũ miſſo, illic templũ extruendum prædixit a filio, quem regni ſucceſſorem eſſe referuntur. Ioſep. Anti. Iudaic. lib. 7. cap. 13.

[A] DIxítque [a] Dauid:Hæc eſt domus dei,& hoc altare in Holocauſtum Iſrael. [2] Et præcepit vt cõgregarentur omnes proſelyti de terra Iſrael, & conſtituit ex eis latomos ad cędendos lapides & poliendos,vt ædificaretur domus dei.[3] Ferrum quoq; plurimum ad clauos ianuarum,& cõmiſſuras atque iuncturas præparauit Dauid, & ęris pondus innumerabile.[4] Ligna quoq; cedrina non poterant æſtimari , quæ Sidonij & Tyrij deportauerant ad Dauid.[5] Et dixit Dauid:Salomõ filius meus puer paruulus eſt,& delicatus:domus autem quam ædificare volo domino , talis eſſe debet , vt in cunctis regionibus nominetur.Præparabo ergo ei neceſſaria . Et ob hãc cauſam ante mortem ſuam omnes præparauit impenſas.[6] Vocauítq; Salomonem filium ſuum,& præcepit ei vt ædificaret domum domino deo Iſrael.[7] Dixítq; Dauid ad Salomonẽ:† Fili mi,voluntatis meæ fuit,vt ædificarem domũ nomini domini dei mei, [8] ſed factus eſt ſermo domini ad me,dicens:Multum ſanguinem effudiſti,& plurima bella bellaſti,nõ poteris ædificare domũ nomini meo,tanto effuſo ſanguine coram me.[b 9] Filius qui naſcetur tibi,erit vir quietiſſimus.Faciam enim eum requieſcere ab omnibus inimicis ſuis per circuitum:& ob hanc cauſam pacificus vocabitur:& pacem & ocium dabo in Iſrael cunctis diebus eius.† [10] Ipſe ędificabit domum nomini meo,& ipſe erit mihi in filiũ, & ego ero illi in patrẽ,firmabóq; ſolium regni eius ſuper Iſrael in æternum. [11] Nunc ergo fili mi,ſit dominus tecum,& proſperare,& ędifica domum domino deo tuo,ſicut locutus eſt de te.[12] Détq; tibi dominus prudentiam & ſenſum,vt regere poſſis Iſrael,& cuſtodire legem domini dei tui.[13] Tunc enim proficere poteris, ſi cuſtodieris mãdata & iudicia quæ præcepit dominus Moyſi vt doceret Iſrael.Cõfortare,& viriliter age:ne timeas,neque paueas. [14] Ecce ego in paupertate mea præparaui impenſas domus domini,auri [c] talẽta centum milia,& argenti mille milia talentorum, æris vero & ferri nõ eſt pondus:vincitur enim numerus magnitudine.Ligna & lapides præparaui ad vniuerſa impendia. [15] Habes quoq; plurimos artifices, latomos,& cementarios,artificéſq; lignorum,& omniũ artium ad faciendũ opus prudẽtiſſimos,[16] in auro & argẽto,& ęre,& ferro,cuius nõ eſt numerus.Surge igitur & fac,& erit dominus

b. Hanc tam grãdẽ promiſſionem qui putat in Salomone cõpletã, multũ errat. Attendit enim quod dictũ eſt, Hic ędificabit mihi domum, quomã Salomon templum illud nobile ſtruxit: & nõ attendit fidelis erit domus eius, & regnum eius in æternum coram me. Euche.

c. Talenta ſexcẽtiens ędificandis eſſe põderis dicitur Minimum, libratum. 100. mediũ, libratũ. 150. ſummum, libratum. 1200. Beda ſuper. 1. lib. Eſd. ca. 2.

tecum.[17] Præcepit quoq; Dauid cunctis principibus Iſrael, vt adiuuarent Salomonẽ filium ſuum:[18] cernitis,inquiens,quòd dominus deus veſter vobiſcum ſit, & dederit vobis requiem per circuitum,& tradiderit omnes inimicos veſtros in manus veſtras, & ſubiecta ſit terra coram domino,& coram populo eius.[19] Præbete igitur corda veſtra & animas veſtras vt [d] quæratis dominum deum veſtrum:& conſurgite & ædificate ſanctuarium domino deo,vt introducatur arca fœderis domini,& vaſa domino conſecrata in domum quæ ædificatur nomini domini.

d. Quærentibus deũ, omnia elementa miniſtrant, Chryſo. ſuper 2. cap. Matt.

Dauid ſenex Salomone Rege deſignato, Leuitas & eorum officia ſtatuit. XXIII.

[A] IGitur Dauid ſenex & [e] plenus dierum, Regem cõſtituit Salomonem filium ſuum ſuper Iſrael. [2] Et congregauit omnes principes Iſrael, & ſacerdotes, atq; Leuitas. [3] Numeratiq; ſunt Leuitæ à viginti annis & ſupra,& inuenta ſunt triginta octo milia virorum.[4] Ex his electi ſunt [B] & diſtributi in miniſteriũ domus domini vigintiquatuor milia, præpoſitorũ autem & Iudicum ſex milia.[5] Porrò quatuor milia ianitores, & totidẽ pſalmæ canentes domino in organis quæ fecerat ad canendum:[6] & † diſtribuit eos Dauid per vices filiorum Leui,Gerſon videlicet,& Caath,& Merari.[7] Filij Gerſon, Leedan & Semei.[8] Filij Leedã,principes Iehiel,& Zethan,& Ioel,tres.[9] Filij Semei,Salomith & Hoziel,& Haran,tres.Iſti principes familiarũ Leedã.[10] Porrò filij Semei,Ieeth,& Zina,& Iaus,& Baria iſti filij Semei quatuor.[11] Erat autẽ Ieeth prior,Zina ſecundus. Porrò Iaus & Baria non habuerunt plurimos filios,& idcirco in vna familia vnáque domo cõputati ſunt.[12] Filij Caath, Amrã,& Iſaar,Hebrõ,& Oziel,quatuor. †[13] Filij Amram, Aaron,& Moyſes. Separatúſque eſt Aaron vt miniſtraret in ſancto ſanctorum,ipſe & filij eius in ſempiternum,& adoleret incenſum domino ſecũdum ritum ſuum,ac beneficeret nomini eius in perpetuum.[14] Moyſi quoq; hominis dei filij annumerati ſunt in tribu Leui.[15] Filij Moyſi,Gerſon,& Eliezer.[16] Filij Gerſon,[b] Subuel primus.†[17] Fuerunt autẽ filij Eliezer,Rohobia primus:& non erant Eliezer filij alij. Porrò filij Rohobia multiplicati ſunt nimis.[18] Filij Iſaar,Salomith primus.[19] Filij Hebron,Ieriahu primus,Amarias ſecũdus,Iahaziel tertius, Iecmaan quartus. [20] Filij Oziel,Micha primus,Ieſia ſecũdus.[21] Filij Merari,Moholi,& Muſi.Filij Moholi, Eleazar,& Cis.[22] Mortuus eſt autem Eleazar,& non habuit filios,ſed filias: acceperúntq; eas filij Cis fratres earũ.[23] Filij Muſi,Moholi,& Eder,& Ierimoth,tres. [24] Hi filij Leui in cognationibus & familiis ſuis:principes per vices, & numerum capitum ſingulorum,qui faciebant opera miniſterij domus domini,[c] à viginti annis & ſupra.[25] Dixit enim Dauid: Requiem dedit dominus deus Iſrael populo ſuo , & habitationẽ Ieruſalem vſq; in æternum: [26] nec erit officij Leuitarum vt vltrà portent tabernaculũ, & omnia vaſa eius ad miniſtrandum.[27] Iuxta præcepta quoq; Dauid nouiſſima,ſup- [D] putabitur numerus filiorum Leui à viginti annis & ſupra:[28] & erunt ſub manu filiorum Aaron in cultũ domus domini, in veſtibulis & in exedris & in loco purificationis & in ſanctuario,& in vniuerſis operibus miniſterij templi domini.[29] Sacerdotes autem ſuper panes propoſitionis,& ad ſimilæ ſacrificium,ad lagana & azyma,& ſartaginem,& ad feruentem ſimilam,& ad torrẽdum,& ſuper omne pondus arq; menſuram.[30] Leuitæ vero vt ſtent mane ad confitendum & canendum domino : ſimilitérq; ad veſperam, [31] tam in oblatione holocauſtorum domini , quàm in ſabbatis, & calendis & ſolennitatibus, reliquis iuxta numerũ & cæremorias vniuſcuiuſq; rei, iugiter coram domino,[32] & cuſtodiãt obſeruationes tabernaculi fœderis,& ritum ſanctuarij,& obſeruationem filiorum Aaron fratrum ſuorum,vt miniſtrẽt in domo domini.

e. Plenus dierũ Latinè depoſitus vel decrepitus appellatur. Inde ſenectus non dicitur vltima ætas, ſed dierum plenitudo. Vnde licet Dauid 70. annorũ tantummodo eſſet, quam vltimam hominis dixit eſſe ætatem, vlterius vero decrepitum, verum quia quotidianis fractus curis & laboribus citiꝰ peruenit ad decrepitus, & dierum plenitudinem: inde in 70. anno dicitur plenꝰ dierũ. Euch.

b. Subuel vel Sebuel fuiſſe ferũt qui in Iudic. lib. cap. 18. g. Ionathan dicitur, filius Gerſon filij Moyſi, qui fuit ſacerdos in tribu Dan: de quo ibidem ſcribitur. & ipſe & filij eius fuerunt ſacerdotes in tribu Dan vſque ad diẽ captiuitatis ſuę. Hierony. ibidem.

c. Quandiu tabernaculum domini de loco ad locum mutabatur, principes à 30. annis eligebantur: poſtquã vero templum domini ædificatũ eſt, à 30. annis. Hier.

Eleazar & Ithamar, familiæ & vices eorum. XXIIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a. Cū Dauid Salomoni omnia quæ ad impensas dom⁹ domini pertinebāt, præparasset, auri decem milia talenta, argenti vero centum milia, ferri autē & æris supra numerū, lapidū quoq; & lignorum maximā copiā, Leuitas etiā diuisit in tres ordines, in Aaronitas, Moseitas, & Leuitas. Aaronitas quoque diuisit per generationes, & inuenit de Eleazar.16. & de Ithamar. 8. Et elegit ex vtraq; eos vnum pontificem, præcipiens vt singuli ministrarent à sabbato in Sabbatum: Sadoch tamen & Abiathar præessent vniuersis, &c. Comestor. cap. 23. lib. Regum.

b. Per Moysen quidem dominus vnū constituit summum sacerdotem, cui mortuo vnum per ordinē succedere iussit. Et hoc ad Dauid vsque tempora seruatū est, à quo plures facti domini nihilominus agente decretū est, qui vicissim ministrantes tempore vicis suæ eastimonijs iudicarent, dominumq; suum omnino nō tangerent. Et hi.24. erant, super quos nihilominus vnus summus erat. Vnde Zachariæ patri Ioannis vicem suam agenti apparuit angelus domini, Beda super. 1. cap. Luc. 1.

c. Hoc est, in ordine doctorum ac iudiciariæ auctoritatis constituebantur per sortes sicut præfati in ordine ministerij sacerdotalis. Dionys. ibid.

† Exo. 30.

† Deute. 18. 21. 33.

Sapien. 7.

Orrò † [a] filiis Aaron hæ partitiones erant: Filij Aaron, Nadab, & Abiu, & Eleazar, & Ithamar. [2] Mortui sunt autem Nadab & Abiu ante patrem suum, absque liberis: sacerdotioq; functus est Eleazar, & Ithamar. † [3] Et diuisit eos Dauid, id est Sadoch de filiis Eleazari, & Ahimelech de filiis Ithamar, secundum vices suas & ministeriū, [4] inuentiq; sunt multo plures filij Eleazar in principibus viris quàm filij Ithamar. Diuisit autem eis, hoc est, filiis Eleazar, principes per familias sedecim: & filiis Ithamar per familias & domos suas, octo. [5] Porrò diuisit vtrasq; inter se & familias sortibus. Erant enim principes sanctuarij & principes dei, tā de filiis Eleazar quàm de filiis Ithamar. [6] Descriptitq; eos Semeias filius Nathanael scriba Leuites corā Rege & principibus, & Sadoch sacerdote & Ahimelech filio Abiathar. Principibus quoq; familiarum sacerdotalium & Leuiticarum vnam domum quæ cæteris præerat, Eleazar: & alteram domū quæ sub se habebat cæteros, Ithamar. [b 7] Exiuit autem sors prima Ioiarib, secunda Iedeiæ, [8] tertia Harim, quarta Sehorim, [9] quinta Melcia, sexta Maimā, [10] septima Accos, octaua Abia, [11] nona Iesua, decima Sechenia, [12] vndecima Eliasib, duodecima Iacim, [13] decimatertia Hoppha, decimaquarta Isbaab, [14] decimaquinta Belga, decimasexta Emmer, [15] decimaseptima Hezir, decimaoctaua Aphses, [16] decimanona Pethaia, vicesima Ezechiel, [17] vicesimaprima Iachin, vicesimasecunda Gamul, [18] vicesimatertia Dalaiahu, vicesimaquarta Maaziahu. [19] Hæ vices eorum secundum ministeria sua, vt ingrediantur domum dei & iuxta ritum suum, sub manu Aaron patris eorum: sicut præceperat dominus deus Israel. [20] Porrò filiorum Leui qui reliqui fuerāt, de filiis Amram erat Subael: & de filiis Subael, Iedeia. [21] De filiis quoq; Rohobiæ princeps Iesias. [22] Isaari vero filius Salemoth, filiúsq; Salemoth Iahath, [23] filiúsq; eius Ieriahu primus. Amarias secundus, Iaziel tertius, Iecmaan quartus. [24] Filius Oziel, Micha: filius Micha, Samir. [25] Frater Micha, Iesia: filiúsq; Iesiæ, Zacharias. [26] Filij Merari, Moholi, & Musi. Filius Osiahu, Beno. [27] filius quoq; Merari Oziahu, & Sohem, & Saccur & Hebri. [28] Porrò Moholi filius Eleazar, qui non habebat liberos. [29] Filius vero Cis, Ierameel. [30] Filij Musi, Moholi, Eder, & Ierimoth. Isti filij Leui secūdum domos familiarum suarum, [c 31] Miserúntq; & ipsi sortes contra fratres suos filios Aaron, coram Dauid Rege, & Sadoch & Ahimelech, & principibus familiarum sacerdotalium & Leuiticarum: tam maiores quàm minores omnes sors æqualiter diuidebat.

A

B

C

D

c. Hoc est, in ordine doctorum ac iudiciariæ auctoritatis constituebantur per sortes sicut præfati in ordine ministerij sacerdotalis. Dionys. ibid.

Cantores, psaltæ, & citharœdi, ac vices & sortes eorum. XXV.

a. Quēadmodū per sortes vel vices.24. distinxit Dauid sacerdotes & Leuitas, ita & cantores, qui pro vicis suæ ordine cantoris fungerētur officio. Hi vero de genere erant Asaph, Hemā & Idithun: quorū prophetiā & cātica plerisq; psalmis insinuantur, quibus nomina eorum præponuntur. Vocket.

b. Veruntamē cur Idithun hic annumeret ipsis Asaph & Heman cantoribus, cum supra nō Idithun sed Ethā illis duobus annumeretur? Dicendum quòd ille qui supra Ethan vocatur, hic Idithū appellatur: quia binominis fuit. Dionys.

c. Hoc est, illi 24. cantores ram magistri quā discipuli inter se æqualiter sortes miserunt quis eorum primus esset. Erant enim singuli aperi ad musicā, sed quoad in cōparatione eæterorū doctores. Cōfidebant quoq; quòd ex directione diuinæ prouidentiæ sors iusta caderet super vnumquemq; iuxta aptitudinem suam ad suū officiū. Vnde Prouerb. 16. d. Sortes mittuntur in sinum, sed à domino temperantur. ibidem.

A

† 1. Esd. 2. 2. Esdr. 12. 24.

Sapien.

Gitur [a] † Dauid & magistratus exercitus segregauerunt in ministerium filios Asaph & Heman, & Idithun, qui prophetarent in citharis & psalteriis & cymbalis, secundum numerum suum, dedicato sibi officio seruientes. [2] De filiis Asaph, Zaccur, & Ioseph, & Nathania, & Asarela. Filij Asaph, sub manu Asaph prophetantis iuxta Regem. [3] Porrò Idithun filij Idithun, Godolias, Sori, Iesaias, & Hazabias, & Mathathias, sex, sub manu patris sui Idithun: qui in cithara prophetabat super confitentes & laudantes dominum. [4] Heman quoque. Filij Heman: Bocciahu, Mathaniahu, Oziel, Subuel, & Ierimoth. Ananias, Anani, Eliatha, Gedelthi, & Romemthi, Ezer, & Iosbecasa, Mellothi, Hothir, Mahazioth. [5] Omnes isti filij Heman videntis Regis in sermonibus dei, vt exaltaret cornu. Dedítque deus Heman filios quatuordecim, & filias tres, [6] vniuersi sub manu patris sui ad cantandum in templo domini distributi erant, in cymbalis & psalteriis & citharis in ministeria domus domini iuxta Regem: Asaph videlicet, & [b] Idithun, & Heman. [7] Fuit autem numerus eorum cum fratribus suis qui erudiebant canticum domini cuncti doctores, ducenti octogintaocto. [c 8] Miserunt sortes per vices suas ex æquo tam maior quàm minor, doctus pariter & indoctus. [9] Egressáque est sors prima Ioseph, qui erat de Asaph: secunda Godoliæ, ipsi & filiis eius & fratribus eius duodecim: [10] tertia Zaccur, filiis & fratribus eius duodecim: [11] quarta Isari, filiis & fratribus eius duodecim: [12] quinta Nathaniæ, filiis eius & fratribus eius duodeci. [13] sexta

Bocciahu,

A

B

C

D

Bocciahu, filiis & fratribus eius duodecim: [14] septima Israela, filiis & fratribus eius duodecim: [15] octaua Iesaiæ, filiis & fratribus eius duodecim: [16] nona Mathaniæ, filiis & fratribus eius duodecim: [17] decima Semeię, filiis & fratribus eius duodecim: [18] vndecima Azarel, filiis & fratribus eius duodecim: [19] duodecima Asabię, filiis & fratribus eius duodecim: [20] tertiadecima Subael, filiis & fratribus eius duodecim: [21] quartadecima Mathathiæ, filiis & fratribus eius duodecim: [22] quintadecima Ierimoth, filiis & fratribus eius duodecim: [23] sextadecima Ananiæ, filiis & fratribus eius duodecim: [24] septimadecima Iosbecasæ, filiis & fratribus eius duodecim: [25] octauadecima Anani, filiis & fratribus eius duodecim: [26] nonadecima Mellothi, filiis & fratribus eius duodecim: [27] vicesima Eliatha, filiis & fratribus eius duodecī: [28] vicesimaprima Hothir, filiis & fratribus eius duodecim: [29] vicesimasecunda Geddelthi, filiis & fratribus eius duodecim: [30] vicesimatertia Mahazioth, filiis & fratribus eius duodecim: [31] vicesimaquarta Romemthi Ezer, filiis & fratribus eius duodecim.

Ianitorum templi, & præfectorum thesaurorum officia. XXVI.

A

Iuisiones [a] autem ianitorum: de Coritis, Meselemia filius Core, de filiis Asaph. [2] Filij Meselemiæ: Zacharias primogenitus, Iadihel secundus, Zabadias tertius, Iathanael quartus, [3] Elam quintus, Iohanam sextus, Elioenai septimus. [4] Filij autem Obed Ædom: Semeias primogenitus, Iozabad secundus, Ioaha tertius, Sachar quartus, Nathanael quintus, [5] Ammiel sextus, Isachar septimus, Phollathi octauus, quia benedixit illi dominus. [6] Semeiæ autem filio eius nati sunt filij præfecti familiarum suarū: erant enim viri fortissimi. [7] Filij ergo Semeiæ: Othni, & Raphael, & Obed, Elzabad, & fratres eius viri fortissimi, Elihu quoque & Samachias. [8] Omnes hi de filiis Obed Ædom, ipsi & filij & fratres eorum fortissimi ad ministrandum sexagintaduo de Obed Ædom. [9] Porrò Meselemiæ filij & fratres eorum robustissimi, decem & octo. [10] De Hosa autem, id est de filiis Merari, Semri princeps. (Non enim habuerat primogenitum, & idcirco posuerat eum pater eius in principem) [11] Helcias secundus, Thabelias tertius, Zacharias quartus. Omnes hi filij & fratres Hosa tredecim. [12] Hi diuisi sunt in ianitores, vt semper principes custodiarum, sicut & fratres eorum, ministrarent in domo domini. [13] Missę sunt ergo sortes ex æquo & paruis & magnis per familias suas in vnamquamque portarum. [14] Cecidit ergo sors orientalis Selemiæ. Porrò Zachariæ filio eius, viro prudentissimo & erudito, sortitò obtigit plaga septentrionalis. [15] Obed Ædom verò & filiis eius ad austrum: in qua parte domus, erat seniorum cōcilium: [16] Sephim & Hosa ad occidentem, iuxta portam quæ ducit ad viam ascensionis: custodia contra custodiam. [17] Ad orientem vero Leuitæ sex: & ad aquilonem quatuor per diem, atque ad meridiem similiter in die quatuor: & vbi erat concilium, bini & bini. [18] In cellulis quoque ianitorum ad occidentem, quatuor in via, biníque per cellulas. Ad septentrionem vero, & ad meridiem, quaterni per dies singulos mutabantur, & ad basilicam concilij ad occidentem bini, habentes subiectos alios in via, biníque per cellulas. [19] Hæ sunt diuisiones ianitorū filiorum Core & Merari. [20] Porrò Achias erat super thesauros domus domini, & vasa sanctorum. [21] Filij quoque Laadan, filij Gersonni: De Laadan principes familiarum: Laadan, & Gersonni, Iehieli. [22] Filij Iehieli, Zatham & Ioel frater eius super thesauros domus domini, [23] Amramitis & Isaaritis, & Hebronitis & Ozielitis. [24] Subael autem filius Gersom filij Moysi præpositus thesauris: [25] frater quoque eius Eliezer, cuius filius Rahabia, & huius filius Iesaias, & huius filius Ioram, huius quoque filius Zechri, & huius filius Selemith. [26] Ipse Selemith & fratres eius [b] super thesauros sanctorū quę sanctificauit Dauid Rex, & principes familiarū, & tribuni, & centuriones, & duces exercitus, [27] de bellis, & manubiis præliorum, quæ consecrauerant ad instaurationem & supellectilem templi domini. [28] Hæc autem vniuersa sanctificauit Samuel videns, & Saul filius Cis, & Abner filius Ner, & Ioab filius Saruiæ: omnésque sanctificauerant ea per manum Selemith, & fratrū eius. [29] Isaaritis verò præerat Chonenias, & filij eius ad opera

a. Dauid autem volens cū totius populi regem declarare, cōuocat principes Ierosolyma, vna cū sacerdotibus ac Leuitis: quibus recensitis, inuenit eorum qui trigesimum annū excederē. 38000. ex quibus designauit curatores ædificij templi 24000. Iudices vero populi & scribas eorum 6000. ianitores vero dom⁹ dei 4000. tantundémque eorum qui hymnos deo canerent, & instrumentis musicis à Dauide, vt diximus, in hoc præparatis vterentur. Ioseph Antiqui. Iudaï. libr. 7. cap. 15.

b. Hoc est, thesauros atque pecunias templi ordinatas ad sancta ex eis formanda, componenda aut recuperāda: quæ sanctificauit Dauid rex, &c. Dum enim Reges Israel & principes haberent victorias, confluerent preciosa quæque interspolia reperta deo consecrare & offerre in templo, vt applicarentur vsibus eius; & hoc faciebant pro gratiarū actione altissimo exhibēda. Et hæc à Samuele, Saule, & Dauide fuerāt cōsecrata, & à Samuele sanctificata. Dionys.

Universidad de Deusto
Biblioteca

forinsecus super Israel,ad docendum & iudicãdum eos.[30] Porrò de Hebronitis,Asabias & fratres eius viri fortissimi,mille septingenti præerant Israeli trans Iordanẽ contra occidentem,in cunctis operibus domini,& in ministerium Regis.[31] Hebronitarũ autem princeps fuit Ieria secundum familias & cognationes eorum. Quadragesimo anno regni Dauid recensiti sunt & inuenti sunt viri fortissimi in Iazer Galaad,[32] fratrésque eius robustioris ætatis duo milia septingẽti,principes familiarum. Præposuit autem eos Dauid Rex Rubenitis,& Gaditis,& dimidiæ tribui Manassæ,in omne ministerium dei & Regis.

Præfecti principes Regi ministrantes,officiarij atque præfecti substantiæ eius. XXVII.

FIlij autem Israel secundum numerum suum,principes familiarum,tribuni & centuriones & præfecti,qui ministrabãt Regi iuxta turmas suas ingredientes & egredientes per singulos menses in anno, vigintiquatuor milibus singuli præerant. [2] Primæ turmæ in primo mense Iesboam præerat,filius Zabdiel:& sub eo vigintiquatuor milia.[3] De filiis Phares princeps cunctorum principum in exercitu [a] mense primo.[4] Secundi mensis habebat turmam Dodai Ahohites, & post se alter nomine Maceloth,qui regebat partẽ exercitus vigintiquatuor milium.[5] Dux quoq; turmæ tertiæ in mense tertio erat Banaias filius Ioiadæ sacerdotis:& in diuisione sua vigintiquatuor milia. [6] Ipse est Banaias fortissimus inter triginta, & super triginta. Præerat autẽ turmæ ipsius Ammizabad filius eius.[7] Quartus,mense quarto,Asael frater Ioab,& Zabadias filius eius post eum,& in turma eius vigintiquatuor milia.[8] Quintus,mẽse quinto,princeps Samaoth Iezraites: & in turma eius vigintiquatuor milia. [9] Sextus,mense sexto, Hira filius Acces Thecuites,& in turma eius vigintiquatuor milia.[10] Septimus,mẽse septimo, Helez Phalonites de filiis Ephraim,& in turma eius vigintiquatuor milia.[11] Octauus,mense octauo,Sobbochai Husitates de stirpe Zarahi: & in turma eius vigintiquatuor milia. [12] Nonus, mẽse nono,Abiezer Anathothites de filiis Iemini:& in turma eius vigintiquatuor milia.[13] Decimus,mense decimo,Marai & ipse Netophatites de stirpe Zarahi:& in turma eius vigintiquatuor milia.[14] Vndecimus,mense vndecimo,Banaias Pharathonites de filiis Ephraim: & in turma eius vigintiquatuor milia. [15] Duodecimus,mense duodecimo, Holdai Netophatites de stirpe Gothoniel: & in turma eius vigintiquatuor milia.[16] Porrò tribubus præerãt in Israel, Rubenitis dux Eliezer filius Zechri: Simeonitis dux Saphatias, filius Maacha. [17] Leuitis, Hasabias filius Camuel: Aaronitis,Sadoch: [18] Iudaitis, Elihu frater Dauid: Isacharitis,Amri filius Michael:[19] Zabulonitis, Ieismaias filius Abdiæ:Nephthalitibus,Ierimoth filius Ozriel:[20] Filiis Ephraim,Hosee filius Ozaziu: Dimidiæ tribui Manassæ, Ioel filius Phadaiæ:[21] Et dimidiæ tribui Manassæ in Galaad,Iaddo filius Zachariæ:Beniamin autem,Iasiel filius Abner:[22] Dan vero,Ezriel filius Ieroham.Hi principes filiorum Israel. † [b] [23] Noluit autem Dauid numerare eos à viginti annis inferius, quia dixerat dominus vt multiplicaret Israel quasi stellas cœli. [24] Ioab filius Saruiæ cœperat numerare, † nec compleuit,quia super hoc ira dei irruerat in Israel:& idcirco numerus eorum qui fuerant recensiti non est relatus [c] in fastos Regis Dauid. [25] Super thesauros autem Regis fuit Azmoth filius Adiel. [d] Iis autem thesauris qui erant in vrbibus, & in vicis,& in turribus,præsidebat Ionathan filius Oziæ.[26] Operi autem rustico,& agricolis qui exercebant terram,præerat Ezri filius Chelub: [27] Vinearúmque cultoribus,Semeias Romathites: Cellis autem vinariis, Zabdias Aphonites. [28] Nam super oliueta & ficeta quæ erant in campestribus, Balanan Gederites. Super apothecas autem olei, Ioas. [29] Porrò armentis quæ pascebantur in Saron,præpositus fuit Setrai Saronites. Et super boues in vallibus,Saphat filius Adli:[30] Super camelos vero, Vbil Ismaelites. Et super asinos,Iadias Meronathites.[31] Super oues quoque Iaziz Hagarenus. Omnes hi principes substantiæ Regis Dauid. [c] [32] Ionathan autem patruus Dauid, consiliarius, vir prudens & literatus,ipse,& Iahiel filius Hachmoni,erant cũ filiis Regis. † [33] Achitophel

a. Ita quòd in suo mẽse non solũ præerat suæ turmæ, sed & cæterarũ turmarũ principibus. Deinde exprimitur in textu principes aliarũ turmarũ: & qualiter illi principes habuerãt quosdam sub se quasi vicarios, qui præerant quando principes illi personaliter non aderant. Dionys.

1. Visus enim erat,vt si quãdo numerarẽtur à 20. annis & supra, numerarentur hi qui ad bella poterant procedere,aut aliquo ministerio fungi. Hieron.

c. Quia supereueniente indignatione dei, omnis iste numerus cõturbatus est, & non fuerunt distributi per ministeria, neque ad alia officia. Hieron.

d. Thesauros in hoc loco non solum pecuniam,sed & omnes substãtias nominat. Hieron.

e. Ipse est Nathã propheta: patruus vero, honoris & propinquitatis causa vocatur. Hieron.

tophel etiam consiliarius Regis, & Chusai Arachites amicus regis. [34] Post Achitophel fuit Ioiada filius Banaiæ & Abiathar. Princeps autem exercitus Regis erat Ioab.

Exhortatio Dauidis ad Salomonem & populum pro construendo templo. XXVIII.

A COnuocauit igitur Dauid omnes principes Israel,duces tribuũ, & præpositos turmarum,qui ministrabant regi:tribunos quoq; & centuriones,& qui præerant substantiæ & possessionibus Regis, filiósque suos cum [a] eunuchis,& potentes, & robustissimos quosque in exercitu Ierusalem.[2] Cúmque surrexisset Rex & stetisset,ait: Audite me fratres mei, & populus meus:† Cogitaui vt ædificarem domum in qua requiesceret arca fœderis domini,& scabellum pedum domini dei nostri:& ad ædificandum omnia præparaui.[3] Deus autem dixit mihi: † Non ædificabis domum nomini meo,eò quòd sis vir bellator, & sanguinem fuderis.[4] sed elegit dñs deus Israel me de vniuersa domo patris mei,vt essem Rex super Israel in sempiternũ. De Iuda enim elegit principes. Porrò de domo Iuda domum patris mei, & de filiis patris mei placuit ei vt me eligeret B Regem super cunctum Israel. † [f] sed & de filiis meis (filios enim mihi multos dedit dñs,) [b] elegit Salomonem filium meum, vt sederet in throno regni domini super Israel,[6] dixítq; mihi:† Salomon filius tuus ædificabit domum meam & atria mea. Ipsum enim elegi mihi in filium, & ego ero ei in patrem, [7] & firmabo regnum eius vsque in æternũ,si perseueraverit facere prẽcepta mea & iudicia sicut & hodie. [8] Nunc ergo coram vniuerso cœtu Israel audiente deo nostro custodite & perquirite cũcta mandata domini dei nostri,vt possideatis terram bonam,& relinquatis eam filiis vestris post vos vsq; in sempiternum.[9] Tu autem Salomon fili mi,scito deum patris tui, & serui ei corde perfecto,& animo voluntario. † Omnia enim corda scrutatur dñs, & vniuersas mẽtium cogitationes intelligit. Si quæsieris eum,inuenies: si autem dereliqueris eum,proiiciet te in æternum.† [10] Nunc ergo quia elegit te dominus vt æ C dificares domum sanctuarij:confortare & perfice. [11] Dedit autem Dauid Salomoni filio suo descriptionem porticus & templi,& cellariorum,& cœnaculi,& cubiculorum in adytis,& domus propitiationis,[12] necnon & omnium quæ cogitauerat atriorum & exedrarum per circuitum in thesauros domus domini, & in thesauros sanctorum:[13] diuisionúmque sacerdotalium & Leuiticarum in omnia opera domus domini,& in vniuersa vasa ministerij templi domini, [14] aurum in pondere per singula vasa ministerij,argenti quoq; pondus pro vasorum & operum diuersitate,[15] sed & in candelabra aurea, & ad lucernas aurum pro mensura vniuscuiusque candelabri & lucernarum,similiter & in candelabra argentea & in lucernas eorum pro diuersitate mensuræ pondus argenti tradidit.[16] Aurum quoque dedit in mensas propositionis, pro diuersitate mensarum:similiter & argentum in alias mensas argenteas. [17] Ad fu D scinulas quoque, & phialas,& thuribula,ex auro purissimo,& leunculos aureos pro qualitate mensuræ pondus distribuit in leunculum & leunculum:similiter & in leones argenteos diuersum argenti põdus separauit. [18] Altari autem in quo adoletur incensum,aurum purissimum dedit:& vt ex ipso fieret similitudo quadrigę Cherubim extendentium alas,& velantium arcam fœderis domini. [c] [19] Omnia,inquit,venerunt scripta manu domini ad me,vt intelligerem vniuersa opera exẽplaria.[20] Dixit quoq; Dauid Salomoni filio suo: Viriliter age,& confortare,& fac ne timeas & ne paueas. Dominus enim deus meus tecum erit,& non dimittet te nec derelinquet donec perficias omne opus ministerij domus domini.[21] Ecce diuisiones sacerdotum & Leuitarum in omne ministerium domus domini assistunt tibi, & parati sunt: & nouerunt principes quàm populus facere omnia præcepta tua.

a. Quæri potest cur hic eunuchi ad tã grãde consiliũ vocentur,cum Israelitis abscindi lex prohiberet, & alienigenæ nõ facilè admittantur ad tam grãde consilium? Tradunt Hebræi hic illos vocari eunuchos, qui ab omnibus seculi actibus alieni, orationi tantũ & lectioni vacabãt,& ab vxoribus abstinebant, quos Iosephus dicit fuisse vocatos Essæos. Hieron. ibid.

b. Circa hoc aliqui dicunt quòd Salomõ fuit promotus ad regnũ nõ solum voluntate humana, sed etiam diuina: & hanc ordinationẽ nunciauit Nathan propheta regi Dauid: vt 2. Reg. 7. Ad quod dicendũ quòd re vera electus est electione diuina. In generali nunciatus Nathã Regi, nõ in speciali tamen expressit. Dion, ibidem.

c. Quẽadmodum dominus ostenderat Moysi in mõte Sinai tabernaculi formam, illique dixit: Omnia fac secundum exẽplar quod tibi in monte monstratum est: ita deus ostẽdit illa Dauid per cœlestẽ reuelationẽ imaginaria visione, aut per prophetas illi familiares, Samuel, Nathan vel Gad. Diony.

Impensæ domus domini à Dauid præparatæ,quibus populus donaria adiicit,vngítque secundò Salomonem,& Dauid moritur. XXIX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a. Grādis olim quæstio fuit cuius ætatis erat Salomon cum regnare cœperit, cum Iosephus dicat illum fuisse tantum duodecim annorū, quia hic & supra dicit parvulus & puer tenellus. Respondetur hoc esse valde difficile, tum quòd Roboā 41. anni fuit in morte patris. genitus igitur fuisset 2. annis antequā regnaret Salomon, & sic 10. anno ætatis eius. Nec video repugnantiā si fuisse dicatur Salomon 20. annorū vel amplius cū regnare cœperit, cum circa 20. regni sui annum Dauid Bersabee acceperit. Nec obstat quòd Salomō dicatur parvulus vel tenellus, cum Ioseph dicatur puer, & tamen 17. sit annorum: & Beniamin cum iam haberet nouē pueros. Dionys.

b Lætatus est Dauid ex cōtemplatione diuina, ex populi sui deuotione, ex filij sui promotione, & ex prospero proposito suo de templi dei ædificatione.

c. Dauid collecta Ecclesiæ unem dispositionē suam indicauit, deposcens filiot suos, vt non grauiter ferret minimum, id est Salomonē inter eos sublimatum: quia deus sic mandauerat, sicut & ipse Dauid minimus inter fratres inūctus fuerat. Comestor.

EOcutúsque est Dauid Rex ad omnem Ecclesiam: Salomonem filium meum vnum elegit dominus adhuc[a] puerum & tenellum. Opus enim grande est: neq; enim homini præparatur habitatio, sed deo. [7] Ego autem totis viribus meis præparaui impēsas domus domini dei mei, aurum ad vasa aurea, & argentum in argentea, æs in ænea, ferrum in ferrea, ligna ad lignea: lapides onychinos & quasi stibinos, & diuersorum colorum, omnémq; precioſum lapidem, & marmor Parium abundantissimè, [3] & super hæc quæ obtuli in domum dei mei de peculio meo, aurum & argentum do in templum dei mei: exceptis iis quæ præparaui in ædem sanctam, [4] tria milia talenta auri de auro Ophir, & septem milia talentorum argenti probatissimi, ad deaurandos parietes templi, & vbicunq; opus est aurum de auro, [5] & vbicunque opus est argentum de argento. Opera fiant per manus artificum: & si quis sponte offert, impleat manū suam hodie: & offerat, quod voluerit domino. [6] Polliciti sunt itaque principes familiarum & proceres tribuum Israel, tribuni quoq;, & centuriones, & principes principum possessionum Regis: [7] dederuntq; in opera domus domini auri talenta quinque milia, & solidos decem milia: argenti talēta decem milia, & æris talenta decem & octo milia: ferri quoq; centum milia talentorum: [8] & apud quemcunq; inuenti sunt lapides, dederunt in thesauros domus domini, per manum Iediel Gersonitæ. [9] Lætatúsque est e populus, cum vota sponte promitterent, quia corde toto offerebāt ea domino. [b] Sed & Dauid Rex lętatus est gaudio magno, & [10] benedixit domino coram vniuersa multitudine, & ait: Benedictus es dñe deus Israel patris nostri ab æterno in æternū. [11] Tua est domine magnificentia & potentia, & gloria atque victoria, & tibi laus. Cuncta enim quæ in cœlo sunt & in terra, tua sunt. Tuum domine regnum, & tu es super omnes principes. [12] Tuæ diuitiæ, & tua est gloria, tu dominaris omnjū. In manu tua virtus & potentia: in manu tua magnitudo & imperium omnium. [13] Nunc igitur deus noster, confitemur tibi, & laudamus nomen tuum inclytum. [14] Quis ego, & quis populus meus, vt possimus hęc tibi vniuersa promittere? Tua sunt omnia: & quę de manu tua accepimus, dedimus tibi. †[15] Peregrini enim sumus coram te, & aduenæ, sicut omnes patres nostri. †Dies nostri quasi vmbra super terram, & nulla est mora. [16] Dñe deus noster, omnis hæc copia quam parauimus vt ædificaretur domus nomini sancto tuo, de manu tua est, & tua sunt omnia. [17] Scio deus meus, quòd probes corda, & simplicitatem diligas: vnde & ego in simplicitate cordis mei lætus obtuli vniuersa hæc: & populum tuum, qui hic repertus est, vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria. [18] Domine deus Abraham, & Isaac, & Israel patrum nostrorum custodi in ęternum hanc voluntatem cordis eorum, & semper in venerationē tui mens ista permaneat. [19] Salomoni quoque filio meo da cor perfectum, vt custodiat mandata tua, & testimonia tua, & cæremonias tuas, & faciat vniuersa, & ædificet ædem cuius impēsas paraui. [c 20] Præcepit autem Dauid vniuersæ Ecclesiæ: Benedicite domino deo nostro. Et benedixit omnis Ecclesia domino deo patrum suorum, & inclinauerūt se, & adorauerunt deum, & deinde Regem. [21] Immolauerúntq; victimas domino, & obtulerunt holocausta die sequenti, tauros mille, arietes mille, agnos mille, cum libaminibus suis, & vniuerso ritu abundantissimè in omnem Israel. [22] Et comederunt & bibe- e runt coram domino in die illo cum grandi lętitia: & vnxerunt secundò Salomonem filium Dauid. Vnxerunt autem eum domino in principem, & Sadoch in pontificē. †[23] Sedítque Salomon super solium domini in Regem pro Dauid patre suo, & cunctis placuit, & paruit illi omnis Israel. [24] Sed & vniuersi principes & potentes, & cūcti filij Regis Dauid dederunt manum, & subiecti fuerunt Salomoni regi. [25] Magnificauit ergo dominus Salomonem super omnem Israel: & dedit illi gloriā regni qualem nullus habuit ante eū rex Israel. [26] Igitur Dauid filius Isai regnauit super vniuersum Israel: †[27] & dies quibus regnauit super Israel, fuerunt quadraginta anni. In Hebron regnauit septē annis, & in Ierusalem annis trigintatribus, [28] & mortuus est in senectute bona plenus dierum, & diuitiis & gloria, & regnauit Salomō filius eius pro eo. [29] Gesta autem Regis[d] priora & [e] nouissima scripta sunt in libro Samuel videntis, & in libro Nathan prophetæ, atque in volumine Gad videntis: [30] vniuersíque regni eius & fortitudinis, & temporum quę transierunt sub eo, siue in Israel, siue in cunctis regnis terrarum.

d. Quando regnabat in Hebron.
e. Quando regnabat in Ierusalem.

Secundus liber Paralipomenon,

Hebraicè Dibre haiamim, id est verba dierum.

Oblatis hostiis à Salomone in Gabaon, dominus illi nocte apparens, dat illi petitam sapientiam, inde currus & equites congregat. Cap. I.

COnfortatus †[a] est ergo Salomon filius Dauid in regno suo, & dominus erat cum eo, & magnificauit eum in excelsum. [2] Præcepítq; Salomon vniuerso Israeli, tribunis, & centurionibus, & ducibus, & iudicibus omnis Israel, & principibus familiarum, [3] & abiit cum vniuersa multitudine in excelsum Gabaon: vbi erat tabernaculum fœderis domini, † quod fecit Moyses famulus dei in solitudine. [4] Arcam autem dei adduxerat Dauid [b] de Cariath-Iarim in locum quem præparauerat ei, & vbi fixerat illi tabernaculum, hoc est in Ierusalē. [5] Altare quoq; æneum, quod fabricatus fuerat Beseleel filius Vri filij Hur, ibi erat corā tabernaculo domini, quod & requisiuit Salomon & omnis ecclesia. [6] Ascendítq; Salomon ad altare æneum coram tabernaculo fœderis domini, & obtulit in eo mille hostias. [7] Ecce autem in ipsa nocte apparuit ei deus, dicēs: [c] Postula quod vis, vt dem tibi. [8] Dixítq; Salomon deo: Tu fecisti cum Dauid patre meo misericordiam magnam, & constituisti me regem pro eo. [9] Nunc ergo domine deus, impleatur sermo tuus quem pollicitus es Dauid patri meo: Tu enim me fecisti regem super populum tuum multum, qui tam innumerabilis est, quàm puluis terræ. [c †10] Da mihi sapientiam & intelligentiam, vt ingrediar & egrediar corā populo tuo. Quis enim potest hunc populum tuum dignè qui tam grandis est, iudicare? [11] Dixit autem ad Salomonem: Quia hoc magis placuit cordi tuo, & non postulasti diuitias, & substantiam & gloriam, neq; animas eorum qui te oderant, sed nec dies vitæ plurimos, petisti autem sapientiam & scientiam, vt iudicare possis populum meum, super quem constitui te Regem: [12] sapientia & scientia data sunt tibi: Diuitias autē & substantiam & gloriam dabo tibi, ita vt nullus in Regibus nec ante te nec post te fuerit similis tui. †[13] Venit ergo Salomon ab excelso Gabaon, in Ierusalem, coram tabernaculo fœderis, & regnauit super Israēl. [14] Congregauítq; sibi currus & equites: & facti sunt ei mille quadringenti currus, & duodecim milia equitum: & fecit eos esse in [d] vrbibus quadrigarum, & cum rege in Ierusalem. [15] Præbuitq; Rex argentum & aurum in Ierusalem quasi lapides, & cedros quasi sycomoros quæ nascūtur in campestribus multitudine magna. †[16] Adducebātur autem ei equi de Ægypto, de Choa à negotiatoribus regis: qui ibant & emebant precio [17] quadrigam equorum sexcentis argēteis, & equum centum quinquaginta. Similiter de vniuersis regnis Hethæorum, & à regibus Syriæ emptio celebrabatur.

a. Confortatus est Salomō, quia legitimè institutus, & à deo ad regnādum electus, atq; à toto populo cōcorditer acceptatus, nec quisquā se ei opposuit: quia dominus erat cum eo per gratiā & virtutes. Diony. ibi.

b. De domo Aminadab, vbi remanserat 20. an, vsq; ad. 8 annum Dauid.

c. Gratia dei liberū hominis exquiri arbitriū. Vnde quicunq; vult orationē suā ante deum nō frustrari, hoc ab eo postulet, quod Salomon quęsiuit, id est sapientiā, scientiam, & intelligentiam. Diuitias verò & gloriā temporalē, atq; animas inimicorum, & dies plurimos vitæ præsentis, malorū est quærere, non iustorū. Hæc enim, inquit Christus, gentes inquirunt. Sed primū quærite regnum dei, & iustitiā eius, & hæc omnia adicientur vobis, scilicet temporalia prædicta. Augustinus. 1. Reg. 3.

d. Currus erāt in Ierusalem ædificatæ ad stationē curruum. Hieronym.

Conductis operariis mittit Salomon ad Hiram pro lignis ad templi structuram mittendis. II.

DEcreuit[a] † autem Salomon ædificare domum nomini domini, & palatium sibi. [2] Et numerauit septuaginta milia virorum portantium humeris, & octoginta milia qui cæderent lapides in montibus, præpositósq; eorum tria milia sexcentos. [b 3] Misit quoque ad Hiram regem Tyri, dicens: †Sicut egisti cum Dauid patre meo, & misisti ei ligna cedrina, vt

a. Primò studuit Salomō templi domini construere, dei honorē propriis præferens commodis. Diony. ibi.

b. Æternum Salomon Regis accepti regis Tyriorū literas, & facilitatem eius & benevolentiā collaudauit & insuper quę ipsum capere intellexit, præmiis est remuneratus, frumenti annuos bis mille corot mictēdo, & totidem olei batos. Batus autē capit sexarios 72. patet quod vini modios illi exhibuit. Iosep. lib. 8. c. 5 Antiq. Iudaic.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ædificaret sibi domum in qua & habitauit:[4] sic fac mecum, vt ædificem domum nomini domini dei mei, & consecrem eam ad adolendum incensum coram illo, & fumiganda aromata, & ad propositionem panum sempiternam, & ad holocaustomata mane & vespere, sabbatis quoque, & neomeniis, & solennitatibus domini dei nostri in sempiternum, quæ mandata sunt Israeli. [5] Domus enim quam ædificare cupio, magna est. Magnus est enim deus noster super omnes deos. [6] Quis ergo poterit præualere, vt ædificet ei dignam domum? Si cœlum & cœli cœlorum capere eũ nequeunt, quantus ego sum vt possim ædificare ei domum? Sed ad hoc tantùm, vt adoleatur incensum coram illo. [7] Mitte ergo mihi virum eruditum qui nouerit operari in auro & argento, ære & ferro, purpura, coccino & hyacintho, & qui sciat sculpere cælaturas, cum iis artificibus quos mecum habeo in Iudæa & in Ierusalẽ, quos præparauit Dauid pater meus. [8] Sed & ligna cedrina mitte mihi, & [d] archeutina & pinea de Libano, scio enim quòd serui tui nouerint cædere ligna de Libano. Et erunt serui mei cum seruis tuis: [9] vt parentur mihi ligna plurima. Domus enim quam cupio ædificare, magna est nimis & inclyta. [10] Præterea operariis qui cæsuri sunt ligna, seruis tuis dabo in cibaria tritici coros viginti milia, & hordei coros totidem: & vini viginti milia metretas, olei quoque sata viginti milia. [11] Dixit autem Hiram Rex Tyri per literas quas miserat Salomoni: Quia dilexit dominus populum suum, idcirco te regnare fecit super eum. [12] Et addidit dicens: Benedictus dominus deus Israel, qui fecit cœlum & terram, qui dedit Dauid Regi filium sapiẽtem, & eruditum, & sensatum, atq; prudentẽ vt ædificaret domum domino, & palatium sibi. [13] Misi ergo tibi virum prudentem, & scientissimum, Hiram patrem meum [14] filium [e] mulieris de filiabus Dan, cuius pater fuit Tyrius, qui nouerit operari in auro & argẽto, ære & ferro, & marmore, & lignis, in purpura quoque & hyacintho, & byssino & coccino: & qui sciat cælare omnem sculpturam, & adinuenire prudenter quodcunque in opere necessarium est, cum artificibus tuis, & cum artificibus domini mei Dauid patris tui. [15] Triticum ergo, & hordeum, & oleum & vinum, quæ pollicitus es domine mi, mitte seruis tuis. [16] Nos autem cædemus ligna de Libano quot necessaria habueris, & applicabimus ea ratibus per mare in Ioppen: tuum autem erit transferre ea in Ierusalem. [17] Numerauit igitur Salomon omnes viros proselytos, qui erant in terra Israel, post dinumerationẽ quam dinumerauit Dauid pater eius: & inuenti sunt cẽtum quinquaginta & tria milia sexcenti. [18] Fecitque ex eis septuaginta milia qui humeris onera portarent, & octoginta milia qui lapides in montibus cæderent: tria autem milia & sexcentos præpositos operum populi.

c. Hoc est, nullus sufficiens est construere templũ tantæ eminentiæ quantæ eminentiæ templo dignus est deus, & quantę excellentię domum docet ei ædificari per respectum ad suæ maiestatis immensitatẽ. Diony.

d. Abiens, vetusta exẽplaria habẽt thyina & pinea.

e. Matrem eius dicit de filiabus Dan, de genere Salomith, sororis Oolíab, filij Aizamax. Hier. ibidem.

Templum extruitur cum porticu, velo, & duabus columnis. III.

[a] Mons Moria fuit demonstrat[us] Dauidi ab angelo terente gladium, & percutiente populum supra aream Ornan Iebusæi, vbi empta area ædificauit altare. Angelomus super 1. Reg. 6.

b. Qua Moysesin deserto tabernaculum mensus est.

ET † cœpit Salomon ædificare domum domini in Ierusalem in monte [a] Moria, qui demonstratus fuerat Dauid patri eius in loco quem parauerat Dauid in area † Ornan Iebusæi. [2] Cœpit autem ædificare mense secundo, anno quarto regni sui. [3] Et hæc sunt fundamenta quæ iecit Salomon vt ædificaret domum dei: longitudinis cubitos [b] in mẽsura prima, sexaginta, latitudinis cubitos viginti. [4] Porticum verò ante frontem quæ tendebatur in longum, iuxta mensuram latitudinis domus, cubitorũ viginti. Porrò altitudo centum viginti cubitorum erat. Et deaurauit eam intrinsecus auro mundissimo. [5] Domũ quoque maiorem texit tabulis ligneis abiegnis, & laminas auri obrizi affixit per totum. Sculpsitque in ea palmas, & quasi catenulas se inuicem complectentes. [6] Strauit quoque pauimentum templi preciosissimo marmore, decore multo. [7] Porrò aurum erat probatissimum: de cuius laminis texit domum, & trabes eius, & postes, & parietes, & ostia, & cælauit Cherubim in parietibus. [8] Fecit quoque domum sancti sanctorum, longitudinem iuxta latitudinem domus cubitorum viginti, & latitudinem similiter viginti cubitorum. Et laminis aureis texit eam, quasi talentis sexcentis. [9] sed & clauos fecit aureos, ita vt singuli claui siclos quinquagenos appenderent. Cœnacula

nacula quoque texit auro. [10] Fecit etiam in domo sancti sanctorum [c] Cherubim duos opere statuario, & texit eos auro. [11] Alæ Cherubim viginti cubitis extendebantur: ita vt vna ala haberet cubitos quinque, & tangeret parietem domus, & altera quinque cubitos habens, alam tãgeret alterius Cherub. [12] Similiter Cherub alterius ala quinq; habebat cubitos, & tangebat parietẽ: & ala eius altera quinq; cubitorum, alã Cherub alterius contingebat. [13] Igitur alæ vtriusq; Cherub expansæ erant, & extendebantur per cubitos viginti. Ipsi autem stabant erectis pedibus, & facies eorum erant versæ ad exteriorem domum. † [14] Fecit quoq; velum ex hyacintho, purpura, cocco & byssо, & intexuit ei Cherubim. [15] Ante fores etiam templi duas columnas, quæ triginta & quinque cubitos habebant altitudinis. Porrò capita earum quinque cubitorum. [16] necnõ & quasi catenulas in oraculo, & superposuit eas capitibus columnarũ. [d] Malogranata etiam centum, quæ catenulis interposuit. [17] Ipsas quoq; columnas posuit in vestibulo templi, vnam à dextris, & alteram à sinistris. Eam quæ à dextris erat, vocauit Iachin, & quæ ad læuam, vocauit Booz.

c. Cherub masculinũ singulare, cuius plurale Cherubim. Sed Græca cõsuetudo quæ nullam terminationẽ habet in m, neutro genere ponit Cherubin per n, plur. Verum noster Interpres masculinũ posuit per m, dicẽs Cherubim duos aureos 1. Reg. da de tabernaculo cap. 5.

d. Malogranara vel mala granata, siue mala punica, idem. Sed granata propter granorum multitudinem, punica verò quia Aphrica maxime abundat. Beda super cantica.

Constructio altaris æneí, maris, candelabrorum, & mensæ ad panes propositionis. IIII.

a. Mare illud æneum in figuram lauacri salutaris, quo à remissionem peccatorum emundamur, factum est. Angelomus in 7. ca. 3. Reg.

FEcit † quoque altare æneum, viginti cubitorum longitudinis, & viginti cubitorum latitudinis, & decem cubitorum altitudinis. [a] [2] Mare etiam æneum fusile, decem cubitis à labio vsq; ad labium, rotundum per circuitum. Quinq; cubitos habebat altitudinis: & funiculus triginta cubitorum ambibat gyrum eius. [3] Similitudo quoq; boum erat subter illud. Et decem cubitis quædam intrinsecus cælaturæ, quasi duobus versibus labium maris circuibant. Boues autem erant fusiles, [4] & ipsum mare super duodecim boues impositum erat, quorum tres respiciebant ad aquilonem, & alij tres ad occidẽtem. Porrò tres alij meridiem, & tres qui reliqui erant, orientem: habentes mare superpositũ. [5] Posteriora autem boum erant intrinsecus sub mari. [b] Porrò vastitas eius habebat mẽsuram palmi: & labium illius erat quasi labium calicis, vel repandi lilij, capiebátque tria milia metretas. [6] Fecit quoque [b] conchas decem, & posuit quinque à dextris, & quinque à sinistris, vt lauarent in eis omnia quæ in holocaustum oblaturi erant. Porro in mari sacerdotes lauabantur. [7] Fecit autem & candelabra aurea decem, secundũ speciem quam iusserat fieri, & posuit ea in templo, quinque à dextris, & quinq; à sinistris. [8] Necnon & mensas decem, & posuit eas in templo, quinque à dextris, & quinque à sinistris. Phialas quoque aureas centum. [9] Fecit etiam atrium sacerdotũ, & basilicam grandem, & ostia in basilica, quę texit ære. [10] Porrò mare posuit in latere dextro contra orientem ad meridiem. [11] Fecit autem Hiram lebetes, & creagras, & phialas: & compleuit omne opus Regis in domo dei: [12] hoc est, columnas duas, & epistylia, & capita, & quasi quædam retiacula quæ capita tegerent super epistylia. [13] Malogranata quoq; quadringenta, & retiacula duo: ita vt bini ordines malogranatorum singulis retiaculis iungerentur, quę protegerent epistylia, & capita columnarũ. [14] Bases etiam fecit, & conchas quas superposuit basibus: [15] mare vnum, boues quoq; duodecim sub mari: [16] & lebetes & creagras & phialas. Omnia vasa fecit Salomoni Hirã pater eius in domo domini ex ære mundissimo. [17] In regione Iordanis fudit ea rex in argillosa terra, inter Socchot, & Saredatha. [18] Erat autem multitudo vasorum innumerabilis, ita vt ignoraretur pondus æris. [19] Fecitque Salomon omnia vasa domus dei & altare aureum, & mensas, & super eas panes propositionis. [20] Candelabra quoque cum lucernis suis, vt lucerent ante oraculum iuxta ritum, ex auro purissimo, [21] & florentia quædam & lucernas, & forcipes aureos. Omnia de auro mundissimo facta sunt. [22] Thymiamateria quoque & thuribula & phialas & mortariola ex auro purissimo, & ostia cælauit templi interioris, id est in sanctosanctorum, & ostia templi forinsecus aurea. [23] Sicque completum est omne opus quod fecit Salomon in domo domini.

b. Conchas hic vocat quas in lib. Reg. luteres vocauit verunque cauum erat, vbi abluebantur pedes & interiora animalium immolatorum. Dionyſ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Donariis non paucis oblatis, arca in oraculum inducitur, vnde gloria domini impleuit domum. V.

a. Perfecit Salomon omne opus quod cœperat in domo domini, & inclusit omnes diuitias quas Dauid pater suus consecrauerat, temploin honorem domini: & eas reposuit i thesauros domus domini, ad vsum templi & sacrificiorũ. Angelo.
b. Vbi remisserat ab octauo anno regni eius vsque ad vndecimum annum regni Salomonis.

a 1.Reg.7.b

[a] Perfecit igitur Salomon omnia quæ vouerat Dauid pater suus, argẽtum & aurum: & vniuersa vasa posuit in thesauris domus dñi. [2] Post quæ congregauit maiores natu Israel, & cunctos principes tribuum, & capita familiarum de filiis Israel in Ierusalem, vt adducerent arcam fœderis dñi [b] de ciuitate Dauid, quę est in Sion. † [3] Venerunt itaque ad Regem omnes viri Israel in die solenni mensis septimi. [4] Cúmq; venissent cuncti seniorum Israel, portauerunt Leuiræ arcam: [5] & intulerunt eam, & omnem parauram tabernaculi. Porrò vasa sanctuarij quæ erant in tabernaculo, portauerunt sacerdotes cum Leuitis. [6] Rex autem Salomon & vniuersus cœtus Israel, & omnes qui fuerunt congregati ante arcam, immolabant arietes & boues absque vllo numero, tanta enim erat multitudo victimarum. [7] Et intulerunt sacerdotes arcam fœderis dñi in locum suum, id est ad oraculum templi in sancta sanctorum, subter alas Cherubim: [8] ita vt Cherubim expanderẽt alas suas super locum in quo posita erat arca, & ipsam arcam tegerent cum vectibus suis. [9] Vectium autem quibus portabatur arca, quia paululum longiores erant, capita parebant ante oraculum. Si verò quis paululum fuisset extrinsecus, eos videre non poterat. Fuit itaq; arca ibi vsq; in præsentem diem. † [10] Nihilq; erat aliud in arca nisi duæ tabulæ quas posuerat Moyses in Horeb, quãdo legem dedit dominus filiis Israel egredientibus ex Ægypto. [11] Egressis autem sacerdotibus de sanctuario (omnes enim sacerdotes qui ibi potuerant inueniri, sanctificati sunt, nec adhuc in illo tempore vices, & ministeriorum ordo inter eos diuisus erat) [12] tam Leuitæ quàm cantores, id est & qui sub Asaph erant, & qui sub Heman, & qui sub Idithun filij & fratres eorum vestiti byssinis, cymbalis & psalteriis & citharis cõcrepabant stantes ad orientalem plagam altaris, & cum eis sacerdotes centũ viginti canentes tubis. [13] Igitur cunctis pariter & tubis & voce & cymbalis & organis & diuersi generis musicorum concinentibus, & vocem in sublime tollentibus, longe sonitus audiebatur: ita vt cum dominum laudare cœpissent, & dicere: † Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius: impleretur domus dei nube: [14] ne possent sacerdotes stare & ministrare propter caliginem. Compleuerat enim gloria domini domum dei.

b 1.Reg.8.a

c 1.Reg.8.b

Salomonis exhortatio ad populum, & oratio ad deum. VI.

a. Templum habet Deꝰ, nõ & Salomon rex & propheta, sed filius est ædificare templum deo, quia ergo templum ædificauit deo, ostendit se colere deum. Et vnde ædificauit? de lignis & lapidibus: quia dignat⁹ est deus facere sibi per seruũ suum domum in terra, vbi rogaretur, vbi moraretur. Augustin. de symbolo ad Catechumen. lib. 1.

b. Erant quidẽ omnia templi veteris admiranda. Nisi essent ibi sancta sanctorum, erant enim venerauda & hæc quæ in Sina monte facta referuntur, ignis, tenebræ, caligo, procella, visus est, inquit, deus in more Sina. & omnia hæc olim cum admiratione memorabantur. Chrysost. in 12. cap. ad Hebr. homil. 31.

[a] Vnc † Salomon ait: Dominus pollicitus est vt habitaret in caligine: [2] ego autem ædificaui domum nomini eius, [a] vt habitaret ibi in perpetuũ. [3] Et conuertit rex faciem suã, & benedixit vniuersę multitudini Israel. Nam omnis turba stabat intenta: & ait: [4] Benedictus dominus deus Israel, qui quod locutus est Dauid patri meo, opere compleuit, dicens: [5] A die qua eduxi populum meum de terra Ægypti, non elegi ciuitatem de cunctis tribubus Israel, vt ædificaretur in ea domus nomini meo, neq; elegi quenquam alium virum vt esset Dux in populo meo Israel: [6] sed elegi Ierusalem, vt sit nomẽ meum in ea: & elegi Dauid, vt constituerem eum super populum meum Israel. † [7] Cúmq; fuisset voluntatis Dauid patris mei, vt ædificaret domum nomini dñi dei Israel, [8] dixit dominus ad eum: Quia hæc fuit voluntas tua, vt ædificares domum nomini meo, bene quidẽ fecisti huiusmodi habere voluntatem: [9] sed non tu ædificabis mihi domum: verumtamẽ filius tuus qui egredietur de lumbis tuis, [b] ipse ædificabit domum nomini meo, [10] Compleuit ergo dominus sermonem suum quẽ locutus fuerat, & ego surrexi pro Dauid patre meo, & sedi super thronum Israel sicut locutus est dominus, & ædificaui domum nomini domini dei Israel, [11] & posui in ea arcam, in qua est pactum domini quod pepigit cum filiis Israel. [12] Stetit ergo corã altari domini ex aduerso vniuersæ multitudinis Israel, & extendit manus suas. [13] Siquidem fecerat Salomon basin

a 1.Reg.8.a

b 1.Reg.8.a

c 1.Reg.8.b

æneam, & posuerat eam in medio basilicæ, habentem quinque cubitos longitudinis, & quinque latitudinis, & tres cubitos altitudinis. Stetitq; super eam, & deinceps flexis genibus contra vniuersam multitudinem Israel, & palmis in cœlum leuatis, [14] ait: † [c] Domine deus Israel, non est similis tui deus in cœlo & in terra, qui custodis pactũ & misericordiã cum seruis tuis qui ambulant coram te in toto corde suo, [15] qui præstitisti seruo tuo Dauid patri meo quęcunq; locutus fueras ei: & quę ore promiseras, opere complesti, sicut & præsens tempus probat. † [16] Nunc ergo domine deus Israel, imple seruo tuo patri meo Dauid quæcunq; locutus es, dicens: Non deficiet ex te vir corã me, qui sedeat super thronum Israel, ita tamen si custodierint filij tui vias meas, & ambulauerint in lege mea, sicut & tu ambulasti coram me. [17] Et nunc dñe deus Israel, firmetur sermo tuus quem locutus es seruo tuo Dauid. [18] Ergóne credibile est vt habitet deus cum hominibus super terram? Si cœlum & cœli cœlorũ non te capiunt, quanto magis domus ista quam ædificaui? [19] Sed ad hoc tantùm facta est, vt respicias orationem serui tui, & obsecrationem eius dñe deus meus, & audias preces quas fundit famulus tuus coram te: [20] vt aperias oculos tuos super domum istã diebus ac noctibus, super locum in quo pollicitus es vt inuocetur nomen tuum, & exaudires orationem quam seruus tuus orat in eo: [21] & exaudias preces famuli tui & populi tui Israel. † Quicunque orauerit in loco isto: exaudi de habitaculo tuo, id est de cœlis, & propitiare. [22] Si peccauerit quispiam in proximum suum, & iurare cõtra eum paratus venerit, séque maledicto constrinxerit coram altari in domo ista: [23] tu audies de cœlo, & facies iudicium seruorum tuorũ, ita vt reddas iniquo viam suam in caput proprium: & vlciscaris iustum, retribuens ei secundum iustitiam suã. [24] Si superatus fuerit populus tuus Israel ab inimicis (peccabunt enim tibi) & conuersi egerint pœnitẽtiam, & obsecrauerint nomẽ tuum, & fuerint deprecati in loco isto: [25] tu exaudies de cœlo, & propitiare peccato populi tui Israel, & reduc eos in terram quam dedisti eis, & patribus eorum. [26] Si clauso cœlo pluuia non fluxerit propter peccata populi tui, & deprecati te fuerint in loco isto, & confessi nomini tuo, & [d] cõuersi à peccatis suis, cùm eos afflixeris, [27] exaudi de cœlo dñe, & dimitte peccata seruis tuis & populi tui Israel, & doce eos viam bonã, per quam ingrediantur, & da pluuiam terræ quam dedisti populo tuo ad possidendum. † [28] Fames si orta fuerit in terra, & pestilentia, ærugo, & aurugo, & locusta, & bruchus, & hostes vastatis regionibus portas obsederint ciuitatis, omnísq; plaga & ĩfirmitas presserit: [29] si quis de populo tuo Israel fuerit deprecatus, cognoscens plagam & infirmitatem suam, & expãderit manus suas in domo hac: [30] tu exaudies de cœlo, de sublimi scilicet habitaculo tuo, & propitiare, & redde vnicuique secundum vias suas, quas nosti eum habere in corde suo. [e] Tu enim solus nosti corda filiorum hominum, [31] vt timeant te, & ambulent in viis tuis cũctis diebus quibus viuunt super faciem terræ quam dedisti patribus nostris. [f] [32] Extremum quoque, qui non est de populo tuo Israel, si venerit de terra longinqua propter nomẽ tuũ magnum, & propter manum tuam robustam, & brachium tuum extẽtum, & adorauerit in loco isto: [33] tu exaudies de cœlo firmissimo habitaculo tuo, & facies cuncta pro quibus inuocauerit te ille peregrinus: vt sciant omnes populi terræ nomẽ tuũ, vt timeant te sicut populus tuus Israel, & cognoscant quia nomen tuum inuocatum est super domũ hanc quam ædificaui. [34] Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra aduersarios suos, per viam in qua miseris eos, adorabũt te contra viam in qua ciuitas hæc est, quam elegisti, & domus quã ędificaui nomini tuo, [35] vt exaudias de cœlo preces eorũ & obsecrationem, & vlciscaris. [g] [36] Si autem peccauerint tibi, († neq; enim est homo qui nõ peccet,) & iratus fueris eis, & tradideris hostibus, & captiuos duxerint eos in terram longinquam, vel certè quę iuxta est, [37] & conuersi in corde suo in terra ad quam captiui ducti fuerant, egerint pœnitentiã, & deprecati te fuerint in terra captiuitatis suę, dicẽtes: Peccauimus, iniquè fecim⁹, iniustè egimus: [38] & reuersi fuerint ad te in toto corde suo & tota anima sua, in terra captiuitatis suę ad quam ducti sunt, adorabunt te contra viam terrę suę, quam dedisti patribus eorum, & vrbis quam ele-

c. Salomonis oratio in primis ad deũ dirigitur, quod maxime Iosephus exequitur vbi supra. Deinde ipsum deo commendat, & postremò proximũ. Quo ad proximum longas profert petitiones, vt quicunq; orauerit i loco isto, exaudi eũ, & propitiare ei. Si peccauerit quispiam in proximum suum, & superatus fuerit populus tuus Israel ab inimicis: & clauso cælo pluuia ob populi delicta nõ fluxerit: & fames orta fuerit i terra, vel pestis: quicquid peccauerint in te, & deprecati fuerint in templo tuo, dicentes: peccauimus, iniquè egimus, iniustè fecimus: exaudi preces eorũ, & dimittas populo tuo, quãuis peccatori. Angelomus.

d. Cum ad orationẽ pergitur, à peccatis conuertendum est. Hiero.

e. Ipsius enim solius est cordis arcana prospicere, cui soli humanorum cordium cognitio est qui formauit ea. Chr. super 1oa. homil. 37.

f. Nec solis Hebræis errantibus hæc opem ãte precor, sed etiã si ab extremis orbis finibus aliqui venerint, aut vndecũque profecti in hoc loco boni quippiã impetrare ãte voluerint, exoratus illis largire. Ioseph. Antiq. Iudaic. lib. 8. cap. 4.

g. Quippe in Genesi cap. 8. dicitum: sensus enim & cogitatus humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua: obsecro vos, quia præ omnib⁹ malis homo est pessimũ malũ. Nam si bestiis comparare volueris eum, peiorem inuenies, &c. Chryf. super ea. cap. homil. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gisti,& domus quam ædificaui nomini tuo: [19] vt exaudias de cœlo,hoc est de firmo habitaculo tuo,preces eorum,& facias iudiciũ,& dimittas populo tuo quanuis peccatori. [20] Tu es enim deus meus. Aperiantur quæso oculi tui,& aures tuę intentę sint ad orationem quæ fit in loco isto. [h] [21] Nunc igitur consurge domine deus in requiem tuam,tu & arca fortitudinis tuæ. † Sacerdotes tui domine deus induantur salutem,& sancti tui lætẽtur in bonis. [22] Domine deus meus ne auerseris faciem Christi tui. Memento misericordiarum Dauid serui tui.

Domini maiestas apparens, Salomonis preces admisit. VII.

[A] Vmq; complesset Salomon fundens preces,ignis descendit de cœlo,& deuorauit holocausta & victimas,& maiestas domini impleuit domũ, [2] nec poterant sacerdotes ingredi templum domini,eo quòd implesset maiestas domini templum dñi. [3] Sed & omnes filij Israel videbant descendentem ignem,& gloriam domini super domum, & corruentes proni in terram super pauimentum stratum lapide, adorauerunt & laudauerunt dominum, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. [4] Rex autem & omnis populus immolabant victimas coram domino. [5] Mactauit igitur Rex Salomon hostias, boum viginti duo milia,arietum centum viginti milia, † Et dedicauit domum dei Rex & vniuersus populus. [6] Sacerdotes autem stabant in officiis suis, & Leuitæ in organis carminum domini,quæ fecit Dauid Rex ad laudãdum dominum,quoniam in seculum misericordia eius, hymnos Dauid canentes per manus suas. Porrò sacerdotes canebant tubis ante eos,cunctúsque Israel stabat. † [a] [7] Sanctificauit quoque Salomon medium atrij ante templum domini. Obtulerat enim ibi holocausta & adipes pacificorum, quia altare æneum quod fecerat, non poterat sustinere holocausta & sacrificia & adipes. [b] [8] Fecit ergo Salomon solennitatem in tempore illo septem diebus, & omnis Israel cum eo,ecclesia magna valde,ab introitu Emath vsq; ad torrentem Ægypti. [9] Fecitque die octaua[c] collectam,eo quòd dedicasset altare septem diebus, & solennitatem celebrasset diebus septem. [10] Igitur in die vicesimatertia mensis septimi dimisit populos ad tabernacula sua lætantes atque gaudentes super bono quod fecerat dominus Dauid & Salomoni,& Israel populo suo. † [11] Compleuítq; Salomon domum domini, & domum Regis, & omnia quæ disposuerat in corde suo vt faceret in domo domini,& in domo sua, & prosperatus est. [12] Apparuit autem ei dominus nocte, & ait: [d] Audiui orationem tuam,& elegi locum istũ mihi in domum sacrificij. [13] Si clausero cœlum, & pluuia non fluxerit, & mandauero & præcepero locustæ vt deuoret terram,& misero pestilentiam in populum meum, [14] cõuersus autem populus meus, super quos inuocatum est nomen meum,deprecatus me fuerit,& exquisierit faciem meam,& egerit pœnitentiam à viis suis pessimis,& ego exaudiam de cœlo,& propitius ero peccatis eorum,& sanabo terram eorum. [15] Oculi quoq; mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius qui in loco isto orauerit. [16] Elegi enim & sanctificaui locum istũ,vt sit nomen meum ibi in sempiternum,& permaneãt oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus. [17] Tu quoq; si ambulaueris coram me sicut ambulauit Dauid pater tuus,& feceris iuxta omnia quæ præcepi tibi,& iustitias meas iudiciáq; seruaueris, [18] suscitabo thronũ regni tui,sicut pollicitus sum Dauid patri tuo,dicens: Nõ auferetur de stirpe tua vir qui non sit princeps in Israel. [e] [19] Si auté auersi fueritis, & dereliqueritis iustitias meas,& præcepta mea quę proposui vobis,& abeuntes seruieritis diis alienis,& adoraueritis eos: [20] euellam vos de terra mea quam dedi vobis, & domum hãc quam sanctificaui nomini meo,proiiciam à facie mea,& tradam eam in parabolam & in exemplum cunctis populis, [21] & domus ista erit in prouerbium vniuersis transeuntibus, & dicent stupentes: Quare fecit dominus sic terræ huic & domui huic? [22] Respondebuntq;: Quia dereliquerunt dominum deum patrum suorum,qui eduxit eos de terra Ægypti, & apprehenderunt deos alienos,& adorauerũt eos & coluerunt,& idcirco venerunt super eos vniuersa hæc mala.

Instaurat

h. Hoc est, in hoc templo deinceps habitare digneris. Propterea illud gratioſe ingredere, in quo est sedes tua, scilicet propitiatorium, & quod tibi factũ est, vt in eo requiescas, id est per pietatis tuæ effectus ostendas te inuariabilem, & incircũscriptibilem deum ibi adesse tuũ arca fœderis tui cũ populo tuo. Dionys.

a Quoniam altare non sufficiebat capere hostias oblatas. Hierony.

b. Sed puto non aliud hîc velle intelligi, nisi quòd expletis diebus septem dedicationis templi, subsecuti sunt dies scenopegiæ quæ à 15. die mensis septimi secundum legem inchoabantur,& in die 22. finiebãtur. Verisque ergo festiuitatibus rite peractis, & scenopegiarum octaua die finita, dimisit rex Salomon populos ad sua. Angelomus super 3 Reg. 8.

c. Quæ in octaua paschæ & in octaua tabernaculorum fieri solebat. Hiero.

d. Hic videas orationis vim & efficaciam, quæ cœli aperit & claudit. Nam ecclesiastica oratio soluit vincula Petri, & Pauli dilatauit prædicationis fiduciã. Oratio caminũ ignis extinxit, oratio concluſit ora leonũ, oratio seditionem compescuit, oratio paradisum aperuit, oratio cœli cardines referauit, oratio sterilẽ fœcundauit, oratio Cornelij cœlos penetrauit, oratio publicanũ iustificauit. Chrysost. de reditu suo ab Asia. Homil. 13.

e. Dum Salomon quidẽ in curis fuit & perturbatione de principatu gentis illius consilcans, illa visione dignus est habitus: vt verò natus est deliciis, in ipsum malitiæ barathrũ delapsus est. Chrysost. ad populum Antioch. homil. 64.

Instaurat Salomon ciuitates quas Hiram sibi donauit. VIII.

[b] 1 Reg. 9. b

[A] Expletis † autem viginti annis,postquam ædificauit Salomon domum domini,& domũ suam: [2] ciuitates quas dederat Hiram Salomoni,ædificauit:& habitare ibi fecit filios Israel. [3] Abiit quoq; in Emath Suba:& obtinuit eã, [4] & ædificauit [a] Palmiram in deserto,& alias ciuitates munitissimas ędificauit in Emath. [5] Extruxítque Bethoron superiorem,& Bethoron inferiorem,ciuitates muratas,habentes portas,& vectes,& seras. [6] Balaath etiam & omnes vrbes firmissimas,quæ fuerunt Salomonis, cunctásq; vrbes quadrigarum,& vrbes equitum. Omnia quæcunq; voluit fecit rex Salomon atq; disposuit, [B] ædificauit in Ierusalem,& in Libano,& in vniuersa terra potestatis suæ. [7] Omnem populum qui derelictus fuerat de [b] Hethæis,& Amorræis, & Pherezæis, & Heuæis & Iebusæis,qui nõ erant de stirpe Israel, [8] de filiis eorum & de posteris,quos non interfecerant filij Israel,subiugauit Salomon in tributarios vsq; in diem hanc. [9] Porrò de filiis Israel non posuit vt seruirent operibus regis. Ipsi enim erant viri bellatores & Duces primi,& principes quadrigarum,& equitum eius. [10] Omnes autem principes exercitus regis Salomonis fuerunt ducenti quinquaginta, qui erudiebant populum. [11] Filiam verò Pharaonis transtulit de ciuitate Dauid,in domũ quam ædificauerat ei. [C] Dixit enim:Nõ habitabit vxor mea in domo Dauid regis Israel,eo quòd sanctificata sit:quia ingressa est in eam arca domini. [12] Tunc obtulit Salomõ holocausta domino super altare domini quod extruxerat ante porticũ: [c] [13] vt per singulos dies offerretur in eo iuxta præceptũ Moysi in sabbatis & in Calẽdis,& in festis diebus,ter per annũ, id est in solennitate azymorum, & solennitate hebdomadarum, & in solennitate tabernaculorum. [14] Et constituit iuxta dispositionem Dauid patris sui officia sacerdotum in ministeriis suis,& Leuitas in ordine suo: vt laudarent & ministrarent corã sacerdotibus iuxta ritum vniuscuiusq; diei & ianitores in diuisionibus suis per portam [D] & portam. Sic enim præceperat Dauid homo dei. [15] Nec prætergressi sunt de mãdatis regis tam sacerdotes quàm Leuitæ, ex omnibus quæ præceperat. Et in custodiis thesaurorum, [16] omnes impensas præparatas habuit Salomon,ex eo die quo fundauit domum domini vsque in diem quo perfecit eam. [17] Tunc abiit Salomon in [d] Asiongaber, & in Ailath ad oram maris rubri,quæ est in terra Ædom. [18] Misit ergo ei Hirã per manus seruorum suorum naues, & nautas gnaros maris: & abierunt cum seruis Salomonis in Ophir. Tulerúntque inde quadringenta quinquaginta talenta auri, & attulerunt ad regem Salomonem.

a. Palmira dicta Hebræa lingua Thamor, a diuersa à Salomone Rege Hebræo. Vrbs maxima, & situ nobilis, diuinæ solo, vastu vndiq; ambitu arenis includente intus agros aquis irriguos & amœnos, fœcundisque & puteis nimis abundantes, cũ in circumiacẽte regione aquæ nusquam inueniantur. Abest à Syria superiore duorum dierũ itinere, ab Euphrate vnius, à Seleucia Parthorum trio. passuum.

b. Quæ in Salomone figurata sunt, in Christo iã adimpleta sunt. Nunc rex noster pacificus omnes eã seruilis cõditionis quam habere, in perpetuæ iuris conditionem, & singulis vtiq; ad proprium seruitiũ. Siue enim Iudæi sint siue gentes siue hæretici siue schismatici, in eius dominationem cõsistunt, & illis vtitur interdum vtilibus ecclesiæ suę: filios verò liberæ non seruire finit vllo modo, aut Iudæorũ ritibus, vel hæreticorum legibus & erroribus. Angelomus.

c. In lege enim veteri erãt 7. solennitates, & vna cõtinua: vt patet Leuit. 23. Num. 28. & 29. quarum 3 erãt præcipuæ à deo per Moysen ordinatæ, in quibus oportebat quẽlibet Hebræũ visitare templum in loco quem placuit domino eligere ex cunctis locis, vt ibi dictum est amplius.

d. Asiongaber portus est maris rubri, non procul ab Elana villa in Idumæa, nec longe distans ab Hailæ: vbi classis Iosaphat vi tempestatis est attrita, & Salomonis instructa ad nauigationem in Ophir. Vnde & cæteri reges ad Iudaicas nauigationes eo portum fiũt. Est & mẽtio pt. & vltima Sophindinis in Pharan.

Regina Saba datis susceptísque muneribus discessit. Salomon scuta aurea & argentea, & alia vasa, solióque construxit, & tandem moritur. IX.

[A] Regina † [a] quoq; Saba cum audisset famam Salomonis,venit vt tentaret eum in ænigmatibus in Ierusalem, cum magnis opibus, & camelis qui portabãt aromata,& auri plurimum, gemmásque pretiosas. Cúmque venisset ad Salomonem,locuta est ei,quæcunq; erant in corde suo. [2] Et exposuit ei Salomon omnia quę proposuerat,nec quicquam fuit quod non perspicuũ ei fecerit. [3] Quæ postquam vidit,sapientiam scilicet Salomonis,& domũ quã ædificauerat, [*] necnon & cibaria mensę eius,& habitacula seruorũ,& officia [B] ministrorum eius,& vestimẽta eorum,pincernas quoq; & vestes eorum, & victimas quas immolabat in domo domini:non erat præ stupore vltrà in ea spiritus. [4] Dixítq; ad regem: [b] Verus est sermo quem audieram in terra mea de virtutibus & sapientia tua. [6] Non credebã narrãtibus,donec ipsa venissem,& vidissent oculi mei,& probassem vix medietatẽ sapientiæ tuæ mihi fuisse narratã. Vicisti famam virtutibus tuis. [7] Beati viri tui,& beati serui tui ij qui assistunt corã te omni tẽpore, & audiunt sapiẽtiam tuam. [8] Sit dominus deus tuus benedictus, qui te voluit ordinare super thronũ

a. Quid? sic exponuncs? Regina Saba cum audisset sapientiã Salomonis nõ esse naturalem, qualis est sapiẽtia philosophorũ, Magorũ & id genus hominum, sed à deo datam, venit vt tentaret illum, & differentiã inter naturalem & diuinã sapiẽtiam agnosceret. Vnde Hieronymus ad Principiũ: Quid loquar de regina Saba quæ venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, & testimonio domini cõdemnatura est omnes viros Ierusalem? ibidem.

b. Cõsideratis vndiq; artificiis cum illorum ornatu, multo magis mirabatur Salomonis sapientiam, numerum, & ordinẽ sacerdotũ, Leuitarum, præpositorum, ianitorum, cantorũ, ac omnium ministrantium in domo domini qui supra dẽsignati sũt. 1. Para. 22. Ioseph.

Universidad de Deusto
Biblioteca

suum,regem domini dei tui.Quia diligit deus Israel,& vult seruare eum in æternum, idcirco posuit te super eum regem,vt facias iudicia atq; iustitiam.[c] [9] Dedit autē regi centum viginti talenta auri,& aromata multa nimis,& gemmas preciosissimas.Non fuerūt aromata talia,vt hęc quę dedit regina Saba regi Salomoni. [10] Sed & serui Hirā cum seruis Salomonis attulerūt aurum de Ophir,& ligna thyina,& gemmas preciosissimas. [11] De quibus fecit rex,de lignis scilicet thyinis,gradus in domo domini,& in domo regia:citharas quoq; & psalteria cantoribus.Nunquam visa sunt in terra Iuda ligna talia. [12] Rex autē Salomon dedit reginæ Saba cuncta quæ voluit,& quæ postulauit,& multo plura quàm attulerat ad eum. Quæ reuersa abiit in terram suam cum seruis suis. [13] Erat autem pondus auri quod afferebatur Salomoni per singulos annos, sexcenta sexaginta sex talenta auri, [14] excepta ea summa quam legati diuersarū gentium & negociatores afferre consueuerant, omnésq; reges Arabiæ, & Satrapæ terrarum,qui cōportabant aurum & argentū Salomoni.† [15] Fecit igitur rex Salomon ducentas hastas aureas,de summa sexcentorum aureorum, qui in singulis hastis expendebantur. [16] Trecenta quoq; scuta aurea trecentorū aureorū, quibus tegebantur singula scuta. Posuítque ea rex in armamentario quod erat consitum nemore. [17] Fecit quoq; rex solium eburneum grande,& vestiuit illud auro mundissimo. [18] Sex quoq; gradus quibus ascendebatur ad solium, & scabellum aureum, & brachiola duo altrinsecus,& duos leones stantes iuxta brachiola: [19] sed & alios duodecim leunculos stātes super sex gradus ex vtraq; parte.Non fuit tale soliū in vniuersis regnis. [20] Omnia quoq; vasa cōuiuij regis erant aurea,& vasa domus saltus Libani,ex auro purissimo.Argentum enim in diebus illis pro nihilo reputabatur. [21] Siquidem naues Regis ibant in [d] Tharsis cum seruis Hiram semel in tribus annis: & deferebant inde aurum & argētum & ebur & simias & pauos.† [22] Magnificatus est igitur Salomō super omnes reges terræ præ diuitiis & gloria. [23] Omnésque reges terrarum desiderabant videre faciē Salomonis,vt audirent sapientiam quam dederat deus in corde eius. [24] Et deferebant ei munera,vasa argentea,& aurea,& vestes, & arma,& aromata,equos & mulos per singulos annos. [25] Habuit quoq; Salomon quadraginta milia equorum in stabulis,& curruum equitúmque duodecim milia. Constituitq; eos in vrbibus quadrigarum, & vbi erat rex in Ierusalē. [26] Exercuit etiam potestatem super cunctos reges à flumine [e] Euphrate vsque ad terram Philisthinorum,& vsq; ad terminos Ægypti. [27] Tantámque copiam prębuit argenti in Ierusalem quasi lapidum:& cedrorum tantam multitudinem velut sycomororum quæ gignuntur in campestribus. [28] Adducebantur autem ei equi de Ægypto cunctísque regionibus.† [29] Reliqua autem operum Salomonis, [f] priorum & [g] nouissimorum, scripta sunt in verbis Nathan prophetæ,& in libris Ahiæ Silonitæ, in visione quoq; Addo videntis contra Ieroboam filium Nabat. [30] Regnauit autem Salomon in Ierusalem super omnem Israel quadraginta annis. [31] Dormiuítque cum patribus suis:& sepelierunt eum in ciuitate Dauid: regnauítque Roboam filius eius pro eo.

c. Sūt qui dicūt quòd regina Saba postquā remeauit ad propria,scripsit Salomoni quod præsentialiter ei dicere timuit, se vidisse in domo saltus Libani quoddam lignum, in quo suspēdēdus erat quidā pro cuius morte regnum Iudæorum periret:& certis in signis illud regi indicauit. Quod ci meus Salomō,illud in probatitam piscinam profundis terræ visceribus occultari fecit. Sed quomodo circa cōpora Christi in eadem probatica piscina supernatarent,incertum est. Et creditur hoc fuisse lignum dominicæ crucis: vt habetur in Spec.histo.

d Tharsis vel Iest regio Indiæ, vt vult Iosephus, vel certe omne pelagus Tharsis appellatur.Hiero. super 10.cap.Hieremiæ.

e Euphrates fertur à fontibus in quendam pronū locum, longéque procedens latitatim quod sub terram ingrediatur, sed mira quadā causa. Super enim aquas fit limus alius longitudine stadiorū 50 latitudine 20. adeóque durescit, vt cōiuncti videantur, super quo pedites, equites, currúsq; securi ambulant. Super eodē calami numerosi nascūtur, quos accolæ quotannis ad fa dices secūdo flante vēto cōburunt, ne viā impediāt. Deinde fluuius emergens iterū in Edessenā regionē procedit, in Thauros vrbē.

f. Antequam præuaricatus fuisset.

g. Postquam præuaricatus est.

Liber II.

Rob. filius Salomonis, qui vtili seniorum relicto consilio, adolescentium cōsilia secutus est,licet de domo Dauid fuerit, tamē in via eius nō gradiebatur.Fecit enim Iudas malē coram domino & irritauerunt eum super omnibus quæ fecerant patres eorum in peccatis suis quibus peccauerant. Ædificauerūt sibi aras,& statuas & lucos super omnem collem excelsum,& subter omnem arborem frondosam, Angel.super 3.Reg.12.

tempore.[c] [8] At ille reliquit cōsilium senum, & cum iuuenibus tractare cœpit, qui cū eo nutriti fuerant,& erant in comitatu illius:[9] dixítque ad eos:†Quid vobis videtur, vel respondere quid debeo populo huic,qui dixit mihi,Subleua iugum quod imposuit nobis pater tuus? [10] At illi responderunt vt iuuenes, & nutriti cum eo in deliciis, atq; dixerūt:Sic loquēris populo qui dixit tibi: Pater tuus aggrauauit iugum nostrū, tu subleua:& sic respondebis eis:Minimus digitus meus grossior est lūbis patris mei. Pater meus imposuit vobis graue iugum,& ego maius pondus apponā. [11] Pater meus cecīdit vos flagellis,ego verò cædam vos scorpionibus. [12] Venit ergo Ieroboā & vniuersus populus ad Roboam die tertio,sicut præceperat eis. [13] Respondítq; Rex dura, derelicto consilio seniorum: [14] locutúsq; est iuxta iuuenum voluntatem: Pater meus graue vobis imposuit iugū,quod ego grauius faciā. Pater meus cecīdit vos flagellis, ego verò cædam vos scorpionibus. [15] Et non acquieuit populi precibus. † Erat enim voluntatis dei vt compleretur sermo eius quem locutus fuerat per manum Ahiæ Silonitæ ad Ieroboam filium Nabat. [16] Populus autem vniuersus rege duriora dicente, sic locutus est ad eū: † Nō est nobis pars in Dauid:neq; hæreditas in filio Isai.Reuertere in tabernacula tua Israel:tu autem pasce domum tuam Dauid. Et abiit Israel in tabernacula sua. [17] Super filios autem Israel,qui habitabāt in ciuitatibus Iuda,regnauit Roboam.† [18] Misitq; rex Roboam Aduram,qui præerat tributis, & lapidauerūt eum filij Israel,& mortuus est.Porrò rex Roboam currum festinauit ascendere,& fugit in Ierusalem. [19] Recessitq; Israel à domo Dauid vsque ad diem hanc.† Factum est autem cum audisset omnis Israel quòd reuersus esset Ieroboam,miserunt & vocauerunt eum congregato cœtu,& constituerunt eum regem super omnem Israel,nec secutus est quisquam domum Dauid præter tribum Iuda solam.

Dissuadetur Roboam bellare contra Israel,qui multis vrbibus instauratis,multas duxit vxores & concubinas. XI.

[a] Tribus Beniamin secuta est Roboam occasionaliter:ea quia nō poterat se separare à tribu Iuda, in medio cuius habitabat. Similiter tribus Leui:quoniam locus diuini cultus & sacrificiorum, videlicet templum domini erat in Ierusalem. Dionys. ibidem.

b. Et cum voluisset Roboā tanquam tyrānidem diuisæ illius partis bello persequi,prohibitus est populus pugnare cōtra fratrem suū, dicente deo per prophetā sibi hoc fecisse. Vnde apparuit nullum in ea re vel Israel Regis vel populi fuisse peccatum,sed voluntatem dei vindicantis impleram esse:qua cognita pax vtraque inter se pacata cōquiescit.nō enim religionis, sed regni fuerat facta diuisio. Aug. de ciuit. dei,lib.18.ca. 21.Item,deus tamē hoc misit per ipsorum hominum voluntates facere voluit, sine dubio habens humanorum quōd placeret animorum inclinandorum potestatē. Sic ergo cum voluerit regnes in terra deus cōstituere,magis habet in potestate voluntates hominum, q̄ ipsi suas voluntates. Euchir.cap.super 4 Reg 3.

c. Roboam cum ex priore matrimonio cognatæ cuiusdam mulieris tres liberos suscepisset, superduxit postea cognatam aliā Maacham, è Thamare Absalomi filia progenitam,ex qua Abiæ pater factus est. Et quāuis etiam ex aliis vxoribus liberos haberet, præ omnibus tamē amauit Maacham.Ioseph.lib.8.cap.10.

PRofectus† est autem Roboam in [a] Sichem.Illuc enim cunctus Israel cō uenerat, vt constituerent eum regem. [2] Quod cum audisset Ieroboam filius Nabat qui erat in Ægypto,fugerat quippe illuc ante Salomonem, statim reuersus est.[3] Vocauerúntque eum,& venit cum vniuerso Israel: & locuti sunt ad Roboam,dicētes:[4] Pater tuus [b] durissimo iugo nos pressit:tu leuiora impera patre tuo qui nobis imposuit grauem seruitutem,& paululum de onere subleua, vt seruiamus tibi. [5] Qui ait: Post tres dies reuertimini ad me.Cúmque abiisset populus, [6] iniit consilium cum senibus qui steterant coram patre eius Salomone dum adhuc viueret,dicens:Quod datis consilium vt respondeā populo? [7] Qui dixerunt ei:Si placueris populo huic,& lenieris eos verbis clemētibus, seruient tibi omni

a Israelite hunc locum elegerunt,vt facilius in domū Dauid conspirarēt, & electionem impedirent,occasionē nacti in Roboam infelici vendo auspicio.Euther.

b. Eo quòd viginti quatuor milia per vices mensibus singulis morabantur cū rege in Ierusalem.Hieronym. ibidem.

tempore.

Universidad de Deusto
Biblioteca

20 Post hãc quoq; accepit Maacham filiã Abſalom: quæ peperit ei Abiam, & Athai, & Zizam, & Salomith. 21 Amauit autem Roboam Maacham filiam Abſalom ſuper omnes vxores ſuas & concubinas: Nam vxores decem & octo duxerat, concubinas autem ſexaginta: & genuit vigintioćto filios, & ſexaginta filias. 22 Conſtituit verò in capite Abiam filium Maacha, ducem ſuper omnes fratres ſuos, ipſum enim Regem facere cogitabat, 23 quia ſapientior fuit & potentior ſuper omnes filios eius in cúctis finibus Iuda & Beniamin, & in vniuerſis ciuitatibus muratis. Præbuítque eis eſcas plurimas, & multas petiuit vxores.

Rex Ægypti Ieruſalem ſpoliata, aurea & argentea ſcuta Salomonis aufert, pro quibus Roboam ænea conſtruxit. XII.

a. Videſ quàm periculoſa ſit diuitiarum affluentia, & quàm felix ciuitas eſt cuius rector ſapiens & iuſtus, cuius vices ſapiẽs Eccleſiaſticus profert. Secúdũ iudicẽ populi, ſic & miniſtri eius. Et qualis eſt rector ciuitatis, talet & habitãtes in ea. Rex inſipiens perdet populum ſuum. Ille vtiq; Rex de quo dictum eſt. Eccl.10.d. Vę tibi terra cui? Rex puer eſt, & cuius principes mane comedunt: quia talis Rex perdet populum ſuum, hoc eſt, omnes ibi obedientes in barathrum ſecum precipitat inferni. Rabanus ſuper.10.ca. Eccleſiaſtici.

CVmque † roboratum fuiſſet regnum Roboam & confortatum, 1 dereliquit legem domini, & omnis Iſrael cum eo. 2 Anno autem quinto regni Roboam aſcendit Seſac rex Ægypti in Ieruſalem, quia peccauerat domino, 3 cum mille ducentis curribus, & ſexaginta milibus equitum. Nec erat numerus vulgi quod venerat cum eo ex Ægypto: Lybies ſcilicet, & Troglodytæ & Æthiopes, 4 cepitq; ciuitates munitiſſimas in Iuda, & venit vſque in Ieruſalem. 5 Semeias autem propheta ingreſſus eſt ad Roboã, & principes Iuda, qui congregati fuerant in Ieruſalem, fugientes Seſac: dixítq, ad eos: Hæc dicit dominus: Vos reliquiſtis me, & ego reliqui vos in manu Seſac. 6 Conſternatíq; principes Iſrael & rex, dixerunt: Iuſtus eſt dominus. 7 Cúmq; vidiſſet dominus quòd humiliati eſſent, factus eſt ſermo domini ad Semeiam, dicens: Quia humiliati ſunt, non diſperdam eos, dabóq; eis pauxillum auxilij, & non ſtillabit furor meus ſuper Ieruſalem per manũ Seſac. 8 Veruntamen ſeruient ei, vt ſciant diſtantiam ſeruitutis meæ, & ſeruitutis regni terrarum. 9 Receſſit itaque Seſac rex Ægypti ab Ieruſalem ſublatis theſauris domus domini, & domus regis, omniáque ſecum tulit, & clypeos aureos quos fecerat Salomon, 10 pro quibus fecit rex æneos: & tradidit illos principibus ſcutariorum qui cuſtodiebãt veſtibulum palatij. 11 Cúmq; introiret rex domum dei, veniebant ſcutarij, & tollebant eos: iterúmq; referebant eos ad armamentarium ſuum. 12 Veruntamen quia humiliati ſunt, auerſa eſt ab eis ira domini: nec deleti ſunt penitus. Siquidem & in Iuda inuẽta ſunt opera bona. †b 13 Confortatus eſt ergo rex Roboam in Ieruſalem: atque regnauit. Quadraginta autem & vnius anni erat cum regnare cœpiſſet, & decem & ſeptem annis regnauit in Ieruſalem vrbe quam elegit dominus vt confirmaret nomen ſuum ibi de cunctis tribubus Iſrael. Nomen autem matris eius Naama Ammonitis. 14 Fecítq; malum, & non præparauit cor ſuum vt quæreret dominum. 15 Opera verò Roboam prima & nouiſſima ſcripta ſunt in libris Semeiæ prophetæ, & Addo videntis, & diligenter expoſita. Pugnauerúntque aduerſum ſe Roboam & Ieroboam cunctis diebus, 16 & dormiuit Roboam cum patribus ſuis, ſepultúſq; eſt in ciuitate Dauid: & regnauit Abia filius eius pro eo.

b. Quoniã vt plurimum patrẽ ſequitur ſua proles: Salomõ multiplicauit ſibi mulieres & cõcubinas. Sic Roboã.18. vxores habuit, & 30. concubinas, vnde.28 filios habuit, & 40. filias. Come.

Abia patri ſuccedens in Iuda, expugnato Ieroboam ex multis vxoribus plurimos accepit filios & filias. XIII.

a Hæcin 3 lib. Reg. c.15. dicit vt Maacha filia Abeſſalon, & Thamar, filia Abſalon, vt ibidẽ dicit ſolcyſmus, cuius æquiuocationem facit nominum pluralitas.

ANno † octauodecimo regis Ieroboam regnauit Abia ſuper Iudam. 2 Tribus annis regnauit in Ieruſalem: nomẽque matris eius 2 Michaia filia Vriel de Gabaa, & erat bellum inter Abiam & Ieroboam. † 3 Cúmque iniſſet Abia certamen, & haberet bellicoſiſſimos viros, & electorum quadraginta milia: Ieroboam inſtruxit econtra aciem octoginta milia virorum: qui & ipſi electi erant, & ad bella fortiſſimi. 4 Stetit ergo Abia ſuper montem Semeron, qui erat in Ephraim, & ait: Audi Ieroboam, & omnis Iſrael. 5 Num ignoratis quòd dominus deus Iſrael dederit regnum Dauid ſuper Iſrael in ſempiternum, ipſi & filiis eius b in pactum ſalis? 6 Et ſurrexit Ieroboam filius Nabat, ſeruus Salomonis filij Dauid, † & rebellauit contra dominum ſuum. 7 Congregatíque ſunt ad eum

b. Pactum ſalis in quibuſdã locis pro lege ponitur, quæ omnia cõdimentũ eſt, & in hoc loco pro domo Dauid, veniens Iſraeli cõdimẽtum fuit. Hieron. ibid.

ad eum viri vaniſſimi, & filij Belial, & præualuerunt contra Roboam filium Salomonis. Porrò Roboam erat rudis, & corde pauido: nec potuit reſiſtere eis. c 8 Nunc ergo vos dicitis, quòd reſiſtere poſſitis regno domini quod poſſidet per filios Dauid, habẽtiſque grandem populi multitudinem, atque vitulos aureos, quos fecit vobis Ieroboam in deos. † 9 Et eieciſtis ſacerdotes domini filios Aaron atq; Leuitas, & feciſtis vobis ſacerdotes ſicut omnes populi terrarum. Quicunq; venerit & initiauerit manũ ſuam in tauro, in bobus, & in arietibus ſeptem, fit ſacerdos eorum qui non ſunt dij. 10 Noſter autem dominus deus eſt, quem nõ relinquimus: ſacerdotéſque miniſtrant domino de filiis Aaron, & Leuitæ ſunt in ordine ſuo: 11 holocauſta quoque offerunt domino per ſingulos dies mane & veſpere, & thymiama iuxta legis præcepta confectum, & proponuntur panes in menſa mundiſſima. Eſtq; apud nos candelabrum aureum, & lucernæ eius, vt accendantur ſemper ad veſperam. Nos quippe cuſtodimus præcepta domini dei noſtri, quem vos reliquiſtis. 12 Ergo in exercitu noſtro dux deus eſt, & ſacerdotes eius qui clangunt tubis, & reſonant cõtra vos. Filij Iſrael, nolite pugnare contra dominum deum patrum veſtrorum, quia non vobis expedit. 13 Hęc illo loquente, Ieroboam d retro moliebatur inſidias. Cúmque ex aduerſo hoſtium ſtaret, ignorantem Iudam ſuo ambiebat exercitu. 14 Reſpiciénſq; Iudas vidit inſtare bellum ex aduerſo & poſt tergum, & clamauit ad dominũ: ac ſacerdotes tubis canere cœperunt, 15 omnéſq; viri Iuda vociferati ſunt. Et ecce illis clamãtibus, e perterruit deus Ieroboam & omnem Iſrael qui ſtabat ex aduerſo Abia & Iuda, 16 fugerúntq, filij Iſrael Iudam, & tradidit eos deus in manus eorũ. 17 Percuſſit ergo eos Abia & populus eius plaga magna, & corruerunt vulnerati ex Iſrael quinquaginta milia virorum fortium. 18 Humiliatíq; ſunt filij Iſrael in tempore illo, & vehementiſſimè confortati filij Iuda, eò quòd ſperaſſent in domino deo patrum ſuorum. f 19 Perſecutus eſt autem Abia fugientẽ Ieroboam: & cepit ciuitates eius, Bethel, & filias eius, & Ieſana cum filiabus ſuis, Ephron quoq; & filias eius. 20 Nec valuit vltrà reſiſtere Ieroboã in diebus Abia. Quem percuſſit dominus, & mortuus eſt. 21 Igitur Abia confortato imperio ſuo, accepit vxores quatuordecim, procreauítque vigintiduos filios, & ſedecim filias. 22 Reliqua autem ſermonum Abia, viarúmque & operum eius, ſcripta ſunt diligentiſſimè in libro Addo prophetæ.

c. Vnde elicitur 9. Abia intendebat aduerſarios perſuadere, vt ſine bello abirẽt, vel regnum totum ſibi pacifice redderẽt: ad quod diuerſa ducere motiua, quo rum primum eſt, quòd dominus conceſſit Dauid ac poſteris eius Iſraheticum regnum in perpetuum. Verũtamẽ hęc promiſſio facta fuit ſub conditione ſi in dei obſequio perſeuerarẽt fideles. Dionyſ. ibid.

d. Adhuc Abia loquente quidam milites Ieroboã latenter inimici, vt Abiam ex aliquibus partibus circũdarent: quos exercitus non viderat. Qui cum inter hoſtes apparauiſſent, exercitus quidem conturbatus expauit, Abias autẽ cõfortabat eos, & vt in dominũ ſpem haberẽt, expoſcebat, &c. Ioſeph. li. 8. cap. 11.

e. Non obſtantibus inſidiis Ieroboam factum eſt prælium inter Abiam & Ieroboam in loco quem Ioſephus noſtrem vocat Anorẽorum, & habuit Abia cõtra ſpem victoriam inæſtimabilem. Comeſtor lib. 3. Reg. cap 11.

f. Ad hunc regis vocẽ reddicit eſt militum animus, & innocua ope numinis ad facerdotum clafica ingenti clamore ſublato alacritatis indicia, in hoſtẽ irruunt. Nec defuit cœleſte auxiliũ quod hoſtium vigorem repulit, Abiamis longe præpollentibus. Ioſeph. Antiquit. lib. 8. cap. 11.

Mortuo Abia ſucceſsit Aſa filius eius, qui pugnauit contra Æthiopes. XIIII.

DOrmiuit † a autẽ Abia cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in ciuitate Dauid. Regnauítq; Aſa filius eius pro eo: in cuius diebus quieuit terra annis decẽ. 2 Fecit autem Aſa quod bonum & placitum erat in conſpectu dei ſui, 3 & ſubuertit altaria peregrini cultus, & b excelſa & confregit ſtatuas, locóſq; ſuccidit, 4 & præcepit Iudæ vt quæreret dominũ deum patrum ſuorũ, & faceret legem, & vniuerſa mandata. 5 Et abſtulit de cunctis vrbibus Iuda aras & phana: & regnauit in pace. 6 Ædificauit quoq; vrbes munitas in Iuda, quia quietus erat, & nulla temporibus eius bella ſurrexerant pacem domino largiente. 7 Dixit autem Iudæ: Ædificemus ciuitates iſtas, & vallemus muris, & roboremus turribus, & portis, & ſeris, donec à bellis quieta ſunt omnia, eo quòd quæſierimus dominũ deum patrum noſtrorũ, & dederit nobis pacem per gyrum. Ædificauerunt igitur, & nullũ in extruendo impedimentũ fuit. 8 Habuit autem Aſa in exercitu ſuo portantium ſcuta & haſtas de Iuda trecenta milia, de Bẽiamin verò ſcutariorum & ſagittariorum ducenta octoginta milia. Omnéſq; iſti viri fortiſſimi. 9 Egreſſus eſt autem contra eos Zara Æthiops cum exercitu ſuo decies centena milia, & curribus trecentis, & venit vſq; Mareſa. 10 Porrò Aſa perrexit obuiam ei, & inſtruxit aciem ad bellum in valle Sephata, quæ eſt iuxta Mareſa: † 11 & inuocauit dominũ deum, & ait: Domine, nõ eſt apud te vlla diſtantia vtrum in paucis auxilieris, an in pluribus. adiua nos domine deus noſter. In te enim & in tuo nomine habentes fiduciam, venimus contra hanc multitudinẽ. Domine, deus noſter tu es: non præualeat contra te homo,

a. Defunctus eſt autẽ Abia non multo poſt hanc victoriam, exacto tertio principatus ſui anno: ſepulcúſque eſt Ieroſolymis in maiorũ ſuorum cõditoriis, relictis filijs vigintiduobus, filiab. ſedecim. Ioſeph. Antiquit. Iudaic. lib. 8. cap. 11.

b. Aſa abſtulit excelſa in quibus antea idolis ſacrificabatur. Reliquit tamẽ excelſa in quibus populus ſuo obtulit deo ſacrificia quædam, præſertim ſponte a ſeu votiua. Hinc eſt quòd 3. Reg. 15. dicitur Excelſa autem non abſtulit. Aliqui tamen affirmãt quòd nõ abſtulit excelſa ſeu phana quę Salomõ fecit diis vxorum ſuarum in monte oliueti, quod tertio libro Regũ legitur, cap. 11. Dionyſ. ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

c. Asa. 10. anno regni sui percussit Zaram Regē Aethiopiæ plaga grandi, qui irruerat in terram Iuda, & redeunti Asa à victoria occurrit Azarias propheta, de quo in sequenti capite, dicens victoriam sibi à deo concessam, quia legitima eius seruabat. Comestor. 3. Reg. 32.

c 12 Exterruit itaq; dominus Æthiopes coram Asa & Iuda. Fugerúntque Æthiopes, 13 & persecutus est eos Asa, & populus qui cũ eo erat, vsq; Gerara. Et ruerunt Æthiopes vsq; ad internecionem: quia domino cædente contriti sunt, & exercitu illius præliante. Tulerunt ergo spolia multa: 14 & percusserunt ciuitates omnes per circuitum Geraræ. Grandis quippe cunctos terror inuaserat. Et diripuerunt vrbes, & multam prædam asportauerunt: 15 sed & caulas ouium destruentes, tulerunt pecorum infinitã multitudinem, & camelorum, reuersíque sunt in Ierusalem.

Commendantur Rex & populus Iuda ob vitæ integritatem, quòd toto corde quærant dominum. XV.

a Obed qui & Iaddo vel Addo, missus à deo in Samariam ad Ieroboam.

AZarias † autem filius a Obed facto in se spiritu dei, 2 egressus est in occursum Asa, & dixit ei: Audite me Asa & omnis Iuda, & Beniamin: Dominus vobiscum, quia fuistis cum eo. Si quæsieritis eum, inuenietis. Si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos, 3 Transibunt autem multi dies in Israel absque deo vero, & absq; sacerdote: absq; doctore quoq; & absq; lege. 4 Cúmq; reuersi fuerint in angustia sua, & clamauerint ad dominum deum Israel, & quæsierint eum, reperient eum. 5 In tempore illo non erit pax egredienti & ingredienti, sed terrores vndique in cunctis habitatoribus terrarum. † 6 Pugnabit enim gens contra gentem, & ciuitas contra ciuitatem, quia dominus cõturbabit eos in omni angustia. b 7 Vos ergo confortamini & non dissoluantur manus vestræ, erit enim merces operi vestro. 8 Quod cum audisset Asa, verba scilicet & prophetiam Azarij filij Obed prophetæ, confortatus est: & abstulit idola de omni terra Iuda, & de Beniamin, & ex vrbibus quas ceperat montis Ephraim: & dedicauit altare domini, quod erat ante porticum domini: 9 cõgregauítq; vniuersam Iudam & Beniamin, & aduenas cum eis de Ephraim, & Manasse, & de Simeon. Plures enim ad eum confugerant ex Israel, videntes quòd dominus deus illius esset cum eo. 10 Cúmq; venissent in Ierusalẽ mense tertio, anno decimoquinto regni Asa, 11 immolauerunt domino in die illa de manubiis, & præda quam adduxerant, boues septingentos, & arietes septem milia, 12 & intrauit ex more ad corroborandum fœdus: vt c quærerent dominum deum patrum suorum in toto corde, & in tota anima sua. 13 Si quis autẽ, inquit, non quæsierit dominũ deum Israel, moriatur à minimo vsque ad maximum, à viro vsque ad mulierem. 14 Iurauerúntq; domino voce magna in iubilo, & in clangore tubæ, & in sonitu buccinarum, 15 omnes qui erant in Iuda, cum execratione. In omni enim corde suo iurauerunt, & in tota voluntate quæsierunt eum, & inuenerunt. Præstitítq; eis dominus requiem per circuitũ. 16 Sed & Maacham matrẽ Asa regis ex augusto deposuit imperio, eò quòd fecisset in luco simulachrum Priapi, quod omne contriuit, & in frusta comminuens cõbussit in d torrente Cedron. 17 Excelsa autem derelicta sunt in Israel. Attamen cor Asa erat perfectum cunctis diebus eius. 18 Eáque quæ vouerat pater suus, & ipse, intulit in domum domini, argentum & aurum, vasorúmque diuersam supellectilẽ. 19 Bellum verò non fuit vsque ad tricesimumquintum annum regni Asa.

b. Sicut enim nemo est qui gaudere nolintra nemo est qui pacẽ habere nolit: quãdoquidẽ & ipse qui bella volunt, nil aliud quàm vincere volunt. ad gloriosam ergo pacem bellãdo cupiunt peruenire. Nam quid est aliud victoria, nisi subiectio repugnãtium? Quod cum factum fuerit, pax erit. August. de ciuitate dei lib. 19. cap. 12. Et rursum hãc pacẽ requirunt laboriosa bella, hanc adipiscitur quæ putatur gloriosa victoria. Quãdo autem vincunt qui casa insistere pugnabant, quis dubitet gratulandum esse victoriam, & prouenisse optabilem pacem? Hæc bona sunt, & sine dubio dei dona sunt. Idem ibidem. li. 15. cap. 4.

c Deus est sine fine quærẽdus, quia sine fine amãdus: quærere enim est amare. Charitas enim & inuenit eum per fidẽ, & eum quẽrit habere per speciem. Aug. super. psal. 104.

d. Ex cuius aqua ignis procesisse, & simulachrum combusisse, vt dicunt Hebræi.

Pugnante Baasa rege Israel contra Asa regem Iuda, vocauit Asa Benadab regem Syriæ adiutorem, & Anani prophetam ipsum increpantem in neruum coniecit. XVI.

a. Annus enim 36. diuisionis regni Israelis à morte Salomonis, qui & 17. annus Asa fuit, cum Baasa anno 26. Asæ mortuus fit.

ANno † autẽ a tricesimosexto regni eius ascendit Baasa rex Israel in Iudam, & muro circũdabat Rama, vt nullus tutè posset egredi & ingredi de regno Asa. 2 Protulit autem Asa argentum & aurum de thesauris domus domini, & de thesauris regiis, misitque ad Benadab regem Syriæ, qui habitabat in Damasco, dicẽs: 3 Fœdus inter me & te est. Pater quoq; meus & pater tuus habuere concordiam: quamobrem misi tibi argẽtum & aurum: vt rupto fœdere quod habes cũ Baasa rege Israel, facias eum à me recedere. 4 Quo cõperto Benadab misit principes exercituum suorum ad vrbes Israel, qui percusserunt Ahion,

Ahion, & b Dan, & Abelmaim, & vniuersas vrbes muratas Nephthalim. 5 Quod cũ audisset Baasa, desiuit ędificare Rama, & intermisit opus suũ. 6 Porrò Asa rex assũpsit vniuersum Iudam, & tulerũt lapides de Rama & ligna quæ ędificationi prępararat Baasa: ædificauítq; ex eis Gabaa & Maspha. 7 In tẽpore illo venit Anani propheta ad Asam regem Iuda, & dixit ei: Quia habuisti fiduciam in rege Syriæ, & non in domino deo tuo, idcirco euasit Syrię regis exercitus de manu tua. † 8 Nónne Æthiopes & Libyes multo plures erant quadrigis & equitibus & multitudine nimia, quos cum in domino credidisses, tradidit in manu tua? † 9 Oculi enim domini cõtemplantur vniuersam terram, & præbent fortitudinem iis qui corde perfecto credunt in eum. Stultè igitur egisti, & propter hoc etiam præsenti tempore aduersum te bella cõsurgent. 10 Iratúsq; Asa aduersus videntẽ, iussit eum mitti in neruum. Valde quippe super hoc fuerat indignatus, & interfecit de populo in tempore illo plurimos. † 11 Opera autem Asa prima & nouissima scripta sunt in libro regum Iuda & Israel. c 12 Ægrotauit etiã Asa anno tricesimonono regni sui dolore pedum vehementissimo, & nec in infirmitate sua quæsiuit dominum, sed magis in medicorum arte cõfisus est. d 13 Dormiuítq; cum patribus suis, & mortuus est anno quadragesimoprimo regni sui, 14 & sepelierũt eum in sepulchro suo quod foderat sibi in ciuitate Dauid. Posuerúntq; eum super lectulum suum plenum aromatibus & vnguentis meretriciis, quæ erant pigmẽtariorum arte confecta: & combusserunt super eum ambitione nimia.

b. Dan fons est ad Panium antrum in 4. miliario Cæsareæ Paneadis, vnde oritur Iordanis cuntibus Tyrum. Hoc loco Abraham assecutus Syros, cecidit. Ex eo loco fuit mulier sanata per Christum à fluxu sanguinis. In monte imminente est ciuitas dicta Cæsarea Philippi, à filio Dan olim ibi condita, & testem Dan nuncupata. Postea à Philippo fratre Herodis instaurata, & nomine Cæsaris Cæsarea ab eo vocata de qua Iudic. 18.

c. Tandẽ itaque à deo punitus est ob quandam conspirationem, quam relicta in deum fiducia, inierat cũ Benadab rege Syriæ. Ideo podagrico rumore à deo correptus est. Hiero. ibid.

d. Quidam mortui, alii occisi vel interfecti. Boni vero dormire dicuntur, quia sanctorũ mors somnus dicitur. Hiero. in Matt. ca. 27.

Iosaphat patri mortuo succedens, pius erga deum fuit, diuitiis potens, & armis. XVII.

a Reg. 15. f. Paralip. 20. a. Matt. 1. b.

EGnauit † autẽ a Iosaphat filius eius pro eo, & inualuit contra Israel. 2 Cõstituítq; militum numeros in cunctis vrbibus Iuda quæ erant vallatæ muris, præsidiáq; disposuit in terra Iuda, & in ciuitatibus Ephraim, quas ceperat Asa pater eius. 3 Et fuit dominus cum Iosaphat, quia ambulauit in viis Dauid patris sui primis, & nõ sperauit in Baalim, 4 sed in deo patris sui: & perrexit in præceptis illius, & non iuxta peccata Israel. 5 Confirmauítq; dominus regnũ in manu eius, & dedit omnis Iuda munera Iosaphat, factæq; sunt ei infinitæ diuitiæ, & multa gloria. 6 Cúmq; sumpsisset cor eius audaciam propter vias domini, etiam excelsa & lucos de Iuda abstulit. b 7 Tertio autem anno regni sui misit de principibus suis Benail, & Abdiam, & Zachariam & Nathanael, & Micheam, vt docerent in ciuitatibus Iuda, 8 & cum eis Leuitas, Semeiam, & Nathaniam, & Zabadiam, Asahel quoque, & Semiramoth, & Ionathan, Adoniámq;, & Tobiam, & Tobadoniam Leuitas, & cum eis Elisama & Ioram sacerdotes. 9 Docebántq; populum in Iuda, habentes librum legis domini, & circuibant cunctas vrbes Iuda, atq; erudiebant populum. 10 Itaq; factus est pauor domini super omnia regna terrarum quæ erant per gyrũ Iudam: nec audebant bellare contra Iosaphat. 11 Sed & Philisthæi Iosaphat munera deferebant, & vectigal argenti. Arabes quoq; adducebant pecora, arietum septem milia septingentos, & hircos totidem. 12 Creuit ergo Iosaphat & magnificatus est vsque in sublime, atque ædificauit in Iuda domos ad instar turrium, vrbésque muratas, 13 & multa opera parauit in vrbibus Iuda. Viri quoq; bellatores & robusti erant in Ierusalẽ: 14 quorum iste numerus per domos atque familias singulorum: In Iuda princeps exercitus, Ednas Dux, & cum eo robustissimi viri trecẽta milia. 15 Post hunc Iohanan princeps, & cum eo ducenta octoginta milia. 16 Post illum quoque Amasias filius Zechri, consecratus domino, & cum eo ducenta milia virorum fortium. 17 Hunc sequebatur robustus ad prælia Eliada: & cum eo tenẽtium arcum & clypeum ducenta milia. 18 Post istum etiam Iozabad, & cum eo cẽtum octoginta milia expeditorum militum. 19 Hi omnes erant ad manum regis, exceptis aliis quos posuerat in vrbibus muratis, & in vniuerso Iuda.

a. Iosaphat interpretatur dominus iudex, vel domini iudicium. Puto quòd Asa pater eius eum propter iustitiam eius eum dominus prosperasset in omnibus, & inimicos eius confregisset ante faciem eius, sicut scriptura testatur. Regnorum, quasi in ipso nomine filij sui confessionem offerens deo suo iudici iusto, vocauit eũ dominus iudex. Nã verè iusti iudicis est bene agẽtem remunerare, & negligentẽ corripere. Chrys. in 1. cap. Matt. homil. 1.

b. Cõsidera quàm religiosè rex sacra vindicet, ac in suum quęque locum reuocet. Vide quàm sollicitè cõstitutis synagogæ diaconis præcipiat super lege, mandato, & cæremoniis, iustitiis & iudicio, nec minus iustè ciuilia curari: ita vt nec immeritò Iosaphat dominus iudex interpretetur, quoniã iustus in omnibus iudex extitit: propterea dominus illum exaltauit sicut patrẽ eius Asa, & adhuc amplius. Idem vbi supra.

Impio Achab pius Iosaphat fert auxilium in bello, quo ipse Achab Michæa incarceratæ cecidit. XVIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TVit † ergo Ioſaphat diues & inclytus multum,& [a] affinitate coniunctus A 3.Reg.22.
eſt Achab:[2] deſcenditq; poſt annos ad eum in Samariã. Ad cuius aduentũ mactauit Achab arietes & boues plurimos ipſi & populo qui venerat cum eo,perſuaſitq; illi vt aſcenderet in Ramoth Galaad.[3] Dixitq; Achab rex Iſrael ad Ioſaphat regem Iuda:Veni mecum in Ramoth Galaad. Cui ille reſpondit:Vt ego,& tu:ſicut populus tuus,ſic & populus meus: tecúmque erimus in bello.
[4] Dixit Ioſaphat ad regem Iſrael:Cõſule obſecro in præſentiarũ ſermonem domini.
[5] Congregauit igitur rex Iſrael Prophetarum quadringentos viros,& dixit ad eos:In Ramoth Galaad ad bellandũ ire debemus,an quieſcere? At illi:Aſcende,inquiunt,& B
tradet deus in manu regis.[6] Dixitq; Ioſaphat.Nunquid non eſt hic prophetes domini:vt ab illo etiam requiramus?[7] Et ait rex Iſrael ad Ioſaphat:Eſt vir vnus à quo poſſumus quærere domini voluntatem,ſed ego odi eum:quia nõ prophetat mihi bonũ, ſed malum omni tempore. Eſt autem Micheas filius Iemla. [b] Dixitq; Ioſaphat:Ne loquaris rex hoc modo.[8] Vocauit ergo rex Iſrael vnũ de eunuchis,& dixit ei:Voca citò Micheam filiũ Iemla. [9] Porrò rex Iſrael & Ioſaphat rex Iuda vterq; ſedebant in ſolio ſuo veſtiti cultu regio.Sedebant autem in area iuxta portam Samariæ: omnéſq; pro- C
phetæ vaticinabãtur corã eis. [10] Sedecias verò filius Chanaana fecit ſibi cornua ferrea,& ait:Hæc dicit dominus:His ventilabis Syriam,donec cõteras eam. [11] Omnéſq; prophetæ ſimiliter prophetabant,atq; dicebant,Aſcende in Ramoth Galaad,& proſperaberis:& tradet eos dominus in manu regis.[12] Nuntius autem qui ierat ad vocandum Micheam,ait illi:En verba omnium prophetarũ vno ore bona regi annuntiant. Quæſo ergo te,vt & ſermo tuus ab eis non diſſentiat, loquarĩſq; proſpera. [13] Cui reſpondit Micheas:Viuit dominus,quia quodcunque dixerit mihi deus meus,hoc loquar.[14] Venit ergo ad regem.Cui rex ait: † Michea, ire debemus in Ramoth Galaad ad bellandum,an quieſcere?Cui ille reſpondit:[c] Aſcendite,cuncta enim proſpera vobis euenient:& tradentur hoſtes in manus veſtras.[15] Dixitq; rex, Iterum atq; iterum te adiuro,vt mihi non loquaris niſi quod verum eſt in nomine domini. [16] At ille ait: Vidi vniuerſum Iſrael diſperſum in montibus,ſicut oues abſq; paſtore.Et dixit dominus:Non habent iſti dominos,reuertatur vnuſquiſque in domum ſuam in pace.[17] Et ait rex Iſrael ad Ioſaphat: Nónne dixi tibi, quòd nõ prophetaret iſte mihi quicquam boni,ſed ea quæ mala ſunt?[18] At ille,Idcirco ait,audite verbum domini: † [d] Vidi dominum ſedentem in ſolio ſuo:& omnem exercitum cœli aſſiſtentem ei à dextris & à ſiniſtris.[19] Et dixit dominus:† Quis decipiet Achab regem Iſrael, vt aſcendat & corruat in Ramoth Galaad?Cúmq; diceret vnus hoc modo, & alter alio:[20] proceſſit ſpi- E
ritus,& ſtetit coram domino,& ait:Ego decipiam eum.Cui dominus,In quo,inquit, decipies?[21] At ille reſpõdit:Egrediar,& ero ſpiritus mendax in ore omniũ prophetarũ eius.Dixitq; dominus:Decipies,& prævalebis:egredere,& fac ita.[22] Nũc igitur ecce dominus dedit ſpiritum mẽdacij in ore omnium prophetarum tuorum: & dominus locutus eſt de te mala.[23] Accеſſit autem Sedecias filius Chanaana:& percuſſit Micheæ maxillam,& ait:Per quam viam trãſiuit ſpiritus domini à me, vt loqueretur tibi?[24] Dixitq; Micheas:Tu ipſe videbis in die illo quãdo ingreſſus fueris cubiculũ de F
cubiculo,vt abſcondaris.[25] Præcepit autem rex Iſrael,dicẽs:Tollite Micheam,& ducite eũ ad Ammõ principẽ ciuitatis,& ad Ioas filiũ Amelech, [26] & dicetis: Hæc dicit rex,Mittite hunc in carcerẽ:& date ei panis modicũ,& aquæ pauxillũ, donec reuertar in pace.[27] Dixitq; Micheas:Si reuerſus fueris in pace,non eſt dominus locutus in me.Et ait:Audite omnes populi.[28] Igitur aſcẽderũt rex Iſrael & Ioſaphat rex Iuda in Ramoth Galaad,[29] dixitq; rex Iſrael ad Ioſaphat:Mutabo habitum , & ſic ad pugnã vadam:tu autem induere veſtibus tuis . Mutatóque Rex Iſrael habitu venit ad bellum.[30] Rex autem Syriæ præceperat ducibus equitatus ſui,dicens:Ne pugnetis contra minimum,aut cõtra maximum , niſi contra ſolum Regem Iſrael. [31] Itaq; cum vidiſſent principes equitatus Ioſaphat , dixerunt : Rex Iſrael eſt iſte . Et circundederunt eum dimicantes.At ille clamauit ad dominũ,& auxiliatus eſt ei: atq; auertit eos ab

a. Quia accepit filio ſuo Ioram Godoliã ſiue Athaliã filiam Iezabelis & Achab in vxorem,vnde dominum ad iracundiam in ſe concitauit. Vides itaq; quia nec oportuit dare auxiliũ inimicis dei , nec accipere. Primum nos docet hiſtoria præſens in cap ſequẽti.Secundũ docuit hiſtoria Aſa ſup.cap.16.Qui enim petit auxilium ab inimicis dei, deſperat , validiores ſibi exiſtimans inimicos dei q̃ deũ . Qui autẽ dat auxiliũ inimicis dei, aduerſat deo. Deo enim volẽte cõterere inimicũ ſuũ,ipſe tũ defendere tentat.Chryſ.ſuper.1. cap.Matth.

b. Ioſaphato ſuboleuit fucas ex eorũ verbis,eo quòd tali vates eſſent, percõtatũq; eſt Achabũ, num quẽ alĩũ præterea prophetam haberẽt? vt certius etiã futura præſcire valeant . Reſpondit,eſſe quidẽ & alium dictũ Micheã,ſed ſibi inuiſum , quòd ſemper malum euentum prædicat.Ioſeph. Antiq lib.8.cap.14.

c. Hæc autẽ ironicè locutus eſt Micheas Regi zelo iuſtitiæ , quia rex impius indignus fuit vero reſponſo,ab eo quẽ falſum eſſe credebat . Micheas tamẽ adiuratus cõfeſſus eſt veritatem, nec tamen auditus eſt , ſed pœnis afflictus. Dionyſ. 3. Reg.22.

d. Quid eſt quòd exercitus cœli à dextris & à ſiniſtris dei ſtare perhibetur? cum deus ſit extra omnia & intra omnia , vt nec dextra nec ſiniſtra concludat? Sed dextra dei pars angelorum electa , ſiniſtra dei pars angelorũ reproba deſignat. A dextra ergo dei & ſiniſtra angelorum exercitus ſtat, quia electorũ voluntas dei ſi ſtatis cõcordat: & reproborum indicio eius obtem perat : Vnde & mox fallax ſpiritus in medium proſilit, per quẽ Achab exigentibus eius meritis decipitur. Neq; enim fas eſt credere bonum ſpiritum fallaciæ deſeruire voluiſſe , vt diceret:Egrediar,&ero ſpiritus mendax in ore, &c. Angel.3.Reg.22.

ab illo. [32] Cum enim vidiſſent duces equitatus quòd non eſſet Rex Iſraël , relique- D
runt eum.[33] Accidit autem vt vnus è populo ſagittam in incertum iaceret , & percuteret Regem Iſraël inter ceruicem & ſcapulas. At ille aurigæ ſuo ait: [c] Conuerte manum tuam,& educ me de acie,quia vulneratus ſum. [34] Et finita eſt pugna in die illo. Porrò Rex Iſraël ſtabat in curru ſuo contra Syros vſque ad veſperam:& mortuus eſt occidente ſole.

c. Accepto vulnere mora-li iuſſit ſe eripi, ne deprehẽderetur ab hoſtibus,[a] quòd vulnera[b] eſſet, & illius iuuenẽ & hoſtibus vtilẽ rem, & populo fugy periculum incuteret. Hiero. ibidem.

Ioſaphat à Iehu propheta correptus,bonos iudices populo præficit. XIX.

Ieſu.x. A

REuerſus eſt autẽ Ioſaphat Rex Iuda in domũ ſuam pacificè in Ieruſalem. [2] Cui occurrit Iehu filius Anani videns , & ait ad eum: [a] Impio præbes auxilium,& iis qui oderunt dominum,amicitia iungeris:& idcirco iram quidem domini merebaris:[3] ſed bona opera inuẽta ſunt in te,eo quòd abſtuleris lucos de terra Iuda,& præparaueris cor tuũ vt requireres dominum deum patrum tuorũ.[4] Habitauit ergo Ioſaphat in Ieruſalẽ. Rurſúmque egreſſus eſt ad populum de Berſabee vſque ad montem Ephraim:& reuocauit eos ad dominum deum patrum ſuorum: [5] conſtituítque iudices terræ in cunctis B
ciuitatibus Iuda munitis,per ſingula loca:[6] & præcipiens iudicibus, Videte,ait,quid faciatis.Nõ enim hominis exercetis iudicium,ſed domini:& quodcunque iudicaueritis,in vos redundabit.[7] Sit timor domini vobiſcum,& cum diligẽtia cuncta facite. Non eſt enim apud dominum deum noſtrum iniquitas , [b] † nec perſonarũ acceptio, nec cupido munerum.[8] In Ieruſalẽ quoque conſtituit Ioſaphat leuitas & ſacerdotes C
& principes familiarum ex Iſrael,vt iudiciũ & cauſam domini iudicarent habitatoribus eius:[9] præcepítque eis dicens:Sic agetis in timore domini,fideliter & corde perfecto.[c] [10] Omnem cauſam quæ venerit ad vos fratrum veſtrorum qui habitant in vrbibus ſuis,inter cognationẽ & cognationem vbicumque quæſtio eſt de lege, de mãdato,de cæremoniis,de iuſtificationibus, oſtendite eis vt non peccẽt in dominum,& D
ne veniat ira ſuper vos & ſuper fratres veſtros.Sic ergo agentes non peccabitis. [11] Amarias autem Sacerdos & Pontifex veſter,in iis quæ ad deum pertinent, præſidebit. Porrò Zabadias filius Iſmaël qui eſt Dux in domo Iuda, ſuper ea opera erit,quæ ad Regis officium pertinent. Habetíſque magiſtros Leuitas coram vobis: confortamini, & agite diligenter, & erit dominus vobiſcum in bonis.

a. Quis enim veſtrũ dicit peccatorem adiuuandum ad hoc in quo peccaret vel ſicut ipſe Achab quãdo eũ adiunxit Ioſaphat iungẽdo eũ eo in prælium,cum ille Michee prophetæ vera dicta verba contemneret? & tamen nec ſic obfuit innocentiæ Regis Ioſaphat pœnitum mentium regis Achabiquia illum acclamantem à periculo belli liberauit, Achab ſacrilegum in manus hoſtium venire permiſit.Aug. lib.3.contra Epiſt . Parmeniani.

b. Perſonarum quidẽ deus acceptor nõ eſt, quia nouit omnes:nos autem omnibus quidem debemus miſericordiam:ſed quia plerique fraude eam quærũt, & ingunt arrumnam : ideo vbi cauſa manifeſtatur , perſona cognoſcitur,rémpus vrget , largius ſe debet profundere miſericordia. Ambr.off.1.c.30.

c. Leuius roganibus omnibus inſtitiam deſiderẽ aggreſſus aſſerunt quantum potuit , nil tam inimicum quàm iniuſtitiam ciuitatis nec omnino niſi magna iuſtitia geri aut ſtare poſſe rẽ publicã. Aug. lib 1 c.21. de ciui. dei Remota itaque iuſtitia , quid ſunt regna niſi magna latrocinia ? quia & ipſa latrocinia quid ſunt niſi parua regna? Idem lib. 4.c.3.

Ammonitæ, Moabitæ,& Syri orante Ioſaphat & Iahaziel propheta,ſe mutuo cædunt, verum Ioſaphat inito fœdere cum Ochoſia,corripitur ab Eliezer propheta. XX.

A

POſt hæc congregati ſunt filij Moab & filij Ammon, & cũ eis de [a] Ammonitis ad Ioſaphat, vt pugnarẽt contra eum:[2] venerúntque nuntij & indicauerunt Ioſaphat dicentes: Venit cõtra te multitudo magna de iis locis quæ trans mare ſunt,& de Syria: & ecce conſiſtunt in [b] Hazazon-Thamar,quæ eſt Engaddi.[3] Ioſaphat autem timore perterritus , totũ ſe contulit ad rogandum dominum, & prædicauit ieiuniũ vniuerſo Iuda. [4] Congregatúſque eſt Iudas ad deprecandũ dominum:ſed & omnes de vrbibus ſuis venerunt ad obſecrandum eum.[5] Cúmque ſtetiſſet Ioſaphat in medio cœtu Iudę & Ieruſalem, in domo domini ante atrium nouum,[6] ait:[c] Domine deus patrum noſtrorũ , tu es deus in cœlo,& dominaris cunctis regnis gentium. In manu tua eſt fortitudo & potentia, B
nec quiſquã tibi poteſt reſiſtere.[7] Nónne tu deus noſter interfeciſti omnes habitatores terræ huius corã populo tuo Iſraël, & dediſti eã ſemini Abrahã amici tui in ſempiternum?[8] Habitauerũntque in ea,& extruxerunt in illa ſanctuariũ nomini tuo , dicẽtes:† [9] Si irruerint ſuper nos mala,gladius iudicij,peſtilẽtia,& fames, ſtabimus coram domo hac in conſpectu tuo,in qua inuocatũ eſt nomen tuũ , & clamabimus ad te in tribulationibus noſtris,& exaudies nos , ſaluóſque facies.† [10] Nunc igitur ecce filij Ammon & Moab & mons Seir,per quos non conceſſiſti filiis Iſrael vt tranſirẽt quando egrediebantur de Aegypto,ſed declinauerunt ab eis,& non interfecerunt il-

a. Ammonitas ſdum eos intelligit, quia ob reuerentiam fraternã nominis nolebant in priſtino habitu arma mouere cõtra Iſrael, ſed transfigurabant ſe in habitum Ammonitarum. Hiero.

b. Hazazon-thamar, quæ & Engaddi , vel ſecundum Ioſephum Gaddi , ciuitas eſt palmarum , 300. ſtadiis diaſtans ab Ieroſolymis.

c. Si bellum ſit ita placeãs, ſi pugna ſit, quippe res quotidianæ fluctuario ſunt & competẽtes . Opus itaque nobis eſt armis.Maiora auxilia ſunt oratio. Propterea opus eſt nobis oratione: maxime autem matutina & nocturna . Chryſoſt.in c.2 ad Hebr. ho. 14. Nam ſicut nec miles ſine armis eſt aliquid, nec arma ſine milite,ſic nec oratio ſine ieiunio,nec ieiunũ ſine oratione: hæc autẽ duo iunxit Ioſaphas, ideo ſuem cõſecutus eſt optatum. Idẽ ſu per Matt. hom. 15. ex cap. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

los,[11] econtrario agunt: & nituntur eiicere nos de possessione quam tradidisti nobis,
[12] deus noster. Ergo nõ iudicabis eos? In nobis quidẽ non est tanta fortitudo vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos? sed cum ignoremus quid agere
c debeamus, hoc solũ habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. [13] Omnis vero Iuda stabat coram dño cum paruulis & vxoribus & liberis suis. [14] d Erat autẽ Iahaziel filius Zachariæ filij Banaiæ, filij Iehiel, filij Mathaniæ, Leuites de filiis Asaph: super quem factus est spiritus dñi in medio turbæ, [15] & ait: Attendite omnis Iuda, & qui habitatis in Ierusalẽ, & tu Rex Iosaphat: Hæc dicit dñs vobis: Nolite timere, nec paueatis hanc multitudinẽ. Non est enim vestra pugna, sed Dei. [16] Cras descendetis contra eos: Ascensuri enim sunt per cliuum nomine Ziz, & inuenietis illos in summitate torrentis qui est contra solitudinem Ieruel. [17] Non enim eritis vos qui dimicabitis: sed tantummodo confidenter state, & videbitis auxilium dñi super vos. e O Iuda & Ierusalẽ nolite timere, nec paueatis: cras egrediemini cõtra eos: & dominus erit vobiscũ. [18] Iosaphat ergo & Iuda & omnes habitatores Ierusalẽ ceciderunt proni in terram coram domino: & adorauerunt eum. [19] Porrò Leuitæ de filiis Caath, & de filiis
D Core, laudabant dominum deum Israel voce magna in excelsum. [20] Cúmque mane surrexissent, egressi sunt per desertum Thecul: profectísque eis stans Iosaphat in medio eorum, dixit: Audite me viri Iuda, & omnes habitatores Ierusalẽ: Credite in domino deo vestro, & securi eritis: credit prophetis eius, & cuncta euenient prospera.
E [21] Dedítque consilium populo, & statuit cantores domini vt laudarẽt eum in turmis suis, & antecederent exercitum: ac voce consona dicerent: † Confitemini domino,
f quoniã bonus, quoniam in æternũ misericordia eius. f [22] Cúmque cœpissent laudes canere: vertit dominus insidias eorum in semetipsos, filiorum scilicet Ammõ & Moab, & montis Seir, qui egressi fuerãt vt pugnarent contra Iudã: & percussi sunt. [23] Nãque filij Ammon & Moab consurrexerunt aduersum habitatores montis Seir, vt interficerent & delerent eos. Cúmque hoc opere perpetrassent, etiã in semetipsos versi,
g mutuis concidêre vulneribus. [24] Porrò Iudas cum venisset ad speluncam quæ respicit solitudinem, vidit procul omnem latè regionem plenam cadaueribus, nec superesse quenquam qui necem potuisset euadere. [25] Venit ergo Iosaphat & omnis populus cum eo ad detrahenda spolia mortuorum: inuenerúntque inter cadauera variam
F supellectilem, vestes quoque & vasa preciosissima, & diripuerunt, ita vt omnia portare non possent, nec per tres dies spolia auferre præ prædæ magnitudine. [26] Die autem
h quarto congregati sunt in valle Benedictionis vsque in presentem diem. h [27] Reuersúsque est omnis vir Iuda & habitatores Ierusalem & Iosaphat ante eos in Ierusalem cum lætitia magna, eo quòd dedisset eis dominus gaudiũ de inimicis suis. [28] Ingressíq; sunt in Ierusalem cum psalteriis & citharis & tubis in domum domini. [29] Irruit autem pauor domini super vniuersa regna terrarum cum audissent quòd pugnasset dominus contra inimicos Israel. [30] Quieuítque regnum Iosaphat: & præbuit ei pacẽ dominus per circuitum. [31] Regnauit igitur Iosaphat super Iudã, & erat trigintaquinque annorum cum regnare cœpisset: viginti autẽ & quinque annis regnauit in Ierusalem, & nomen matris eius Azuba filia i Selahi. [32] Et ambulauit in via patris sui Asa, &
nec declinauit ab ea: faciens quæ placita erant coram domino. [33] Veruntamen excelsa non abstulit, & adhuc populus non direxerat cor suum ad dominum deum patrum suorum. [34] Reliqua autem gestorum Iosaphat priorum & nouissimorum scripta sunt in verbis Iehu filij Anani, quæ digessit in libro Regum Israel. [35] Post hæc iniit amicitias Iosaphat Rex Iuda cum k Ochozia Rege Israel, cuius opera fuerunt impiissima:
[36] & particeps fuit vt facerẽt naues quæ irent in Tharsis: fecerúntque classem in Asiõ
Gaber. [37] Prophetauit autem Eliezer filius Dodahu de Maresa ad Iosaphat, dicens: Quia habuisti fœdus cum Ochozia, percussit dominus opera tua, contritæque sunt naues, nec potuerunt ire in Tharsis.

Mortuo

d. Nec illo orante in templo confortauit eum Iahaziel propheta filius Zachariæ. Vnde crastina die egressus perculsit hostes & fugauit. Comestor. cap. vlt. 3. Reg.

e. Veros alloquitur Iudeos non litera, sed spiritu semẽ Abraham, cuius multiplicatio sicut promissa legitur, sic videtur impleta. Neque eius filij carnis, sed filij promissionis deputãtur in semine. Sed nec illi Ierusalẽ dicimus quæ occidit prophetas, sed illi quæ de cœlo noua descendit, Nolite timere ô Iuda & Ierusalem Bernard. in vigil. Natalis do. Sermo. 2.

f. Deus vero terrorem & consternationem immisit Ammonitis, & eorũ sociis, ita vt alij in alios ruentes, hostiliter in seinuicem debaccharentur, tanto furore vt ne vnus quidẽ ex toto milibus reliqu⁹ fieret. Ioseph. Antiquit. lib. 9. cap. 1.

g. Et sic dominus miscuit in eis spiritum vertiginis & furoris, inquietudine cõtentionis & litis, sic quòd contra se inuicem corruerunt, superbire, ac insanire coperunt: quod deo permittente per angelos malos factum creditur. Dionys. libi.

h. Visum est prius quemadmodum per ieiunia, & orationes, per sacrificia, laudes, & gratiarum actiones erexerunt corda sua ad dominum: quamuis plerique eorum adhuc contra legis præceptum obtulerint sacrificia, deo alibi quàm in templo, vtpote in excelsis. Idem. ibidem.

i. Ipse est Anani propheten filius Iaddo, qui & Addo. Hieronym.

k. Ochozias enim filius Achab, & ideo frater vxoris filij sui Ioram: & sic quemadmodũ Aza pater eius in fine vitæ suæ defecit. Idẽ.

Mortuo Iosaphat succesit Ioram filius eius impius in deum & in proximum, ambulánsque per vias Achab, cui per literas Elias aduersa & mortem comminatus est. XXI.

1. Reg. 22. a. 2. Reg. 3. a. Ante me Christum. 900. Anno mundi 3071. Iuxta Iudæos 4143.

DOrmiuit† [a] autem Iosaphat cum patribus suis, & sepultus est cũ eis in ciuitate Dauid, regnauitq; Iorã filius eius pro eo. [2] Qui habuit fratres, filios Iosaphat, Azariam, & Iahiel, & Zachariam, & Azariam, & Michael, & Saphatiam. Omnes hi filij Iosaphat Regis Iuda. [3] Dedítq; eis pater suus multa munera argenti & auri, & pensationes cum ciuitatibus munitissimis in Iuda: regnum autẽ tradidit Ioram, eo quòd esset primogenitus.
b [4] Surrexit autem Ioram super regnum patris sui. Cúmq; se confirmasset, occidit omnes fratres suos gladio, & quosdam de principibus Israel. b †[5] Triginta duorum annorum erat Ioram cum regnare cœpisset, & [c] octo annis regnauit in Ierusalem, [6] ambulauítque in viis Regum Israel sicut egerat domus Achab. [d] Filia quippe Achab erat
b vxor eius. Et fecit malum in conspectu dñi. [7] Noluit autem disperdere domũ Dauid †propter pactum quod inierat cum eo, & quia promiserat vt daret ei lucernam & filiis eius in omni tempore. †[8] In diebus illis rebellauit Ædom, ne esset subditus Iudæ, & constituit sibi Regem. c [9] Cúmq; transiret Ioram cum principibus suis, & cuncto equitatu qui erat secũ: surrexit nocte, & percussit Ædom qui se circundederat, & omnes duces equitatus eius. [10] Attamen rebellauit Ædom ne esset sub ditione Iuda vsq; ad hanc diem. Eo tempore & Lobna recessit ne esset sub manu illius. Dereliquerat e-
c nim dñm deum patrum suorum: [11] insuper & excelsa fabricatus est in vrbibus Iuda, & fornicari fecit habitatores Ierusalem, & præuaricari Iudam. [12] Allatę sunt autem ei literæ ab Elia Propheta, in quibus scriptũ erat: Hæc dicit dñs deus Dauid patris tui: Quoniam non ambulasti in viis Iosaphat patris tui, & in viis Asa Regis Iuda, [13] sed incessisti per iter Regum Israel, & fornicari fecisti Iudam & habitatores Ierusalem, imitatus fornicationem domus Achab, insuper & fratres tuos domum patris tui meliores te occidisti: [14] ecce dominus percutiet te plaga magna cum populo tuo, & vxoribus & filiis tuis, vniuersáq; substantia tua. [15] Tu autẽ ægrotabis pessimo lãguore vteri, donec egrediantur vitalia tua paulatim per singulos dies. [16] Suscitauit ergo dominus contra Ioram spiritum Philisthinorum & Arabũ, qui confines sunt Æthiopibus:
D [17] & ascenderunt in terram Iuda, & vastauerunt eam, diripuerúntq; cunctam substantiam quæ inuenta est in domo Regis, insuper & filios eius & vxores. Nec remansit ei filius, nisi [f] Ioachaz, qui minimus natu erat. [18] Et super hæc omnia percussit eum dñs alui languore insanabili. [19] Cúmque diei succederet dies, & tẽporum spatia voluerentur, duorum annorum expletus est circulus, & sic longa consumptus tabe, ita vt egereret etiam viscera sua, languore pariter & vita caruit. Mortuúsque est in infirmitate pessima: & non fecit ei populus secundum morem combustionis exequias, sicut fecerat maioribus eius. [20] Triginta duorum annorum fuit cũ regnare cœpisset, & octo annis regnauit in Ierusalem. Ambulauítque non recte: & sepelierunt eum in ciuitate Dauid, veruntamen non in sepulchro regum.

a. Iosaphat cum anno regni sui 17. constituisset Regi Achab aduersus Syros ferre subsidiũ, filium suum Ioram regem Iudæ designauerat, accipiẽdo filio suo Athaliã filiam Achab in vxorẽ. Anno vero 18. regni sui, qui 18. secundus filij sui Ioram erat, regnauit Ioram filius Achab super Israel. Anno vero 22. Iosaphat, qui est. 5. Ioram filij Achab, cõfirmauit filium suum Ioram in regẽ Iuda, qui patre viuente 4. annis regnauit, mortuo autem patre alijs quatuor. Functus sibi.

b. Imò viginti duorum annorũ sed decem tribuãtur filio suo. Hiero.

c. Ante quã fratres occideret, postea verò misere regnauit 20. annis.

d. Imitatione filiæ Achab erat Athalia vxor Ioram, quia filia erat Amri. Hiero.

e. Accidit interi, vt Idumæi ab eius imperio discederet, cæso rege suo qui Iosaphato hactenus parauerat, & nouo ibi eius solium imposito quam iniuriam vlturus Ioramus, cũ equitatu qui ei ad manum erat, & curribus in Idumæam nocte irruptit & exustis vicis finitimis nõ est ausus vlterius progredi nec tamen hac expeditione quicquam profecit, nisi quod plures defectiones ei curæ sunt, excutiẽtibus eis* iugum & illis qui Labinam regionem incolũt. Iosephus. Antiq. 9. ca. 2.

f. Qui & Ochozias & Azarias dictus est.

Ioram mortuo regnauit Ochozias filius eius, quem Iehu cum Ioram Rege Israel occidit. XXII.

2. Reg. 8. a. Ante me Christum. 884. Anno mundi 3087. Iuxta Iudæos 4159.

ONstituerunt autem habitatores Ierusalem [a] Ochoziam filium eius minimum Regem pro eo. Omnes enim maiores natu qui ante eum fuerant, interfecerant latrones Arabum qui irruerant in castra. † Regnauítque Ochozias filius Ioram Regis Iuda. [2] Quadraginta duorum annorum erat [b] Ochozias cum regnare cœpisset: & vno anno regnauit in Ierusa-
a lem: & nomen matris eius Athalia filia Amri. [3] Sed & ipse ingressus est per vias domus Achab. Mater enim eius impulit eum vt impiè ageret. [4] Fecit igitur malum in conspectu domini sicut domus Achab. Ipsi enim fuerunt ei cõsiliarij post mortẽ patris sui in interitum eius, [5] ambulauítque in consiliis eorum. Et perrexit cum Ioram

a. Qui supra dictus est Ioachaz, & infra dicetur Azarias: qui cœpit regnare anno 12. regni Ioram regis Israel, quem cum inuiseret, eum ægrotantem cum illo occidit Iehu postquã vno anno rexerat.

b. Hunc Regem & reliquos vsque ad Oziã præermittit Matthæus, quia patrum suorum cultum præterm- serunt. Comest.

Universidad de Deusto
Biblioteca

filio Achab Rege Israel in bellum contra Hazael Regem Syriæ in Ramoth Galaad: vulnerauerúntq; Syri Iorã,[6] qui reuersus est vt curaretur in Iezrael. Multas enim plagas acceperat in supradicto certamine. Igitur Ochozias filius Iorã Rex Iuda descẽdit vt inuiseret Ioram filium Achab in Iezrael ægrotantem. [7] Voluntatis quippe fuit dei aduersus Ochoziam, vt veniret ad Ioram. Et cum venisset & egrederetur cum eo adversum Iehu filium Namsi, quem vnxit dñs vt deleret domum Achab, [8] cum ergo euerteret Iehu domum Achab, inuenit principes Iuda, & filios fratrum Ochoziæ, qui ministrabant ei, & interfecit illos. [9] Ipsum quoq; perquirens Ochoziam comprehẽdit latitantem in Samaria, adductúmq, ad se occidit: & sepelierunt eum, eo quòd esset filius Iosaphat, qui quæsierat dominum in toto corde suo. Nec erat vltrà spes aliqua vt de stirpe quis regnaret Ochoziæ. † [10] Siquidẽ mater eius[d] Athalia videns quòd mortuus esset filius suus, surrexit, & interfecit omnem stirpem Regiam domus Iorã. [11] Porrò Iosabeth filia Regis tulit Ioas filium Ochoziæ, & furata est eum de medio filiorum Regis cum interficerentur, abscondítque eum cum nutrice sua in cubiculo lectulorum. Iosabeth autem quæ absconderat eum, erat filia Regis Ioram, vxor Ioiadæ pontificis, soror Ochozię, & idcirco Athalia non interfecit eum. [12] Fuit ergo cum eis in domo dei absconditus sex annis, quibus regnauit Athalia super terram.

c. Cúmque visitasset Ochozias Ioram Regem Israel, Iehu vnctus in Regẽ Israel percusso Ioram Ochoziam fugientem insecutus est, & vulnerauit eum in ascensu Gaber. Qui vulneratus fugit Mageddo, & mortuus est ibi: & tulerunt eũ in Ierusalẽ, & sepulture est in ciuitate Dauid, Comestor.

d. Erat Ochoziæ germana soror Iosabecha nomine, põtifici Ioado nupta. Hæc regiam ingressa, cum inter cæsorum cadauera latentẽ nutricis opera annos octo lum puerum Ioasum deprehendisset, ablatum furti domi in suo cubiculo abdidit, & solo marito cõscio sex annis in templo clim aluit. Ioseph. Ant. Iudaic. lib. 9. c. 7

Vncto Ioas in Regem à Ioiada pontifice, Athalia occiditur. XXIII.

A Rno† [a] autem septimo confortatus Ioiada assumpsit centuriones, Azariã videlicet filium Ieroham, & Ismael filium Iohanan, Azariam quoque filium Obed, & Maasiam filium Adaiæ, & Elisaphat filium Zechri, & iniit cum eis fœdus. [2] Qui circumeuntes Iudam, congregauerunt Leuitas de cunctis vrbibus Iuda, & principes familiarum Israel, venerúntque in Ierusalem. [3] Iniit ergo omnis multitudo pactum in domo dei cum Rege. Dixítq; ad eos Ioiada: Ecce filius Regis regnabit, sicut locutus est dominus, super filios Dauid. [4] Iste est sermo quem facietis. Tertia pars vestrum qui veniunt ad sabbatum sacerdotum & Leuitarum & ianitorum, erit in portis: tertia vero pars ad domum regis: & tertia ad portam quæ appellatur fundamenti. Omne vero reliquum vulgus sit in atriis domus domini, [6] nec quispiam alius ingrediatur domum domini, nisi sacerdotes, & qui ministrant de Leuitis. Ipsi tantummodo ingrediantur, quia sanctificati sunt: & omne reliquum vulgus obseruet custodias domini. [7] Leuitæ autẽ circundent Regem habentes singuli arma sua: & si quis alius ingressus fuerit templum, interficiatur: sintq; cum Rege & intrãte & egrediente. [8] Fecerunt ergo Leuitę & vniuersus Iuda iuxta omnia quę præceperat Ioiada[b] Pontifex. Et assumpserunt singuli viros qui sub se erant, & veniebant per ordinem sabbati cum iis qui impleuerant sabbatum, & egressuri erant. Siquidem Ioiada pontifex non dimiserat abire turmas quæ sibi per singulas hebdomadas succedere consueuerant. [9] Dedítque Ioiada sacerdos Centurionibus lanceas clypeósque & peltas regis Dauid, quas consecrauerat in domo domini. [10] Constituítque omnem populum tenentium pugiones à parte templi dextra, vsq; ad partem templi sinistrã, coram altari & templo per circuitum Regis: [11] & eduxerunt filium regis, & imposuerunt ei diadema & [c] testimonium, dederúntque in manu eius tenendam legem, & cõstituerunt eum Regem. Vnxítque illum Ioiada pontifex, & [d] filij eius: imprecati quoque sunt ei atque dixerunt: Viuat Rex. [12] Quod cum audisset Athalia, vocem scilicet currentium atque laudantium Regem, ingressa est ad populum in templum domini. [13] Cúmque vidisset Regem stantem super gradum in introitu, & principes turmásque circa eum, omnémque populum terræ gaudentem atque clangentem tubis, & diuersi generis organis concinentem, vocémque laudantium, scidit vestimenta sua, & ait: Insidiæ, insidiæ. [14] Egressus autem Ioiada pontifex ad centuriones & Principes exercitus, dixit eis: Educite illam extra septa templi: & interficiatur foris gladio. Præcepítque sacerdos ne occideretur in domo domini. [15] Et imposuerunt cer-

a. Athalia regnauit septem annis in Ierusalẽ. Anno autem septimo Ioiada secretum suum quinque centurionibus reseranit, qui totum circumeuntes Iudam adduxerent in Ierusalẽ Leuitas sacerdotes, & principes familiarum de cunctis vrbibus Iuda, cũ quibus pactum iniit de constituendo Ioas in Regem, & de occidenda Athalia. Quos cum in tres partes ordinasset, suum intentum demandarunt executioni. Dionys. ibidem, & 4. Reg. 11.

b. Duæ partes, hoc est tam Leuitæ, sacerdotes, cantores, ac ianitores, qui expleto officio suæ hebdomadæ exeunt sabbato templum, quem illi qui ingrediuntur domos suas, vt egrediatur templum diluculo sabbati ad ministrandum per suam hebdomadam vigilabãt in templo intenti. Diony. vbi supra.

c. Hoc est phylacteria, in quibus decem verba legis erant. Hieronym.

d. Inter quos erat Zacharias, quem tamẽ postea idẽ Ioas interfecit.

uicibus eius manus. Cúmque intrasset portam equorum domus Regis, interfecerunt eam ibi. [16] Pepigit autem Ioiada fœdus inter se vniuersúmque populum & regem: vt esset populus dñi. [17] Itaq; egressus est omnis populus domum Baal, & destruxerũt eam: & altaria & simulachra illius confregerũt: Matthan quoq; sacerdotem Baal interfecerunt ante aras. [18] Constituit autem Ioiada præpositos in domo domini, & sub manibus sacerdotum & Leuitarum[f] quos distribuit Dauid in domo dñi, vt offerrent holocausta domino, sicut scriptum est in lege Moysi in gaudio & canticis iuxta dispositionem Dauid. [19] Constituit quoq; ianitores in portis domus domini, vt non ingrederetur eã immundus in omni re. [20] Assumpsítq; centuriones, & fortissimos viros ac principes populi, & omne vulgus terræ: & fecerunt descendere regẽ de domo domini, & introire per medium portæ superioris in domum regis, & collocauerũt eum in solio regali. [21] Lætatúsque est omnis populus terræ: & vrbs quieuit. Porrò Athalia interfecta est gladio.

e. Seipsum in loco dei: & legis collocans, populũ à rege, vt obediret deo & legi eius: populũ inquam vt fideliter erga regẽ ageret, & Regi obediret, & regẽ vt populũ cũ iustitia regeret, & deo seruiret. Hiero.

f. Magoę vsque erat filiastis; prudentia, vt post cyrannicæ impietatẽ, necẽ Reginæ, succedẽti in regnum filio regis legitimo cõ ipso regni habitu simul discipli nã legis dei seruanda commiserit: vnà cũ quo se præsulũ populo regendo videret, ipse seruandi diuinis legibus subdi debere meminisset. Angelo. super. 4. Re. 11.

Ioas viuente Ioiada bonus, mortuo autem malus, Zachariam Ioiadæ filium occidit, à seruis vero suis tandem occiditur. XXIIII.

SEptem† [a] annorum erat Ioas cum regnare cœpisset, & quadraginta annis regnauit in Ierusalem. Nomẽ matris eius Sebia de Bersabee. [2] Fecítq; quod bonũ est coram domino, cunctis diebus Ioiadæ sacerdotis. [3] Accepit autem ei Ioiada vxores duas, è quibus genuit filios & filas. [4] Post quæ placuit Ioas vt instauraret domũ dñi: [5] cõgregauítq; sacerdotes & Leuitas, & dixit eis: Egredimini ad ciuitates Iuda, & colligite de vniuerso Israel pecuniam ad sartatecta templi dei vestri per singulos annos, festinatóq; hoc facite. Porrò Leuitæ egere negligentius. [6] Vocauítq; Rex Ioiadam principem, & dixit ei: Quare tibi non fuit curæ vt cogeres Leuitas inferre de Iuda & de Ierusalem pecuniam quæ constituta est à Moyse seruo dñi, vt inferret eam omnis multitudo Israel in tabernaculum testimonij? [7] Athalia enim impiissima & [b] filij eius destruxerunt domum dei, & de vniuersis quæ sanctificata fuerant in templo dñi, ornauerunt phanum Baalim. [8] Præcepit ergo rex, & fecerunt arcam, posuerúntq; eam iuxta portam domini foris secus. [9] Et prædicatum est in Iuda & Ierusalem vt deferrent singuli pretium domino [c] † quod constituit Moyses seruus dei super omnem Israel in deserto. [10] Lætatíq; sunt cuncti principes, & omnis populus: & ingressi contulerunt in arcam domini atque miserunt, ita vt impleretur. [d] [11] Cúmque tempus esset vt deferrent arcam coram Rege per manus Leuitarum, (videbant enim multam pecuniam,) ingrediebatur scriba Regis, & quem primus sacerdos constituerat: effundebántq; pecuniam quæ erat in arca. Porrò arcam reportabant ad locum suum: sicq; faciebant per singulos dies. Et cõgregata est infinita pecunia, [12] quam dederunt Rex & Ioiada iis qui præerant operibus domus dñi. At illi conducebant ex ea cæsores lapidum, & artifices operum singulorum, vt instaurarent domum dñi, fabros quoq; ferri & æris, vt quod cadere cœperat, fulciretur. [13] Egeruntq; ij qui operabantur, industriè: & obducebatur parietum cicatrix per manus eorum, ac suscitauerũt domum dñi in statum pristinum, & firmiter eam stare fecerunt. [14] Cúmque complessent omnia opera, detulerunt coram Rege & Ioiada reliquam partem pecuniæ: de qua facta sunt vasa templi in ministerium ad holocausta, phialæ quoque & cætera vasa aurea & argentea. Et offerebantur holocausta in domo domini iugiter cunctis diebus Ioiadæ. [15] Senuit autem Ioiada plenus dierum, & mortuus est cum centum triginta esset annorum: [16] sepelierúntque eũ in ciuitate Dauid cum Regibus, eo quòd fecisset bonum [e] cum Israel & cum domo eius. [17] Postquam autem obiit Ioiada, ingressi sunt principes Iuda, & adorauerũt Regem. Qui delinitus obsequiis eorum, acquieuit eis. [18] Et dereliquerunt templum domini dei patrum suorum, seruierúntque lucis & sculptilibus, & facta est ira dei cõtra Iudam & Ierusalem propter hoc peccatum. [19] Mittebátque eis Prophetas, vt reuer-

a. Nec erat ætas illa sufficiẽs ad regni dũ, cum scriptum sit: Væ terræ cui Rex puer est. Sed necessitate vt genere sapientissimus põtifex Ioiada vnxit puerũ in Regẽ, vt finis imponeretur pessimo regimini deceptãdo Athaliæ, & quoniã Ioiada erat sufficientissimus defectus illius pueri supplere, & eum in cũctis dirigere. Diony. ibid.

b. Sacerdotes idolorũ, non natura, sed imitatione filij dicti.

c. Hoc enim lege à Moyse sanctũ erat, quod per singulos annos dare consueuerãt, id est, singuli dimidios siclos: quod à diebus Regni Athaliæ nõ dederant. Hieronym. ibid.

d. Cúmq; apparerẽt plurima pecunia in gazophylacio, scriba regis & põtifex effundebant eam & dabant his qui præerant cæmentariis domus domini. Et non fiebat cum eis ratio, sed in fide tractabãtur. Nec fiebat ex pecunia illa vas aliquod in domo domini, nisi de eo quod erat residuum sarcis tectis. Comestor.

e. Cum Israel inquam, quẽ ab idololatria reuocauit eũ deo, quia idola subuertit, domũ eius, quia ruinas & scissuras restauravit. Hieronym.

Universidad de Deusto
Biblioteca

terentur ad dominũ,quos protestantes illi audire nolebãt.[20] Spiritus itaq; dei induit Zachariam filium Ioiadę sacerdotem: & stetit in conspectu populi,& dixit eis:Hæc dicit dñs deus:Quare transgredimini præceptum domini,quod vobis non proderit, & dereliquistis dñm vt derelinqueret vos? † [21] Qui congregati aduersus eum miserunt lapides iuxta Regis imperium,in atrio domus domini. [22] Et non est recordatus Ioas Rex misericordiæ quam fecerat Ioiada pater illius secum,sed interfecit [f] filium eius.† Qui cum moreretur,ait,Videat dñs,& requirat. [23] Cúmque euolutus esset annus,ascendit contra eum exercitus Syriæ,venítque in Iudam & Ierusalem, & interfecit cũctos principes populi,atq; vniuersam prędã miserunt Regi in Damascũ. [24] Et certe cum permodicus venisset numerus Syrorum, tradidit dñs manibus eorum infinitam multitudinem:eo quòd dereliquissent dominum deum patrum suorum. In Ioas quoq; ignominiosa exercuere iudicia: [25] & abeuntes dimiserunt eum in lãguoribus magnis.Surrexerunt autem contra eum serui sui in vltionem sanguinis Zachariæ filij Ioiadæ sacerdotis,& occiderũt eũ in lectulo suo,& mortuus est: sepelierúntque illum in ciuitate Dauid , sed non in sepulchris Regum. [26] Insidiati vero sunt ei Zabad filius Samaath Ammonitidis,& Iozabad filius Semarith Moabitidis.[27] Porrò filij eius ac summa pecuniæ quæ adunata fuerat sub eo,& instauratio domus dei, scripta sunt diligentius in libro Regum. Regnauit autem Amasias filius eius pro eo.

f. Scilicet Zachariã filium Ioiade,qui & Barachias,de quo Matth.23.d. Fx illo cõpore,vt Ephaniur ait,nõ acceptis populus Iudæorũ responsum diuinum manifeste,nec ex Dabir ,nec ex Ephod,vt ante.Porrò Dabir secundum Iosephũ fuit gemma quadra duorum digitorum magnitudine habẽs in medio rationali inter alias sita: cuius radius mutatióque coloris signũ erat diuinæ propitiationis, & subsecutionis seu exauditionis. Dionys. Ibidem.

†Matt.23.d

†Matt.23.d

Amasias post fœlicem pugnam in Idumæos,adorauit deos illorum,illique in Lachis occiso succeßit Ozias filius eius. XXV.

a. Hebræi dicunt huius Amasiæ fratrem fuisse Amos patrem Isaiæ prophetæ,qui nõ fuit è sacerdotibus, sed è Regia tribu natus. Ideo quinto capite propheticæ suæ,Meliram,id est Regem vocat,patriæ suum.

b. Amasias paulo melior extitit quàm Ioas pater eius. Nam Amasias filius eius in primis placuit deo sicut Ioas, sed postea malignatus est sicut Ioas. secundũ hoc fuit melior quàm Ioas pater suus: quia Ioas corripientem se prophetam lapidibus interfecit: & hoc ob filiũ Ioiadæ sacerdotis regi sacrificatoris sui. Amasias autẽ cum misisset ad eum deus Balaam prophetam dicentem: Quare quæsisti deos qui non liberauerũt populum suum de manu tua?nõ interfecit, sed cõminatus respondit ei: Nunquid cõsiliariũ regis dedi tibi? Cave tibi ne flagelleris. Chrysost.in 1.cap.Matt.hom.1.

Igintiquinque†annorum erat[a] Amasias cum regnare cepisset,& viginti nouem annis regnauit in Ierusalẽ.Nomen matris eius Ioaden de Ierusalem. [2] Fecítque bonum in conspectu dñi,[b] veruntamen non in corde perfecto. [3] Cúmq; roboratum sibi videret imperium,iugulauit seruos qui occiderant Regem patrem suum:[4] sed filios eorum non interfecit, sicut scriptum est in libro legis Moysi , vbi præcepit dñs,dicens: † Non occidentur patres pro filiis,neque filij pro patribus suis,†sed vnusquisque in suo peccato morietur. [5] Congregauit igitur Amasias Iudam,& constituit eos per familias tribunósq; & centuriones in vniuerso Iuda & Beniamin,& recensuit à viginti annis sursum , inuenítq; triginta milia iuuenum qui egrederentur ad pugnam,& tenerẽt hastam & clypeum. [6] Mercede quoq; conduxit de Israel centum milia robustorum centum talentis argenti. [7] Venit autem homo dei ad illum,& ait:ORex ne egrediatur tecũ exercitus Israel.Non est enim dñs cum Israel,& cunctis filiis Ephraim. [8] Quod si putas in robore exercitus bella consistere:superari te faciet deus ab hostibus. Dei quippe est & adiuuare,& in fugam conuertere.[9] Dixítque Amasias ad hominem dei: Quid ergo fiet de centũ talentis quæ dedi militibus Israel ? Et respondit ei homo dei : Habet dñs vnde tibi dare possit multo iis plura.[10] Separauit itaque Amasias exercitum qui venerat ad eum ex Ephraim,vt reuerteretur in locum suum. At illi contra Iudam vehementer irati, reuersi sunt in regionem suam. [11] Porrò Amasias confidenter eduxit populum suum,& abiit in [c] vallem salinarũ,percussítq; filios Seir decem milia. [12] Et alia decem milia virorum ceperunt filij Iuda,& adduxerunt ad præruptum cuiusdam petræ,præcipitauerúntq; eos de summo in pręceps:qui vniuersi crepuerunt. [13] At ille exercitus quem remiserat Amasias ne secum iret ad prælium , diffusus est in ciuitatibus Iuda,à Samaria vsq; ad Bethoron : & interfectis tribus milibus diripuit prædam magnam. [14] Amasias quoq; post cædem Idumæorum,& allatos deos filiorũ Seir statuit illos in deos sibi:&[d] adorabat eos,& illis adolebat incẽsum.[15] Quamobrẽ iratus dñs contra Amasiam, misit ad illum Prophetam, qui diceret ei : Cur adorasti deos qui non liberauerunt populum suum de manu tua? [16] Cúmque hæc ille loqueretur, respondit ei : Num consiliarius Regis es ? Quiesce , ne interficiam te. Discedénsque Propheta , scio,inquit,quòd cogitauerit dominus occidere te,qui & fecisti hoc malum,

a. Qui & Azarias in libris Regum dicitur,& item Zacharias,trinominis mimirũ legitur.

b. Quinq; annũ agebat in morte patris:interim tamẽ viq; ad 16. annũ eius adminístratũ est regnũ eius per Senatũ quem vocabant zanedrim:ideo.12.anno regni sui 16. annorum fuit, & regnum solus administrare cœpit.Fuchenius.

c. In hac valle Ioab etiam duodecim milia Idumæorũ percussisse legitur. Nec præterеundũ quod pro valle salinarum vetus editio quasi nomen regionis Gemela posuit. Angelomus. 4.Reg.14.

d. Amasias deos quos tulerat de Amalec,postea adorauit, quia audiuit eos dantes responsa, ideo periisse Amalech , quia neglecti fuerãt in cultu eorum, pro quo tali pœna percussus est Comestor in 4.Reg.19.

malum,& insuper non acquieuisti consilio meo.†[c] [17] Igitur Amasias Rex Iuda inito pessimo consilio misit ad Ioas filium Ioachaz filij Iehu Regem Israel,dicẽs: Veni videamus nos mutuo. [18] At ille remisit nuntios,dicens. Carduus qui est in Libano,misit ad Cedrum Libani,dicens:Da filiam tuam filio meo vxorem . Et ecce bestiæ quæ erant in sylua Libani,transierunt & conculcauerũt carduũ. [19] Dixisti,Percussi Ædõ: & idcirco erigitur cor tuum in superbiam.Sede in domo tua. Cur malum aduersum te prouocas,vt cadas & tu &Iudas tecũ? [20] Noluit audire Amasias, eo quòd dñi esset voluntas vt traderetur in manus hostiũ propter deos Ædom. [21] Ascendit igitur Ioas Rex Israel,& mutuos sibi præbuere conspectus.Amasias autẽ Rex Iuda erat in Bethsames Iudæ. [22] Corruítq; Iudas coram Israel,& fugit in tabernacula sua.[f] [23] Porrò Amasiam Regem Iuda filium Ioas filij Ochoziæ cepit Ioas Rex Israel in Bethsames,& adduxit in Ierusalem:destruxítq; murum eius à porta Ephraim vsque ad portam anguli quadringentis cubitis. [24] Omne quoque aurum & argentũ, & vniuersa vasa quæ repererat in domo dei,& apud Obed Ædom,in thesauris etiam domus regiæ,necnõ & filios obsidum,reduxit in Samariam. [25] Vixit autem Amasias filius Ioas Rex Iuda postquam mortuus est Ioas filius Ioachaz RexIsrael,quindecim annis. [26] Reliqua autem sermonum Amasiæ priorum & nouissimorũ , scripta sunt in libro Regum Iuda & Israel. [27] Qui [g] postquam recessit à domino,tetenderunt ei insidias in Ierusalem. Cúmque fugisset Lachis,miserunt & interfecerunt eum ibi, [28] reportantésque super equos sepelierunt eum cum patribus suis in ciuitate Dauid.

c. Nec multo post Amasiæ fœlicitatem suam,cuius tamen authorem deum non agnoscebat,non capiẽs,sed fastu inflatus,scripsit Ioae Regi Israelitarũ vt ipsius ipse secum faciat cõ suo populo, sicut ancea ipse populum maioribus eius Dauidi & Salomoni parauit. Quod & nullis vtero facere nõ cessãt,bello esse decernẽdi de impetu viribus.Iosephus.li.9.c.10

f. Sæpe quidẽ timere peccãtes oportet,maximè verò cã graue patimur nihil. Cũ enim particulares pœnas deus exigit , leuẽ nobis facit ex his retributionem. Cum autem in singulis peccatorũ longanimiter agit, ad magnam nos in talibus permanentes vltionẽ seruat. Nam & bene viuentibus necessarium est tribulari, multo magis peccantibus. Chrysost.ad populum Antiochẽ.Homil.46.

g. Ex eo videlicet tempore quo prophetã neglexit audire.Hieron.

Ozias multa potitus victoria insolescit: qui cùm adolere præsumeret, lepra percussus interiit. XXVI.

Mnis† autem populus Iuda filium eius[a] Oziam annorum sedecim constituit Regẽ pro Amasia patre suo. [2] Ipse ædificauit Ailath , & restituit eã ditioni Iudę postquam dormiuit Rex cũ patribus suis.[b] [3] Sedecim annorum erat Ozias cũ regnare cœpisset , & quinquaginta duobus annis regnauit in Ierusalẽ.Nomen matris eius Iecelia de Ierusalem. [4] Fecítque quod erat rectũ in oculis dñi,iuxta omnia quæ fecerat Amasias pater eius,[c] & exquisiuit dñm in diebus [c] Zachariæ intelligentis & videntis deum. Cúmq; requireret dominum,direxit eum in omnibus. [6] Deniq; egressus est & pugnauit cõtra Philisthiim, & destruxit murum Geth,& murum Iabnæ,murúmque Azoti. Ædificauit quoque oppida in Azoto & Philisthiim. [7] Et adiuuit eum deus contra Philisthiim, & contra Arabas qui habitabant in [d] Gur-Baal,& contra Ammonitas. [8] Appendebántque Ammonitæ munera Oziç:& diuulgatum est nomen eius vsq; ad introitum Ægypti propter crebras victorias. [9] Ædificauit quoque Ozias turres in Ierusalem super portam anguli,& super portam vallis,& reliquas in eodem muri latere:firmauítq; eas. [10] Extruxítque turres in solitudine,& effodit cisternas plurimas , eo quòd haberet multa pecora tam in campestribus quàm in eremi vastitate. Vineas quoque habuit & vinitores in mõtibus,& in Carmelo.Erat quippe homo agriculturę deditus. [11] Fuit autẽ exercitus bellatorum eius qui procedebant ad prælia sub manu Iehiel scribæ , Maasiæque doctoris,& sub manu Ananiæ qui erat de ducibus Regis, [12] omnísque numerus principum per familias virorum fortium,duorum milium sexcentorum: [13] & sub eis vniuersus exercitus trecentorum & septem milium quingentorum,qui erant apti ad bella,& pro rege contra aduersarios dimicabant. [14] Præparauit quoque eis Ozias, id est cuncto exercitui,clypeos,& hastas,& galeas,& loricas,arcúsque, & fundas ad iaciendos lapides: [15] & fecit in Ierusalẽ diuersi generis machinas,quas in turribus collocauit,& in angulis murorũ, vt mitterent sagittas & saxa grandia. Egressúmque est nomen eius procul:eo quòd auxiliaretur ei dominus, & corroborasset illum. [16] Sed cum roboratus esset,eleuatum est cor eius in interitum suum,& neglexit dominum deum suum,ingressúsq; templum dñi,adolere voluit incensum super altare thymiamatis. [17] Statímque ingressus post eum [f] Azarias sacerdos,& cum eo sacerdotes do-

a. Qui & Azarias in libris Regum dicitur,& item Zacharias,trinominis mimirũ legitur.

b. Quinq; annũ agebat in morte patris:interim tamẽ viq; ad 16. annũ eius adminístratũ est regnũ eius per Senatũ quem vocabant zanedrim:ideo.12.anno regni sui 16. annorum fuit, & regnum solus administrare cœpit.Fuchenius.

c. Hic Zacharias filius fuit Zachariæ filij Ioiadæ , qui post mortem patris natus posthumus , patris nomen sortitus est.Hiero.

d. Ipsa est Gerara, in qua Abraham peregrinatus est.

c. Quẽdiu ille regnũ sensit in Iudæa,prophetæ oculos non leuauit in cœlum: non sunt ei reserata cœlestia, nõ apparuit dominus Sabaoth, nec in mysterio fideliter nomen dei sancti audivit est.Angelomus.4.Reg.15.

f. Pater Zaraiæ patris Eliæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

g. Siquidem sacerdotium principatus est ipso etiam regno venerabilius ac maius.

mini octoginta, viri fortissimi,[18] restiterunt Regi, atque dixerunt: [g] Non est tui officij Ozia, vt adoleas incensum dño: sed sacerdotum, hoc est filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad huiusce modi ministerium. † Egredere de sanctuario, ne contempseris, quia non reputabitur tibi in gloriam hoc à dño deo. [h] [19] Iratúsque Ozias, & tenens in manu thuribulum vt adoleret incensum, minabatur sacerdotibus. Statímq; orta est lepra in fronte eius coram sacerdotibus in domo domini super altare thymiamatis.

† 4. Reg. 15. Nihil hic cum Dauid.

h. Tantum malum est arrogantia, quæ persuadet vt quisque semetipsum ignoret. Chryso. de verbis Isa. homil. 3.

i. Si leprosus, sic ciuiliter mortuus fuit: de qua morte illud in Isaia exponitur, In anno quo mortuus est rex Ozias. Dionys. Ibidem. k. Ante arrogantiã, & post arrogantiam.

[20] Cúmq; respexisset eum Azarias pontifex, & omnes reliqui sacerdotes, viderunt lepram in fronte eius, & festinatò expulerunt eum. Sed & ipse perterritus accelerauit egredi, eo quòd sensisset ilico plagam domini. †[21] Fuit igitur Ozias Rex leprosus vsque ad diem mortis suę, & habitauit in domo separata plenus lepra, ob quam eiectus fuerat de domo domini. Porrò Ioatham filius eius rexit domum regis: & iudicauit populum terræ. [22] Reliqua autem sermonum Oziæ [k] priorum & nouissimorum scripsit Isaias filius Amos propheta. [23] Dormiuítq; Ozias cum patribus suis, & sepelierũt eum [l] in agro regalium sepulchrorum, eo quòd esset leprosus: regnauítq; Ioatham filius eius pro eo.

† 4. Reg. 15. Zachar. 14.

l. Non in eodem loco proprio cum Regibus, sed cũ eis in eodem loco communi, hoc est, in agro: quo erãt sepulchra regalia. idẽ.

Ioatham, Oziæ patri succedens, Regem Ammon deuicit, & huic morienti succedit Achaz. XXVII.

[A] [1] VIgintiquinque † annorum erat [a] Ioatham cum regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Ierusa, filia Sadoch. [2] Fecítq; quod rectum erat coram domino iuxta omnia quæ fecerat Ozias pater suus: excepto quòd non est ingressus templum domini: & adhuc populus delinquebat. [3] Ipse ædificauit portam domus domini excelsam, & in muro Ophel multa construxit. [4] Vrbes quoq; ædificauit in mõtibus Iuda, & in saltibus castella & turres. [5] Ipse pugnauit contra Regem filiorũ Ammon & vicit eos. Dederúntq; ei filij Ammon in tempore illo centum talenta argenti, & decem milia coros tritici, ac totidem coros hordei. Hæc ei præbuerunt filij Ammon in anno secundo & tertio. [b] [6] Corroboratúsque est Ioatham eo quòd direxisset vias suas coram domino deo suo. [7] Reliqua autem sermonum Ioatham, & omnes pugnæ eius, & opera scripta sunt in libro Regum Israel & Iuda. [8] Vigintiquínque annorum erat cum regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalem. [9] Dormiuítq; Ioatham cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate Dauid, & regnauit Achaz filius eius pro eo.

[A] 4. Reg. 15. Anno eius Christus. Anno etiã. nat. Christum. 14. Iudæorũ.

a. Huic regi nulla vitæ defuit erga deũ pio, iusto erga homines, & reipub. studioso. Quicquid enim in Reuratione opus habebat, diligenter sarciendum curauit. Ioseph. Antiquit. lib. 9. cap. 13.

b. In diebus illis cœpit dominus mittere in Iudã Rasin Regẽ Syriæ, & Phacee filium Romeliæ, ad castigãda quædam peccata populi Iudæ qui à tempore Salomonis & deinceps non cessauit adolere & immolare in excelsis: quod templo constructo non licuit, quamuis fieret ad dei honorẽ. Dionysius super 4. Reg. 15.

Pro sceleribus Achaz spoliata est domus domini in Ierusalem ab Assyriis, & cùm diis alienis sacrificasset, interiit miserrimus. XXVIII.

[A] [1] IGinti † annorum erat Achaz cum regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalem. Non fecit rectum in cõspectu domini sicut Dauid pater eius, [2] sed ambulauit in viis Regum Israel: insuper & statuas fudit Baalim. [3] Ipse est qui adoleuit incensum in valle Ben Hennon, & [a] lustrauit filios suos in igne, iuxta ritum gentium, quas interfecit dominus in aduentu filiorum Israel. [4] Sacrificabat quoque, & thymiama succẽdebat in excelsis, & in collibus, & sub omni ligno frondoso. [b] [5] Tradiditque eum dominus deus eius in manus Regis Syriæ: qui percussit eum, magnámque prædam cepit de eius imperio, & adduxit in Damascum. Manibus quoque Regis Israel traditus est, & percussus plaga grandi. [6] Occiditque Phacee filius Romeliæ de Iuda centum viginti milia in die vno, omnes viros bellatores, eo quòd reliquissent dominum deum patrum suorum. [7] Eodem tẽpore occidit Zechri vir potens ex Ephraim Maasiam filium Regis, & Ezricam Ducem domus eius, Elcanam quoque secundum à Rege. [8] Ceperúntq; filij Israel de fratribus suis ducenta milia mulierum puerorum & puellarum, & infinitam prædam, pertulerúntque eam in Samariam. [9] Ea tempestate erat ibi propheta domini nomine Obed: qui egressus obuiam exercitui venienti in Samariam, dixit eis: Ecce iratus dominus

[A] 4. Reg. 16. Anno eius Christus. 770. Anno vrbis Romæ. Achaz 16.

a. Combussit suos filios in idolo Moloch iuxta agrum Aceldemach.

b. Achaz bis obsessus fuit à Rasin Rege Syriæ, & Phacee filio Romeliæ. In prima autem obsidione Ierusalẽ Achaz congressus est & victus, ac filius eius [c] Zacharias occisus est, multaque milia secum. Sed & rex Israel secum duxit captiua multa milia mulierum & puerorum ac puellarum. In secunda vero obsidione Achaz valde expauit, sed per Isaiã confortatus noluit credere prophetæ, nec signũ petere, sed ad Regem confugit Assyriorum, quin eius auxilium venies cepit Damascum & Rasin eius Regẽ occidit. Comestor.

dominus deus patrum vestrorũ cõtra Iudam, tradidit eos manibus vestris, & occidistis eos atrociter, ita vt ad cœlum pertingeret vestra crudelitas. [10] Insuper filios Iuda & Ierusalem vultis vobis subiicere in seruos & ancillas: quod nequaquã facto opus est. Peccastis enim super hoc domino deo nostro: [11] sed audite cõsilium meum, & reducite captiuos quos adduxistis de fratribus vestris, quia magnus furor domini imminet vobis. [c] [12] Steterunt itaq; viri de principibus filiorũ Ephraim, Azarias filius Iohanã, Barachias filius Mosollamoth, Ezechias filius Sellũ, & Amasias filius Hadali, cõtra eos qui veniebãt de prælio: [13] & dixerũt eis: Nõ introducetis huc captiuos: ne peccemus domino. Quare vultis adiicere super peccata nostra, & vetera cumulare delicta? Grãde quippe peccatum est, & ira furoris domini imminet super Israel. [14] Dimiserúntq; viri Israel bellatores prædam, & vniuersa quæ ceperant, coram principibus & omni multitudine: [15] steteruntq; viri quos supra memoranimus, & apprehendentes captiuos, omnésq; qui nudi erant, vestierunt de spoliis. Cúmque vestissent eos, & calceassent, & refecissent cibo ac potu, vnxissẽtque propter laborem, & adhibuissent eis curam: quicunque ambulare non poterant, & erant imbecillo corpore, impositos iumentis, & adduxerunt Iericho ciuitatem palmarum ad fratres eorum, ipsíque reuersi sunt in Samariam. [16] Tempore illo misit Rex Achaz ad regem Assyriorum, postulans auxilium. [17] Venerúntq; Idumæi, & percusserunt multos ex Iuda: & ceperũt prædam magnam. [18] Philisthiim quoq; diffusi sunt per vrbes campestres, & ad meridiem Iuda, ceperúntq; Bethsames, & Aialon, & Gaderoth, Socho quoque & Thamnã, & Gamzo cum viculis suis, & habitauerunt in eis. [19] Humiliauerat enim dominus Iudam propter Achaz Regem Iuda, eo quòd nudasset eum auxilio, & contemptui habuisset dominum: [20] adduxítq; contra eum Thelgatphalnasar Regem Assyriorum: qui & afflixit eum, & nullo resistẽte vastauit. [21] Igitur Achaz spoliata domo domini & domo Regum ac principum, dedit regi Assyriorum munera: & tamen nihil ei profuit. [d] [22] Insuper & in tẽpore angustiæ suæ auxit contemptũ in dominum. Ipse per se Rex Achaz [23] immolauit diis Damasci victimas percussoribus suis, & dixit: Dij Regum Syriæ auxiliantur eis, quos ego placabo hostiis, & aderunt mihi. cum è contrario ipsi fuerint ruinę ei, & vniuerso Israel. [24] Direptis itaque Achaz omnibus vasis domus dei atque confractis, clausit ianuas templi dei, & fecit sibi altaria in vniuersis angulis Ierusalem. [25] In omnibus quoq; vrbibus Iuda extruxit aras ad cremandum thus: atque ad iracundiam prouocauit dominum deum patrum suorum. [26] Reliqua autem sermonum eius, & omnium operum suorum priorum & nouissimorũ, scripta sunt in libro Regum Iuda & Israel. [27] Dormiuítq; Achaz cum patribus suis, & sepelierunt eum [e] in ciuitate Ierusalem. Neque enim receperunt eum in sepulchra Regum Israel: Regnauítque Ezechias filius eius pro eo.

c. Vnde increpati ab Obed propheta, & ad continuum Barachiæ qui magnus erat in Israel murmurauerunt propositum, & magnam captiuis exhibuerunt hospitalitatẽ: sed & eos liberos remiserunt. Dionys.

d. Cúmque vidisset Achaz altare Damasci, misit ad Vriam sacerdotem in Ierusalem exemplar eius, vt exstrueret ei cõsimile: quo facto cum rediisset Achaz in Ierusalem, altare suum destruxit à facie templi, ad aquilonem, & super altare nouum obtulit holocaust a & pacifica: de altari vero æneo fecit illud horologiũ famosum, vt quidã dicunt. Comestor.

e. Non in sepulchro patrũ suorum, quo erat indignus, sed alio loco.

Impio patri pius succedens filius Ezechias, abolitum dei cultum aperto dei templo, & restitutis sacerdotibus instaurauit. XXIX.

[A] [1] IGitur † [a] Ezechias regnare cœpit cum vigintiquinque esset annorum, & vigintinouem annis regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Abia filia [b] Zachariæ. [2] Fecítque quod erat placitum in conspectu domini, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius. [3] In ipso anno & mense primo regni sui aperuit valuas domus domini, & instaurauit eas: [4] adduxítque sacerdotes atque Leuitas, & congregauit eos in plateam orientalem: [5] dixítque ad eos: Audite me Leuitæ, & sanctificamini: mundate domum domini dei patrum vestrorum, & auferte omnem [c] immunditiam de sanctuario. [d] [6] Peccauerunt patres nostri, & fecerunt malum in conspectu domini dei nostri, derelinquentes eum: auerterunt facies suas à tabernaculo domini dei nostri, & præbuerunt dorsum: [7] clauserunt ostia quæ erant in porticu, & extinxerunt lucernas, incensúmque non adoleuerunt, & holocausta non obtulerunt in sanctuario deo Israel. [8] Concitatus est itaque furor domini super Iu-

[A] 4. Reg. 18. A Anno eius Christus. 726. Anno vrbis Romæ. Ezechiæ 1. Isaiæ 26. 29. Michæ 4.

a. Tempore quo Roma ædificata est, Rex erat in Iuda Ezechias, quem quidem constat optimum & piissimum Regem Romuli regnasse tẽporibus. In ea vero historiæ parte, quæ appellatur Israel regnare cœperat Osee. August. de ciuit. dei. lib. 18. c. 22.

b. Posthumi filij Zachariæ, quem Ioas interfecit.

c. Idola quæ Achas posuerat.

d. Quod plenè scribitur in Ezech. cap. 8. f. Et ecce in ostio templi domini inter vestibulum & altare quasi viginti quinque viri dorsa habentes contra templum domini, & facies ad orientem, & adorabãt ad ortum solis. Hiero.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dam & Ierusalem:traditíq; eos in commotionẽ, & in interitum & in sibilum:sicut ipsi cernitis oculis vestris.[9] En corruerunt patres nostri gladiis:filij nostri & filiæ nostræ & cõiuges captiuæ ductæ sunt propter hoc scelus. [10] Nunc ergo placet mihi, vt incamus fœdus cũ domino deo Israel,& auertet à nobis furorẽ iręque.[11] Filij mei nolite negligere. Vos elegit dominus vt stetis corã eo, & ministretis illi, colatisq; eum, & cremetis ei incẽsum.[c] [12] Surrexerũt ergo Leuitę,Mahath filius Amasâi,& Ioel filius Azarię de filiis Caath.Porrò de filiis Merari,Cis filius Abdi,& Azarias filius Iahaleel. De filiis autẽ Gerson,Ioah filius Zẽma, & Eden filius Ioah. [13] At vero de filiis Elizaphan,Sãri,& Iahiel:De filiis quoq; Asaph, Zacharias & Mathanias.[14] Necnon de filiis Hemã,Iahiel,& Semei:Sed & de filiis Idithun:Semeias,& Oziel.[15] Congregauerúntq; fratres suos,& sanctificari sunt, & ingressi sunt iuxta mandatum Regis & imperium domini,vt expiarent domum dei. [16] Sacerdotes quoq; ingressi templum domini,vt sanctificarent illud,extulerunt omnem immunditiam,quam intro repererãt in vestibulo domus domini, quam tulerunt Leuitæ & asportauerunt ad torrentem Cedron foras.[f] [17] Cœperunt autem prima die mensis primi mundare, & die octaua eiusdem mensis ingressi sunt porticum domus templi domini, expiauerúntque templum diebus octo, & in die sextadecima mensis eiusdem, quod cœperant impleuerunt.[18] Ingressi quoque sunt ad Ezechiam Regem, & dixerunt ei: Sanctificauimus omnem domum domini, & altare holocausti, vasáque eius,necnon & mensam propositionis cum omnibus vasis suis, [19] cunctámq; templi supellectilẽ quam polluerat Rex Achaz in regno suo postquam præuaricatus est:& ecce exposita sunt omnia coram altari domini.[20] Cõsurgénsq; diluculo Ezechias Rex,adunauit omnes principes ciuitatis,& ascẽdit in domum domini:[21] obtulerúntq; simul tauros septem,& arietes septem,agnos septem,& hircos septem, [g] pro peccato,pro regno,pro sanctuario,pro Iuda. Dixitq; sacerdotibus filiis Aaron,vt offerrẽt super altare domini.[22] Mactauerũt igitur tauros & susceperunt sanguinẽ sacerdotes,& fuderunt illum super altare.Mactauerunt etiam arietes,& illorum sanguinẽ super altare fuderunt: immolauerúntq; agnos,& fuderunt super altare sanguinẽ. [23] Applicuerúntq; hircos pro peccato coram Rege,& vniuersa multitudine:imposuerúntq; manus suas super eos,[24] & immolauerunt illos sacerdotes, & asperserunt sanguinem eorum coram altari pro piaculo vniuersi Israelis.Pro omni quippe Israel præceperat rex vt holocaustũ fieret pro peccato.[25] Constituit quoq; Leuitas in domo domini cũ cymbalis & psalteriis & citharis, secundũ dispositionẽ Dauid Regis,& Gad videntis, & Nathan Prophetæ. Siquidem domini præceptũ fuit per manum prophetarum eius. [26] Steterúntq; Leuitæ tenentes organa Dauid,& sacerdotes tubas:[27] & iussit Ezechias vt offerrent holocausta super altare.Cúmq; offerrentur holocausta, cœperunt laudes canere domino, & clangere tubis,atq; in diuersis organis quę Dauid Rex Israel pręparauerat,cõcrepare.† [28] Omni autẽ turba adorãte, cantores,& ij qui tenebãt tubas,erant in officio suo,donec cõpleretur holocaustũ.[29] Cúmque finita esset oblatio,incuruatus est Rex,& omnes qui erant cũ eo,& adorauerunt.[30] Præcepítq; Ezechias & principes Leuitis,vt laudarent dominum sermonibus Dauid & Asaph videtis:qui laudauerũt deum magna lætitia, & incuruato genu adorauerunt.[31] Ezechias autem etiã hæc addidit:Implestis manus vestras domino,accedite &offerte victimas,& laudes in domo domini.Obtulit ergo vniuersa multitudo hostias,& laudes, & holocausta,mẽte deuota. [32] Porrò numerus holocaustorum quæ obtulit multitudo,hic fuit,tauros septuaginta,arietes cẽtum, agnos ducẽtos:[33] sanctificaueruntq; domino boues sexcentos,& oues tria milia.[34] Sacerdotes vero pauci erãt,nec poterãt sufficere vt pelles holocaustorum detraherent: vnde & Leuitæ fratres eorũ adiuuerunt eos,donec impleretur opus,& sanctificarentur antistites.Leuitæ quippe faciliori ritu sanctificantur,quàm sacerdotes.[35] Fuerunt ergo holocausta plurima,adipes pacificorum,& libamina holocaustorum: & cõpletus est cultus domus domini. [36] Lætatúsque est Ezechias & omnis populus,eo quòd ministerium domini esset expletum.Derepente quippe hoc fieri placuerat,

Ezechias

c. His regis monitis accẽti sacerdotes templum aperiunt,& ejectis inde immundamentis, adornátisque sacris vasis, victimas patrio ritu in altare inferunt. Iosseph. Antiq. Iudaic lib. 9. cap. 14.

f. Inde patet quãtæ fuerint sordes, in quibus expurgãdis diu fuerunt occupati. Dionys. ibid.

g. Hoc est, pro Rege & maioribus, ac domesticis eius, pro templi ministris & pro communitate. In Leuitico habetur quid pro peccato sacerdotis, quid pro peccato multitudinis, & quid pro peccato principis, & quid demũ pro peccato cuiuslibet de populo fuerat offerendum. Diony. ibid. Sed hic cãta morem factũ est. In omnibus enim locis vnus pro peccato hircus offerri solebat. Sed quia multa erant peccata, & peccatorũ genera, idcirco septem hircos offerre debuerunt. Hieron. ibid.

Ezechias per totum regnum mandat solenne pascha celebrari, atque ipse celebrat. XXX.

[A] Misítque [a] Ezechias ad omnem Israel & Iudam, scripsítque epistolas ad Ephraim & Manassen,vt venirent ad domum domini in Ierusalem & facerent Phase domino deo Israel.[2] Inito ergo consilio Regis & principum & vniuersi cœtus Ierusalem, decreuerunt vt facerent Phase mense secundo. [3] Non enim occurrerant facere in tempore suo,quia sacerdotes qui possent sufficere, sanctificati non fuerant, & populus nondum congregatus fuerat in Ierusalem. [4] Placuítque sermo Regi & omni multitudini,[5] & decreuerunt vt mitterent nuntios in vniuersum Israel de Bersabee vsque Dan,& venirent vt facerẽt Phase domino deo Israel in Ierusalem.Multi enim non fecerant sicut lege præscriptum est.[6] Perrexerúntque cursores cum epistolis ex regis imperio & principum eius,in vniuersum Israel& Iudam,iuxta id quod Rex iusserat prædicantes: Filij Israel reuertimini ad dominum deum Abraham, & Isaac, & Israel, & reuertetur ad reliquias quæ effugerunt manus [B] Regis Assyriorum.[7] Nolite fieri sicut patres vestri & fratres,qui recesserunt à domino deo patrum suorum,& tradidit eos in interitum,vt ipsi cernitis. [8] Nolite indurare ceruices vestras sicut patres vestri.Tradite manus domino:& venite ad sanctuariũ eius,quod sanctificauit in æternum.[b] Seruite domino deo patrum vestrorũ, & auertetur à vobis ira furoris eius.[9] Si enim vos reuersi fueritis ad dominum,fratres vestri & filij habebunt misericordiam coram dominis suis qui illos duxerunt captiuos: & reuertentur in terram hanc.Pius enim & clemens est dominus deus vester, & non auertet faciem suam à vobis,si reuersi fueritis ad eum.[10] Igitur cursores pergebant velociter de ciuitate in ciuitatem per terram Ephraim & Manasse vsque ad Zabulon, illis irridentibus & subsannantibus eos. [11] Attamen quidam viri ex Aser & Manasse & Zabulon acquiescentes consilio venerunt Ierusalem.[12] In Iuda verò facta est manus domini,vt daret eis cor vnum,vt facerent iuxta præceptum Regis & principum, [C] verbum domini.[13] Congregatíque sunt in Ierusalem populi multi, vt facerent solennitatem azymorum in mense secundo.[14] Et surgentes destruxerunt altaria quæ erant in Ierusalem,atque vniuersa in quibus idolis adolebatur incensum,subuertẽtes,proiecerunt in torrentem Cedron. [15] Immolauerũr autem Phase quartadecima die mensis secundi:Sacerdotésque atque Leuitæ tandem sanctificati, obtulerunt holocausta in domo domini:[16] steterúntque in ordine suo iuxta dispositionem & legem Moysi hominis dei.Sacerdotes vero suscipiebant effundendum sanguinem de manibus Leuitarum,[17] eo quòd multa turba sanctificata non esset,& idcirco immolarent Leuitę Phase iis qui non occurrerant sanctificari domino. [18] Magna etiam pars populi de Ephraim,& Manasse,& Isachar,& Zabulon,quę sanctificata non fuerat,comedit Phase,non iuxta quod [c] scriptum est,& orauit pro eis Ezechias, dicens: Dominus bonus propitiabitur[19] cunctis qui in toto corde requirũt dominum deum patrum suorum: & non imputabit eis quòd minus sanctificati sunt. [20] Quem exaudiuit dominus, & [D] placatus est populo.[21] Fecerúntque filij Israel qui inuenti sunt in Ierusalem, solennitatem azymorum septem diebus in lætitia magna, laudantes dominum per singulos dies:Leuitæ quoque & sacerdotes per organa quæ suo officio congruebant.[22] Et locutus est Ezechias ad cor omnium Leuitarum qui habebant intelligentiam bonam super domino,& comederunt septem diebus solennitatis, immolantes victimas pacificorum, & laudantes dominum deum patrum suorum. [d] [23] Placuítque vniuersæ multitudini, vt celebrarent etiam alios dies septem: quod & fecerunt cum ingenti gaudio. [24] Ezechias autem Rex Iuda præbuerat multitudini mille tauros,& septem milia ouium:principes vero dederant populo tauros mille,& oues decem milia. Sanctificata ergo est sacerdotũ plurima multitudo,[25] & hilaritate perfusa omnis turba Iuda tam sacerdotum & Leuitarum,quàm vniuersæ frequentiæ quæ venerat ex Israel, & proselytorum quoq; de terra Israel,& habitantium in Iuda.[26] Factáq; est grandis celebritas in Ierusalem,qualis à diebus Salomonis filij Dauid regis Israel in ea vrbe non

a. Rex vero dimissis per totam ditionem suam nũciis populum Ierosolyma ad azymorum celebritatem cõuocat, multo iam tempore intermissam propter impiã superborũ regum incuriã. Ioseph. Antiq lib. 9. c. 14.

b. Propter hoc autẽ exquirit ab hominibus seruitutẽ, vt quoniam est bonus & misericors, benefacias eis qui perseuerant in seruitute ei⁹. Hæc est enim gloria hominis perseuerare & manere in dei seruitute. Ireneus lib. 4. cap. 28.

c. Scriptum enim erat, vt qui primo mense non potuit comedere, secundo comederent. pro his autẽ orauit Ezechias, quem exaudiuit dominus, & placatus est populo suo. Hiero. ibid.

d. Aiunt neminem pollutũ potuisse Phase comedere quin statim moreretur: & in eo placatum dominũ cognouerunt, quia comedentes extincti non sunt. Ideo in hoc dominum laudauerunt, & Phase perfecerunt. Hieron. y. ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuerat.[17] Surrexerunt autem sacerdotes atq; Leuitæ benedicentes populo: & exaudita est vox eorum, peruenítque oratio in habitaculum sanctum cœli.

Sacerdotibus ad sua restitutis officia populus largus est ad offerendum. XXXI.

A CVmque hæc fuissent ritè celebrata, egressus est omnis Israel qui inuentus fuerat in vrbibus Iuda, & fregerunt simulacra, succiderúntque lucos, demoliti sunt [a] excelsa, & altaria destruxerunt, non solùm de vniuerso Iuda & Beniamin, sed & de Ephraim quoque & Manasse, donec penitus euerterent. Reuersíque sunt omnes filij Israel in possessiones & ciuitates suas. [2] Ezechias autem constituit turmas sacerdotales & Leuiticas per diuisiones suas, vnumquemq; in officio proprio, tam sacerdotum videlicet quàm Leuitarum ad holocausta & pacifica, vt ministrarent & confiterentur, canerémtque in portis castrorũ domini. [3] Pars autem regis erat, vt de propria eius substantia offerretur holocaustum mane semper & vespere, sabbatis quoque, & [b] Kalendis, & solennitatibus cęteris: sicut scriptum est in lege Moysi. [4] præcepit etiam populo habitantium Ierusalem, vt darent partes sacerdotibus & Leuitis, [c] vt possent vacare legi domini. [5] Quod cum percrebuisset in auribus multitudinis, plurimas obtulere primitias filij Israel, frumenti, vini, & olei: mellis quoque, & omnium quę gignit humus, decimas obtulerunt. [6] Sed & filij Israel & Iuda qui habitabant in vrbibus Iuda, obtulerunt decimas boum, & ouium, decimásque sanctorum quæ vouerant domino deo suo: atque vniuersa portantes fecerũt aceruos plurimos. [7] Mense tertio cœperunt aceruorum iacere fundamenta, & mense septimo compleuerunt eos. [8] Cúmque ingressi fuissent Ezechias & principes eius, viderunt aceruos, & benedixerunt domino, ac populo Israel. [9] Interrogauítq; Ezechias sacerdotes & Leuitas, cur ita iacerent acerui. [10] Respõdit illi Azarias sacerdos primus de stirpe Sadoch, dicens: Ex quo cœperunt offerri primitiæ in domo domini, comedimus & saturati sumus, & remanserunt plurima: eo quòd benedixerit dominus populo suo. Reliquiarum autem est copia ista quam cernis. [11] Præcepit igitur Ezechias, C vt præpararẽt horrea in domo domini. Quod cum fecissent, [12] intulerunt tam primitias quàm decimas, & quæcunque vouerant, fideliter. Fuit autem præfectus eorum Chonenias Leuita, & Semei frater eius secundus: [13] post quem Iehiel, & Azarias, & Nahath, & Asael, & Ierimoth, Iozabad quoque & Eliel, & Iesmachias, & Mahath, & Banaias, præpositi sub manibus Choneniæ, & Semei fratris eius ex imperio Ezechiæ Regis, & Azariæ pontificis domus domini: ad quos omnia pertinebant. [14] Core vero filius Iemna Leuites, & ianitor orientalis portæ, præpositus erat iis quæ sponte offerebantur domino, primitiísque & consecratis in sancta sanctorum: [15] & sub cura eius Eden, & Beniamin, Iesue & Semeias, Amarias quoque, & Sechenias, in ciuitatibus sacerdotum: vt fideliter distribuerent fratribus suis partes, minoribus atque maioribus: [16] exceptis maribus ab annis tribus & supra, cunctis qui ingrediebãtur templum domini. Et quicquid per singulos dies conducebant in ministerio, atque obseruationibus iuxta diuisiones suas: [17] sacerdotibus per familias, & Leuitis à vicesimo anno & supra per ordines & turmas suas, [18] vniuersæque multitudini, tam vxoribus quàm liberis eorum vtriusque sexus fideliter cibi de iis quæ sanctificata fuerant, præbebantur. [19] Sed & filiorum Aaron per agros & suburbana vrbium singularum dispositi erant viri qui partes distribuerent vniuerso sexui masculino de sacerdotibus & Leuitis. [20] Fecit ergo Ezechias vniuersa quæ diximus in omni Iuda, operatúsque est bonũ & rectum & verum coram domino deo suo [21] in vniuersa cultura ministerij domus domini, iuxta legem & ceremonias, volens requirere deum suum in toto corde suo. Fecítque & prosperatus est.

a. Excelsa nominare solet scriptura loca in collibus & conclibus posita: in quibus alij dæmonibus immolabant, alij domino, loci amœnitate allecti, cõtra interdictũ hostias offerebãt, relicto altari quod erat in templo.

b. Tria erant communia sacrificia, fuge, quod qualiber die hora prima & hora postrema illius. Qualiber hebdomada prima die illius, quod dicebatur Sabbatum: & quolibet mensis prima die illius, quod dicebatur Neomenia, vel Kalendæ.

c. Hoc est, diuino cultui & sacrificiis legis, ac orare pro populo & docere, & psallere: ideo sustentandi erant à populo: nec soli habitatores Ierusalem, sed cæteri quoque Iudæi tenebantur ad istud. Hoc enim iussum fuit à deo per Moysen in pluribus locis: ideo iussio Ezechiæ fuit quasi quędam commemoratio & innouatio iussionis diuinæ: quia sub Achazista fuerant diutius omissa. Diony. ibid.

Assyriorum exercitu ab angelo vna nocte deleto, Sennacherib fugiens, in templo dei sui à filiis suis occisus est: vnde exaltatus Ezechias, à domino humiliatus est. XXXII.

Post quæ

2.4.Reg.18.c Isa.36.a A POst † quæ & huiuscemodi [a] veritatem, venit Sennacherib Rex Assyriorum, & ingressus Iudam obsedit ciuitates munitas, volens eas capere. [2] Quod cum vidisset Ezechias, venisse scilicet Sẽnacherib, & totũ belli impetum verti contra Ierusalem, [3] inito cum principibus consilio virísque fortissimis, vt obturarent capita fontium qui erant extra vrbem, & hoc omnium decernente sententia: [4] congregauit plurimam multitudinem, & obturauerunt cunctos fontes, & riuum qui fluebat in medio terræ, dicẽtes: Ne veniant Reges Assyriorum, & inueniant aquarum abundantiam. [5] Ædificauit quoque agens industriè omnem murum qui fuerat dissipatus, & extruxit turres desuper: & forinsecus alterũ mu
B rum. Instauraúitq; Mello in ciuitate Dauid, & fecit vniuersi generis armaturam & clypeos. [6] Constituítque principes bellatorum in exercitu, & conuocauit vniuersos in platea portæ ciuitatis, ac locutus est ad cor eorum, dicens: [7] Viriliter agite, & con-
2.Chron.32.c fortamini, [b] nolite timere, nec paueatis regem Assyriorum, & vniuersam multitudinem quę est cum eo.† Multo enim plures nobiscum sunt, quàm cum illo. [8] Cum illo enim est brachium carneum, nobiscum dominus deus noster, qui auxiliator est noster, pugnátque pro nobis. Confortatúsq; est populus huiuscemodi verbis Ezechiæ regis Iuda. [9] Quæ postquam gesta sunt, misit Sennacherib Rex Assyriorum seruos suos Ierusalem, (ipse enim cum vniuerso exercitu obsidebat Lachis) ad Ezechiam re-
C gem Iuda, & ad omnem populum qui erat in vrbe, dicens: [10] Hæc dicit Sennacherib
2.Chron.32.f Rex Assyriorum: In quo habẽtes fiduciam sedetis obsessi in Ierusalem? † [11] Num Ezechias decepit vos, vt tradat morti in fame & siti, affirmans quòd dominus deus vester liberet vos de manu Regis Assyriorum? [12] Nunquid non iste est Ezechias qui destruxit [c] excelsa illius & altaria, & præcepit Iudæ & Ierusalem, dicens, Coram altari vno adorabitis, & in ipso cõburetis incẽsum? [13] An ignoratis quæ ego fecerim, & patres mei cunctis terrarum populis? Nunquid præualuerunt dij gentium omniúmque terrarum liberare regionem suam de manu mea? [14] Quis est de vniuersis diis gentium, quas vastauerunt patres mei, qui potuerit eruere populum suũ de manu mea, vt
D possit etiam deus vester eruere vos de hac manu? [15] Non vos ergo decipiat Ezechias, nec vana persuasione deludat, neque credatis ei. Si enim nullus potuit deus cunctarum gentium atque regionum liberare populum suum de manu mea, & de manu patrum meorum: consequẽter nec deus vester poterit eruere vos de hac manu. [16] Sed & alia multa locuti sunt serui eius contra dominum deum, & contra Ezechiam seruum eius. [d] [17] Epistolas quoque scripsit plenas blasphemiæ in dominũ deum Israel, & locutus est aduersum eum: Sicut dij gentium cæterarum non potuerunt liberare populum suum de manu mea, sic & deus Ezechiæ eruere non poterit populum suum de manu ista. [18] Insuper & clamore magno lingua Iudaica contra populum qui sedebat
E in muris Ierusalem, personabat, vt terreret eos, & caperet ciuitatem. [19] Locutúsque est contra deum Israel, sicut aduersum deos populorum terræ, opera manuum homi-
Isa.37.a nũ. [20] Orauerũt igitur Ezechias Rex, & Esaias filius Amos prophetes aduersum hãc blasphemiam, ac vociferati sunt vsq; in cœlum.† [21] Et misit dominus angelũ suũ, qui
F percussit omnem virum robustum & bellatorem & principem exercitus Regis Assyriorum, reuersúsque est [e] cum ignominia in terram suam. [f] Cúmque ingressus esset
Isa.37.b domũ dei sui, filij qui egressi fuerant de vtero eius, interfecerũt eum gladio. [22] Saluauítq; dominus Ezechiam & habitatores Ierusalem de manu Sennacherib Regis Assyriorum, & de manu omnium: & præstitit ei quietem per circuitum. [23] Multi etiam deferebant hostias & sacrificia domino in Ierusalem, & munera Ezechiæ Regi Iuda. Qui exaltatus est post hæc corã cũctis gẽtibus.† [24] In diebus illis ęgrotauit Ezechias vsq; ad mortem, & orauit dominum: exaudiuítq; eum, & dedit ei signum: [25] sed non iuxta beneficia quæ acceperat, retribuit: quia eleuatum est cor eius. Et facta est cõtra eum ira, & contra Iudã & Ierusalẽ. [26] Humiliatúsq; est postea, eo quòd exaltatũ fuisset cor eius, tam ipse quàm habitatores Ierusalẽ, & idcirco nõ venit super eos ira domini in dieb⁹ Ezechię. [27] Fuit autẽ Ezechias diues & inclytus valde: & thesauros sibi

a. Hoc est, post triplicẽ veritatẽ quæ in Ezechia erat, veritatem inquam vitæ, veritatem iustitiæ, & veritatẽ doctrinæ, venit rex Assyriorũ ad eas veritates excæcandas in Exechia. Diony. ibidem.

b. Veruntamen ipse Ezechias primò timuerat illi, mittendo 300. talenta argẽti, & 30. talenta auri: fed ex infidelitate eius, qua fiebat dus cum Ezechia iniũ decedendo accepta pecunia fregit, Ezechias sumpsit in deum maiorem fiduciam, sperãs diuinam iustitiam non relicturam illatã infidelitatẽ inultam. Dionysius ibidem.

c. Sed rursum iungit mendacium veritati, quibd abstuleri: Ezechias excelsa illius & altaria hoc enim nõ contra dominũ sed pro domino fecerat, vt idololatria & veteri errore destructo iuberet dominus adorare in Ierusalem, vbi erat templum eius. Eucherius. 4.Reg.18.

d. Ipso siquidem tempore scripsit Ezechiæ Assyrius epistolas, in quibus fatuum eum esse diebat, credentẽ quia eius seruitium posset euadere, qui multas gentes & maximas subdidisset. Et intermixebatur Fiducias se eum disperdere dum capet recvrbem, nisi portas aperiens spõte in seruitutem exercitũ eius reciperet. Ioseph. lib. 10. cap. 1.

e. Tradũt enim Hebræi angelum illi rasisse barbam & crines.

f. Cúmque in eadem nocte angelus domini percussisset in castris Assyriorum, 185000. timens Sennacherib fugit cũ 10. viris, ve aiũt Hebræi, & rediit in Niniuẽ. Cúmque adoraret in templo Nesrach deum suum, Adramelech & Ceraśar filij eius percusserunt eũ gladio, & fugerunt in Ararath partem Armeniæ campestrem ad radicem montis Tauri, & regnauit Assaradon filius eius pro eo. Comestor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

plurimos congregauit argenti & auri,& lapidis precioſi, aromatum & armorum vniuerſi generis,& vaſorum magni precij:[28] apothecas quoque frumenti,vini,& olei: & præſepia omnium iumentorum: Caulaſque pecoribus,[29] & vrbes ſex ædificauit. Habebat quippe greges ouium, & armentorum innumerabiles, eo quòd dediſſet ei dominus ſubſtantiam multam nimis.[30] Ipſe eſt Ezechias qui obturauit ſuperiorem fontem aquarum Gihon,& auertit eas ſubter ad occidentem vrbis Dauid. In omnibus operibus ſuis fecit proſperè quæ voluit.[g][31] Attamen in legatione principum Babylonis,qui miſſi fuerant ad eum vt interrogarent de portento quod acciderat ſuper terram,dereliquit eum dominus vt tẽtaretur,& nota fierent omnia quæ erant in corde eius.[32] Reliqua autem ſermonum Ezechiæ, & miſericordiarum eius, ſcripta ſunt in viſione Iſaię filij Amos prophetæ,& in libro Regum Iuda & Iſrael.[33] Dormiuitq; Ezechias cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum ſupra ſepulchra filiorum Dauid. Et celebrauit eius exequias vniuerſus Iuda,& omnes habitatores Ieruſalem:† regnauitque Manaſſes filius eius pro eo.

g Chaldæi vigebãt in aſtronomia,nec poterant inueniri locus dum autem ſuam quæ dicit ſeré in duplum protenſa fuerat & randem cum audierant hoc pro rege Ieroſolymorum factum eſſe,miſerũt ad eum,vt ſciſcitarentur rei veritatem. Præterea Chaldæi adorabant Solẽ,& miserant Regi munera,vt honorarent hominem quem honorauerat deus eorum. Eclarauit eſt Ezechias in aduentu eorũ, & iterũ elatus eſt in animo ſuo, nec fuit in domo ſua nec in omni poteſtate ſua quod non oſtenderet eis. Comeſtor.

Impius Manaſſes per flagella ad pietatem reductus agit pœnitentiam. XXXIII.

A DVodecim † annorum erat [a] Manaſſes cum regnare cœpiſſet, & quinquagintaquinq; annis regnauit in Ieruſalem.[1] Fecit autem malum coram domino iuxta abominationes gẽtium quas ſubuertit dominus coram filiis Iſrael,[2] & conuerſus inſtaurauit excelſa quę demolitus fuerat Ezechias pater eius:conſtruxítque aras Baalim,& fecit lucos,& adorauit [b] omnem militiam cœli,& coluit eam.[c][4] Ædificauit quoque altaria in domo domini,de qua dixerat dominus,† In Ieruſalem erit nomen meum in ęternum.[5] Ædificauit autem ea cũcto exercitui cœli in duobus atriis domus domini,[6] tranſiréq; filios ſuos per ignem in valle [d] Ben-Hennon. Obſeruabat ſomnia, ſectabatur augu-
ria,maleficis artibus inſeruiebat. Habebat ſecũ magos, & incantatores:multáq; mala operatus eſt coram domino,vt irritaret eum.[7] Sculptile quoq; & conflatile ſignum poſuit in domo domini, † de qua locutus eſt dominus ad Dauid & ad Salomonẽ filium eius,dicens:In domo hac,& in Ieruſalem quam elegi de cunctis tribubus Iſrael, ponam nomen meum in ſempiternum:[8] & mouere nõ faciam pedem Iſrael de terra quam tradidi patribus eorum,ita dũtaxat,ſi cuſtodierint facere quæ præcepi eis,cunctámque legem & cæremonias atq; iudicia quæ mandaui per manum Moyſi.[9] Igitur Manaſſes ſeduxit Iudam & habitatores Ieruſalem, vt facerent malum ſuper omnes gẽtes quas ſubuerterat dominus à facie filiorum Iſrael.[10] Locutúſq; eſt dominus ad eum & ad populũ illius,& attendere noluerunt.[11] Idcirco ſuperinduxit eis principes exercitus regis Aſſyriorum , cœperúntque Manaſſen, & vinctum catenis, atque compedibus duxerunt in Babylonem. †[c][12] Qui poſtquam coanguſtatus eſt, orauit dominum deum ſuum,& [e] egit pœnitẽtiam valde coram deo patrum ſuorum.[13] Deprecatúſque eſt eum,& obſecrauit intentè, & exaudiuit orationem eius, reduxítque eum Ieruſalem in regnum ſuũ , & cognouit Manaſſes quòd dominus ipſe eſſet deus.[14] Poſt hęc ædificauit murum extra ciuitatẽ Dauid ad occidentem Gihon,in conuallе ab introitu portæ piſcium,per circuitum vſq; Ophel , & exaltauit illum vehementer. Conſtituítq; principes exercitus in cunctis ciuitatibus Iuda munitis,[15] & abſtulit deos alienos,& ſimulachrum de domo domini,aras quoq; quas fecerat in monte domus domini,& in Ieruſalẽ: & proiecit omnia extra vrbem.[16] Porrò inſtauravit altare domini,& immolauit ſuper illud victimas,& pacifica,& laudem:præcepítque Iudæ vt ſeruiret domino deo Iſrael.[17] Attamẽ adhuc populus immolabat in excelſis,domino deo ſuo.[18] Reliqua autẽ geſtorum Manaſſæ,& obſecratio eius ad deum ſuum, verba quoq; videntium qui loquebantur ad eum in nomine domini dei Iſrael,continentur in ſermonibus regũ Iſrael.[19] Oratio quoq; eius & exauditio,& cuncta peccata atque contemptus,loca etiam in quibus ædificauit excelſa,& fecit lucos,& ſtatuas antequam

a Tradit Hebrxi eundem Manaſſem filium fuiſſe filiæ Iſaiæ prophetæ. Et quòd ille occidi fecerit auum ſuum, hocin cauſa fuit , quia eos appellauerat principes Sodomorum & Gomorræ.Iſa. 1.cap.Hieron.

b. Scilicet ex.ſigna Zodiaci, planetas, & cæteras ſtellas nominibus deſignatas.

c. Prouidentia dei ideo ſic Manaſſen diſpenſauit vocari, quia obliturus erat omnem cõuerſationẽ patris ſui ſanctam, & omnia beneficia dei pro metiro eius collata in ipſum : & ſtimulatus ab iniurgente diabolo,qui ſoles ſurgere ſuper gentes hominum ad euertendũ,geſturus omnia quæ deum ad iracundiam pronocarent. Chryſ. in 1.cap. Matth.homil.1.

d. Sine Gehennon, quæ eſt vallis filiorum Ennõ,à qua Gehenna nomen accepit. Hierony.

e Cum eſſet in vaſe perforato igni admoto , orauit omnes deos quos colebat: à quibus cum non liberaretur, inuocauit deum quem à patre ſuo ſæpe audierat inuocari Hieron.

f. Quid mẽmorẽ Manaſſen regẽ Iuda poſt effuſum ſanguinem prophetarũ,& fœdiſſimæ idolorum cultum, cum eſſet captiuitate concluſus , clamaſſe ad dominum , & obtenta venia, regnóque recepto , vitam in melius commutaſſe? Quis igitur rectè pœnitentia abſtulerit, quam nunimus rectum homini fructum afferre,vt cum deo reconciliet, in gratiamq; reducat? Cyrill.in Ioan.lib.5.c.17.

antequam ageret pœnitentiam, ſcripta ſunt in ſermonibus Ozai.[20] Dormiuit ergo Manaſſes cum patribus ſuis,& ſepelierunt eum in domo ſua: regnauitq; pro eo filius eius [g] Amon.[21] Vigintiduorum annorum erat Amon cum regnare cœpiſſet:& duobus annis regnauit in Ieruſalem.[22] Fecítq; malum in conſpectu domini ſicut fecerat Manaſſes pater eius:& cunctis idolis quæ Manaſſes fuerat fabricatus,immolauit atq; ſeruiuit:[23] & non eſt reueritus faciem domini ſicut reueritus eſt Manaſſes pater eius: & multo maiora deliquit.[24] Cúmq; coniuraſſent aduerſus eũ ſerui ſui,interfecerunt eum in domo ſua:[25] porrò reliqua populi multitudo cæſis iis qui Amon percuſſerat, conſtituit Regem Ioſiam filium eius pro eo.

g. Amõ fuit valde in iniquitate, vt exeſſe opera ſua multos quibus imitatus fuerat hominẽ, vt etiam deũ ſe poſſe fallere exiſtimaret, dicẽs Pater meus multos exinuenture ſua iniqua fecit , & in ſenectute ſua pœnituit : & egonunc ambulabo ſecundum quod deſideras anima mea,& poſtmodum cõuertar ad dominum. Chryſoſt. cap.1.Matth.homil.1.

Ioſias templum inſtaurans,reperto legis libro fœdera cum domino percuſſit. XXXIIII.

CCto † annorũ erat [a] Ioſias cum regnare cœpiſſet, & triginta & vno anno regnauit in Ieruſalem:[2] fecítq; quod erat rectum in conſpectu domini,& ambulauit in viis Dauid patris ſui: non declinauit neq; ad dexteram,neque ad ſiniſtram.[3] Octauo autem anno regni ſui, cum adhuc eſſet puer, cœpit quærere deum patris ſui Dauid : & duodecimo anno poſtquam cœperat, mundauit Iudam & Ieruſalem ab excelſis & lucis, ſimulacriſq;, & ſculptilibus.[4] Deſtruxerúntq; coram eo aras Baalim:& ſimulacra quę ſuperpoſita fuerant,demoliti ſunt.Lucos etiam & ſculptilia ſuccidit atq; comminuit:& ſuper tumulos eorum qui eis immolare conſueuerant,fragmenta diſperſit.[5] Oſſa prętera ſacerdotum combuſſit in altaribus idolorum,mundauítque Iudam & Ieruſalem.[6] Sed & in vrbibus Manaſſæ & Ephraim & Simeon vſque Nephthalim , cuncta ſubuertit.
[7] Cúmque altaria diſſipaſſet & lucos,& ſculptilia contriuiſſet in fruſta, cunctáq; delubra demolitus eſſet de vniuerſa terra Iſrael,reuerſus eſt in Ieruſalem.[8] Igitur anno octauodecimo regni ſui mundata iam terra & templo domini , miſit Saphan filium Eſeliæ & Maaſiam Principem ciuitatis , & Ioha filium Ioachaz à commentariis , vt inſtaurarent domum domini dei ſui.[9] Qui venerunt ad Helciam ſacerdotem magnum,acceptáque ab eo pecunia quę illata fuerat in domo domini,& quam congregauerant Leuitæ & ianitores de Manaſſe & Ephraim & vniuerſis reliquiis Iſrael, ab omni quoque Iuda & Beniamin,& habitatoribus Ieruſalem,[10] tradiderunt in manibus eorum qui præerant operariis in domo domini,vt inſtaurarẽt templum,& infirma quæque ſarcirent.[11] At illi dederunt eam artificibus & cæmentariis, vt emerent lapides de lapidicinis,& ligna ad commiſſuras ædificij,& ad contignationem domorum quas deſtruxerãt Reges Iuda.[12] Qui fideliter cũcta faciebant. Erant autẽ prępoſiti operantiũ Iahath & Abdias de filiis Merari, Zacharias & Moſollam de filiis Cahath,qui vrgebãt opus,omnes Leuitę ſciẽtes organis canere.[13] Super eos verò qui ad diuerſos vſus onera portabãt,erant ſcribæ & magiſtri de Leuitis ianitores.[14] Cúmq; efferrent pecuniam quæ illata fuerat in templum domini , reperit Helcias ſacerdos librum legis domini datum per manum Moyſi,[15] & ait ad Saphan ſcribam:Librum legis inueni in domo domini . & tradidit ei.[16] At ille intulit volumen ad regem , & nunciauit ei dicens:Omnia quæ dediſti in manu ſeruorum tuorum,ecce complẽtur.
[17] Argentum quod repertum eſt in domo domini, conflauerunt, datúmque eſt præfectis artificum,& diuerſa opera fabricãtium.[18] prętera tradidit mihi Helcias ſacerdos hunc librum. Quem cum Rege pręſente recitaſſet,[19] audiſſétque ille verba legis, ſcidit veſtimenta ſua:[20] & præcepit Helciæ & Ahicam filio Saphan, & Abdon filio Michæ,Saphan quoq; ſcribæ,& Aſaię ſeruo Regis,dicens:[21] Ite & orate dominũ pro me,& pro reliquiis Iſrael & Iuda,ſuper vniuerſis ſermonibus libri iſtius qui repertus eſt. Magnus enim furor domini ſtillauit ſuper nos, eo quòd non cuſtodierint patres noſtri verba domini,vt facerent omnia quæ ſcripta ſunt in iſto volumine.[22] Abiit ergo Helcias , & ij qui ſimul à Rege miſſi fuerant , [c] ad Oldam Prophetidem vxorem Sellum , filij Thecuath filij Haſra cuſtodis veſtium , quæ habitabat in Ieruſalem

a. Ioſiar lõge laudatiſſimus quatenuis puer, Iudæam, Ieruſalem, Nomẽ ſibi ſubiectam regionem ab idolis & excelſis purgauit, altáq; abominationes à Iuda abſtulit, & fecit omnes qui reſidũt erant in Iſrael ſeruire domino ſuo. Cuius diebus eius non receſſerunt à domino deo patrum ſuorum. Beda ſuper cap.x.Iſaiæ.

b. Notandũ quòd arca domini erata de templo fuit, quam modo in templũ reduci Ioſias præcepit. Hier.

c. Poſtquam principes eius ſcrutati ſunt vrbes & villas inde ſcrutati ſunt domos, ne quid latenter maneret ſuſpectum in illis. Miſitque in tota prouinciam vt deferret ad reparationẽ templi munera proſua voluntate vnuſquiſque . Et prępoſuit huic operi Helciam ſacerdotẽ magnũ,& Amaſiam qui erat ſuper ciuitatem,& Saphan ſcribam, & ſicta eſt reparatio templi. Comeſtor.4.Reg.22.

d. Cumque Helcias diligẽter omnia ſcrutaretur,inuenit librum Moyſi in tẽplo. Forte aperuit arcam,& inuenit Deuteronomiũ quẽ Moyſes reponi fecerat in arcam , & miſit eum ad Regem per manũ Saphan ſcribæ . Qui cum legiſſet coràm Rege,ſcidit Rex veſtimenta ſua. Audiuit enim maledictiones ſcriptas in tranſgreſſores legis , & crebras comminationes dei, quòd ſi ſequerentur idola, eicoret eos de terra quam dederat eis, ſicut eiecerat Amorræos à ſocie eorum. Et mirabat quomodo adhuc eſſent in terra illa, & verebatur imminere captiuitatem. Comeſtor.4. Reg.16.

e. Circa hæc oritur quæſtio cur Ioſias Rex non conſuluit dominum per pontificem prout Dauid facere conſueuerat;imo ipſum Helciam pontificem tam cæcum miſit ad feminam prophetiſſam . Ad quod Epiphanius ait , ꝙ die qua ſoat rex fecit Zachariam filium Ioiadæ lapidari in tẽplo , dominus vltra nõ dedit ſolito more reſponſa. Dionyſ.4.Reg.22.

f. Auunculi Ieremiæ prophetæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in secunda: & locuti sunt ei verba quæ supra narrauimus. [23] At illa respondit eis: Hæc dicit dominus deus Israel: Dicite viro qui misit vos ad me: [24] Hæc dicit dominus, Ecce ego inducam mala super locũ istum, & super habitatores eius: cunctáq; maledicta quæ scripta sunt in libro hoc, quẽ legerunt corã Rege Iuda: [25] quia dereliquerũt me, & sacrificauerunt diis alienis, vt me ad iracundiam prouocarent in cunctis operibus manuum suarum. Idcirco stillabit furor meus super locum istum, & non extinguetur. [26] Ad Regẽ autẽ Iuda, qui misit vos pro domino deprecãdo, sic loquimini: Hæc dicit dominus deus Israel: Quoniam audisti verba voluminis, [27] atq; emollitum est cor tuum, & humiliatus es in cõspectu domini super iis quę dicta sunt contra locum hunc, & habitatores Ierusalem, reueritúsque faciem meam scidisti vestimenta tua, & fleuisti coram me: ego quoq; exaudiui te, dicit dominus. [28] Iam enim colligam te ad patres tuos, & inferẽris in sepulchrum tuũ in pace, nec videbunt oculi tui omne malũ quod ego inducturus sum super locum istum, & super habitatores eius. †Retulerunt itaq; Regi cuncta quæ dixerat. † [29] At ille conuocatis vniuersis maioribus natu Iuda & Ierusalem, [30] ascendit in domum domini, vnáque omnes viri Iuda & habitatores Ierusalem, sacerdotes & Leuitæ, & cunctus populus à minimo vsque ad maximum. Quibus audientibus in domo domini legit Rex omnia verba voluminis: [31] & stans in tribunali suo percussit fœdus coram domino, vt ambularet post eum, & custodiret præcepta & testimonia & iustificationes eius in toto corde suo, & in tota anima sua: facerétque quæ scripta sunt in volumine illo quod legerat. [32] Adiurauit quoq; super hoc omnes qui reperti fuerant in Ierusalem & Beniamin: & fecerũt [g] habitatores Ierusalem iuxta pactum domini dei patrũ suorum. [33] Abstulit ergo Iosias cunctas abominationes de vniuersis regionibus filiorum Israel, & fecit omnes qui residui erant in Israel, seruire domino deo suo. Cunctis diebus vitæ eius non recesserunt à domino deo patrum suorum.

g. Habitatores Ierusalẽ dicit dimidium tribum Manasse, qui plurimi in tribu Beniamin computãtur. Hieron.

Iosias pascha solenni celebrato periit in bello, multum à plebe deploratus. XXXV.

[a] Cæterũ lustrata ad hunc modum regione vniuersa, populum Ierosolyma conuocauit ad celebrãdum festum azymorum, quod dicitur pascha. Ioseph. lib. 10. cap. 5. Antiq. Iudaic.

[b] Tempore Achaz quidã simulachra in templo missa sunt, elata est inde arca, & ducta in domũ Sellum viri Oldæ cuiusdã Ieremiæ, vbi per ætatẽ fuit vsque ad tempus Iosiæ. Nec enim poterat arca dei esse in loco vbi simulachra introducta fuerant, & gentilitius vsus & ritus prophanissimus celebrabatur. Hieron. ibid.

[c] Necimmeritò Iosias Emmanuhelis vel fortitudo interpretatur. Prouidentia enim dei secundum quod futurus erat Iosias, despẽsauit ei nomen impositum. Talis enim sacrificium obtulit domino, qualem nec ante eũ nec post eum oblatum est. Chrys. super. 2. cap. Matth. homil. 1.

[A] [a] Fecit † [a] autem Iosias in Ierusalem phase domino, quod immolatum est quartadecima die mensis primi. [1] Et constituit sacerdotes in officiis suis, hortatúsque est eos vt ministrarent in domo domini. [3] Leuitis quoque, ad quorum eruditionem omnis Israel sanctificabatur domino, locutus est: [b] Ponite arcam in sanctuario templi quod ædificauit Salomon filius Dauid Rex Israel. Nequaquam enim eam vltrà portabitis. Nunc ergo ministrate domino deo vestro, & populo eius Israel, [4] & præparate vos per domos & cognationes vestras in diuisionibus singulorum, sicut præcepit Dauid Rex Israel, & descripsit Salomon filius eius: [5] & ministrate in sanctuario per familias turmásq; Leuiticas: [6] & sanctificati immolate phase. Fratres etiam vestros vt possint iuxta verba quæ locutus est dominus in manu Moysi, facere, præparate. [7] Dedit præterea Iosias omni populo qui ibi fuerat inuentus in solennitate phase, agnos & hœdos de gregibus, & reliqui pecoris triginta milia, boúmque tria milia. Hæc de Regis vniuersa substantia. [8] Duces quoque eius sponte quod vouerant, obtulerunt tam populo quàm sacerdotibus & Leuitis. Porrò Helcias, & Zacharias, & Iehiel, principes domus domini dederunt sacerdotibus ad faciendum phase, pecora commixtim duo milia sexcenta, & boues trecentos. [9] Chonenias autem & Semeias etiam & Nathanael fratres eius, necnõ Asabias, & Iehiel, & Iozabad principes Leuitarum, dederunt cæteris Leuitis ad celebrandũ Phase, quinq; milia pecorum, & boues quingentos. [10] Præparatúmque est ministerium, & steterũt sacerdotes in officio suo, Leuitæ quoq; in turmis iuxta Regis imperium, [11] & immolatum est phase. Asperserúntq; sacerdotes manu sua sanguinem, & Leuitæ detraxerunt pelles holocaustorum, [12] & separauerunt ea vt darent per domos & familias singulorũ, & offerrentur domino sicut scriptum est in libro Moysi. [c] De bobus quoq; fecerunt similiter. [13] Et assauerunt phase super ignem, iuxta quod in lege scriptum

ptum est. Pacificas verò hostias coxerunt in lebetibus, & cacabis, & ollis, & festinatò
c distribuerunt vniuersæ plebi: [14] sibi autem & sacerdotibus postea parauerũt. Nam in oblatione holocaustorum & adipum vsque ad noctem sacerdotes fuerunt occupati, vnde Leuitæ sibi & sacerdotibus filiis Aaron parauerunt nouissimis. [d] [15] Porrò cãtores filij Asaph stabãt in ordine suo iuxta præceptũ Dauid, & Asaph & Eman & Idithun prophetæ Regis Dauid. Ianitores verò per portas singulas obseruabãt, ita vt ne puncto quidem discederent à ministerio. Quamobrem & fratres eorum Leuitæ parauerunt eis cibos. [16] Omnis igitur cultura domini rite completa est in die illa, vt facerent phase, & offerrent holocausta super altare domini iuxta præceptũ regis Iosiæ.
e [17] Fecerúntque populi Israel qui reperti fuerãt ibi, phase in tẽpore illo, & solennitatem azymorũ septem diebus. [18] Nõ fuit phase simile huic in Israel, à diebus Samuelis prophetæ, sed nec quisquã de cunctis Regibus Israel fecit phase sicut Iosias sacerdotibus & Leuitis & omni Iudæ & Israel qui repertus fuerat, & habitantibus in Ierusalem. †
f [19] Octauodecimo anno regni Iosiæ hoc phase celebratum est. f c
D [20] Postquam instaurauerat Iosias templũ, ascẽdit Nechao Rex Ægypti ad pugnandũ in Carchamis iuxta Euphraten, & processit in occursum eius Iosias. [21] At ille missis ad eum nũciis, ait: Quid mihi & tibi Rex Iuda? Non aduersum te hodie venio, sed contra aliam pugno domum, ad quam me deus festinatò ire præcepit. Desine aduersum deum facere, qui mecum est, ne interficiat te. [22] Noluit Iosias reuerti, sed præparauit cõtra eum bellum, nec acquieuit sermonibus Nechao ex ore dei, verùm perrexit vt dimicaret in campo Mageddo. [23] Ibíque vulneratus à sagittariis, dixit pueris suis, † Educite me de
g prælio, quia oppidò vulneratus sum. [24] Qui transtulerunt eum de curru in alterũ currum qui sequebatur eum more regio, & asportauerunt eum in Ierusalem. mortuúsque est, & sepultus in mausoleo patrum suorum: [g] & vniuersus Iuda & Ierusalem luxerunt eum, [25] Ieremias maximè, [h] cuius omnes cantores atque cantatrices vsque in præsentem diem lamentationes super Iosiam replicãt, & quasi lex obtinuit in Israel: Ecce scriptũ fertur in lamentationibus. [26] Reliqua autẽ sermonũ Iosiæ & misericordiarum eius, quæ lege præcepta sunt domini, [27] opera quoque illius prima & nouissima scripta sunt in libro Regum Iuda & Israel.

d. Ideo prophetæ Regis dicebantur, quia cum Rege Dauid cantabant. Hieron. ibid.

e. Quia omnes qui inuenti sunt in illa festiuitate, ibi septem diebus commorati sunt, & omnes sufficienter de regis substantia, & de his quæ supra memorata sunt, epulati sunt. Hieron.

f. Nechao rex Aegypti cõtra Regem Assyrioru ascẽdit, quẽ audierat debilitatũ, eo quòd Medi & Babylonij ab illius reuelatissent monarchia, ideo putauit se posse regnũ Syriæ de facili obtinere. Sed primo voluit cõgredi aduersus Adadremõ regnãtẽ in Carchamis qui simul cõ Iosia disposuit acies contra Nechao regẽ Aegypti. Diony. ibid. post Ioseph. & Comestorem.

g. Hic plãsit eũ vniuersus Iuda & Ierusalẽ, & maxime Ieremias, qui super exequias eius scripsit Threnos lamentabiles. Quomodo sedet sola ciuitas plena populo, &c. quibus vtebãtur cantores & cantatrices super exequias Iosiæ, & longis tẽporibus in Iudæa supra Iosiã replicabant. Comestor.

h. Tãta verò hominis virtus erat, vt cæteribus & cãtatricibus lamẽtãdis ipsum persona sit imposita, ac singulis annis ipsius memoria fuit celebrata. Procop. ibid.

Rex Babylonis vrbe Ierosolyma spoliata, templum vrbémque incendit, & populum ducit captiuum. XXXVI.

[A] [a] Vlit ergo populus terræ Ioachaz filium Iosiæ, & cõstituit Regem pro patre suo in Ierusalem. [2] Viginti trium annorũ erat Ioachaz cũ regnare cœpisset: & tribus mẽsibus regnauit in Ierusalem. [a] [3] Amouit autẽ eum Rex Ægypti cum venisset in Ierusalem, & condemnauit terram centum talentis argenti, & talento auri. † [4] Constituítque pro eo Regem Eliacim fratrem eius super Iudam & Ierusalem, & vertit nomen eius Ioacim. Ipsum verò Ioachaz tulit secum, & adduxit in Ægyptum. [5] Vigintiquinque annorum erat Ioacim cum regnare cœpisset: & vndecim annis regnauit in Ierusalẽ: fecítque malũ coram domino deo suo. [6] Contra hunc ascẽdit Nabuchodonosor rex Chaldæorum, [7] & vinctum catenis duxit in Babylonem, ad quam & vasa domini transtulit, & posuit ea in templo suo. [b] [8] Reliqua autem verborum Ioacim, & abominationes eius quas operatus est, & quæ inuenta sunt in eo, continentur in libro regũ Iuda & Israel.
B Regnauit autem Ioachin filius eius pro eo. [9] Octo annorum erat Ioachin cũ regnare cœpisset, & tribus mensibus ac decem diebus regnauit in Ierusalem: fecítque malum in conspectu domini. [10] Cúmque anni circulus volueretur, misit Nabuchodonosor Rex nuncios, qui & adduxerunt eum in Babylonem: asportatis simul pretiosissimis vasis domus domini. † Regem verò constituit Sedeciam patruũ eius super Iudam & Ierusalem. † Viginti & vnius anni erat Sedecias cum regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalem. [12] Fecítque malum in oculis domini dei sui: nec erubuit

a. Reuertens Nechao Rex Aegypti à Syria victa, reuocauit ad se Ioachaz in Reblatha ad quẽ cum venisset, vinctus est ab eo, & sic missus in Aegyptum. deinde misit legatos in Ierusalem, instituit Ioacim fratrẽ suũ cũ debita multa. Dion. 4. Reg. 23.

b. Cũ autẽ maligtatus fuisset in deum, quãmvere impius in cõdẽnatione adiudicatus est à deo: & postea præparatus ad euersionem Iudæ, secundũ iracundiam dei venies rex Assyriorũ adduxit eũ in Babylonẽ, & factus est rex in loco eius Iechonias filius eius. Chrysosto. super Matth. cap. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

faciem Ieremiæ prophetæ loquentis ad se ex ore domini. [13] A Rege quoque [c] Nabuchodonosor recessit, qui adiurauerat eum per deum, & indurauit ceruicem suam & cor, vt non reuerteretur ad dominum deum Israel. [14] Sed & vniuersi principes sacerdotum & populus præuaricati sunt iniquè iuxta vniuersas abominationes gentium, & polluerunt domum domini quam sanctificauerat sibi in Ierusalem. [15] Mittebat autem dominus deus patrum suorum ad illos per manum nunciorum suorum, de nocte consurgens, & quotidie commonens: eo quòd parceret populo & habitaculo suo. [16] At illi subsannabant nuncios dei, & paruipendebãt sermones eius, illudebántque prophetis, donec ascenderet furor domini in populum eius, & esset nulla curatio. [17] Adduxit enim super eos Regem Chaldæorum: & interfecit iuuenes eorum gladio in domo sanctuarij. [d] Non est misertus adolescentis, & virginis, & senis, nec decrepiti quidem: sed omnes tradidit in manibus eius: [18] vniuersáque vasa domus domini tam maiora quàm minora, & thesauros templi Regis & principum transtulit in Babylonem. [19] Incenderunt hostes domum dei, destruxerúntque murum Ierusalem, vniuersas turres combusserunt: & quicquid pretiosum fuerat, demoliti sunt. [20] Si quis euaserat gladium, ductus in Babylonem seruiuit Regi & filiis eius, donec imperaret Rex Persarum, [21] & compleretur sermo domini ex ore Ieremiæ, & celebraret terra sabbata sua. Cunctis enim diebus desolationis egit sabbatum, vsque dum complerentur septuaginta anni. [e] † [22] Anno autem primo Cyri Regis Persarum, ad explendum sermonem domini quem locutus fuerat per os Ieremiæ † suscitauit dominus spiritum [f] Cyri Regis Persarum: qui iussit prædicari in vniuerso regno suo, etiam per scripturam, dicens: [23] Hæc dicit Cyrus Rex Persarum: Omnia regna terræ dedit mihi dominus deus cœli: & ipse præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Ierusalem, quæ est in Iudæa. Quis ex vobis est in omni populo eius? Sit dominus deus suus cum eo, & ascendat.

c. Hic est ille magnus Nabuchodonosor secũdus huius nominis, nonus Rex Babylonis post destructã monarchiam Assyriorum per Arbacen Medum.

d. Hoc est, tam districtè vltus est deus crimina populi sui, quòd nec miserabilibus personis quibus solet parcere in bellis, pepercit. Dionysius ibidem.

e. Quo Asiam subegit. 16. autem an. Persarum.

f. Cyri nomen longo tempore ante eius natiuitatem prædictũ esse scribitur Isa. 45.a. Quod quidem & Ioseph. in 11. Iudaic. Antiqui. volumine refert, legisse Cyrum ab Isaia de se cerno vaticinium nomine: & idcirco Iudæos quasi dei familiares plurimum dilexisse. Hiero. in 45. cap. Isa.

Oratio Manassæ Regis Iuda cum captus teneretur in Babylone, quæ non est in Hebræo, nec est de textu Bibliorum.

DOmine deus omnipotens patrum nostrorũ Abraham, Isaac, & Iacob, & seminis eorum iusti, qui fecisti cœlum & terram cum omni ornatu eorum, qui signasti mare verbo præcepti tui, qui conclusisti abyssum, & signasti terribili & laudabili nomini tuo, quem omnes pauent, & tremunt à vultu virtutis tuæ: & insustentabilis ira super peccatores comminationis tuæ, immensa verò & inuestigabilis misericordia promissionis tuæ: quoniam tu es dominus altissimus super omnem terram, longanimis & multum misericors, & pœnitens super malitiam hominum. Tu autem domine secundum bonitatem tuam promisisti pœnitẽtiam remissionis peccatorum, & tu deus iustorum, non posuisti pœnitentiam iustis, Abraham, Isaac, & Iacob, iis qui tibi non peccauerunt, quoniam peccaui super numerum arenæ maris, multiplicatæ sunt iniquitates meæ: incuruatus sum multo vinculo ferri, & non est respiratio mihi: quia excitaui iracundiam tuam, & malum coram te feci, statuens abominationes, & multiplicans offensiones, & nunc flecto genua cordis mei, precans à te bonitatem domine. Peccaui domine, peccaui, & iniquitatem meam agnosco. Peto rogans te domine, remitte mihi, remitte mihi, ne simul perdas me cum iniquitatibus meis, neque in æternum reserues mala mihi: quia indignum saluabis me secundum magnam misericodiam tuam: & laudabo te semper omnibus diebus vitæ meæ: quoniam te laudat omnis virtus cœlorum: & tibi est gloria in secula seculorum. Amen.

BEATI

BEATI HIERONYMI AD DOMNIONEM & Rogatianum in Esdram & Nehemiam præfatio.

VTrum difficilius sit, facere quod poscitis, an negare, necdũ statui. Nam neque vobis aliquid imperantibus abnuere, sententiæ est: & magnitudo oneris impositi ita ceruices premit, vt antè sub fasce ruẽdum sit, quàm leuandum. Accedunt ad hoc inuidorum studia, qui omne quod scribimus, reprehendendũ putant. Et interdum contra se conscientia repugnante, publicè lacerant, quæ occultè legunt: intantum vt clamare compellar & dicere: Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa. Tertius annus est, quòd semper scribitis atque rescribitis, vt Esdræ librum & Esther vobis de Hebræo transferam: quasi nõ habeatis Græca & Latina volumina: aut quicquid illud est quod à nobis vertitur, non statim ab omnibus conspuendum sit. Frustra autem (vt ait quidã) niti, neque aliud fatigando, nisi odium quærere, extremæ dementiæ est. Itaque obsecro vos mi Domnion & Rogatiane charissimi, vt priuata lectione contenti, libros non efferatis in publicum: nec fastidiosis cibos ingeratis: vitetísque eorum supercilium, qui iudicare tantùm de aliis, & ipsi facere nihil noluerunt. Si qui autem fratrum sunt quibus nostra non displicent, iis tribuatis exemplar, admonẽtes vt Hebræa nomina (quorum grandis in hoc volumine copia est) distinctè & per interualla transcribant. Nihil enim proderit emendasse librum, nisi emendatio, librariorũ diligẽtia conseruetur. Nec quenquam moueat quòd vnus à nobis liber editus est: nec apocryphorũ tertij & quarti libri somniis delectetur: quia & apud Hebræos Esdræ Nehemiæque sermones in vnũ volumen coarctantur: & quæ non habentur apud illos, nec de viginti quatuor senibus sunt, procul abiicienda. Si quis autem septuaginta vobis opposuerit interpretes, quorum exẽplaria varietas ipsa lacerata & inuersa demonstrat: nec potest vtique verum asseri, quod diuersum est: mittite eũ ad Euangelia, in quibus multa ponuntur quasi de veteri testamẽto, quæ apud septuaginta interpretes non habẽtur: velut illud, Quoniam Nazaræus vocabitur, &, Ex Aegypto vocaui filium meum, &, Videbunt in quem compunxerunt: multáque alia, quæ latiori operi reseruamus: & quærite ab eo vbi scripta sint. Cúmque proferre non potuerit, vos legite de iis exemplaribus quæ nuper à nobis edita sunt. Cúmque proferre non potuerit, vos legite de iis exemplaribus quæ nuper à nobis edita maledicorum quotidie linguis confodiuntur. Sed vt ad compendium veniam, certè quod illaturus sum, æquissimum est. Edidi aliquid quod non habetur in Græco: aut aliter habetur quàm à me versum est. Quid interpretem laniant? Interrogent Hebræos: & ipsis autoribus translationi meæ vel arrogent vel derogent fidẽ. Porrò aliud est si clausis (quod dicitur) oculis mihi volunt maledicere: & non imitantur Græcorum studium & beneuolentiam: qui post septuaginta translatores, iam Christi Euangelio coruscante, Iudæos & Hebionitas legis veteris interpretes, Aquilam videlicet, & Symmachum, & Theodotionem, & curiosè legunt, & per Origenis laborem in hexaplis, ecclesiis dedicarunt. Quanto magis Latini grati esse deberent, quòd exultantem cernerent Græciam à se aliquid mutuari? Primùm enim magnorũ sumptuum est, & infinitæ difficultatis, exẽplaria posse habere omnia: deinde etiam qui habuerint, & Hebræi sermonis ignari sunt, magis errabunt, ignorantes quis è multis verius dixerit: quod etiam sapiẽtissimo cuidam nuper apud Græcos accidit: vt interdum scripturæ sensum relinquẽs, vniuscuiuslibet interpretis sequeretur errorẽ. Nos autem qui Hebrææ linguæ saltem paruam habemus scientiam, & Latinus nobis vtcunque sermo non deest, & de aliis magis possumus iudicare: & ea quæ ipsi intelligimus, in nostra lingua promere. Itaque licet Hydra sibilet, victórque Simon incendia iactet, nunquã meum, iuuãte Christo, silebit eloquium: etiam præcisa lingua balbutiet. Legãt, qui volunt: qui nolunt, abiiciant. Euẽtilent apices, literas calumnientur. Magis vestra charitate prouocabor ad studium, quàm illorum detractione & odio deterrebor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Incipit Liber Esdræ primus.

Cyrus diuinitus inspiratus, redditis vasis templi Salomonis captiuitatem relaxat Israelitis. Cap. I.

IN† [a] anno primo Cyri Regis Persarum, vt compleretur verbum domini ex ore Ieremiæ,† suscitauit dominus spiritum Cyri Regis Persarum, & transduxit vocem in omni regno suo etiam per scripturam, dicēs: [2] Hæc dicit Cyrus Rex Persarum: Omnia regna terræ dedit mihi dominus deus cœli, & ipse præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Ierusalem, quæ est in Iudæa. [b] [3] Quis est in vobis de vniuerso populo eius? Sit dominus illius cum eo. Ascendat in Ierusalem quæ est in Iudæa, & ædificet domum dei Israel. Ipse est deus qui est in Ieruſalem. [4] Et omnes reliqui in cunctis locis vbicunque habitant, adiuuēt eum viri de loco suo, argento & auro, & substantia & pecoribus: excepto quod voluntariè offerunt templo dei quod est in Ierusalem, [5] Et surrexerunt principes patrum de Iuda & Beniamin, & sacerdotes & Leuitæ, & omnis cuius suscitauit deus spiritum vt ascenderet † ad ædificandum templum domini quod erat in Ierusalem. [6] Vniuersique qui erant in circuitu, adiuuerunt manus eorum in vasis argenteis & aureis, in substantia, & iumentis, in supellectili, exceptis iis quæ sponte obtulerāt.†[7] Rex quoque Cyrus protulit vasa templi domini quæ tulerat Nabuchodonosor de Ieruſalem, & posuerat ea in templo dei sui. [8] Protulit autem ea Cyrus Rex Persarum per manum Mithridatis filij Gazabar, & annumerauit ea [c] Sesabasar principi Iudæ: [9] & hic est numerus eorum: Phialæ aureæ triginta, phialæ argenteæ mille, cultri vigintinouem, [10] scyphi aurei triginta, scyphi argentei secūdi quadringenti decem: vasa alia mille. [11] Omnia vasa aurea & argentea, quinque milia quadringenta. Vniuersa tulit Sesabasar, cum iis qui ascendebant de transmigratione Babylonis in Ierusalem.

a. Hoc est anno primo quo monarchia fuit & regnauit Assyrijs, Baltassaro Rege eorum interfecto in Babylone, 16. tamen regni eius anno vel 22. iuxta alios apud Persas, qui supputatur primus annus libertatis Iudæorum post 70. annos captiuitatis expleto.

b. Magna in his fides regis, magna claret pietas. Fides quidem, quod populum Israel pre cæteris nationibus dei esse populū intellexit. Pietas, quod nullo prorsus excepto, omnes qui vellēt liberos in patriam redire permisit. Fides, quòd eundem dominum deum & habitare in cœlis, & esse in Ierusalem, & cum singulis reuertentibus de Babylone credidit. Beda super Esdr. cap. 1.

c. Zorobabeli secundū Hebræos, quo nomine eū Assyrij vocabāt: qui interpretatur gaudiū in tribulatione & angustia. Per illum autem Zorobabelem dimissi sūt omnes filij Israel. Chrysost. in 1. cap. Matth.

Numerus reuertentium è captiuitate Babylonica in Ierusalem. II.

HI sunt autem [a] prouinciæ filij, qui ascenderūt de captiuitate quā transtulerat Nabuchodonosor Rex Babylonis in Babylonem, [b] & reuersi sunt in Ierusalem & Iudæā, vnusquisque in ciuitatē suam, [2] qui venerunt cum Zorobabel, Iesua, Nehemia, Saraia, Rahelaia, Mardochai, Belsan, Mesphar, Beguai, Rehum, Baana. Numerus virorū populi Israel: [3] Filij Pharos, duo milia centum septuagintaduo. Filij Arethi, septingenti septuagintaquinq;. Filij Gersephatia, trecenti septuagintaquinque. [4] Filij Saphatia, trecenti septuagintaduo. [5] Filij Area, septingenti septuagintaquinq;. [6] Filij Phahath-Moab filiorū Iosue & Ioab, duo milia octingēti duodecim. [7] Filij Elam, mille ducēti quinquagintaquatuor. [8] Filij Zetthua, nongēti quadragintaquinque. [9] Filij Zacchai, septingenti sexaginta. [10] Filij Bani, sexcenti quadragintaduo. [11] Filij Bebai, sexcēti vigintitres. [12] Filij Azgad, mille ducēti vigintiduo. [13] Filij Adonicā, sexcēti sexagintasex. [14] Filij Beguai, duo milia quinquagintasex. [15] Filij Adin, quadringēti quinquagintaquatuor. [16] Filij Ather, qui erāt ex Ezechia, nonagintaocto. [17] Besai, trecēti vigintitres. [18] Filij Iora, centū duodecim. [19] Filij Hasum, ducenti vigintitres. [20] Filij Gebbar, nonaginta quinque. [21] Filij Bethlehē, centū vigintitres. [22] Viri Netupha, quinquaginta sex. [23] Viri Anathoth, centū vigintiocto. [24] Filij Azmaueth, quadragintaduo. [25] Filij Cariathiarim, Cephira & Beroth, septingēti quadraginta tres. [26] Filij Rama & Gabaa, sexcēti viginti vnus. [27] Viri Machmas, centū vigintiduo. [28] Viri Bethel, & Haai, ducēti vigintitres. [29] Filij Nebo, quīquagintaduo. [30] Filij Megbis, cētū quīquagītasex. [31] Filij Elā alteri, mille ducēti quīquagītaquatuor. [32] Filij Harī, trecēti vigīti. [33] Filij Lod, Hadid,

a. Filios prouinciæ Iudææ dicit, non Babyloniæ. Ad hanc enim non pertinebāt tantummodo illi qui de ea in Babyloniam trāsmigrati fuerāt, sed etiā qui ex illorū stirpe i Babylonia fuerūt nati: qui etsi in Babylonia orti sunt, animo tamen toto Iudæam & Ierosolymā suspirabant: quorū figuram gerebat Dux eorum Zorobabel 18. annos, vt dicunt, natus. Qui nomine quidē ipso, quòd sit ortus in Babylone demonstrat, sed interpretatione & actibus quòd sit ciuis Ierosolymitanus ostendit. Beda super 1. cap. Esdr.

b. Porrò ascensuri in Ierusalem vel in Iudæam, alios hortabātur. sed paucos inuenerūt qui assentirēt eis. Et propterea tam in exhortatione quàm in apparatu tres annos compleuerunt. Igitur in anno tertio Cyri regressi sūt sub Zorobabel duce, & Iesu magno sacerdote, adhortantibus eos Zacharia prophera & Haggeo iuuene Comitibus in rædificatione templi. cap. 17.

Hadid, & Ono, septingenti vigintiquinque. [34] Filij Iericho, trecenti vigintiquinque. [35] Filij Senaa, tria milia sexcenti triginta. [36] Sacerdotes filij Iadaia in domo Iesue, nongenti septuagintatres. [37] Filij Emmer, mille quinquagintaduo. [38] Filij Pheshur, mille ducēti quadragintaseptē. [39] Filij Harim, mille decem & septem. [40] Leuitæ: filij Iesue, & Cedmiel filiorum Hodauiæ, septuagintaquatuor. [41] Cantores: Filij Asaph, centum vigintiocto. [42] Filij Ianitorum: Filij Sellum, filij Ather, filij Telmon, filij Accub, filij Hatita, filij Sobai, vniuersi centum trigintanouem. [43] Nathinæi: Filij Siha, filij Hasupha, filij Tabbaoth, [44] filij Ceros, filij Siaa, filij Phadō, [45] filij Lebana, filij Hagaba, filij Accub, [46] filij Hagab, filij Semlai, filij Hanan, [47] filij Gaddel, filij Gaher, filij Raaia, [48] filij Rasin, filij Necoda, filij Gazam, [49] filij Aza, filij Phasea, filij Besee, [50] filij Asena, filij Munim, filij Nephusim, [51] filij Bacbuc, filij Hacupha, filij Harhur, [52] filij Besluth, filij Mahida, filij Harsa, [53] filij Bercos, filij Sisara, filij Thema, [54] filij Nasia, filij Hathipha, [55] filij seruorum Salomonis, filij Sotai, filij Sophereth, filij Pharuda, [56] filij Iaala, filij Dercō, filij Geddel, [57] filij Saphatia, filij Hattil, filij Phochereth, qui erāt de Hasebaim, filij Ami. [58] Omnes Nathinēi, & filij seruorū Salomonis trecēti nonagintaduo. [59] Et ij qui ascenderunt de Thel-Mæla, Thel-Harsa, Cherub, & Addon & Emmer, & non potuerunt indicare domum patrum suorū, & semen suum, vtrum ex Israel essent. [60] Filij Dalaia, filij Tobia, filij Necoda, sexcenti quinquagintaduo. [61] Et de filiis sacerdotum filij Hobia, filij Accos, filij Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditæ vxorem, & vocatus est nomine eorū. [62] Hi quæsierūt scripturam genealogiæ suæ, & non inuenerunt: & eiecti sunt de sacerdotio. [63] Et dixit Atherſatha eis, vt non comederent de sancto sanctorum, donec surgeret sacerdos doctus atque perfectus. [64] Omnis multitudo quasi vir vnus, quadraginta duo milia trecenti sexaginta: [65] exceptis seruis eorum & ancillis, qui erant septem milia trecenti trigintasseptem: & in ipsis cantores atque cantatrices ducenti. [66] Equi eorum sexcenti trigintasex, muli eorum ducenti quadragintaquinque. [67] cameli eorum quadringēti trigintaquinque: asini eorum sex milia septingenti viginti. [68] Et de principibus patrum cum ingrederentur templum domini quod est in Ierusalem, sponte obtulerunt in domum dei ad extruendam eam in loco suo. [69] Secundum vires suas dederunt impensas operis, auri solidos quadraginta milia & mille, argenti minas quinque milia, & vestes sacerdotales centum. [70] Habitauerunt ergo sacerdotes & Leuitæ, & de populo, & cantores, & ianitores, & Nathinæi in vrbibus suis, vniuersusque Israel in ciuitatibus suis.

d. Hoc in loco etiam iuxta literam gratia dei, etiam qua in veteri testamento gentiles ad salutem recipiebantur, ostenditur, dum exposito catalogo eorum quos veraciter ad populū dei pertinere constabat, adiuncti sunt etiam alieni ex eis qui virum ex Israel an ex proselytis essent, ignorabatur, eorumque inter filios Israel numerus exponitur. Beda vbi supra.

e. Pincerna Regis. Hic est Nehemias, de quo postea.

Vnanimes Israelitæ templum erigunt, & festos dies celebrant. III.

IAmque venerat [a] mensis septimus, & erant filij Israel in ciuitatibus suis. † Congregatus est ergo populus quasi vir vnus in Ierusalem, [2] & surrexit [b] Iosue filius Iosedech, & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & fratres eius, & ædificauerunt altare dei Israel, vt offerrent in eo holocaustomata, sicut scriptum est in lege Moysi viri dei. † [3] Collocauerunt autem altare dei super bases suas, deterrentibus eos per circuitum populis terrarum: & obtulerunt super illud holocaustum domino mane & vespere. [c] [4] Fecerúntque solennitatem tabernaculorum sicut scriptum est: & holocaustum diebus singulis per ordinem secundum præceptum, opus diei in die suo, [5] & post hæc holocaustum iuge, tam in Kalendis quàm in vniuersis solennitatibus domini, quæ erant consecratæ, & in omnibus in quibus vltro offerebatur munus domino. [6] A primo die mensis septimi cœperunt offerre holocaustum domino. Porrò templum dei nondum fundatum erat. [7] Dederunt autem pecunias latomis & cæmentariis, cibum quoque & potum & oleum Sidoniis Tyriisque, vt deferrēt ligna cedrina de Libano ad mare Ioppen: iuxta quod præceperat Cyrus Rex Persarum eis. [8] Anno autem secundo aduentus eorū ad templum dei in Ierusalem mense secundo, cœperūt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedech, & reliqui de fratribus eorū sacerdotes & Leuitæ, & omnes qui venerant de captiuitate in Ierusalem: & constituerunt Leuitas à viginti annis & su-

a. Septembri nostro respondens, in quo transmigrantes altare domino consecrauerunt, qui & totus præ cæteris mēsibus legali observatione solennis sicut septimus dies hebdomadæ, & septimus annus.

b. Vtebantur enim ad opus diuini cultus magistris Iosue qui & Iesus, & Zorobabel, qui ambo (vt supra diximus) vnam eandemque domini ac saluatoris nostri figuram complent; Iosue videlicet propter sacerdotium, & Zorobabel propter regnum, qui de regia stirpe descendit.

c. Festinatas erat septē dierum in memoriam mansionis patrum suorū in tabernaculis per desertum post exitum eorū de Aegypto, in illis septē diebus iussus est populus exire domos, & facere sibi ex pulcherrimis frondibus tabernacula, in quibus per hos septē dies manerent, & quotidie decreta legis diuinæ scrutantes, holocausta domino offerebant. Beda ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pra,vt vrgerent opus domini.[9] Stetítque Ioſue & filij eius & fratres eius,Cedmiel & filij eius,& filij Iuda quaſi vir vnus, vt inſtarent ſuper eos qui faciebant opus in templo dei:filij Henadad,& filij eorũ,& fratres eorũ Leuitæ.[10] Fundato igitur à cæmentariis templo domini,ſteterunt ſacerdotes in ornatu ſuo cum tubis,& Leuitæ filij Aſaph in cymbalis,vt laudarẽt deum per manus Dauid regis Iſrael.[11] Et concinebãt in hymnis & confeſſione domino,quoniam bonus, quoniam in æternum miſericordia eius ſuper Iſrael.Omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudando dominum,eo quòd fundatum eſſet templum domini.[12] Plurimi etiã de ſacerdotibus & Leuitis,& principes patrum,& ſeniores qui viderant templum prius cum fundatũ eſſet,& hoc templum in oculis eorum,flebant voce magna , & multi vociferantes in lætitia eleuabant vocẽ,[13] nec poterat quiſquam agnoſcere vocem clamoris lętãrium, & vocem fletus populi. Commixtim enim populus vociferabatur clamore magno, & vox audiebatur procul.

Iſraelis hoſtes, templi & vrbis inſtaurationem impedire nituntur. IIII.

AVdierunt † [a] autẽ hoſtes Iudæ & Beniamin, quia filij captiuitatis ædificarent templum domino deo Iſrael [2] : & accedẽtes ad Zorobabel, & ad principes patrum , dixerunt eis : Aedificemus vobiſcum,quia ita vt vos,quærimus deum veſtrum. Ecce nos immolauimus victimas à diebus Aſorhaddã regis Aſſur,qui adduxit nos huc.[3] Et dixit eis Zorobabel,& Ioſue,& reliqui principes patrum Iſrael:Non eſt nobis & vobis vt ædificemus domũ deo noſtro,ſed noſipſi ſoli ædificabimus deo noſtro:ſicut præcepit nobis Cyrus Rex Perſarum.[4] Factũ eſt igitur vt populus terræ impediret manus populi Iudæ, & turbaret eos in ædificando.[5] Conduxerũt autem aduerſus eos conſiliatores,vt deſtruerent conſilium eorum omnibus diebus Cyri Regis Perſarum,&vſque ad regnũ Darij regis Perſarum.† [b] [6] In regno autem Aſſueri, ipſe eſt Artaxerxes , in principio regni eius ſcripſerunt accuſationem aduerſus habitatores Iudæ & Ieruſalem . [7] Et in diebus Artaxerxis ſcripſit Beſelam Mithridates & Tabeel,& reliqui qui erant in cõſilio eorum,ad Artaxerxem regem Perſarum . † Epiſtola autem accuſationis ſcripta erat Syriacè,& legebatur ſermone Syro. [8] Rehum Beelteem,& Samſai Scriba, ſcripſerunt epiſtolam vnam de Ieruſalem Artaxerxi Regi,huiuſcemodi.[9] Rehum Beelteem & Samſai Scriba,& reliqui conſiliatores eorum,Dinæi,& Apharſathchæi,Terphalæi,Apharſæi,Archauæi,Babylonij,Suſanechæi,Dehauę,Elamitę,[10] & cęteri de gentibus quas tranſtulit Aſenaphar magnus & glorioſus,& habitare eas fecit in ciuitatibus Samariæ, & in reliquis regionibus trans flumen in pace.[11] Hoc eſt exemplar epiſtolę quam miſerunt ad eum: Artaxerxi Regi ſerui tui,viri qui ſunt trans fluuium, ſalutem dicunt.[12] Notum ſit Regi,quia Iudęi qui aſcenderunt à te ad nos, venerunt in Ieruſalem ciuitatem rebellem & peſſimam: quam ędificant extruẽtes muros eius, & parietes componẽtes.[13] Nunc igitur notũ ſit Regi,quia ſi ciuitas illa ędificata fuerit,& muri eius inſtaurati,tributum & vectigal & annuos reditus nõ dabunt: & vſq; ad Reges hęc noxa perueniet. [14] Nos autem memores ſalis quod in palatio comedimus:quia lęſiones regis videre nephas ducimus,idcirco miſimus & nuntiauimus regi,[15] vt recenſeas in libris hiſtoriarum patrum tuorum, & inuenies ſcriptum in commentariis,& ſcies quoniam vrbs illa,vrbs rebellis eſt, & nocẽs regibus & prouinciis, & bella concitãtur in ea ex diebus antiquis: quamobrem & ciuitas illa deſtructa eſt. [16] Nunciamus nos regi:quoniam ſi ciuitas illa ędificata fuerit, & muri ipſius inſtaurati, poſſeſſionẽ trans fluuium non habebis.[17] Verbum miſit rex ad Rehum Beelteẽ, & Samſai Scribam,& ad reliquos qui erant in conſilio eorum, habitatores Samariæ, & cęteris trans fluuium:ſalutem dicẽs & pacem.[c 18] Accuſatio quam miſiſtis ad nos, manifeſtè lecta eſt coram me:[19] & à me pręceptum eſt,& recenſuerunt,inuenerũtq; quoniam ciuitas illa à diebus antiquis aduerſum reges rebellat,&ſeditiones & prędia concitantur in ea . [20] Nam & reges fortiſſimi fuerunt in Ieruſalem , qui & dominati ſunt

a Hi dũ templi fundamenta iaciunt, & in hoc ædificãdo toti ſunt, finitimæ gẽtes, præcipuè Cuthæi, quibus olim è Perſide ac Media traductis Salmanaſar Aſſyriorũ rex in Samaria, Iſraelitis inde ſublatis, nouas ſedes dederat, rogabãt Sarrapas, & eos quibus cõmendata erat hæc ædificatio, vt Iudæos impedirent quo minus vrbem ac templum inſtaurare valerẽt. Illi vero pecuniis etiam corrupti, vendiderunt Cuthæis ſuam circa demandatũ officium ceſſationẽ & negligentiam , Cyro neſcienti, vtpote in alia diſtracto negocia , qui demũ Maſſagetico bello periit . Ioſeph. Antiq.lib.11.cap.2.

b. Vicesimo cũ anno quo Cyrus regnare cœpit apud Perſas, quito verò poſtquã Babylone capta monarchia factus eſt, & exercitum ſuũ duxit in Maſſagetas relicto filio ſuo Cãbyſe, qui hic dicitur Aſſuerus, ſiue Artaxerxes , impedita eſt tẽpli Ieroſolymitani ædificatio à Cuthæis & circumiacentibus populis. Mortuo autẽ Cyro poſtquam 30. annis Perſis imperauit, ſucceſſit ei filius eius Cãbyſes, qui acceptis literis à gubernatoribus Syriæ & Paleſtinę, impediuit penitus, templi eiuſdem ædificationem vſque ad primum annũ Darij filij Hyſtaſpis: in cuius anno 6. ædificatum eſt. Ioſephus verò ait perfectum Darij 9. ſui regni anno.

c. Lectis quæ miſiſtis literis, iuſſi inſpici maiorum meorum commẽtarios, vbi inuentum eſt vrbem iſtam ſemper inimicã fuiſſe regibus , habitatoresque eius ſeditioſos perpetuò ſtudiuiſſe concitãdi bellis, & rerum nouitatibus, quodque reges habuerint potentes aduersantes, qui continuis tributorũ exactionibus Phœnicen & cauam Syriam deuaſtarunt. Ioſeph. Antiqui. Iudaic.lib.11.cap.2.

ſunt omni regioni quæ trans fluuium eſt . Tributũ quoque & vectigal & reditus accipiebant.[21] Nunc ergo audite ſententiam,vt prohibeatis viros illos , & vrbs illa non ædificetur , donec ſi fortè à me iuſſum fuerit. [22] Videte ne negligẽter hoc impleatis, & paulatim creſcat malum contra reges. [23] Itaque exemplum edicti Artaxerxis regis lectum eſt coram Rehum Beelteem,& Samſai Scriba,& conſiliariis eorũ,& abierunt feſtini in Ieruſalem ad Iudęos,& prohibuerunt eos in brachio & robore.[24] Tunc intermiſſum eſt opus domus domini in Ieruſalem, & non fiebat vſque ad annum ſecũdum regni Darij regis Perſarum.

Haggæi & Zachariæ exhortatione templi ædificatio repetitur,hoc conantibus impedire principibus Aſſyriorum. V.

PRophetauerunt † [a] autẽ Haggæus prophęta & Zacharias filius Addo, prophętantes ad Iudæos qui erant in Iuda & Ieruſalem,in nomine dei Iſrael.[2] Tunc ſurrexerũt Zorobabel filius Salathiel, & Ioſue filius Iosedec:& cœperũt ædificare templum domini in Ieruſalem, & cum eis prophętæ dei,adiuuãtes eos.[3] In ipſo autẽ tempore venit ad eos Thathanai qui erat dux trans flumen,& Stharbuzanai,& conſiliarij eorum: ſicq; dixerũt eis,Quis dedit vobis conſilium vt domum hanc ędificaretis,& muros eius inſtauraretis?[4] Ad quod reſpondimus eis quæ eſſent nomina hominũ autorum ædificationis illius. [5] Oculus autem dei eorũ factus eſt ſuper ſenes Iudæorum,& nõ potuerunt inhibere eos. Placuítque vt res ad Darium referretur , & tunc [b] ſatisfacerent aduerſus accuſationẽ illam.[6] Exemplar epiſtolæ quam miſit Thathanai Dux regionis trãs flumen, & Stharbuzanai & conſiliatores eius Apharſechæi , qui erant trans flumen,ad Darium regem.[7] Sermo quem miſerant ei , ſic ſcriptus erat : Dario regi pax omnis. [8] Notum ſit regi , eſſe nos ad Iudæã prouinciam, ad domum dei magni quæ ædificatur lapide [c] impolito: & ligna ponuntur in parietibus , opúſque illud diligenter extruitur & creſcit in manibus eorũ.[9] Interrogauimus ergo ſenes illos , & ita diximus eis:Quis dedit vobis poteſtatem,vt domum hanc ædificaretis , & muros hos inſtauraretis?[10] Sed & nomina eorũ quæſiuimus ab eis,vt nunciaremus tibi:ſcripſimúſque nomina eorum virorum qui ſunt principes in eis . [11] Huiuſcemodi autem ſermonem reſponderunt nobis,dicentes:[d] Nos ſumus ſerui dei cœli & terrę:& ædificamus templum quod erat extructum ante hos annos multos,quódq; Rex Iſrael magnus ædificauerat & extruxerat . [12] Poſtquam autẽ ad iracundiam prouocauerunt patres noſtri deũ cœli,tradidit eos in manus Nabuchodonoſor Regis Babylonis Chaldæi: domũ quoque hanc deſtruxit:& populum eius trãſtulit in Babylonẽ. [e 13] Anno autẽ primo Cyri Regis Babylonis Cyrus Rex propoſuit edictum , vt domus dei ædificaretur.[14] Nam & vaſa tẽpli dei aurea & argẽtea quę Nabuchodonoſor tulerat de tẽplo quod erat in Ieruſalem , & aſportauerat ea in templum Babylonis , protulit Cyrus Rex de templo Babylonis:& data ſunt Seſãbazar vocabulo,quem & principẽ cõſtituit,[15] dixítque ei: Hæc vaſa tolle,& vade & pone ea in templo quod eſt in Ieruſalem , & domus dei ædificetur in loco ſuo.[16] Tunc itaq; Seſãbazar ille venit,& poſuit fundamẽta templi dei in Ieruſalem: [f] & ex eo tempore vſque nunc ædificatur , & necdum completum eſt.[17] Nunc ergo ſi videtur Regi bonum,recenſeat in bibliotheca Regis,quæ eſt in Babylone,vtrúmnam à Cyro Rege iuſſum fuerit vt ædificaretur domus dei in Ieruſalem,& voluntatem regis ſuper hac re mittat ad nos.

Darius euolutis bibliothecis templum extrui mandat,& cœptum opus conſummari: quod conſummatum dedicauerunt,& paſcha celebrarunt. VI.

TVnc † Darius Rex præcepit, & recenſuerunt in bibliotheca librorum qui erant repoſiti in Babylone, [2] & inuentum eſt in [a] Ecbatanis , quod eſt caſtrum in Medena prouincia , volumen vnum , taliſque ſcriptus erat in eo commentarius. [3] Anno primo Cyri regis , Cyrus Rex decreuit vt do-

a. Cum audiſſet itaque Zorobabel Darũ filiũ Hyſtaſpis regnare, ędificatione aggreſſus eſt ædificare templum, Haggæo & Zacharia exhortantibus populum.

d. Qui prędicabant deũ officium eis, eo quòd habitarẽt in domibus lapeareis, ędificatos domini eſſet deſolata.

e. Hoc autem ſignum iræ dei eſſe dicẽbãt, quod multum ſeminabant, & inferebant parum. Comeſtor cap. 3. de hiſtoria Iudith.

b. Scilicet aduerſarii per literas quas à Cyro rege ſeruabant ſuper tẽpli reædificatione.

c. Vel lapide dicit impoſitum nouum quę ipſi fodientes impoſitum inuenerũt, ſed ipſum poliendo aptum ædificio domus dei fecerũt. Vel de veteribus ſuperioris templi diuerſis,ne de nouo politis,alterum templum fit ædificatum. Beda vbi ſupra.

d. Principes igitur regis Perſarum qui erant trãs flumen,interdiebant reædificationem. Cumque reſpondiſſent ſeniores Iudæ quòd deus ſuus hoc eis præcepiſſet, cui nefas eſt contradicere: placuit vtriſq; vt res ad Darium referretur. Et aſcendit Zorobabel cũ nũcijs principum ad regem, & honoratus eſt,ab eo iuxta quam ſperaret. Nam in cubiculo regis dormiebat eſt duobus ex latis qui propoſuerunt tres quæſtiones , de quibus 1. Eſdræ 3. Comeſtor 3.cap.de hiſto.Iudith.

e. Inuentus eſt apud Ecbatana caſtrum Mediæ libet in quo hæc ſcripta conſtituit: Anno primo regni ſui Cyrus res decreuit vt templum dei cum altari Ieroſolymis ædificaretur altitudine cubitorum 60. & totidẽ latitudine : quod haberet ordines è lapidibus politis tres; & lignum vnũ è materie quæ fert ea regio . Et ſimpenſæ in hoc ex ærario regis præberentur. Ioſeph. Antiq.lib.11.cap.4. licet paulo ſecus cap.ſequẽti continetur. Hoc autem decretũ à Cyro fuerat 39. annis ante facultatem à Dario conceſſam.

f. Hoc eſt anno primo monarchiæ ſuæ,in quo Balthaſar regem Babylonis captã vrbe occidit, & regnũ eius tranſtulit ad Perſas anno 22. vel ex circa , regni ſui, poſtquam regnum etiam Medorũ tranſtulerat ad Perſas victo Aſtyage auo ſuo.

a. Citatur quidem Ecbatanis , ſed quam ædificauit Arphaxat Perſarum Rex Seleucus, vt habet Plinius, in Mediæ regni capite.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus dei ædificaretur quæ est in Ierusalem,in loco vbi immolant hostias,& vt ponant fundamenta supportantia altitudinem cubitorum sexaginta,& latitudinem cubitorũ sexaginta:[b] + ordines de lapidibus impolitis tres:& sic ordines de lignis nouis . Sumptus autem de domo Regis dabuntur.[5] Sed & vasa templi dei aurea & argentea,quæ Nabuchodonosor tulerat de templo Ierusalem,& attulerat ea in Babylonem,reddãtur,& referantur in templum Ierusalem in locum suum:quæ & posita sunt in templo dei. [c 6] Nunc ergo Thathanai Dux regionis quæ est trans flumen,& Stharbuzanai & consiliarij vestri Apharsechæi qui estis trãs flumẽ,procul recedite ab illis,[7] & dimittite fieri templum dei illud à duce Iudæorum,& à senioribus eorum:& domum dei illam ædificent in loco suo.[8] Sed & à me præceptũ est quid oporteat fieri à presbyteris Iudæorum illis,vt ædificetur domus dei, scilicet vt de arca regis , id est de tributis quæ dantur de regione trans flumen,studiosè sumptus dentur viris illis,ne impediatur opus.[9] Quòd si necesse fuerit,& vitulos,& agnos,& hœdos in holocaustum deo cœli,frumentũ,sal,vinum,& oleum,secundum ritum sacerdotum qui sunt in Ierusalem,detur eis per singulos dies , ne sit in aliquo querimonia:[10] & offerant oblationes deo cœli,oréntq; pro vita regis,& filiorum eius .[11] A me ergo positum est decretum, vt omnis homo qui hanc mutauerit iussionem,tollatur lignũ de domo ipsius, & erigatur,& configatur in eo,domus autem eius publicetur.[12] Deus autem qui habitare fecit nomen suum ibi,dissipet omnia regna, & populum qui extẽderit manum suam vt repugnet & dissipet domum dei illam quæ est in Ierusalem. [d] Ego Darius statui decretum:quod studiosè impleri volo. †[13] Igitur Thathanai Dux regionis trans flumen,& Stharbuzanai,& consiliarij eius,secundum quod præceperat Darius Rex,sic diligenter executi sunt.[14] Seniores autem Iudæorum ædificabant:& prosperabantur iuxta prophetiam Haggæi prophetæ & Zachariæ filij Addo.Et ædificauerunt & cõstruxerunt iubente deo Israël,& iubente Cyro & Dario & Artaxerxe Regibus Persãrum,[15] & compleuerũt domum dei istam,vsque ad diem tertiũ mensis Adar: qui est annus sextus regni [e] Darij regis.[16] Fecerũt autẽ filij Israël sacerdotes & Leuitæ, & reliqui filiorum transmigrationis,[f] dedicationem domus dei in gaudio:[17] & obtulerũt in dedicatione domus dei vitulos cẽtum,arietes ducentos,agnos quadringẽtos, hircos caprarũ pro peccato totius Israël duodecim, iuxta numerũ tribuum Israël.[18] Et statuerunt sacerdotes in ordinibus suis , & Leuitas in vicibus suis super opera dei in Ierusalem,† sicut scriptũ est in libro Moysi.[g 19] Fecerunt autẽ filij Israël ttansmigrationis pascha quartadecima die mensis primi.[20] Purificati enim fuerãt sacerdotes & Leuitæ quasi vnus omnes mundi ad immolandum pascha vniuersis filiis transmigrationis,& fratrib⁹ suis sacerdotibus,& sibi.[21] Et comederũt filij Israël qui reuersi fuerant de transmigratione,& omnes qui se seperauerãt à coinquinatione gentium terræ ad eos,vt quærerent dominum deum Israël.[22] Et fecerunt solennitatẽ azymorum septem diebus in lætitia,quoniam lætificauerat eos dominus, & cõuerterat cor regis Assur ad eos,vt adiuuaret manus eorum in opere domus domini dei Israël.

b. Ordinum hanc varietatem forte templa Persarũ habebant, & talem in templo Ierosolymitano putauit Darius obseruandam. vel intellige de atrio circa templum,vs3.Reg 7

c. Talis est ergo textꝰ quasi Darius perlectis Cyri literis, ex sua authoritate confirmet, ita vt omnes aduersarios illorum cõpescens, templum dei prout illis legebatur, in loco suo ædificare iuberet,culcoréstq; illius ipse in omnibus deuotissima mente ad seruiendum illius voluntate iuuaret. Beda ibid.

d Hæc cum Darius in Cyri cõmẽtariis inuenisset, rescripsit Sisini & collegis eius hoc modo. Rex Darꝰ. Sisini , magistris equitum, & Sarabazani, cæterisque magistratibus Saluti. Mitto ad vos exemplar epistolæ Cyri quam in ipsius cõmentariis inueni, volóque vt omnia fiãt quẽadmodũ in ea continentur. Valete. Ioseph. Antiq.lib. 11.cap.4

e. Qui & Artaxerxes infra 7.a.20 Esdra vocatur.

f. Conuenerunt autem filij Israel ad dedicationem templi, & dedicauerunt illud mense duodecimo, qui Latinis incerdam Februario, interdum Martio correspõdet. Et hæc est secunda dedicatio templi vernalis. Comestor cap.3. in hist. Iudit.

g. Quid pertinuit ad historiã de celebratione paschæ post ædificatã domũ domini referre? Nisi forte propterea de pascha facto specialiter referre voluit, vt admoneret lectorem: quia filij transmigrationis ædificationẽ templi eadem qua cœperant mentis deuotione cõpleuerũt. Beda ibid.

a. Interea captiuitatis tempore cõpleto, quod dominus per prophetas implendum esse prædixerat, reuertionem populi sui, & captiuitatis solutionẽ per Cyri regis clementiã præparabat. Quo tempore Esdras dei sacerdos combustum à Chaldæis in Archivis templi restitum legem,Nempe qui eodem spiritu quo antea scripta fuerat, plenus fuit. Augustin. de mirabil. Scr. scripti.lib.2.cap.33.

Artaxerxes misit Esdram Ierosolymam cum literis edicti sui super templi & ministrorum libertate. VII.

[a] POst † hæc autẽ verba in regno Artaxerxis Regis Persarum, Esdras filius Saraiæ,filij Azarię,filij Helcię, [2] filij Sellũ, filij Sadoch,filij Achitob,[3] filij Amarię,filij Azarię,filij Maraioth,[4] filij Zarię,filij Ozi, filij Bocci,[5] filij Abisue,filij Phinees,filij Eleazar,filij Aaron sacerdotis ab initio, [6] ipse Esdras ascendit de Babylone , & ipse scriba velox in lege Moysi quam dominus deus dedit Israël. Et dedit ei Rex secundum manum domini dei eius bonam super eum,omnem petitionem eius.[7] Et ascenderũt de filiis Israel,& de filiis sacerdotum,& de filis Leuitarum, & de cantoribus , & de ianitoribus, & de Nathinæis in Ierusalem anno septimo Artaxerxis Regis, [8] & venerunt in Ierusalem mense

mense quinto,ipse est annus septimus Regis: [9] quia in primo die mensis primi cœpit ascendere de Babylone:& in primo die mẽsis quinti venit in Ierusalem,iuxta manum dei sui bonã super se.[10] Esdras autem parauit cor suum vt inuestigaret legem domini,& faceret & doceret in Israel præceptum & iudicium.[11] Hoc est autem exemplar epistolæ edicti,quod dedit Rex [b] Artaxerxes Esdræ sacerdoti , Scribæ erudito in sermonibus & præceptis domini,& cæremoniis eius in Israel:[12] Artaxerxes Rex Regũ, Esdræ sacerdoti,[c] Scribæ legis dei cœli doctissimo salutẽ.[13] A me decretũ est,vt cuicunque placuerit in regno meo de populo Israel,& de sacerdotibus eius & de Leuitis ire in Ierusalem,tecũ vadat.[14] A facie enim Regis, & septẽ consiliatorum eius missus es,vt visites Iudęam & Ierusalẽ in lege dei tui quæ est in manu tua:[15] & vt feras argẽtum & aurum quod rex & cõsiliatores eius spontè obtulerunt deo Israel:cuius in Ierusalem tabernaculum est.[16] Et omne argentum & aurum quodcunque inueneris in vniuersa prouincia Babylonis , & populus offerre voluerit , & de sacerdotibus qui sponte obtulerint domui dei sui quę est in Ierusalem,[17] liberè accipe,& studiosè eme de hac pecunia vitulos,arietes,agnos,& sacrificia & libamina eorum,&offer ea super altare templi dei vestri quod est in Ierusalẽ.[18] Sed & si quid tibi & fratribus tuis placuerit de reliquo argento & auro vt faciatis, iuxta voluntatẽ dei vestri facite.[19] Vasa quoq; quæ dantur tibi in ministerium domus dei tui,trade in conspectu dei in Ierusalem.[d 20] Sed & cætera quibus opus fuerit in domũ dei tui,quãtumcunq; necesse est vt expẽdas,dabis de thesauro & de fisco Regis,[21] & à me. Ego Artaxerxes Rex statui atq; decreui omnibus custodibus arcæ publicæ,qui sunt trans flumen, vt quodcunq; petierit à vobis Esdras sacerdos Scriba legis dei cœli, absq; mora detis, [22] vsq; ad argenti talenta centum,& vsq; ad frumenti coros centum,& vsq; ad vini batos cẽtum, & vsque ad batos olei centum: sal verò absque mensura.[23] Omne quod ad ritum dei cœli pertinet,tribuatur diligẽter in domo dei cœli , ne forte irascatur contra regnum Regis,& filiorũ eius.[e 24] Vobis quoq; notum facimus de vniuersis sacerdotibus, & Leuitis,cantoribus,& ianitoribus,Nathinæis,& ministris domus dei huius, vt vectigal & tributum & annonas nõ habeatis potestatem imponendi super eos.[25] Tu autẽ Esdra secundum sapientiam dei tui quæ est in manu tua, cõstitue iudices & præsides vt iudicent omni populo qui est trans flumen , iis videlicet qui nouerunt legem dei tui:sed & imperitos docete liberè.[26] Et omnis qui non fecerit legem dei tui,& legem Regis,diligenter iudicium erit de eo,siue in mortem,siue in exilium, siue in cõdemnationem substãtiæ eius,vel certè in carcerem. [f] Et dixit Esdras scriba:[27] Benedictus dominus deus patrum nostrorum , qui dedit hoc in corde Regis , vt glorificaret domum domini quæ est in Ierusalem:[28] & in me inclinauit misericordiam suam coram Rege & consiliatoribus eius,& vniuersis principibus regis potentibus. Et ego cõfortatus manu domini dei mei qui erat in me,congregaui de Israel principes qui ascenderent mecum.

b. Xerxes apud Græcos idẽ quod bellator Artaxerxes, quod magnus bellator. Hesychius lib.6

c. Scribã legis dei cœli doctissimum nominat, quia & ad ipsum Regem fama peruenerat diuinę virtutis, per quam ille incensum à Chaldæis legem, eisdem quibus prius sermonibus , tametsi alio literarum charactere, nouauerit. Deum autẽ cœli nominat ad distinctionẽ illorum quos de hominũ mortuis, aut certè non nullis stultam miseratum vesaniam instituisse nouerat. Beda ibidem.

d. Et scripsit Darius principibus suis per epistolam trans flumen, vt nullatenus impedirent Iudæos,sed de sumptibus Regis iuuarent eos, darentes eis per singulos dies hostias,similam, vinũ, & sal,vt offerant eis deo cœli & orent pro vita Regis, & filiorũ eius. Et addidit Qui hãc mutauerit iussionem,tollatur lignum de domo eius, & cõfigatur in eo: domus autẽ eius publicet. Ego Darius statui decretũ quod studiose impleri volo. Come c.1. in hist. Iudit.

e Hoc priuilegio quo facere dotes, Leuitæ, & cæteri domus dei ministri à vectigalibus immunes redduntur, manifestè ostenditur quòd cætera plebs filiorũ Israel ad patriam peruenientes tributa Regi pẽdebat . Quod diserta omnimoda prouisione rex fecisse cognoscitur, vt hi qui in diuino fuerãt officio semper occupati erãt à suo essent seruitio liberi, & ab his nemo tributa solueuda exigeret . Ex quibus omnibus apertissimè probatur rex nõ solum dilexisse, sed & optimè didicisse quæ diuinæ seruituti conuenirent cultui. Beda ibidẽ.

f. His literis acceptis Esdras gaudio adorauit deũ, & gratias egit,illi benignitatem regiam acceptam referendam,& illum maximè dignum cui gratiæ agitur existimãt. Ioseph. Antiqui. lib.11.cap.5.

Esdras cum multis captiuis Ierusalem reuertitur,plurima secum dona afferens & vasa. VIII.

[a] HI † sunt ergo principes familiarũ, & genealogia eorum qui ascenderunt mecum in regno [b] Artaxerxis regis de Babylone.[2] De filiis Phinees,Gersom.De filiis Ithamar,Daniel.De filiis Dauid,Hattus.[3] De filiis Sechenię, & de filiis Pharos,Zacharias:& cum eo numerati sunt viri centum quinquaginta.[4] De filiis Phaath-Moab,Eliohenai filius Zarehæ : & cum eo ducenti viri. [5] De filiis Secheniæ,filius Ezechiel,& cum eo trecenti viri. [6] De filiis Adan,Abed filius Ionathan:& cum eo quinquaginta viri.[7] De filius Elam,Isaias filius Atalię:& cũ eo septuaginta viri.[8] De filiis Saphatiæ,Zebedia filius Michael: & cum eo octoginta viri.[9] De filiis Ioab,Obedia filius Iehiel:& cum eo ducenti decem & octo viri.[10] De filiis Selomith,filius Iosphiæ:& cum eo centum sexaginta viri.[11] De filiis Bebai , Zacharias filius Bebai:& cũ eo vigintiocto viri.[12] De filiis Azgad, Iohanan filius Eccc

a. Diligẽter principes qui secum de Babylone ascenderant enumerat,& genealogiam eorũ explicat. Numerus autẽ eorum ad 1540 peruenit. Beda ibidem.

b Porrò Esdras inuenit gratiam in oculis Artaxerxis, & petijt ab eo licentiã ascendẽdi in Ierusalẽ, vt in lege quam reparauerat, populum suum erudiret. Dedit ergo ei licentiam redeundi,& tradidit ei epistolã ad principes suos trans flumẽ, & ad custodes arcæ publicæ. Comestor in hist. Iudith.cap.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tan:& cum eo centum decem viri. [11] De filiis Adonicam,qui erant nouissimi:& hæc nomina eorũ:Eliphelet,& Iehiel,& Samaias:& cum eis sexaginta viri. [14] De filiis Begui,Vthai,& Zachur:& cum eis septuaginta viri. [15] Congregaui autem eos ad fluuiũ qui decurrit ad Ahaua,&mãsimus ibi tribus diebus. Quæsiuiq; in populo& in sacerdotibus de filiis Leui,& nõ inueni ibi. [16] Itaq; misi [c] Eliezer, & Ariel,& Semeiam,& Elnathan,& Iarib,& alterum Elnathan,& Nathan,& Zachariam,& Mosollam,principes,& Ioiarib,& Elnathan sapientes: [17] & misi eos ad Eddo, qui est primus in Casphiæ loco:[d] Et posui in ore eorum verba quæ loquerentur ad Eddo & ad fratres eius Nathinæos in loco Casphiæ, vt adducerent nobis ministros domus dei nostri. [18] Et adduxerunt nobis per manum dei nostri bonam super nos,virum doctissimum de filiis Moholi,filij Leui,filij Itrael,& Sarabiam, & filios eius & fratres eius decem & octo, [19] & Asabiam, & cum eo Isaiam de filiis Merari, fratrésque eius & filios eius viginti. [20] Et de Nathinæis quos dederat Dauid,& principes ad ministeria Leuitarum: [D] Nathinços ducentos viginti.Omnes hi suis nominibus vocabantur. [c] [21] Et prædicaui ibi ieiunium iuxta fluuium Ahaua,vt affligeremur coram domino deo nostro,& peteremus ab eo viam rectam nobis, & filiis nostris, vniuersæque substantiæ nostræ. [22] Erubui enim petere à Rege auxilium & equites,qui defenderent nos ab inimico in via:quia dixeramus Regi:Manus dei nostri est super omnes qui quærunt eum in bonitate,& imperium eius:& fortitudo eius & furor super omnes qui derelinquunt eũ. [f] [23] Ieiunauimus autem, & rogauimus deum nostrum pro hoc: & euênit nobis prospere. [24] Et separaui de principibus sacerdotum duodecim, Sarabiam, & Asabiam,& [E] cum eis de fratribus eorum, decem. [25] Appendíque eis argentum & aurum, & vasa consecrata domus dei nostri,quę obtulerat Rex & cõsiliatores eius,& principes eius, vniuesúsq; Israel eorum qui inuenti fuerant. [26] Et appendi in manibus eorum argenti talenta sexcenta quinquaginta,& vasa argentea centum,auri centũ talenta, [27] & crateras aureos viginti,quæ habebant solidos millenos,& vasa æris fulgẽtis optimi duo pulchra vt aurum. [28] Et dixi eis:Vos [g] sancti domini, & vasa sancta, & argentum & aurum quod sponte oblatum est domino deo patrum nostrorum. [h] [29] Vigilate & cu- [g] stodite, donec appendatis coram principibus sacerdotum & Leuitarum,& ducibus familiarum Israel in Ieruſalem,in thesaurum domus domini. [30] Susceperũt autem sacerdotes & Leuitæ pondus argenti & auri & vasorum,vt deferrent Ieruſalem in domum dei nostri. [31] Promouimus ergo à flumine Ahaua duodecima die mẽsis primi, vt pergeremus Ieruſalem.Et manus Dei nostri fuit super nos,& liberauit nos de manu inimici & insidiatoris in via. [32] Et venimus Ieruſalem,& mansimus ibi diebus tribus. [33] Die autem quarta appẽsum est argentum & aurum & vasa in domo dei nostri per manum Meremoth filij Vriæ sacerdotis,& cum eo Eleazar filius Phinees,cúmq; [G] eis Iosabed filius Iosue,& Noadia filius Bennoi Leuitæ, [34] iuxta numerum & pondus omnium. Descriptúmque est omne pondus in tempore illo. [35] Sed & qui venerant de captiuitate filij transmigrationis, obtulerunt holocaustomata deo Israel, vitulos duodecim pro omni populo Israel, arietes nonagintasex, agnos septuagintaseptem, hircos pro peccato duodecim, omnia in holocaustum domino. [36] Dederunt autem edicta Regis Satrapis qui erant de conspectu regis,& ducibus trans flumen,& eleuauerunt populum & domum dei.

c. Ipſi Eliezer, atq; ipſi Ariel,& ita de aliis.

d. Hæc igitur quemadmodum & ipſe Esdras deliberauerat, processerunt, deo ei,vt arbitror, digni in his quæ volunt indicante,propter iustitiam ac benignitatem eius,Ioseph.lib.11. cap.5.

e. Exemplum ieiunandi & orandi cum aliquid magnę virtutis incipere volumus. Per quia nũquam fallit fida in dominum spes,neq; fieri potest vt quod iustũ à pio auxiliatore per cõmentitã atq; orationes cũ fide quærimus, non impetremus. Beda ibidem.

f. Cæterum ad Esdram magna multitudo conuenit cũ sacerdotum & Leuitarum, quam famulorum sacrorũq; vel cantorũ, vel ministrorũ. Ille verò omnes qui ex captiuitate in patriam reuerti volebãt,ad Euphratẽ congregauit: vbi peracto triduano ieiunio, votisque pro incolumitate & felici itinere conceptis, &c. Ioseph.Antiq.lib.11.cap.5.

g Consecrati domino, sicut & vasa sunt illi consecrata. h. Oportet enim vt doctores ecclesię nunquam obliuiscantur sanctimoniæ, qua ipsi sunt domino cõsecrati per spiritum sanctũ in die redemptionis:ad quam suscipiendam etiam suos auditores instituant,vt qui iã domino oblati sunt per rudimẽta fidei,etiam per eorũ qui in fide præcesserũt, exempla ac monita, magis magisque confirmentur,ac super nix crucatis introitu digni efficiãtur. Beda ibid.

a. Dũ ita pius sacerdos laceratur cũ eo cœtu qui ad eum conuenerat mixtus ex viris & mulieribus atq; pueris, accesserat eò quidam primarius Ierosolymita nomine Achonius, confitens se peccasse qui alienigenas vxores duxerit: finalitẽ; ei vt omnes adiurer, vt vxores cum natis ex illis prole abiicerẽt. Et si quis legi parere nollet, in eũ animadverteret. Qui secutus viri consilium, exegit super hac re iurandum à principibus Leuitarũ & sacerdotum, & tribuum Israeliticarum. Ioseph. Antiq lib. 11.cap.5.

Conqueritur Esdras Iudæos cum gentibus contraxisse matrimonia. IX.

POstquam† [a] autem hęc completa sunt,accesserunt ad me principes,dicentes: Non est separatus populus Israel & sacerdotes & Leuitæ à populis terrarum, & de abominationibus eorum: Chananæi videlicet, & Hethæi, & Pherezæi, & Iebuzæi, & Ammonitarum, & Moabitarum,& Ægyptiorũ, & Amorræorum. [2] Tulerunt enim de filiabus eorum sibi & filiis suis vxores, & commiscuerunt semen sanctum cum populis terrarum. [3] Cúmque audissem sermonem istum,scidi pallium meum & tunicam, & euelli capillos capitis mei & barbæ,& sedi mœrens. [4] Conuenerunt autem ad me omnes qui timebant verbum dei Israel, pro transgressione eorum qui de captiuitate venerant: [B] & ego sedebam tristis vsque ad sacrificium vespertinum: [5] & in sacrificio vespertino surrexi de afflictione mea,& scisso pallio & tunica curuaui genua mea, expandi manus meas ad dominum deum meum, [6] & dixi:Deus meus confundor & erubesco leuare faciem meam ad te, quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum,& delicta nostra creuerunt vsque ad cœlum, [7] à diebus patrum nostrorum. Sed & nos ipsi peccauimus grauiter vsque ad diem hanc, & in iniquitatibus nostris traditi sumus ipsi,& Reges nostri, & sacerdotes nostri in manum Regum terrarum, & in gladium,& in captiuitatem,& in rapinam,& in confusionem vultus,sicut & die hac: [8] & nunc quasi parum & ad momentum facta est deprecatio nostra apud dominum deum nostrum, vt dimitterentur nobis reliquiæ, & daretur [c] paxillus nobis in [C] loco sancto eius:& illuminaret oculos nostros deus noster,& daret nobis vitam modicam in seruitute nostra, [9] quia serui sumus,& in seruitute nostra nõ dereliquit nos deus noster: & inclinauit super nos misericordiam coram Rege Persarum: vt daret nobis vitam, & sublimaret domum dei nostri, & extrueret solitudines eius, & daret nobis spem in Iuda & Ieruſalem. [d] [10] Et nunc quid dicemus domine deus noster post hæc? Quia dereliquimus mandata tua, [11] quæ præcepisti in manu seruorum tuorum prophetarum,dicens: † Terra ad quam vos ingredimini vt possideatis eam,terra immunda est iuxta immunditiam populorum,cæterarúmque terrarum,abominationibus eorum qui repleuerunt eam ab ore vsque ad os in coinquinatione sua. [12] Nunc [D] ergo filias vestras ne detis filiis eorum,& filias eorum ne accipiatis filiis vestris:& nõ quæratis pacem eorum,& prosperitatem eorum vsque in æternum,vt confortemini, & comedatis quæ bona sunt terræ, & hæredes habeatis filios vestros vsque in seculum. [13] Et post omnia quæ venerunt super nos in operibus nostris pessimis, & in delicto nostro magno,quia tu deus noster liberasti nos de iniquitate nostra, & dedisti nobis salutem sicut est hodie, [14] vt non conuerteremur, & irrita faceremus mandata tua,neque matrimonia iungeremus cum populis abominationum istarum.Nunquid iratus es nobis vsque ad cõsummationem,ne dimitteres nobis reliquias ad salutem? [15] Domine deus Israel iustus es tu:quoniam derelicti sumus qui saluaremur sicut die hac. Ecce coram te sumus in delicto nostro. Non enim stari potest coram te super hoc.

b. Tunc scidit Esdras vestimenta sua, & flens & orans iacuit in terra vsque ad sacrificium vespertinũ. Tũc accesserunt ad eum principes; dicentes: Surge, tuum est dicere quid agamus:manus nostra erit tecum. Comest. c.5.in hist.Iudith.

c. Clauis. Græcè ὑπερτιμα, firmamentum: quoru neutrum pacem signat, vt recẽtiores interpretantur, qui hic verterũt paxillus.

d. Dominus iussit ne coniugia fiberent diuersæ religionis copularentur, & ipsum adhibuisti testimoniũ domini dicentis. Non accipies vxorem filio tuo à filiabus alienigenarũ, ne trahat eum post deos suos, & pereat anima eius. addidisti etiam verba Apostoli vbi dixit: Mulier alligata est quandiu vir eius viuit. Quod si mortuus fuerit vir eius, liberata est: cui vult nubat tantum in domino. Quod ita exposuisti vt adiungeres,id est Christiano. Hoc est præceptum domini cũ in veteri quàm in nouo testamento, vt non nisi vnius religionis & fidei cõiugia sibi manenter copulaca. Aug. de adult. coniug. cap.21.

Israelitæ pœnitentia ducti alienigenas repudiant vxores,& filios eorum. X.

SIc † [a] ergo orante Esdra, & implorante deum, & flente, & iacente ante templum dei, collectus est ad eum de Israel cœtus grandis nimis virorum & mulierum & puerorum: & fleuit populus multo fletu. [2] Et respondit Sechenias filius Iehiel de filiis Elam,& dixit Esdrę:Nos præuaricati sumus in deum nostrum,& duximus vxores alienigenas de populis terræ. Et nunc si est pœnitentia in Israel super hoc, [3] percutiamus fœdus cum domino deo nostro, vt proiiciamus vniuersas vxores,& eos qui de iis nati sunt.Iuxta voluntatem domini, & eorum qui timẽt præceptum domini dei nostri,secundum legem fiat. [4] Surge, tuum est discernere,nósq; erimus tecum.Cõfortare,& fac. [5] Surrexit ergo Esdras, & adiurauit principes sacerdotum & Leuitarum,& omnem Israel,vt facerent secundum verbum hoc. † [b] Et iurauerunt, [6] & surrexit Esdras ante domum dei, & abiit ad cubiculum Iohanan filij Eliasib,& ingressus est illuc. Panem non comedit, & aquam non bibit. Lugebat enim transgressionem eorũ qui venerant de captiuitate: [7] & missa est vox in Iuda & in Ieruſalem omnibus filiis transmigrationis, vt cõgregarentur in Ieruſalem, [8] & omnis qui non venerit in tribus diebus iuxta consilium principum & seniorum,

a. Quantum oratio, fletus, & lamentatio Esdræ profecerit, ostenditur, cum mox ad eum cœtus flentiũ permaximus vtriusque sexus & omnis ætatis collectus esse perhibetur. Flebant autem vel hi qui peccauerãt, pœnitentiã sui reatus agentes, vel illi qui in castitate permanserant, de fratrum suorũ prævaricatione & casu dolentes. Beda ibidem.

b. Quo facto Esdras exiuit templum, & concubiit in domicilio Ioannis & Eliasibi, ibique totam eam diẽ ieiun⁹ præmœrore exegit. Iosephus lib. 11.cap.5. Antiquit.Iudaic.

Universidad de Deusto
Biblioteca

auferretur vniuersa substantia eius, & ipse abiiceretur de cœtu transmigrationis.
c 9 Cõuenerunt igitur omnes viri Iuda & Beniamin in Ierusalem tribus diebus, (ipse est mensis nonus) vicesima die mensis: & sedit omnis populus in platea domus dei, trementes pro peccato, & pluuiis: 10 & surrexit Esdras sacerdos, & dixit ad eos: Vos transgressi estis, & duxistis vxores alienigenas, vt adderetis super delictum Israel, 11 & nunc date confessionem domino deo patrum vestrorum, & facite placitum eius, & separamini à populis terræ, & ab vxoribus alienigenis. 12 Et respondit vniuersa multitudo, dixitque voce magna: Iuxta verbum tuum ad nos sic fiat: 13 veruntamẽ quia populus multus est, & tempus pluuiæ, & non sustinemus stare foris, & opus non est diei vnius vel duorum (vehementer quippe peccauimus in sermone isto) 14 constituantur principes in vniuersa multitudine, & omnes in ciuitatibus nostris qui duxerunt vxores alienigenas, veniant in temporibus statutis, & cum iis seniores per ciuitatem in ciuitatem, & Iudices eius, donec auertatur ira dei nostri à nobis super peccato hoc.
c 15 Igitur Ionathan filius Asahel, & Iaazia filius Thecue, steterunt super hoc, & Mesollam & Sebbethi Leuites adiuuerunt eos. 16 Feceruntque sic filij transmigrationis. Et abierunt Esdras sacerdos, & viri principes familiarum in domos patrum suorum, & omnes per nomina sua, & sederunt in die primo mensis decimi, vt quærerent rem.
17 Et consummati sunt omnes viri qui duxerunt vxores alienigenas, vsque ad diem primam mensis primi. d 18 Et inuenti sunt de filiis sacerdotum qui duxerunt vxores alienigenas, de filiis Iosue filij Iosedec, & fratres eius, Maasia, & Eliezer, & Iarib, & Godolia. e 19 Et dederunt manus suas vt eiicerent vxores suas, & pro delicto suo arietem de ouibus offerrent. 20 Et de filiis Emmer, Hanani & Zebedia. 21 Et de filiis Harim, Maasia, & Elia, & Semeia, & Iehiel, & Ozias. 22 Et de filiis Pheshur, Elioenai, Maasia, Ismael, Nathanael, Iosabed, & Elasa. 23 Et de filiis Leuitarum, Iosabed, & Semei, & Celaia, ipse est Calita, Phathahia, Iuda, & Eliezer. 24 Et de cantoribus, Eliasib. Et de ianitoribus, Sellum, & Telem, & Vri. f 25 Et ex Israel, de filiis Pharos, Remeia, & Iezia, & Melcia, & Miamin, & Eliezer, & Melcia, & Banea. 26 Et de filiis Elam, Mathania, Zacharias, & Iehiel, & Abdi, & Ierimoth, & Elia. 27 Et de filiis Zetthua, Eliohenai, Eliasib, Mathania, & Ierimuth, & Zabad, & Aziza. 28 Et de filiis Bebai, Iohanan, Hanania, Zabbai, Athalai. 29 Et de filiis Bani, Mosollam, & Melluch, & Adaia, Iasub, & Saal & Ramoth. 30 Et de filiis Phath-Moab, Edna, & Chalal, Banaias, & Maasias, Mathanias, Bezeleel, Bẽnui, & Manasse. 31 Et de filiis Herem, Eliezer, Iesue, Melchias, Semeias, Simeon, Beniamin, Maloch, Samarias. 33 Et de filiis Hasum, Mathanai, Mathatha, Zabad, Eliphelet, Iermai, Manasse, Semei. 34 De filiis Bani, Maadi, Amram, & Vel, 35 Baneas, & Badaias, Chiahu, 36 Vania, Marimuth, & Eliasib, 37 Mathanias, Mathanai, & Iasi, 38 & Bani, & Bẽnui, Semei, 39 & Salmias, & Nathã, & Adaias, 40 Mechnedabai, Sisai, Sarai. 41 Ezrel, & Selemiahu, & Semeria, 42 Sellũ, Amaria, Ioseph. 43 De filiis Nebo, Iehiel, Mathathias, Zabad, Zabina, Ieddu, & Ioel, & Banai. 44 Omnes hi acceperant vxores alienigenas, & fuerunt ex eis mulieres quæ pepererant filios.

c Dimiserũt Israelitæ vxores alienas quicunque tũc habere potuerũt, per quas fefellit vt & ipsi ad alienos seducerentur deos, non vt illæ per maritos vero acquirerentur deo. Nondum enim tãta gratia salutaris illuxerat, & promissis temporalib⁹ veteris testamẽti adhuc inhiabat illius popa li multitudo. Vnde inflerat do⁹ inus per sanctũ Moysen, ne quis alienigenã vxorem duceret. Merito ergo quas duxerant domino prohibente, domino iubente dimiserunt. Augusti. de adulterinis coniugiis. lib. 1. cap. 18.

d Hebræi huic loco aptant illud Zachar. 3. Et ostendit mihi dominus Iesum sacerdotem magnum stantẽ coram angelo, &c.

e Primo à se abiiciunt vxores illicitas, & sic pro se arietem offerunt, vt ablato scelere ad altare mundi accederent. Difficile nãque est eius acceptam esse deo victimã, qui non prius culpã pro qua offert, reliquerit contendit: dicente Isaia. 1. c. Quiescite agere peruerse, discite benefacere. Beda ibid.

f Inuctæ sunt in Ierusalem primo apud filios Iesu filij Iosedec, & fratres eius, & filarim electæ sunt. Nec enim credendum est Iesum magnum sacerdotem habuisse alienigenã. Et quòd visus est à Zacharia sordidis vestib⁹ indutus, ad filios eius referẽdum est: vel quia cũ pontifex esset, populũ non arguebat, idipsum secretũ per vniuersum Israel, & offerebat vnusquisque apud quẽ inuenta erat hæc transgressio, strictem pro declinatione peccati. Comest. in hist. Iudith. ca. 1.

A Asseuerat Christum. vt. Anno mũdi. Nehemias narrat. regnante Dario. qui Artaxerxem vocat. Iosephus refert.

B

1 Dan. 9. a

C

1 Deut. 30.

D

Verba Nehemiæ filij Helciæ. Et factum est in mense a Casleu, b anno vicesimo: & ego eram in Susis castro. 2 Et venit Anani vnus de fratribus meis, ipse & viri Iuda: c & interrogaui eos de Iudæis qui remanserant & supererant de captiuitate, & de Ierusalem. 3 Et dixerunt mihi: Qui remanserunt & derelicti sunt de captiuitate ibi in prouincia, in afflictione magna sunt, & in opprobrio: & murus Ierusalem dissipatus est, & portæ eius combustæ sunt igni. 4 Cúmque audissem verba huiuscemodi, sedi, & fleui, & luxi diebus multis, & ieiunabam, & orabam ante faciem dei cœli, 5 & dixi: † Quæso domine deus cœli, fortis, magne, atque terribilis, qui custodis pactum & misericordiam cum iis qui te diligunt, & custodiunt mandata tua: 6 fiant aures tuæ auscultantes, & oculi tui aperti, vt audias orationẽ serui tui, quam ego oro coram te hodie nocte & die pro filiis Israel seruis tuis, & confiteor pro peccatis filiorum Israel, quibus peccauerunt tibi, & ego & domus patris mei peccauimus, 7 vanitate seducti sumus, & non custodiuimus mandatum & cæremonias & iudicia quæ præcepisti Moysi famulo tuo. 8 Memento verbi quod mandasti Moysi seruo tuo dicẽs: † Cum trãsgressi fueritis, ego disperdam vos in populos: 9 & si reuertamini ad me, & custodiatis præcepta mea, & faciatis ea, etiam si abducti fueritis ad extrema cœli, inde congregabo vos, & reducam in locum quem elegi vt habitaret nomen meum ibi. 10 Et ipsi serui tui & populus tuus, quos redemisti in fortitudine tua magna, & in manu tua valida. 11 Obsecro domine, sit auris tua attendens ad d orationem serui tui, & ad orationem seruorum tuorum qui volunt timere nomen tuum, & dirige seruum tuum hodie, & da ei misericordiam ante virum hunc. Ego enim eram pincerna Regis.

a Casleu vel Kisleu, nonus mensis est Hebræorũ, nostro respondens Nouembri, in cuius vi. die celebrãt dedicationis, qui celebrauit Iudas Machabæus cum purgaret cõtaminationem quam fecerat Antiochus. Vnde Ioan. 10. Facta sunt enæcenia Ierosolymis, & hyems erat.

b Hic annus est vicesimus Darij filij Hystaspis, quẽ & Xerxem & Artaxerxem vocant Esdras & Nehemias, qui postquam Esdras fatuitatem templi reædificandi fecerat, ut adiũ eandẽ cimentaris Nehemiæ ferat.

c Erat pincerna Regis Artaxerxis Nehemias de filiis captiuitatis. Qui dũ esset in Susis castro, audiunt peregrinos Hebrææ loquelæ reuẽ accedẽs scisciatẽ est ab eis de statu Iudææ & Ierusalẽ. Et accepit ab eis vt bene esse sine muris, & habitare in ea populũ dei in afflictione. Nã per dies sustinebãt hostium impetus, & noctibus intrabãt latrunculi, & plateas implebãt cadaueribus occisorum. Comest. in hist. Iudith. cap. 6.

d Ideo si oraueris, & ieiunaueris, & eleemosynã iuste feceris, gõplesti preces, redemisti peccata tua, remissa sunt crimina, reparata est vita tua. Ilgo ara multa vidua misit in arcam dei, & præstitit ex opulẽto. Chrysost. de pœnitentia.

Nehemias impetratis à Rege literis venit Ierosolymam, atque ad murorum instaurationem hortatur. II.

A Mart. Factum est autem in mense a Nisan, anno vicesimo Artaxerxis Regis, & vinum erat ante eum. Et leuaui vinum, & dedi Regi, & eram quasi lahguidus ante faciem eius. 2 Dixitque mihi Rex: b Quare vultus tuus tristis est, cùm te ægrotum non videam? Non est hoc frustra, sed malum nescio quod in corde tuo est. Et timui valde ac nimis, 3 & dixi Regi: Rex in æternum viue. Quare non mœreat vultus meus, quia ciuitas domus sepulchrorum patris mei deserta est, & portæ eius combustæ sunt igni? 4 Et ait mihi Rex: Pro qua re postulas? Et oraui deum cœli, 5 & dixi ad Regem: Si videtur Regi bonum, & si placet seruus tuus ante faciem tuam, vt mittas me in Iudæam ad ciuitatem sepulchri patris mei: & B ædificabo eam. 6 Dixitque mihi Rex, & Regina quæ sedebat iuxta eum: Vsque ad quod tempus erit iter tuum, & quando reuertêris? Et placuit ante vultum Regis, & misit me. Et constitui ei tempus, 7 & dixi Regi: Si Regi videtur bonum, epistolas det mihi ad duces regionis trans flumen, qui traducant me donec veniam in Iudæam: 8 & epistolam ad Asaph custodem saltus Regis, vt det mihi c ligna, vt tegere possim portas templi, turres, domos, & muros ciuitatis, & domum quam ingressus fuero. Et dedit mihi Rex iuxta manum dei mei bonam mecum. 9 Et veni ad Duces regionis trans flumen, dedíque eis epistolas Regis. Miserat autem Rex mecum principes militum, & equites. d 10 Et audierũt Sanaballat Horonites, & Tobias seruus Ammanites, & contristati sunt afflictione magna, quòd venisset homo qui quæreret prosperitatem filiorum Israel. 11 Et veni Ierusalem: & eram ibi tribus diebus. 12 Et surrexi nocte C ego & viri pauci mecum, & non indicaui cuiquam quid deus dedisset in corde meo vt facerem in Ierusalem: & iumentum non erat mecum, nisi animal cui sedebam. 13 Et egressus sum per portam vallis nocte, & ante fontem draconis, & ad portam stercoris, & considerabam murum Ierusalem dissipatum: & portas eius cõsumptas igni.

a Nisan primus mẽsis anni Hebræorũ, in quo Pascha celebrare cõuenerit: quẽ nos Martio incerdũ, & interdum Aprili attribuimus. Iudæi verò nostri temporis annum suum à Septembri mense incipiunt, & sic Nisan apud eos septimus mẽsis esset, sicuti ibidem.

b Et ecce Nehemias, & cibũ desiderabilem nõ gustauit, nocte & die clamans ad dñm. Cúmq; Rex staret in mẽsa, & Nehemias seruaret vinũ regi, apparuit quasi languidus ante eum, & ait rex: Quare tristis es, quòd vere malũ hæc in corde tuo? Et respõdit tremens: Quia ciuitas sepulchri patrũ meorũ deserta est. Si bonũ tibi videtur, mitte me, & reædificabo ei. Et ait Regina quæ sedebat iuxta Regẽ: Quando reuerteris? Et cõstituit tẽpus reuerendi. Comest. cap. 6. in c. 6. in hist. Iudith.

c Templũ enim iam extructũ erat, sed portæ ciuitatis & domus atrij nondum reparatæ erant, pro quibus reparandis ligna postulat.

d Notanda etenim est animorũ rerũmque diuersitas, quia supra dicti sunt hi qui remiserant de captiuitate in Iudæa, in afflictione magnã & opprobrio fuisse, sed & Nehemiã longum cũ fletu & precibus duxisse ieiunium, eo quod muros Ierusalem dissipatos, & portas illius igne cõbustas audirent, & nũc versa vice hostes eiusdem sanctæ ciuitatis cõtristati, & in magna sunt afflictione cõstituti, eo quòd ædificia illius reflaurauda, simul & ciues intelligerent ab insultationibus hostium esse subleuados. Beda ibid.

Incipit Liber Nehemiæ, qui est Esdræ secundus.

Nehemias audita Iudæorum qui à captiuitate resídui erant, afflictione, affligitur & ipse, & cum abstinentia misericordiam à deo petit. Cap. I.

Verba

Universidad de Deusto
Biblioteca

14 Et transiui ad portam fontis,& ad aquæductũ regis:& non erat locus iumento cui
sedebam,vt transiret. 15 Et ascendi per torrentem nocte, & considerabam murum, &
reuersus veni ad portam vallis,& redij. 16 Magistratus autẽ nesciebant quò abiissem,
aut quid ego facerẽ. Sed & Iudæis & sacerdotibus & optimatibus & magistratibus
& reliquis qui faciebant opus,vsq; ad id loci nihil indicaueram. 17 Et dixi eis: Vos no D
stis afflictionem in qua sumus, quia Ierusalem deserta est: & portæ eius consumptæ
sunt igni. Venite & ædificemus muros Ierusalem, & non simus vltrà opprobrium.
18 Et indicaui eis manum dei mei,quòd esset bona mecũ, & verba regis quæ locutus
est mihi,& aio: Surgamus, & ædificemus.& confortatæ sunt manus eorum in bono.
19 Audierunt autem Sanaballat Horonites & Tobias seruus Ammanites, & Gosem
Arabs,& subsannauerunt nos,& despexerunt, dixerúntq;: Quæ est hæc res quam fa-
citis?Nunquid cõtra regem vos rebellatis? 20 Et reddidi eis sermonem,dixiq; ad eos:
Deus cœli ipse nos iuuat:& nos serui eius sumus.Surgamus,& ædificemus:vobis au-
tem non est pars & iustitia & memoria in Ierusalem.

Anno ante Christian. 100. Ammonitæ & Moabitæ Nehemiæ patrias reparanti, aut restituenti ædificia inuidebant.

Ierusalem in muris,turribus & portis ædificatur à multis viris fide dignissimis & nomine. III.

A ET surrexit Eliasib sacerdos magnus, & fratres eius sacerdotes, & ædifica-
uerunt[a] portam gregis. Ipsi sanctificauerunt eam, & statuerunt valuas
eius, & vsque ad turrim centum cubitorum sanctificauerunt eam, vsque
ad turrim Hananeel. 2 Et iuxta eum ædificauerunt viri Iericho, & iuxta
eos ædificauit Zacchur filius Amri.[b] 3 Portam autem piscium ædificauerunt filij As-
naa,ipsi texerunt eam,& statuerunt valuas eius,& seras,& vectes. Et iuxta eos ædifi-
cauit Marimuth filius Vriæ,filij Accus. 4 Et iuxta eum ædificauit Mosollam filius Ba
rachiæ,filij Mesezebel. Et iuxta eum ædificauit Sadoch filius Baana. 5 Et iuxta eum B
ædificauerunt Thecueni. Optimates autẽ eorum nõ suppossuerunt colla sua in opere
domini dei sui. 6 Et portam veterem ædificauerunt Ioiada filius Phasea,& Mosollam
filius Besodia:ipsi texerunt eam:& statuerunt valuas eius,& seras,& vectes. 7 Et iuxta
eos ædificauerunt Melatia Gabaonites, & Iadon Meronothites, viri de Gabaon &
Maspha,pro duce qui erat in regione trans flumẽ. 8 Et iuxta eũ ædificauit Eziel filius
Haraia aurifex:& iuxta eum ædificauit Hananias filius pigmẽtarij, & dimiserunt Ie- C
rusalem vsq; ad murum plateæ latioris. 9 Et iuxta eum ædificauit Raphaia filius Hur,
princeps vici Ierusalem. 10 Et iuxta eum ædificauit Iedaia filius Haromaph contra do
mum suam.Et iuxta eum ædificauit Hattus filius Hasebonię. 11 Mediam autẽ partẽ
vici ædificauit Malcias filius Herem,& Hasub filius Phahath-Moab: & turrim fur-
norum. 12 Et iuxta eos ædificauit Sellum filius Alohes,princeps mediæ partis vici Ie-
rusalem:Osee,& filij eius. 13 Et portam vallis ędificauit Hanun,& habitatores Zanoe
ipsi ædificauerũt eam,& statuerunt valuas eius,& seras,& vectes,& mille cubitos in D
muro, vsq; ad portam sterquilinij. 14 Et portam sterquilinij ædificauit Malcias filius
Rechab,princeps vici Bethcharem.Ipse ędificauit eam,& statuit valuas eius,& seras,
& vectes. 15 Et portã fontis ędificauit Sellum filius Cholhoza,princeps pagi Masphа.
Ipse ædificauit eã,& texit,& statuit valuas eius, & seras, & vectes: & muros piscinæ
Siloe in hortũ regis,& vsq; ad gradus qui descendunt de ciuitate Dauid. 16 Post eum
ædificauit Nehemias filius Azboc, princeps dimidiæ partis vici Bethzur, vsq; contra
[c] sepulchrum Dauid,& vsq; ad piscinam quæ grandi opere constructa est, & vsq; ad
domum fortium. 17 Post eum ędificauerunt Leuitæ:Rehum filius Bani.Post eos ædi- E
ficauit Hasebias,princeps dimidiæ partis vici Cehilę in vico suo. 18 Post eũ ędificaue-
runt fratres eorũ,Bauai filius Henadad,princeps dimidię partis Cehilæ. 19 Et ædifica-
uit iuxta eum Azer filius Iosue,princeps Maspha,[d] mensurã secundam, contra ascen-
sum firmissimi anguli. 20 Post eum in mõte ædificauit Baruch filius Zachai mensurã
secundam ab angulo vsque ad portam domus Eliazib sacerdotis magni. 21 Post eum
ædificauit Merimuth filius Vrię filij Hacoz mensuram secundã,à porta domus Elia-

a. Alibi structura habet: ædificauerunt portam ad probaticam piscinam. Hæc est porta iuxta ropsh per quã inducebãtur greges ad offerendum. Hæc alibi turris gregis dicitur. Fuit autem altera turris gregis in via Bethlehẽ, vbi Iacob pauit greges & pecora sua, & pastores vigilãtes super gregem suum viderunt multitudinẽ militiæ cœlestis. Filij autem Asnaa ædificauerunt portam piscis, & statuerũt valuas eius,& seras, & vectes.Hæc respicit Ioppen & Diospolim, per quã inferebatur copia piscium. Hæc secundum Iosephum postea dicta est porta Dauid. Comestor. ca. 7. in hist. Iudith.

b. Huius portæ meminit Sophonias prophera, dicens: Vox clamoris à porta piscium, & vlulatus à secunda. Quia hoc quod ædificatur à secunda, secũdi muri in eodem climate porcum significat. Nam iosephus Exechiæ duplicem fuisse murũ ciuitatis verba dierũ narrant. 1. Paral. 32. a. Ædificauit quoque agens indulgẽtiã omnem murum qui fuerat dissipatus, &c. Beda. ibidẽ.

c. Nota. Dauid Regẽ nõ in Bethlehẽ, sed in Ierusalem constat fuisse sepultum. Act. 2. c. Et quia natus in Bethlehem, & sepultus in Ierusalem, ita Christum in Bethlehem nasciturũ, & in Ierusalem sepeliendũ præfigurauit. Beda

d. Hucusq; primus ciuitatis murus extruitur, hinc mẽsura secunda, hoc est muri interioris: vnde in hac descriptione dicit, quia ciuitatum plurimi contra domum suam ædificauerunt: muro nãque ciuitatis plurimæ domus erant coniunctæ. Beda.

sib,donec extẽderetur domus Eliasib. 22 Et post eum ædificauerũt sacerdotes viri de
E campestribus Iordanis. 23 Post eos ędificauit Beniamin & Hasub contra domũ suam.
Et post eos ædificauit Azarias filius Maasiæ filij Ananiæ contra domũ suam. 24 Post
eum ædificauit Bennui filius Henadad mensuram secundam,à domo Azariæ vsq; ad
flexuram,& vsq; ad angulum. 25 Post eum ædificauit Phalel filius Ozi,contra flexurã
& turrim quæ eminet de domo Regis excelsa, id est in atrio carceris. Post eum Pha-
daia filius Pharos. 26 Nathinæi autem habitabant in Ophel,vsq; contra portam aqua-
rum ad orientem, & turrim quæ prominebat. 27 Post eos ædificauerunt [e] Thecueni e. Thecueni à thecua vel tuba buccinatores interpretantur, hunc locum ædificauerũt. Beda 10. Areis.
mensuram secundam è regione,à turre magna & eminente vsque ad murum templi.
G 28 Sursum autem ad [f] portam equorum ædificauerunt sacerdotes, vnusquisq; contra
domum suam. 29 Post eos ædificauit Sadoc filius Emmer contra domũ suam. Et post
eũ ædificauit Semeia filius Secheniæ,custos portæ orientalis. 30 Post eum ædificaue-
runt Hanania filius Selemiæ,& Hanun filius Zalaph sextus mensurã secundam. Post
eum ædificauit Mesollam filius Barachiæ contra gazophylacium suum. 31 Post eum
ædificauit Melcias filius aurificis, vsque ad domum Nathinæorum & scuta venden-
tium,contra portam iudicialem:& vsque ad cœnaculum anguli. 32 Et inter cœnaculũ
anguli in porta gregis ædificauerunt aurifices & negotiatores.

f. Porta iudiciaria potuit & se porta vetus, quæ in fronte ciuitatis prior eminebat. Porta verò aquarũ potuit esse porta fontis. Porta verò equorũ non fuit porta ciuitatis, sed statura erat ante atrio templi, vsq; ad quam ascẽdere in equis licitum erat. Comestor cap. 7. in historia Iudith.

Sanaballat & Tobia inuitis Iudæi altera manu ædificant,altera gladium tenent. IIII.

A ET factum[a] est autem cum audisset Sanaballat quòd ædificaremus murũ, ira-
tus est valde:& motus nimis subsannauit Iudęos, 2 & dixit coram fratribus
suis, & frequentia Samaritanorum: Quid Iudæi faciunt imbecilles? Num
dimittent eos gentes?Num sacrificabunt,& complebunt in vna die? Nunquid ædifi-
care poterũt lapides de aceruis pulueris,qui combusti sunt? 3 Sed & Tobias Ammo-
nites proximus eius,ait: Ædificent. Si ascenderit vulpes, transiliet murum eorum la-
pideum. 4 Et dixit Nehemias. Audi deus noster,quia facti sumus despectui.[b] Cõuer-
te opprobrium super caput eorum, & da eos in despectionem in terra captiuitatis.
5 Ne operias iniquitatem eorum, & peccatum eorum coram facie tua non deleatur:
B quia irriserunt ædificantes. 6 Itaq; ædificauimus murum:& coniunximus totum vsq;
ad partem dimidiam:& prouocatum est cor populi ad operandum. 7 Factum est au-
tem cum audisset Sanaballat, & Tobias, & Arabes, & Ammonitæ, & Azotij, quòd
obducta esset cicatrix muri Ierusalẽ,& quòd cœpissent interrupta cõcludi, irati sunt
nimis. 8 Et congregati sunt omnes pariter vt venirent & pugnarent cõtra Ierusalem,
& molirentur insidias. 9 Et orauimus deum nostrũ, & posuimus custodes super mu-
rum die ac nocte cõtra eos. 10 Dixit autẽ Iudas: Debilitata est fortitudo portantis,&
C humus nimia est,& nos nõ poterimus ędificare murũ. 11 Et dixerũt hostes nostri:Ne-
sciant,& ignorẽt,donec veniamus in mediũ eorum:& interficiamus eos,& cessare fa
ciamus opus. 12 [c] Factũ est autem veniẽtibus Iudæis qui habitabãt iuxta eos,& dicen-
tibus nobis per decẽ vices,ex omnibus locis quibus venerant ad nos, 13 statui in loco
post murum per circuitum populum in ordinem cum gladiis suis & lanceis & arcu-
bus. 14 Et perspexi atq; surrexi:& aio ad optimates & magistratus, & ad reliquã partẽ
vulgi:Nolite timere à facie eorum, Domini magni & terribilis memẽtote,& pugna-
te pro fratribus vestris,filiis vestris,& filiabus vestris,& vxoribus vestris,& domibus
vestris. 15 Factum est autẽ cum audissent inimici nostri,nunciatum esse nobis:dissipa-
uit deus cõsilium eorum. Et reuersi sumus omnes ad muros,vnusquisq; ad opus suũ.
16 Et factũ est à die illa,media pars iuuenũ eorum faciebat opus,& media parata erat
ad bellum,& lanceæ,& scuta,& arcus,& loricæ:& principes post eos in omni domo
D Iuda 17 ædificantiũ muros,& portantiũ onera & imponentiũ: vna manu sua faciebat
opus,& altera tenebat gladium. 18 Ædificãtium enim vnusquisq; gladio erat accin-
ctus renes.Et ædificabãt,& clãgebant buccina iuxta me. 19 Et dixi ad optimates,& ad
magistratus,& ad reliquã partẽ vulgi: Opus grande est & latũ,& nos separati sumus

a. Audientes autem murorum ędificationem accelerari Ammonitę & Moabitę, vel Samaritæ, & omnes qui inferiorem Syriam habitabant, molestè ferebant & meditabantur eis insidias contexere, quatenus voluntatem eorum impedirent multoque interficiebãt de populo: ipsum etiam Nehemiam dilacerare quærebãt, Ioseph. lib. 11. cap. 5.

b. Simile est quod scribitur de peccatore Psal. 7. d. Supquod Augustí. Non enim voluit ipse peccatum euadere, sed factus est sub peccato tanquam seruus, dicẽte domino Ioã. 8. d. Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Erit ergo iniquitatem eius super ipsum, cũ ipse iniquitati suæ subdet. Ita ergo ipse inferior erit, vt eius iniquitas sit superior, & in illum descendat: quia grauat illum conterat, & ad requiem sanctorum euolare non sinit. Hæc Augustí. Quæ omnia imprecatur Nehemias hostibus Iudæorum, quòd vrbis ædificationẽ impedirent.

c. Et consummatum est opus per annos duos & quatuor mẽses, licet in multa angustia, & plurimis impedimẽtis. Primò enim finitimę nationes in manu forti aggrediebantur eos. Nehemias verò mediã partem populi armatã statuit extra ciuitatem, vt sustinerent impetũ aggredientium: altera verò media pars ædificabat, vna manu ponentes lapidẽ, altera gladium tenentes. Comestor c. 7. in hist. Iudith.

d. Aduerte quòd cum Dauid & Salomon hanc ciuitatẽ primò ædificarent, nil de armatis structoribus vel aduersariis impugnãtibus referunt: verũ destructa ob scelera eorum ciuitas, maiore labore ac industria indigere vt reædificaretur: quia & talis est ædificatio spiritualis, quæ in cuiusq; salute quæritur. Beda ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in muro procul alter ab altero.[20] In loco quocunq; audieritis clangorem tubæ, illuc concurrite ad nos. Deus noster pugnabit pro nobis: [21] & nos ipsi faciamus opus. Et media pars nostrum teneat lanceas ab ascensu auroræ donec egrediantur astra. [22] In tempore quoq; illo dixi populo: Vnusquisq; cum puero suo maneat in medio Ierusalem, & sint vobis vices per noctem & diem ad operandum. [23] Ego autem & fratres mei, & pueri mei, & custodes qui erant post me, non deponebamus vestimẽta nostra: vnusquisque tantùm nudabatur ad baptismum.

Nehemias tempore famis vsuras prohibet, sua indigentibus liberè largiens. V.

a. Ista fames, naturalis quidam morbus est, quia natura nobis facta est pœna ex vindicta. Primo huiusmodi quod erat pœna, natura nobis est, vnde dicit Apostolus: Fuimus & nos natura filij iræ, sicut & cæteri. Natura filij iræ, id est portantes vindictam. August. Psal. 57.
b. Deuderabat populus murii construere ciuitatis, sed fames magnitudine pressus ab opere tanctò prædiebatur. Quam videlicet famem non solùm frugũ penuria, sed & principum auaritia fecerat, cum à populo maiora quàm exoluere posset, tributa exigebãt: quod apud nos quotidie fieri videtur. Beda ibidem.

[1] Et[a] factus est clamor populi & vxorum eius magnus aduersus fratres suos Iudæos. [2] Et erant qui dicerent: Filij nostri & filiæ nostræ multæ sunt nimis. Accipiamus pro pretio eorum frumentum: & comedamus & viuamus. [3] Et erant qui dicerent: Agros nostros & vineas & domos nostras opponamus, & accipiamus frumentum in fame. [4] Et alij dicebant: [b] Mutuò sumamus pecunias in tributa Regis, demúsq; agros nostros & vineas. [5] Et nunc sicut carnes fratrum nostrorum, sic carnes nostræ sunt: & sicut filij eorum, ita & filij nostri. Ecce nos subiugamus filios nostros & filias nostras in seruitutem: & de filiabus nostris sunt famulæ, nec habemus vnde possint redimi, & agros nostros & vineas nostras alij possident. [6] Et iratus sum nimis cum audissem clamorem eorum secundum verba hęc. [7] Cogitauitq; cor meum mecum, & increpui optimates & magistratus, & dixi eis: Vsuràsne singulis à fratribus vestris exigitis? Et congregaui aduersum eos cõcionem magnam, [8] & dixi eis: Nos vt scitis redemimus fratres nostros Iudęos, qui venditi fuerant gentibus, secundum possibilitatem nostram: & vos igitur venditis fratres nostros, & redimemus eos? Et siluerunt, nec inuenerunt quid respondere. [9] Dixíque ad eos: Non est bona res quam facitis. Quare non [c] in timore dei nostri ambulatis, ne exprobretur nobis à gẽtibus inimicis nostris? [10] Et ego & fratres mei & pueri mei commodauimus plurimis pecuniam & frumentum. Non repetamus in commune istud. Aes alienum concedamus, quod debetur nobis. [11] Reddite eis hodie agros suos, & vineas suas, & oliueta sua, & domos suas. Quin potius & centesimam pecuniæ, frumenti, vini, & olei, quam exigere soletis ab eis, date pro illis. [12] Et dixerunt: [d] Reddemus, & ab eis nihil quæremus, sicque faciemus vt loqueris. Et vocaui sacerdotes, & adiuraui eos vt facerent iuxta quod dixeram. [13] Insuper excussi sinum meum, & dixi: Sic excutiat deus omnem virum qui non compleuerit verbum istud de domo sua, & de laboribus suis. Sic excutiatur, & vacuus fiat. Et dixit vniuersa multitudo, Amen. Et laudauerunt deum. Fecit ergo populus sicut erat dictũ. [e] [14] A die autem illa qua præceperat rex mihi vt essem dux in terra Iuda, ab anno vicesimo vsque ad annum triceſimumsecundum Artaxerxis Regis per annos duodecim ego & fratres mei annonas quæ ducibus debebantur, non comedimus. [15] Duces autem primi qui fuerunt ante me, grauauerunt populum, & acceperunt ab eis in pane & vino & pecunia quotidie siclos quadraginta. Sed & ministri eorum depressérant populum. Ego autem non feci ita propter timorem dei: [16] quin potius in opere muri ædificaui, & agrum non emi: & omnes pueri mei congregati ad opus erant. [17] Iudæi quoque & magistratus centum quinquaginta viri, & qui veniebant ad nos de gentibus quę in circuitu nostro sunt, in mensa mea erant. [18] Parabatur autem mihi per dies singulos bos vnus, arietes sex electi, exceptis volatilibus: & inter dies decem vina diuersa & alia multa tribuebam. Insuper & annonas ducatus mei non quæsiui, valde enim erat attenuatus populus. † [19] Memento mei deus meus in bonum, secundum omnia quæ feci populo huic.

c. Timor beatitudinis particeps est his qui in dei viis ambulãt, & metuũt ne quid de bonis quibus beatificãtur, amittant, spe gaudentes, & in tribulatione patientes. Prosper in Psal. 127.

d. Boni patres, qui statuerunt pignora debitoribus esse reddenda: boni etiam fœneratores, qui reipõderũt quòd & pignora redderẽt, & pecuniam non requirerent quam dedissent. Amb. de Tobia, cap 2.0.

e. Ipse autem Nehemias nolens circumiens ciuitatẽ, minime aut operibus, aut somno aut cibo fatigabatur: nisi forsitan horum suauiter, sed sub necessitate vsum vsurpabat. Quos labores sustinuit per 12. annos, & mẽses quatuor. Nam tanto tempore Ierosolymorum muri sunt perfecti. Ioseph. lib. 11. ca. 5. Antiq. Iudaica.

Sanaballat cum sociis Iudæos insidiosis literis ad fœdus incitans, ac ædificationem impedire tentans, non terret Nehemiam. VI.

Factum

[1] Factum[a] est autem cum audisset Sanaballat & Tobias, & Gosem Arabs, & cæteri inimici nostri quòd ædificassem ego murum, & non esset in ipso residua interruptiõ: (vsque ad tempus autem illud valuas non posueram in portis) [2] miserũt Sanaballat & Gosem Arabs ad me, dicẽtes: Veni & percutiamus fœdus pariter in viculis in campo Ono. Ipsi autem cogitabant vt facerent mihi malum. [3] Misi ergo ad eos nuncios, dicens: Opus grande ego facio: & nõ possum descendere: ne forte negligatur cum venero & descendero ad vos. [4] Miserũt autem ad me secundum verbum hoc per quatuor vices, & respondi eis iuxta sermonem priorem. [5] Et misit ad me Sanaballat iuxta verbum prius quinta vice puerũ suũ, & epistolã habebat in manu sua, [6] scriptã hoc modo: In gentibus auditum est, & Gosem dixit quòd tu & Iudæi cogitetis rebellare, & propterea ædifices murum: & leuare te velis super eos Regem: propter quam causam [7] & prophetas posueris qui prædicẽt de te in Ierusalẽ, dicentes: Rex in Iudæa est. Auditurus est Rex verba hæc. Idcirco nunc veni, vt ineamus cõsilium pariter. [8] Et misi ad eos, dicens: Nõ est factũ secundum verba hæc quæ tu loqueris. De corde enim tuo tu cõponis hæc. [9] Omnes enim hi terrebant nos, cogitãtes quòd cessarent manus nostræ ab opere, & quiesceremus. Quam ob causam magis cõfortaui manus meas. [10] Et ingressus sum domum Samaiæ filij Dalaiæ filij Mehetabel [b] secreto. Qui ait: Tractemus nobiscum in domo dei in medio templi, & claudamus portas ædis: qui venturi sunt vt interficiant te, & nocte venturi sunt ad occidendum te. [11] Et dixi: Num quisquam similis mei fugit? Et quis vt ego ingredietur templum, & viuet? Nõ ingrediar. [12] Et intellexi quòd deus nõ misisset eum, sed quasi vaticinans locutus esset ad me, & Tobias & Sanaballat cõduxissent eum. [13] Acceperat enim pretium, vt territus facerem & peccarem, & haberẽt malum quod exprobrarent mihi. † [14] Memento mei domine pro Tobia & Sanaballat, iuxta opera eorum talia: sed & Noadiæ prophetæ & cæterorum prophetarũ, qui terrebant me. [15] Cõpletus est autẽ murus vicesimoquinto die mensis [c] Elul, quinquaginta duobus diebus. [16] Factum est ergo cum audissent omnes inimici nostri, vt timerent vniuersæ gentes quæ erãt in circuitu nostro, & cõciderent intra semetipsos, & scirent quòd à domino factum est opus hoc. [17] Sed & in diebus illis multæ [d] optimatum Iudæorum epistolæ mittebantur ad Tobiam, & à Tobia veniebãt ad eos. [18] Multi enim erant in Iudæa habentes iuramentum eius, quia gener erat Secheniæ filij Ioræi: & Iohanan filius eius acceperat filiam Mosollam filiæ Barachiæ. [19] Sed & laudabãt eum coram me: & verba mea nuntiabant ei. Et Tobias mittebat epistolas, vt terreret me.

a. Post impedimẽta hostilia & fames, sequitur tertium impedimentũ, quo principes erant summi, qui simulabant se cõfortari eorum qui erãt in Ierusalẽ, vt eum mori traderentur. Quod cũ inquirere, variis cum terrebant rationibus, vt hõ ab opere cessarent, dicentes: Multi cõiurauerunt aduersum te, vade, & absconde te ab eis. Rursũmque suscitantes delatum est ad Regẽ quòd velis rebellare, & facere te Regem in Iudæa. Noli exasperare dominũ tuũ. Cumque multa confingerent in hunc modũ, nõ prævaluerunt, quia manus domini erat cum eo. Comest. ca. 7. in historia Iudith.

b. Qui erat sequestratꝰ, vel clausus, hoc est clausos erat fingẽs se spiritũ dei habere.

c. Elul iuxta antiquos Hebræos sextus mensis erat, nostro respondens Augusto: iuxta verò recentiores annum à Septembri incipientes, duodecimus est.

d. Fauentiũ Tobiæ Iudæo, sed apostatæ, qui magis gẽtibus quàm populo suo fauebat.

Consummatum dedicauerunt templum, & azymorum festum celebrauerunt. VII.

a. Postquã muri perfectionem acceperũt, Nehemias & reliqua multitudo sacrificauerunt deo pro eorum ædificatione, ac per octo dies sunt epulati. Gentes autem quæ Syriam habitabant, audientes perfectam murorum constructionem, grauiter angebãtur. Nehemias autem in ciuitate videns paucos homines habitare, rogauit sacerdotes & Leuitas, vt vicos relinquentes ad ciuitatem migrarẽt, & in ea manerent, fabricis eorum domicilia propriis expensis. Iosep. li. 5.

b. Hæc vitorũ primatũ nomina qui populum sub Cyro duce Zorobabel reduxerunt Ierosolymã, paulo diuersus legunꝰ. 1. Esdræ. 2. Eadem tamen sunt.

[1] Postquam[a] autem ædificatus est murus & posui valuas, & recẽsui ianitores & cantores & Leuitas, [2] præcepi Hanani fratri meo & Hananiæ principi domus de Ierusalem (ipse enim quasi vir verax & timens deum plus cæteris videbatur.) [3] Et dixi eis: Nõ aperiantur portæ Ierusalem vsque ad calorem solis. Cúmque adhuc assisterent, clausæ portæ sunt & oppilatæ. Et posui custodes de habitatoribus Ierusalem singulos per vices suas: & vnumquemque contra domum suam. [4] Ciuitas autem erat lata nimis & grandis, & populus paruus in medio eius: & nõ erant domus ædificatæ. † [5] Deus autem dedit in corde meo, & cõgregaui optimates & magistratus & vulgus, vt recenserem eos. Et inueni librum census eorũ qui ascenderant primum: & inuentum est scriptum in eo: [6] Isti filij prouinciæ, qui ascenderunt de captiuitate migrantium, quos transtulerat Nabuchodonosor Rex Babylonis, & reuersi sunt in Ierusalem & in Iudæam, vnusquisque in ciuitatem suam, [b] [7] qui venerant cum Zorobabel: Iosue, Nehemias, Azarias, Raamias, Nahamani, Mardochæus, Belsar, Mespharath, Beguoai, Nahum, Baana. Numerus virorum populi Israel. [8] Filij Pharos, duo milia centum septuagintaduo. [9] Filij Saphatia, trecenti septuagintaduo. [10] Filij Arah, sexcenti quinquagintaduo. [11] Filij Phahathmoab filio

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum Ioſue & Ioab,duo milia octingenti decẽ & octo.[11] Filij Elã, mille ducẽti quinquagintaquatuor.[12] Filij Zethua,octingẽti quadragintaquinq;.[13] Filij Zacchai,ſeptingenti ſexaginta.[14] Filij Bennui,ſexcẽti quadragintaocto.[15] Filij Bebai, ſexcẽti viginti octo.[16] Filij Azgad, duo milia trecẽti vigintiduo.[17] Filij Adonicã, ſexcẽti ſexagintaſeptẽ.[18] Filij Beguai,duo milia ſexagintaſeptem.[19] Filij Adin,ſexcenti quinquaginta quinq;.[20] Filij Ater filij Ezechiæ,nonaginta octo.[21] Filij Haſum,trecentivigintiocto.[22] Filij Beſai,trecẽtivigintiquatuor.[23] Filij Hareph,centũ duodecim.[24] Filij [c]Gabaon, nonagintaquinq;.[25] Filij Bethlehẽ,& Netupha,centum octogintaocto.[26] Viri Anathoth,cẽtũvigintiocto.[27] Viri Bethazmaueth,quadragintaduo.[28] Viri Cariathiarim, Chephira & Beroth,ſeptingẽti quadragintatres.[29] Viri Rama & Nebo,ſexcẽtivigintivnus.[30] Viri Machmas,cẽtumvigintiduo.[31] Viri Bethel& Hai,cẽtũvigintitres.[32] Viri Nebo alterius,quinquagintaduo.[33] Viri Elam alterius, mille ducẽti quinquaginta quatuor.[34] Filij Harẽ,trecẽtiviginti.[35] Filij Iericho,trecẽti quadragintaquinq;.[36] Filij Lod,Hadid & Ono,ſeptingẽtivigintivnus.[37] Filij Senaa,tria milia nongenti triginta.

[38] Sacerdotes:Filij Iedaia in domo Ieſua,nõgẽti ſeptuagintatres.[39] Filij Emmer, mille quiquagintaduo.[40] Filij Phashur,mille ducẽti quadragintaſeptẽ.[41] Filij Harẽ,mille decẽ& ſeptẽ.[42] [f]Leuitæ:Filij Ioſue & Cedmiel,filiorũ Hoduię,ſeptuagẽtaquatuor.

[43] [f]Cãtores:Filij Aſaph,cẽtũ quadragintaocto,[44] [g]Ianitores:Filij Sellũ,filij Ater,filij Telmon,filij Accub,filij Hatita,filij Sobai,cẽtum trigintaocto.[45] [h]Nathinęi:Filij Soha,filij Haſupha,filij Tebaoth,[47] filij Keros,filij Sia,filij Phadon,[48] filij Lebana,filij Hagaba:filij Selmai,[49] filij Hanan,filij Geddel,filij Gaher,[50] filij Reaia,filij Raſin,filij Necoda,[51] filij Gezem,filij Aſa,filij Phaſea,[52] filij Beſai,filij Meunim,filij Nephuſſim,[53] filij Bacbuc,filij Hacupha, filij Harhur,[54] filij Besluth,filij Mahida, filij Harſa,[55] filij Bercos,filij Siſara,filij Thema,[56] filij Naſia,filij Hatipha,[57] filij ſeruorum Salomonis,filij Sotai,filij Sophereth,filij Pherida,[58] filij Iaala,filij Darcõ,filij Geddel,[59] filij Saphatia,filij Hattil,filij Phochereth qui erat ortus ex Zebaim filio Amõ.[60] Omnes Nathinæi,& filij ſeruorum Salomonis trecẽti nonagintaduo.[61] Hi ſunt autẽ qui aſcẽderunt de Thel-mela,Thel-harſa, Cherub,Adon,& Emmer, & nõ potuerũt indicare domũ patrũ ſuorũ,& ſemẽ ſuum, vtrũ ex Iſrael eſſent.[62] Filij Dalaia, filij Tobia,filij Necoda,ſexcẽti quadragĩtaduo.[63] Et de ſacerdotibus, filij Habia,filij Accos, filij Berzellai,qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditæ vxorem , & vocatus eſt nomine eorum.[64] Hi quæſierũt ſcripturã ſuã[k] in cenſu,& nõ inuenerũt,& eiecti ſunt de ſacerdotio.[65] Dixítq; Atherſatha eis,vt nõ mãducarent de ſanctis ſanctorum, donec ſtaret ſacerdos & doctus & eruditus.[66] Omnis multitudo quaſi vir vnus,quadraginta duo milia trecẽti ſexaginta,[67] abſq; ſeruis & ancillis eorum, qui erant ſeptem millia trecenti triginta ſeptem:& inter eos cãtores & cãtatrices ducenti quadragintaquinque:[68] Equi eorum ſeptingenti trigintaſeptem,muli eorũ ducenti quadragintaquinque:[69] cameli eorum quadringenti trigintaquinq;,aſini ſex milia ſeptingenti viginti.

Hucuſque refertur quid in commentario ſcriptum fuerit : exin Nehemiæ hiſtoria texitur.

[70] Nonnulli autem de principibus familiarum dederunt in opus. Atherſatha dedit in theſaurum auri drachmas mille,phialas quinquaginta:tunicas ſacerdotales quingentas triginta. [71] Et de principibus familiarum dederunt in theſaurum operis, auri drachmas viginti milia,& argẽti minas duo milia ducẽtas.[72] Et quod dedit reliquus populus,auri drachmas viginti milia,& argẽti minas duo milia,& tunicas ſacerdotales ſexagintaſeptem.[73] Habitauerunt autem ſacerdotes & Leuitæ & Ianitores & cãtores & reliquum vulgus & Nathinæi & omnis Iſrael in ciuitatibus ſuis.

Eſdras cum plurimis aſcendens à Babylone,legem dei explicat, & populum ad pœnitentiam commonefacit. VIII.

ET † venerat mẽſis ſeptimus ſub Eſdra & Nehemia : Filij autẽ Iſrael erant in ciuitatibus ſuis.[a] Cõgregatúſq; eſt omnis populus quaſi vir vnus ad plateam quæ eſt ante portã aquarum,& dixerunt Eſdræ Scribæ,vt afferret librum

c. Omnes hæ ciuitates vt p. primum ſunt ſortis Iudæ vel Beniamin. Vnde cõſtat hos qui redierũt,tribus fuiſſe vel Iudæ vel Beniamin, præter ſacerdotes & Leuitas, qui inter eos mixti erant.

d. Sacerdotes ſextum gradum tenent in eccleſia,qui & presbyteri, id eſt ſenio-res dicũtur,qui præſunt eccleſiæ dei, & eius ſacramenta conficiunt.Hiero. de ſeptem gradibus eccleſiæ.

e. Leuitæ quintum gradum tenent,& hi diaconi dicuntur , quorum ſors deus eſt. Idem ibidem.

f. Cantores, qui & lectores dicuntur, tertium gradum in eccleſia tenent,quorum eſt munus prophetias populo exponere. Idem vbi prius.

g. Ianitores,qui & oſtiarij, portis Ieruſalem præerãt, ſucceſſores eorũ portis pãradiſi,qui ſecundum gradũ in eccleſia obtinent. Idem.

h. Nathinæi, qui & ſubditi coni quartum eccleſiæ gradum tenent, in humilitate domino ſeruientes. Idem.

i. Filij ſeruorum Salomonis dicebantur authores tẽpli,qui curam habebant ad ſartarectã reficienda , aut quæcunque fuiſſent vexata,per eos denuo de ſacra pecunia reſtaurarent. Bed. k. Belinean generationis, ſcilicet qua eorum genealogia recenſeretur.

a. Nutãda eſt populi deuotio ſimul & concordia, qui quaſi vir vnus, hoc eſt, vna eadẽmque fide & diſciplinæ ad templũ domini conuenit. Rogauitque pontificem ſuũ, vt allato libro mãdaret ſibi legis, quæ agere deberent explicares: vt ciuitate ædificata operis quoque placiti deo ſtructura conſurgeret:ne ſicut antea per negligentiam religionis ciuitatis etiam ruina ſequeretur. Beda ibid.

brum legis Moyſi quam præceperat dominus Iſraeli.[2] Attulit ergo Eſdras ſacerdos legem corã multitudine virorum & mulierum,cunctiſque qui poterant intelligere, in die prima menſis ſeptimi.[3] Et legit in eo aperte,in platea quæ erat ante portã aquarum,de mane vſque ad mediam diem,in conſpectu virorum & mulierum,& ſapientium.Et aures omnis populi erãt arrectæ ad librum.[b][4] Stetit autem Eſdras Scriba ſuper gradum ligneum quẽ fecerat ad loquendum, & ſteterunt iuxta eum Mathathias & Semeia & Anaia, & Vria , & Helcia,& Maaſia ad dextram eius : Et ad ſiniſtram, Phadaia,Miſael,& Melchia,& Haſum, & Hasbaddana,Zacharia,& Moſollam.[5] Et aperuit Eſdras librum corã omni populo.Super vniuerſum quippe populum eminebat.Et cum aperuiſſet eum , ſtetit omnis populus,[6] & benedixit Eſdras domino deo voce magna.Et reſpõdit omnis populus,Amen,amẽ,eleuãs manus ſuas.Et incuruati ſunt,& adorauerunt deũ proni in terrã.[7] Portò Ieſue,& Bani,& Serabia,Iamin, Accub,Sebthai,Hodia,Maaſia,Celita,Azarias,Iozabed,Hanan,Phalaia,Leuitę ſilentiũ faciebant in populo ad audiendam legem.Populus autem ſtabat in gradu ſuo,[8] & legerunt in libro legis dei diſtinctè & apertè ad intelligẽdum,& intellexerunt cum legeretur.[9] Dixit autẽ Nehemias,(ipſe eſt Atherſatha) & Eſdras ſacerdos & Scriba, & Leuitæ interpretantes vniuerſo populo : Dies ſanctificatus eſt domino deo noſtro. Nolite lugere,& nolite flere. †Flebat enim omnis populus cum audiret verba legis,[10] & dixit eis:Ite, comedite pinguia, & bibite mulſum, & mittite partes eis qui non præparauerunt ſibi,quia ſanctus dies domini eſt,& nolite cõtriſtari.Gaudiũ etenim domini eſt fortitudo noſtra.[11] Leuitæ autẽ ſilẽtiũ faciebãt in omni populo,dicentes: Tacete,quia dies ſanctus eſt, & nolite dolere.[12] Abiit itaq; omnis populus vt comederet,& biberet,& mitteret partes,& faceret lætitiã magnã,quia intellexerant verba quæ docuerat eos.[13] Et in die ſecundo congregati ſunt principes familiarum vniuerſi populi , ſacerdotes & Leuitę ad Eſdrã Scribam , vt interpretaretur eis verba legis.

†[14] Et [c] inuenerũt ſcriptum in lege,præcepiſſe dominum in manu Moyſi,vt habitent filij Iſrael in tabernaculis in die ſolenni menſis ſeptimi,[15] & vt prędicent & diuulgent vocem in vniuerſis vrbibus ſuis,& in Ieruſalem,dicentes:Egredimini in montem,& afferte frondes oliuæ , & frondes ligni pulcherrimi, frondes myrti, & ramos palmarum,& frõdes ligni nemoroſi,vt fiãt tabernacula ſicut ſcriptum eſt.[16] Et egreſſus eſt populus & attulerunt , fecerúntque ſibi tabernacula vnuſquiſque in domate ſuo, & in atriis ſuis , & in atriis domus dei , & in platea portæ aquarum , & in platea portæ Ephraim.[d][17] Fecit ergo vniuerſa Eccleſia eorum qui redierant de captiuitate,tabernacula, & habitauerunt in tabernaculis. Non enim fecerant à diebus Ioſue filij Nun taliter filij Iſrael vſque ad diem illum.Et fuit lætitia magna nimis.[18] Legit autem in libro legis dei per dies ſingulos à die primo vſque ad diem nouiſſimum:& fecerunt ſolennitatem ſeptem diebus,& in die octauo collectam,iuxta ritum.

b. Stetit ergo Eſdras ſuper gradum ligneum, quẽ fecerat ad loquendũ iuxta portam aquarum ,id eſt portã atrij , ſecus quam erant lateres, & legit de mane vſq; ad medium. diẽ. Leuitæ vero duodecim ſilentium faciebant in populo. Flebat autem omnis populus, & dixit ad eos Eſdras:Nolite cõtriſtari,quia ſanctus dies domini eſt:ſed rẽ,comedite pinguia, & bibite mulſum, & date partes eis qui non præparauerũt ſibi. Comeſtor.ca.9. in hiſtoria Iudith.

c. Erat olim hoc feſtum venerabile, cum iuxta legem fieret, deinque iuſſu: nunc autem nõamplius,eò quod tota illius dignitas ſublata eſt , eò quod contra dei mentem celebratur. Chryſoſt. aduerſos Iudæos oratione quarta.

d. Quantum ex litera ſonat,ipſa quidem ſceno pegia ſeptem diebus agi ſolebant, id eſt à quintadecima die ſeptimi menſis lunæ, vſque ad viceſimũ primam. Deinde octauo die. i.22. die eiuſdẽ menſis collecta populi denuo agebatur maiori feſtiuitate inſignis;vt ſcriptum eſt Leuitic.23. Beda ibidem.

Alienigenis expulſis vxoribus & filiis enarrat Eſdras dei beneficia, principum ſcelera,& cum domino fœdus ineunt. IX.

IN † [a] die autem viceſimoquarto menſis huius conuenerunt filij Iſrael in ieiunio,& in ſaccis,& humus ſuper eos.[2] Et ſeparatum eſt ſemẽ filiorum Iſrael ab omni filio alienigena,& ſteterunt & confitebantur peccata ſua , & iniquitates patrum ſuorum.[3] Et conſurrexerunt ad ſtandum, & legerunt in volumine legis domini dei ſui quater in die , & quater in nocte confitebantur & adorabant dominum deum ſuum.[4] Surrexerunt autem ſuper gradum Leuitarum Ioſue & Bani,Cedmiel,& Sebania,Bunni & Sarebia,Bani,& Chenani,& clamauerunt magna voce ad dominum deum ſuum.[5] Et dixerunt Leuitæ, Ioſue, & Cedmiel,Bani,Haſabneia,Serebia, Hodaia,Sebania,Phathahia: Surgite, benedicite domino deo noſtro , ab æterno vſque in æternum. Et benedicant nomini gloriæ tuæ excelſo in omni benedictione & laude.[6] Et dixit Eſdras : Tu ipſe domine

a. Quia audierant in lege Ammonites & Moabites nõ intrabũt eccleſiam dei, ſeparauerunt ab eccleſia alienigenas : & in mũdationem ſuam ſtatuerũt in cradiũum generale ieiunium, vt affligerent animas ſuas homines & iumenta vſque ad pueros ſeptennes,& cõuenerunt octies ad audiendam legem , quater in die, & quater in nocte. Lectione terminata proſternebatur populus ad orãdum, & fiebant preces ſuper eũ:& rãdem benedictio ſacerdotalis. Et ex his,vt dicit Beda, eccleſia traxit exemplum. Comeſt. cap. 9. in hiſto. Iudith.

Universidad de Deusto
Biblioteca

solus,tu fecisti cœlum,& cœlum cœlorum,& omnem exercitum eorum, terram, & vniuersa quæ in ea sunt,maria & omnia quæ in eis sunt:Et tu viuificas omnia hæc:& exercitus cœli te adorat.†[7] Tu ipse domine deus, qui elegisti Abram, & eduxisti eũ de igne Chaldæorum:&†posuisti nomen eius Abraham,[8] & inuenisti cor eius fidele coram te,&†percussisti cum eo fœdus,vt dares ei terram Chananæi,Hethęi,Heuæi, & Amorræi,& Pherezæi,& Iebusæi,& Gergesęi,vt dares semini eius:& implesti verba tua:quoniam iustus es:&†[9] vidisti[b] afflictionem patrum nostrorũ in Ægypto,clamoremque eorum audisti super mare rubrũ:[10] & dedisti signa & portẽta in Pharaone,& in vniuersis seruis eius, & in omni populo terræ illius. Cognouisti enim quia superbè egerant contra eos,& fecisti tibi nomen,sicut & in hac die,[11] &mare diuisisti ante eos:& transierunt per medium maris in sicco:† persecutores autẽ eorũ proiecisti in profundum,quasi lapidem in aquas validas:&†in columna nubis ductor eorũ fuisti per diem,[12] & in columna ignis per noctem:vt appareret eis via per quã ingrediebantur.†[c13] Ad montem quoque Sinai descendisti,& locutus es cum eis de cœlo, & dedisti eis iudicia recta,& legẽ veritatis,cæremonias, & præcepta bona,[14] & sabbatum sanctificatum tuum ostendisti eis,& mandata & cæremonias & legem præcepisti eis in manu Moysi serui tui.[15] Panem quoque de cœlo dedisti eis in fame eorũ, & aquã de petra eduxisti eis sitientibus,& dixisti eis vt ingrederentur & possiderent terram super quam leuasti manum tuã vt traderes eis.[16] Ipsi verò & patres nostri superbè egerunt,& indurauerũt ceruices suas,& non audierũt mãdata tua,[17] & noluerunt audire,& nõ sunt recordati mirabilium tuorum quæ feceras eis, & indurauerũt ceruices suas,& dederunt caput vt cõuerterẽtur ad seruitutem suã,quasi per contentionem.Tu autem deus propitius,clemẽs,& misericors,longanimis, & multæ miserationis,nõ dereliquisti eos.[18] Et quidẽ cũ fecissent sibi vitulum cõflatilem, & dixissent:†Iste est deus tuus qui eduxit te de Aegypto,fecerúntque blasphemias magnas:[19] tu autem in misericordiis tuis multis nõ dimisisti eos in deserto.†Columna nubis nõ recessit ab eis per diem,vt duceret eos in viã,& columna ignis per noctẽ,vt ostenderet eis iter per quod ingrederentur.[20] Et spiritum tuũ bonum dedisti qui doceret eos, & manna tuum non prohibuisti ab ore eorum: & aquam dedisti eis in siti.†[21] Quadraginta annis pauisti eos in deserto,nihilque eis defuit. Vestimenta eorũ nõ inueterauerunt,& pedes eorũ non sunt attriti.[d22] Et dedisti eis regna & populos: & partitus es eis sortes. Et possederunt terrã Sehon, & terrã Regis Hesebon, & terram Og Regis Basan.[23] Et multiplicasti filios eorum sicut stellas cœli,& adduxisti eos ad terrã de qua dixeras patribus eorũ vt ingrederentur & possiderent.[24] Et venerunt filij,& possederunt terram: & humiliasti coram eis habitatores terræ Chananæos, & dedisti eos in manu eorum,& Reges eorũ, & populos terræ:vt facerent eis sicut placebat illis.[25] Ceperunt itaque vrbes munitas,& humum pinguem, & possederũt domos plenas cũctis bonis,cisternas ab eis fabricatas, vineas & olueta, & ligna pomifera multa. Et comederunt & saturati sunt, & impinguati sunt,& abundauerunt deliciis in bonitate tua magna.[26] Prouocauerunt autẽ te ad iracundiã,& recesserũt à te, & proiecerunt legẽ tuã post terga sua. Et prophetas tuos occiderũt, qui cõtestabantur eos vt reuerterentur ad te:fecerúntq; blasphemias grãdes.[27] Et dedisti eos in manum hostium suorum,& afflixerunt eos. Et in tẽpore tribulationis suæ clamauerunt ad te,& tu de cœlo audisti,& secundum miserationes tuas multas dedisti eis saluatores qui saluarent eos de manu hostium suorum.[28] Cúmq; requieuissent, reuersi sunt vt facerent malum in conspectu tuo: & dereliquisti eos in manu inimicorum suorum,& possederunt eos.[e] Cõuersíque sunt & clamauerunt ad te. Tu autem de cœlo exaudisti & liberasti eos in misericordiis tuis multis tẽporibus:[29] & cõtestatus es eos vt reuerterentur ad legem tuam. Ipsi verò superbè egerunt,& non audierunt mãdata tua,& in iudiciis tuis peccauerunt,quæ faciet homo, & viuet in eis. Et dederunt humerum recedentẽ,& ceruicem suã indurauerunt,nec audierunt.[30] Et protraxisti super eos annos multos,& cõtestatus es eos in spiritu tuo per manum Propherarũ tuorum

b. Cor Aegyptiorum non dei[s] depranauit à recto, sed cum sponte mali essent, & tales vt possent inuidere fœlicibus, in odium illos Hebræorum conuertit beneficentia sua, qua populũ suum mulcyolicabat: beneficiendo autem tuis,Aegyptios ad eorum mucitias incitante, non ipsos malos faciẽdo,sed illis bona,quæ malos vrerent,largiendo. Prosper Psalm.104.

c. Quando Iudæi de Aegyptiorũ dominatione & tyrannide sunt liberati,& effugiẽtes manus Pharaonis ad eremum perrexerũ intraturi terram Chananæorum repleram idolorũ cultibus, adorantium ligna & lapides, legẽ acceperũt, vt cum fuissent ingressi,nõ acciperent filias eorum in matrimonio,neque connubia mutuò iungerent,neque cõsuetis sociarent, ne per societatem mutui auertentes illos à mãdatis domini, & deptauarent mores eorum. Chrysost. ex variis in Matt. locis.homil.16.

d. Interfectiones quidẽ regum & gentium aduersantium populo dei,ita vt narrantur, impleræ sunc: sed quia propheticus est textus historiæ, nõ carent figuris scriptorum nominum qualitates,vt per interpretationem significationem cognoscat ecclesia, quorum maximè hostium cade salueur. Interpretatur nãque Sehon tentatio eorum, & Ammorræi increpẽtium maricantes. Cum itaq; tẽtatio eorũ non fit nisi mẽdacij, quod vt facilius obrepat, colorem sibi veritatis adsũmunt, quid mirũ ũ amaricantes mendacis Regis simulatione ducuntur? quoniam & ipse diabolus mendacij pater, transfigurat se in angelũ lucis. Prosper in Psal.134.

e. Qui terrena atque humilia veris non expetunt, sed cœlestia atq; sublimia,tam cesi lingua sileant, mẽte tamen ac spiritu palam clamant, & cœli clamos quàm facillimè perueniũt ad aures domini: vnde etiam exaudiuntur,& ab omni eripiuntur tribulatione ac miseria, vel quia ab omni aduersitate à deo liberantur, vel quia fortitudine animæ cõstantia omnem afflictionis impetum superant: quæ res etiam liberatio dicitur. Eu thymius in Psal.33.

rum,& non audierunt:& tradidisti eos in manũ populorum terrarũ.[31] In misericordiis autem tuis plurimis non fecisti eos in consumptionem,nec dereliquisti eos:quoniam deus miserationum & clemens es tu.†[32] Nunc itaque Deus noster,magne,fortis,& terribilis,custodiẽs pactũ & misericordiã, ne auertas à facie tua omnem laborem qui inuenit nos,Reges nostros,principes nostros, & sacerdotes nostros,& prophetas nostros,& patres nostros,& omnem populum tuum,à diebus Regis Assur vsque ad diem hanc.[33] Et tu iustus es in omnibus quæ venerũt super nos, quia veritatẽ fecisti.[f] Nos autẽ impiè egimus.[34] Reges nostri,principes nostri,sacerdotes nostri, & patres nostri non fecerunt legem tuam, & non attenderunt mandata tua & testimonia tua quæ testificatus es in eis.[35] Et ipsi in regnis suis bonis,& in bonitate tua multa quam dederas eis,& in terra latissima & pingui quam tradideras in conspectu eorũ, non seruierunt tibi,nec reuersi sunt à studiis suis pessimis.[36] Ecce nos ipsi hodie[g] serui sumus,& terra quam dedisti patribus nostris vt comederẽt panẽ eius,& quæ bona sunt eius,& nos ipsi,serui sumus in ea:[37] & fruges eius multiplicantur Regibus quos posuisti super nos propter peccata nostra, & corporibus nostris dominantur, & iumentis nostris secũdum voluntatem suam:& in tribulatione magna sumus:[38] Super omnibus ergo his nosipsi percutimus fœdus & scribimus, & signãt principes nostri, Leuitæ nostri,& sacerdotes nostri.

f. Simile est quod fatetur Danie.9. at Peccauimus, iniquè egimus, impiè egimus & recessimus & declinauimus à mãdatis tuis atque iudiciis. Vnde peccata populi, quia vnus è populo est, enumerat ex persona sua. Hieron. ibid.

g. Prima ergo seruitutis causa peccatum est: vt homo hominis cõditionis vinculo subderetur, quod non fit aliũ deo iudicante, apud quem non est iniquitas, & nouit diuersas pœnas meritis distribuere delinquentium. Aug. de ciuita. dei lib.19. cap.15.

Iurantes Hebræi se legem domini seruaturos, primitias & decimas de terris & operibus suis domino offerunt. X.

[A] Signatores autem fuerunt[a] Nehemias Athersatha,filius Hachelai, & Sedecias,[2] Saraias, Azarias, Hieremias,[3] Pheshur, Amarias, Melcias,[4] Hattus, Sebenia, Melluch,[5] Harem, Merimuth, Obdias,[6] Daniel, Genthon, Baruch,[7] Mosollam, Abia, Miamin,[8] Maazia, Belgai, Semeia:hi sacerdotes.[9] Porro Leuitæ: Iosue filius Azaniæ, Bennui de filiis Henadad, Cedmiel,[10] & fratres eorum,[11] Secheuia, Hodia, Celita, Phalaia, Hanan, Micha, Rohob, Hasebia,[12] Zacchur, Serebia, Sabania,[13] Hodia, Bani, Beninu.[14] Capita populi: Pheros, Phahathmoab, Elã, Zerthu, Bani,[15] Bonni, Azgad, Bebai,[16] Adonia, Beguai, Adin,[17] Ater, Hezecia, Azur,[18] Hodia, Hasum, Bezai,[19] Hareph, Anathoth, Nebai,[20] Megphias, Mosollã, Hazir,[21] Mesizabel, Sadoc, Ieddua,[22] Phelthia, Hanan, Anaia,[23] Hosea, Hanania, Hassub,[24] Alohes, Phalea, Sobec,[25] Rehũ, Hasebna, Maasia,[26] Ahia, Hanã, & Anã,[27] Melluch, Harem, Baana:[28] &reliqui de populo, Sacerdotes, Leuitæ, ianitores, & cãtores, Nathinæi, & omnes qui se separauerũt de populis terrarũ ad legẽ dei, vxores eorũ, filij eorum, & filiæ eorũ: omnes qui poterãt sapere[29] spõdentes pro fratribus suis, optimates eorũ, & qui veniebãt ad pollicendũ & iurandũ vt ambularẽt in lege domini quã dederat in manu Moysi serui sui, vt facerẽt & custodirẽt vniuersa mandata domini dei nostri, & iudicia eius, & cæremonias eius,[30] & vt non daremus filias nostras populo terræ, & filias eorũ nõ acciperemus filiis nostris.[31] Populi quoque terrę qui importãt venalia, & omnia ad vsum per diẽ[b] sabbati vt vẽdant, nõ accipiemus ab eis in[c] sabbato, & in die sanctificato: Et dimittemus annum septimum, & exactionẽ vniuersę manus.[32] Et statuemus super nos præcepta, vt demus tertiam partem sicli per annum ad opus domus dei nostri,[33] ad panes propositionis, & ad sacrificium sempiternum, & in holocaustum sempiternũ, in sabbatis, in Kalendis, in solennitatibus, & in sanctificatis, & pro peccato: vt exoretur pro Israel, & in omnẽ vsum domus dei nostri.[34] Sortes ergo misimus super oblationem lignorũ inter sacerdotes & Leuitas, & populũ, vt inferrentur in domum dei nostri per domos patrum nostrorum, per tempora à temporibus anni vsque ad annum: vt arderent super altare domini dei nostri, sicut scriptum est in lege Moysi.[35] Et vt afferremus [d] primogenita terræ nostræ, & primitiua vniuersi fructus omnis ligni ab anno in annum in domo domini: & primitiua filiorum nostrorũ, & pecorum nostrorum, sicut scriptum est in lege:[36] & primitiua boum nostrorũ, & ouium nostrarũ, vt offerrentur in domo dei nostri sacerdotibus qui

a. Nehemias Bimonitis erat: quia hic & pluribus huius libri locis Athersatha dicitur, vt supra cap. 7. & 1. Esdræ. 2. cum dicitur, Dixit autem Nehemias, ipse est Athersatha, & Esdras scriba. Beda ibidem.

b. Et nobis sabbatũ spiritale semper agẽdum, semper à seruili opere, hoc est à peccato seruandũ, semper vacandũ & videndũ quoniã dominus ipse est deus, vt post eale sabbatũ liberati à peccatis conscientiæ, peruenire possimus ad sabbatum futura in cœlis gloriæ. Idem.

c. De seruili obseruatione sabbati, & de vindicta temporalis mortis, iam multa dicta sunt. Sicut enim tempore charitatis bonitas, sic tempore timoris seueritas dei maximè cõmendatur. Et cum adhuc nõ oporteret ante aduentũ domini nudare populo legis umbrã & sacramenta figurarum, nõ inutilẽ habetur significata intelligere, sed iuste cogebãtur implere. Aug. cõtra Adimantũ Manich. suũ ca.17.

d. Agricolarum plebẽ decimas in vrbem conferre iussit, vt esset vnde sacerdotes ac Leuitæ viuerent, nec auocarentur à diuinis cultu ac cæremoniis: quod quidem illi perlibenter fecerunt, & hoc pacto factũ est vt verba magis frequentaretur in posterũ. Ioseph. lib.11. cap.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ministrant in domo dei nostri.[37] Et primitias ciborum nostrorũ,& libaminũ nostrorum,& poma omnis ligni,vindemiæ quoque & olei, afferemus sacerdotibus ad gazophylacium dei nostri,& decimã partem terræ nostrę Leuitis. Ipsi Leuitę decimas accipient ex omnibus ciuitatibus operũ nostrorum.[38] Erit autem sacerdos filius Aaron cum Leuitis in decimis Leuitarum: & Leuitę offerent decimam partem decimę suę in domo dei nostri ad gazophylacium in domo thesauri.[39] ad gazophylacium enim deportabunt filij Israel & filij Leui primitias frumẽti,& vini, & olei,& ibi erũt vasa domini sanctificata,& sacerdotes,& cantores,& ianitores,ministri,& nõ dimittemus domum dei nostri.

Incolæ Ierusalem & ciuitatum Iuda post instaurationem. XI.

a. Porrò Nehemias videns vrbem ferè vacuam factam habitantibus,rogauit optimates vt habitarent in Ierusalẽ & benedixit eis qui se sponte obtulerunt. Reliqua vero multitudo misit sortem, & decimũ caput fecit habitare in Ierusalẽ. Comest.in hist Iudith.c.10
b Nũc complecta est dispositio quæ mox facta ciuitate erat inchoata, sed vsque ad hoc tẽpus nequibat consummari prius quã recensito populi numero, & expletis solennis septimi mẽsis, qui videlicet in ipsa sancta ciuitate, qui & in aliis vrbibus habitare debebant. Beda ibidem.
c. Notandum iuxta fidem sacræ historiæ, quia nõ alij erant qui in Ierusalem habitasse dicantur, quàm de tribu Iuda & Beniamin, & Leuitæ: qui vero de decem tribubus redierũt, in vrbibus quisque suis habitauerunt in quibus etiam sacerdotes & Leuitæ decretum sibi ex lege portionem tenebant. Tribus nanq; Beniamin in Ierusalẽ antiquitus manebat: quoniã hunc ciuitas illa sorte prouenit. Tribus autẽ Iuda illuc migrauit temporibꝰ Dauid, cum eam totius Israelitici populi & regni metropolim fecit. Quibus & Leui tribus addita est, ex quo ibidem arca testamenti introducta est, & altare ac templum dei ibidem constructum est. Beda ibidem.

d. Bersabee ad austrũ plagã terminus erat tribus Iuda, valles autem filiorum Ennon ad aquilonẽ iuxta Ierusalem, eerius tamen orientem. Idem.

A Habitauerunt[a] autem principes populi in Ierusalem: reliqua verò plebs misit sortem, vt tolleret vnam partem de decem qui habitaturi essent in Ierusalem ciuitate sancta, nouem verò partes in ciuitatibus.[2] Benedixit autem populus omnibus viris qui se sponte obtulerant vt habitarent in Ierusalem.[b] [3] Hi sunt itaque principes prouincię,qui habitauerunt in Ierusalem & in ciuitatibus Iuda. Habitauit autem vnusquisque in possessione sua in vrbibus suis, Israel,sacerdotes,Leuitæ,Nathinæi, & filij seruorum Salomonis,[c] [4] & in Ierusalem habitauerunt de filiis Iuda,& de filiis Beniamin. De filiis Iuda,Athaias filius Aziam, filij Zachariæ,filij Amarię,filij Saphatiæ,filij Malaleel. De filiis Phares,[d] Maasia,filius Baruch,filius Cholhoza,filius Hazia,filius Adaia,filius Ioiarib,filius Zachariæ, filius Silonitæ.[6] Omnes hi filij Phares, qui habitauerunt in Ierusalem, quadringenti sexaginta nouem viri fortes.[7] Hi sunt autem filij Beniamin: Sellum filius Mosollam, filius Ioed,filius Phadaia,filius Colaia,filius Maasia,filius Etheel,filius Iesaia.[8] Et post eum Gabbai,Sellai,nongentiviginticocto.[9] Et Ioel filius Zechri præpositus eorũ,& Iudas filius Senua super ciuitatẽ secundus.[10] Et de sacerdotibus,Idaia filius Ioiarib,Iachin, [11] Saraia filius Helciæ,filius Mosollã,filius Sadoch,filiꝰ Meraioth,filius Achitob,princeps domus dei,[12] & fratres eorum facientes opera templi,octingẽtiviginti duo. Et Adaia filius Ierohã,filius Pheleia,filius Amsi,filius Zachariæ,filius Pheshur,filius Melciæ:[13] & fratres eius principes patrũ,ducẽti quadraginta duo: & Amasai filius Azreel, filius Ahazi,filius Mosollamoth,filius Emmer,[14] & fratres eorum potentes nimis,centum viginticocto: & præpositus eorum Zabdiel filius potentium:[15] & de Leuitis, Semeia filius Hassub,filius Azaricam,filius Hasabia,filius Bonni,[16] & Sabbathai,& Iosabed,super omnia opera quæ erant forinsecus in domo dei à principibus Leuitarum: [17] & Mathania filius Micha,filius Zebedęi,filius Asaph,princeps ad laudãdum & confitendum in oratione: & Becbecias secũdus de fratribus eius, & Abda filius Sammua,filius Galal,filius Idithun.[18] Omnes Leuitæ in ciuitate sancta, ducẽti octoginta quatuor:[19] & ianitores,Accub,Telmon,& fratres eorũ qui custodiebãt ostia, cẽtum septuagintaduo:[20] & reliqui ex Israel sacerdotes & Leuitæ in vniuersis ciuitatibus Iuda,vnusquisq; in possessione sua,[21] & Nathinæi qui habitabãt in Ophel,& Sicha,& Gaspha. De Nathinæis,[22] & episcopis Leuitarum in Ierusalẽ,Azzi,filius Banni, filius Asabiæ,filius Mathaniæ,filius Michæ. De filiis Asaph: cantores in ministerio domus dei.[23] Præceptũ quippe Regis super eos erat,& ordo in cantoribus per dies singulos, [24] & Phathahia filius Mesezebel,de filiis Zara,filij Iuda in manu regis iuxta omne verbum populi:[25] & in domibus per omnes regiones eorum. De filiis Iuda habitauerũt in Cariatharbe,& in filiabus eius: & in Dibon, & in filiabus eius: & in Cabseel,& in viculis eius,[26] & in Iesue, & in Molada,& in Bethphalet,[27] & in Hasersual,& in Bersabee,& in filiabus eius,[28] & in Siceleg,& in Mochona,& in filiabus eius:[29] & in Remmõ,& in Sara,& in Ierimuth,[30] Zonoa,Odollã,& in villis earũ: Lachis,& in regionibus eius: Azeca,& in filiabus eius: & mãserũt in[d] Bersabee vsq; ad vallẽ Ennon.[31] filij autẽ Beniamin, Ageba,Mechmas,& Hai,& Bethel,& filiabus eius:[32] Anathoth,Nob, Anana,[33] Hasor,Rama,Gethaim,[34] Hadid,Seboim,Neballat,Lod[35] & Ono valle artificum:[36] & de Leuitis portiones Iudæ & Beniamin.

Sacerdotum & Leuitarum nomina & officia,atque custodum thesaurorum. XII.

a. Hic principes sacerdotũ vnà cũ fratribus suis,id est monitoribus sacerdotibus,ac Leuitæ describuntur, qui cũ Zorobabele & Iosue filio Iosedec de captiuitate Babylonis ascenderunt. Beda ibidem.

A Hi[a] sunt autem sacerdotes & Leuitæ,qui ascenderunt cũ Zorobabel filio Salathiel, & Iosue: Saraia, Ieremias,Esdras,[2] Amaria, Melluc, Hattus,[3] Sechenias,Rehum,Merimuth,[4] Addo,Gẽthon,Abia,[5] Miamin,Maadia,Belga,[6] Semeia,& Ioiarib,[7] Idaia,Sellũ,Amoc, Helcia, Iedaia. Isti principes sacerdotum & fratres eorum in diebus Iosue,[8] Porrò Leuitæ,Iesua,Bẽnui,Cedmiel,Sarebia,Iuda,Mathanias super hymnos, ipsi, & fratres eorũ,[9] & Becbecia,atq; Hanni,& fratres eorũ,vnusquisq; in officio suo,[10] Iosue autẽ genuit Ioacim,& Ioacim genuit Eliasib,& Eliasib genuit Ioiada,[11] & Ioiada genuit Ionathan,& Ionathan genuit Iaddua.[12] In diebus autẽ Ioacim erãt sacerdotes principes familiarũ,Saraiæ,Meraia:Ieremiæ,Hanania:[13] Esdræ,Mosollã:Amariæ,Iohanan:[14] Milicho,Ionathan:Sebeniæ,Ioseph:[15] Haran,Edna:Meraioth,Helci:[16] Adaiæ,Zacharia:Genthon,Mosollam:[17] Abiæ,Zechri:Miamin & Moadiæ,Phelti:[18] Belgæ,Sãmua:Semaiæ,Ionathã:[19] Ioiarib,Mathanai:Iedaiæ,Azzi:[20] Sellai,Celai:Amoc, Eber:[21] Helciæ,Hasebia:Idaiæ,Nathanael.[22] Leuitæ in diebus Eliasib,Ioiada,& Iohanan,& Ieddoa,scripti principes familiarũ,& sacerdotes in regno Darij Persæ.[b] [23] Filij Leui principes familiarũ scripti in libro verborũ dierũ,& vsque ad dies Iohanan filij Eliasib.[24] Et principes Leuitarum: Hasabia,Serebia,& Iesue filius Cedmiel,& fratres eorũ per vices suas,vt laudarent & confiterentur iuxta præceptum Dauid viri Dei,& obseruarent æquè per ordinem.[25] Matthania,& Becbecia,& Obedia,Mosollã, Telmon,Accub:custodes portarum & vestibulorum ante portas.[26] Hi in diebus Ioacim filij Iosue filij Iosedec,& in diebus Nehemiæ Ducis,& Esdræ sacerdotis Scribęq;.[c] [27] In dedicatione autẽ muri Ierusalem requisierũt Leuitas de omnibus locis suis,vt adducerent eos in Ierusalem,& facerent dedicationem & lætitiam in actione gratiarũ, & cantico,& in cymbalis,psalteriis,& citharis.[28] Congregati sunt autem filij cantorum & de cãpestribus circa Ierusalem,& de villis Netuphati,[29] & de domo Galgal, & de regionibus Geba,& Asmaueth: quoniã villas ædificauerũt sibi cãtores in circuitu Ierusalẽ.[d] [30] Et mundati sunt sacerdotes & Leuitæ,& mundauerunt populum, & portas & murum.[31] Ascẽdere autem feci principes Iuda super murum: & statui duos magnos choros laudantium. Et ierunt ad dextrã super murum ad portã sterquilinij. [32] Et iuit post eos Hosaias,& media pars principum Iuda,[33] & Azarias,Esdra, & Mosollam,Iuda,& Beniamin,& Semeia,& Ieremia.[34] Et de filiis sacerdotũ in tubis: Zacharias filius Ionathan,filius Semeiæ,filius Mathaniæ,filius Michaiæ,filius Zechur, filius Asaph,[35] & fratres eius,Semeia,& Azarel,Malalai,Galalai,Maai, Nathanael, & Iuda,& Anani in vasis cantici Dauid viri dei: & Esdras Scriba ante eos[36] in porta fontis. Et cõtra eos ascenderũt in gradibus ciuitatis Dauid in ascensu muri super domũ Dauid,& vsque ad portã aquarũ ad orientẽ.[37] Et chorus secundus gratias referentiũ ibat ex aduerso,& ego post eum. Et media pars populi super murum & super turrim furnorum,& vsque ad murum latissimum,& super portam Ephraim,[38] & super portam antiquam,& super portã piscium,& turrim Hananeel,& turrim Emath, & vsq; ad portam gregis: & steterũt in porta custodiæ.[39] Steterúntque duo chori laudantiũ in domo dei,& ego & dimidia pars magistratuum mecum.[40] Et sacerdotes,Eliacim, Maasia,Miamin,Michea,Elioenai,Zacharia,& Hanania in tubis,[41] & Maasia & Semeia,& Eleazar,& Azzi,& Iohanan,& Melcia,& Elan, & Ezer. Et clare cecinerunt cantores,& Iezraia præpositus.[42] Et immolauerũt in die illa victimas magnas, & lætati sunt. Deus enim lætificauerat eos lætitia magna. Sed & vxores eorũ & liberi gaudebãt: ita vt procul audiretur lætitia Ierusalẽ procul.[43] Recẽsuerũt quoque in die illa viros suos: & audita est lætitia Ierusalẽ procul.[44] Et constituti sunt in die illa viri super gazophylacia thesaurorum,& primitiarum,& decimarum,vt introferrent in eis de agris ciuitatum partes legis sacerdotibus & Leuitis: quia lætus erat Iuda super sacerdotibus & Leuitis qui stabant.

b. Cæterũ tribus sola honorata sacerdotio à negotiis ad victũ pertinẽtibus liberata erat, neque colebãt agros, neque tractabãt opificia, neq; præterea huius generis quicquã exercebant. Chry. aduersus Iudæos.or.4

c. Post aliquot tẽpus congregati sunt in Ierusalẽ ad dedicationẽ muri: Et accedẽrũt sacerdotes & Leuitæ, & cãtores cũ musicis instrumentis, & psallentes incedebãt per murũ, Esdras verò præcedebat, Nehemias & optimates cũ eo super alteram partem muri incedebant psallentes: reliqua vero multitudo sequebatur eos super terrã, & ducebãt choros. Comest.c.10.in hist. Iudith.

d. Mũdari sunt autem sacerdotes & Leuitæ orationibus & oblationibus victimarũ, simul & ab vxoribus cõcinendo. Et mũdauerũt populũ eandem cõtinentiam prædicãdo. Mũdauerũt & portas & murũ cũ tubis & cãticis psalmorũ, comitãte ipso populo circũcũdo. Expleto vero circũitu victimas magnas pro statu ciuitatis & ciuitatis obtulerũt. Beda ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tificatus est Iuda in sacerdotibus & Leuitis astãtibus.[44] Et custodierunt obseruationem dei sui,& obseruationem expiationis,& cantores & ianitores, [c] iuxta præceptũ Dauid & Salomonis filij eius.[45] quia in diebus Dauid & Asaph ab exordio erãt principes constituti cantorum in carmine laudantium & confitentium deo. [46] Et omnis Israel in diebus Zorobabel & in diebus Nehemiæ dabãt partes cãtoribus & ianitoribus per dies singulos,& sanctificabãt Leuitas,& Leuitæ sanctificabãt filios Aaron.

c Præceptum Dauid patet 3.Reg.1.& 1.Para.21. quomodo & quo numero ordinauerit principes sacerdotii, sacerdotes,Leuitas & ianitores.

Lecto Deuteronomio eiiciuntur alienigenæ,partes Leuitis assignantur,& sabbati violatores puniuntur. XIII.

IN die autem illo lectum est in volumine Moysi audiente populo: & inuentum est scriptum in eo,†quòd non debeant introire[a] Ammonites & Moabites in ecclesiam dei vsque in æternum,[2] eo quòd non occurrerint filiis Israel cum pane & aqua,& † conduxerũt aduersum eos Balaam ad maledicendum eis,& conuertit Deus noster maledictionem in benedictionem.[1] Factum est autem cũ audissent legem, separauerunt omnem alienigenam ab Israel. [4] Et super hoc erat Eliasib sacerdos,qui fuerat præpositus in gazophylacio domus dei nostri,& proximus [b] Tobiæ.[5] Fecit ergo sibi gazophylacium grande,& ibi erant ante eum reponentes munera,& thus,& vasa,& decimam frumenti,vini, & olei, partes Leuitarum & cantorum & ianitorum,& primitias sacerdotales.[6] In omnibus autem his non fui in Ierusalem:quia in anno triceſimosecundo Artaxerxis regis Babyloniæ veni ad Regem:& in fine dierũ rogaui regem[7] & veni in Ierusalem. [c] Et intellexi malum quod fecerat Eliasib Tobiæ, vt faceret ei thesaurum in vestibus domus dei, [8] & malum mihi visum est valde. Et proieci vasa domus Tobiæ foras de gazophylacio: [9] præcepíque,& emundauerunt gazophylacium. Et retuli ibi vasa domus dei, sacrificium, & thus. [10] Et cognoui quòd partes Leuitarum non fuissent datæ, & fugisset vnusquisque in regionem suam de Leuitis,& cantoribus, & de iis qui ministrabant: [11] & egi causam aduersum magistratus,& dixi: Quare dereliquimus domum dei? Et cõgregaui eos,& feci stare in stationibus suis.[12] Et omnis Iuda apportabat decimam frumẽti,vini & olei in horrea.[13] Et cõstituimus super horrea Selemiam sacerdotem, & Sadoc Scribam,& Phadaiam de Leuitis,& iuxta eos Hanan filium Zaccur, filium Matthaniæ: quoniam fideles comprobati sunt, & ipsis creditæ sunt partes fratrum suorum.[14] Memẽto mei deus meus pro hoc,& ne deleas miserationes meas quas feci in domo dei mei,& in cæremoniis eius.[15] In diebus illis vidi in Iuda calcãtes torcularia in sabbato,portãtes aceruos,& onerãtes super asinos vinum,& vuas,& ficus, & omne onus,& inferentes in Ierusalem die sabbati.Et cõtestatus sum vt in die qua vẽdere liceret,venderẽt.[16] Et Tyrij habitauerũt in ea,inferẽtes pisces,& omnia venalia: Et vendebant in sabbatis filiis Iuda & Ierusalem. [17] Et obiurgaui optimates Iudæ, & dixi eis:Quę est hæc res mala quã vos facitis,& prophanatis diem sabbati? [18] Nũquid non hæc fecerunt patres nostri, & adduxit deus noster super nos omne malum hoc,& super ciuitatẽ hãc:Et vos additis iracundiam super Israel, violãdo sabbatum. [19] Factum est autem cum quieuissent portæ Ierusalem die sabbati,dixi, & clauserunt ianuas,& præcepi vt non aperirent eas vsque post sabbatum.Et de pueris meis cõstitui super portas, [d] vt nullus inferret onus die sabbati.[20] Et manserunt negotiatores & vendentes vniuersa venalia foris Ierusalem semel & bis,[21] & contestatus sum eos, & dixi eis:Quare manetis ex aduerso muri?Si secũdò hoc feceritis, manũ mittã in vos. Itaque ex tempore illo non venerunt in sabbato.[22] Dixíque Leuitis vt mundarẽtur, & venirent ad custodiẽdas portas, & sanctificandã diẽ sabbati. Et pro hoc ergo memento mei deus,& parce mihi secundũ multitudinem miserationum tuarum.[23] Sed & in diebus illis vidi Iudæos ducẽtes vxores Azotidas, Ammonitidas, & Moabitidas:[24] & filij eorum ex media parte loquebãtur Azoticè, & nesciebãt loqui Iudaicè, & loquebantur iuxta linguam populi & populi. [25] Et obiurgaui eos,& maledixi, & percussi ex eis viros, & decaluaui eos, & adiuraui in deo, vt non darent filias suas filiis eorum,& non acciperẽt de filiabus eorũ filiis suis,& sibimetipsis,dicẽs: †[26] Nũquid non in huiusce modi peccauit Salomõ Rex Israel? & certè in gentibus multis nõ erat rex similis ei,& dilectus deo suo erat,& posuit eum deus regem super omnem Israel: & ipsum ergo duxerunt ad peccatum mulieres alienigenæ. [27] Nũquid & nos inobedientes faciemus omne malum grande hoc,vt præuaricemur in deo nostro, & ducamus vxores peregrinas?[28] De filiis autem Ioiada filij Eliasib sacerdotis magni,gener erat Sanaballat Horonites, quem fugaui à me. [29] Recordare domine deus meus aduersum eos qui polluunt sacerdotium,iúsque sacerdotale,& Leuiticũ.[30] Igitur mundaui eos ab omnibus alienigenis,& cõstitui ordines sacerdotum & Leuitarum,vnũquenque in ministerio suo:[31] & in oblatione lignorum in temporibus constitutis, & in primitiis.† Memento mei deus meus in bonum,Amen.

a. Conflat Ammonitas & Moabitas, quia deincepto nati fuot, hæreticorum figurãi tenere: ideóque talium proles, hoc est sectatores hæresium nullam vnquã in ecclesia domini partem habere queunt. Beda ibidem.

b Tobias enim erat Ammonites, inimicus populi dei,vt supra cap.4.a.

c.In superioribus gestis,scilicet vrbis & muri ædificatione,& eorum dedicatione,Nehemias iterum quibus peractis rediit ad regẽ Artaxerxem, sicut illi poscitus fuerat. In his autem quæ fecit Eliasib contra eo gazophylacium,& reponendo in illud tam quæ licita erant,quam quæ illicita nõ interfuit Nehemias, donec reuersus ea corrigeret,& quæ non decerent,auferret. Beda ibidem.

d Sabbati autẽ obseruatio magnas vtilitates contulit populo. mites enim atq; humanos alterũ ad alterũ reddidit prouidẽtiam dei,atque creationem rerum, vt ait Ezechiel, docuit: castigauit pauliuper, & à malignitate semouit,ac spiritalibus rebus attentiores effecit. Nam quando lex de sabbato dabatur, ũ scriptũ fuisset, fiona quidẽ in sabbato facturis, mala verò nõ facientibus non conseruassent legem Iudaici quouis tempore necesse fuit ab omnibus eodẽ modo compesci. Nihil enim in die sabbati facias: ita neque camẽ sic deinceps potuerunt. Chryso. homil.40 in 12.cap.Matt.12.

Incipit Liber Esdræ tertius,qui,vt & quartus

LIBER ESDRÆ, APVD HEBRÆOS NON sunt,etiam si tertius pro maiori parte ex libro Paralipomenon sit conflatus.

Gesta Iosiæ,Iechoniæ,Ioachim,& Sedeciæ,Regum Iuda,eorúmque & populi captiuitas, vrbísque subuersio. Cap. I.

IOSIAS † [a] fecit Iosias pascha in Ierosolymis domino, & immolauit phasę quartadecima luna primi mẽsis,[2] statuens sacerdotes per vices dierũ stolis amictos in templo domini. [3] Et dixit Leuitis sacris seruis Israel,vt sanctificarẽt se domino in positione sanctæ arcę domini in domo quam ædificauit Salomon filius Dauid Rex.[4] Non erit vobis tollere super humeros eam. Et nunc deseruite domino vestro,& curam agite gentis illius Israel,ex parte secundum pagos & tribus vestras,[5] secũdum scripturam Dauid regis Israel,& secundum magnificẽtiam Salomonis filij eius, omnes in templo, & secundum particulam principatus paternam vestram,eorum qui stant in conspectu fratrum filiorum Israel.[6] Immolate pascha,& sacrificia parate fratribus vestris,& facite secundum præceptum domini quod datum est Moysi. [7] [b] Et donauit Iosias in plebẽ quæ inuenta est,ouium,agnorum,& hœdorum, & caprarum, triginta milia,vitulos tria milia.[8] Hæc de regalibus data sunt secundum promissionem populo & sacerdotibus in pascha:oues numero duo milia,ac vituli centum.[9] Et Iechonias,& Semeias, & Nathanael fratres,& Asabias,& Oziel,& Choraba in phasę oues quinq; milia, vitulos quingentos.[10] Et hæc cum fierent eleganter,steterunt sacerdotes & Leuitę habentes azyma per tribus. [11] Et secundũ partes principatus patrum in cõspectu populi offerebãt domino,secundũ ea quæ in libro Moysi scripta sunt.[12] Et assauerunt phasę igni,prout oportebat, & hostias coxerũt in * emolis & in ollis cũ beneuolentia. [13] Et attulerunt omnibus qui erant ex plebe,& post hæc parauerunt sibi, & sacerdotibus. [14] Sacerdotes enim offerebãt adipes,vsq; dum finita esset hora: & Leuitæ parauerunt sibi,& fratribus suis filiis Aaron . [15] Et sacri cantores filij Asaph erant per ordinẽ,secũdum præceptum Dauid,& Asaph,& Zacharias,& Ieddimus,qui erat à Rege:[16] & ostiarij per singulas ianuas,ita vt non præuaricaretur vnusquisq; suam . Fratres enim eorum parauerunt illis.[17] Et cõsummata sunt quæ pertinebant ad sacrificiũ domini. [18] In illa die egerunt phasę,& offerebant hostias super domini sacrificium , secũdum præceptũ regis Iosiæ. [19] Et egerunt filij Israel qui inuenti sunt in tempore illo, phasę, & diem festum azymorum per dies septẽ. [c 20] Et non est celebratum phasę tale in Israel à temporibus Samuel prophetæ,[21] & omnes reges Israel nõ celebrauerũt tale pa-

a. Iosias facturus phasę anno regni sui 18. purgauit terram & templum, & eiecit figuras idolorum: quomodo ad Eucharistiam accessuri purgare debẽt terram, id est corpus ab inquinamentis sordium, & templum, id est animã quæ dei templum esse debet, & eiicere à corde figuras idolorum,id est turpes imaginationes rerum immundarũ, vt seruire possimus deo viuenti, sicq; ei graum pascha celebremus:nõ vtique in fermento malitiæ & nequitiæ,sed in azymis syncerítatis & veritatis. Angelomus super 4.Reg.23.

b. Causa verò huius festiuitatis hæc erat, vt omnia secundum leges & antiquam traditionem paternæ solẽnitatis efficerentur; & quæ prius perperam obseruata erant, in melius reformarentur.Ioseph.lib.10.ca.5.

* amulis vt 3.Reg.7.d

c. Quia omnes qui inuenti sunt in illa festiuitate, ibi septem diebus commorati sunt; & omnes sufficienter de regis substãcia, & de his quæ supra memorata sunt, epulati sunt.Hiero.2.Paralipo.35.

cecidi ex eis viros , & decaluaui eos, & adiuraui in deo, vt non darent filias suas filiis eorum,& non acciperẽt de filiabus eorũ filiis suis,& sibimetipsis,dicẽs: †[26] Nũquid non in huiusce modi peccauit Salomõ Rex Israel? & certè in gentibus multis nõ erat rex similis ei,& dilectus deo suo erat,& posuit eum deus regem super omnem Israel: & ipsum ergo duxerunt ad peccatum mulieres alienigenæ. [27] Nũquid & nos inobedientes faciemus omne malum grande hoc,vt præuaricemur in deo nostro, & ducamus vxores peregrinas?[28] De filiis autem Ioiada filij Eliasib sacerdotis magni,gener erat Sanaballat Horonites, quem fugaui à me. [29] Recordare domine deus meus aduersum eos qui polluunt sacerdotium,iúsque sacerdotale,& Leuiticũ.[30] Igitur mundaui eos ab omnibus alienigenis,& cõstitui ordines sacerdotum & Leuitarum,vnũquenque in ministerio suo:[31] & in oblatione lignorum in temporibus constitutis, & in primitiis.† Memento mei deus meus in bonum,Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

scha, quale egit Iosias, & sacerdotes, & Leuitæ,& Iudæi,& omnis Israel qui inuenti sunt in cõmoratione Ierosolymis.[22] Octauodecimo anno regnãte Iosia celebratũ est phase.[23] Et directa sunt opera Iosiæ in cõspectu domini sui in corde pleno metuẽtia,[24] & quæ circa illum quidẽ conscripta sunt in pristinis temporibus,de eis qui peccauerunt:quíq; irreligiosi fuerunt in dominum præ omni gẽte, & qui non quæsierunt verba domini super Israel.† [25] Et post omnẽ actum hunc Iosiæ,ascendit Pharao Rex Ægypti veniens in Charchamis ab itinere super Euphraten,& exiit obuiã illi Iosias.[26] Et misit Rex Ægypti ad Iosiam,dicens:Quid mihi & tibi est Rex Iudę?[27] Nõ sum missus à domino vt pugnẽ contra te.Super Euphraten enim bellũ meũ est. Festinans descende.[d 28] Et nõ est reuersus Iosias super currum, sed expugnare eum conabatur, [e] non attendens verbũ Prophetæ ex ore domini:[29] sed constituit ad eum bellum in campo Mageddo,& descẽderunt principes ad Regẽ Iosiã,[30] & dixit Rex pueris suis: Amouete me à prelio,infirmatus sum enim valde.Et statim amouerũt eum pueri ipsius de acie,[31] & ascẽdit super currum secundariũ suum, & perueniens Ierosolymam vita functus est:& sepultus est in paterno sepulchro:[32] & in tota Iudęa lugebãt Iosiã: & qui præsidebant,cum vxoribus lamentabant eum vsq; in hunc diem,& datum est hoc fieri semper in omne genus Israel.[33] Hæc autem perscripta sunt in libro historiarum Regũ Iudæ,& singula gesta [f] actus Iosiæ,& eius gloria,& intellectus eius in lege domini:quæque gesta sunt ab eo, & quæ non scripta sunt in libro Regum Israel & Iudæ.† [g 34] Et assumẽtes qui erant ex gente,Iechoniam filium Iosi constituerunt Regem pro Iosia patre suo,cum esset annorum trigintatrium:[35] & regnauit super Israel mẽsibus tribus. Et amouit eũ Rex Ægypti,ne regnaret in Ierosolymis,[36] & mulctauit gentem argenti talẽta centum, & auri talentum vnum. [37] Et constituit Rex Ægypti Ioacim fratrẽ ipsius,Regem Iudæ & Ierusalem,[38] & alligauit Magistratus Ioacim & Zaracelẽ fratrem suum,& apprehẽdens reduxit in Ægyptum.[39] Annorum erat Ioacim vigintiquinq; cum regnare cœpisset in terra Iuda & Ierusalem,& fecit malum in cõspectu domini.[40] Post hunc autem ascendit Nabuchodonosor Rex Babylonis,& alligans eũ in æreo vinculo, perduxit in Babyloniam , [41] & sacra vasa domini accepit Nabuchodonosor,& tulit,& cõsecrauit in templo suo in Babylonia. [42] Nam de immunditia illius & irreligiositate scriptũ est in libro temporũ Regum . [43] Et regnauit Ioachin filius eius pro eo.Cum autem cõstitutus esset rex, erat annorum octodecim. [44] Regnauit autẽ menses tres & dies decem in Ierusalem, & fecit malum in cõspectu domini. [45] Et post annum mittẽs Nabuchodonosor trãsmigrauit eum in Babyloniã simul cum sacris vasis domini,[46] & cõstituit Sedeciam Regem Iuda & Ierusalẽ,cum esset annorũ viginti vnius.Regnauit autem annis vndecim,[47] & fecit malum in conspectu domini & nõ est veritus ˙ verbis † quæ dicta sunt ab Ieremia Propheta ex ore domini:[48] & adiuratus à Rege Nabuchodonosor periurãs discessit, & indurata ceruice sua & corde suo trãsgressus est legitima domini dei Israel,[49] & duces populi domini multa iniquè gesserũt,& impiè egerunt super omnes immũditias gentiũ, & polluerunt templũ domini quod sanctum erat in Ierosolymis, [50] & misit deus patrũ ipsorum per angelũ suum reuocare eos,propter quod parceret illis & tabernaculo suo. [51] Ipsi vero subsannabãt in angelis suis,& qua die locutus est dominus,erant illudentes Prophetis eius.[52] Qui vsq; ad iracundiam concitatus est super gentem suam propter irreligiositatẽ suam,& præcepit ascẽdere Reges Chaldæorum. [53] Hi occiderunt iuuenes eorum in gladio in circuitu sancti templi eorum, & non pepercerũt iuueni, & seni,& virgini,& adolescenti: [54] sed omnes traditi sunt in manus ipsorũ, & omnia sacra vasa domini & regales apothecas resumẽtes tulerunt in Babyloniã:[55] & incenderunt domum domini,& demolierunt muros Ierusalem:& turres eius incenderunt igne,[56] & cõsummauerunt omnia honorifica eius,& ad nihilũ redegerũt:& reliquos à gladio duxerũt in Babylonem,[57] & erant serui illius vsq; dum regnarent Persæ † in repletione verbi domini in ore Ieremiæ,[58] quousq; benigne ageret terra sabbata sua. Omni tẽpore desertionis suæ sabbatizauit in applicatione annorũ septuagintaseptẽ.

Cyrus

d. Iosias vir sanctus nõ solũ peccatorẽ populum suum fuit virtutibus nõ saluauit, sed & ipse in peccatis illius mortuus est Hieron. in 34. ca Ezechielis.

e. Quia Ieremias prophetauerat quod ille ascensurus erat in Charchamis, & victoria potiturus, quæ prophetia Regem Nechao minime latuit. Bed.

f. Fidẽ igitur diligite,quoniam per fidem & deuotionem Iosiæ magnam sibi ab vniuersis amorẽ acquisiuit: quonia celebrauit pascha domini cum esset annorũ decem & octo,quẽadmodũ nemo ante eum. Zelo itaq; vt vicit superiores , ita & vos filij zelum dei sumite. Ambr Officio lib.3.ca.1.

g. Reliquit autẽ tres filios, Eliacim, qui & Iechonias, primogenitum,15. annorũ. medium autẽ Ioachaz, qui & Sellum dictus est, 23. annorũ: quẽ tamẽ hic rex tus. 33. annorũ fuisse perhibet, contra 23. cap. 4. Regum. Et tertium Machaniam,quem Nabuchodonosor vocauit Sedeciam. Tulit itaq; populus terræ Ioachaz medũ filiũ, & cõstituit eum Regẽ pro patre ſiũ, qui trib⁹ mẽsibus tantũm regnauit in Ierusalem. Nam vt dicitur 2. Paral. p. 36. veniens Pharao Nechao rex Aegypti in Ierusalẽ, amouit eũ: & imposuit mulctam terræ 100. talenta argenti,& vnum auri. Et constituit regem pro eo fratrem eius primogenitũ Eliacim sibi tributariũ. Et mutato nomine vocauit eũ Ioacim, vt mutatio nominis signũ esset subiectionis. Et duxit Ioachaz in dolore sũ in Aegyptũ. Comest. in 4. Reg. cap. 38. iuxta computationem suam.

Cyrus Iudæos in Babylone captiuos in terram suam remittit. II.

1. Par. 36. d. 2. Esdræ. 1. c. A

REgnante †[a] Cyro Rege Persarum,in cõsummatione verbi domini,& in ore Ieremiæ [2] suscitauit dominus spiritum Cyri Regis Persarum: & prædicauit in toto regno suo simul per scripturam, [3] dicens:Hæc dicit Cyrus Rex Persarum:Me cõstituit Regem orbi terrarum dominus Israel , dominus excelsus, [4] & significauit mihi ædificare domum sibi in Ierusalem quæ est in Iudæa.[5] Si quis est ex genere vestro,dominus ipsius ascendat cũ eo in Ierusalem. [6] Quotquot ergo circa loca habitant,adiuuent eos qui sunt in loco ipso,in auro,& argento,[7] in dationibus,cum equis & iumentis,cúmque aliis quæ secundum vota apponuntur in ædem domini quæ est in Ierusalem. [8] Et stantes principes tribuum,pagorum,& Iudææ ex tribu Bẽiamin, & sacerdotes,& Leuitæ,quos excitauit dominus ascendere & ædificare domum domini quæ est in Ierusalem, & qui erant in circuitu eorum,[9] adiuuerunt in omni auro & argento eius,& iumẽtis,& votis quàm pluribus:multi quorum sensus excitatus est,[10] & † Cyrus Rex protulit vasa sacra domini,quæ transtulit Nabuchodonosor Rex Babylonis ex Ierusalem, & consecrauit ea idolo suo.[11] Et proferens ea [b] Cyrus Rex persarũ,tradidit Mithridato qui erat super thesauros ipsius.[12] Per hunc autẽ tradita sunt Salmanasaro præsidi Iudææ. [13] Horum autem hic numerus: Libatoria argentea duo milia quadringenta : athiscæ argenteæ triginta : phialæ aureæ triginta: item argenteæ duo milia quadringentæ: & alia vasa mille. [14] Omnia autem vasa aurea & argentea quinq; milia octingenta sexaginta. [15] Et enumerata sunt Salmanasaro simul cum iis qui ex captiuitate Babyloniæ venerunt in Ierosolymã. † [16] In [c] Artaxerxis autem Regis Persarum temporibus scripserunt ei de iis qui inhabitãt in Iudæa & Ierusalem,Balsamus,& Mithridatus,& Sabellius, & Rathimus,Balthemus,Samelius scriba,& reliqui inhabitantes in Samaria, & cæteris locis,subiectam epistolã Regi Artaxerxi:[d 17] Domine,pueri tui Rathimus ab accidentibus,& Sabellius scriba,& reliqui curiæ tuæ Iudices in Cœlesyria & Phœnice:[18] Et nunc notum sit domino Regi,quoniam Iudæi qui ascenderunt à vobis ad nos,venientes in Ierusalem ciuitatem refugam,& pessimam,ædificant furnos eius,& statuunt muros,& templũ suscitant. [19] Quòd si ciuitas ista & muri consummati fuerint, non tantùm tributa non sustinebunt pendere , sed etiam regibus resistent. [20] Et quia id agitur circa templum,rectè habere arbitrati sumus,non despicere hoc ipsum, [21] sed notum facere domino Regi,vt si videbitur,Rex,quæratur in libris patrum tuorum, [22] & inuenies in admonitionibus scripta de iis:& scies quoniam ciuitas ista fuit refuga,& Reges & ciuitates concutiens,[23] & Iudæi refugæ , & prælia committentes D ea ab æterno:ob quam causam ciuitas ista deserta est. [24] Nunc ergo notum facimus, domine Rex:quoniam si ciuitas hæc ædificata fuerit,& huius muri erecti fuerint:desenſus tibi non erit in Cœlesyriam & Phœnicen.[25] Tunc scripsit Rex Rathimo qui scribebat accidentia,& Balthemo & Sabellio scribæ,& cæteris constitutis & inhabitantibus in Syria & Phœnice, ea quæ subiecta sunt : [26] Legi epistolam quam misistis mihi. Præcepi ergo inquiri : & inuentum est quoniam ciuitas illa est ab æuo regibus resistens,[27] & homines refugæ,& prælia in ea efficientes: & Reges fortissimi erant in Ierusalem, dominantes, & tributa exigentes à Cœlesyria & Phœnice . [28] Nunc ergo præcepi prohibere homines illos ædificare ciuitatem,& prohibere ne quid vltra hæc fiat: [29] sed nec procedant in plurimum : ex quo sunt malitiæ, ita vt Regibus molestia importetur.[30] Tunc recitatis iis quæ à Rege Artaxerxe scripta fuerãt,[e] Rathimus, & Sabellius scriba,& qui cum iis constituti erant,iungentes festinanter venerunt in Ierusalem cum equitatu & turba,& agmine,[31] cœperũntque ædificantes prohibere. Et vacabant ab ędificatione templi in Ierusalem,vsque secundo anno regni Darij Regis Persarum.

a. Cyrus Cambyse filius adnorsam Christi, templũ dei Ierosolymitarum instaurauit. Nam cum Babylonica seruitute Cyrus Israelẽ liberasset , mox Zorobabel Salathielis filius extribu Iuda,Iesúsque Iosedech filius magnus sacerdos duces quodammodo principesq; populi ceteri fatere: quos deus Haggæi prophetæ oraculo admonet,vt cum Ierosolymis sint, templũ dei conderẽt atque ornarent. Sic enim sacris literis scriptũ est, Haggai 2.a. In die vicesima & quarta mensis, in sexto mense, in anno secundo Darii regis,&c. Cyrillus in Genes. lib. 1. super 14. Genesis.

b. Audierat enim prophetiam Isaiæ 45.a. Hæc dicit dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subiiciam ante faciem eius gentes,& Regum dorsa subuertã. Esdras scribã hæc ei legit, & idcirco duxit hoc sibi à dño præceptũ de cunctis regibus terrarum. Hi duo per prophetiam antequam nascerentur propriis nominibus vocati sunt, id est Iosias & Cyrus: Iosias, vt destrueret idola, & cultũ dei renouaret: Cyrus vt ruinas templi instauraret. Hiero. 2. Para. vltr.

c. Hic est Cambyses impius & malcuolus prædicti Cyri pij & beneuoli filius, qui patri mortuo succedens, templi instaurationem prohibuit, à quibusdam Iudæorũ æmulis prouocatus. Beda.

d. O inuidiã omni fera crudeliorem, & exitium omnibus intentantem. Charitas enim viuificat,& beneficia largitur: at liuor odax perniciem infert & mortẽ, suíque tabe veneni omnia commaculat & enecat. Cyrill. in Ioan. lib. 2. cap. 3.

e. Cambyses seruorum literis seductus prohibuit Iudæos ne verbum & templum ædificare pergerẽt. Itaque dilatum est opus per annos nouem, vsque in secundum annum regni Darij Persarum regis. Cambyses enim cum per sex omnium regnasset, subacta interim Aegypto, reuertens ab ea expeditione apud Damascũ est mortuus. Ad Darium igitur forte fortuna reuertitur est Zorobabel ab Ierosolymis, qui captiuorum Iudæorum dux declaratus fuerat. Nã erat vet⁹ regis amicꝰ. Quãobrem inter satellites cum aliis duobus assumptus, speratum honorẽ consecutus est. Iosephus Antiquit. Iudaic. lib. 11. cap. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dario post splendidam cœnam celebratam dormiente, tres corporis eius custodes problema mouerunt, quod istorum fortius esset, nempe vinum, mulier, Rex, an veritas. III.

REx Darius fecit cœnam magnã omnibus vernaculis suis, & omnibus magistratibus Mediæ & Persidis, [2] & omnibus purpuratis, & prætoribus, & consulibus, & præfectis sub illo ab India vsq; Æthiopiam, centum viginti septem prouinciis. [3] Et cum manducassent & bibissent, & satiati reuerterentur, tunc Darius Rex ascendit in cubiculum suum, & dormiuit, & expergefactus est. [4] Tunc illi tres iuuenes corporis custodes, qui custodiebant corpus Regis, dixerunt alter alteri: [5] Dicamus vnusquisq; nostrum sermonem qui præcellat: & cuiuscũque apparuerit sermo sapientior alterius, dabit illi Rex Darius dona magna, [6] purpura cooperiri, & in auro bibere, & super aurum dormire, & currum aureo fræno, & cidarim byssinam, & torquem circa collum: [7] & secundo loco sedebit à Dario propter sapientiam suam, & cognatus Darij vocabitur. [a 8] Tunc scribentes singuli suum verbum signauerunt, & posuerunt subtus ceruical Darij Regis, [9] & dixerũt: Cum surrexerit Rex, dabimus illi scripta nostra: & quodcunque iudicauerit Rex è tribus magistratus Persidis, quoniam verbum eius sapientius est, ipsi dabitur victoria, sicut scriptum est. [10] Vnus scripsit: Forte est vinum. [11] Alius scripsit: Fortior est Rex. [12] Tertius scripsit: Fortiores sunt mulieres: super omnia autem vincit veritas. † [13] Et cum surrexisset Rex, acceperunt scripta sua: & dederunt illi, & legit. [14] Et mittens vocauit omnes magistratus Persarum, & Medos, & purpuratos, & prætores, & præfectos, [15] & sederunt in concilio: & lecta sunt scripta coram ipsis. [16] Et dixit: Vocate adolescẽtes, & ipsi indicabunt verba sua. Et vocati sunt, & introierũt. [17] Et dixit illis: Indicate nobis de iis quæ scripta sunt. Et cœpit prior, qui dixerat de fortitudine vini, [18] Et dixit: Viri, quàm præualet vinũ omnibus hominibus qui bibunt illud? Seducit mentẽ. [19] Itémq; Regis & orphani facit mentẽ vanã, [b] item serui ac liberi, pauperis ac diuitis: [20] & omnem mentem conuertit in securitatem & iucunditatem, & non meminit omnem tristitiam & debitum, [21] & omnia præcordia facit honesta, & non meminit Regem, nec magistratum: & omnia per talenta loqui facit: [c 22] & non meminerunt cum biberint, amicitiam, nec fraternitatem: sed non multum post sumunt gladios: [23] & cum à vino merserint, & surrexerint, non meminerunt quæ gesserunt. [24] O viri, num præcellit vinum? Quis sic cogitat facere? Et tacuit hoc dicto.

a Porrò Darius Rex cœnã exhibuit Sacrapis Persarũ, & præfectis Indiæ & Aethiopiæ, & magistratibus. 127. prouinciarum. Eadem nocte expergefactus nocte ducebat insomnem, & proposuit quæstiones tribus custodibus corporis sui. Comest. 3. Iudith.

b. Fit nõnunquam grauior tumultus, quia vino mens peruertitur ebriosi, & non nec minis regis nec magistratus, & omnia aperta facit loqui, & nõ meminerũt cum biberent amicitiæ nec necessitudinis. Ambr. De Elia & ieiunio c. 11. Item si homo non præstet exercitis nisi animi fortitudine, vinum superat animi fortitudinem. Comest. vbi prius.

a Proposita itaq; quæstione quod de tribus fortius videtur, de Rege scilicet, vino & muliere, promittes munera & honorem qui sapientius responderet. Conuocatis autem magnatibus in crastinũ, primus de vino vt supra dictũ est differuit. Alter verò de rege dixit, quia qui mare ac terras, & omnia quæ in eis sunt cogunt competenter sibi seruire, etiã ipsi homines sub manu regum ac potestate degunt. Ioseph. 11. 3.

b Esdras in eo Christũ prophetasse intelligẽdus est, q̃ inter iuuenes quosdã orta quæstione, quid ampli⁹ valeret in rebus, cũ reges vn⁹ dissidet, alter vinũ, tertius mulieres, quæ plerũq; regibus imperarent: idẽ tamen tertius veritatẽ super omnia demõstrauit esse victricem. Consulto autẽ euangelia Christum cognoscimus esse veritatem. Augustin. de ciuit. dei lib. 18. cap. 46.

c Tertius verò is est Zorobabel, qui mulierẽ vtroque fortiorẽ asserit. Nã & regibus & his qui vites plantant, mulieres & vir⁹ cõferũt & almonia, & ad robur vsq; perducuntur, & promerentibus homines animas ponere nõ timent. Rerulit quoq; se vidisse concubinã cuiusdam regis elapsa regi imponentem. Comest. Iudith. 3.

Palmam obtinuit qui veritatem præstare monstrauit. IIII.

ET inchoauit sequẽs dicere, qui dixit de fortitudine Regis. [a 25] O viri, nũ præcellunt homines qui terram & mare obtinent, & omnia quæ in eis sunt? [26] Rex autem super omnia præcellit, & dominatur eorum: & omne quodcunq; dixerit illis, faciunt. [d] Et si miserit illos ad bellatores, vadũt & demoliuntur mõtes, & muros, & turres. [e] Iugulantur & iugulant, & Regis verbum non prætereunt. Nam si vicerint, afferunt Regi omnia quęcunq; prædati fuerint. [f] Similiter & alij omnes, & quotquot nõ militãt, nec pugnant, sed colunt terram, rursum cum fuerint metẽtes, afferunt tributa Regi. [b 27] Et ipse vnus solus si dixerit, occidite, occidũt: dixerit, remittite, remittũt: [g] dixerit, percutite, percutiunt: dixerit, exterminate, exterminãt: dixerit, ædificate, ædificãt: [h] dixerit, excidite, excidunt: dixerit, plãtate, plãtant: [i] & omnis plebs & virtutes eum obaudiunt: & super hoc ipse recumbit, & bibit & dormit. [k] Hi autem custodiunt in circuitu eum, & non possunt ire singuli & facere opera sua: sed in dicto obaudientes sunt ei. [l] Viri, quomodo nõ præcellit Rex, qui sic diffamatur? Et tacuit. [c 28] Tertius qui dixerat de mulieribus & veritate, hic est Zorobabel, cœpit loqui: [m] Viri, non magnus Rex & multi homines, nec vinũ præcellit. Quis est ergo qui dominatur eorũ? [29] Nónne mulieres genuerunt Regem, & omnẽ populũ qui dominatur mari & terræ? [30] & ex illis nati sunt, & ipsæ educauerunt eos qui plantauerunt vineas, ex quibus vinũ fit. [31] Et ipsæ faciunt stolas omnium

a Ioseph.

B

† 1. Esdr. 4. Confessio.

b. Et alibi.

c. Zorobabel igitur diuitas nihil fortius esse quàm mulieres & veritas. Quibus de hoc sine fine certantibus, veritatem esse visque ad fortitudinem Darij Regis, qui cũ dare cum principibus suis ad iudicandum, & iudicio Darij & omnium principũ primo locum vbi Omnis fortior veritas est. Caryfius super 1. cap. Mati. homil. 1.

omnium hominum, & ipsæ faciunt gloriam hominibus, & non possunt homines separari à mulieribus. [18] Si cõgregauerint aurum & argẽtum, & omnẽ rem speciosam, & viderint mulierẽ vnam bono habitu, & bona specie, [19] omnia hæc relinquentes in eam intendunt, & aperto ore conspiciunt, & eam alliciunt magis quàm aurum & argentum, & omnẽ rem pretiosam. † [20] Homo suum patrẽ relinquit, qui enutriit illũ & suam regionem, & ad mulierem se coniungit. [21] Et cum muliere remittit animam, & neq; patrem meminit, neq; matrem, neque regionem. [22] Et hinc oportet vos scire, quoniã mulieres dominãtur vestri. Nónne doletis? [23] Et accipit homo gladium suũ, & vadit in viam facere furta & homicidia, & mare nauigare, & flumina, [24] & leonem videt, & in tenebris ingreditur, & cum furtum fecerit, & fraudes, & rapinas, amabili suæ affert. [25] Et iterũ, Diligit homo vxorẽ suam magis quàm patrẽ aut matrem. [26] Et multi demẽtes facti sunt propter vxores suas, & serui facti sunt propter illas: [27] & multi perierunt & iugulati sunt, & peccauerũt propter mulieres: [28] & nunc credite mihi, quia magnus est Rex in potestate sua, quoniã omnes regiones verentur tangere eum. [d 29] Videbam tamen Apemen filiã Bezacis, mirifici concubinã Regis sedentem iuxta Regem ad dexteram, [30] & auferentem diadema de capite eius, & imponẽtem sibi, & palmis cædebat Regẽ de sinistra manu. [31] Et super hæc aperto ore intuebatur eã: & si arriserit ei, ridet: nam si indignata ei fuerit, blãditur, donec reconcilietur in gratiam.

D [e 32] O viri, cur non sunt fortiores mulieres? Magna est terra, & excelsum est cœlum: Quis ista agit? [33] Et tunc Rex, & purpurati intuebãtur in alterutrum. Et inchoauit loqui de veritate: [34] O viri, nónne fortes sunt mulieres? Magna est terra, & excelsum est cœlũ, & velox cursus solis cõuertit in gyro cœlũ in locum suum in vna die. [35] Nónne magnificus est qui hęc facit? Et veritas magna, & fortior prę omnibus. [36] Omnis terra veritatẽ inuocat, cœlũ etiam ipsam benedicit, & omnia opera mouentur & tremunt eam, & nõ est cum ea quicquã iniquum. [37] Vinũ iniquũ, iniquus Rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes filij hominum, & iniqua illorũ omnia opera, & nõ est in ipsis veritas, & in suia iniquitate peribũt, † [38] & veritas manet, & inualescit in æternũ, & viuit, & obtinet in secula seculorũ. [39] Nec est apud eam accipere personas, neq; differẽtias: sed quę iusta sunt facit omnibus iniustis ac malignis, & omnes benignantur in operibus eius. [40] Et nõ est in iudicio eius iniquũ, sed fortitudo, & regnũ, & potestas, & maiestas omniũ æuorũ. Benedictus deus veritatis. [41] Et desiit loquendo. [f] Et omnes populi clamauerũt, & dixerũt: Magna est veritas, & pręualet. [42] Tunc rex ait illi: Pete si quid vis amplius quàm quę scripta sunt, & dabo tibi secundũ quod inuẽtus es sapiẽtior, & proximus mihi sedebis, & cognat⁹ meus vocaberis. [43] Tũc ait regi: Memor esto voti tui quod vouisti, ædificare Ierusalẽ, in die qua regnũ accepisti, [44] & oĩa vasa quæ accepta sunt ex Ierusalẽ, remittere, quæ seperauit Cyrus quãdo mactauit Babyloniã, & voluit remittere ea tibi. [45] Et tu [g] vouisti ædificare tẽplũ quod incẽderunt Idumæi quãdo exterminata est Iudęa à Chaldæis. [46] Et nũc hoc est quod postulo domine, & quod peto: hoc est maiestas qd à te postulo, vt facias votũ quod vouisti Regi cœli ex ore tuo. [47] Tũc surgẽs Darius Rex, osculatus est illũ, & scripsit epistolas ad oẽs dispfatores, & præfectos, & purpuratos, vt deducerent eũ, & eos qui cum illo erãt, omnes ascendentes ædificare Ierusalẽ. [48] Et omnibus præfectis qui erãt in Syria, & Phenice, & Libano, scripsit epistolas, vt traherent ligna cedrina à Libano in Ierusalẽ: vt ædificarent cum eis ciuitatẽ. [49] Et scripsit omnibus Iudæis qui ascendebant à regno in Iudæam pro libertate omnẽ potentẽ, & magistratũ, & præfectũ non superuenire ad ianuas ipsorũ: [50] & omnẽ regionẽ quam obtinuerãt, esse immunẽ eis, & Idumæi relinquãt castella quæ obtinent Iudæorũ, [51] & in structurã templi dare per singulos annos talenta viginti, vsq; dum perædificaretur: [52] & super sacraniũ holocaustomata vstulare talenta viginti, vsq; dum perædificaretur: [53] & super sacraniũ holocaustomata vstulare quotidie, sicut habent præceptum, alia talenta decẽ offerre per singulos annos, [54] & omnibus qui procedunt à Babylonia condere ciuitatẽ: vt esset libertas tã ipsis quàm filiis eorum, & omnibus sacerdotibus qui præcedunt. [55] Scripsit autẽ & quãtitatem, & sacram stolam iussit dari in qua deseruirent, [56] & Leuitis scripsit dare præcepta vsq;

f. Cũque omnes iudicassent fortiorem omnium esse veritatem, dixit Rex ad Zorobabel: vt peteret ab eo quod vellet, & postulauit Zorobabel vt reuerteretur Ierusalem & ædificationem, & vasa domini remitti in Ierusalem. Et gauisus est rex. Nã idipsum meminit se vouisse. Comestor vbi supra.

g. De voto Darij dicitur communiter, quod cum videret Zorobabel reuertisse ab Ierusalẽ in Persas propter impedimenta ædificij, vouit quòd si aliquando cõtingeret ipsum in Regẽ eligi, ipse primo faceret ipsum ædificium: imò iuram verbũ. Et hoc vouebat coram Zorobabele amico suo conquerente. Beda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

que in diem quâ consummabitur domus,& Ierusalē extruetur: [56] & omnibus custo-
diētibus ciuitatē,scripsit dari eis sortes & stipendia. [57] Et dimisit omnia vasa quæ se-
parauerat Cyrus à Babylone, & omnia quæcunq; dixit Cyrus, & ipse præcepit fieri:
& mitti Ierusalē. [58] Et cum processisset ille [h] adolescens,eleuans faciem in Ierusalem,
benedixit Regē cœli, [59] & dixit: Abs te est victoria,& abs te est sapiētia, & claritas,&
ego seruus tuus sum. [60] Benedictus es,[i] qui dedisti mihi sapiētiam, & tibi confitebor
domine deus patrum nostrorū. [61] Et accepit epistolas:& profectus est in Babyloniā,
& venit & nuntiauit fratribus suis omnibus qui fuerunt in Babylonia: [62] & benedi-
xerunt deum patrum suorum,quoniam dedit illis remissionem & refrigerium, [63] vt
ascenderent & ædificarent Ierusalem, & templum vbi nominatum est nomen eius in
ipso,& exultauerunt cum musicis & lætitia diebus septem.

h. Vnde si à Dario Medo mittatur Zorobabel. 1. anno Monarchiæ Cyri,vt plerique volūt, nihil est difficultatis vt vocetur adolescens, cū tunc dicatur fuisse 12. annorū, vel circa. Si vero à Dario filio Hystaspis, qui post monarchiā Cyri. 17. ānis regnauit, tūc fuisse 35. annorū, & adhuc adolescēs. Si verò à Xerxe, vt vult Iosephus, vel aliis sequētibus, fuisset plusquā 36. annorum, & ita non amplius adolescens.

i. Et ideo inuctus est rectè secundum prouidentiā dei nominatus Zorobabel, id est doctor Babylonis, vel alienus aut extraneus à confusione, quod ide est. Quæ enim maior doctrina est quàm ostendere veritatem dominatricem esse omniū rerum? Chryst. hom.1. super Matth.

a Et scripsit principib⁹ suis Darius per epistolam trās fiumen,vt nullatenus impedirent Iudæos,sed de sumptibus regis iuuarent eos, dātes eis per singulos dies hostias,similam, vinum, & sālvt offerant ea deo cœli, & orēt pro vita regis, & filiorum eius. Comest. c.3. Iudith.

b Videtur alia esse huius commissio ab ea de qua in primo Esdræ, quia hæc videtur ex textu facta 2. anno Darij ad perficiendum templum quod iamdudum cœptum erat, altera autem sub Cyro, cum primò profecti sunt ad templum incipiendum. In hoc etiā casu vocatur Darius rex Persarū,& non Medorū,in cuius anno secundo mēse Nisan locutus est Zorobabel sermones mirificos , vepote de muliere & veritate.

[1] Vade ad Dario Medo missus est Zorobabel. 1. anno Monarchiæ Cyri, vt plerique volūt, nihil est difficultatis vt vocetur adolescens, cū tunc dicatur fuisse 12. annorū, vel circa. Si vero à Dario filio Hystaspis, qui post monarchiā Cyri. 17. ānis regnauit, tūc fuisse 35. annorū, & adhuc adolescēs. Si verò à Xerxe, vt vult Iosephus, vel aliis sequētibus, fuisset plusquā 36. annorum, & ita non amplius adolescens.

i. Et ideo inuctus est rectè secundum prouidentiā dei nominatus Zorobabel, id est doctor Babylonis, vel alienus aut extraneus à confusione, quod ide est. Quæ enim maior doctrina est quàm ostendere veritatem dominatricem esse omniū rerum? Chryst. hom.1. super Matth.

a Et scripsit principib⁹ suis Darius per epistolam trās fiumen,vt nullatenus impedirent Iudæos,sed de sumptibus regis iuuarent eos, dātes eis per singulos dies hostias,similam, vinum, & sālvt offerant ea deo cœli, & orēt pro vita regis, & filiorum eius. Comest. c.3. Iudith.

b Videtur alia esse huius commissio ab ea de qua in primo Esdræ, quia hæc videtur ex textu facta 2. anno Darij ad perficiendum templum quod iamdudum cœptum erat, altera autem sub Cyro, cum primò profecti sunt ad templum incipiendum. In hoc etiā casu vocatur Darius rex Persarū,& non Medorū,in cuius anno secundo mēse Nisan locutus est Zorobabel sermones mirificos , vepote de muliere & veritate.

Redeuntes à Babylonica captiuitate in Ierusalem & Iudam. V.

POst † [a] hęc autem lecti sunt,vt ascenderēt principes pagorum per domos A † Esdræ
& tribus suas,& vxores illorum, & filij & filiæ eorum, & serui & ancillæ
ipsorum , & pecora illorum . [2] Et [b] Darius Rex misit vnà cum eis equites
mille donec deducerēt eos in Ierusalem cum pace,& cum musicis, & cum
tympanis,& tibiis,[3] & omnes fratres erāt ludētes,& fecit eos ascēdere simul cum eis.
[4] Et hęc sunt nomina virorum qui ascenderunt per pagos suos in tribus & in partem
principatus ipsorum.[5] Sacerdotes:filij Phinees filij Aaron,Iesus filius Iosedech, Ioa-
cim filius Zorobabel,filij Salathiel,de domo Dauid,ex progenie Phares,de tribu au-
tem Iuda, [6] qui locutus est sub Dario rege Persarum sermones mirificos in secundo
anno regni ipsius,mēse Nisan primo.[7] Sunt autem ij qui ascenderunt ex Iudęa de ca-
ptiuitate transmigrationis,quos transmigrauit Nabuchodonosor Rex Babyloniæ in
Babylonem,& reuersus est in Ierusalem.[8] Et requisiuit partem Iudææ vnusquisq; in
ciuitatem suam,qui venerunt cum Zorobabel, & Iesu: Nehemias, Areores, Elimeo,
Emmanio,Mardocheo, Beelsuro,Mechpsatochor, Olioro, Emaunia , vnus de prin-
cipibus eorum:[9] & numerus à gētibus eorum,ex præpositis eorum. Filij Phares,duo
milia cētum septuagintaduo. [10] Filij Ares,tria milia quinquagintaseptem. [11] Filij Fe-
mo,centum quadragintaduo. In filiis Iesu,& Ioabes,mille trecēti duo. [12] Filij Demu, B
duo milia quadringenti septuaginta. Filij Choraba,ducenti quinq;. Filij Banica,cen-
tum sexagintaocto.[13] Filij Bebech,quadringēti tres. Filij Archad, quadringēti vigin-
tiseptem.[14] Filij Chan,trigintaseptem. Filij Zoroar, duo milia sexagintaseptem. Filij
Adin,quadraginta sexagintavnus.[15] Filij Aderectis,cētum octo. Filij Ciafo,& Zelas,
centum septem. Filij Azoroc,quadringenti trigintanouem. [16] Filij Iedarbone cētum
trigintaduo. Filij Ananię,centum triginta. Filij Asoni,nonaginta.[17] Filij Marsar,qua-
dringentiviginti duo. Filij Zabarus,nonagintaquinq;. Filij Sepolemon, cētumvigin-
titres.[18] Filij Nepopas,quinquagintaquinq;. Filij Hechanatus, centum quinquagin-
taocto.[19] Filij Cebethamus,centum trigintaduo. Filij Crearpatros,qui Enocadies,&
Modiæ , quadringenti vigintitres . Qui ex Gramas, & Gabea, centum vigintivnus,
[20] Qui ex Besselon,& Ceagge,sexagintaquinq;. Qui ex Bastaro,centum viginti duo.
[21] Qui ex Bechenobes,quinquagintaquinq;. Filij Liptis,centū quinquagintaquinq-
Filij Labonni,trecēti quinquagintaseptem.[22] Filij Sichem,trecenti septuaginta. Fi-
lij Suadon, & Cliomus, trecenti septuagintaocto . [23] Filij Ericus , duo milia centum
quadragintaquinq;. Filij Anaas,trecenti septuaginta. [c] Sacerdotes:[24] Filij Ieddus filij C
Euther,filij Eliasib,trecenti septuagintaduo. Filij Emerus, ducēti quinquagintaduo.
[25] Filij Fasurij,trecēti quinquagintaseptē. Filij Caree,ducentiuigintiseptē. [26] Leuitæ:
Filij Iesu in Caduhel,& Bamis,& Serebias,& Edias,septuagintaquatuor. Omnis nu-
merus à duodecimo anno,triginta milia quadringēti sexagintaduo.[27] Filij & filię,&
vxores,omnis cōputatio,quadraginta milia ducēti quadragintaduo.[28] Filij sacerdotū
qui psallebant in templo. Filij Asaph,centūvigintiocto. [29] Ostiarij vero, filij Esmen-
ni,filij Azer,filij Amon,filij Accuba. Topa,filij Tobi, omnes cētum trigintanouem.

c. Post catalogū principum infert catalogū dignitatū & officiorum,vt sacerdotū, Leuitarum, Nathinæorum, cantorū & ianitorum inxta ordinem suum & gradum. Idcoautē scriptura tam vigilanter diuimit quot de quanis generatione capiuorum patriam soloti redierint, vt ex eo admoneremur qua certitudine dominꝰ summā electorū suorū in libro vitæ cōscribat, & velut in albo codi consignet quot animæ quique fidelitū vel prædicando, vel horarū exēpla operū mōstrando, ab errore cōuertere rint pro quib⁹ singulis certa mercede illos qui cōuerte erat, remuneret. Beda super 1. Esdræ, cap. 2.

[30] Sacerdotes seruiētes in tēplo. Filij Sel,filij Gaspha,filij Tobloch,filij Carię,filij Su,
filij Hellu,filij Labana,filij Armacha,filij Accub,filij Vtha,filij Cetha,filij Aggab,fi-
lij Obai, filij Anani, filij Canna, filij Geddu, [31] filij An, filij Radin, filij Desanon, filij
Nechoba,filij Caseba,filij Gase,filij Ozui,filij Sinone,filij Attre,filij Hastem,filij A-
siana,filij Manei,filij Nasisim,filij Accusa, filij Agista,filij Azui, filij Fauon, filij Fa-
salon, [32] filij Meedda, filij Fusa, filij Caree, filij Barcus,filij Saree,filij Coesi, filij Na-
sith,filij Agisti,filij Pedon.[33] Salomon filij eius:filij Asophot,filij Phazida, filij Celi,
filij Dedon,filij Caddahel,filij Sephegi,[34] filij Aggia,filij Sachareth,filij Sabathē,filij
Caroneth,filij Malsith,filij Ame,filij Sasus,filij Addus,filij Suba,filij Eura,filij Raho
tis,filij Phasphath,filij Malmon. [35] Omnes sacro seruientes,& pueri Salomonis,qua-
dringēti octogintaduo.[36] Hi sunt filij qui ascēderunt à Chermel,& Thersa. Principes
eorū,Carmellam,& Careth, [37] & non poterant edisscere ciuitates suas, & progenies,
quēadmodū sint ex Israel:filij Dalari,filij Tubal,filij Nechodaici.[38] Ex sacerdotibus
qui fungebātur sacerdotio,& nō sunt inuenti:filij Obia,filij Achisos,filij Addin,qui
accepit vxorē ex filiabus Phargeleu:[39] & vocati sunt nomine eius. Et horum quęsita
est generis scriptura in pædatura,& nō est inuenta: & prohibiti sunt sacerdotio fun-
gi.[40] Et dixit illis Nehemias,& Astaras,ne participētur sancta,donec exurgat pōtifex
doctus in ostensionē & veritatem. [41] Omnis autē Israel erat exceptis seruis & ancil-
lis quadraginta milia trecēti quadraginta. [42] Serui horum & ancillæ , septē milia tre-
centi trigintaseptem.[d] Cantores & cantatrices,ducenti sexagintaquinque.[43] Cameli
quadringenti trigintaquinq;. Equi septem milia trigintasex,muli ducenta milia qua- E
dragintaquinq;,subiugalia quinq; milia vigintiquinque. [44] Et de præpositis ipsis per
pagos,dum venirēt in templum domini quod erat in Ierusalem, innouare & suscita-
re templū in loco suo secūdum suam virtutē, [45] & dari in templum thesaurum ope-
rum sacrum, auri minas duodecim milia, & minas argenti quinq; milia , & stolas sa-
cerdotales centū. [46] Et habitauerunt sacerdotes & Leuitæ, & qui exierant de plebe in
Ierusalē & in regione:& sacri cantores,& ostiarij,& omnis Israel, in regionibus suis.
† [e] [47] Instante autem septimo mense,cúmq; essent filij Israel vnusquisq; in suis rebus, 1.Esdræ 3.a
cōuenerunt vnanimes in atrium quod erat ante ianuam orientalē. [48] Et stantes Iesus
filius Iosedec,& fratres eius sacerdotes,& Zorobabel filius Salathiel, & huius fratres
parauerunt altare [49] vt offerrent super illud holocaustomata, secundū quod in libro
Moysi hominis dei scripta sunt.[50] Et cōuenerūt ibi ex aliis nationibus terrę,& erexe-
runt sacrariū in loco suo omnes gentes terræ, & offerebāt hostias & holocaustoma-
ta domino matutina.[51] [f] Et egerunt scenopegiam & diem solennē sicut præceptū est
in lege:& sacrificia quotidie, sicut oportebat: [52] & post hæc oblationes institutas, &
hostias sabbatorū,& neomeniarū,& dierū solēnium omnium sanctificatorum. [53] Et
quotquot vouebāt domino à neomenia septimi mēsis, cœperūt hostias offerre deo: F
& templū domini nondum erat ædificatum.[54] Et dederunt pecuniā lapidariis, & fa-
bris,& potū & pabula cum gaudio.[55] Et dederunt carra Sidoniis & Tyrijs,vt trāsue-
herent illis de Libano trabes cedrinas,& facerent rates in Ioppe portu, secūdum de-
cretum quod scriptū erat eis à Cyro rege Persarum. [56] Et in secundo anno venientes
in templum dei in Ierusalem,mense secundo inchoauit Zorobabel filius Salathiel,&
Iesus filius Iosedec,& fratres ipsorū, & sacerdotes, & Leuitæ, & omnes qui aduene-
rant de captiuitate in Ierusalē:[57] & fundauerūt templum dei nouilunio secundi mē-
sis secundi anni cū venissent in Iudæā & Ierusalem. [58] Et statuerunt Leuitas à viginti
annis super opera domini. Et stetit Iesus,& filius eius,& fratres,omnes Leuitæ cōspi-
rātes & executores legis,faciētes opera in domo domini.[59] Et steterūt sacerdotes ha-
bētes stolas cū tubis:& Leuitę filij Asaph habētes cymbala,[60] collaudātes dominū &
benedicentes secundū Dauid regem Israel. [61] Et cantabāt canticum domino, quoniā
dulcedo eius & honor in secula super omnē Israel. [62] Et omnis populꝰ tuba cecinerūt
& proclamauerunt voce magna collaudātes dominum in fusciratione domus domi-
ni.[63] Et venerunt ex sacerdotibus & Leuitis, & præsidentibus secundū pagos senio-

d. Bene cantoribus etiam cātatrices iungūntur propter sexus & vocum diuersitatem,quę cordā audientium ad dei laudem accēdant. Idem vbi prius.

e. Septimo autem mense postquam Babylonem exierant, Iesus pōtifex & Zorobabel princeps dimissis circū oppida nuntiis è tota regione populum Ierosolymam conuocauerunt, cupide ad mandatum eorū conuenientem: & ædificauerunt altare in quo primū fierent loco, ad offerēda deo sacrificia iuxta leges per Moysen erudiuntur. Quæ dū fiunt, nō æquis oculis aspiciebantur à finitimis gentibus quibus exosi erāt omnibus. Celebrauerunt etiā Scenopegiam per idē tempus, iuxta legislatoris præscripta: & post hæc oblationes & quotidiana sacrificia, victimāq; sabbatorū, atque omnium sanctarū festiuitatū Ioseph. Antiquit. lib. 11 cap. 3.

f. Mitę deuotionis indicio, cum quis non debitas tantū oblationes, id est domini lege præceptas, sed insuper alia, quorum non præceptum sed cōsilium accepit, douaria sua spōte dicauerit offere. Præceptum namque est Non homicidiū facies. Non adulterabis. Non furtum facies. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Voluntaria verò sunt. Si vis perfectus esse, vade & vēde omnia quę habes, & da pauperib⁹ Et quod Apostolus ait: De virginib⁹ præceptū non habeo, cōsilium autem do. Et plura huiusmodi. Beda 1. Esdræ, 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ribus qui viderant pristinam domum, [64] & ad huius ædificationem cum clamore &
planctu magno, & multi cum tubis & gaudio magno: [65] intantum vt populus nó au-
diret tubas propter planctum populi. Turba enim erat tubis canens magnificè, ita vt
lõge audiretur. † [66] Et audierunt inimici tribus Iudæ & Bẽiamin, & venerunt scire
quæ esset vox tubarum. [67] Et cognouerunt quoniã qui erant ex captiuitate, ędificant
templum domino deo Israel. [68] Et accedentes ad Zorobabel, & Iesum, & præpositos
pagorum, dixerunt eis: Ædificabimus vnà vobiscũ. [69] Similiter enim audiuimus do-
minum nostrum, & ipsi pariter incedimus à diebus Asbasareth regis Assyriorũ, qui
transmigrauit nos huc. [70] Et dixit illis Zorobabel, & Iesus, & principes pagorum Is-
rael: [71] Non est nobis & vobis ædificare domum dei nostri. Nos enim soli ædificabi-
mus domino Israel, secundum ea quæ præcepit nobis Cyrus rex Persarum. [72] Gentes
autem terræ incumbentes iis qui sunt in Iudæa, & leuantes opus ædificationis, & in-
sidias & populos adducentes, prohibebant eos ædificare, [73] & aggressuras exercentes
impedierunt, ne cõsummaretur ædificium omni tempore vitæ Cyri regis, & protra-
xerunt structuram per biennium vsque ad Darij regnum.

g. Samaritæ autem inimici auditis tubis, & lætantium atque dolentiũ promiscuis vociferationib⁹, accurrũt, causam volentes discere: & cognito quòd Iudæi è captiuitate Babylonica postliminio reuersi templũ instaurarẽt, adeunt Zorobabel ac Iesum, principes q; cognationũ, postulãtes vt eos admitterẽt ad templũ cõmuni sumptu ædificãdũ. Nam se quoq; aiebãt eundem deũ colere, & eius gloriari nomine, religionisq; eius studiosos esse. Ioseph. Antiq. libr. 11. cap. 3.

Iudæi annuente Dario templum dei extruunt in Ierusalem. VI.

a. Hæc fiebant anno à reditu Iudæorũ secundo, mẽse secundo, quando iacta tẽpli fundamenta prima die Decembris cœperunt superstruere, præpositique, operi curando Leuitarum quotquot vigesimum annũ attigerant, & Iesum cum filiis ac fratribus. Ioseph. Antiquit. lib. 11. cap. 3.

A 1. Esdr. 6.

IN [a] † secundo autẽ anno regni Darij prophetauit Aggæus, & Zacharias
filius Addin prophetę apud Iudęam & Ierusalem, in nomine dei Israel su-
per eos. [2] Tunc stans Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec, in-
choauerũt ædificare domum domini quæ est in Ierusalem: [3] cum adessent
eis Prophetæ domini, & adiuuarent eos. In ipso tempore venit ad illos Sisennes sub-
regulus Syrię & Phœnicis, Satrabuzanes, & sodales eius, [4] & dixerunt eis: Quo prę-
cipiente vobis domum hanc ædificatis, & tectum istud & alia omnia perficitis? Et qui
sunt structores qui hæc ædificant? [5] Et habuerũt gratiam visitatione facta super eos,
qui erant ex captiuitate à domino seniores Iudæorũ: [6] & non sunt impediti ædificare
donec significaretur Dario de omnibus istis, & responsum acciperetur. [b 7] Exemplũ
epistolæ quam miserunt Dario: Sisennes subregulus Syriæ & Phœnicis, & Satrabu-
zanes, & sodales eius, in Syria & Phœnice præsides, Regi Dario salutem. [8] Omnia no
ta sint domino Regi, quòd cum aduenissemus in regionem Iudææ, & introissemus in
Ierusalem, inuenimus ædificantes domum dei magnam, [9] & templum ex lapidibus
politis & magnis & pretiosis materiis in parietibus, [10] & opera illa instanter fieri, & [B]
suffragare & prosperare in manibus eorum, & in omni gloria quàm diligentissimè
perfici. [11] Tunc interrogauimus seniores, dicentes: Quo permittente vobis ædificatis
domum istam, & opera hæc fundatis? [12] Ideo autem interrogauimus eos, vt notum fa
ceremus tibi. homines & præpositos, & nominum scripturam præpositorum postu-
lauimus illos. [13] At illi respõderunt nobis, dicẽtes: Nos sumus serui Domini, qui fecit
cælum & terram: [14] & ædificabatur hæc domus ante annos istos multos à rege Israel
magno & fortissimo, & consummata est. [15] Et quoniam patres nostri exacerbantes
erãt, & peccauerunt in deum Israel, [c] tradidit eos in manus Nabuchodonosor Regis
Babyloniæ Regis Chaldæorũ; [16] & domum istam demolientes incẽderunt, & popu-
lum captiuũ duxerunt in Babylonem. [17] In primo anno regnãte Cyro Rege Babylo-
niæ, scripsit Cyrus Rex domũ hanc ædificare: [18] & illa sacra vasa aurea & argẽtea quę
extulerat Nabuchodonosor de domo quæ est in Ierusalem, & cõsecrauerat ea in suo
templo, rursus protulit ea Cyrus Rex de templo quod erat in Babylonia, & tradita
sunt Zorobabel, & Salmanasaro subregulo. [19] Et præceptũ est eis vt offerrent hæc va
sa, & reponerent in templo quod erat in Ierusalem: & ipsum templum dei ædificare
in loco suo. [20] Tũc Salmanasarus subiecit fundamẽta domus domini quæ est in Ieru-
salem: & exinde vsq; nunc ædificatur, & nõ accepit consummationẽ. [21] Nunc ergo si
iudicatur à te ô Rex, pquiratur in regalibus bibliothecis Cyri Regis quæ sunt in Ba-
bylonia: [22] & si inuẽtum fuerit cõsilio Cyri Regis cœptam esse structurã domus do-

b. Eadem sententia tractatur 1. Esd. 5. & 6. quæ in hoc capitulo nominibus propriis differunt: hi præpositi Syriæ & Phœnices ab his de quibus in præsenti: & illæ duæ accusationes differũt. illa nonque accusationem Ierosolymitarum, hęc autẽ laude non solũm gẽtis, sed & dei omnipotentis plena est. Beda 1. Eldr. 5.

c. Vnde recte Samaritæ qui primam scribentes epistolam animos regis aduersus structores templi accẽderũt, hæreticis comparãtur, qui ecclesiam sæpe tantũ fœda pelle commaculant, vt et à gentibus exosam reddant, eorumque furorem aduersus illam excitent. Beda 1. Eldr. 6.

mini quæ est in Ierusalem, & iudicatur à domino rege nostro, scribat de his nobis.
† [23] Tũc Rex Darius præcepit inquiri in bibliothecis, & inuẽtus est in Ecbatanis op-
pido quod est in Media regione, locus vnus in quo scripta erant ista: [24] Anno primo
regnãte Cyro, Rex Cyrus præcepit domum domini quæ est in Ierusalem, ædificare,
vbi incendebãt igni assiduo, [25] cuius altitudo sit cubitorum decẽ, & latitudo cubito-
rum sexaginta, quadratũ lapidibus politis tribus, & [d] mæniano ligneo eiusdẽ regio-
nis, & mæniano vno nouo, & impendia dari de domo Cyri Regis: [26] & sacra vasa
domus domini tã aurea quàm argẽtea, quæ extulit Nabuchodonosor, in domũ do-
D mini quæ est in Ierusalẽ, vbi erãt posita, vt ponantur illic. [27] Et præcepit curam agere
Sisennẽ subregulũ Syrię & Phœnicis, & Satrabuzanẽ & sodales eius, & qui ordinati
erant in Syria & Phœnice prędes: vt abstinerẽt se ab eodem loco. [28] Et ego quoque
prędepi in totum ædificare, & prospexi vt adiuuẽt eos qui sunt ex captiuitate Iudęo-
rum: donec consummetur templum ædis domini: [29] & à vexatione tributorum Syrię
cœles & Phœnicis, diligenter quantitatem dari his hominibus ad sacrificium domi-
ni, Zorobabel prędecto ad tauros, & arietes, & agnos, [30] similiter autem & frumẽtum
& sal & vinum, & oleum instanter per singulos annos, prout sacerdotes qui sunt in
Ierusalem, dictauerint cõsumi quotidie, sine vlla dilatione, [31] vt offerantur libationes
summo deo pro Rege & pueris eius, & orent pro ipsorum vita. [32] Et denuntietur, vt
quicunque trãsgressi fuerint aliquid ex his quæ scripta sunt, aut spreuerint, accipiatur
lignum de suis propriis, & suspendantur, & bona ipsorum Regi adscribantur. [33] Pro-
pterea & dominus, cuius nomẽ inuocatum est ibi, exterminet omnem Regẽ & gen-
tem qui manum suam extenderit prohibere aut male tractare domum domini illam
quæ est in Ierusalem. [34] Ego Darius Rex decreui quàm diligentissimè secundum
hęc fieri.

d. Hoc est, ordine vno ligneo. Sic enim fuit in templo Salomonis. Mœnianum autem ędificium est porrectum exterius, sic dictum à Mœnio de quo speculatur vel à Mœnio quodam, qui primus id ædificij genus inuenit, excensis tignis vltra columnas.

e. Et addidit Darius: Qui hanc mutauerit iussionem, sollatur lignum de domo eius, & cõfigatur in eo: domus autẽ eius publicetur. Ego Darius statui decretum, quod studiosè implere volo. Comestor. 3. Iudith.

Domus domini extructa dedicatur, & consecratur, in eáque festum azymorum celebratur. VII.

1. Esdr. 6. a A

a. Igitur cognita ex his literis voluntate regis, Sisennes & reliqui decreuerunt eam per omnia sequi. Itaq; suscepta cura sacra fabricæ, adiuuabant Iudæorum magistratúsque eorum & principes, & magnis omnium studiis proficiebat templi ædificatio iuxta mandata Cyri & Darij. Ioseph. lib. 11. cap. 3. Antiq.

b. Et cõpleuerũt illud anno septimo Darij, qui erat 46. annus regni Persarum, secundũ quod dictum est in euangelio Ioan. 2. Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc. Cumeſt. 3. cap. histor. Iudith.

c. Cõstituerũntque Leuitas iuxta Moysi leges ex ordine suo ianitores per singulas portas. Ædificauerant enim Iudæi porticus quibus templum circunquaq; includebatur. Instante autem azymorum festo mẽse primo, qui Macedonibus est xanthicus, nobis vero Nisan, cõduxit totas populus ex oppidis in vrbẽ, celebrauerúntq; id festũ cæsis à cæteris cũ cõiugibus ac liberis ritu patrio, & victimam paschalẽ immolantes decima quarta luna epulati sunt per cõtinuos dies septem, nullis iam pœnis parcẽtes, holocausta oblata etiã offerẽtes, & agẽtes gratias deo, qui eos tandẽ aliquando patriæ & eius legibus ac cultibus restituerit, deflexo ad benignitatẽ ac clementiam regis perfidi animo. Ioseph. lib. 11. ca. 4. Antiq. Iudaic.

VNc † [a] Sisennes subregulus Cœlesyrię & Phœnicis, & Statrabuzanes
& sodales obsecuti iis quę à Dario Rege erãt decreta, [2] insistebãt sacro-
sanctis operibus, diligentissimè cooperantes cum senioribus Iudęorũ
principibus Syrię: [3] & prosperata sunt sacrosancta opera, prophetãtibus
Aggęo & Zacharia prophetis. [4] Et cõsummauerũt omnia per præceptũ
domini dei Israel, & ex consilio Cyri, & Darij, & Artaxerxis Regis Persarum. [b 5] Et
cõsummata est domus nostra vsque ad tertiam & vicesimã diem mensis Adar, sexto
anno Darij Regis. [6] Et fecerunt filij Israel, & sacerdotes, & Leuitę, & cęteri qui erant
ex captiuitate qui appositi sunt, secũdum ea quę scripta sunt in libro Moysi. [7] Et ob-
tulerunt in dedicationem templi domini tauros centum, arietes ducẽtos, agnos qua-
dringentos, [8] & hœdos pro peccatis vniuersi Israel duodecim, secundum numerum
B tribuum Israel. [c 9] Et steterũt sacerdotes & Leuitæ amicti stolis per tribus super ope-
ra domini dei Israel secundum librũ Moysi, & ostiarij per singulas ianuas. [10] Et ege-
runt filij Israel cũ iis qui erãt ex captiuitate, illud phase quartadecima luna mẽsis pri-
mi, quãdo sanctificati sunt sacerdotes & Leuitę. [11] Omnes filij captiuitatis nõ sunt si-
mul sanctificati, quia Leuitę omnes simul sanctificati sunt. [12] Et immolauerunt phase
vniuersi filij captiuitatis & fratribus suis sacerdotibus, & sibimetipsis. [13] Et mãduca-
uerũt filij Israel qui erãt ex captiuitate, omnes qui remãserãt ab omnibus execratio-
nibus gẽtium terrę, quęrẽtes dominum: [14] & celebrauerũt diẽ festũ azymorum septẽ
C diebus, epulãtes in cõspectu domini, [15] quoniã cõuertit cõsilium Regis Assyriorum
1. Esdr. 7. a in eos, cõfortare manus eorum ad opera domini dei Israel. † [1] Et post hunc regnante
Artaxerxe Persarum Rege, accessit Esdras filius Azariæ, filij Helciæ, filij Solomæ, [2] fi-
lij Sadoc, filij Achitob, filij Ameri, filij Azahel, filij Bocci, filij Abisue, filij Phinees, fi-
lij Eleazari, filij Aaron primi sacerdotis: [3] hic Esdras ascendit de Babylonia cum esset
Scriba, & ingeniosus in lege Moysi quæ data est à domino Israel, docere & face-

Universidad de Deusto
Biblioteca

re.[4] Et dedit ei Rex gloriam, quòd inuenisset gratiam in omni dignitate & desiderio in conspectu eius. [5] Et ascenderunt simul cum ipso ex filiis Israel, & sacerdotibus & Leuitis, & sacris cantoribus templi, & ostiariis, & seruis templi in Ierusalem. [6] Anno septimo regnante Artaxerxe in quinto mense (hic annus septimus est regni) exeũtes de Babylonia nouilunio quinti mensis, [7] venerunt Ierosolymam iuxta præceptum illius, secũdum prosperitatem itineris à domino ipsorum datam eis. [d 8] In his enim Esdras magnam disciplinam obtinebat ne præmitteret quicquam eorum quæ essent ex lege domini & præceptis, & docendo vniuersum Israel omnem iustitiam & iudiciũ. [9] Accedentes autem qui scribebant scripta Artaxerxis Regis, tradiderũt scriptũ quod obuenerat ab Artaxerxe Rege ad Esdram sacerdotem, & lectorem legis domini: cuius exemplum subiectum est: [10]

d. Hic Artaxerxes qui deuotissima mente pro suo modulo templum ac dei sacerdotes veneratur, eisque plurimum deferre famulatum, Christianos principes sicut & præcessor eius significat. Beda vbi supra.

Esdras à Dario Ierosolymam mittitur cum sociis: qui populum ad pœnitentiam commouet. VIII.

a. Hunc Artaxerxem cuius septimo anno venit Esdras Ierosolymã, credit Iosephus lib. 11. cap. 5. fuisse Xerxem Darij filij Hystaspis filiũ. Alij Artaxerxem Lõgimanum. Rabini verò Hebraorum Darium filium Hystaspis: quòd facilius credideris. Nepe sub Xerxe Darij filio redierit Esdras Ierosolymam, à completa domo ad murorum & ciuitatis inchoationem essent anni. Et sub Longimano, essent 77. & ab incepto templo 80. anni. Et hinc ad regressum Nehemiæ, qui muros inchoationem incepit, numerãtur 14. anni. inde ab incepto templo ad muros inchoationis fluxissent 94. anni. Verum vt Eliasib saluetur sacerdotiũ, cuius meminit Nehemias cap. 12. qui post Iechuam, & post Ioiadam patrem suũ sacerdotio functus est, verisimilius est tam Esdram quàm Nehemiam sub Longimano reuersos, non sub Dario filio Hystaspis, vel Xerxe filio eius, aut Artaxerxe Mnemone: vt recentiores cum Philone eduxe. Aduersus quos Chrysost. oratio 2. aduersus Iudæos, post Iosephum ait: Artem non fuisse extructa Ierosolyma sub Cyro, sed sub Artaxerxe cognomento Longimano. Post defectũ enim Iudæorum à captiuitate, turrim ascendit Cambyses Cyri filius, deinde duo magi post hos Darius Hystaspæ filius, deinceps Xerxes Darij filius, post hunc Artabanes, post Artabanem Amasereses Longimanus imperauit Persidi. Et dum hic regnũ obtineres, an. 20. regni illius Nehemias restituit ciuitatem instauratit. Et hæc Esdras accuratissimè describit. Hæc ille.

[a †] Artaxerxes

Rex [a †] Artaxerxes Esdræ sacerdoti & lectori legis domini salutem. [11] Humanior ego iudicans in beneficiis, præcepi eis qui desiderant ex gente Iudæorum sua sponte, & ex sacerdotibus & Leuitis qui sunt in regno meo, comitari tecum in Ierusalem. [12] Si qui ergo cupiunt ire tecum, conueniant, & proficiscantur, sicut placuit mihi, & septem amicis meis consiliaris: [13] vt visitent ea quæ aguntur secundum Iudæam & Ierusalem obseruantes sicut habes in lege domini, [14] & ferant munera domino deo Israel, quæ voui ego & amici Ierusalẽ: & omne aurũ & argentum quod inuentum fuerit in regione Babyloniæ, domino in Ierusalem cum illo [15] quod est donatum pro ipsa gente in templũ domini eorũ, quod est in Ierusalem: vt colligatur hoc aurũ & argentum ad tauros & arietes, & agnos, & hœdos, & quæ his sunt congruentia, [16] vt offerant hostias domino super altare domini ipsorum quod est in Ierusalem. [17] Et omnia quæcunque volueris cũ fratribus tuis facere auro & argento, perfice pro voluntate tua secundum præceptum domini dei tui, [18] & sacrosancta vasa quæ data sunt tibi ad opera domus domini dei tui quę est in Ierusalem, [19] & cætera quæcunque tibi subuenerint ad opera templi dei tui, dabis de regali gazophylacio: [20] cum volueris cum fratribus tuis facere auro & argento, perfice secundum volũtatem domini. [21] Et ego quidem Rex Artaxerxes præcepi custodibus thesaurorum Syriæ & Phœnicis, vt quæcunque scripserit Esdras sacerdos, & lector legis domini, diligenter detur ei vsque ad argenti talenta centum, similiter & auri: [22] & vsque ad frumenti modios centum, & vini amphoras centum, & alia quæcunque abundant sine taxatione. [23] Omnia secundum legem dei fiant deo altissimo, ne forte exurgat ira in regno Regis, & filij, & filiorũ eius. [24] Vobis autem dicitur, vt omnibus sacerdotibus, & Leuitis, & sacris cãtoribus, & seruis templi, & scribis tẽpli huius, [25] nullum tributum neq; vlla alia indictio irrogetur, nec habeat quisquã potestatem obiicere eis quicquam. [26] Tu autem Esdra secundum sapientiam dei cõstitue iudices & arbitros in tota Syria & Phœnice: & omnes qui legem dei tui non nouerunt, doce: [27] vt quotquot trãsgressi fuerint legem, diligenter plectantur, siue morte, siue cruciatu, siue etiã pecunię mulctatione, vel abductione. [28] Et dixit Esdras Scriba: Benedictus dominus patrum nostrorum qui dedit hanc voluntatẽ in cor Regis clarificare domũ suã quæ est in Ierusalem, [29] & me honorificauit in conspectu Regis & cõsiliariorum & amicorũ eius, & purpuratorum eius. [30] & ego cõfortans animo factus sum secundum opitulationem domini dei mei, & cõgregaui ex Israel viros, vt simul ascenderent mecum: [31] & hi sunt præpositi secundum suas patrias, & principatus portionales eorum qui mecũ ascenderunt de Babylonia in regno Artaxerxis. [†] [32] Ex filiis Phares, Gersomus. Ex filiis Siemarith, Amenus. Filiorũ Dauid, Accus filius Sceceliæ. [33] Ex filiis Phares, Zacharias, & cum eo reuersi sunt viri cẽtũ quinquaginta: [34] ex filiis ductoris Moabilionis Zaraei: & cum ipso viri ducẽti quĩquaginta: [35] ex filiis Zacues, Iechonias Zechoëli, & cũ ipso viri ducẽti quinquaginta: [36] ex filiis Sala, Maasias Gotholiæ,

c tholiæ, & cum ipso viri septuaginta: [37] ex filiis Saphatiæ, Zarias Micheli, & cum ipso viri octoginta: [38] ex filiis Iob, Abdias Ieheli, & cũ ipso viri ducẽti duodecim: [39] ex filiis Baniæ, Salimoth filius Iosaphiæ, & cũ ipso viri centum sexaginta: [40] ex filiis Beer, Zacharias Bebei, & cum ipso viri ducenti octo. [41] Ex filiis Ezead Iohannes Eccetam, & cum ipso viri cẽtum decem. [42] Ex filiis Adonicã ipsis postremis, & hæc sunt nomina eorum: Eliphalã filius Gebel, & Semeias, & cum ipso viri septuaginta. [43] Et cõgregaui eos ad fluuium qui dicitur Thia, & metati illic fuimus triduo, & recognoui eos. [44] Et ex filiis sacerdotũ, & Leuitarũ nõ inueni illic. [45] Et misi ad Eleazarũ, & Eccelon, & Masmã, & Malobã, & Enaatha, & Samea, & Ioribũ, Nathã, Enuagã, Zachariam, & Mosollamũ, ipsos ductores & peritos. [46] Et dixi eis vt venirẽt ad Loddæum qui erat apud locũ gazophylacij. [47] Et mãdaui eis vt dicerẽt Loddæo, & fratribus eius, & illis qui erant in gazophylacio, vt mitterẽt nobis eos qui sacerdotio fungerẽtur in domo domini dei nostri. [48] Et adduxerũt nobis secundũ manũ validam domini dei nostri viros peritos ex filiis Moholi, filij Leui, filij Israel, Sebebiã, & filios & fratres, qui erãt decẽ & octo, [49] Asbiã & Amin, ex filiis filiorum Chananæi, & filij eorum viri viginti. [50] Et ex iis qui in tẽplo seruiebant, quos dedit Dauid, & ipsi principes ad operationem Leuitis tẽplo seruientiũ, ducenti viginti. Omnia nomina significata sunt in scri-

D pturis. [b 51] Et voui illic ieiunium iuuenibus in conspectu domini, vt quærerem ab eo bonum iter nobis, & qui nobiscũ erant, & filiis & pecoribus propter insidias. [52] Erubui enim petere à Rege pedites & equites in comitatu tutelæ gratia contra aduersarios nostros. [53] Diximus enim Regi, quoniã virtus domini erit cum eis qui inquirunt eum in omni affectu. [54] Et iterum deprecati sumus dominum deũ nostrum secũdum hęc: quem & propitium habuimus, & cõpotes facti sumus deo nostro. [c 55] Et separaui ex plebis præpositis, & sacerdotibus templi, viros duodecim, & Sedebiã & Asannã, & cum eis ex fratribus eorũ viros decem. [56] Et appendi eis aurũ & argentum, & vasa sacerdotalia domus dei nostri, quæ donauerat Rex, & consiliarij eius, & principes, & omnis Israel. [57] Et cum appendissem, tradidi argenti talenta centum quinquaginta, & vasa argentea talentorum centum, & auri talenta cẽtum, [58] & vasorum aureorum septies viginti, & vasa ærea de bono æramento splendentia duodecim, auri speciẽ reddentia. [59] Et dixi eis: Et vos sancti estis domino, & vasa sunt sancta, & aurũ & argentũ votum est domino deo patrũ nostrorum. [60] Vigilate, & custodite, donec tradatis ex plebis præpositis, & sacerdotibus, & Leuitis, & principibus ciuitatũ Israel in Ierusalẽ: in pastophorio domus dei nostri. [61] Et ij qui susceperunt sacerdotes & Leuitæ, aurum & argentum & vasa intulerunt in Ierusalem in templum domini. [62] Et promouimus

E à fluuio Thia die duodecima mensis primi, vsquequo introiuimus in Ierusalem. [63] Et cum factus fuisset tertius dies, quarta autem die ponderatum aurum & argentum, traditum est in domo domini dei nostri, Marimoth filio Iori sacerdoti, [64] (& cũ ipso erat Eleazar filius Phinees, & erant cum ipsis Iosadus filius Iesu, & Medias, & Banni filius Leuitæ) ad numerum & ad pondus vniuersa: [65] & scriptũ est põdus ipsorum eadem hora. [d 66] Qui autem venerunt ex captiuitate, obtulerunt sacrificium domino Israel, tauros duodecim pro omni Israel, arietes octogintasex, [67] agnos septuagitaduos, hircos pro peccato duodecim, & pro salute vaccas duodecim, omnia in sacrificium domini. [68] Et relegerũt præcepta Regis regalibus dispẽsatoribus, & subregulis Cœlesyriæ & Phœnicis: & honorificauerunt gentem & templum domini. [69] Et cõsumma tis his accesserunt ad me præpositi, dicẽtes: † Nõ segregauerunt genus Israel & principes, & sacerdotes, & Leuitæ, [70] & alienigenæ gẽtes & nationes terræ, immunditias suas à Chananæis, & Hethæis, & Pherezæis, & Iebuzęis, & Moabitis, & Ægyptiis, & Idumæis. [71] Coniuncti enim sunt filiabus eorum, ipsi & filij eorum: & mixtum est semen sanctum alienigenis gentibus terræ, & participes erant præpositi & magistratus iniquitatis eius ab initio ipsius regni. [72] Et mox vt audiui ista, cõscidi vestimẽta, & saceram tunicam, & lacerãs capillos capitis & barbam, sedi dolẽs & mœstus. [e 73] Et conuenerunt quotquot tunc mouebantur in verbo domini dei Israel, ad me lugentẽ super

b. Sed diligentius aduertẽdũ, quòd ieiunij præmittitur, vt sic oratio subsequatur. Primò namque ait: & voui illic ieiunium, vt affligeremur coram domino, & peteremus viam rectam nobis & filiis nostris. Beda. 1. Esdr. 8.

c. Sæpius dictum est, quòd argentum & aurum & vasa quæ de Babylone Ierosolymam mittebãtur, animas designarent, quæ de cõfusione & erroribus mundi huius conuerterentur ad dominum. Vnde apte hinc vasa sacerdotibus commendat Esdras, qui ea Ierosolymam perferant: quia per sacerdotũ necesse est manus diluantur in baptismo, & confecrentur domino, quicunque ad consortium sanctæ ecclesiæ peruingere desiderant. Beda. 1. Esdr. 8.

d. Magna deuotio eorũ & religio ostenditur, qui ad veterẽ d captiuitate, peregrinãtes ad templum, & altare domini, primò obtulerunt holocausta, nõ tantum pro se, sed & pro omni Israel: hoc est, & pro eis qui inuitidum reuerti fuerãt, & pro illis qui adhuc extorres patriæ durabãt: ve omnia authoris sui misericordia protegeret. Beda vbi supra.

e. Esdras intimũ cordis dolorem ostẽdens scidit vestimentum, vellit pilos capitis & barbæ, sedet mœrens, vt tali deboneſtamicto corporis, & indumento cum mœrore vultus, velocius omnũ animos ad pœnitẽtiam vel sui vel fraternæ fragilitatis excitet. Beda. 1. Esdr. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

per iniquitatem istam,& sedebam tristis vsque ad vespertinum sacrificium.[74] Et surgens à ieiunio conscissa habens vestimenta,& sacram tunicam,ingeniculãs & extendens manus ad dominum[75] dicebã:[f] Domine confusus sum,& reueritus sum ante faciem tuã.[76] Peccata enim nostra multiplicata sunt super capita nostra, & iniquitates nostræ exaltatæ sunt vsque ad cœlum:[77] quoniã à temporibus patrum nostrorum sumus in magno peccato vsq; ad diem hũc.[78] Et propter peccata nostra & patrum nostrorum sumus traditi cũ fratribus nostris,& cum sacerdotibus nostris,Regibus terræ in gladium & captiuitatem,& deprædationem cum confusione vsque in hodiernum diẽ.[79] Et nunc quantũ est quòd cõtigit nobis misericordia abs te domine deus? & derelinque nobis radicem & nomen in locũ sanctificationis tuæ:[80] detegere luminare nostrum in domo domini dei nostri, dare nobis cibum in omni tempore seruitutis nostræ.[81] Et cum seruiremus,nõ fuimus derelicti à domino deo nostro:sed constituit nos in gratia,ponẽs nobis Reges Persarum dare cibũ :[82] & clarificare templũ domini dei nostri,& ædificare deserta Sion:dare nobis stabilitatem in Iudęa & Ierusalem.[83] Et nunc quid dicimus domine habentes hæc? Transgressi enim sumus præcepta tua,quæ dedisti in manus puerorum tuorum prophetarũ,dicens:[84] Quoniam terra in quã introistis possidere hæreditatẽ eius , terra polluta est coinquinationibus alienigenarum terræ , & immunditiæ illorum repleuerunt eam totam immunditia sua.[85] Et nunc filias vestras non coniungetis filiis eorum , & filias eorum nõ accipietis filiis vestris,[86] & nõ inquiretis pacem habere cum illis omni tẽpore,vt inualescentes manducetis optima terræ,& hæreditatem distribuatis filiis vestris vsque in æuũ.[87] Et quæ cõtingũt nobis,omnia fiũt propter opera nostra maligna , & magna peccata nostra.[88] Et dedisti nobis talem radicẽ,& rursum reuersi sumus trãsgredi legitima tua,vti cõmisceremur immunditiæ alienigenarum gẽtium terræ huius.[89] Nónne irasceris nobis perdere nos,quoadusque non relinquatur radix , & nomen nostrum?[90] Domine deus Israel verax es. Derelicta est enim radix vsq; in hodiernũ diẽ.[91] Ecce nũc sumus in cõspectu tuo in iniquitatibus nostris. Non est enim adhuc stare ante te in his.† [92] Et cum adorando cõfiteretur Esdras flens humi prostratus ante templum: congregati sunt ante eum ex Ierusalem turba magna valde viri & mulieres, & iuuenes & iuuenculæ.Fletus enim erat magnus in ipsa multitudine.[93] Et cũ clamasset Iechonias Iehel ex filiis Israel,dixit Esdræ:Nos in dominum peccauimus,quòd collocauimus nobis in matrimonium mulieres alienigenas ex gentibus terræ,[94] & nũc est super omnem Israel. In his ergo sit iusiurandum à domino expellere omnes vxores nostras quæ ex alienigenis sunt,cum filiis earum.[95] Sicut tibi decretũ est à maioribus, secundum legem domini exurgens explica:[96] ad te enim spectat negotium,& nos tecum sumus. Viriliter fac.[97] Et exurgens Esdras adiurauit principes sacerdotũ, & Leuitas & omnem Israel facere secundum hæc:& iurauerunt.

f. Vna siquidem solaq; purgatio peccatoribus reliqua est post peccata, videlicet vt sua commissa confiteantur. Tu verò mihi considera & iusti virtutẽ,& iudicrum improbitatem. Nã ille quidem nullius mali sibi cõscius,seipsum multa cũ austeritate damnat, dicẽs:Peccata nostra multiplicata sunt super capita nostra. Chrysost. aduersus Iudæos Orat. 2.

Israelitæ iubentur vxores alienigenas cum filiis repudiare & abiicere. IX.

[1] ET†exurgens Esdras ab ante atrium templi,abiit in[a] pastophorium Iona-
thæ filij Nasabi,[2] & hospitatus illic non gustauit panem , nec aquam bibit super iniquitatem multitudinis.[3] Et facta est prædicatio in omni Iudæa,& in Ierusalem omnibus qui erant ex captiuitate in Ierusalem congregati:[4] vt quicunque non occurrerit biduo vel triduo diei secundum iudicium assidentium seniorum,tollerentur facultates suæ,& ipse alienus iudicaretur à multitudine captiuitatis.[5] Et congregati sunt omnes qui erant ex tribu Iuda & Beniamin in tribus diebus in Ierusalem.Hic mensis est nonus:dies mensis vicesimus:[6] & sedit omnis multitudo in area templi trementes propter hyemem præsentem,[7] & exurgens Esdras dixit illis : †[b] Vos iniquè fecistis collocãdo vobis in matrimoniũ vxores alienigenas , vt adderetis ad peccata Israel.[8] Et nunc date confessionem & magnificentiam domino deo patrum nostrorum :[9] & perficite voluntatem ipsius, & discedite à gentibus terræ , & ab vxoribus alienigenis.[10] Et clamauit omnis multitudo , & dixerunt

a Pastophorium dicitur sacerdotum domicilium, qui pastophori dicuntur, quasi pallium portantes, vel thalami custodes, vel thalami earum habentes. φόρος enim thalamus vel pallium, φορῶ autem ferre vel curare. Suid.

b. Aliquanto deinde post euenerit quo ad damnationis quod quidam è vulgo sacerdotum & Leuitarũ prorum, seruauerint institutiones & leges patrias, & duxerint alienigenas vxores ordinem sacerdotalem confudederint, coguntur, vt ab eis vxores ferret auxilium legionis de[o] propter patres iratus, omnes denique comminuit clade feriat. Iosephus lib. 11. cap. 5. Antiquit.

dixerũt voce magna:Sicut dixisti,faciemus.[11] Sed quoniam multitudo magna est, & tempus hybernum,& nõ possumus insubsidiari stare,& hoc opus nõ est nobis vnius diei,neque bidui,(multum enim in his peccauimus)[12] stẽt præpositi multitudinis:& omnes qui nobiscũ inhabitãt,& quotquot habẽt vxores apud se alienigenas,[13] & assistant accepto tempore ex ómni loco presbyteri,& iudices,vsquequo soluant iram domini negotij huius.[14] Ionathas autem filius Ezeli , & Ozias Thecam susceperunt secundũ hæc:& Bosoramus & Leuis & Sabbathæus simul cooperati sunt cum illis.
c [15] Et steterunt secundũ hæc omnia vniuersi qui erãt ex captiuitate.[16] Et elegit sibi viros Esdras sacerdos principes magnos de patribus eorũ secundũ nomina:& cõsederunt nouilunio mẽsis decimi examinare negotium istud.[c 17] Et determinatum est de viris qui habebant vxores alienigenas,vsq; ad neomeniam primi mensis:[18] & inuenti sunt ex sacerdotibus permixti qui habebãt alienigenas vxores.[19] Et filiis Iesu filij Iosedec & fratribus eius,Mazeas,& Eliezerus, & Ioribus, & Ioadeus, [20] & iniecerunt manus vt expellerent vxores suas:& ad limitandũ in exorationem arietem pro ignorantia sua.[21] Et ex filiis Sẽmeri:Mazeas,& Esses,& Ieelech, Azarias.[22] Et ex filiis Fosere,Lisomasias,Hismaenis, & Nathanae, Iussio, Reddus, & Talsas.[23] Et ex Leuitis: Iorabdus,& Semeis,& Colnis,& Calitas,& Facteas,& Coluas,& Elionas.[24] Et ex sacris cãtoribus:Eliasib,Zaccarus.[25] Et ex ostiariis : Sallumus,& Tolbanes.[26] Et ex Israel:ex filiis Foro,Osi,& Remias,& Geddias,& Melchias,&Michelus,& Eleazarus,
D & Iãmebias,& Bãnas.[27] Et ex filiis Iolamam,Chamas, & Zacharias,Iezrelus, & Ioddius,& Erimoth,& Helias.[28] Et ex filiis Zathoim : Eliadas,& Liasumus, Zochias,& Larimoth,& Zabdis,& Tebedias.[29] Et ex filiis Zebes:Iohãnes,& Amanias , & Zabdias,& Emẽs.[30] Et ex filiis Bãni,Olamus,& Malluchus,& Ieddeus, & Iasub , & Asabus,& Ierimoth.[31] Et ex filiis Addin:Naathus,& Moosias,& Caleus,& Raanas,Maaseas,Mathathias,& Beseel,& Bonnus,& Manasses.[32] Et ex filiis Nuae:Noneas,& Aseas,& Melchias,& Sameas,& Simõ,Bẽiamin,& Malchus,& Marras.[33] Et ex filiis Asom:Carianeus,Mathathias,& Bãnus,& Eliphalach,& Manasses,& Semei.[34] Et ex filiis Bãni:Hieremias,& Moodias,& Abramus,& Iohel,& Baneas,& Pelias , & Ionas, & Marimoth,& Eliasib,& Mathaneus,& Eliasis,& Orizas , & Dielus,& Semedius,
E & Sãbris,& Iosephus.[35] Et ex filiis Nobei, Idelus,& Mathathias, & Sabadus,& Zecheda,Sedmi,& Iessei,Bãneas.[36] Omnes isti coniunxerunt sibi vxores alienigenas,& dimiserunt eas cũ filiis.[37] Et inhabitauerũt sacerdotes & Leuitæ, & qui erãt ex Israel, in Ierusalẽ,& in tota vna regione,nouilunio mensis septimi. Et erãt filij Israel in cõmorationibus suis.[38] Et congregata est omnis multitudo simul in aream quæ est ab oriẽte portę sacræ.[d 39] Et dixerũt Esdræ Põtifici & lectori,vt afferret legẽ Moysi,quæ tradita est à domino deo Israel.[40] Et attulit Esdras Põtifex legem omni multitudini eorũ à viro vsq; ad mulierem,& omnibus sacerdotibus, audire legẽ nouilunio mẽsis septimi.[41] Et legebat in area quæ est ante sacrã portã tẽpli,à prima luce vsq; ad vespe-
F ram,corã viris & mulieribus.Et dederunt omnes sensum ad legẽ.† [42] Et stetit Esdras sacerdos & lector legis super ligneũ tribunal,quod fabricatũ erat.[43] Et steterũt ad eũ Mathathias,& Samus,Ananias,Azarias,Vrias,Ezechias,& Balsamus,ad dextrã:[44] & ad sinistrã Faldeus,Misael,Malachias,Abusthas,Sabus,Nabadias,& Zacharias.[45] Et assumpsit Esdras librũ corã omni multitudine:præsidebat enim in gloria in cõspectu omnium.[46] Et cũ absoluisset legem,omnes recti steterunt,& benedixit Esdras domino deum altissimum,deum Sabaoth omnipotẽtem.[47] Et respõdit omnis populus, Amen. Et eleuatis sursum manibus procidentes in terram adorauerunt dominum:[48] Iesus,& Baneus,& Sarabias,& Iaddimus,& Accubus,& Sabbathæus,& Calithes, & Azarias,& Ioradus,& Ananias,& Philias,Leuitæ:[49] qui docebãt legem domini,& in multitudine legebant legem domini,& præferebant singuli eos qui intelligebant lectionem.[50] Et dixit Atharathes Esdræ Pontifici & lectori, & Leuitis qui docebant multitudinem,[51] dicens:[e] Dies hic sanctus est domino. Et omnes flebant cũ audissent legem,[52] & dixit Esdras:† Digressi ergo mãducate pinguissima quæq; , & bibite dul-

c Surrexit ergò Esdras, adiurauit principes sacerdotũ & Leuitarũ , & omnẽ Israel, vt facerent secundum verbum hoc,& iurauerunt. Intelligas, quia si nõ proiecerunt hos filij transmigrationis liberos,quos sibi miscuerunt alienigenæ pepererunt,illa fuerit causa, quòd eos abrenunciare matrem & mũdelitari docuerunt , & confestraros domino per circumcisionem & hostiam salutarem, sua fide & caritatis cõsortes esse necesse. Beda.1. Ezdr. vltimo.

d Septimo autem mẽse die scenopegiæ festũ celebratur,& ferme totus populus cõuenit, accedentes ad portam templi tẽpli patrẽ, quę orientalem portã spectat, rogauerũt Esdram vt eis legem Moysi legeret,quod & fecit stans in medio multitudinis,à mane vsque ad meridiem. Ex qua lectione nõ solum in præsens & futurũ discebant quid esset iustũ, sed etiã præteritorũ memoriã recractantes lacrymabantur,sic cogitãtes, quòd nullas calamitates fuissent perpessi,si præcepta legis diligenter obiecrassent. Iosepho.lib.11.cap.5. Antiq.

e Ira seruiẽdum est domino in iocũditate. Plenarie & perfecta illa iocunditas, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Tunc erit perfecta iocunditas , tunc illa perfecta iubilatio,tunc amor sine scandalo , tunc fructus sine timore , tunc vita sine morte. Augustin. in Psal. 99.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cissima quæque,& mittite munera iis qui nõ habent.[13] Sanctus enim est hic dies domini,& nolite mœsti esse.Dominus enim clarificabit vos.[14] Et Leuitæ denuntiabant in publico omnibus,dicentes:Dies hic sanctus est:nolite mœsti esse.[15] Et abierunt omnes manducare & bibere,& epulari,& dare munera iis qui non habebant,vt epularentur.Magnificè enim sunt exaltati verbis quibus edocti sunt.[16] Et congregati sunt vniuersi in Ierusalem celebrare lætitiam secundum testamentum domini dei Israel.

Incipit Esdrę liber quartus.

Mittitur Esdras à deo multa ingratis Iudeis exprobraturus exhibita beneficia. Cap. I.

Hic liber apud Hebræos nõ habetur, sed nec in multis Latinis exemplaribus: tametsi nusquã non legendus peccandi horrore, & iudiciorũ dei incutiat terrorem. Veruntamẽ mirum est quòd hic dicatur defecisse ab Aaron per 19 generationes,supra vero 1. Esdr. 7. per 18. fold , sed 63. Esdr. 7. per 11. solùm:in his autẽ tribus genealogiis pauca inuenias eadem nomina.

LIber Esdræ prophetę secundus , filij Sarei , filij Azarei, filij A Helcię,filij Sadanię,filij Sadoch, filij Achitob,[2] filij Achiæ, filij Phinees , filij Heli , filij Amerię, filij Asiei, filij Marimoth , filij Arna , filij Oziæ , filij Borith , filij Abisei, filij Phinees , filij Eleazar ,[3] filij Aaron , ex tribu Leui , qui fuit captiuus in regione Medorum , in regno Artaxerxis regis Persarum.[4] Et factum est verbum domini ad me, dicens : †[5] Vade & nuntia populo meo facinora ipsorum, & filiis eorum iniquitates quas in me admiserunt, vt nuntient filiis filiorum :[6] quia peccata parentum ipsorum in illis creuerunt. † Obliti enim mei sacrificauerunt diis alienis. †[7] Nónne ego eduxi eos de B terra Ægypti,de domo seruitutis ? Ipsi autem irritauerunt me,& cõsilia mea spreuerunt.[8] Tu autem excute comã capitis tui,& proiice omnia mala super illos:quoniam nõ obedierunt legi meæ.Populus autem est indisciplinatus.[9] Vsquequo eos sustinebo,quibus tanta beneficia contuli?[10] Reges multos propter eos subuerti.†Pharaonẽ cum pueris suis,& omnem exercitum eius percussi.†[11] Omnes gentes à facie eorum perdidi , & in oriente prouinciarum duarum populos Tyri & Sydonis dissipaui , & omnes aduersarios eorum interfeci.[12] Tu verò loquere ad eos, dicens:Hæc dicit dominus:[13] Nempe ego vos per mare transmeaui, & plateas vobis initio munitas exhibui:†Ducem vobis dedi Moysen,& Aaron sacerdotem:†[14] lucem vobis per columnam ignis prętiti,& magna mirabilia feci in vobis:vos autẽ mei obliti estis,dicit dominus.[15] Hæc dicit dominus omnipotẽs:Coturnix vobis in signo fuit:castra vobis ad tutelã dedi,& illic murmurastis:[16] & non triumphastis in nomine meo de perditione inimicorum vestrorum,sed adhuc nunc vsq; murmurastis.[17] Vbi sunt beneficia quæ præstiti vobis? Nónne in deserto cũ esuriretis,proclamastis ad me,[18] dicẽtes: Vt quid nos in desertũ istud adduxisti interficere nos? Melius nobis fuerat seruire Ægyptiis, quàm mori in deserto hoc.[19] Ego dolui gemitus vestros:& dedi vobis manna in escã. Panem angelorum manducastis.†[20] Nónne cum sitiretis , petrã excidi,& fluxerunt aquæ in saturitate? Propter æstus foliis arborum vox texi.[21] Diuisi vobis terras pingues. Chananæos & Pherezæos & Philisthęos à facie vestra proieci. Quid faciã vobis adhuc,dicit dominus?[22] Hęc dicit dominus omnipotens:In deserto cum essetis in flumine Amorræo sitientes,& blasphemãtes nomen meũ,[23] nõ ignẽ vobis pro blasphemiis dedi,†sed mittens lignũ in aquã,dulce feci flumen.[24] Quid tibi faciã Iacob? Noluisti obedire,Iuda.†Trãsferam me ad alias gentes, & dabo eis nomen meum:vt custodiãt legitima mea.[25] Quoniã me dereliquistis,& ego vos derelinquam. Petentibus vobis à me misericordiam,non miserebor:†[26] quando inuocabitis me,ego non exaudiam vos.Maculastis enim manus vestras sanguine, & pedes vestri impigri sunt ad cõmittẽda homicidia.[27] Non quasi me dereliquistis,sed vosipsos, dicit dominus. Hęc dicit dominus omnipotens:Nónne ego vos rogaui vt pater filios,& vt mater filias,

lias,& vt nutrix paruulos suos,[29] vt essetis mihi in populum,& ego vobis in deũ , & vos mihi in filios,& ego vobis in patrẽ? †[30] Ita vos collegi,vt gallina pullos suos sub alas suas.Modo autẽ quid faciã vobis ? Proiiciã vos à facie mea.[31] Oblationem cum mihi attuleritis,auertam faciem meam à vobis.†Dies enim festos vestros,& neomenias,& circũcisiones repudiaui.†[32] Ego misi pueros meos prophetas ad vos,quos acceptos interfecistis,& laniastis corpora eorum,quorum sanguinẽ exquirã , dicit dominus.[33] Hæc dicit dominus omnipotens:†Domus vestra deserta est. Proiiciam vos sicut ventus stipulam,[34] & filij procreationem nõ facient:quoniã mandatum meum neglexerunt,& quod malum est coram me,fecerunt.[35] Tradam domos vestras populo venienti,qui me nõ audientes credunt:quibus signa nõ ostendi , facient quæ præcepi.[36] Prophetas non viderunt,& memorabuntur iniquitatum eorum.[37] Testor populi venientis gratiam, cuius paruuli exultant cum lætitia : me non videntes oculis carnalibus, sed spiritu credentes quæ dixi.[38] Et nunc frater aspice,quæ gloria : & vide populum venientem ab oriente:[39] quibus dabo ducatum Abrahã,Isaac, & Iacob, & Osee,& Amos, & Micheæ, & Ioel, & Abdiæ, & Ionæ,[40] & Naum, & Habacuc, Sophoniæ,Aggæi,Zachariæ & Malachiæ,qui & angelus domini vocatus est.

Synagoga sub figura matris auocatur à malo ad bonum. II.

HAec dicit dominus:†Ego eduxi populum istum de seruitute,quibus mãdata dedi per pueros meos prophetas,quos audire noluerunt, sed irrita fecerũt meacõsilia.[2] Mater quę eos generauit,dicit illis:Ite filij, quia ego vidua sum & derelicta.[3] Educaui vos cũ lætitia,& amisi vos cum luctu & tristitia:†quoniã peccastis corã domino deo vestro, & quod malum est corã eo,fecistis.[4] Modo autem quid faciam vobis?Ego vidua sum, & derelicta:ite filij,& petite à domino misericordiam.[5] Ego autem te pater testẽ inuoco super matrem filiorum,qui noluerunt testamentum meum seruare,[6] vt des eis cõfusionem,& matrem eorum in direptionem,ne generatio eorum fiat.[7] Dispergãtur in gentes nomina eorum , deleantur à terra : quoniam spreuerunt sacramentum meum.[8] Væ tibi Assur,qui abscondis iniquos penes te.Gens mala , memorare quid fecerim† Sodomæ & Gomorræ,[9] quorũ terra iacet in piceis glebis, & aggeribus cinerum.Sic dabo eos qui me non audierunt, dicit dominus omnipotens.[10] Hæc dicit dominus ad Esdrã:Nuntia populo meo,quoniã dabo eis regnũ Ierusalẽ, quod datus erã Israel.[11] Et sumã mihi gloriã illorũ, & dabo eis tabernacula æterna, quæ præparaueram illis.[12] Lignum vitæ erit illis in odore vnguenti,& non laborabunt,neque fatigabuntur.[13] Ite,& accipietis. Rogate vobis dies paucos,vt immorentur. Iã paratum est vobis regnum:vigilate.[14] Testare cœlum & terram.Cõtriui enim malum , & creaui bonum,quia viuo ego,dicit dominus.[15] Mater amplectere filios tuos , educa illos cum lætitia.Sicut columna cõfirma pedes eorum:quoniam te elegi,dicit dominus.[16] Et resuscitabo mortuos de locis suis,& de monumentis educam illos , quoniã cognoui nomen meum in Israel.[17] Noli timere mater filiorum,quoniã te elegi , dicit dominus.[18] Mittã tibi adiutorium pueros meos Isaiam & Ieremiam,ad quorum cõsilium sanctificaui & paraui tibi arbores duodecim,grauatas variis fructibus[19] & totidem fontes fluentes lac & mel:& mõtes immensos septem,habentes rosam & liliũ, in quibus gaudio implebo filios tuos.[20] Viduã iustifica:pupillo iudica : egenti da, orphanum tuere,nudum vesti,[21] cõfractum & debilem cura,claudũ irridere noli,tutare mãcum,& cæcum ad visionem claritatis meæ admitte.[22] Senẽ & iuuenem intra muros tuos serua:[23] mortuos vbi inueneris , signãs cõmenda sepulchro, & dabo tibi primã sessionem in resurrectione mea.[24] Pausa & quiesce populus meus,quia veniet requies tua.[25] Nutrix bona nutri filios tuos,cõfirma pedes eorũ.[26] Seruos quos tibi dedi,nemo ex eis interiet.Ego enim eos requirã de numero tuo.[27] Noli fatigari. Cũ enim venerit dies pressuræ & angustię,alij plorabũt & tristes erunt,tu autẽ hilaris & copiosa eris.[28] Zelabũt gẽtes,& nil aduersus te poterũt,dicit dominus.[29] Manus męę

a. Videre charissimi quãsit ejus eleemosinæ meritũ, angelum meruisse habere operarium Tobiæ iuniori. Videcis quantũ proficit mortuos sepelire, vt oblatio eius per angelum Raphaelẽ ad cœlestẽ ascenderet maiestatem. Videtis quia eleemosyna à morte liberat , & ipsa purgat peccata: facit purgationem oculorũ , liberat à tenebris peccatorum. Tobias via sua deducitur.Sara tot viris contrifata per angelum matrimonio copulatur. August. de tempore.Serm.126.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tegent te,ne filij tui gehennã videant. [30] Iucundare mater cum filiis tuis,quia ego te eripiam,dicit dominus. [31] Filios tuos dormientes memorare:quoniam ego eos educã de lateribus terræ,& misericordiam cum illis faciam,quoniam misericors sum,dicit dominus omnipotens. [32] Amplectere natos tuos vsq; dum venio,& præstem illis misericordiam:quoniam exuberant fontes mei,& gratia mea nõ deficiet. [33] Ego Esdras præceptum accepi à domino in mõte Oreb,vt irem ad Israel. Ad quos cum venirem, reprobauerunt me,& respuerunt mãdatum domini. [34] Ideóq; vobis dico gentes,quæ auditis & intelligitis:Expectate pastorem vestrum, requiem æternitatis dabit vobis: quoniam in proximo est ille,qui in fine seculi aduenit. [35] Parati estote ad præmia regni,quia lux perpetua lucebit vobis per ęternitatem temporis. [36] Fugite vmbrã seculi huius:Accipite iucunditatem glorię vestræ.Ego testor palàm saluatorem meũ: [37] cõmendatum donum accipite, & iucundamini, gratias agentes ei qui vos ad cœlestia regna vocauit. [38] Surgite,& state,& videte numerum signatorũ in conuiuio domini. [39] Qui se de vmbra seculi trãstulerunt,splendidas tunicas à domino acceperũt. [40] Recipe Sion numerum tuum,& cõclude cãdidatos tuos,qui legem domini compleuerunt. [41] Filiorum tuorum quos optabas,plenus est numerus.Roga imperũ domini,vt sanctificetur populus tuus,qui vocatus est ab initio. [42] Ego Esdras vidi in mõte Sion turbã magnam, quam numerare non potui, & omnes canticis collaudabant dominum. [43] Et in medio eorum erat iuuenis statura celsus, eminentior omnibus illis, & singulis capitibus eorum imponebat coronas,& magis exaltabatur: Ego autem miraculo tenebar. [44] Tunc interrogaui angelum,& dixi:Qui sunt hi domine? [45] Qui respondens dixit mihi: Hi sunt qui mortalem tunicam deposuerunt, & immortalem sumpserunt,& cõfessi sunt nomen dei.Modo coronantur,& accipiunt palmas. [46] Et dixi angelo:Ille iuuenis quis est,qui eis coronas imponit, & palmas in manus tradit? [47] Et respondens dixit mihi:Ipse est filius dei,quem in seculo cõfessi sunt.Ego autem magnificare eos cœpi,qui fortiter pro nomine domini steterunt. [48] Tunc dixit mihi angelus:Vade,annuntia populo meo qualia & quanta mirabilia domini dei vidisti.

In omnibus posteris Adæ,& maximè in infidelibus malitia dominatur. III.

a. Ab hoc anno 30. captiuitatis ad 7. annum Darij filij Hystaspis cũ Esdras secũdum quosdam missus est Ierosolymam,fuerunt 70 anni:ad 7. vero annum Artaxerxis Longimani, cum secundum alios missus est, fluxerunt 310. anni. Vnde propter annos quos iste Esdras iam habuerat cum cœpisset prophetare, habebat plus minus 70. quare creditur alius Esdras à priore.

ANno [a] tricesimo ruinæ ciuitatis eram in Babylone, & conturbatus sum super cubiculo meo recumbens. Et cogitationes meæ ascendebãt super cor meum: [2] quoniam vidi desertionem Sion,& abundãtiam eorum qui habitabant in Babylone. [3] Et ventilatus est spiritus meus valde. Et cœpi loqui ad altissimum verba timorata: [4] & dixi:O dominator domine tu dixisti ab initio quãdo plantasti terram,& hoc solus, & imperasti populo: [5] & dedisti Adam corpus mortuum: sed & ipsum figmentum manuum tuarum erat, & insufflasti in eum spiritum vitæ,& factus est viuens corã te, [6] & induxisti eum in paradiso, quem plantauerat dextera tua antequam terra aduentaret. [7] Et huic mandasti diligere viam tuã, & præteriit eam,& statim instituisti in eum mortem, & in nationibus eius, & natæ sunt gentes,& tribus & populi & cognationes,quarum non est numerus. [8] Et ambulauit vnaquæque gens in voluntate sua,& mira agebant coram te, & spernebãt præcepta tua. [9] Iterum autem in tempore induxisti diluuium super inhabitates seculum, & perdidisti eos. [10] Et factum est in vnoquoque eorum,sicut Adæ mori, sic his diluuium. [11] Dereliquisti autem vnum ex his Noe cum domo sua, & ex eo iusti omnes. [12] Et factum est,cum cœpissent multiplicari qui habitabãt super terram, & multiplicauerunt filios & populos,& gentes multas: & cœperunt iteratò impietatem facere plus quàm priores. [13] Et factũ est,cum iniquitatẽ facerent corã te, elegisti tibi virũ ex his cui nomen erat Abraham. [14] Et dilexisti eum, & demonstrasti ei soli voluntatem tuam: [15] Et dispositi ei testamentum æternum,& dixisti ei,vt non vnquam derelinqueres semẽ eius.Et dedisti ei Isaac,dedisti Iacob & Esau. [16] Et segregasti tibi Iacob, Esau autem separasti.Et factus est Iacob in multitudine magna. [17] Et factũ est,cũ educeres semẽ eius ex Aegypto,adduxisti super montẽ Sina. [18] Et inclinasti cœlos,& statuisti

tuisti terram, & commouisti orbem, & tremere fecisti abyssos, & conturbasti seculum, [19] & trãsiit gloria tua portas quatuor ignis,& terræmotus,& spiritus, & gelu:vt dares semini Iacob legẽ, & generationi Israel diligentiam. [20] Et non abstulisti ab eis cor malignũ, vt faceret lex tua in eis fructũ. [21] Cor enim malignum baiulans primus Adam trãsgressus & victus est,sed & omnes qui de eo nati sunt. [22] Et facta est permanens infirmitas,& lex cum corde populi,cũ malignitate radicis,& discessit quod bonum est,& mansit malignum. [23] Et transierunt tempora,& finiti sunt anni:& suscitasti tibi seruũ nomine Dauid, [24] & dixisti ei ædificare ciuitatẽ nominis tui,& offerre tibi in eadem thus & oblationes. [25] Et factũ est hoc annis multis,& dereliquerũt qui habitabant ciuitatẽ, [26] in omnibus faciẽtes sicut fecit Adam, & omnes generationes eius. Vtebãtur enim & ipsi corde maligno. [27] Et tradidisti ciuitatẽ tuam in manibus inimicorũ tuorum. [28] Nunquid meliora faciunt qui habitãt Babylonem? Et propter hoc dominabitur Sion? [29] Factũ est,cum veniissem huc,& vidissem impietates quarũ nõ est numerus,& delinquentes multos,vidit anima mea hoc tricesimo anno, & excessit cor meum: [30] quoniã vidi quomodo sustines eos peccantes,& pepercisti impiè agentibus,& perdidisti populum tuum,& cõseruasti inimicos tuos,& non significasti. [31] Nihil memini quomodo debeat derelinqui via hæc,Nunquid meliora facit Babylõ,quàm Sion? [32] aut alia gens cognouit te præter Israel? Aut quæ tribus crediderunt testamentis tuis,sicut Iacob? [33] Quarum merces non comparauit,neq; labor fructificauit. Pertransiens enim pertransiui in gentibus, & vidi abundantes eas, & non memorantes mandatorum tuorum. [34] Nunc ergo põdera in statera nostras iniquitates,& eorũ qui habitant in seculo: & non inuenietur nomẽ tuum nisi in Israel. [35] Aut quando non peccauerunt in conspectu tuo qui habitant terram? aut quę gens sic obseruauit mandata tua? [36] Hos quidem per nomina inuenies seruasse mãdata tua, gentes autem non inuenies.

Retruditur superbia curiosi scrutatoris,variis adductis similitudinibus. IIII.

ET respondit ad me angelus qui missus est ad me,cui nomẽ Vriel, [2] & dixit mihi:Excedens excessit cor tuum in seculo hoc, & comprehẽdere cogitas viam altissimi. [3] Et dixi:Ita,domine meus. Et respondit mihi,& dixit: Tres vias missus sum ostendere tibi, & tres similitudines proponere coram te: [4] de quibus mihi si renuntiaueris vnam ex his, & ego tibi demonstrabo viam quam desideras videre,& docebo te vnde sit cor malignũ. [5] Et dixi:Loquere domine meus. Et dixit ad me:Vade,pondera mihi ignis pondus,aut mensura mihi flatum venti,aut reuoca mihi diem quæ præteriit. [6] Et respondi,& dixi: Quis natorum poterit facere, vt me interroges de his? [7] Et dixit ad me:Si essem interrogans te, dicens: Quantæ habitationes sunt in corde maris, aut quantæ venæ sunt in principio abyssi, aut quantæ venæ sunt super firmamentum,aut qui sunt exitus paradisi: [8] diceres mihi fortassis:In abyssum non descendi,neque in infernum adhuc, neque in cœlum vnquam ascendi. [9] Nunc autem non interrogaui te nisi de igne,& vento,& die per quam transisti,& à quibus separari non potes:& non respondisti mihi de eis. [10] Et dixit mihi:Tu quę tua tua sunt tecum coadolescentia,non potes cognoscere: [11] & quomodo poterit vas tuũ capere altissimi viam,& iam exterius corrupto seculo intelligere corruptionem eui- dentem in facie mea? [12] Et dixi illi:Melius erat nos non esse,quàm adhuc viuentes videre in impietatibus,& pati,& non intelligere de qua re. [13] Et respondit ad me,& dixit:Proficiscens profectus sum ad syluam lignorum campi, [14] & cogitauerunt cogitationem,& dixerunt:Venite,& eamus,& faciamus ad mare bellum, vt recedat cora nobis,& facias nobis alias syluas. [15] Et similiter fluctus maris,& ipsi cogitauerũt cogitationem,& dixerunt:Venite,ascendentes debellemus syluas cãpi,vt & ibi consummemus nobismetipsis aliam regionem. [16] Et factus est cogitatus syluę in vanum. Venit enim ignis,& consumpsit eam. [17] Similiter & cogitatus fluctuum maris.Stetit enim arena,& prohibuit eos. [18] Si enim esses iudex horũ, quem inciperes iustificare,

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut quem cõdemnare?[19] Et respondi, & dixi: Vtiq; vnam cogitationẽ cogitauerunt. Terra enim data est syluæ, & mari locus portare fluctus suos.[20] Et respõdit ad me, & dixit: Bene tu iudicasti. Et quare non iudicasti tibimetipsi?[21] Quemadmodum enim terra syluæ data est, & mare fluctibus suis, sic qui super terram inhabitant, quæ sunt super terram intelligere solummodo possunt: & qui super cœlos, quæ super altitudinem cœlorum.[22] Et respõdi, & dixi: Deprecor te domine, vt mihi detur sensus intelligẽdi.[23] Nõ enim volui interrogare de superioribus tuis, sed de his quæ pertrãseunt per nos quotidie, propter quid Israel datus in opprobrium gentibus: quem dilexisti populum, datus est tribubus impiis,[24] & lex patrum nostrorum in interitum deducta est, & dispositiones scriptæ nusquam sunt: & pertransiuimus de seculo vt locustæ, & vita nostra stupor & pauor, & nec digni sumus misericordiam consequi.[25] Sed quid faciet nomini suo quod inuocatũ est super nos? Et de his interrogaui.[26] Et respondit C ad me, & dixit: Si fueris plurimum scrutatus, frequenter miraberis. Quoniam festinas festinat seculum pertransire,[27] & non capit portare quæ in futuris temporibus iustis repromissa sunt: quoniam plenum iniustitia est seculum hoc, & infirmitatibus.[28] De quibus autem interrogas, dicam: Seminatum est enim malum, & necdũ venit destructio ipsius.[29] Si ergo non inuersum fuerit quod seminatũ est, & discesserit locus vbi seminatum est malum: non veniet vbi seminatum est bonum.[30] Quoniam gramen seminis mali seminatum est in corde Adam ab initio: & quantum impietatis generauit vsque nunc, & generat vsq; cum veniat area?[31] Æstima autẽ apud te gramen mali seminis, quantum fructum impietatis generauit:[32] quando secatæ fuerint spicæ, quarum non est numerus, quàm magnam aream incipient facere?[33] Et respõdi, & dixi: Quomodo & quando hæc: Quare modici & mali anni nostri?[34] Et respondit ad me, & dixit mihi: Non festines tu super altissimum. Tu enim festinas inaniter esse super ipsum. Nam excessus tuus multus.[35] Nónne de his interrogauerunt animæ iustorum in prõptuariis suis, dicentes: Vsquequo spero sic, & quando veniet fructus areæ mercedis nostræ?[36] Et respondit ad ea Ieremiel archangelus, & dixit: Quando impletus fuerit numerus seminum in vobis, quoniam in statera ponderauit seculum,[37] & mensura mensurauit tempora, & numero numerauit tempora, & non commouit, nec excitauit vsq; dum impleatur prædicta mensura.[38] Et respõdi, & dixi: O dominator domine, sed & nos omnes pleni sumus impietate.[39] Et ne forte propter nos non impleatur iustorum areæ, propter peccata inhabitantiũ super terram.[40] Et respondit ad me, & dixit: Vade & interroga prægnantem, si quando impleuerit nouem menses suos, adhuc poterit matrix eius retinere partum in semetipsa? Et dixi: Non potest domine.[41] Et dixit ad me: In inferno promptuaria animarum matrici assimilata sunt.[42] Quẽ- D admodum enim illa festinat quæ parit, effugere necessitatem partus: sic & hæc festinat reddere ea quæ commendata sunt.[43] Ab initio tibi demonstrabitur de his quæ concupiscis videre.[44] Et respondi, & dixi: Si inueni gratiã ante oculos tuos, & si possibile est, & si idoneus sum,[45] demonstra mihi, si plus quàm præteritum sit habet venire, aut plura pertransierunt supra quàm futurum est.[46] Quid pertrãsiuit, scio: quid autem futurum sit, ignoro.[47] Et dixit ad me: Sta super dextram partem, & demõstrabo tibi interpretationem similitudinis.[48] Et steti, & vidi, & ecce fornax ardens trãsiit coram me. Et factum est, cum transiret flamma, vidi, & ecce superauit fumus.[49] Post hæc transiit coram me nubes plena aquæ, & immisit pluuiam impetu multam. Et cũ transisset impetus pluuiæ, superauerunt in ea guttæ.[50] Et dixit ad me: Cogita tibi. Sicut crescit pluuia amplius quàm guttæ, & ignis, quàm fumus: sic superabũdauit quæ transiuit mensura. Superauerunt autem guttæ, & fumus.[51] Et oraui, & dixi: Putas viuo vsque in diebus illis? Vel quid erit in diebus illis?[52] Respondit ad me, & dixit: De signis de quibus me interrogas, ex parte possum tibi dicere: de vita autẽ tua non sum missus dicere tibi, sed nescio.

Varia signa super rebus futuris ostenduntur Esdræ per dei angelum pro captiuorum consolatione & spe. V.

De signis

A DE signis autem, ecce dies venient, in quibus apprehẽdentur qui inhabitant terram in censu multo: & abscondetur veritatis via, & sterilis erit à fide regio:[1] & multiplicabitur iniustitia super hanc quam ipse tu vides, & super quam audisti olim:[3] & erit impositio vestigio quam nunc vides regnare regionem, & videbunt eam deserta.[4] Si autem tibi dederit altissimus viuere, videbis post tertiam tubam, & relucescet subitò sol noctu, & luna ter in die,[5] & de ligno sanguis stillabit, & lapis dabit vocem suam, & populi commouebuntur:[6] & regnabit quem non sperant qui inhabitant super terrã, & volatilia commigrationem facient:[7] & mare Sodomiticum pisces reiiciet, & dabit vocẽ noctu, quam nõ nouerãt multi. Omnes autem audient vocem eius.[8] Et chaos fiet per loca multa, & ignis frequenter remittetur, & bestiæ agrestes transmigrabũt, & mulieres mẽstruatæ parient monstra,[9] & in dulcibus aquis salsæ inuenientur, & amici omnes semetipsos expugnabunt: & abscõdetur tunc sensus, & intellectus separabitur in promptuarium suum:[10] & quæretur à multis, & non inuenietur: & multiplicabitur iniustitia & incontinentia super terram.[11] Et interrogabit regio proximam suam, & dicet: Nunquid per te pertransiit iustitia iustũ faciens? Et hoc negabit.[12] Et erit in illo tẽpore, & sperabunt homines, & non impetrabũt: laborabunt, & nõ dirigentur viæ eorũ.[13] Hæc signa dicere tibi permissum est mihi. Et si oraueris iterum, & ploraueris sicut & nũc, & ieiunaueris septẽ diebus, audies iteratò horum maiora.[14] Et euigilaui, & corpus meũ horruit valde: & anima mea laborauit vt deficeret.[15] Et tenuit me qui venit angelus qui loquebatur in me, & cõfortauit me, & statuit me super pedes.[16] Et factũ est in nocte secũda, & venit B ad me Salathiel dux populi, & dixit mihi: Vbi eras? Et quare vultus tuus tristis?[17] An nescis quoniã tibi creditus est Israel in regione trãsmigrationis eorum?[18] Exurge ergo, & gusta panem, & non derelinquas nos sicut pastor gregem suum in manibus luporũ malignorũ.[19] Et dixit ei: Vade à me, & non appropies ad me. Et audiuit, vt dixi, & recessit à me.[20] Et ego ieiunaui diebus septẽ vlulas & plorans, sicut mihi mãdauit Vriel angelus.[21] Et factũ est post dies septem, & iterum cogitationes cordis mei molestæ erant mihi valde.[22] Et resumpsit anima mea spiritum intellectus: & iterũ cœpi loqui corã altissimo sermones.[23] Et dixi: Dominator domine, ex omni sylua terræ, & ex omnibus arboribus eius elegisti vineã vnicã:[24] & ex omni terra orbis elegisti tibi foueam vnã:[25] & ex omnibus floribus orbis elegisti tibi lilium vnum: & ex omnibus abyssis maris replesti tibi riuum vnũ:[26] & ex omnibus ædificatis ciuitatibus sanctificasti tibimetipsi Sion: & ex omnibus creatis volatilibus nominasti tibi columbam vnam: & ex omnibus plasmatis pecoribus prouidisti tibi ouem vnã:[27] & ex omnibus multiplicatis populis acquisiuisti tibi populum vnum: & ab omnibus probatam legẽ donasti huic quẽ desiderasti populo.[28] Et nũc domine, vt quid tradidisti vnum pluribus? Et præparasti super vnam radicem alias, & disperdidisti vnicum tuum in multis?[29] Et conculcauerunt eum, qui contradicebant sponsionibus tuis, quisq; tuis testamentis nõ credebant.[30] Et si odiens odisti populũ tuũ, tuis manibus debet castigari.[31] Et factum est, cum locutus essem sermones, & missus est angelus ad me, qui ante ve C nerat ad me prẽterita nocte,[32] & dixi mihi, Audi me, & instruam te: & intende mihi, & adiiciam coram te.[33] Et dixi: Loquere domine meus. Et dixi ad me: Valde tũ in excessu mẽtis factus es pro Israel. An plus dilexisti eum, quàm qui eũ fecit?[34] Et dixi ad eum: Non domine, sed dolens locutus sum. Torquẽt enim me renes mei per omnem horam quærentem apprehendere semitam altissimi, & inuestigare partem iudicij eius.[35] Et dixit ad me: Non potes. Et dixi: quare domine? Ad quid nascebar, aut quare non fiebat matrix matris meæ mihi sepulchrum, vt non viderem laborem Iacob, & defatigationem generis Israel?[36] Et dixit ad me: Numera mihi quæ necdum venerant, & collige mihi dispersas guttas. Et reuirida mihi aridos flores,[37] & aperi mihi clausa promptuaria, & produc mihi inclusos in eis flatus. Demõstra mihi vocis imaginem: & tunc ostendã tibi laborẽ quem rogas videre.[38] Et dixi: Dominator domine, quis enim est qui potest hæc scire, nisi qui cũ hominibus habitationem nõ habet?

Universidad de Deusto
Biblioteca

39 Ego autẽ insipiens,& quomodo potero dicere de his quibus me interrogasti?40 Et
dixit ad me:Quomodo non potes facere vnum de his quæ dicta sunt:sic non poteris
inuenire iudicium meum, aut in fine charitatẽ quam populo promisi. 41 Et dixi:Sed
ecce domine,tu propè es his qui in finẽ sunt.Et quid facient qui ante me fuerunt, aut
nos,aut hi qui post nos?42 Et dixit ad me:Coronę assimilabo iudiciũ meũ.Sicut non
nouissimorum tarditas,sic nec priorum velocitas.43 Et respondi,& dixi:Nec poteras
facere eos qui facti sunt & qui sunt,& qui futuri sunt, in vnũ, vt celerius iudiciũ tuũ
ostendas?44 Et respõdit ad me,& dixit:Non potest festinare creatura super creatorẽ, D
nec sustinere seculũ eos qui in eo creandi sunt,in vnum.45 Et dixi:Quomodo dixisti
seruo tuo,quoniam viuificans viuificasti à te creatam creaturam in vnum,& sustine-
bat creatura:poterit & nunc portare præsentes in vnum.46 Et dixit ad me: Interroga
matricẽ mulieris,& dices ad eam:Et si paris,quare per tẽpus?Roga ergo eam, vt det
decem in vnum.47 Et dixi:Non vtique poterit,sed secundum tempus. 48 Et dixit ad
me.Et ego dedi matricẽ terræ his qui seminati sunt super eam per tempus.49 Quem-
admodum enim infans non parit ea quæ senum sunt: sic ego disposui à me creatum
seculũ.50 Et interrogaui,& dixi:Cum iam dederis mihi viam,loquar coram te. Nam
mater nostra,de qua dixisti mihi,adhuc iuuenis est,iam senectuti appropinquat.51 Et
respõdit ad me,& dixit: Interroga eã quæ parit, & dicet tibi. 52 Dices enim ei:Quare
quos peperisti nũc,nõ sunt similes his qui ante te,sed minores statura? 53 Et dicet tibi
& ipsa:Alij sunt qui in iuuentute virtutis nati sunt: & alij qui sub tempore senectutis
deficiente matrice sunt nati.54 Cõsidera ergo & tu,quoniam minori statura estis præ
his qui ante vos,55 & qui post vos minori quàm vos,quasi iam senescẽtes creaturę,&
fortitudinẽ iuuentutis prætereuntes.56 Et dixi:Rogo domine,si inueni gratiam ante
oculos tuos,demonstra seruo tuo per quem visites creaturam tuam.

Deus omnia nouit antequam fiant,& omnia creauit propter hominem, omniumque fines considerat. V I.

ET dixit ad me:Initio terreni orbis,& antequam starent exitus seculi,& an- A
tequam spirarent conuentiones ventorum, 2 & antequam sonarent voces
tonitruum,& antequam splenderent nitores coruscationum,& antequam
confirmarentur fundamenta paradisi,3 & antequam viderẽtur decori flo-
res,& antequam confirmarentur motæ virtutes,& antequam colligerentur innume-
rabiles militiæ angelorum, 4 & antequam extollerentur altitudines aëris,& antequã
nominarentur mensuræ firmamentorum,& antequam æstuarent camini in Sion,5 &
antequam inuestigarentur præsentes anni, & antequam abalienarentur eorum qui
nunc peccant adinuentiones,& antequam consignati essent qui fidem thesaurizaue-
runt:6 tunc cogitaui & facta sunt per me solum, & non per alium, & finis per me & Genes. 4
non per alium.7 Et respondi,& dixi:Quæ erit separatio temporum? Aut quãdo prio-
ris finis,& sequentis initium?8 Et dixit ad me:Ab Abraham vsq; ad Isaac,quãdo nati
sunt ab eo Iacob & Esau, manus Iacob tenebat ab initio calcaneũ Esau. 9 Finis enim
huius seculi Esau,& principiũ sequentis Iacob. 10 Hominis manus inter calcaneum,
& manum. Aliud noli quærere Esdra.11 Et respondi,& dixi:O dominator domine, si
inueni gratiam ante oculos tuos,12 oro vt demõstres seruo tuo finem signorũ tuorũ,
quorum partem mihi demonstrasti nocte præcedente.13 Et respondit,& dixit ad me:
Surge super pedes tuos, & audi vocem plenissimam sonitus. 14 Et erit sicut commo-
tio,nec commouebitur locus in quo stes super eum.15 Ideo cum loquitur,tu non ex-
paueas,quoniam de fine verbum & fundamentum terræ intelligitur,16 quoniã de ip-
sis sermo tremiscit & commouetur. Scit enim quoniam finem eorum oportet com-
mutari.17 Et factũ est,cum audissem,surrexi super pedes meos,& audiui, & ecce vox B
loquẽs,& sonus eius sicut sonus aquarum multarum.18 Et dixit:Ecce dies veniunt,&
erit quãdo appropinquare incipiam vt visitem habitãtes in terra: 19 & quando inqui-
rere incipiam ab eis qui iniustè nocuerunt iniustitia sua,& quãdo suppleta fuerit hu-
militas

militas Sion,20 & cũ superſignabitur ſeculum quod incipiet pertrãſire,hæc ſigna fa-
ciam:Libri aperientur ante faciẽ firmamenti,& omnes videbunt ſimul,21 & anniculi
infantes loquentur vocibus ſuis, & prægnantes immaturos parient infantes trium &
quatuor menſiũ,& viuent & ſuſcitabuntur.22 Et ſubitò apparebunt ſeminata loca nõ
ſeminata,& plena prõptuaria ſubitò inueniẽtur vacua:23 & tuba canet cum ſono:quã
cũ omnes audierint,ſubitò expaueſcent.24 Et erit in illo tempore,debellabunt amici
amicos vt inimici,& expaueſcet terra cũ his.Et venæ fontium ſtabunt,& non decur-
rẽt in horis tribus.25 Et erit,omnis qui derelictus fuerit ex omnib⁹ illis quibus prędi-
xi tibi,ipſe ſaluabitur:& videbit ſalutare meũ,& finẽ ſeculi veſtri.26 Et videbunt qui
recepti ſunt homines,qui mortem nõ guſtauerunt à natiuitate ſua, & mutabitur cor
inhabitantiũ,& cõuertetur in ſenſum aliũ.27 Delebitur enim malum, & extinguetur
dolus.28 Florebit autẽ fides,& vincetur corruptela,& oſtẽdetur veritas quæ ſine fru-
ctu fuit diebus tãtis.29 Et factũ eſt cũ loqueretur mihi, & ecce paulatim intuebar ſu-
per eũ ante quem ſtabam,30 & dixit ad me hæc:Veni tibi oſtendere tempus venturæ
noctis.31 Si ergo iterũ rogaueris,& iterum ieiunaueris ſeptem diebus, iterum tibi re-
C nũtiabo horũ maiora per diem quam audiui.32 Audita eſt enim vox tua apud altiſſi-
mum.Vidit enim fortis directionem tuam,& prouidit pudicitiam quam à iuuentute
tua habuiſti:33 & propter hoc miſit me demõſtrare tibi hęc omnia,& dicere tibi:Cõ-
fide,& noli timere,34 & noli feſtinare cum prioribus tẽporibus cogitare vana,vt non
properes à nouiſſimis tẽporibus.35 Et factum eſt poſt hæc,& fleui iterum:& ſimiliter
ieiunaui ſeptẽ diebus,vt ſuppleam tres hebdomadas quæ dictæ ſunt mihi.36 Et factũ
eſt in octaua nocte,& cor meum turbabatur iteratò in me,& cœpi loqui corã altiſſi-
mo.37 Inflãmabatur enim ſpiritus meus valde,& anima mea anxiabatur,38 & dixi:O
domine loquẽs locutus es ab initio creaturę in primo die,dicẽs:Fiat cœlũ & terra,&
tuum verbum opus perfectum.39 Et erat tunc ſpiritus,& tenebræ circunferebãtur,&
ſilentiũ ſonus vocis hominis nondũ erat abs te.40 Tunc dixiſti de theſauris tuis pro-
ferri lumẽ luminoſum,quo appareret opus tuũ.41 Et die ſecundo creaſti ſpiritum fir-
mamenti,& imperaſti ei vt diuideret & diuiſionem faceret inter aquas, vt pars quæ-
dã ſurſum recederet,pars verò deorſum maneret.42 Et tertia die imperaſti aquis con-
gregari in ſeptima parte terræ,ſex verò partes ſiccaſti & conſeruaſti,vt ex his ſint co-
ram te miniſtrãtia ſeminata à deo,& culta.43 Verbũ enim tuum proceſſit, & opus ſta
tim fiebat.44 Proceſſit enim ſubitò fructus multitudinis immẽſus,& cõcupiſcẽtię gu
ſtus multiformes,& flores colore immutabili,*& odores odoramenti inueſtigabilis, * inimitabili.
& die tertio hæc facta ſunt.45 Quarto autẽ die imperaſti fieri ſolis ſplendorem, lunæ
D lumẽ ſtellarum diſpoſitionem.46 & imperaſti eis vt deſeruirent futuro plaſmato ho-
mini. 47 Quinto autẽ die dixiſti ſeptimæ parti vbi erat aqua cõgregata,& procrearet
animalia,& volatilia,& piſces:& ita fiebat.48 Aqua muta & ſine anima,quæ dei nutu
iubebãtur animalia faciebat,vt ex hoc mirabilia tua nationes enarrẽt.49 Et tunc con-
ſeruaſti duas animas,nomẽ vni vocaſti Enoch, & nomẽ ſecundæ vocaſti Leuiathan,
50 & ſeparaſti ea ab alterutro.Nõ enim poterat ſeptima pars,vbi erat aqua cõgregata,
capere ea.51 Et dediſti Enoch vnã partẽ quæ ſiccata eſt tertio die, vt habitet in ea, vbi
ſunt montes mille.52 Leuiathan autẽ dediſti ſeptimam partem humidam, & ſeruaſti
eam,vt fiat in deuorationem quibus vis,& quãdo vis.53 Sexto autẽ die imperaſti ter-
ræ,vt crearet corã te iumẽta,& beſtias,& reptilia:54 & ſuper his Adam,quem conſti-
tuiſti ducem ſuper omnibus factis quæ feciſti,& ex eo educimur nos omnes quémq;
elegiſti populũ.55 Hęc autem omnia dixi coram te domine, quia propter nos creaſti
ſeculũ. 56 Reſiduas autem gẽtes ab Adam natas dixiſti eas nil eſſe,& quoniam ſaliuæ
aſſimilatæ ſunt,& quaſi ſtillicidium de vaſe ſimilaſti abundãtiam eorum. 57 Et nunc
domine,ecce iſtæ gẽtes quæ in nihilum deputatæ ſunt,cœperunt dominari noſtri, &
deuorare:58 nos autem populus tuus quem vocaſti primogenitum,vnigenitũ æmu-
latorem tuum, traditi ſumus in manibus eorum. 59 Et ſi propter nos creatum eſt ſe-
culum, quare non hæreditatem poſſidemus cum ſeculo? Vſquequo hæc?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Absque tribulationibus non peruenitur ad immortalem vitam. VII.

ET factum est, cum finissem loqui verba hæc, missus est ad me angelus, qui A
missus fuerat ad me primis noctibus, [2] & dixit ad me: Surge Esdra, & audi
sermones quos veni loqui ad te. [3] Et dixi: Loquere deus meus. Et dixit ad
me: Mare positum est in spatioso loco, vt esset altum & immensum: [4] erit
autẽ ei introitus in angusto loco positus, vt esset similis fluminibus. [5] Quis enim vo-
lens voluerit ingredi mare, & videre eum, vel dominari eius: si nõ transierit angustũ,
in latitudinem venire quomodo poterit? [6] Item aliud: Ciuitas est ædificata, & posita
in loco campestri: est autem plena omnium bonorum. [7] Introitus eius angustus & in
præcipiti positus, vt esset à dextris quidem ignis, à sinistris aqua alta: [8] semita autẽ est
vna sola inter eos posita, hoc est inter ignem & aquam: vt non capiat semita nisi so-
lummodo vestigium hominis. [9] Si autem dabitur ciuitas domini in hæreditatem, si
nunquam ante positum periculum pertrãsierit, quomodo accipiet hæreditatẽ suam?
[10] Et dixi: Sic domine. Et dixit ad me: Sic est & Israel pars. [11] Propter eos enim feci se-
culum: & quando transgressus est Adam constitutiones meas, iudicatum est quod fa
ctũ est. [12] Et facti sunt introitus huius seculi angusti, & dolẽtes, & laborioſi: pauci au-
tem & mali, & periculorũ pleni, & labore magnopere fulti: [13] nam maiores seculi in-
troitus spatioſi & securi, & faciẽtes immortalitatis fructũ. [14] Si ergo ingredientes in-
gressi nõ fuerint qui viuunt, angusta & vana hæc non poterunt recipere quæ sunt re-
posita. [15] Nũc ergo quare tu cõturbaris, cũ sis corruptibilis? & quid moueris tu, cũ sis
mortalis? [16] Et quare nõ accepisti in corde tuo quod futurũ, sed qđ in præsenti? [17] Re-
spondi, & dixi: Dominator domine, ecce disposuisti lege tua, quoniã iusti hæredita-
bunt hęc. Impij autẽ peribũt, [18] iusti autẽ ferent angusta, sperantes spatioſa. Qui enim B
impiè gesserũt, & angusta passi sunt, & spatioſa nõ videbunt. [19] Et dixit ad me: Nõ est
iudex super deum, neq; intelligens super altissimũ. [20] Pereunt enim multi præsentes,
quia negligitur quę antepositа est dei lex. [21] Mãdans enim mãdauit deus venientibus
quãdo venerũt, quid faciẽtes viuerent, & quid obseruantes non punirentur. [22] Hi au-
tem nõ sunt persuasi, & contradixerunt ei, & cõstituerũt sibi cogitamẽ vanitatis, [23] &
proposuerunt sibi circunuentiones delictorũ, & super dixerunt altissimo non esse, &
vias eius nõ cognouerũt, [24] & legẽ eius spreuerũt, & spõsiones eius abnegauerunt, &
in legitimis eius fidẽ non habuerunt, & opera eius nõ perfecerunt. [25] Propter hoc Es-
dra vacua vacuis, & plena plenis. [26] Ecce tẽpus veniet, & erit quãdo veniãt signa quę
prædixi tibi. Et apparebit sponsa, & appareſcẽs ostẽdetur quæ nunc subducitur terra:
[27] & omnis qui liberatus est de prædictis malis, ipse videbit mirabilia mea. [28] Reuela-
bitur enim filius meus Iesus, cũ his qui cũ eo sunt: & iucundabũtur qui relicti sunt in
annis quadringẽtis. [29] Et erit post annos hos, & morietur filius meus Christ[9], & om-
nes qui spiramẽtum habent homines: [30] & cõuertetur seculum in antiquum silẽtium
diebus septẽ, sicut in prioribus iudiciis, ita vt nemo derelinquatur, [31] & erit post dies
septẽ, & excitabitur quod nondum vigilat seculum, & morietur corruptũ. [32] Et ter-
ra reddet quę in ea dormiunt, & puluis qui in eo silẽtio habitãt, & prõptuaria reddẽt
quæ eis commendatæ sunt animæ. [33] Et reuelabitur altissimus super sedem iudicij, & c
pertransibunt miseriæ, & lõganimitas congregabitur. [34] Iudicium autẽ solum rema-
nebit, veritas stabit, & fides conualescet. [35] Et opus subsequetur, & merces ostende-
tur, & iustitiæ vigilabunt, & iniustitiæ nõ dominabuntur. [36] Et dixi: Primus Abrahã
propter Sodomitas orauit, & Moyses pro patrib⁹ qui in deserto peccauerũt, [37] & qui
post eũ pro Israel in diebus Achaz & Samuelis [38] & Dauid pro confractione, & Sa-
lomon pro eis qui venerunt in sanctificationẽ, [39] & Elias pro his qui pluuiã accepe-
runt, & pro mortuo vt viueret: [40] & Ezechias pro populo in diebus Sennacherib, &
multi pro multis. [41] Si ergo modo quãdo corruptibile increuit, & iniustitia multipli-
cata est, & orauerũt iusti pro impiis: quare & nunc sic nõ erit? [42] Et respõdit ad me, &
dixit: Præsens seculũ non est finis, gloria in eo frequẽs manet: propter hoc orauerunt
pro

a Quia cum venerit iudicij dies, reddet terra defunctorum corpora, & puluis reddet eas quæ in tumulis requiescunt reliquiæ mortuorum. Et habitacula, inquit, reddent animas quæ his commendatæ sunt, & reuelabitur altissim⁹ super sedem iudicij. Hæ sunt habitationes de quibus dicit dominus, multas mãsiones esse apud patrem suũ, quas suis pergens ad patrem discipulis præpararet. Sed Esdræ visus sum scripsisse, vt cognoscant gẽtiles ea quæ in philosophiæ libris mentiũtur, trãsfuga de nostris. Ambro. de bono mortis, ca. 10.

pro inualidis. [43] Dies enim iudicij erit finis temporis huius, & initium tẽporis futuræ
immortalitatis, in quo pertransiuit corruptela, [44] soluta est intemperantia, abscissa est
incredulitas, creuit autem iustitia, orta est veritas. [45] Tunc enim nemo poterit saluare
eũ qui periit, neq; demergere qui vicit. Et respondi, [46] & dixi: Hic est sermo meus
primus & nouissimus, quoniam melius erat non dare terram Adam, vel cum iam de-
disset, coercere eũ vt nõ peccaret. [47] Quid enim prodest hominibus in præsenti viue-
re in tristitia, & mortuos sperare punitionem? [48] O tu quid fecisti Adam? Si enim tu
peccasti, nõ est factus solius tuus casus, sed & noster, qui ex te aduenimus. [49] Quid e-
nim prodest nobis si promissum est nobis immortale tẽpus, nos autẽ mortalia opera
egimus? [50] Et quoniã prædicta est nobis perennis spes: nos verò pessimi vani facti su-
mus. [51] Et quoniã reposita sunt nobis habitacula sanitatis & securitatis: nos verò ma-
lè conuersati sumus. [52] Et quoniã reposita est gloria altissimi protegere eos qui tardè
conuersati sunt: nos autẽ pessimis viis ambulauimus. [53] Et quoniam ostendetur para-
disus, cuius fructus incorruptus perseuerat, in quo est securitas & medela: [54] nos verò
non ingrediemur. In ingratis enim locis conuersati sumus. [55] Et quoniam super stellas
fulgebunt facies eorum qui abstinentiam habuerunt: nostrę autem facies super tene-
bras nigræ. [56] Non enim cogitauimus viuentes quando iniquitatẽ faciebamus, quòd
incipiemus post mortem pati. [57] Et respõdit, & dixit: Hoc est cogitamẽtum certami- D
nis quod certabit qui super terrã natus est homo, [58] vt si victus fuerit, patiatur quod
dixisti. Si autẽ vicerit, recipiet quod dico: [59] quoniã hæc est vita quam Moyses dixit
cum viueret, ad populum, dicẽs: Elige tibi vitam vt viuas. [60] Non crediderunt autem
ei, sed nec post eum prophetis: sed nec mihi qui locutus sum ad eos: [61] quoniã non es-
set tristitia in perditionem eorum, sicut futurum est gaudium super eos quibus per-
suasa est salus. [62] Et respondi, & dixi: Scio domine, quoniã vocatus est altissimus mi-
sericors in eo quòd misereatur his qui nondũ in seculo aduenerunt, [63] & quòd mise-
retur illis qui conuersionẽ faciunt in lege eius: [64] & longanimis est, quoniam longa-
nimitatẽ præstat his qui peccauerunt quasi suis operibus: [65] & munificus est, quoniã
quidem donare vult pro exigentiis: [66] & multæ misericordiæ: quoniam multiplicat
magis misericordias his qui præsentes sunt, & qui præterierũt, & qui futuri sunt. [67] Si
enim non multiplicauerit misericordias suas, non viuificabitur seculum cum his qui
inhæreditabant in eo. [68] Et donat: quoniam si non donauerit de bonitate sua, vt alle-
uientur hi qui iniquitatem fecerunt, de suis iniquitatibus non poterit decies millesi-
ma pars viuificari hominum. [69] Et iudex si non ignouerit his qui curati sunt verbo
eius, & deleuerit multitudinem contentionum: [70] non fortassis derelinquerentur in
innumerabili multitudine nisi pauci valde.

*Etsi deus in hoc seculo misericors propter peccatores dicatur, plures tamen damna-
buntur quàm saluabuntur.* VIII.

A ET respondit ad me, & dixit: Hoc seculum fecit altissimus propter multos,
futurum autem propter paucos. [2] Dicam autem coram te similitudinem
Esdra: Quomodo autem interrogabis terram, & dicet tibi quoniam dabit
terram multam magis vnde fiat fictile, paruum autem puluerem vnde au-
rum fit: sic & actus præsentis seculi. [3] Multi quidem creati sunt, pauci autem salua-
buntur. [4] Et respõdi, & dixi: Absorbe ergo anima sensum, & deuora quòd sapit. [5] Cõ-
uenisti enim obaudire, & prophetare volẽs. Nec enim tibi est datum spatium, nisi so-
lummodo viuere. [6] O domine, si non permittes seruo tuo, vt oremus coram te, & des
nobis semen cordi, & sensui culturam, vnde fructus fiat, vnde viuere possit omnis
corruptus, qui portabit locum hominis? [7] Solus enim es, & vna plasmatio nos sumus
manuum tuarum, sicut locutus es. [8] Et quomodo nunc in matrice plasmatum est
corpus, & præstas membra, conseruatur in igni & aqua tua creatio, & nouem mensi-
bus patitur tua plasmatio tuam creaturã quę in ea creata est: [9] ipsum autem quod ser-
uat, & quod seruatur, vtraq; seruabuntur: seruatáque quandoque iterum reddit ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

trix,quæ in ea creuerunt.[10] Imperasti enim ex ipsis mẽbris, hoc est mamillis præbere lac fructui mamillarum,[11] vt nutriatur id quod plasmatum est,vsq; in tẽpus aliquod, & postea disponas eũ tuæ misericordiæ.[12] Enutristi eum tua iustitia, & erudisti eum in lege tua,& corripuisti eum tuo intellectu.[13] & mortificabis eum,vt tuã creaturam: & viuificabis eum vt tuũ opus.[14] Si ergo perdideris eum qui tãtis laboribus plasmatus est,tuo iussu facile est ordinari vt & id quod fiebat seruaretur.[15] Et nunc domine dicã:de omni homine tu magis scis:de populo autẽ tuo,ob quẽ doleo:[16] & de hæreditate tua,propter quam lugeo:& propter Israel, propter quem tristis sum: & de Iacob propter quem doleo,[17] ideo incipiã orare coram te pro me, & pro eis: quoniam video lapsus nostros qui inhabitamus terrã.[18] Sed audiui celeritatẽ iudicis qui futurus est.[19] Ideo audi vocem meã,& intellige sermonẽ meum,& loquar coram te. Initium verborũ Esdræ priusquã assumeretur.[20] Et dixi: Domine qui inhabitas seculũ, cuius oculi eleuati in superna & aere:[21] & cuius thronus inęstimabilis,& gloria incõprehensibilis:cui astat exercitus angelorum cũ tremore,[22] quorum seruatio in vento & igni conuertitur:cuius verbũ verum,& dicta perseuerantia:[23] cuius iussio fortis,& dispositio terribilis:cuius aspectus arefacit abyssos,& indignatio tabescere facit mõtes,& veritas testificatur.[24] Exaudi orationẽ serui tui, & auribus percipe precationẽ figmẽti tui.[25] Dũ enim viuo,loquar:& dũ sapio,respõdebo.[26] Nec respicias populi tui delicta,sed qui tibi in veritate seruiunt.[27] Nec intendas impia gentium studia,sed qui tua testimonia cũ doloribus custodierũt.[28] Nec cogites qui in cõspectu tuo falsè cõuersati sunt,sed memorare qui ex voluntate tua timorẽ cognouerunt.[29] Neq; velueris perdere,qui pecudum mores habuerunt:sed respicias eos qui legẽ tuã splendidè docuerũt.[30] Nec indigneris eis qui bestiis peiores iudicati sunt:sed diligas eos qui semper in tua iustitia confidunt,& gloria:[31] quoniã nos & patres nostri talibus morbis languemus:tu autẽ propter nos peccatores misericors vocaberis.[32] Si enim desideraueris vt nostri miserearis, tunc misericors vocaberis, nobis autem non habentibus opera iustitię.[33] Iusti enim quib⁹ sunt opera multa reposita, ex propriis operibus recipient mercedem.[34] Quid est enim homo,vt ei indigneris,aut genus corruptibile, c vt ita amarus sis de ipso?[35] In veritate enim nemo de genitis est, qui non impiè gessit: & de cõfitentibus,qui nõ deliquit.[36] In hoc enim annuntiabitur iustitia tua,& bonitas tua domine,cum misertus fueris eis qui nõ habent substantiã bonorum operum.[37] Et respondit ad me,& dixit:Rectè locutus es aliqua , & iuxta sermones tuos sic & fiet:[38] quoniã non verè cogitabo super plasma eorũ qui peccauerũt ante mortẽ, ante iudiciũ,ante perditionẽ:[39] sed iucundabor super iustorum figmentum, & memorabor peregrinationis quoq;,& saluationis,& mercedis receptionis.[40] Quomodo ergo locutus sum,sic & est.[41] Sicut enim agricola serit super terrã semina multa, & plãtationes multitudinis plantat,sed non in tempore omnia quæ seminata sunt,saluantur: sed nec omnia quæ plãtata sunt,radicabunt:sic & qui in seculo seminati sunt,nõ omnes saluabũtur.[42] Et respõdi,& dixi:Si inueni gratiã,loquar.[43] Quomodo semẽ agricolæ si non ascenderit,aut nõ acceperit pluuiã tuã in tempore, aut si corruptum fuerit multitudine pluuię,[44] sic perit:& similiter homo qui manibus tuis plasmatus est, & tu ei imago nominatus:quoniam similatus es ei,propter quem omnia plasmasti,& similasti semini agricolæ.[45] Nõ irascaris super nos,sed parce populo tuo, & miserere hæreditati tuæ . Tu autẽ creaturæ tuæ misereris.[46] Et respondit ad me,& dixit:Quæ sunt præsentia præsentibus,& quæ futura futuris.[47] Multũ enim tibi restat, vt possis diligere meam creaturam super me:tibi autem frequenter & ipsi proximaui, iniustis autẽ nunquã.[48] Sed & in hoc mirabilis es corã altissimo,[49] quoniam humiliasti te sicut decet te:& nõ iudicasti te,vt inter instos plurimũ glorificeris.[50] Propter quod mi seriæ multæ & miserabiles efficientur eis qui habitant seculum in nouissimis:quia in multa superbia ambulauerunt.[51] Tu autẽ pro te intellige,& de similibus tuis inquire gloriã.[52] Vobis enim apertus est paradisus,plãtata est arbor vitæ,præparatum est futurum tempus,prępарata est abundantia,ędificata est ciuitas,probata est requies,perfecta est bonitas,& perfecta sapiẽtia.[53] Radix mali signata est à vobis:infirmitas & tinea à vobis absconsa est:& in infernum fugit corrruptio in obliuione.[54] Trãsierũt dolores,& ostẽsus est in fine thesaurus immortalitatis.[55] Noli ergo adiicere inquirendo de multitudine eorũ qui pereunt.[56] Nam & ipsi accipiẽtes libertatem, spreuerunt altissimum,& legem eius cõtempserunt,& vias eius dereliquerũt.[57] Adhuc autem iustos eius cõculcauerunt,[58] & dixerunt in corde suo nõ esse deum:& quidem scientes quoniã moriuntur.[59] Sicut enim vos susципient quæ prędicta sunt:sic eos sitis,& cruciatus,quæ prępарata sunt.Nõ enim voluit hominẽ disperdi.[60] Sed & ipsi qui creati sunt,coinquinauerunt nomen eius qui fecit eos:& ingrati fuerunt ei qui prępарauit eis vitam.[61] Quapropter iudicium meum modo appropinquat.[62] Quæ non omnibus demõstraui,nisi tibi,& tibi similibus paucis.Et respondi,& dixi:[63] Ecce nunc domine demonstrasti mihi multitudinem signorum, quæ incipies facere in nouissimis:sed non demonstrasti mihi quo tempore.

Iudicia dei sicut & alia eius opera egregia,præcedent aliqua signa. IX.

ET respondit ad me,& dixit:Metiens metire tempus in semetipso:& erit, cum videris quãdo transierit pars quædã signorum quæ prædicta sunt, [2]tunc intelliges quoniã ipsum est tempus in quo incipiet altissimus visitare seculum quod ab eo factum est.[3] Et quando videbitur in seculo motio locorum,& populorum turbatio,[4]tunc intelliges quoniam de his erat altissimus locutus à diebus qui fuerunt ante te ab initio.[5] Sicut enim omne quod factum est in seculo,initium habet,pariter & cõsummationem, & consummatio est manifesta:[6]sic & altissimi tempora initia habent manifesta in prodigiis,& virtutibus,& cõsummationes in actu & in signis.[7] Et erit,omnis qui saluus factus fuerit, & qui poterit effugere per opera sua & per fidem in qua credidistis,[8] relinquetur de prædictis periculis,& videbit salutare meum in terra mea,& in finibus meis,quoniã sanctificaui me à seculo.[9] Et tunc miserebuntur,qui nunc abusi sunt vias meas : & in tormẽtis commorabuntur hi qui eas proiecerunt in contemptu.[10] Qui enim nõ cognouerũt me,viuentes beneficia consecuti?[11] & qui fastidierunt legem meam cum adhuc erant habentes libertatẽ,[12] & cum adhuc esset eis apertus pœnitẽtiæ locus,nõ intellexerũt, sed spreuerunt:hos oportet post mortem in cruciamento cognoscere.[13] Tu ergo noli adhuc curiosus esse quomodo impij cruciabuntur:sed inquire quomodo iusti saluabũtur,& quorum seculum,& propter quos seculũ,& quãdo.[14] Et respõdi, & dixi: [15]Olim locutus sum,& nunc dico , & postea dicam:quoniam plures sunt qui pereũt, quàm qui saluabuntur:[16] sicut multiplicatur fluctus super guttã.Et respondit ad me, & dixit :[17] Qualis ager, talia & semina : & quales flores , tales & tincturæ : & qualis operator , talis & creatio:& qualis agricola, talis cultura: quoniã tempus erat seculi. [18]Et nunc cũ essem parans eis qui nunc sunt,antequã fieret seculũ , in quo habitarẽt: & nemo contradixit mihi.[19] Tunc enim quisque & nunc creatur in mundo hoc parato,& messe indeficienti,& lege inuestigabili corrupti sunt mores eorum.[20] Et cõsideraui seculum,& ecce erat periculum propter cogitationes quæ in eo aduenerũt. [21]Et vidi,& peperci ei valdę:& seruaui mihi acinũ de botro , & plantationẽ de tribu multa.[22] Pereat ergo multitudo quæ sine causa nata est , & seruetur acinus meus,& plantatio mea:quia cũ multo labore perfeci.[23] Tu autẽ si adhuc intromittas septem dies alios,sed non ieiunabis in eis:[24] ibis in cãpum florũ,vbi domus nõ est ædificata: & mãducabis solũmodo de floribus cãpi,& carnem nõ gustabis,& vinum nõ bibes, sed solummodo flores.[25] Deprecare altissimum sine intermissione,& veniam, & loquar tecum.[26] Et profectus sum,sicut dixit mihi,in campum,qui vocatur Ardath:& sedi ibi in floribus,& de herbis agri mãducaui,& facta est esca earum mihi in saturitatem.[27] Et factũ est post dies septẽ,& ego discumbebã supra fœnum, & cor meum iterum turbabatur,sicut & ante.[28] Et apertũ est os meum,& inchoaui dicere corã altissimo,& dixi:[29] O domine,te nobis ostendẽs ostẽsus es patribus nostris in deserto,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod nō calcatur,& infructuoſo,quando erant exeuntes de Ægypto : & dicens dixiſti:[30] Tu Iſrael audi me,& ſemen Iacob intende ſermonibus meis.[31] Ecce enim ego ſemino in vobis legem meam,& faciet in vobis fructum,& glorificabimini in eo per ſeculum.[32] Nā patres veſtri accipientes legem non ſeruauerunt,& legitima mea non cuſtodierunt,& factus eſt fructus legis non parens : nec enim poterat,quoniam tuus erat.[33] Nā qui acceperunt,perierunt , nō cuſtodientes quod in eis ſeminatum fuerat.
[34] Et ecce cōſuetudo eſt,vt cum acceperit terra ſemen,vel nauē mare,vel vas aliquod eſcā vel potum:cum fuerit exterminatum id in quo ſeminatum eſt , vel in quod miſſum eſt:[35] ſimul id quod ſeminatū vel miſſum eſt,vel quæ ſuſcepta ſunt, exterminantur,& ſuſcepta iam nō manent apud nos. Sed nobis ſic nō factum eſt.[36] Nos quidem D qui legem accepimus,peccantes periuimus,& cor noſtrum quod ſuſcepit eam:[37] nā lex nō periit,ſed permāſit in ſuo labore.[38] Et cum loquerer hęc in corde meo,reſpexi oculis meis,& vidi mulierem in dextera parte. Et ecce hæc lugebat, & plorabat cum voce magna,& animo dolebat valde,& veſtimenta eius diſciſſa , & cinis ſuper caput eius.[39] Et dimiſi cogitatus in quibus eram cogitās,& cōuerſus ſum ad eam:& dixi ei:
[40] Vt quid fles, & quid doles animo ? Et dixit ad me:[41] Dimitte me domine meus,vt defleā me, & adiiciā dolorē , quoniā valde amaro ſum animo, & humiliata ſum valde.[42] Et dixi ei:Quid paſſa es?Dic mihi. Et dixit ad me: [43] Sterilis fui ego famula tua, & nō peperi,habēs maritū annis triginta.[44] Ego enim per ſingulas horas,& per ſingulos dies,& annos triginta hos deprecor altiſſimum nocte ac die.[45] Et factum eſt poſt triginta annos exaudiuit me deus ancillam tuā,& vidit humilitatem meā,& attendit tribulationi meæ,& dedit mihi filium:Et iucundata ſum ſuper eum valde ego,& vir meus,& omnes ciues mei,& honorificabamus valde fortem.[46] Et nutriui eum cum labore multo,[47] & factum eſt,cum creuiſſet, & veniſſet accipere vxorem, feci diem epuli.

Per mulierem flentem,& rurſus lætantem,figurata eſt Ieruſalem. X.

A RT factum eſt, cum introiſſet filius meus in thalamo ſuo, cecidit & mortuus eſt:[2] & euertimus omnes lumina. Et ſurrexerūt omnes ciues mei ad cōſolandum me,& quieui vſq; in alium diem vſq; nocte. Et factum eſt, cum omnes quieuiſſent,vt me cōſolarentur, vt quieſcerē, & ſurrexi nocte,& fugi,& veni ſicut vides,in hoc campo:[4] & cogito iam nō reuerti in ciuitatem, ſed hic conſiſtere:& neque manducare,neque bibere , ſed ſine intermiſſione lugere, & ieiunare vſque dum moriar. [5] Et dereliqui ſermones in quibus eram , & reſpondi cum iracundia ad eam,& dixi:[6] Stulta ſuper omnes mulieres , non vides luctum noſtrum,& quæ nobis contingunt:[7] Quoniam Sion mater noſtra omni triſtitia contriſtatur,& humilitate humiliata eſt,& luget validiſſimè.[8] Et nunc quoniam omnes lugemus,& triſtes ſumus:quoniā omnes cōtriſtati ſumus,tu autem contriſtaris in vno filio?[9] Interroga enim terram,& dicet tibi, quoniā hæc eſt quæ debeat lugere caſum tantorum ſuper eam germinantium.[10] Et ex ipſa ab initio omnes nati,& alij venient: Et ecce penè omnes in perditionem ambulant , & exterminium ſit multitudo eorū.
a [11] Et quis ergo debet lugere magis niſi hæc , quæ tam magnam multitudinē perdidit,quàm tu,quæ pro vno doles ? Si autem dicis mihi : [12] Quoniam non eſt planctus B meus ſimilis terræ : quoniam fructum ventris mei perdidi , quem cum mœroribus peperi,& cum doloribus genui : [13] terra autem ſecundum viam terræ : abiitque in ea multitudo præſens,quomodo euenit:& ego tibi dico:[14] Sicut tu cum labore peperiſti, ſic & terra dat fructuū ſuum homini ab initio ei qui fecit eā. [15] Nunc ergo retine apud temetipſam dolorē tuum,& fortiter fer qui tibi cōtigerunt caſus.[16] Si enim iuſtificaueris terminum dei,& cōſilium ſuum recipies in tempore,& in talibus collaudaberis.[17] Ingredere ergo in ciuitatē ad virum tuum. Et dixit ad me:[18] Nō faciā , neq; ingrediar ciuitatem,ſed hic moriar.[19] Et appoſui adhuc loqui ad eam,& dixi: [19] Noli facere hunc ſermonem,ſed conſenti perſuadenti. Quot enim caſus Sion? Conſolare propter

a. Abſorbeat igitur noſtrū dolorem communis dolor, & acerbitatem proprij mœroris excludat . Non enim dolere debemus eos quos cernimus liberatos: neque enim ociose eā ſanctas hoc tępore animas corporeis vinculis reminiſcimur abſolutas. Ambro. de fide reſurrect.

propter dolorē Ieruſalem. [21] Vides enim quoniā ſanctificatio noſtra deſerta effecta eſt, & altare noſtrum demolitū eſt,& tēplum noſtrum deſtructum eſt,[22] & pſalteriū noſtrum humiliatum eſt,& hymnus conticuit,& exultatio noſtra diſſoluta eſt,& lumen candelabri noſtri extinctum eſt , & arca teſtamenti noſtri direpta eſt , & ſancta noſtra cōtaminata ſunt,& nomē quod inuocatum eſt ſuper nos,penè prophanatū eſt, & liberi noſtri contumeliam paſſi ſunt, & ſacerdotes noſtri ſuccenſi ſunt, & Leuitæ noſtri in captiuitatem abierūt,& virgines noſtræ coinquinatæ ſunt,& mulieres noſtræ vim paſſæ ſunt,& iuſti noſtri rapti ſunt,& paruuli noſtri perditi ſunt, & iuuenes
c noſtri ſeruierunt,& fortes noſtri inualidi facti ſunt:[23] & quod omnium maius,ſignaculum Sion , quoniam reſignata eſt de gloria ſua.Nam & tradita eſt in manibus eorum qui nos oderunt.[24] Tu ergo excute tuā triſtitiā multam,& depone abs te multitudinē dolorum,vt tibi repropitietur fortis, & requiem faciet tibi altiſſimus requietionem laborum.[25] Et factum eſt, cum loquebar ad eā , facies eius fulgebat ſubito & ſpecies,coruſcus fiebat viſus eius,vt eſſem pauēs valde ad eam,& cogitarem quid eſſet hoc.[26] Et ecce ſubitò emiſit ſonitum vocis magnum timore plenum,vt cōmoueretur terra à mulieris ſono. Et vidi:[27] & ecce amplius mulier nō cōparebat mihi , ſed ciuitas ædificabatur, & locus demōſtrabatur de fundamētis magnis:& timui, & clamaui voce magna,& dixi:[28] Vbi eſt Vriel angelus,qui à principio venit ad me? Quoniam ipſe me fecit venire in multitudine in exceſſu mentis huius. Et factus eſt finis meus in corruptionem,& oratio mea in improperiū. [29] Et cū eſſem loquēs ego hæc, ecce venit ad me,& vidit me:[30] Et ecce eram poſitus vt mortuus,& intellectus meus alienatus erat. Et tenuit dexteram meā, & confortauit me, & ſtatuit me ſuper pedes meos,& dixit mihi:[31] Quid tibi eſt,& quare cōturbatus eſt intellectus tuus & ſenſus cordis tui,& quare conturbaris? Et dixi:[32] Quoniam dereliquiſti me.Et ego quidem feci ſecundum ſermones tuos,& exiui in cāpum , & ecce vidi & video quod nō poſſum enarrare.Et dixit ad me:[33] Sta vt vir,& cōmouebo te.Et dixi:[34] Loquere domine
D meus tu in me.Noli me derelinquere,vt nō fruſtra moriar,[35] quoniam vidi quæ non ſciebam,& audio quæ nō ſcio.[36] Aut nunquid ſenſus meus fallitur,& anima mea ſupremat?[37] Nunc ergo deprecor te,vt demōſtres ſeruo tuo de exceſſu hoc.Et reſpōdit ad me,& dixit:[38] Audi me,& doceam te,& dicam tibi de quibus timeas:quoniā altiſſimus reuelauit tibi myſteria multa. [39] Vidit rectā viam tuam, quoniā ſine intermiſſione cōtriſtabaris pro populo tuo,& valde lugebas propter Sion. [40] Hic ergo intellectus viſionis quæ tibi apparuit ante paululū. [41] Quā vidiſti lugentē,inchoaſti conſolari eam:[42] nūc autem iam ſpeciem mulieris nō vides, ſed apparuit tibi ciuitas ædificari:[43] & quoniā enarrabat tibi de caſu filij ſui,hæc abſolutio eſt:[44] Hęc mulier quā vidiſti,hæc eſt Sion : & quoniā dixit tibi quā & nunc conſpicies vt ciuitatem ædificatam.[45] Et quoniam dixit tibi,quia ſterilis fuit annis triginta:propter quod erāt anni ſcilicet triginta,quando non erāt in ea adhuc oblatio oblata.[46] Et factum eſt, poſt annos triginta ædificauit Salomon ciuitatem,& obtulit oblationes, tunc fuit quādo peperit ſterilis filium.[47] Et quod tibi dixit,quoniā nutriuit eum cum labore,hoc erat habitatio in Ieruſalem.[48] Et quoniā dixit tibi,quòd filius meus veniens in ſuo thalamo mortuus eſſet,& cōtigiſſet ei caſus,hoc erat quæ facta eſt ruina Ieruſalē.[49] Et ecce vidiſti ſimilitudinē eius:& quoniā filium lugeret, inchoaſti conſolari eā:& de his
B quæ contigerunt,hæc erāt tibi aperienda. [50] Et nunc videt altiſſimus quoniā ex animo contriſtatus es:& quoniam ex toto corde pateris pro ea, oſtendit tibi claritatem gloriæ eius,& pulchritudinem decoris eius.[51] Propterea enim dixi tibi,vt maneres in campo,vbi domus nō eſt ædificata. [52] Sciebā enim ego quoniā altiſſimus incipiebat tibi oſtendere hæc:[53] propterea dixi tibi vt venires in agrum vbi nō eſt fundamentū ædificij.[54] Nec enim poterat opus ædificij hominis ſuſtineri in loco vbi incipiebatur altiſſimi ciuitas oſtēdi.[55] Tu ergo noli timere,neque expaueſcat cor tuum:ſed ingredere,& vide ſplendorem & magnitudinem ædificij , quantum capax eſt tibi viſus odere,& vide ſplendorem & magnitudinem ædificij , quantum capax eſt tibi viſus oculorum videre:[56] & poſt hæc audies quantum capit auditus aurium tuarum audire.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[37] Tu enim beatus es præ multis: & vocatus es apud altissimum, sicut & pauci. [38] Nocte autem quæ in crastinum futura est, manebis hic: [39] & ostendet tibi altissimus eas visiones supremorum quæ faciet altissimus his qui habitãt super terram à nouissimis diebus. [40] Et dormiui illam noctem & aliam, sicut dixerat mihi.

Apparet Esdræ in visione aquila terribilis, vniuersi principatum vsurpans. XI.

[1] ET vidi somnium, & ecce ascendebat de mari aquila, cui erant duodecim A alæ pennarum, & capita tria. [2] Et vidi, & ecce expandebat alas suas in omnem terram, & omnes venti cœli insufflabant in eam, & colligebãtur. [3] Et vidi, & de pennis eius nascebantur contrariæ pennæ, & ipsę fiebant in pennaculis minutis & modicis. [4] Nam capita eius erant quiescentia, & dimidium capũt erat maius aliorum capitum, sed ipsa quiescebat cum eis. [5] Et vidi, & ecce aquila volauit in pennis suis, & regnauit super terram, & super eos qui habitant in ea. [6] Et vidi, quoniam subiecta erant ei omnia sub cœlo, & nemo illi contradicebat neque vnus de creatura quæ est super terram. [7] Et vidi, & ecce surrexit aquila super vngues suos, & misit vocem pennis suis, dicens: [8] Nolite omnes simul vigilare, dormite vnusquisque in loco suo, & per tempus vigilate: [9] capita autem in nouissimo seruentur. [10] Et vidi, & ecce vox non exibat de capitibus eius, sed de medietate corporis eius. [11] Et numeraui contraria pennas eius, & ecce ipsę erant octo. [12] Et vidi, & ecce à dextera parte surrexit vna penna, & regnauit super omnẽ terram. [13] Et factum est cum regnaret, venit ei finis, & non apparuit locus eius: & sequens exurrexit, & regnabat. Ipsa multum tenuit tẽpus. [14] Et factum est cum regnaret, & veniebat finis eius, vt nõ appareret sicut prior: [15] & ecce vox emissa est illi, dicẽs: [16] Audi tu quæ tãto tẽpore tenuisti terram. Hęc annuntio tibi antequam incipias non apparere. [17] Nemo post te tenebit tempus tuum, sed nec dimidiũ eius. [18] Et leuauit se tertia, & tenuit principatũ, sicut & priores: & nõ apparuit & ipsa. [19] Et sic cõtingebat omnibus aliis singulatim principatum gerere, & iterum nusquam comparere. [20] Et vidi, & ecce in tẽpore sequentes pẽnæ erigebantur à dextera parte, vt tenerent & ipsæ principatum: & ex his erant quæ tenebant, sed tamen statim non compariscebant: [21] nã & aliquæ ex eis erigebãtur, sed non tenebant principatum. [22] Et vidi post hæc, & ecce nõ comparuerunt duodecim pennæ, & duo pẽnacula: [23] & nihil supererat in corpore aquilæ, nisi duo capita quiescentia, & sex pẽnacula. [24] Et vidi, & ecce sex pẽnaculis diuisæ sunt duæ, & mãserunt sub capite quod est ad dexterã partem. Nam quatuor mãserunt in loco suo. [25] Et vidi, & ecce subalares cogitabãt se erigere, & tenere principatus. [26] Et vidi, & ecce vna erecta est, sed statim nõ cõparuit. [27] Et secundæ velocius quàm priores nõ cõparuerunt. [28] Et vidi, & ecce duæ quæ superauerunt, apud semetipsas cogitabant & ipsæ regnare: [29] & in eo cum cogitarent, ecce vnum quiescentium capitum quod erat medium, euigilabat. Hoc enim erat duorum capitũ maius. [30] Et vidi quoniã cõpleta sunt duo capita secum: [31] & ecce cõuersum est caput cum his qui cum eo erãt, & comedit duas subalares, quæ cogitabant regnare. [32] Hoc autem caput percõterruit omnem terrã, & dominabatur in ea his qui habitant terram cum labore multo, & potentatum tenuit orbis terrarum super omnes alas quæ fuerũt. [33] Et vidi post hæc, & ecce mediũ caput subitò nõ cõparuit, & hoc sicut alæ. [34] Superauerũt autem duo capita, quæ & ipsa similiter regnauerunt super terrã, & super eos qui habitãt in ea. [35] Et vidi, & ecce deuorauit caput à dextera parte illud quod à læua. [36] Et audiui vocem dicentem mihi: Cõspice cõtra te, & cõsidera quod vides. [37] Et vidi, & ecce sicut leo concitatus de sylua B rugiens: & vidi quoniã emittebat vocem hominis ad aquilã. Et dixit, dicens: [38] Audi tu, & loquar ad te, & dicit altissimus tibi: [39] Nonne tu es qui superasti de quatuor animalibus, quæ fecerã regnare in sęculo meo, & vt per eos veniret finis tẽporum eorũ? [40] Et quartus veniens deuicit omnia animalia quæ trãsierunt, & potẽtatu tenuit sęculum cum tremore multo, & omnem orbem cum labore pessimo, & inhabitauit tot temporibus orbem terrarũ cum dolo. [41] Et iudicasti terrã nõ cum veritate. [42] Tribulasti

lasti enim mansuetos, & læsisti quiescentes, & dilexisti mendaces, & destruxisti habitationes eorum qui fructificabant: & humiliasti muros eorum qui te nõ nocuerunt. [43] Et ascendit contumelia tua ad altissimum, & superbia tua ad fortem. [44] Et respexit altissimus superba tempora, & ecce finita sunt, & scelera eius cõpleta sunt. [45] Propterea non appareas tu aquila, & alæ tuæ horribiles, & pennacula tua pessima, & capita tua maligna, & vngues tui pessimi, & omne corpus tuum vanum, [46] vti refrigeretur omnis terra, & reuertatur liberata de tua vi, & speret iudicium & misericordiam eius qui fecit eam.

Prioris visionis explicatio cum membris eius. XII.

[1] ET factum est dum loqueretur leo verba hæc ad aquilam, & vidi, [2] & ecce quod superauerat caput, & non comparuerunt quatuor alæ illæ quæ ad eum transierũt, & erectę sunt vt regnarent, & erat regnum eorũ exile, & tumultu plenum. [3] Et vidi, & ecce ipsa non apparebant, & omne corpus aquilæ incendebatur, & expauescebat terra valde. Et ego à tumultu & excessu mẽtis, & à magno timore vigilaui, & dixi spiritui meo: [4] ecce tu præstitisti mihi hoc in eo q̃ scrutaris vias altissimi. [5] Ecce adhuc fatigatus sum animo, & spiritu meo inualidus sum valde, & nec modica est in me virtus à multo timore, quem expaui nocte hac. [6] Nunc ergo orabo altissimum, vt me cõfortet vsque in finẽ. [7] Et dixi: Dominator domine, si inueni gratiam ante oculos tuos, & si iustificatus sum ante te præ multis, & si certè ascendit deprecatio mea ante faciem tuã, [8] conforta me, & ostende seruo tuo mihi interpretationem & distinctionem visus horribilis huius, vt plenissimè consoleris animam meam. [9] Dignum enim me habuisti ostẽdere mihi temporũ nouissima. Et dixit ad me: [10] Hæc est interpretatio visionis huius: [11] Aquilã quam vidisti ascendẽtem de mari, hoc est regnum quod visum est in visione Danieli fratri tuo. [12] Sed nõ est illi interpretatũ, quoniam ego nunc tibi interpretor: [13] Ecce dies veniunt, & exurget regnum super terram, & erit timor acrior omnium regnorũ quæ fuerunt ante eũ. [14] Regnabũt autẽ in ea reges duodecim, vnus post vnum. [15] Nã secundus incipiet regnare, & ipse tenebit amplius tẽpus præ duodecim. [16] Hęc est interpretatio duodecim alarum quas vidisti. [17] Et quã audisti vocem quę locuta est, nõ de capitibus eius exeuntẽ, sed de medio corpore eius, [18] hæc est interpretatio: Quoniam post tempus regni illius nascentur contentiones non modicæ & periclitabitur vt cadat, & non cadet tunc, sed iterum constituetur in suum initium. [19] Et quoniã vidisti subalares octo cohærẽtes alis eius, [20] hæc est interpretatio: Exurgẽt in ipso octo reges, quorum erunt tempora leuia, & anni citati, & duo quidẽ ex ipsis perient. [21] Appropinquante autem tempore medio, quatuor seruabuntur in tempore, cum incipiet c appropinquare tempus eius vt finiatur. Duo verò in finem seruabuntur. [22] Et quoniã vidisti tria capita quiescẽtia, [23] hęc est interpretatio: In nouissimis eius suscitabit altissimus tria regna, & reuocabit in ea multa, & dominabuntur terrã, [24] & qui habitãt in ea, cum labore multo super omnes qui fuerunt ante hos. Propter hoc ipsi vocati sunt capita aquilę. [25] Isti enim erũt qui recapitulabũt impietates eius, & qui perficiẽt nouissima eius. [26] Et quoniã vidisti caput maius non apparens, hæc est interpretatio eius: Quoniam vnus ex eis super lectum suum morietur, & tamen cũ tormẽtis. [27] Nã duo qui perseuerauerint, gladius eos comedet. [28] Vnius enĩ gladius comedet qui cũ eo: sed tamen hic gladio in nouissimis cadet. [29] Et quoniã vidisti duas subalares traicientes super caput quod est in dextera parte, [30] hęc est interpretatio: Hi sunt quos cõseruauit altissimus in finem suum, hoc est regnum exile, & turbationis plenũ. [31] Sicut vidisti & leonem, quem vidisti de sylua euigilantem, & rugientem, & loquentem ad aquilam, & arguentem eam, & iniustitia ipsius per omnes sermones eius, sicut audisti: [32] hic est ventus quem seruauit altissimus in finem ad eos, & impietates ipsorũ, & arguet illos, & incutiet coram ipsis discerptiones eorũ. [33] Statuet enim eos in iudicio viuos, & erit cum arguerit eos, tũc corripiet eos. [34] Nã reliquum populum meum li-

Universidad de Deusto
Biblioteca

berabit cum miseria, qui saluati sunt super fines meos:& iucundabit eos quoadusq; veniet finis,dies iudicij, de quo locutus sum tibi ab initio.[35] Hoc somniū quod vidisti,& hæ interpretationes.[36] Tu ergo solus dignus fuisti scire altissimi secretum hoc. [37] Scribe ergo omnia ista in libro quæ vidisti,& pone ea in loco abscōdito:[38] & docebis ea sapiētes de populo tuo, quorum corda scis posse capere & seruare secreta hæc. [39] Tu autē adhuc sustine hic alios dies septē, vt tibi ostendatur quicquid visum fuerit altissimo ostēdere tibi.[40] Et profectus est à me.Et factum est,cū audisset omnis populus quoniam pertransierunt septem dies,& ego nō fuissem reuersus in ciuitatē, congregauit se omnis à minimo vsq; ad maximum, & venit ad me, & dixerunt mihi,dicentes:[41] Quid peccauimus tibi,& quid iniustè egimus in te,quoniam derelinquens nos sedisti in loco hoc?[42] Tu enim nobis superes solus ex omnibus populis sicut botrus de vinea,& sicut lucerna in loco obscuro,& sicut portus & nauis saluata à tēpestate.[43] An non sufficiunt nobis mala quæ contingunt?[44] Si ergo tu nos dereliqueris, quāto nobis erat melius si essemus succēsi & nos cum incēdio Sion?[45] Nec enim nos meliores sumus eorum qui ibi mortui sunt.Et plorauerūt voce magna.Et respōdi ad eos,& dixi:[46] Cōfide Israel, & noli tristari tu domus Iacob. [47] Est enim memoria vestri corā altissimo,& fortis nō est oblitus vestri in tētatione.[48] Ego enim non dereliqui vos,neq; excessi à vobis : sed veni in hunc locum,vt deprecarer pro desolatione Sion,vt quærerē misericordiam pro humilitate sanctificationis vestræ.[49] Et nunc ite vnusquisq; vestrū in domū suā,& ego veniā ad vos post dies istos.[50] Et profectus est populus,sicut dixi ei,in ciuitatem :[51] Ego autem sedi in campo septem diebus,sicut mihi mandauit:& manducabam de floribus solummodo agri,de herbis facta est esca mihi in diebus illis.

Altera visio Esdræ ostenditur cum interpretatione eius. XIII.

ET factum est post dies septem:& somniaui somnium nocte.[2] Et ecce de A mari ventus exurgebat,vt cōturbaret omnes fluctus eius.[3] Et vidi, & ecce cōualescebat ille homo cum milibus cœli:& vbi vultum suum vertebat,vt cōsideraret,tremebāt omnia quæ sub eo videbantur:[4] & vbicunque exibat vox de ore eius,ardescebant omnes qui audiebant voces eius,sicut quiescit terra quando senserit ignem.[5] Et vidi post hæc,& ecce congregabatur multitudo hominum(quorum non erat numerus)de quatuor ventis cœli, vt debellarent hominem qui ascenderat de mari.[6] Et vidi,& ecce sibimetipsi sculpserat montem magnū, & volauit super eum. [7] Ego autem quæsiui videre regionē vel locum vnde sculptus esset mons,& non potui.[8] Et post hæc vidi, & ecce omnes qui congregati sunt ad eū vt expugnarēt eum,timebant valde:tamen audebant pugnare.[9] Et ecce vt vidit impetum multitudinis venientis,non leuauit manum suam,neq; frameam tenebat,neque aliquod vas bellicosum,nisi solummodo vt vidi,[10] quoniam emisit de ore suo sicut flatum ignis,& de labiis eius spiritus flammę,& de lingua eius emittebat scintillas & tempestates,& cōmixta sunt omnia simul,hic flatus ignis,& spiritus flāmæ, & multitudo tempestatis:[11] & cōcidit super multitudinē in impetu, quæ parata erat pugnare,& succendit omnes, vt subitò nihil videretur de innumerabili multitudine, nisi solummodo puluis,& fumi odor.Et vidi,& extimui.[12] Et post hęc vidi ipsum hominem descendentem de monte,& vocantem ad se multitudinem aliam pacificā,[13] & B accedebat ad eum vultus hominum multorum, quorundam gaudentium , quorundam tristantium:aliqui verò alligati,aliqui adducentes ex eis qui offerebantur.Et ægrotaui à multitudine pauoris,& expergefactus sum,& dixi:[14] Tu ab initio demonstrasti seruo tuo mirabilia hæc, & dignum me habuisti vt susciperes deprecationem meā:[15] & nūc demōstra mihi adhuc interpretationē somnij huius.[16] Sicut enim existimo in sensu meo,væ qui derelicti fuerunt in diebus illis. Et multo plus væ his qui nō sunt derelicti.[17] Qui enim nō sunt derelicti,tristes erāt.[18] Intelligo nunc quæ sunt reposita in nouissimis diebus,& occurrent eis,sed & his qui derelicti sunt.[19] Propter hoc

hoc venerunt enim in pericula magna, & necessitates multas, sicut ostendūt somnia hæc.[20] Attamen facilius est periclitantem venire in hunc,quàm pertransire,sicut nubem à seculo,& nūc videre quæ cōtingunt in nouissimo.Et respōdit ad me,& dixit: [21] Et visionis interpretationē dicā tibi:& de quibus locutus es,adaperiā tibi.[22] Quoniā de his dixisti qui derelicti sunt,hæc est interpretatio:[23] Qui aufert periculum illo C tempore,hic se custodiuit. Qui in periculo inciderunt,hi sunt qui habent opera & fidem ad fortissimum.[24] Scito ergo quoniā magis beatificati sunt qui derelicti, super eos qui mortui sunt.[25] Hæ interpretationes visionis, quia vidisti virum ascendentem de corde maris,[26] ipse est quē conseruat altissimus multis temporibus,qui per semetipsum liberabit creaturā suā:&ipse disponet qui derelicti sunt.[27] Et quoniā vidisti de ore eius exire vt spiritum & ignē & tēpestatē:[28] & quoniā nō tenebat frameam, neq; vas bellicosum : corrupit enim impetus eius multitudinem quæ venerat expugnare eum:hæc est interpretatio:[29] Ecce dies veniūt, quādo incipiet altissimus liberare eos qui super terrā sunt:[30] & veniet in excessu mentis super eos qui inhabitant terrā.[31] Et alij alios cogitabunt debellare,ciuitas ciuitatē,& locus locum,& gens aduersus gentem,& regnum aduersus regnum.[32] Et erit,cum fiēt hæc,& cōtingent signa quæ antè ostendi tibi:& tunc reuelabitur filius meus,quem vidisti vt virum ascendentem.[33] Et D erit quādo audierint omnes gentes vocem eius : & derelinquet vnusquisq; in regione sua bellum suum,quod habent ad alterutrum:[34] & colligetur in vnum multitudo innumerabilis,sicut volentes venire,& expugnare eum.[35] Ipse autē stabit super cacumen mōtis Sion.[36] Sion autem veniet & ostēdetur omnibus parata & ædificata,sicut vidisti montem sculpi sine manibus.[37] Ipse autē filius meus arguet quæ adinuenerūt gentes impietates eorum has,quæ tempestati appropinquauerūt,propter mala cogitamenta eorū,& cruciamenta,quibus incipient cruciari:[38] quæ assimilatæ sunt flammæ:& perdet eos sine labore,per legem quæ igni assimilata est.[39] Et quoniam vidisti cum colligentem ad se aliam multitudinem pacificā,[40] hæ sunt decē tribus,quæ captiuæ factæ sunt de terra sua in diebus Osee Regis , quē captiuum duxit Salmanasar Rex Assyriorum:& transtulit eos trans flumen,& translati sunt in terrā aliam.[41] Ipsi autem sibi dederunt cōsilium hoc, vt derelinquerēt multitudinem gentium, & proficiscerētur in vlteriorem regionem,vbi nunquam inhabitauit genus humanū:[42] vel ibi obseruare legitima sua,quæ nō fuerāt seruantes in regione sua.[43] Per introitus autem angustos fluminis Euphraten introierunt.[44] Fecit enim eis tunc altissimus signa, & statuit venas fluminis vsquequo trāsirent.[45] Per eā enim regionem erat via multa E itineris anni vnius & dimidij:nā regio illa vocatur Arsareth:[46] Tunc inhabitauerunt ibi vsque in nouissimo tēpore:& nūc iterum cum cœperint venire,[47] iterū altissimus statuet venas fluminis,vt possint transire:propter hæc vidisti multitudinem cum pace.[48] Sed & qui derelicti sunt de populo tuo, hi sunt qui inueniūtur intra terminum meum.[49] Factum erit ergo,quādo incipiet perdere multitudinē earum,quæ collectæ sunt gentes,proteget eos qui superauerunt populū:[50] & tunc ostēdet eis multa plurima portēta.[51] Et dixi ego:Dominator domine , hoc mihi ostende propter quod vidi virum ascendentem de corde maris:Et dixit mihi :[52] Sicut nō potes hæc vel scrutari, vel scire quæ sunt in profundo maris,sic non poterit quisquā super terram videre filium meum,vel eos qui cum eo sunt,nisi in tēpore diei.[53] Hæc est interpretatio somnij quod vidisti,& propter quod illuminatus es hic solus.[54] Dereliquisti enim tuā,& circa meā vacasti legem , & quæsisti.[55] Vitam enim tuam disposuisti in sapientia,& sensum tuum voeasti matrē :[56] & propter hoc ostendi tibi merces apud altissimum. Erit enim post alios tres dies, ad te alia loquar, & exponam tibi grauia, & mirabilia. [57] Et profectus sum,& transij in cāpum multum glorificās & laudās altissimū de mirabilibus quæ per tempus faciebat:[58] & quoniā gubernat ipsum, & quæ sunt in temporibus illata.Et sedi ibi tribus diebus.

Apparet dominus Esdræ in rubo,& arcana quædam futura reuelat. XIIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ET factum est tertio die,& ego sedebam sub quercu.[2] Et ecce vox exiuit contra me de rubo,& dixit: Esdra,Esdra. Et dixi: Ecce ego domine,& surrexi super pedes meos. Et dixit ad me:[3] Reuelans reuelatus sum super rubū,& locutus sum Moysi, quando populus meus seruiebat in Ægypto,[4] & misi eum,& eduxi populum meum de Ægypto,& adduxi eum super montē Sina,& detinebam eum apud me diebus multis:[5] & enarraui ei mirabilia multa,& ostendi ei temporum secreta,& finem:& præcepi ei, dicens:[6] Hæc in palā faciès verba,& hæc absscōdes.[7] Et nunc tibi dico:[8] Signa quæ demōstraui,& somnia quæ vidisti,& interpretationes quas tu vidisti,in corde tuo repone ea.[9] Tu enim recipieris ab omnibus,cōuerteris reliquus cum consilio meo,& cum similibus tuis, vsquequo finiantur tempora.[10] Quoniam seculum perdidit iuuentutem suā,& tempora appropinquant senescere.[11] Duodecim enim partibus diuisum est seculū,& trāsierunt eius decima,& dimidiū decimæ partis:[12] supersunt autē eius post mediū decimæ partis.[13] Nūc ergo dispone domum tuā:& corripe populū tuū,& cōsolare humiles eorum,& renuntia iam corruptelæ,[14] & dimitte abs te mortales cogitationes,& proiice abs te pōdera humana,& exue te iam infirmā naturā: & repone in vnā partem molestissima tibi cogitamenta,& festina transmigrare à temporibus his.[15] Quæ enim vidisti nunc cōtigisse mala, iterum horum deteriora facient.[16] Quantum enim inualidum fiet seculum à senectute,tantum multiplicabuntur super inhabitātes mala.[17] Prolongauit enim se magis veritas,& appropinquauit mendacium. Iam enim festinat venire,quam vidisti visionem.[18] Et respondi, & dixi coram te domine:[19] Ecce enim ego abibo,sicut præcepisti mihi,& corripiā præsentem populum. Qui autem iterum nati fuerint,quis cōmonebit?[20] Positum est ergo seculum in tenebris:& qui inhabitant in eo,sine lumine.[21] Quoniā lex tua incēsa est,propter quod nemo scit quæ à te facta sunt,vel quæ incipiēt opera.[22] Si enim inueni in te gratiā, immitte in me spiritū sanctum,& scribā omne quod factum est in seculo ab initio,quę erāt in lege tua scripta,vt possint homines inuenire semitā:& qui voluerint viuere in nouissimis,viuāt.[23] Et respōdit ad me,& dixit:Vadens cōgrega populum,& dices ad eos vt nō quærant te diebus quadraginta.[24] Tu autem præpara tibi buxos multos,& accipe tecum Sareā, Dabriam,Selemiam,Echanum & Asiel,quinque hos,qui parati sunt ad scribendum velociter.[25] Et venies huc, & ego accendam in corde tuo lucernam intellectus,quæ nō extinguetur quoadusque finiātur quæ incipies scribere.[26] Et tunc perfectis quædam palam facies,quædam sapientibus absconsè trades.In crastinum enim hac hora incipies scribere.[27] Et profectus sum sicut mihi præcepit, & cōgregaui omnē populum, & dixi:[28] Audi Israel verba hæc:[29] Peregrinati sunt patres nostri ab initio in Ægypto,& liberati sunt inde,[30] & acceperunt legē vitæ,quā nō custodierunt,quā & vos post eos trāsgressi estis:[31] & data est vobis terra in sortem,& terra Sion: & patres vestri,& vos iniquitatem fecistis, & nō seruastis vias quas præcepit vobis altissimus:[32] & iustus iudex cum sit,abstulit à vobis in tēpore,quod donauerat.[33] Et nūc vos hic estis, & fratres vestri introrsum vestrū sunt.[34] Si ergo imperaueritis sensui vestro, & erudieritis cor vestrū,viui cōseruati eritis, & post mortē misericordiā cōsequemini.[35] Iudicium enim post mortē veniet, quando iterum reuiuiscemus:& tunc iustorum nomina parebunt,& impiorum facta ostēdentur.[36] Ad me igitur nemo accedat nūc, neque requirat me vsq; dies quadraginta.[37] Et accepi quinque viros, sicut mandauit mihi,& profecti sumus in cāpum,& māsimus ibi.[38] Et factus sum in crastinū,& ecce vox vocauit me dicens:Esdra,aperi os tuum,& bibe quo te potauero.[39] Et aperui os meum,& ecce calix plenus porrigebatur mihi. Hoc erat plenū sicut aqua:color autē eius vt ignis similis.[40] Et accepi,& bibi,& in eo cum bibissem, cor meum cruciabatur intellectu,& in pectus meum increscebat sapientia. Nam spiritus meus cōseruabatur memoria:[41] Et apertū est os meū,& nō est clausum amplius.[42] Altissimus dedit intellectum quinque viris,& scripserunt quæ dicebantur excessiones noctis quas nō sciebāt.[43] Nocte autem manducabāt panem,ego autem per diē loquebar, & per nocte

ctem non tacebam.[44] Scripti sunt autem per quadraginta dies libri ducēti quatuor.[45] Et factum est cum compleuissent quadraginta dies, locutus est altissimus, dicens: Priora quæ scripsisti, in palam pone, & legant digni & indigni:[46] nouissimos autem septuaginta conseruabis, vt tradas eos sapientibus de populo tuo.[47] In his enim est vena intellectus,& sapientiæ fons,& scientiæ flumen. Et feci sic.

Prædicuntur multæ calamitates seculo superuenturæ. XV.

ECce,loquere in aures plebis meæ sermones prophetiæ quos immisero in os tuū,dicit dominus,[2] & fac vt in charta scribantur, quoniam fideles & veri sunt.[3] Ne timeas à cogitationibus aduersum te, ne turbent te increduli tates dicentium,[4] quoniam omnis incredulus in incredulitate sua morietur.[5] Ecce ego induco,dicit dominus, super orbem terrarum mala,gladiū & famem,& mortem,& interitum,[6] propter quod superpolluit iniquitas omnē terram,& adimpleta sunt opera nociua illorū.[7] Propterea dicit dominus:[8] Iam nō silebo de impietatibus eorū quæ irreligiosè agunt,nec sustinebo in his quæ iniquè exercēt. Ecce sanguis innoxius & iustus clamat ad me,& animę iustorum clamant perseueranter.[9] Vindicans vindicabo illos,dicit dominus,& accipiam omnem sanguinē innoxium ex illis ad me.[10] Ecce populus meus quasi grex ad occisionē ducitur,iam non patiar illū habitare in terra Ægypti:[11] sed educam eum in manu potēti,& brachio excelso.Et percutiā plaga sicut prius,& corrumpam omnē terram eius.[12] Lugebit Ægyptus,& fundamenta eius plaga verberata, & castigatione,quas inducet ei deus.[13] Lugebunt cultores operantes terrā, quoniam deficiēt semina eorum ab vredine,& grādine,& à sidere terribili.[14] Væ seculo,& qui habitant in eo:[15] quia appropinquauit gladius,& contritio eorū,& exurget gens contra gentē ad pugnam, & romphæa in manibus eorū.[16] Erit enim inconstabilitio hominibus, & alij aliis inualescentes non curabunt Regem suum & principes viæ gestorum suorum in potentia sua.[17] Cōcupiscet enim homo in ciuitatē ire,& nō poterit.[18] Propter superbiā enim eorū ciuitates turbabuntur,domus exterentur,homines metuent.[19] Non miserebitur homo proximum suum ad irritum faciēdum domos eorum in gladium, ad diripiendas substātias eorū propter famem panis,& tribulationem multam.[20] Ecce ego conuoco,dicit deus,omnes reges terræ ad me verendum,qui sunt ab oriēte, & ab austro, ab euro,& à Libano,ad cōuertēdos in se,& reddere quæ dederūt illis.[21] Sicut faciunt vsq; hodie electis meis,sic faciam & reddam in sinu eorū. Hæc dicit dominus deus:[22] Nō parcet dextera mea super peccatores,nec cessabit rōphæa super effundētes sanguinē innocuū super terrā.[23] Exiit ignis ab ira eius, & deuorauit fundamēta terræ,& peccatores quasi stramen incensum.[24] Væ eis qui peccāt,& non obseruant mandata mea,dicit dominus.[25] Non parcā illis. Discedite filij à potestate: nolite contaminare sanctificationē meam,[26] quoniā nouit dominus omnes qui delinquūt in illum. Propterea tradidit eos in mortē,& in occisionē.[27] Iam enim venerunt super orbem terrarum mala,& manebitis in illis.Nō enim liberabit vos deus,propter quod peccastis in eū.[28] Ecce visio horribilis,& facies illius ab oriente.[29] Et exient nationes draconū Arabū in curribus multis,& sicut flatus eorum numerus fertur super terrā,vt iam timeant & trepidēt omnes qui illos audiēt.[30] Carmonij insanientes in ira, & exient vt apri de sylua,& aduenient in virtute magna,& constabunt in pugnam cum illis, & vastabunt portionē terræ Assyriorum.[31] Et post hæc superualescēt dracones natiuitatis suæ memores,& conuertēt se conspirates in virtute magna ad persequēdos eos.[32] Isti turbabūtur & silebunt in virtute illorū,& conuertent pedes suos in fugā,[33] & à territorio Assyriorum subsessor obsidebit eos,& consumet vnum ex illis,& erit timor & tremor in exercitu illorū,& contētio in reges ipsorū.[34] Ecce nubes ab oriente & à septentrione vsq; ad meridianum,& facies earum horrida valde,plena iræ & procellę. Et collident se inuicem,[35] & collidēt sidus copiosum super terram, & sidus illorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et erit sanguis à gladio vsq; ad ventrem,[16] & fimus hominis vsque ad substramen cameli. Et erit timor & tremor multus super terram,[17] & horrebunt qui videbunt iram illã,& tremor apprehẽdet illos. Et post hęc mouebuntur nimbi copiosi [18] à meridiano,& septẽtrione, & portio alia ab occidẽte. [19] Et superinualescent venti ab oriente, & recludent eam,& nubem quam suscitauit in ira, & sidus ad faciẽdam exterritationem ad orientalẽ ventum & occidentem violabitur:[40] Et exaltãbũtur nubes magnæ & validæ,plenæ iræ,& sidus,vt exterreant omnem terram,& inhabitantes eam,& infundent super omnem locum altum & eminẽtem sidus terribile,[41] ignem & grandinem,& romphæas volantes,& aquas multas,vt etiã impleantur omnes campi,& omnes riui plenitudine aquarũ multarũ.[42] Et demolientur ciuitates,& muros,& mõtes,& colles,& ligna syluarũ,& fœnum pratorum,& frumẽta eorum.[43] Et transibũt constantes vsq; Babylonem,& exterent eam:[44] conuenient ad ipsam, & circuibunt eam & effundent sidus & omnem iram super eam. Et subibit puluis & fumus vsq; in cœlum,& omnes in circuitu lugebunt eam:[45] & qui sub ea remanserint, seruient his qui exterruerũt.[46] Et tu Asia cõcors in spem Babylonis,& gloria personæ eius:[47] væ tibi misera,propter quod assimilasti ei,& ornasti filias tuas in fornicatione ad placẽdum & gloriandum in amatoribus tuis,qui tecum cupierunt semper fornicari.[48] Odibilem imitata es in omnibus operibus eius, & in adinuentionibus eius, propterea dicit deus:[49] Immittã tibi mala,viduitatem,paupertatẽ,& famem,& gladiũ,& pestẽ, ad deuastandas domos tuas à violatione,& morte,& gloria virtutis tuæ. [50] Sicut flos siccabitur cũ exurget ardor qui emissus est super te,[51] infirmaberis vt paupercula plagata,& castigata à mulieribus, vt nõ possint te susципere potẽtes & amatores.[52] Nũquid ego sic zelabo te,dicit dominus, [53] nisi occidisses electos meos in omni tẽpore, exaltans percussionem manuum,& dicens super mortem eorum,cum inebriata esses, [54] Exorna speciẽ vultus tui?[55] Merces fornicationis tuæ in sinu tuo,propter hoc redditionem accipies.[56] Sicut facis electis meis,dicit dominus,sic faciet tibi deus,& tradet te in malum.[57] Et nati tui fame interient, & tu romphæa cades, & ciuitates tuæ conterentur,& omnes tui in campo gladio cadent. [58] Et qui sunt in montibus, fame peribunt:& manducabunt carnes suas,& sanguinem bibẽt à fame panis,& siti aquæ. [59] Infœlix per maria venies,& rursum accipies mala.[60] Et in transitu allident ciuitatẽ occisam,& exterent aliquam portionem terræ tuæ,& partem gloriæ tuæ exterminabunt,rursum reuertentes conuersam.[61] Et demolita eris illis pro stipula, & ipsi erunt tibi ignis:[62] & deuorabunt te,& ciuitates tuas,terram tuam,& montes tuos, omnes syluas tuas,& lignum fructiferum igni comburent.[63] Filios tuos captiuos ducent, & censum tuum in prædam habebunt,& gloriam faciei tuæ exterminabunt.

Horrenda vniuerso orbi desolatio in fine futura. XVI.

VÆ tibi Babylon & Asia, væ tibi Ægypte & Syria. [1] Præcingite vos saccis & ciliciis,& plangite filios vestros,& dolete: quoniã appropinquauit contritio vestra. [2] Immissus est vobis gladius, & quis est qui auertat illũ? [3] Immissus est in vobis ignis, & quis est qui extinguat illum? [4] Immissa sunt vobis mala,& quis est qui repellat ea? [5] Nunquid repellet aliquis leonem furientem in sylua,aut extinguet ignem in stipula mox quando cœperit ardere? [6] Nunquid repellet aliquis sagittam à sagittario forti missam? [7] Dominus fortis immittit mala, & quis est qui repellat ea? [8] Exiit ignis ex iracundia eius, & quis est qui extinguat eum? [9] Coruscabit,& quis nõ timebit? Tonabit,& quis non pauebit? [10] Dominus cõminabitur,& quis nõ funditus cõteretur à facie ipsius? [11] Terra tremuit & fundaméta eius, mare fluctuat de profundo,& fluctus eius disturbabũtur,& pisces eius à facie domini, & à gloria virtutis eius: [12] quoniã fortis dextera eius quę arcũ tendit,sagittę eius acutæ quæ ab ipso mittũtur,nõ deficiẽt cũ cœperint mitti in fines terræ. [13] Ecce mittuntur mala,& nõ reuertentur,donec veniant super terram. [14] Ignis succenditur,& non extinguetur,donec consumat fundamenta terræ. [15] Quemadmodum nõ redit sagitta missa à valido sagittario:sic non reuertentur mala quæ missa fuerint in terram. [16] Væ mihi,væ mihi: Quis me liberabit in illis diebus? [17] Initium dolorũ & multi gemitus, initium famis,& multi interitus. Initium bellorũ,& formidabunt potestates. Initium malorum,& trepidabunt omnes. [18] In his quid faciam cum venerint mala? [19] Ecce fames & plaga, & tribulatio & angustia missa sunt flagella in emendatione, [20] & in his omnibus se non conuertent ab iniquitatibus suis,neque flagellorum memores erunt semper. [21] Ecce erit annonæ vilitas super terram,sic vt putent sibi esse directã pacem, & tunc germinabũt mala super terram,gladius,fames,& magna confusio. [22] A fame enim plurimi qui inhabitãt terram interient,& gladius perdet cæteros qui superauerint à fame, [23] & mortui sicut stercora proiicientur,& nõ erit qui consoletur eos. Derelinquetur enim terra deserta,& ciuitates eius deiicientur. [24] Non derelinquetur qui colat terrã,& qui seminet ea. [25] Ligna dabũt fructus,& quis vindemiabit illa? [26] Vua matura fiet,& quis calcabit illam? Erit enim locis magna desertio. [27] Cupiet enim homo hominẽ videre, vel vocẽ eius audire. [28] Relinquẽtur enim de ciuitate decem,& duo de agro qui absconderint se in densis nemoribus,& scissuris petrarum: [29] quẽadmodum cum derelinquũtur in oliueto & singulis arboribus tres aut quatuor oliuæ: [30] aut sicut in vinea vindemiata racemi relinquuntur ab his qui diligenter vineã scrutantur: [31] sic relinquentur in diebus illis tres aut quatuor scrutantibus domos eorũ in romphæa. [32] Et relinquetur terra deserta,& agri eius inueterabunt,& viæ eius & omnes semitæ eius germinabunt spinas,eo quòd non transient homines per eam. Lugebunt virgines non habentes spõsos, [33] lugebunt mulieres non habentes viros,lugebũt filiæ earum non habentes adiutorium. [34] Sponsi earum in bello consumentur, & viri earum in fame exterentur. [35] Audite vero ista,& cognoscite ea serui domini. [36] Ecce verbum domini,excipite illud:ne diis credatis,de quibus dicit dominus: [37] Ecce appropinquant mala,& non tardant. [38] Quemadmodum prægnans cum parit in nono mense filium suum,appropinquãte hora partus eius,ante horas duas vel tres,dolores circumeunt ventrem eius,& prodeunte infante de ventre non tardabũt vno puncto: [39] sic non morabuntur mala ad prodeundum super terram,& seculum gemet,& dolores circuntenebunt illud. [40] Audite verbum,plebs mea:parate vos in pugnam,& in malis sic estote quasi aduenæ terræ. [41] Qui vendit,quasi qui fugiat:& qui emit,quasi qui perditurus: [42] qui mercatur,quasi qui fructum non capiat: & qui ædificat, quasi non habitaturus. [43] Qui seminat,quasi qui non metet:sic & qui vineam putat, quasi qui non vindemiaturus. [44] Qui nubunt,sic quasi filios non facturi:& qui non nubũt, sic quasi vidui: [45] propter quod qui laborant,sine causa laborant. [46] Fructus enim illorum alienigenæ metent,& substãtiam illorum rapient, & domos euertent,& filios eorum captiuabunt,quia in captiuitate & fame generant natos suos. [47] Et qui negotiantur in rapina,quantũ diu exornant ciuitates & domos suas,& possessiones & pertonas suas, [48] tãto magis adzelabor eos super peccata sua,dicit dominus. [49] Quomodo zelatur fornicaria mulierem idoneam & bonam valde, [50] sic zelabitur iustitia iniquitatem,cum exornat se, & accusat eam in facie,cũ venerit qui defendat exquirentem omne peccatum super terram. [51] Propterea nolite similari ei, nec operibus eius: [52] quoniã adhuc pusillũ,& tolletur iniquitas à terra,& iustitia regnabit in vos. [53] Nõ dicat peccator se non peccasse: quoniam carbones ignis comburet super caput eius, qui dicit:Nõ peccaui coram deo,& gloria ipsius. [54] Ecce dominus cognoscet omnia opera hominũ,& adinuentiones illorum, & cogitationes illorum, & corda illorum. [55] Dixit enim:fiat terra,& facta est:fiat cœlum,& factum est. [56] Et in verbo illius stellæ fundatæ sunt,& nouit numerum stellarum. [57] Qui scrutatur abyssum & thesauros illarum:qui mensus est mare, & conceptum eius. [58] Qui conclusit mare in medio aquarum,& suspẽdit terram super aquas verbo suo. [59] Qui extendit cœlum quasi cameram,super aquas fundauit eum. [60] Qui posuit in deserto fontes aquarum, & super verticem montium lacus ad emittẽdum flumina ab eminenti petra, vt potaret terrã.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[63] Qui finxit hominem, & posuit cor suum in medio corporis, & misit ei spiritum, Genes. 2.b
vitam & intellectum, [63] & spiramen dei omnipotentis qui fecit omnia, & scrutinat Psal. 32.e
omnia absconsa in absconsis terræ. [64] Hic nouit adinuentionem vestram, & quæ cogitatis in cordibus vestris, peccantes, & volentes occultare peccata vestra. [65] Propter quod dominus scrutinando scrutinauit omnia opera vestra, & traducet vos omnes, [66] & vos confusi eritis cum processerint peccata vestra coram hominibus, & iniquitates erunt quę accusatores stabunt in die illo. [67] Quid facietis? aut quomodo abscondetis peccata vestra coram deo, & angelis eius? [68] Ecce iudex deus, timete eum. Desinite à peccatis vestris, & obliuiscamini iniquitates vestras iam agere eas in sempiterno, & deus educet vos, & liberabit de omni tribulatione. [69] Ecce enim incenditur ardor super vos turbæ copiosæ, & rapient quosdam ex vobis, & cibabunt idolis occisos. [70] & qui consenserint eis, erunt illis in derisum, & in improperium, & in conculcationem. [71] Erit enim locis locus, & in vicinas ciuitates exurrectio multa super timentes dominum. [72] Erunt quasi insani, nemini parcentes: ad diripiendum & deuastandum adhuc timentes dominum, [73] quia deuastabunt & diripient substantias, & de domibus suis eos eiicient. [74] Tunc parebit probatio electorum meorum, vt aurum quod probatur ab igne. [75] Audite dilecti mei, dicit dominus: Ecce adsunt dies tribulationis, & de his liberabo vos. [76] Ne timeatis, nec hęsitetis: quoniam deus dux vester est. [77] Et qui seruat mãdata & præcepta mea, dicit dominus deus, ne prępõderent vos peccata vestra, ne supereleuent se iniquitates vestræ. [78] Væ qui constringuntur à pectis suis, & obteguntur ab iniquitatibus suis, quemadmodum ager constringitur à spina, & spinis tegitur semita eius per quam non transit homo, & excluditur, & mittitur ad deuorationem ignis.

FINIT LIBER ESDRÆ QVARTVS
& vltimus.

D. Hieronymi ad Chromatium & Hellodorum episcopos, in librum Tobiæ præfatio.

MIrari non desino exactionis vestræ instantiam. Exigitis enim vt librum Chaldæo sermone conscriptum, ad Latinum stylum traham, librum vtique Tobiæ, quẽ Hebræi de Catalogo diuinarum scripturarũ secantes, iis quæ hagiographa memorant, manciparunt. Feci satis desiderio vestro, nõ tamen meo studio. Arguunt enim nos Hebræorum studia: & imputant nobis, contra suum canonem Latinis auribus ista transferre. Sed melius esse iudicans Pharisæorum displicere iudicio, & Episcoporum iussionibus deseruire, institi vt potui. Et quia vicina est Chaldæorum lingua sermoni Hebraico, vtriusque linguæ peritissimũ loquacem reperiens, vnius diei laborem arripui: & quicquid ille mihi Hebraicis verbis expressit, hoc ego accito notario sermonibus Latinis exposui. Orationibus vestris mercedem huius operis cõpensabo, cum gratum vobis didicero, me, quod iubere estis dignati, complesse.

Incipit Liber Tobiæ Chaldaice scriptus, quem Hebræi non habent.

Tobias in captiuitatem ductus, pietatem in deum & proximum non deseruit. Caput I.

A Obias [a] ex tribu & ciuitate Nephthalim, quæ est in superioribus Galilææ supra Naason, post viam quæ ducit ad occidentem, in sinistro habens ciuitatem Sephet: † [2] cum captus esset in diebus Salmanasar Regis Assyriorum: [b] in captiuitate tamen positus, viam veritatis non deseruit, [3] ita vt omnia quæ habere poterat, quotidie concaptiuis fratribus qui erãt ex eius genere, impartiret. [4] Cúmq; esset iunior omnibus in tribu Nephthalim, nihil tamen puerile gessit in opere. [5] Denique cum irent omnes ad vitulos aureos, † quos Ieroboam fecerat Rex Israel, hic [c] solus fugiebat consortia omniũ: [6] & B pergebat in Ierusalem ad templum domini, & ibi adorabat dominum deum Israel, omnia primitiua sua & decimas suas fideliter offerens, [7] ita vt in tertio anno [d] proselytis & aduenis ministraret omnem decimationem. [8] Hæc & his similia secundũ legem dei puerulus obseruabat. [e] [9] Cum verò factus fuisset vir, accepit vxorem Annam de tribu sua: & genuit ex ea filium, nomen suum imponens ei: [10] quem ab infantia timere deũ docuit, & abstinere ab omni peccato. [11] Igitur dum per captiuitatem deuenisset cum vxore sua & filio in ciuitatem [f] Niniuen cum omni tribu sua, [12] & cũ omnes ederent ex cibis Gentilium, iste custodiuit animam suam, & nunquam contamiC natus est in escis eorum. [13] Et quoniã memor fuit domini in toto corde suo, dedit illi deus gratiam in conspectu Salmanasar Regis: [14] & dedit illi potestatem quocunque vellet ire, habens libertatem quæcunq; facere voluisset. [15] Pergebat ergo per omnes qui erant in captiuitate, & monita salutis dabat eis. † [16] Cum autem venisset in Rages ciuitatẽ Medorum, & ex iis quibus honoratus fuerat à Rege habuisset decem talenta argenti, [17] & cum in multa turba generis sui Gabelum egentẽ videret qui erat ex tribu eius, sub chirographo dedit illi memoratum pondus argenti. [18] Post multum verò temporis mortuo Salmanasar Rege, cum regnaret Sennacherib filius eius pro eo, & D filios Israel exosos haberet in cõspectu suo, [19] Tobias quotidie pergebat per omnem cognationem suam, & consolabatur eos, diuidebátq; vnicuique prout poterat, de facultatibus suis. [20] Esurientes alebat, nudósque vestimenta præbebat, & mortuis atque occisis sepulturam solicitus exhibebat. † [21] Denique cum reuersus esset rex Sennacherib fugiens à Iudæa [g] plagam quam circa eum fecerat deus propter blasphemiam suã, & iratus multos occideret ex filiis Israel, Tobias sepeliebat corpora eorũ. [h] [22] At vbi nuntiatum est Regi, iussit eum occidi, & tulit omnem substãtiam eius. [23] Tobias verò cum filio suo & cum vxore fugiẽs, nudus latuit, quia multi diligebãt eũ. [24] Post dies verò quadragintaquinque occiderunt Regẽ filij ipsius: [25] & reuersus est Tobias in domum suam, omnísque facultas eius restituta est ei.

a. Liber Tobiæ in paucis est Hebræo & Græco, quę nõ pre manibus habẽtur, cõmunis. Tobias autẽ interpretatur bonitas dei, vel bonus deo aut in deum, & bonus deus. Nepe tob hebraice, bonus, pulcher, decor: is, Deus, vsum ex 10. diuinis nominibus: inde dicitur Tobias vel Tobias.

b. Fuit vir iustus, misericors, hospitalis, & ob virtutes quibus præditus fuerat, subitæ eruminæ captiuitatis quam ferebat humiliter ac patienter, comunem magistrum habuit, & primus doctor. Ambros. de Tobia c. 1.

c. Solus Tobias ex decẽ tribubus idola & idololatrarum consortia fugiebat.

d. Proselytus Græce, latinẽ dicitur aduena, vel peregrinus alterius prouinciæ vel conditionis.

e. Tã in Græco q̃ in Hebræo loquit̃ vbiq; in prima persona nõ in tertia, quasi ipse hãc scripserit historiã, de ipso semper loquens.

f. Niniue, Nineue, vel Ninus vrbs est à Nino super Euphratẽ condita, nõ æqua latera dimensione. Nã duæ earũ partes longiores erant reliquis. Hora latus quodlibet longitudine est stadiorũ centũ quinquagẽta, breuiores vero stadiis nonagẽta. Qua murũ dimensione ambitus stadiis cõplectitur quadringẽtis octoginta. Et sane ipse sua nequaquam fruitur. Nulla enim postmodũ verba fãto ambitu tantæve mœnium magnificentiæ cõstructa est. Altitudo murorũ pedum est centum latitudo, quatuor currus simul perambulãtes. Turres 1500 quarum altitudo pedum est 200. Diodorus Siculus lib 3.

g. Qua angelus domini vna nocte de suo percussit exercitu 185000 bellatorũ, quod maximè causa fuit odij in Iudæos.

h. Erat misericordiæ pretium, mors pœna, talis flagitij deprehensus reus, vix tãdem per amicum potuit de pro patrimonio egen⁹ & exul restitui suis. Ambr. de Tob. cap. 1.

Tobias mortuorum fatigatus sepultura, hirundinis stercore iacens excæcatur. II.

POst † hęc verò cum esset [a] dies festus domini, [b] & factũ esset prandium bonũ in domo Tobiæ, [2] dixit filio suo: Vade, & adduc aliquos de tribu nostra timẽtes deum, vt epulentur nobiscum. [3] Cúmq; abisset, reuersus nuntiauit ei vnum ex filiis Israel iugulatum iacere in platea. Statímque exiliens de accubitu suo, relinquẽs prandium, ieiunus peruenit ad corA pus: [4] tollénsq; illud portauit ad domum suam occultè, vt dum sol occubuisset, cauté sepeliret eum. [5] Cúmq; occultasset corpus, mãducauit panem cum luctu & tremore, B [6] memorans illum sermonem quem dixit dominus per Amos Prophetam: † Dies festi vestri conuertentur in lamentationem & luctum. [7] Cum verò sol occubuisset, abiit & sepeliuit eum. [8] Arguebãt autem eum omnes proximi eius, dicentes: Iam huius rei causa interfici iussus es, & vix effugisti mortis imperium, & iterum sepelis mortuos? [9] Sed Tobias plus timẽs deum quàm Regem, rapiebat corpora occisorum, & occultabat in domo sua, & mediis noctibus sepeliebat ea. [c] [10] Contigit autẽ, vt quadam die fatigatus à sepultura, veniens domum iactasset se iuxta parietem, & obdormisset: [11] &

a. Dies festus pẽtecostes, in quo licebat exacto sacrificio cum amicis & cõcriba-lib⁹ in lætitia cibũ sumere.

b. Iterum in his verbis datur officium, ũ quid alimenti faceret, peregrinũ, cum quo cibum sumeret, quæreas. Itaque cum à sepulturæ festus munere reuerteretur, appoũ eis ibi edẽdi subãdius, misso filio quærebat conuiuẽ cõsumi. Dum eorum accessiunt, nõ tanti corporis inspecti reliquiis, deterebat, nec putabat pũ. vt ipse ciborũ semeret, eũ in publico corpus iacere examine. Amb. vbi sup.

c. Quam ergo laudabilis fit iustũ? Tobias, scriptura docemur, cuius deuotionem nec captiuitas minuit, nec oculorũ amissio, quin min⁹ deũ benediceret, persuasit neq; exhausta substantia à via iustitiæ & veritatis auertit. Necessitas enim probat iustũ, in egestate æquitatẽ seruare, vera ac perfecta iustitia est. Aug. quæst. 119. ex vtroque tenia mixtam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex nido hirundinum dormienti illi calida ſtercora inciderent ſuper oculos eius, fierétq; cæcus.[13] Hanc autem tentationem ideo permiſit dominus euenire illi, vt poſteris daretur exẽplum patientiæ eius, ſicut & ſancti Iob. [15] Nã cum ab infantia ſua ſemper deum timuerit, & mãdata eus cuſtodierit, non eſt contriſtatus contra dominum quod plaga cæcitatis euenerit ei:[14] ſed immobilis in dei timore permãſit, agẽs gratias deo omnibus diebus vitę ſuæ.[15] Nã ſicut beato Iob inſultabãt Reges, ita illi parẽtes: & cognati eius irridebãt vitã eius, dicẽtes:[16] Vbi eſt ſpes tua pro qua eleemoſynas & ſepulturas faciebas?[17] Tobias verò increpabat eos, dicens: Nolite ita loqui,† quoniam filij ſanctorum ſumus, & vitã illam expectamus, quam deus daturus eſt iis qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo.[19] Anna [d] verò vxor eius ibat ad opus textrinũ quotidie: & de labore manuum ſuarum victum quem conſequi poterat, deferebat: vnde factum eſt, vt hœdum caprarum accipiẽs, detuliſſet domi.[c] [21] Cuius cum vocem balantis vir eius audiſſet, dixit: Videte ne forte furtiuus ſit: reddite eum dominis ſuis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere. [22] Ad hæc vxor eius irata, reſpondit: Manifeſtè vana facta eſt ſpes tua, & eleemoſynę tuę modò apparuerunt.[23] Atque his & aliis huiuſmodi verbis exprobrabat ei.

d Fraudari magis ſe doluit obſequiorum quàm oculorum munere: nec cæcitatẽ pœnam, ſed impedimẽtum putabat. Et cum victũ mereede leuaret coniugis, ne quid furtiuum domũ ſuam inraret, cauebat. Vxor hœdum pro mercede accepetrat: at ille plus honeſtati & pietati cõſulẽs, cui ſua deerant, alimoniam cõmodauerat proximo ſuo, quã toto vitæ ſuæ tẽpore in tanta indigentia non poposcit. Ambr. de Tob. c. 2.

e. Cum Tobiat vxoris fidelitatem diutius probaſſet, videtur quòd eã nõ debuit habere ſuſpectam. Dicẽdũ quod non immerito quæſiuit, quia cum pauperes eſſent, delicatioribus cibis non ſæpius vtebantur, propterea nõ ſine cauſa timuit ne quis fur vxori ſuæ vendidiſſet. de Lyra.

a Meminerimus enim primum, quia veniſorũ dominus eſt, iuſtum eſſe, & iudicia eius recta eſſe. Cur enim ſ ſuos iniquus ſit? Cur in eos quos ipſe genuit, iniuſtus ſit? Bonitatis ſuę immẽnitas non ſinit: ſtudẽ de eo exiſtimare. Genuit nos non ad iniuriã, genuit nos non ad originis noſtræ naturæ dolorẽ. Si quid eſt qđ patimur, ex iudicio ſuæ bonitatis accidit. Hilarius in Pſal. 118.

b. Doctores gentiũ ſignificat, qui tantum huius vitæ quæ per ſæpcem volutur dies, nouerant vitam, de æternã nihil dicere ſciebãt. Idcirco ſunt omnes à diabolo rapti, vtpote idolatriæ mancipati, donec verus adueniret ſponſus, qui hanc ſibi eccleſiam cõiunxit matrimonio. Beda ibid.

c. Quia reſpuim⁹ paternos errores improperium ſuſtinemus, quia patimur mala, concurrentes ad eum. Sic etiã ille improperiũ Chriſti ſuſtinebat, quando audiebat: Nũquid interimere me vis ſicut interfeciſti heri Aegyptium? Hoc eſt improperiũ Chriſti, quãdo quiſquã à domeſticis, quãdo quiſquam ab his quibus beneficium præſtitit, ſuſtinet improperium. Chryſo. Homi. 20. in 11. c. ad Hebr.

D. † Infra

A † Pſal. 24

B

C

D

ſunt preces amborum in conſpectu gloriæ ſummi dei:[13] & miſſus eſt angelus domini ſanctus [d] Raphael, vt curaret eos ambos, quorum vno tempore ſunt orationes in conſpectu domini recitatæ.

d. Raphael medicina dei interpretatur, vt & Tobiam à cæcitate, & Saram à dæmonio liberaret. Beda. ibi.

Senior Tobias iuniori ſalutis monita inculcat. IIII.

A

Igitur cum Tobias putaret orationem ſuam exaudiri vt mori potuiſſet, vocauit ad ſe Tobiam filium ſuum,[1] dixítq; ei:[a] Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde quaſi fundamẽtum conſtrue. † [3] Cum acceperit deus animam meam, corpus meum ſepeli: & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius.[4] Memor enim eſſe debes, quæ & quãta pericula paſſa ſit propter te in vtero ſuo.[5] Cum autem & ipſa compleuerit tempus vitæ ſuæ, ſepelias eam circa me.[6] Omnibus autẽ diebus vitæ tuæ in mente habeto deum: & caue ne aliquãdo peccato conſentias, & prætermittas præcepta dei noſtri. † [7] Ex ſubſtantia tua fac eleemoſynam, † & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere. Ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies domini.[8] Quomodo potueris, ita eſto miſericors.[9] Si multũ tibi fuerit, abundanter tribue: ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libẽter impertiri ſtude.[10] Præmium enim bonum tibi theſaurizas in die neceſſitatis: †[b] [11] quoniam eleemoſyna ab omni peccato & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. [12] Fiducia magna erit corã ſummo deo, eleemoſyna omnibus facientibus eam. [15] Attende tibi fili mi ab omni fornicatione: & præter vxorẽ tuam nunquam patiaris crimen ſcire.[14] Superbiam nunquam in tuo ſenſu aut in tuo verbo dominari permittas. In ipſa enim initium ſumpſit omnis perditio. †[15] Quicunq; tibi aliquid operatus fuerit, ſtatim ei mercedem reſtitue, & merces mercenarij tui apud te omnino non remaneat. †[c] [16] Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias. [17] Panem tuum cum eſurientibus & egentibus comede: & de veſtimentis tuis nudos tege.[18] Panem tuum & vinum tuum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue, & noli ex eo [d] mãducare & bibere cum peccatoribus.[19] Conſilium ſemper à ſapiente perquire.[20] Omni tempore benedic deũ, & pete ab eo vt vias tuas dirigat, & omnia conſilia tua in ipſo permaneant.[c] [21] Indico etiam tibi fili mi dediſſe me decem talenta argenti, dum adhuc infantulus eſſes, Gabelo in Rages ciuitate Medorum, & chirographum eius apud me habeo:[22] & ideo perquire quomodo ad eũ peruenias, & recipias ab eo ſuprà memoratum pondus argenti: & reſtituas ei chirographum ſuum.[23] Noli timere fili mi pauperem quidem vitam gerimus: ſed multa bona habebimus, ſi timuerimus deum, & recceſſerimus ab omni peccato, & fecerimus bene.

a. Tobias monens filium ſuũ, ad hoc monebat vt clamaret, id eſt ad bona opera monebat. Dicebat illi vt daret pauperibus, præcipiebat vt eleemoſynas faceret indigẽtibus, & docebat dicens: Fili, eleemoſinæ non ſinunt ire in tenebras. Aug. in Matth. cap. 20.

b. Quid eſt enim mundare animam, niſi ſordem mẽtis abluere? Eleemoſina enim à morte liberat: patiẽtia verò perfectio eſt charitatis. Ambro. in cap. 6. Luc.

c. Per hoc quidẽ à malo flagã inducit, per illud autem virtutis operationẽ Chryſ. ad popul. Antioch. hom. 11.

d. Panem mãducat & bibit cum peccatoribus, qui iniquis lubũdis pro eo q̃ iniqui ſunt, impendit. Grego. in Paſtora. 3. parti. admonitio. 11.

c. Precerea ſcito quia dedi Gabelo decem talenta argẽti in Rages, cuius chirographum apud me habeo. Perquire ergo fidelẽ virum qui tecum eat ſalua mercede ſua, vt reſtituas Gabelo chirographum ſuũ, & ipſe reſtituet tibi depoſitum. Comeſt. in hiſtoria Tobiæ, cap. 1.

Raphael angelus Tobiam iuniorem ducit in Rages ciuitatem Medorum. V.

A

Vnc reſpondit Tobias patri ſuo, & dixit:[a] Omnia quæcunque præcepiſti mihi, faciam, pater.[1] Quomodo autem pecuniam hanc requiram, ignoro. Ille me neſcit, & ego eum ignoro. Quod ſignum dabo ei? Sed neque viam per quã pergatur illuc, aliquando cognoui.[2] Tunc pater ſuus reſpondit illi, & dixit: Chirographum quidem illius apud me habeo, quod dum illi oſtenderis, ſtatim reſtituet.[4] Sed perge nunc, & inquire tibi aliquem fidelem virum, qui eat tecum ſalua mercede ſua, dum adhuc viuo, vt recipias eam. [b] [5] Tunc egreſſus Tobias inuenit iuuenem ſtantem, ſplendidum, præcinctum, & quaſi paratum ad ambulandum. B [6] Et ignorans quòd angelus dei eſſet, ſalutauit eum, & dixit: Vnde te habemus bone iuuenis?[7] At ille reſpondit: Ex filiis Iſrael. Et Tobias dixit ei: Noſti viam quę ducit in regionem Medorum?[8] Cui reſpondit: Noui, & omnia itinera eius frequenter ambulaui, & manſi apud Gabelum fratrẽ noſtrum, qui moratur in Rages ciuitate Medorũ, quæ poſita eſt in monte Ecbatanis.[9] Cui Tobias ait: Suſtine me obſecro, donec hæc ipſa nuntiem patri meo.[10] Tunc ingreſſus Tobias indicauit vniuerſa hæc patri ſuo. Super quæ admiratus pater, rogauit vt introiret ad eum.[c] [11] Ingreſſus itaque ſalutauit eum, & dixit: Gaudium tibi ſit ſemper.[12] Et ait Tobias: Quale gaudiũ mihi erit, qui

a In ea ergo re ſola filius nõ debet obedire patri ſuo, ſi aliquid pater ipſius iuſſerit contra dominũ deũ ipſius. Neq; enim debet iraſci pater quãdo ſic ei præponitur deus. Vbi enim hoc iubet pater quod contra dominũ non ſit, ſic audiẽdus eſt quo modo deus: quia obedire patri iubit deus. Auguſt. in Pſal. 70.

b. Apparuit angel⁹ Tobiæ, eique ſe ſocium præbuit, per quem magnalia populo ad quẽ miſſus erat, perficeret. Quẽ introduxit Tobias ad patrem ſuum, qui ſalutauit eum dicens: Gaudium tibi ſit ſemper. Cui reſpondit: Quale mihi gaudium erit, quia in tenebris ſedeo, & lumen cœli non video? Beda ibidem.

c. Quod angeli quoque viſibiliter & craſſibiliter apparentes, non quia indigebant, ſed quia volebant & poterãt vt hominibus cõgruebãt, ſui miniſterij quadam humanitate fecerunt. Aug. de ciui. dei lib. 15. c. 26.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in tenebris sedeo,& lumẽ cœli nõ video? [13] Cui ait iuuenis? Forti animo esto:in proximo est vt à deo cureris. [14] Dixit itaque illi Tobias:Nunquid poteris perducere filium meum ad Gabelum in Rages ciuitatẽ Medorum? Et cum redieris,restituam tibi mercedem tuã. [15] Et dixit ei angelus: Ego ducam, & reducã eum ad te. [16] Cui Tobias respõdit:Rogo te,indica mihi,de qua domo,aut de qua tribu es tu? [17] Cui Raphael angelus dixit:Genus quæris mercenarij,an ipsum mercenariũ qui cũ filio tuo eat? [18] Sed ne forte solicitũ te reddam,[d] ego sum Azarias Ananiæ magni filius. [19] Et Tobias respondit:Ex magno genere es tu. Sed peto ne iraſcaris,quòd voluerim cognoſcere genus tuum. [20] Dixit autẽ illi angelus:Ego sanum ducam, & sanum tibi reducam filiũ tuum. [21] Respõdens autẽ Tobias,ait:Bene ambuletis,& sit dominus in itinere vestro, & angelus eius comitetur vobiscũ. [22] Tunc paratis omnibus quæ erant in via portãda,[e] fecit Tobias vale patri suo,& matri suę,& ambulauerunt ambo simul. [23] Cúmq; profecti essent,cœpit mater eius flere,& dicere: Baculum senectutis nostræ tulisti,& transmisisti à nobis.† [24] Nunquam fuisset ipsa pecunia pro qua misisti eum. [25] Sufficiebat nobis paupertas nostra,vt diuitias computaremus hoc, quòd videbamus filiũ nostrum. [26] Dixitque ei Tobias:Noli flere.Saluus perueniet filius noster,& saluus reuertetur ad nos,& oculi tui videbunt illum. [27] Credo enim quòd angelus dei bonus comitetur ei:& bene disponat omnia quæ circa eum geruntur,ita vt cum gaudio reuertatur ad nos. [28] Ad hanc vocem cessauit mater eius flere,& tacuit.

d. Figurate respõdet quoniam Azarias adiutor dei interpretatur, quod ãgelis competit, qui sunt administratorij spiritus, quasi dicerent: Ex filijs Israel ego sum, Azarias Ananiæ magni filius. Quod totum secundũ interpretationem nominũ verũ erat. Erat enim de angelis videlicet dei, & erat Azarias, id est adiutor, & filius Ananiæ, id est gloriæ dei. Comest. in hist. Tobiæ, cap. 1.

e. Non enim decens erat eo ab eis recederet absque salutatione. Vnde sequitur matris fiet ex materna pietate. De Lyra.

Angeli consilio exenterat Tobias piscem, vnde medicamina tollit. VI.

a Est enim Christus piscis ille qui ad Tobiam ascendit de flumine viuus, cuius iecore per passionem assato, fugatus est diabolus, & per amaritudinẽ fellis afflatus est cæcus, & illuminatus est mundus. August. Ser. 4. de Petro & Paulo.

b. Dubium est an res naturales habeãt virtutem dæmones arcendi à corporibus, & ab illis expellendi. Respondet Aug. de ciuita. dei lib. 21. cap. 6. illiciuntur autem dæmones adinhabitãdum per creaturas, quas non ipſi, sed deus condidit, delectabilibus pro sua dignitate diuersis, &c. Aug. vbi prius.

c. In libro Tobiæ ad filium eius Tobiam Raphael angel⁹ dixit: Memor esto mãdatorum patris tui, quomũ præcepit tibi accipere debere vxorem de genere patrũ tuus. Et vide audi me frater. Nolo comparare demonio nũ illud, sed postula eam. Et scito quoniã dabitur tibi hac nocte vxor: & cũ intraueris cubiculũ, tolle de iecore pisces illius, & impone super carbones, & odor natabit, & odorabitur illud dæmonium, & fugiet, & non apparebo circa illam omnino in perpetuũ. Ambro. de vocatione Gentiũ. lib. 2. cap. vlt.

d Cum cœperit velle esse cũ illa, surgite primũ ambo, & deprecamini deũ cœli, vt deus vobis misereatur & sanitas, & nolite timere, vbi enim destinata est ante iecula, & tu eam habes. Quamuis ergo quod ille erat deus, nulla posset ratione non fieri, illudita tamẽ non tollunt curandi, nec per electionis propositum, liberi arbitrij deuotio relaxatur, cum implende voluntatis dei ea ait præordinatus esse deus, vt per laborem operis, per instantiam supplicationis, per exercitia virtutis, suas increment. meritorum: & qui bene gesserint, nõ solum secundũ propositũ dei, sed etiã secundum sua merita coronentur. Ambr. de vocatione Gentium, c. 10.

PRofectus est autem Tobias, & canis secutus est eum, & mansit prima mãsione iuxta fluuium Tigris. [2] Et exiuit vt lauaret pedes suos,& ecce [a] piscis immanis exiuit ad deuorandum eum. [3] Quem expauescẽs Tobias,clamauit voce magna,dicens:Domine,inuadit me. [4] Et dixit ei angelus: Apprehende brãchiam eius,& trahe eum ad te. Quod cum fecisset, attraxit eum in siccum, & palpitare cœpit ante pedes eius. [5] Tunc dixit ei angelus: Exentera hunc piscem,& cor eius & fel & iecur repone tibi.[b] sunt enim hæc necessaria ad medicamẽta vtiliter. [6] Quod cum fecisset,assauit carnes eius, & secum sustulerunt in via, cætera salierunt quę sufficerent eis quousq; peruenirent in Rages ciuitatem Medorum. [7] Tunc interrogauit Tobias angelum,& dixit ei:Obsecro te Azaria frater:vt dicas mihi quod remedium habebunt ista quæ de pisce seruare iussisti? [8] Et respondens angelus dixit ei: Cordis eius particulam si super carbones ponas,fumus eius extricat omne genus demoniorum,siue à viro,siue à muliere,ita vt vltrà non accedat ad eos. [9] Et fel valet ad vngẽdos oculos in quibus fuerit albugo,& sanabũtur. [10] Et dixit ei Tobias: Vbi vis vt maneamus? Respondénsque angelus, [11] ait:Est hic Raguel nomine,vir propinquus de tribu tua,& hic habet filiam nomine Saram,sed neq; masculum,neque fœminam vllam habet aliam præter eam. [c 12] Tibi debetur omnis substãtia eius, & oportet eam te accipere coniugem. [13] Pete ergo eam à patre eius,& dabit tibi eam in vxorẽ. [14] Túc respondit Tobias,& dixit: Audio quia tradita est septem viris,& mortui sunt: sed & hoc audiui, quia dæmonium occidit illos. [15] Timeo ergo, ne forte & mihi hæc eueniant:& cum sim vnicus parẽtibus meis,deponam senectutem illorũ cum tristitia ad inferos. [16] Tunc angelus Raphael dixit ei: Audi me,& ostendam tibi qui sunt quibus prævalere potest dæmonium. [17] Ii nanque qui coniugium ita suscipiunt,vt deum à se & à sua mente excludant,& suę libidini ita vacent † sicut equus & mulus,quibus nõ est intellectus,habet potestatẽ dæmonium super eos. [18] Tu autem cum acceperis eã, ingressus cubiculum [d] per tres dies cõtinens esto ab ea,& nihil aliud nisi orationibus vacabis cum ea. [19] Ipsa autem nocte incẽso iecore pisces fugabitur dæmonium. [20] Secunda verò nocte in copulatione sanctorũ Patriarcharum admittẽris. [21] Tertia verò nocte benedictionẽ consequẽris,vt filij ex vobis procreentur incolumes. [22] Trãsacta autem tertia nocte, accipies virginẽ cum timore domini, amore filiorũ magis quàm libidinis ductus,vt in semine Abrahæ benedictionem in filiis consequaris.

Tobias accepit Saram in vxorem: & nuptiis celebratis præparatum est illis alterum cubiculum. VII.

INgressi [a] sunt autem ad Raguelem, & suscepit eos Raguel cũ gaudio. Intuénsque Tobiam Raguel, dixit Annæ vxori suæ:Quàm similis est iuuenis iste cõsobrino meo! [1] Et cum hæc dixisset,ait: Vnde estis iuuenes fratres nostri? At illi dixerunt: Ex tribu Nephthalim sumus, ex captiuitate Niniue. [2] Dixítque illis Raguel: Nostis Tobiã fratrẽ meum? Qui dixerunt:Nouimus. [3] Cúmq; multa bona loqueretur de eo,dixit angelus ad Raguelẽ:Tobias,de quo interrogas,pater istius est. [4] Et misit se Raguel, & cũ lachrymis osculatus est eum:& plorans supra collum eius, [7] dixit:Benedictio sit tibi fili mi,quia boni & optimi viri filius es. [8] Et Anna vxor eius & Sara ipsorũ filia lachrymatæ sunt. Postquã autẽ locuti sunt,præcepit Raguel occidi arietem,& parari cõuiuium. Cúmque hortaretur eos discumbere ad prãdium, [10] Tobias dixit:Hic ego hodie nõ manducabo,neque bibã,nisi prius petitionem meã cõfirmes, & promittas mihi dare Saram filiã tuã. [b 11] Quo audito verbo Raguel expauit, sciens quid euenerit illis septem viris qui ingressi sunt ad eam:& timere cœpit, ne forte & huic similiter contingeret. [c] Et cum nutaret,& non daret petenti vllum responsum, [12] dixit ei angelus:Noli timere dare eam isti,quoniam huic timenti deum debetur coniunx filia tua:propterea alius nõ potuit habere illam. [13] Tunc dixit Raguel:Nõ dubito quòd deus preces & lachrymas meas in cõspectu suo admiserit. [14] Et credo quoniã ideo fecit vos venire ad me, vt & ista coniungeretur cognationi suæ,secundũ legem Moysi. Et nunc noli dubiũ gerere,quòd tibi eam tradã.† [15] Et apprehendens dexteram filiæ suæ, dexteræ Tobiæ tradidit,dicẽs: [c] Deus Abraham,& deus Isaac, & deus Iacob vobiscũ sit, & ipse coniungat vos,impleátque benedictionẽ suam in vobis. [16] Et accepta charta,fecerunt cõscriptionem coiugij. [17] Et post hæc epulati sunt,benedicentes deum. [18] Vocauítque Raguel ad se [d] Annã vxorem suam, & præcepit ei vt præpararet alterum cubiculum. [19] Et introduxit illuc Saram filiam suam,& lachrymata est, [20] dixítque ei:Forti animo esto filia mea. Dominus cœli det tibi gaudium pro tædio quod perpessa es.

a. Tãdẽ ingressi sunt ad Raguelem: cúmque diceret Raguel vxori suæ quam similimum esse iuuenẽ hũc Tobiæ consobrino suo, dixit angelus: Hic est filius illius. Et lætatus est Raguel, & instaurauit conuiuium. Non manducabo, inquit, Tobias, neque bibam, nisi prius petitionem meam confirmes, & promittas mihi dare Saram filiam tuam. Comest. ibid.

b. Cum perisset ex Raguele filium, primo verbo expauit, sciens quid prouenisset illis septem viris: sed docente angelo, quia immundi eam habere nõ possent: Tobias autẽ qui deũ timebat, facilè habere posset, mox dare cõscãit. Beda ibidem.

c. Hæc benedictione vtimur ecclesia in sacramento matrimonij conferendo in facie ecclesiæ, quæ ex hoc loco deprompta videtur: vt nouerint recentiores nõ esse nouum hominum inuẽtum formas & materiam dicere adesse sacramentũ. Idem.

d. Et notandum quòd in sacra scriptura quinque dicuntur Annæ, Mater Samuelis, vxor Tobiæ senioris, vxor Ragoelis, mater beatæ Mariæ virginis, & Anna prophetissa. Comest. ibid.

Tobias cum Sara iacens à dæmonio per orationem liberatur, illique præparato sepulchro dos magna assignatur. VIII.

POstquam verò cœnauerunt, introduxerũt iuuenem ad eam. [2] Recordatus itaque Tobias sermonũ angeli, protulit de cassidili suo partem iecoris, posuítque eam super carbones viuos. [3] Tunc Raphael angelus apprehẽdit [a] dæmonium, & religauit illud in deserto superioris Ægypti. [4] Túc hortatus est virginem Tobias, dixítque ei: Sara exurge, & deprecemur deum hodie & cras,& secundum eras: quia his tribus noctibus deo iungimur: tertia autem transacta nocte in nostro erimus coniugio.† [5] Filij quippe sanctorum sumus,& nõ possumus ita coniungi sicut gentes quæ ignorant deum. [6] Surgentes autem pariter, instantes orabant ambo simul, vt sanitas daretur eis. [7] Dixítque Tobias: Domine deus patrum nostrorum, benedicánt te cœli, terræ, maréque, & fontes, & flumina: & omnes creaturæ tuæ quæ in eis sunt. † [8] Tu fecisti Adam de limo terræ, dedistíque ei adiutorium Heuam. [9] Et nunc domine tu scis quia [b] non luxuriæ causa accipio sororem meã coniugem: sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in secula seculorum. [10] Dixit itaque Sara: Miserere nobis domine, miserere nobis, & consenescamus ambo pariter sani. [11] Et factum est circa pullorum cantum, accersiri iussit Raguel seruos suos: & abierunt cum eo pariter vt foderent sepulchrum. [12] Dicebat enim, ne forte simili modo euenerit ei, quo & cæteris aliis septem viris qui sunt ingressi ad eam. [13] Cúmque parassent fossam, reuersus Raguel ad vxorem suam, dixit ei: [14] Mitte vnam ex ancillis tuis,& videat si mortuus est, vt sepeliam eum antequam illucescat dies. [15] At illa misit vnã ex ancillis suis. Quæ ingressa cubiculum reperit eos

a. Dæmon quatenus permissus potest vexare homines, & fugari ab illis. Vtitur enim deus malis spiritibus ad probationem quorũdã, vt Iob & Tobiæ ad emendationem, vt Magdalenæ conuersionem, vt Pauli, cui datus est stimulus carnis angelus Satanæ ad coercitionem: vt Corinthij per Paulum excommunicatis ad dãnationem, vt Achab, Antiochi, Herodis. Versus. Vt probet, emendet, conseruet, corripiatve: Vt damnet miseros virtus diuina flagellat. Beda in 1. Reg. 16.

b. Nouerant quippe illi homines etiã in ipsis cõiugibus luxuriã esse abuteda, inemperãtiam, quod Tobias testatur oratio quando est copulatus vxori. Aug. super Genesin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

saluos & incolumes,secum pariter dormientes.[16] Et reuersa,nũtiauit bonum nuntiũ. Et[c] benedixerunt dominum,Raguel videlicet & Anna vxor eius,[17] & dixerunt:Benedicimus te domine deus Israel, quia nõ contigit nobis quemadmodum putabamus.
[18] Feciſti enim nobiſcum miſericordiã tuã,& excluſiſti à nobis inimicũ perſequentẽ nos.[19] Miſertus es autem[d] duobus vnicis. Fac eos domine plenius benedicere te, [e] & [D] sacrificium tibi laudis tuæ,& ſuæ ſanitatis offerre : vt cognoſcat vniuerſitas gentiũ, quia tu es deus ſolus in vniuerſa terra.[20] Statímque præcepit ſeruis ſuis Raguel, vt replerent terra foſſam quam fecerant,priuſquam illuceſceret.[21] Vxori autem ſuæ dixit vt inſtrueret cõuiuium, & præpararet omnia quæ in cibos erãt iter agentibus neceſſaria.[22] Duas quoq; pingues vaccas, & quatuor arietes occidi fecit, & parari epulas omnibus vicinis ſuis,cunctiſque amicis.† [f] [23] Et adiurauit Raguel Tobiã,vt duas hebdomadas moraretur apud eũ.[24] De omnibus autẽ quæ poſſidebat Raguel, dimidiam partẽ dedit Tobiæ, & fecit hanc ſcripturã, vt pars dimidia quæ ſupererat,poſt obitum eorum Tobiæ dominio deueniret. †Iudi.9.a

c. Si ergo vt benedicere dominum,facverbum eius, fac voluntatem eius. Aug. in Pſal.102.

d. Sicut enã Tobiæ vnicus, ita Sara parentibus vnica erat.

e Sacrificium laudis ab eccleſia toto orbe diffuſa diebus omnibus immolatur. Augu.Epiſtol.86.

f. Adiuramus & nos dominum noſtrũ, orãtes vt nobiſcum maneat donec perfectionẽ ſanctæ requiei per ſpiritus ſancti gratiam cõſequamur, qua requieſcamus à ſeruilibus actibus, id eſt peccatis in corpore,& à prauis cogitationibus in mente. Beda ibidem.

Raphael petit Rages vrbem Medorum,& chirographum reſtituens,pecuniam recipit. IX.

A [a] Celauit angelus nomen Azariæ: ſum, inquit, Ananiæ magni filius:& nõ dixit Ego ſum Raphael angelus. Celauit in primo nominis dignitatem, ne faceret locatori terroré. Si enim dixiſſet Ego ſum angelus, nõ fuiſſet Tobiæ mercenarius. Augu. de tẽpo. ſermo 216.

b Itaque duæ erant apud Medos ciuitates nomine Rages, vna ciuitas Raguelis vt ſupra 3. altera Gabeli, vt hic.

c. Hoc eſt enim benedicere deũ, ſic viuere, vt per mores cuiuſque benedicatur deus.Nã qui benedicit domino lingua, & factis maledicit, nõ in eccleſia benedicit domino. Lingua propẽ omnes benedicunt, ſed non omnes factis. Auguſt. in Pſal.25.

A VNc vocauit Tobias angelum ad ſe,[a] quẽ quidem hominem exiſtimabat:dixítque ei:Azaria frater,peto vt auſcultes verba mea.[2] Si meipſum tradam tibi ſeruum,non ero condignus prouidentiæ tuæ.† [1] Tamẽ obſecro te, vt aſſumas tibi animalia ſiue ſeruitia : & vadas ad Gabelum in [b] Rages ciuitatem Medorum,reddáſque ei chirographum ſuum, & recipias ab eo pecuniam,& roges eum venire ad nuptias meas.[4] Scis enim ipſe quoniã numerat pater meus dies:& ſi tardauero vna die plus,contriſtabitur anima eius.[5] Et certe vides quomodo adiurauit me Raguel,cuius adiuramentum ſpernere non poſſum.[6] Tunc Raphael aſſumẽs quatuor ex ſeruis Raguelis,& duos camelos,in Rages ciuitatem Medorum perrexit:& inueniens Gabelum, dedit ei chirographum ſuum, & recepit ab eo omnem pecuniã.[7] Indicauítque ei de Tobia filio Tobiæ omnia quæ C geſta ſunt, fecítque eum ſecum venire ad nuptias.[8] Cúmque ingreſſus eſſet domum Raguelis,inuenit Tobiã diſcumbentẽ:& exiliens, oſculati ſunt ſe inuicem. Et fleuit Gabelus,[c] benedixítq; deum,& dixit:[9] Benedicat te deus Israel,quia† filius es optimi viri,& iuſti,& timentis deum,& eleemoſynas faciẽtis.[10] Et dicatur benedictio ſuper D vxorem tuam, & ſuper parentes veſtros,[11] & videatis filios veſtros & filios filiorum veſtrorum vſque in tertiam & quartam generationem,& ſit ſemen veſtrum benedictum à deo Israel,qui regnat in ſecula ſeculorum.[12] Cúmque omnes dixiſſent,amen, acceſſerunt ad conuiuium : & cum timore domini nuptiarum conuiuium exercebant. †Sapi.18

b. Eiſdem qui nunc de Iudæis credũt, cõuenit qui ie ſuũq; in hoc adhuc cõſolãtur, quòd vere futurũ ſit tẽpus, quãdo reuertatur ad eos dominus, & tũc omnis Israel ſaluus fiat : ſcientes quia ſatis fidelis eſt dominus, qui hoc promiſit. Beda ibidem.

Parentes Tobiæ longam eius moram queruntur. X.

A [a] Magna igitur nobis cura ingẽtique ſolicitudine quotidie opus eſt, vt huiuſmodi nobis bellum minimè excitetur: aut ſi forte excitatum fuerit,non permaneat ſed prematur protinus atque ſedetur. Chryſoſt. in 1. Ti. Homil.7.

CVm verò moras faceret Tobias cauſa nuptiarũ,[a] ſolicitus erat pater eius Tobias,dicens : Putas quare moratur filius meus, aut quare detentus eſt ibi?[2] Putáſne Gabelus mortuus eſt,& nemo reddit illi pecuniam?[3] Cœpit autem contriſtari nimis ipſe,& anna vxor eius cum eo : & cœperunt ambo ſimul flere:eo quòd die ſtatuto minime reuerteretur filius eorum ad eos.[4] Flebat igitur mater eius irremediabilibus lacrymis,atque dicebat: † Heu me fili mi,vt quid te miſimus peregrinari,lumen oculorum noſtrorum,baculum ſenectutis noſtræ,ſolatium vitæ noſtræ,ſpem poſteritatis noſtræ?[5] Omnia ſimul in te vno habentes,te nõ debuimus dimittere ire à nobis.[6] Cui dicebat Tobias : [b] Tace,& noli turbari, ſanus eſt filius noſter:ſatis fidelis eſt vir ille cum quo miſimus eum.[7] Illa autem nullo modo conſolari poterat, ſed quotidie exiliens circunſpiciebat & circuibat vias omnes per quas ſpes remeandi videbatur,vt procul videret eum, ſi fieri poſſet, venientem [8] At verò Raguel dicebat ad generum ſuum,Mane hic:& ego mittam nuntium ſalu- C tis de †Iudi.9.a

tis de te ad Tobiam patrẽ tuum.[9] Cui Tobias ait:Ego noui quia pater meus & mater mea modo dies computãt, & cruciatus ſpiritus eorum in ipſis.[10] Cúmq; verbis multis rogaret Raguel Tobiam,& ille eum nulla ratione vellet audire:tradidit ei Saram, & dimidiam partem omnis ſubſtãtiæ ſuæ,in pueris,in puellis,in pecudibus,in camelis,& in vaccis,& pecunia multa:& ſaluum atque gaudentem dimiſit eũ à ſe,[11] dicẽs: D Angelus domini ſanctus ſit in itinere veſtro:perducátq; vos incolumes, & inueniatis omnia rectè circa parentes veſtros, & videant oculi mei filios veſtros priuſquam moriar.[12] & apprehendentes parentes filiã ſuam,oſculati ſunt eam, & dimiſerunt ire: [13] monentes[c] eam honorare ſoceros,diligere maritum, regere familiã, gubernare domum,& ſeipſam irreprehenſibilem exhibere. c. Bonæ nurus cõditiones.

Tobias iunior cum gaudio domum repetens,patri viſum reſtituit. XI.

A CVmque reuerterentur,[a] peruenerunt ad Charrã, quæ eſt in medio itinere contra Niniuen,vndecimo die.[2] Dixítq; angelus:Tobia frater,ſcis quemadmodum reliquiſti patrem tuum.[3] Si placet itaque tibi,præcedamus, & lento gradu inſequantur iter noſtrum familiæ ſimul cum coniuge tua, & cum animalibus.[4] Cúmque hoc placuiſſet vt irent, dixit Raphael ad Tobiam:Tolle tecum ex felle piſcis.erit enim neceſſarium.Tulit itaque Tobias ex felle illo,& abierunt.[5] Anna autem ſedebat ſecus viam quotidie in ſupercilio montis, vnde reſpicere poterat de longinquo : [6] & dum ex eodem loco ſpecularetur aduentum eius, vidit à B longe,& ilico cognouit venientem filium ſuum:curréníque nuntiauit viro ſuo, dicens:Ecce venit filius tuus.[7] Dixítque Raphael ad Tobiam : At vbi introieris domũ tuam,ſtatim[b] adora dominum deum tuum,& gratias agẽs ei, accede ad patrẽ tuum, & oſculare eum:[8] ſtatímque lini ſuper oculos eius ex felle iſto piſcis,quod portas tecum.Scias enim quoniam aperiẽtur mox oculi eius,& videbit pater tuus lumen cœli,& in aſpectu tuo gaudebit.[c 9] Tunc præcucurrit canis, qui ſimul fuerat in via, & C quaſi nuntius adueniens blandimento ſuæ caudæ gaudebat.[10] Et exurgens cæcus pater cœpit offendens pedibus currere:& data manu puero,occurrit in obuiã filio ſuo.
[11] Et ſuſcipiens oſculatus eſt eum cũ vxore ſua,& cœperunt flere præ gaudio.[12] Cúmque adoraſſent deum,& gratias egiſſent,cõſederunt.[13] Tunc ſumens Tobias de felle piſcis,liniuit oculos patri ſuo.[14] Et ſuſtinuit quaſi dimidiam ferè horam, & cœpit albugo ex oculis eius quaſi membrana oui egredi:[15] quam apprehendens Tobias traxit ab oculis eius, ſtatímq; viſum recepit.[d 16] Et glorificabant deũ, ipſe videlicet & vxor D eius,& omnes qui ſciebant eum.[17] Dicebátque Tobias:Benedico te domine deus Israel,quia tu caſtigaſti me,& tu ſaluaſti me.Et ecce ego video Tobiam filium meum.
[18] Ingreſſa eſt etiã poſt ſeptẽ dies Sara vxor filij eius, & omnis familia & pecora ſana, & cameli,& pecunia multa vxoris,ſed & illa pecunia quam receperat à Gabelo.[19] Et narrauit parentibus ſuis omnia beneficia dei, quæ feciſſet circa eum per hominẽ qui eum duxerat.[20] Venerúntque Achior & Nabath cõſobrini Tobiæ,gaudẽtes ad Tobiam, & cõgratulãtes ei de omnibus bonis quæ circa illum oſtẽderat deus.[21] Et per ſeptem dies epulantes omnes cum gaudio magno gauiſi ſunt. a. Hoc eſt, à domo Ragueli, non iuxta Niniuen, ſed in oppoſitum Niniue iuxta Charram, ſiue Haram, diſtantem à Rages vndecim diebus. Rages enim in Media erat, Charra in Meſopotamia,& Niniue in Perſide vel Chaldæa.

b. Adorẽris officiũ omnibꝰ cõſtat:Adorare enim, creaturæ:adorari, nõ creaturæ, ſed domini eſt. Chryſoſt. in 1.cap. Ioan. homi.32.

c. Nõ cõtemnenda eſt figura canis huius, qui viatori,& comes angeli eſt. Beda ibid.

d. Gratias nõ minus agere deo debemus ꝓ beneficiis quàm pro afflictionibus quoniã præparatũ eſt ſecundum aliud, in quo ſecundũ meritũ huic quidẽ improbitatis, huic verò virtutis præmia reddere debet. Propterea tolerat hunc affligi, illum vero delicias in diem affluere. Chryſoſt homil 1. ad popul. Antiochenum.

Angelus Raphael ſe ſuámque conditionem manifeſtat. XII.

A [a] Beatus Tobias qui panẽ ſuũ nouerat frẽgere eliſi, mercedẽ celeré mercenario præparat laboranti. Augu. de tempo Ser. 226.

b. Octo beneficia Raphaelis in Tobiam iuniorẽ, quæ hic narrat Aug. Primo itet quaſi cœleſte carpẽs,& miſit& tibi parauit neceſſarium de piſce collyriũ. Me dedu xit,argentũ recepit. Saram mihi vxorem deſponſauit. Mercede placita tantũ eſt dignus, qui mihi tanquam cœleſtis exitiis paranymphus. Et quod plus eſt bone pater, oculorũ tuorum maculas albugine detracta curauit,& tota domum noſtram illuminauit oculorũ tuorũ lumpadibus illuſtrauit. Auguſt. vbi ſupra

ANVnc vocauit ad ſe Tobias filium ſuũ,dixítque ei:[a] Quid poſſumus dare viro iſti ſancto qui venit tecũ ? [2] Reſpondens Tobias dixit patri ſuo: Pater,quã mercedem dabimus ei,aut quid dignum poterit eſſe[b] beneficiis eius?[3] Me duxit & reduxit ſanum, pecuniã à Gabelo ipſe recepit, vxorem ipſe me habere fecit,& dæmonium ab ea ipſe compeſcuit,gaudium parentibus eius fecit, meipſum à deuoratione piſcis eripuit, te quoque videre fecit lumen cœli, & bonis omnibus per eum repleti ſumus. Quid illi ad hæc poteri- B mus dignum dare?[4] Sed peto tẽ pater mi,vt roges eum ſi forte dignabitur medietatẽ de omnibus quæ allata ſunt, ſibi aſſumere.[5] Et vocantes eum, pater ſcilicet & filius,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tulerunt eum in partē, & rogare cœperunt vt dignaretur dimidiam partem omnium quæ attulerant, acceptā habere. [6] Tunc dixit eis occultè: Benedicite deū cœli, & coram omnibus viuentibus confitemini ei, quia fecit vobiscum misericordiam suam. [7] Etenim sacramentum regis abscōdere, bonum est: opera autem dei reuelare & confiteri, honorificum est. [8] Bona est[c] oratio cū ieiunio & eleemosyna, magis quàm thesauros auri recondere: [9] quoniā[d] eleemosyna à morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire misericordiam & vitam æternā. [10] Qui autē faciunt peccatum & iniquitatem, hostes sunt animæ suæ. [11] Manifesto ergo vobis veritatem, & nō c abscondam à vobis occultum sermonē. [e12] Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscōdebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationē tuā domino. [13] Et quia acceptus eras deo, necesse fuit vt tētatio probaret te. [14] Et nūc misit me dominus vt curarem te, & Saram vxorem filij tui à dæmonio liberarem. [15] Ego enim sum Raphael angelus vnus ex septē, qui astamus ante dominum. [16] Cúmque hæc audissent, turbati sunt, & tremētes ceciderunt super terrā in faciem suā. [17] Dixitq; eis angelus: Pax vobis, nolite timere. [18] Etenim cum essem vobiscum, per voluntatem dei erā. Ipsum benedicite, & cātate illi. [f19] Videbar quidem vobiscum māducare & bibere, sed ego cibo inuisibili, & potu qui ab hominibus videri nō potest, vtor. [20] Tempus est ergo vt reuertar ad eum qui me misit: vos autem benedite deum, & narrate omnia mirabilia eius. [* 21] Et cum hæc dixisset, ab aspectu eorū ablatus est, & vltrà eum videre nō potuerunt. [22] Tunc prostrati per horas tres in faciem, benedixerūt deum. Et exurgētes, narrauerunt omnia mirabilia eius.

c. Quoniā per orationē pectus mūdatur, per ieiunium pastes corporis expelluntur.
d. Per vtrāque ergo rē, sed maxime per eleemosynam dei misericordia requirenda est. Oportet itaque vt res vtraque ibi celebretur. Illa regnat, hæc imperat: illa quodammodo iudicis auditum deprecatur, hæc gratiam promeretur, illa ostia pulsat, hæc aperit: illa prodit desiderium, hæc deinde rei procurat affectum: illa supplicat, sed supplicantē illa cōmendat. Eusebius Emissenus de initio quadrages. Homil. 1.
e. Credim⁹ angelos sanctos adstare orātib⁹, offerre deo preces & vota hoīm: vbi tamē sine ira & dissensione leuant puras manus absq; ira & dissensione. Bernar. Cantic. Ser. 7.
f. Neque enim in phātasmate angelos edisse credendū est quādo eis homines hospitio susceperūt: quanam vtiq; angeli essent ignorāti hoīi, cōmuni nobis indigētia vesci videretur. Vnde est quod angelus in libro Tobiæ ait: Videbaris me māducare: sed vitā vestrā videbar⁹, id est, necessitatē refectōis corporis, sicut vos ficitis, me cibū sumere putabatis. Aug. de ciui. dei lib. 15. cap. 22.
* Ipsum benedicite, & cantate illi.
a. Magnū reuera, magnū & excellēs præclara est ad probandū virum, atque ad dicendā patientiæ virtutem atque ideo flagellorū modi variātur atque differēter, alius quidē morbo perpetuo probatur, alius grauissima inopia, vt atque iniuria alius hæc iugis atque perpetua liberorū, propinquorū, ceterorumque orbitas ex cernēdans, hicque ab omnibus abiicitur, nullisque rei dignus æstimatur, atque alius aliter affligitur. Chrysost. de prouiden. dei lib. 1.

b. De Ierusalem mystice & cœlesti gaudio hæc videtur.
c. Hæc dicit ad monēs vos, vt semper de benedicatis. Si euenerint mala, benedicite, & diffolluentur mala: si prospera venerint, benedicite, & perseuerāt prospera. Si quidē Iob cum in prosperis esset, benedicebat, & eam pauper esset effectus, glorificabat. Chrysost. post reditū prioris exilij, ho. 12. d. Nobis cantare certo tēpore alleluia solēniter mos est, secundū Ecclesiæ antiquam traditionē. Neque enim & hoc sine sacramento certis diebus vsurpamus alleluia. Certis quidem diebus cantamus alleluia, sed omni die cogitamus hoc enim hoc verbo significamus laudē dei, & si non in ore, certe in ore cordis semper laus erit in ore meo. Aug. in Psal. 106.

Tobias senior benedicit & confitetur domino. XIII.

A Perīes autem Tobias senior os suum, benedixit dominum, & dixit: Magnus es domine in æternum, & in omnia secula regnum tuum: [a21] quoniā †tu flagellas, & saluas: deducis ad inferos, & reducis: & non est qui effugiat manum tuam. [1] Confitemini domino filij Israel, & in cōspectu gentium laudate eum: * quoniam ideo disperſit vos inter gentes quæ ignorant eum, vt vos enarretis mirabilia eius, & faciatis scire eos quia non est alius deus omnipotens præter eum. [2] Ipse castigauit nos propter iniquitates nostras, & ipse saluabit nos propter misericordiam suam. [d] Aspicite ergo quæ fecit nobiscum, & cum timore & tremore confitemini illi: regémque seculorum exaltate in operibus vestris. [3] Ego autem in terrā captiuitatis meæ confitebor illi: quoniam ostendit maiestatem suam in gentem peccatricem. [4] Conuertimini itaque peccatores, & facite iustitiam coram domino, credentes quòd faciat vobiscum misericordiam suam. [5] Ego autem & anima mea in eo lætabimur. [6] Benedicite domino omnes electi eius: agite dies lætitiæ, & confitemini illi. [7] Ierusalem ciuitas dei, castigauit te dominus in operibus manuū tuarū. [8] Confitere domino in bonis tuis, & benedic deum seculorum, vt reædificet in te tabernaculū suum, & reuocet ad te omnes captiuos, & gaudeas in omnia secula seculorum. [9] Luce splendida fulgebis, & omnes fines terræ adorabūt te. [10] Nationes ex lōginquo ad te venient, & munera deferentes, adorabunt in te dominum, & terrā tuā in sanctificationem habebunt. [11] Nomen enim magnum inuocabunt in te. [e12] Maledicti erunt qui contempserint te, & condemnati erunt omnes qui blasphemauerint te: benedictique erunt qui ædificauerint te. [b13] Tu autem lætaberis in filiis tuis, quoniā omnes benedicentur, & cōgregabunturad dominum. [14] Beati omnes qui diligūt te, & qui gaudent super pace tua. [c15] Anima mea benedic dominum: quoniam liberauit Ierusalem ciuitatē suā à cunctis tribulationibus suis dominus deus noster. [16] Beatus ero, si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndam claritatem Ierusalem. [†17] Portæ Ierusalem ex sapphiro & smaragdo ædificabuntur: & ex lapide pretioso omnis circuitus murorum eius. [18] Ex lapide candido & mundo omnes plateæ eius sternentur: & per vicos eius [d] alleluia cantabitur. [19] Benedictus dominus, qui exaltauit eam, vt sit regnū eius in secula seculorum super eam, amen.

Tobias senior moriturus filium & nepotes ad pietatem hortatur. XIIII.

A Et consummati sunt sermones Tobiæ. Et postquam illuminatus est Tobias, [a] vixit annis quadraginta duobus, & vidit filios nepotum suorum. [2] Completis itaque annis centum duobus, sepultus est honorificè in Niniue. [3] Quinquaginta nanque & sex annorum, lumen oculorum amisit: sexagenarius verò recepit. [4] Reliquum verò vitæ suæ in gaudio fuit, & cū bono profectu timoris dei perrexit in pace. [5] In hora autem mortis suæ vocauit ad se Tobiā filium suum, & septem iuuenes filios, suos nepotes, dixitque eis: [6] Prope erit interitus B Niniue. Non enim excidit [b] verbum domini: & fratres nostri qui dispersi sunt à terra Israel, reuertentur ad eam. [7] Omnis autem terra eius deserta replebitur, & domus dei [c] quæ in ea incensa est, iterum reædificabitur: ibíque reuertentur omnes timētes deū. C [8] Et relinquent gentes idola sua, & venient in Ierusalem, [9] & gaudebunt in ea omnes reges terræ, adorantes Regem Israel. [10] Audite ergo filij mei patrem vestrum. †Seruite domino in veritate, & inquirite vt faciatis quæ placita sunt illi: [11] & filiis vestris mādate vt faciant iustitias & eleemosynas, vt sint memores dei, & benedicāt eū in omni tempore, in veritate, & in tota virtute sua. [12] Nunc ergo filij audite me, & nolite manere hic. Sed quacunque die [d] sepelieritis matrem vestram circa me in vno sepulchro, D ex eo dirigite gressus vestros vt exeatis hinc. [13] Video enim quia iniquitas eius finem dabit ei. [14] Factum est autem post obitum matris suæ, Tobias abscessit ex Niniue cū vxore sua & filiis, & filiorum filiis, & reuersus est ad soceros suos. [15] Inuenitque eos incolumes in senectute bona, & curam eorum gessit. Et ipse clausit oculos eorum: & omnem hæreditatem domus Raguelis ipse percepit: viditque quintam generationē, filios filiorum suorum. [16] Et completis annis nonaginta & nouem in timore domini, cum gaudio sepelierunt eum. [17] Omnis autem cognatio eius, & omnis generatio eius in bona vita & in sancta cōuersatione permansit, ita vt accepti essent tam deo quàm hominibus, & cunctis habitantibus terram.

a. Et sic mortuus est tēpore quo regnabat Iohas super Iudam & Ierusalem.
b. Persouit ad Niniuitas patrē, ad cuius vocē cōuersi sunt uniuersi ad vitā sua reuersi, tandem prophetantes Nahū deleti sunt per Chaldæos: quod præuidēs Tobias dicebat.
c. Hoc tamē magis videtur prophetasse certe die p verba præterriti tēporis prædixisse, quàm re gestā narrasse. Adhuc enim stabat seruatus templū in ea. Comest. in histor. Tobiæ, ca. 1.
d. Vnde & antiquorū iustorū funera officiosa pietate curata sunt, exequiæ celebratæ, & sepultura promissa ipsis, dū viuerēt, de sepelendis vel etiā trāsferendis suis corporibus filijs mandauerūt, & Tobias sepelēdo mortuos deū promeruisse, testē angelo, cōmendatur. Aug. de ciuitate dei, lib. 1. cap. 25.

B. HIERONYMI PRÆFATIO in librum Iudith.

Apud Hebræos liber Iudith inter hagiographa legitur: cuius authoritas ad roborandā illa quæ in contentionem veniunt, minus idonea iudicatur. Chaldæo tamen sermone conscriptus, inter historias computatur. Sed quia hunc librum synodus Nicæna in numero sanctarum scripturarum legitur computasse, acquieui postulationi vestræ, imò exactioni, & depositis occupationibus quibus vehementer arctabar, huic vnam lucubratiunculam dedi, magis sensum è sensu, quàm ex verbo verbum transferens. Multorum codicum varietatem vitiosissimā amputaui: sola ea quæ intelligentia integra in verbis Chaldæis inuenire potui, Latinis expressi. Accipite Iudith viduam, castitatis exemplum, & triumphali laude perpetuis eam præconiis declarate. Hanc enim non solum fœminis, sed & viris imitabilē dedit, qui castitatis eius remunerator, virtutem illi talem tribuit, vt inuictum omnibus hominibus vinceret, & insuperabilem superaret.

Argumentum libri.

Iudith vidua filia Merari de tribu Simeon, magna nimis in gloria, & virorum præstantior, quæ in typo ecclesiæ diabolum capite truncauit, nec formidauit pro salute populi mortem, nec furorem regium trepidauit. Nam dormientem necauit principem, saluóque pudore suis ciuibus triumphalem victoriam reportauit. Vixit annos centum quinque, sepulta in spelunca viri sui Manassæ in Bethulia ciuitate, quæ fuit in tribu Iuda, inter Dothain & Balmon.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Incipit liber Iudith.

Nabuchodonosor victo Rege Medorum, cunctis regnis cupit imperare. Cap. I.

ARphaxat[a] itaque Rex[b] Medorū subiugauerat multas gentes imperio suo, & ipse ædificauit ciuitatem potentissimā, quā appellauit Ecbatanis.[2] Ex lapidibus quadratis & sectis fecit muros eius, in altitudine cubitorum septuaginta, & in latitudine cubitorum triginta: turres verò eius posuit in altitudinem cubitorum centum.[3] Per quadrum verò earum latus vtrunque vicenorum pedum spatio tendebatur: posuitque portas eius in altitudine turrium.[4] Et gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui, & in gloria quadrigarum suarum.[5] Anno igitur duodecimo regni [c] sui, Nabuchodonosor Rex Assyriorum, qui regnabat in Niniue ciuitate magna, pugnauit cōtra Arphaxat: & obtinuit eum[6] in campo magno, qui appellatur Ragau, circa Euphraten & Tigrin & Iadason, in campo Erioch Regis Elicorum.[7] Tunc exaltatum est regnū Nabuchodonosor, & cor eius eleuatum est. Et misit ad omnes qui habitabāt in Cilicia, & Damasco, & Libano,[8] & ad gentes quæ sunt in Carmelo, & Cedar, & inhabitantes Galilæam, in campo magno Esdrelon,[9] & ad omnes qui erant in[d] Samaria, & trās flumen Iordanem vsque Ierusalem, & ad omnem terram Iesse, quousque perueniatur ad montes Æthiopiæ.[10] Ad hos omnes misit nuntios Nabuchodonosor Rex Assyriorum:[e][11] qui omnes vno animo contradixerunt, & remiserunt eos vacuos, ac sine honore abiecerunt.[12] Tunc indignatus Nabuchodonosor Rex ad omnem terram illam, iurauit per regnum & thronum suum, quòd defenderet se de omnibus regionibus his.

Holofernes à Nabuchodonosor mittitur omnia regna & populos vastaturus. II.

ANno [a] tertiodecimo Nabuchodonosor Regis, vicesima & secunda die mensis primi, factum est verbum in domo Nabuchodonosor regis Assyriorum, vt defenderet se.[2] Vocauitque omnes maiores natu, omnésq; duces & bellatores suos, & habuit cum eis mysterium consilij sui.[3] Direxitque cogitationem suam in eo esse, vt omnē terrā suo subiugaret imperio.[4] Quod dictum cum placuisset omnibus, vocauit Nabuchodonosor Rex Holophernē principem militiæ suæ,[5] & dixit ei: Egredere aduersum omne regnum[b] occidentis, & contra eos præcipuè qui contempserunt imperium meum. †[6] Non parcet oculus tuus vlli regno, omnémque vrbem munitā subiugabis mihi.[7] Tūc Holophernes vocauit duces & magistratus virtutis Assyriorum: & dinumerauit viros in expeditionem, sicut præcepit ei Rex, centum viginti milia peditum pugnatorū, & equites sagittarios duodecim milia.[8] Omnémque expeditionem suam fecit præire in multitudine innumerabilium camelorum, cum his quæ exercitibus sufficerēt copiosè: boum quoque armenta, gregésque ouium, quorum non erat numerus.[9] Frumentum ex omni Syria in transitu suo parari constituit.[10] Aurum verò & argētum de domo regis assumpsit multum nimis.[11] Et profectus est ipse, & omnis exercitus, cū quadrigis & equitibus, & sagittariis, qui cooperuerunt faciem terræ sicut locustæ.[12] Cúmque pertransisset fines Assyriorum, venit ad magnos[c] montes Ange, qui sunt à siniſtro Ciliciæ, ascenditque omnia castella eorum, & obtinuit omnem munitionem.[13] Effregit autem ciuitatem[d] opinatissimam Melothi, prædauítque omnes filios Tharsis, & filios Ismael, qui erant contra faciem deserti, & ad austrum terræ Cellon.[14] Et transiuit Euphraten, & venit in Mesopotamiam: & fregit omnes ciuitates excelsas, quæ erant ibi à torrente

a Tanta est scriptorum varietas in assignando tēpore, & regibus sub quibus gesta sit Iudith historia, vt vix duos reperias qui sibi cōstare dicātur. Auga in primā Cyri reponibus adscribit: Philo autem & de Lyra sub Cābyse Cyri filio. Pierius, sub Dario filio Hystaspis, alij sub Dario Longimano: quæ partibus historiæ collatis & repugnantibus cōstare non possunt, vt inferius dicetur. Zieglerus autē recentior paulo alius cōtēplatus, dicit Phaorē regem Medorum hunc fuisse Arp. iaxa: mirū quòd regnarit apud Medos 12. anno Nabuchodonosor. Sed nec ille Ecbatanā, imò pater eius Deioces, maiori pompa & magnificētia cōdidit, vt author est Herodotus lib. 1. quām hic describatur atque circa duodecimum regni Nabuchodonosor mortuus est postquā 54 annis apud Medos regnauit. Alteri illorū standum censeo, sed nullem priori.

b Qui volūt fe dicere Regē Medorū. Et verē primū fuit dictus res, ante quē ex tot principes dicebantur. Herodotus lib. 1.

c Hic autē Nabuchodonosor dictus est priscus, siue primus eius nominis, tertius tamen Rex Chaldæorū, sed ostauus Babylonorū. Pater magni Nabuchodonosor, sub quo Ierotolyma cū templo desolata est, 1. vt 4. Reg. 25. & 2. Paral. vltim. Prior iechonia cū vxore & liberis sponte deditum in Assyriā traduxit, & Sedeciā constituit Regē. Posterior huic succedens, Sedeciam excæcauit, Ierotolymaque excidio dedita est. Iosephus lib. 10. cap. 10. Nec alios præter hos duos hoc nomine vocatos in sacris vel peregrinis scriptoribus inuenies.

d Reducti ex captiuitate de cē tribubus in quibusdā ciuitatib⁹ Samariæ, cui⁹ incolerant Assyrij. 4. Reg 17. d.

e Nec ista contingere potuerūt Cābyse tēpore, cū & has omnes promicias pactas à patre acceperit, præter vna Aegyptū, quā post ea animis pernasit, & suo imperio adiecit. Herod. lib. 2.

a Hoc est anno 2. à morte patris, & 13. anno à principio regni sui in Niniue cū patre. Philo, de Lyra. Sed hæc nimis libera, & sacris scripturis atque prophanis historiis aduersa, tā de nominibus & dignitatibus, quam de tempore.

b Omnes illæ regiones occidētales erāt respectu Assyriorū: quæ Nabuchodonosoris imperio sine dilectu mine parebāt, vtpotè hostici prouinc, si hūc Cambysen vel Darium credas.

c Montes Angē sunt, qui inter Assyriā & Armeniā extēduntur, & mōs Taurus vno nomine vocari, & prorsus verisimile occidentem.

d Famosissimam propter mercū abundantiam, tum munitione loci, vt expugnaretur, tum opportunitate Ciliciæ perniciōsa ei mis. Opinandū est hanc esse quam Multum vocat Pto. Ismeus, enim populi dicitur Mallotæ, quorū mētio fit 1. Machā. 4. Et cū agente, contigit Tharsienses & Mallotas seditionem mouere.

torrēte Mambre, vsquequo perueniatur ad mare:[15] & occupauit terminos eius à Cilicia vsque ad fines Iaphet, qui sunt ad austrum.[16] Adduxítque omnes filios Madian, & prædauit omnem locupletionem eorum, omnésque resistentes sibi occidit in ore gladij.[17] Et post hæc descendit in campos Damasci in diebus messis, & succeadit omnia sata, omnésque arbores & vineas fecit incidi:[18] & cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram.

Holophernes sese sponte dedentibus non parcit, nec vrbibus ac diis eorum. III.

VNc miserunt legatos suos vniuersarum vrbium ac prouinciarum Reges ac principes, Syriæ scilicet & Mesopotamiæ, & [a] Syriæ Sobal, [b] & Lybiæ, atque Ciliciæ, qui venientes ad Holophernem, dixerunt:[2] Desinat indignatio tua circa nos. Melius est enim vt viuētes seruiamus Nabuchodonosor Regi magno, & subditi simus tibi, quàm morientes cū interitu nostro ipsi seruitutis nostræ dāna patiamur.[3] Omnis ciuitas nostra, omnísq; possessio, omnes montes & colles, & campi, & armenta boum, gregésque ouium, & caprarum, equorúmque & camelorum & vniuersæ facultates nostræ atque familiæ in cōspectu tuo sunt:[4] Sint omnia sub lege tua.[5] Nos etiam, & filij nostri, serui tui sumus.[6] Veni nobis pacificus domin⁹, & vtere seruitio nostro, sicut placuerit tibi.[7] Tūc descēdit[a] de mōtibus cum equitibus in virtute magna, & obtinuit omnem ciuitatem & omnem inhabitātem terram.[8] De vniuersis autem vrbibus assumpsit sibi auxiliarios viros fortes & electos ad bellum.[9] Tantúsque metus prouinciis illis incubuit, vt vniuersarum vrbium habitatores principes & honorati simul cum populis exirēt in obuiam venienti,[10] excipientes eum cum coronis & lampadibus, ducentes choros in tympanis & tibiis.[11] Nec ista tamen facientes ferocitatem eius pectoris mitigare potuerūt.[12] Nā & ciuitates eorum destruxit,[c] & lucos eorū excidit.[d][13] Præceperat enim illi Nabuchodonosor Rex, vt omnes deos terræ exterminaret, videlicet vt ipse solus diceretur deus ab his nationibus quæ potuissent Holophernis potentia subiugari.[14] Pertransiens autem Syriā Sobal, & omnē Apameam, omnémque Mesopotamiam, venit ad[e] Idumæos in terra Gabaa, & Scythopoli:[15] accepítque ciuitates eorum, & sedit ibi per triginta dies: in quibus diebus adunari præcepit vniuersum exercitum virtutis suæ.

a Qua & dicitur Syria Sobaria. 2. Reg. 8. a. 4. Paral. 18. a. Syria autē in vniuersum grādis regio est, 7 terminatur à septentrione Cilicia & parte Cappadociæ, ab occāsu Syro pelago, ab Hebræis autē dicitur Aram. Inde Syri Aramæi.

b Libya magna pars est Africæ, in qua tamen nihil tunc prouinciarum dominium fuit, vel ab Assyriis, vel à Chaldæis.

a Holophernes.

c Non prophana ædificia priuata & publica vrbium, nisi aliquarū forsan moras aperuerit, sed sacra illic loca, vt templa & lucos & statuas deorū euertit. Vnde Iudæi nō tantū vrbi, quæ hæc fecit, sed ipsi deo, vt sæpe sequens ostēdit. Ziegl. erus.

d Volebat enim solus sepeliri deus in terra, vt Dan. 14. adeo cum bellis deputa ra ei fuit.

e Idumæi intra Iordanem fuit, quorū metropolis est Iericho, cæra montes regionis Acrabitenæ qui gubernante Holophernē nō facile à penetrari facile.

a Qui redierant ex captiuitate Babylonica.

b Ipsum enim templū vsque adeo nō extabat vt ex Cabyse, sed via tecta erāt fundamenta, quin potius ædificari ipsum pbabuerit ēdicto. ita procul à vero abest, vt in hui⁹ erat historia Iudith reponatur. Ziegl. erus.

c Hic fuit Helcias sacerdos ex magni filius, vnus quē enim memini. 4. Reg. 18. & 22. & 2. Para. 31. & 34. 22. sub regibus Ezechia, Manasse, Amō & Iosia vnde historia Iudith facta credit ur tēpore Iosiæ, qui & dicit Phaselo de Eliacim, qui & Phiase fuerit Eliacim filius Iesu Iosedech, qui à patre Iudæis anno Artaxerxis 19. dū Babylone reuerterētur constitutus apud Artaxerxē super templi dedicatione impedimēto, non est audiens, quomā Assueros cōtra Arphaxat erat occupatus. Philo. Sed hoc iuxta absurdū est à cæteris chronographis. Nēpe q̄ à relaxata captiuitate Cyri, 9. annos regnauit, Cābyse 8. annos regnante, Darius Hystaspis filius, qui & Darius Nothus dictus, Iosedech ab exule relaxatione 36. annis præcedit qui exaudiuntur vsq; ad 20. annū dicti Darij in quo anno dictus Iosedech reuertitur est ad Persas sedente Ioachin filio eius. Videtur quoq; lege dimissi à tempore Cambysis Esdræ dum tam, ex his historiis cognitis sedente alio Rhesum ante captiuitatē, vt ipse dictum est. & durante tota adhuc inuene, sub quo Orias moderabatur quinquennio.

a Ascendit.

b Hereditatis.

c Et detinuerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

domini magnus circuiuit omnem Israel,allocutúsq; est eos,[12] dicens:Scitote quoniã exaudiet dominus preces vestras,si manẽtes permanseritis in ieiuniis & orationibus in cõspectu domini.†[13]Memores estote Moysi serui domini,qui Amalec confidentem in virtute sua,& in potẽtia sua,& in exercitu suo,& in clypeis suis,& in curribus suis,& in equitibus suis,nõ ferro pugnando,sed precibus sanctis orãdo deiecit:[14]Sic erũt vniuersi hostes Israel,si perseueraueritis in hoc opere,quod cœpistis.[15]Ad hanc igitur exhortationem eius deprecantes dominum,permanebant in cõspectu domini,[16]ita vt etiam ij qui offerebant domino holocausta,præcincti ciliciis offerrent sacrificia domino,& erat cinis super capita eorum.[17]Et ex toto corde suo omnes orabant deum,vt visitaret populum suum Israel.

D Exodi.17.a Deuter.25.b

Achior monet Holophernem ne contra Iudæos temere pugnet. V.

NVnciatúmque est Holopherni principi militiæ Assyriorũ, quòd filij Israel præparatent se ad resistendum,ac mõtium itinera cõclusissent: *[1] & furore nimio exarsit in iracundia magna. Vocauitque omnes principes Moab,& duces Ammon,*[1] & dixit eis:Dicite mihi[a] quis sit populus iste qui montana obsidet,aut quæ & quales & quãtæ sint ciuitates eorũ,quæ etiã sit virtus eorum,aut quæ sit multitudo eorũ, vel quis Rex militiæ illorum:[4]& quare præ omnibus qui habitant in oriente,isti cõtempserunt nos, & non exierunt in obuiã nobis,vt susciperent nos cum pace?†[5] Tunc[b] Achior dux omnium filiorum Ammon respondens,ait:Si digneris audire domine mi, *dicam veritatem in conspectu tuo de populo isto, qui in montanis habitat, & nõ egredietur verbum falsum ex ore meo.†[c6]Populus iste ex progenie Chaldæorum est.[7] Hic primùm in Mesopotamia habitauit,quoniam noluerunt sequi deos patrum suorũ, qui erant in terra Chaldæorum.[8] Deserentes itaque ceremonias patrum suorum, quæ in multitudine deorum erant,[9]vnum deum cœli coluerunt:qui &†præcepit eis vt exirent inde,& habitarent in Carram.†[e]Cúmque operuisset omnem terram fames, descenderunt in Ægyptum, illicque per quadringentos annos sic multiplicati sunt, vt dinumerari eorũ nõ posset exercitus.†[10] Cúmque grauaret eos rex Ægypti,atque in ædificationibus vrbium suarum in luto & latere subiugasset eos, clamauerũt ad dominum suum,†& percussit totam terram Ægypti plagis variis.†[11] Cúmq; eiecissent eos Ægyptij à se,& cessasset plaga ab eis,& iterum eos vellẽt capere, & ad suum seruitium reuocare,[12]fugiẽtibus iis deus cœli mare aperuit, ita vt hinc inde aquæ quasi murus solidarentur:& isti pede sicco fundum maris perambulando tranſirent.[d15] In quo loco dum innumerabilis exercitus Ægyptiorũ eos persequeretur, ita aquis cooperti est,vt non remaneret vel vnus,qui factum posteris nuntiaret.†[14]Egressi etiã potuit,vel filius hominis requieuit.†[e15]Illic fontes amari obdulcati sunt eis ad bibẽdum:†& per annos quadraginta annonã de cœlo cõsecuti sunt.[16] Vbicunq; ingressi sunt sine arcu & sagitta,& absque scuto & gladio,deus eorũ pugnauit pro eis, & vicit.[17]Et non fuit qui insultaret populo isti,nisi quãdo recessit à cultu domini dei sui. [18] Quotienscunque autem præter ipsum deũ suũ alterum coluerũt, dati sunt in præda,& in gladium,& in opprobrium.[19] Quotienscunque autẽ pœnituerũt se recessisse à cultura dei sui,dedit eis deus cœli virtutem resistẽdi.†[f20]Denique Chananæũ Regẽ,& Iebusæum,& Pherezæum,& Heuæum,& Hethæum,& Amorræũ, & omnes potẽtes in Hesebõ prostrauerũt,& terras eorũ & ciuitates eorũ ipsi possederũt, [21] & vsque dum non peccarent in conspectu dei sui, erant cum illis bona. Deus enim illorum odit iniquitatem.[22]Nã & ante hos annos cum recessissent à via quã dederat illis deus,vt ambularẽt in ea,exterminati sunt præliis à multis nationibus, & plurimi eorum captiui abducti sunt in terrã nõ suam.†[23]Nuper autem reuersi ad dominum deum suum,ex dispersione qua dispersi fuerant,adunati sunt,& ascenderunt mõtana hæc omnia,& iterum possident Ierusalem,vbi sunt sancta sanctorum.[24] Nunc ergo mi domine,

*Et munissent omnem verticem montis excelsi,& posuissent in campis scandala.
* Et omnes satrapas regiones maritimæ.
a. Holophernes quomodo potuit hæc omnia ignorare,qui hic quærit?& paulo ante è captiuitate reuertios Iudæos notissimos habere debuit. Hæc sufficienti sunt argumento historiam hanc vetustiorem esse Cibyũ ætate. Ziegler.ut ibid.
b. De Iudæorũ genere natus,vtpote de Lot,& iratorum agnoscens gentem.
* Verum de ortu erui cui.
c. Sicut ferro socer Moysi arbor mala, qui vtique in deum Israel non credebat, dedit consilii Moysi bonum, ita & Achior ad Holophernẽ aliquid vtile locutus est.Hieron. in 7.cap. Matth.
* Et habitauerunt ibi diebus multis. Et dixit deus eorum, vt exirent de habitatione sua, & irẽt in terrã Chanaan, & habitauerunt ibi, & repleti sunt auro & argento, & in numẽtis multis nimis.
d. Quanto serior vindicta peccantũ est,tanto initior in simultudine Pharaonis, qui decem plagis admonitus,non punitus,& in duritia perseuerans, ad extremum rubri maris fluctibus obtritus est.Hiero.super c. 32 Ierem.
e. Marath fluuius amaritudinis erat, vt sitiẽs populus bibere non posset. Missi Moyses lignum in aquam, & amaritudinem inam aquarum natura deposuit, quam infusa subito gratia temperauit. Ambros. de his qui initiãtur mysteriis cap.9.
f. Harum ergo septem gentium terram videtur deus patribꝰ promisisse:sicut dixit dominus ad Moysen, Exod.33. Vade, & ascende hinc tu & populus tuus quos eduxisti de terra Aegypti, in terrã quam iurauí Abraham, Isaac & Iacob,dicens Semini vestro dabo eã, &c. Augustin.to.4. super Iosue.

mi domine,perquire si est aliqua iniquitas eorum in conspectu dei eorum,& ascẽdamus ad illos,quoniam tradens tradet illos deus eorum tibi,& subiugati erunt sub iugo potentiæ tuæ.†[25] Si verò non est offensio populi huius coram deo suo,non poterimus resistere illis,† quoniam deus eorum defendet illos,& erimus in opprobrium vniuersæ terræ.[26] Et factum est cum cessasset loqui Achior verba hæc,irati sunt omnes magnates Holophernis, & cogitabant interficere eum, dicentes ad alterutrum: [27] Quis est iste qui filios Israel posse dicat resistere Regi Nabuchodonosor, & exercitibus eius, homines inermes, & sine virtute, & sine peritia artis pugnæ? [28] Vt ergo agnoscat Achior quoniã fallit nos,ascendamus in montana:& cum capti fuerint potentes eorum,tunc cum eisdem gladio transuerberabitur:[29] vt sciat omnis gens quoniam Nabuchodonosor deus terræ est, & præter ipsum alius non est.

Iudith.5.a Iudith.6.c

Achior ab Holopherne traditur in manus Iudæorum. VI.

A FActum est autem cum cessassent loqui,indignatus Holophernes vehementer,dixit ad Achior: [2] Quoniam prophetasti nobis dicens quòd gens Israel defendatur à deo suo,vt ostẽdam tibi quoniam non est deus nisi Nabuchodonosor,[3] cum percusserimus eos omnes sicut hominem vnum,tũc & ipse cum illis Assyriorum gladio interibis,& omnis Israel tecum perditione disperiet,[4] & probabis quoniam Nabuchodonosor dominus sit vniuersę terrę:tũncq; gladius militiæ meæ transiet per latera tua,& confixus cades inter vulneratos Israel,& nõ respirabis vltrà, donec exterminẽris cum illis. [5] Porrò autem si prophetiam tuam veram existimas,non cõcidat vultus tuus:& pallor qui faciem tuam obtinet,abscedat à te,si B verba mea hæc putas impleri non posse.[6] Vt autem noueris quia simul cum illis hæc experieris,ecce ex hac hora illorum populo sociaberis,vt dum dignas mei gladij pœnas exceperint,ipse simul vltioni subiaceas.[7] Tũc Holophernes præcepit seruis suis, vt comprehẽderent Achior,& perducerent eum in [a] Bethuliam, & traderent eum in manus filiorum Israel.[8] Et accipiẽtes eum serui Holophernis,profecti sunt per campestria:sed cum appropinquassent ad montana,exierunt contra eos fundibularij.[9] Illi autem diuertentes à latere montis, ligauerunt Achior ad arborem manibus & pedibus,& sic vinctum de restibus dimiserunt eum, & reuersi sunt ad dominum suum. [10] Porrò filij Israel descendentes de Bethulia venerunt ad eum: quem soluẽtes duxerunt ad Bethuliam:atq; in medium populi illum statuentes, percõtati sunt quid rerũ C esset quòd illum vinctum Assyrij reliquissent.[b] [11] In diebus illis erant illic Principes, Ozias filius Micha de tribu Simeon,& Charmi,qui & Gothoniel.[12] In medio itaque seniorum & in conspectu omnium Achior dixit omnia quæ locutus ipse fuerat ab Holopherne interrogatus : & qualiter populus Holophernis voluisset propter hoc verbum interficere eum,[13] & quemadmodum ipse Holophernes iratus iusserit eum Israelitis hac de causa tradi, vt dũ vicerit filios Israel, tunc & ipsum Achior diuersis iubeat suppliciis interire,propter hoc quod dixisset:† Deus cœli defensor eorum est. [14] Cúmq; Achior vniuersa hæc exposuisset,omnis populus cecidit in faciẽ adorantes D dominum,& communi lamentatione & fletu vnanimes preces suas domino effuderunt,[15] dicentes:[c] Domine deus cœli & terræ,intuere superbiam eorum,& respice ad nostram humilitatem,& faciem sanctorum tuorum attende:& ostende quoniam nõ derelinquis præsumentes de te:& præsumentes de se,& de sua virtute gloriantes humilias.[16] Finito itaq; fletu,& per totam diem oratione populorum completa,consolati sunt Achior,[17] dicentes:Deus patrum nostrorum , cuius tu virtutem prædicasti, ipse tibi hanc dabit vicissitudinem,vt eorum magis tu interitum videas.[18] Cum verò dominus deus noster dederit hanc libertatem seruis suis , sit & tecum deus in medio nostri,vt sicut placuerit tibi,ita cum tuis omnibus cõuerseris nobiscum.[19] Tunc Ozias finito consilio suscepit eum in domum suam,& fecit ei cœnam magnam:[20] & vocatis omnibus presbyteris,simul expleto ieiunio refecerunt.[21] Postea verò conuocatus est omnis populus,& per totam noctem [d] intra ecclesiam orauerunt,[e] petentes auxilium à deo Israel.

a. Hæc est vrbs Galilææ tribus Ieucis à Tyberiade distans, vbi castrorum Holophernis adhuc vestigia retinent.vt infr.cap.seq.
b. Miserant quidem de Ierusalem duos principes sacerdotum in Bethuliam, & principem Oziam de tribu Simeon,Cúmque exposuissent eis Achior quare transmissus esset ab Holoperne ad eos, recepit eum Ozias in domum suam.Com.
c. Oratio populi Israel.
d. In synagoga particulari quæ erat in Bethulia.
e. Orant fudei auxilio contra Holofernem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Holophernes obsessa Bethulia obsessos siti cruciat, obstructo aquæductu illorum. VII.

* Et omni populo suo, qui venerat in auxilium eius.

a. Ecbulia contra est montana Scythopoleos regionis, ex horum latere quo montes ad occidentē respiciūt, sita contra Scythopolin. Fons autem Bethuliæ in valle ad austrum, quo se Iudith vidua lauit à cæde Holopher nis.

b Squalebat ciuitas obsidione barbaræ feritatis. Ita enim vniuersa languebant, vt in manibus hostium iam tradi cōmodius iudicarēt, quàm pernicioſæ famis depopulatione vexari. Augu. Serm 228. de tempore.

c. Cōsigitur Bethuliæ mœnia Holophernes hostili obsidione calcaret, & auertens tractus aquarum, prima inducret cornamina siccitatem, iudicii flens fontis cōiugii fœdera acerbo dolore cupiens, luctu luminationem seruabat. Quæ vt reperit captiuandæ ciuitatis inducias postulatas, mox ei priuatim dolorem conge minans communis ærumnæ dolor. Aug. Serm. 229. de tempore.

† Constituit Holophernes custodes fontiū ne Bethuliani hauriant.

1 OLophernes autem altera die præcepit exercitibus suis * vt ascenderent contra a Bethuliam.2 Erant autem pedites bellatorum cētum viginti millia, & equites vigintiduo millia, præter præparationes virorū illorū quos occupauerat captiuitas, & abducti fuerant de prouinciis & vrbibus vniuersæ iuuentutis.3 Omnes parauerunt se pariter ad pugnam contra filios Israel, & venerunt per crepidinem montis vsq; ad apicem qui respicit super Dothain, à loco qui dicitur Belma, vsq; ad Chelmon, qui est contra Esdrelon. b 4 Filij autem Israel vt viderunt multitudinem illorum, prostrauerunt se super terram, mittētes cinerem super capita sua, vnanimes orantes, vt deus Israel misericordiam suam ostenderet super populum suum.5 Et assumentes arma sua bellica, sederunt per loca quæ ad angusti ti-
neris tramitem dirigunt inter montosa, & erant custodientes ea tota die & nocte.
c 6 Porrò Holophernes, dum circuit per gyrū, reperit quòd fons qui influebat aquæ-
ductum illorum, à parte australi extra ciuitatem dirigeret, & incidi præcepit aquæductum illorum.7 Erant tamen non longè fontes à muris, ex quibus furtim videbantur haurire aquam, ad refocillandum potius, quàm ad potandum. 8 Sed filij Ammon & Moab accesserunt ad Holophernem, dicentes: Filij Israel non in lancea nec in sagitta confidunt, sed montes defendunt illos, & muniunt illos colles in præcipitio cōstituti.
9 Vt ergo sine congressione pugnæ possis superare eos, pone custodes fontium, vt nō hauriant aquam ex eis, & sine gladio interficies eos, vel certè fatigati tradent ciuitatē suam, quam putant in montibus positam superari non posse.10 Et † placuerunt verba hæc coram Holopherne, & coram satellitibus eius, & constituit per gyrum centenarios per singulos fontes.11 Cúmque ista custodia per dies viginti fuisset expleta, defecerunt cisternæ & collectiones aquarum omnibus inhabitantibus Bethuliam, ita vt non esset intra ciuitatem vnde satiarentur vel vna die, quoniam ad mensuram dabatur populis aqua quotidie.12 Tunc ad Oziam congregati omnes viri fœminæque, iuuenes & paruuli, omnes simul vna voce 13 dixerunt: Iudicet deus inter nos & te, quoniam fecisti in nos mala, nolens loqui pacificè cum Assyriis, & propter hoc vendidit nos deus in manibus eorum: 14 & ideo non est qui adiuuet, cum prosternamur ante oculos eorum in siti, & in perditione magna. 15 Et nunc congregate vniuersos qui in ciuitate sunt, vt sponte tradamus nos omnes populo Holophernis.† 16 Melius est enī vt captiui benedicamus dominum viuentes, quàm moriamur, & simus opprobrium omni carni, cum viderimus vxores nostras & infantes nostros mori ante oculos nostros.17 Cōtestamur hodie cœlum & terrā, & deum patrum nostrorum, qui vlciscitur nos secundum peccata nostra, * vt iam tradatis ciuitatem in manum militiæ Holophernis, vt sit finis noster breuis in ore gladij, qui longior efficitur in ariditate sitis.
18 Et cum hæc dixissent, factus est fletus & vlulatus magnus in ecclesia ab omnibus, & per multas horas vna voce clamauerunt ad deum, dicentes: †19 Peccauimus cum patribus nostris, iniustè egimus, iniquitatem fecimus.20 Tu quia pius es, miserere nostri, aut in tuo flagello vindica iniquitates nostras, & noli tradere confitentes te, populo qui ignorat te:21 vt non dicant inter gentes: Vbi est deus eorum?22 Et cum fatigati his clamoribus & his fletibus lassati siluissent, d 23 exurgens Ozias infusus lacrymis, dixit: Æquo animo estote fratres, & hos quinq; dies expectemus à domino misericordiam.24 Forsitan enim indignationem suam abscindet, & dabit gloriā nomini suo.25 Si autem transactis quinq; diebus non venerit adiutorium, faciemus hæc verba quæ locuti estis.

* Caret obsitim Holophernis Bethuliam tradere volunt.

d Licet Ozias bene fecerit differendo traditionem ciuitatis, & expectando diuinam misericordiam, tamen peccando terminū quinque dierū, male fecit propter quod capue sequenti reprehenditur. De Lyra.

Iudith vacillantes & præ timore deditionem cogitantes Iudæos consolatur & firmat. VIII.

Et factum

A 1 ET a factum est cum audisset hæc verba Iudith vidua, quæ erat filia Merari, filij Idox, filij Ioseph, filij Oziæ, filij Elai, filij Iamnor, filij Gedeon, filij Raphaim, filij Achitob, filij Melchiæ, filij Enom, filij Nathanię, filij Salathiel, filij Simeon, filij Ruben:2 & vir eius fuit Manasses, qui mortuus est in diebus messis hordeaceæ:3 instabat enim super alligantes manipulos in campo, & venit æstus super caput eius, & mortuus est in Bethulia ciuitate sua, & sepultus est illic cum patribus suis.4 Erat autem Iudith relicta eius vidua iam annis tribus, & mēsibus sex.
5 Et in superioribus domus suę fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur:6 & habens super lumbos suos cilicium, b ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ, præter sabbata, & Neomenias, & festa domus Israel.7 Erat autē elegantī aspectu nimis, cui vir suus reliquerat diuitias multas, & familiam copiosam, ac possessiones armentis boum & gregibus ouium plenas.8 Et erat hæc in omnibus famosissima, quoniam timebat dominum valde: nec erat qui loqueretur de illa verbū ma-
B lum.9 Hæc itaq; cum audisset quoniam Ozias promisisset quòd transacto quinto die traderet ciuitatem Assyriis, misit ad presbyteros Chabri & Charmi.10 Et venerūt ad illam, & dixit illis: c Quod est hoc verbum in quo cōsensit Ozias, vt tradat ciuitatem Assyriis, si intra quinq; dies non venerit vobis adiutorium?11 & qui estis vos qui d tēptatis dominum?12 Non est iste sermo qui misericordiā prouocet, sed potius qui iram excitet, & furorem accendat.13 Posuistis vos tempus miserationis domini: & in arbitrium vestrum diem constituistis ei.14 Sed quia patiens dominus est, in hoc ipso pœniteamus, & indulgentiam eius fusis lacrymis postulemus.15 Non enim quasi homo sic deus comminabitur: neq; sicut filius hominis ad iracundiam inflammabitur:16 & ideo humiliemus illi animas nostras, & in spiritu constituti humiliato, seruientes illi,
17 dicamus flentes domino, vt secūdum voluntatē suam sic faciat nobiscum citò misericordiam suam: vt sicut cōturbatum est cor nostrum in superbia eorum, ita etiam
C de nostra humilitate gloriemur,18 quoniā non sumus secuti peccata patrum nostrorum, qui dereliquerunt deū suum, & adorauerūt deos alienos:19 pro quo scelere dati sunt in gladium, & in rapinam, & in confusionem inimicis suis. Nos autem alterum deum nescimus præter ipsum.20 Expectemus humiles consolationē eius, & exquiret sanguinem nostrum de afflictionibus inimicorum nostrorum: & humiliabit omnes gentes quæcunque insurgunt contra nos, & faciet illas sine honore dominus deus noster.21 Et nunc fratres quoniā vos qui estis presbyteri in populo dei, & ex vobis pendet anima illorū, ad eloquium vestrum corda eorum erigite, vt memores sint, † quia
e tentati sunt patres nostri, vt probarentur si verè colerent deum suum.22 Memores esse debent, † quomodo pater noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus, dei amicus effectus est.23 Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses, & omnes qui placuerūt deo per multas tribulationes transierunt fideles. †24 Illi autē qui tentationes non susceperunt cum timore domini, & impatientiā suam & improperium murmurationis suæ contra dominum protulerunt:25 exterminati sunt ab exterminatore,
D † & à serpentibus perierunt. f 26 Et nos ergo nō vlciscamur nos pro his quæ patimur,
27 sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse flagella domini quibus quasi serui corripimur ad emendationem, & nō ad perditionē nostram, euenisse credamus.28 Et dixerunt illi Ozias, & presbyteri:8 Omnia quæ locuta es, vera sunt: & non est in sermonibus tuis vlla reprehensio.29 Nunc ergo ora pro nobis, quoniā mulier sancta es, & timens deum.30 Et dixit illis Iudith: Sicut quod potui loqui, dei esse cognoscitis:31 ita quod facere disposui, probate si ex deo est, & orate vt firmum faciat deus consilium meum.32 Stabitis vos ad portam nocte ista, & ego exeam cum Abra mea, & orate, vt, sicut dixistis, in diebus quinq; respiciat dominus populum suum Israel.33 Vos autem nolo vt scrutemini actum meum, & vsq; dum renuntiem vobis, nil aliud fiat nisi oratio pro me ad dominum deum nostrum.34 Et dixit ad eam Ozias, princeps Iudæ: Vade in pace, & dominus sit tecum in vltionem inimicorum nostrorum. Et reuertentes abierunt.

a. Sed vt discat natura vidualis affectum, serie ipsam prosequēre scripturæ rū. A diebus enim viri sui quibus ille defunctus est, vestem iucundi status deposuit, mœrorem assumpsit, per omnes dies in cella ieiunior, sabbato tantūm & dominica sacratōque tēporibus feriarum nō refectioni indulgens, sed religioni deseruiens. Ambr. de Viduis.

b. Ieiunium purgat mentē, subleuat sensum, carnē spiritui subiicit, ieiunij cor facit contemplatorum & humilium quod deus nō spernit. Ieiunium concupiscentiæ nebulas dispergit, libidinum ardores extinguit, caligantia verum lumen accendit. Augustin. Ser. 230. de tempore.

c. Ea verba Iudith habebat plena sapientiæ in præsens, & perpetuæ pietatis erga deum Oziæ cauē principis qua filij Israel diffidentia per annos quadraginta, ea & is deum tentauit, scilicet desperans de Dei prouidē tia circa se, & non precium atque optasset, adesset vobis. Verūm non est iste sermo, inquit Iudith, qui misericordiam prouocet: sed potius qui iram excitet, & furorem accendat. Iuligne exemplum patientiæ, & fiducię pleuæ erat deum in rebus aduersis. Ziegler.

d. Iudith accitos sacerdotes reprehendit, eo quòd tentassent dominū, & certminum dierū imposuissent misericordiæ eius: & ait ad eos: Opus dei factura sum, quod non indicabo vobis. State hac nocte ad portas ciuitatis, & Oziæ vobiscū. Comestor ibidem.

e. Abraham super filij immolatione, Isaac super sui oblatione, & Iacob super à fratre suo fuga.

f. Ne cadamus igitur in tribulationibus, sed in omnibus agamus gratias, vt aliquid magni lucremur: vt apud deū inueniamur probabiles, qui tribulationes permittit ipsarum lucrum paulus nouit propterea dicens: Tribulatio patientiam operatur, patientia verò probationem, probatio autem spem, spes verò nō confundit. Chrysost. ad populum Antioche. homil. 67.
g. Quæcunque loquimur ec clesia in confessione fidei, in doctrina religionis, laudabilia & irreprehēsibilia sunt. Hoc singulos fideles orando præmonet, & quisque sicut probauit verum esse quod docet, ita operabitur impleri. Glosa ord.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudith oratorium ingressa, cilicio induta, & caput cinere conspersa, deum orat pro populo suo prostrata in terra. IX.

a. Cū Holophernes ille filiorum Israel, imo sui capitis inimicus, exterarū gentium sibi iuris vindicaret, atque obsidione, armis, igniḃusque pugnaret, nec nō & mulierum gētium campos cruoris mensuris oberatos in cinerem pascente flamma cōuerteret, Iudith sanctissima, cuius precibus patriæ cœlū, orationis arte armā victrix in fabricauit, quibus aduersa cōdigerent, & pernecesses viros formina viri dicerer. August. Ser. 228 de tempore.

b. Quam bona oratio cum misericordia. Bona oratio quæ ordinem seruat, vt primo à diuinis inchoem⁹ laudibus. Si enim cū apud hominem agimus, beneuolos volumus iudicem facere, quāto magis cum domino nostrum precamur. Ambr. instit. virginis. cap. 2.

c. Quoniā Bethuliæ captiuitatē sequē tur Ierusalē captiuitas: vnde diuinus cultus fuisset ablatus.

d. Iudith bellator animo alienum pectus obsedit. Illa abiecta formidine fœminæ naturæ, victoriam in periculis quærens, nec mortem in periculis timuit, nec ambiguitate formidauit. Aug. Serm. 229. de tempore.

QVibus [a] ascēdentibus, Iudith ingressa est oratorium suum: & induens se cilicio, posuit cinerem super caput suum: & prosternens se domino, clamabat ad dominum, dicens: † [b 2] Domine deus patris mei Simeō, qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum qui violatores extiterūt in coinquinatione sua, & denudauerunt femur virginis in confusionem, [3] & dedisti mulieres illorum in prædā, & filias illorum in captiuitatem, & omnem prædam in diuisionem seruis tuis, qui zelauerunt zelum tuū: subueni quæso te domine deus meus mihi viduæ. [4] Tu enim fecisti priora, & illa post illa cogitasti: & hoc factū est quod ipse voluisti. [5] Omnes enim viæ tuæ paratæ sunt, & tua iudicia in tua prouidentia posuisti. † [6] Respice castra Assyriorū nunc, sicut tunc castra Ægyptiorum videre dignatus es, quando post seruos tuos armati currebant cōfidentes in quadrigis & in equitatu suo, & in multitudine bellatorum. [7] Sed aspexisti super castra eorum, & tenebræ fatigauerunt eos. [8] Tenuit pedes eorum abyssus, & aquæ operuerūt eos. [9] Sic fiant & isti domine, qui cōfidūt in multitudine sua, & in curribus suis & in cōtis, & in scutis, & in sagittis suis & in lanceis gloriantur, [10] & nesciunt quia tu ipse es deus noster, qui conteris bella ab initio, & dominus nomen est tibi. [11] Erige brachium tuum sicut ab initio, & allide virtutem illorum in virtute tua. Cadat virtus eorum in iracundia tua, qui promittunt se violare [c] sancta tua, & polluere tabernaculum nominis tui: & deicere gladio suo cornu altaris tui. [d 12] Fac domine vt gladio proprio eius superbia amputetur. [13] Capiatur laqueo oculorum suorū in me, & percuties eum ex labiis charitatis meæ. [14] Da mihi in animo constantiam, vt cōtemnam illum, & virtutem eius, vt euertam illū. [15] Erit enim hoc memoriale nominis tui, cum manus fœminæ deiecerit eum. † [16] Non enim in multitudine est virtus tua domine, neque in equorum viribus voluntas tua. Nec superbi ab initio placuerūt tibi, sed humilium & mansuetorū semper tibi placuit deprecatio. [17] Deus cœlorum, creator aquarum, & dominus totius creaturæ, exaudi me miseram deprecantē, & de tua misericordia præsumentē. [18] Memento domine testamenti tui, & da verbum in ore meo, & in corde meo consilium corrobora, vt domus tua in sanctificatione tua permaneat: † [19] & omnes gētes agnoscant, quia tu es deus, & non est alius præter te.

† Gen. 34. d

† Exod. 15. f

† Exod. 15. g

Iudith ornamentis compta vrbem egreditur cum ancilla, quæ ab exploratoribus inuenta ducitur ad Holophernem. X.

a. Diuturnis igitur mœroribus & quotidianis roborata iciunijs sancta Iudith, quæ fœcūdi oblectamēta nō quæreret, periculi negligens mortisque cōtemptu fortior, vt cōmento struere tur dolum, vestem illam induendam, qua viuēte viro vestiri solebat, se induit, quæ placitura viro si pateret liberaret. Sed virum alium videbat, cui placere quærebat, illum vtique de quo dictum est: Post me venit vir, qui ante me factus est. Ambr. de viduis.

b. Quāta honestatis authoritas, vt cōsilium de summis rebus fœmina sibi vindicaret, nec principib⁹ populi committeret? Quanta honestatis authoritas, vt deū adiutorē præsumeret, quāta gratia vt inueniret? Ambr. Offic. libr. 3. cap. 13.

c. Vetē vinū, alias alcoperā. d. Ficos siccas.

e. Pergit diuino spiritu ducta, & singularis ancilla solatium contenta. Species custodiū, quæ blandiatur, & non violenter pudenda custodita laedatur, Holophernem alloquitur, vt deiecta manè cōspiretur. Ego, inquit, ancilla tua dei cœlo & tc. Aug. Serm. 229. de tempore.

ESTactum [a] est autem, cum cessasset clamare ad dominum, surrexit de loco in quo iacuerat prostrata ad dominum. [1] Vocauitq; Abram suam: & descendens in domum suam abstulit à se cilicium, † & exuit se vestimentis viduitatis suæ, [b] & lauit corpus suum, & vnxit se myrto optimo, & discriminauit crinem capitis sui, & imposuit mitram super caput suum, & induit se vestimentis iucunditatis suę: & induit sandalia pedibus suis, assumpsitque dextralia, & lilia, & inaures, & annulos, & omnibus ornamentis suis ornauit se. [4] Cui etiam dominus contulit splendorem: quoniam omnis ista compositio non ex libidine, sed ex virtute pendebat. Et ideo dominus hanc in illa pulchritudinem ampliauit, vt incomparabili decore omnium oculis appareret. [b 5] Imposuit itaq; Abræ suæ [c] ascopam vini, & vas olei, & polentam, & [d] lapates, & panes, & caseum, & profecta est. [6] Cúmque venissent ad portas ciuitatis, inuenerunt expectantem Oziam, & presbyteros ciuitatis. [7] Qui cum vidissent eam, stupentes mirati sunt nimis pulchritudinem eius. [8] Nihil tamen interrogantes eam, dimiserunt transire, dicētes: Deus patrum nostrorum det tibi gratiam, & omne consilium tui cordis sua virtute corroboret, vt glorietur super te Ierusalem, & sit nomen tuum in numero sanctorum & iustorum. [9] Et dixerunt ij qui illic erant, omnes vna voce, Fiat, fiat. [e 10] Iudith verò orans dominum, transiuit per portas ipsa &

† Gen. 38. d

c ipsa & Abra eius. [11] Factum est autē cum descenderet montem [f] circa ortum diei, occurrerunt ei exploratores Assyriorū, & tenuerunt eam, dicentes: Vnde venis, aut quò vadis? [12] Quæ respōdit: [8] Filia sum Hebræorū: ideo ego fugi à facie eorum, quoniam futurum agnoui quòd dentur vobis in deprædationem, pro eo quòd contemnentes vos noluerunt vltro tradere seipsos vt inuenirent misericordiam in cōspectu vestro. [13] Hac de causa cogitaui mecum, dicēs: Vadam ad faciē principis Holophernis, vt indicem illi secreta illorum, & ostēdam illi quo aditu possit obtinere eos, ita vt non cadat vir vnus de exercitu eius. [14] Et cùm audissent viri illi verba eius, cōsiderabāt faciē eius, & erat in oculis eorum stupor, quoniam pulchritudinem eius mirabātur nimis. D [15] Et dixerunt ad eam: Cōseruasti animam tuam, eo quòd tale reperisti consilium, vt descenderes ad dominum nostrū. [16] Hoc autem scias, quoniā cum steteris in conspectu eius, bene tibi faciet: & eris gratissima in corde eius. Duxerúntq; illam ad tabernaculum Holophernis, annuntiantes eam. [17] Cúmque intrasset ante faciem eius, statim captus est in suis oculis Holophernes. [18] Dixerúntq; ad eum satellites eius: Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habent, vt non pro iis meritò pugnare contra eos debeamus? [19] Videns itaque Iudith Holophernem sedē tem in [h] conopœo, quod erat ex purpura & auro & smaragdo & lapidibus pretiosis intextum, [20] & cum in faciem eius intendisset, adorauit eum, prosternēs se super terram: & eleuauerunt eam serui Holophernis, iubente domino suo.

f. Vt eam custodibus egressa credatur.

g. Iudith se, vt adultero placeret, ornauit: quæ tamen quia hoc religione, non amore faciebat, nemo eam adulteram iudicabat. Bene successit exemplum. Nam si illa quæ se commisit religioni, & pudoré seruamit: & patriam seruastis & nos seruando religionem seruabimus etiam castitatē. Quod si Iudith pudicitiæ religioni præferre voluisset, perdita patria etiam pudicitiā perdidisset. Ambr. de Virginibus lib. 3.

h. In cathedre conopæo, id est cortina instar papilionis pyramidis in modū facta.

Interrogata Iudith ab Holopherne super causa fugæ, pulchrè imponit illi, causam fugæ aperiens. XI.

A VNc [a] Holophernes dixit ei: Æquo animo esto, & noli pauere in corde tuo: quoniam ego nūquam nocui viro qui voluit seruire Nabuchodonosor regi. [2] Populus autem tuus si non contempsisset me, nō alleuassem lanceam meam super eum. [3] Nunc autem dic mihi, qua ex causa recessisti ab illis, & placuit tibi vt venires ad nos? [4] Et dixit illi Iudith: Sume verba ancillæ tuæ: [b] quoniam si secutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectam rem faciet dominus tecum. [5] Viuit enim Nabuchodonosor Rex terræ, & viuit virtus eius quæ est in te ad correptionem omniū animarum errantiū, quoniam non solùm homines seruiunt illi per B te, sed & bestiæ agri obtemperant illi. [6] Nuntiatur enim animi tui industria vniuersis gentibus, & indicatum est omni seculo quoniam tu solus bonus & potēs es in omni regno eius, & disciplina tua omnibus prouinciis prædicatur. † [7] Nec hoc latet quod locutus est Achior, nec illud ignoratur quod ei iusseris euenire. [8] Cōstat enim deum nostrum sic peccatis offensum, vt mandauerit per Prophetas suos ad populum, quòd tradet eum pro peccatis suis. [9] Et quoniam sciūt se offendisse deum suum filij Israel, tremor tuus super ipsos est. [10] Insuper etiā fames inuasit eos, & ab ariditate aquæ iam inter mortuos computantur. [11] Deniq; hoc ordinant, vt interficiant pecora sua, & bibant sanguinem eorum: [12] & sancta domini dei sui quæ præcepit deus nō contingi in C frumento, vino, & oleo, hæc cogitauerunt impendere: & volunt consumere, quæ nec manibus deberent contingere. Ergo quoniam hæc faciunt, certum est quòd in perditionem dabūtur. [13] Quod ego ancilla tua cognoscens, fugi ab illis, [c] & misit me dominus hæc ipsa nuntiare tibi. [14] Ego enim ancilla tua deum colo etiam nunc apud te, & exiet ancilla tua, & orabo deum: [15] & dicet mihi quando eis reddat peccatum suum, & veniens nuntiabo tibi, ita vt ego adducam te per mediam Ierusalem: & habebis omnem populum Israel sicut oues quibus non est pastor, & non latrabit vel vnus canis contra te, [16] quoniam hæc mihi dicta sunt per prouidentiam dei. [17] Et quoniam iratus est illis deus, hæc ipsa missa sum nuntiare tibi. [18] Placuerunt autem omnia verba hæc coram Holopherne, & coram pueris eius, & mirabantur [d] ad sapientiam eius, & dicebant alter ad alterum: [19] Non est talis mulier super terram in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborum. [20] Et dixit ad illam Holophernes: Bene fecit deus, qui misit te ante populū, vt des illum tu in manibus nostris. [21] Et quoniam bona

a. Ecce tibi Iudith se offerē mirabilis, quæ formidarunt populis virum Holophernem adiit, Assyriorum triumphali sepcum cæteris quem primò formæ gratia & vultus decore perculit deinde sermonis circūcisi psit elegantia. Primus triūphus eius quòd incestū pudorem de tabernaculo hostis reuexit. Secūdus, quòd fœmina de viro reportauit victoriā; fugauit populos cōsilio tuo, horruerūt Persæ audaciam eius. Ambrot Offic. lib. 3. cap. 3.

b. Quidam commendāt eum in scriptura non propter perfectā virtutē, sed propter quādam virtutis indolem, scilicet quia apparebat in eis aliquis laudabilis affectus, ex quo moueb ātur ad quædam indebita facienda. Et hoc modo Iudith laudatur, non quia mentita est Holoferni, sed propter affectum quem habuit ad salutē populi, pro qua se periculis exposuit: quamuis dici possit quod verba eius veritatem habere possint secundum aliquem mysticum intellectum. S. Tho. 2. 2. q. 110. art. 3. ad 3.

c. Quòd enī venit ad liberationem populi, fuit à dominoset quòd ad hoc dixit mēdacia, nō fuit ab eo. Nō enim indiget deus mēdaciis hominum ad perficiendum opera sua. De Lyra.

d. Quid eius sapientiā prædicemus, quòd huiusmodi commēta est cōsilium, vt dum potentem elicit incōperantia, à se inferiores arceret, occasionem pararet victoriæ, abstinētiæ meritū pudicitiæ gratiā reseruaret?

Nec enim cibo, vel legimus maculata nec adulterio, nō minus seruatæ castitatis ex hostib⁹ reuexit trophæum quā patriæ liberauit. Ambr. de viduis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Iudith luxurioso Holopherni haud quaquā inſeptō conuiuio, ſilo ticulo in brietate deiperatū lacerātis virilib⁹ reportauit triūphum, patriam obſidione exuit, ducē militiæ fuit manibus occidit. Exemplum euidens, quòd & illū terribilem populis bellatorem virū luxuria ſua emolliuit, & hanc eundē temperantia cibi fœtorem viris fecit. Non hic la ſeua ſuo victa eſt natura, ſed in cibo ſuo victa eſt, & regē ſuperbū ſimy inclinauit ieiunis. Amb. Epiſt. lib 10. epiſt. 82.

b Diſpoſitio ad mortē Holopherni ardor fuit libidinis, & ex eo ſequens ſopor ebrietatis. Quod notatur inde eū dicitur: & factū eſt. In quo præmitur cauſa Holopherni. Delyra.

c Vtiq; non expauit mortis periculū, ſed nec pudoris, quod eſt grauius bonis fœminis nō venit ictū carnificis, ſed nec totius exercitus tela formidauit. Stette intrē concos bellatorū fœmina, inter victricia arma ſecura mortis. Ambro. Offic. l. 3. cap. 11.

d. Vino ſenſus hominis euertitur, pedes corruunt, mēs vacillat, libido ſuccēditur. Vnde Apo. Epiſt. 2 d. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Habet vnuſquiſq; ſuæ ſententiæ poteſtatē. Ego Apoſtolum ſequar in vino eſſe luxuriā, in vino ebrietatem. Ebrietātē autē & luxuriam inter carnis opera numerari, accille poteſt negare, qui eſdem paſſionibus vincitur. Hiero. lib. 3. in epiſt. ad Gal. cap. 5.

a. Quid ſobrietate loquamur? vtgetarnia enim virtus eſt fœminarū. Inebriatis vino viris & ſomno ſepultis, abſtulit vidua gladium, exeruit manū, bellatoris abſcidit caput, per mediās hoſtium acies inetmerata proceſſit. Aduertatis igitur quantū nocere mulieribus poſſit ebrietas, quando viros vino ſic ſoluunt, vt vincantur à fœminis. Nā ſi Iudith bibiſſet, dormiſſet cū adultero: ſed quia nō bibit, haud difficile ebrios exercitus vanit ſobrietas & vincere potuit & eludere. Amb. de viduis.

b Dū lætitia valuas ieiunij exeris, de hoſte triūphū victoriæ reportauit. Chryſo. ex variis in Matth. locis, homil 10.

c. Honeſtatē igitur ſecuta eſt Iudith: & dum eā ſequitur, veritatem inuenit. Honeſtatis enim fuit prohibere ne populus deſe propha nis dederet, ne rit⁹ patrios & ſacramenta proderet, ne ſacras virgines, viduas graues, pudicas matronas barbaræ ſubiicerent impuritati, ne obſidione dedita noleuerent, Honeſtatis fuit fœmale pro omnibus periclitari, vt omnes eximeret periculis. Ambro. Offic. 3. cap. 13.

d. Et poſt puſillū exiuit foras quaſi ad orationem ſecundum conſuetudinem. Ecce caſtitas. Orationis fauore caſtitas & pudorem proprium ſeruare inuiolatū & quærunt, decipiuntq; hoſtium. Facet inſultum exaduer, & iam foris eſt caput. Cum palmifera caſtitate Iudith ad ciues ſolicitē feſtinat: nec prohibetur regreſſu, cui quaſi ad orationem ante ire fuerat conceſſum. Iam redit victrix atrocis cimitas tota victricis ruditus triumphales, iam luctus conuertuntur in gaudium, iam portæ plenilluna ſecuritate pāduntur, iam pendes muris victoribus cæ-

biſcum eſt deus, qui fecit virtutē in Iſrael. [14] Et factum eſt, cum audiſſent viri vocem eius, vocauerunt presbyteros ciuitatis. [15] Et occurrerūt ad eam omnes, à minimo vſq; ad maximum: quoniam ſperabant eam iam nō eſſe venturam. [16] Et accedentes luminaria congyrauerunt circa eam vniuerſi. Illa autem aſcēdens in eminentiorem locū, iuſſit fieri ſilentium. Cúmq; omnes tacuiſſent, [17] dixit Iudith: c Laudate dominū deū noſtrum, qui non deſeruit ſperātes in ſe: [18] & in me ancilla ſua adimpleuit miſericordiam ſuam, quam promiſit domui Iſrael: & interfecit in manu mea hoſtem populi ſui in hac nocte. [19] Et proferens de pera caput Holophernis, oſtendit illis, dicens: Ecce caput Holophernis Principis militiæ Aſſyriorum. Et ecce conopœum illius in quo recumbebat in ebrietate ſua, vbi per manū fœminæ percuſſit illum dominus deus noſter. [20] Viuit autem ipſe dominus, quoniam cuſtodiuit me angelus eius & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem: & nō permiſit me dominus ancillam ſuam coinquinari, ſed ſine pollutione peccati reuocauit me vobis, gaudētem in victoria ſua, in euaſione mea, & in liberatione veſtra. † [21] Confitemini illi omnes, quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius. [22] Vniuerſi autem adorantes dominum, dixerunt ad eam: Benedixit te dominus in virtute ſua, quia per te ad nihilum redegit inimicos noſtros. [23] Porrò Ozias Princeps populi Iſrael, dixit ad eam: Benedicta es tu filia à domino deo excelſo præ omnibus mulieribus ſuper terram. [24] Benedictus dominus qui creauit cœlū & terram, qui te direxit in vulnera capitis Principis inimicorum noſtrorum, [25] quia hodie nomē tuum ita magnificauit, vt non recedat f laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis domini in ęternum: pro quibus non pepercíſti animę tuę propter anguſtias & tribulationem generis tui, ſed ſubueniſti ruinæ ante conſpectū dei noſtri. † [26] Et dixit omnis populus, Fiat, fiat. [27] Porrò Achior vocatus, venit: & dixit ei Iudith: Deus Iſrael cui tu teſtimonium dediſti quòd † vlciſcatur ſe de inimicis ſuis, ipſe caput omnium incredulorum incidit in hac nocte in manu mea. [28] Et vt probes quia ita eſt, ecce caput Holophernis, qui in contemptu ſuperbiæ ſuæ deum Iſrael contempſit, & tibi interitum minabatur, dices, † Cum captus fuerit populus Iſrael, gladio perforari præcipiam latera tua. [29] Videns autem Achior caput Holophernis, anguſtiatus præ pauore cecidit in faciem ſuam ſu per terrā, & æſtuauit anima eius. [30] Poſtea vero quàm reſumpto ſpiritu recreatus eſt, procidit ad pedes eius, & g adorauit eam, & dixit: [31] Benedicta tu à deo tuo in omni tabernaculo Iacob: quoniam in omni gente quæ audierit nomen tuum, magnificabitur ſuper te deus Iſrael.

e. Horratur Iudith populū ad laudem dei ob partā victoriam de Holoferne.

f. Quandoquidē & ipſa ab hominibus laus homini iuſta quantacunque præueneris, aſs ibi eſſe debet eius finis boni, ſed erit ipſi referenda eſt ad laudē deipropter quem bona faciunt ve re boni: quoniam nec à ſe ipſis, ſed ab illo ſunt boni. Auguſt. in Pſal. 118. Verſ. Auerte oculos meos ne videant vanitatem, &c.

g Quærē quomodo ſcripturæ Dominum deum ſuū adorabis, & illi ſoli ſeruies, cum Abrahamū & honorauerit populus quendam gentium, vt eum adoraret? Sed animaduertendum eſt in eodē præcepto non dictum, Dominū deū tuum ſolum adorabis, ſicut dictū eſt & illi ſoli ſeruies, quod eſt Græcè λατρεύσεις, ſeruis enim ſeruitus non niſi deo debetur. Augu. quæſt. ſuper Genel. 61.

Holophernis ebrij Iudith caput abſcidit, quod ad concines efferens, ad gratiarum hortatur actiones. XIII.

VT autem ſero factum eſt: feſtinauerunt ſerui illius ad hoſpitia ſua, & concluſit Vagao oſtia cubiculi, & abiit. [1] [2] Erant autem omnes fatigati à vino. [3] Erátq; Iudith ſola in cubiculo. [4] Porrò Holophernes iacebat in lecto nimia ebrietate ſopitus. [5] Dixítq; Iudith puellæ ſuæ vt ſtaret foris ante cubiculum, & obſeruaret. [6] Stetítq; Iudith ante lectum, orans cum lacrymis, & labiorum motu, in ſilentio, [7] dicens: Confirma me domine deus Iſrael, & reſpice in hac hora ad opera manuum mearum, vt ſicut promiſiſti, Ieruſalem ciuitatem tuam erigas, & hoc quod credens per te poſſe fieri cogitaui, perficiam. [8] Et cum hæc dixiſſet, acceſſit ad columnam quæ erat ad caput lectuli eius, & pugionem eius, qui in ea ligatus pendebat exoluit. [9] Cúmque euaginaſſet illum, apprehendit comam capitis eius, & ait: Cōfirma me domine deus in hac hora. [10] Et percuſſit bis in ceruicem eius, & b abſcidit caput eius: & abſtulit conopœum eius à columnis, & euoluit corpus eius truncum. c [11] Et poſt puſillum exiuit, & tradidit caput Holophernis ancillæ ſuæ, & iuſſit d vt mitteret illud in peram ſuam. d [12] Et exierunt duę ſecundum conſuetudinem ſuam quaſi ad orationem, & tranſierunt caſtra: & gyrantes vallem, venerunt ad portam ciuitatis. [13] Et dixit Iudith à longe cuſtodibus murorum: Aperite portas, quoniam no-

biſcum

Holophernis capite in muro ſuſpenſo, Achiórque circunciſo, Iudæi irruunt in Aſſyrios: qui cum Holophernem excitarent, illum mortuum inuenerunt. XIIII.

DIxit autem Iudith ad omnē populum: Audite me fratres: a Suſpēdite caput hoc ſuper muros noſtros, [1] & erit, cū exierit ſol, accipiat vnuſquiſq; arma ſua, & exite cum impetu, non vt deſcēdatis deorſum, ſed quaſi impetū facientes. [2] tunc exploratores neceſſe erit vt fugiant ad principem ſuum excitandum ad pugnam. [3] Cúmq; duces eorum cucurrerint ad tabernaculū Holophernis, & inuenerint eum truncum in ſuo ſanguine volutatum, decidet ſuper eos timor. [4] Cúmque cognoueritis fugere eos, ite poſt illos ſecuri, quoniam dominus conteret eos ſub pedibus veſtris. [5] Tunc Achior videſ virtutem quam fecit deus Iſrael, relicto gentilitatis ritu, credidit deo: & circuncidit carnem præputij ſui, & appoſitus eſt ad populum Iſrael, & omnis ſucceſſio generis eius, vſq; in hodiernum diem. b [7] Mox autem vt ortus eſt dies, ſuſpenderunt ſuper muros caput Holophernis, accepítq; vnuſquiſq; vir arma ſua, & egreſſi ſunt cum grandi ſtrepitu & vlulatu. [8] Quod videntes exploratores, ad tabernaculū Holophernis cucurrerunt. c [9] Porrò ij qui in tabernaculo erant, venientes, & ante ingreſſum cubiculi perſtrepentes excitandi gratia, inquietudinem arte moliebantur, vt non ab excitantibus, ſed à ſonantibus Holophernes euigilaret. [10] Nullus enim audebat cubiculū d virtutis

a. Suſpēſo enim Holophernis capite, quod virorum conſilio non potuit excogitari, ſuorum erexit animos, hoſtiū fregit, ſuos pudore excitans, hoſtes quoque terrore percellens eo quod cæſi ſint & fatigati. Ita valuit vidua temperantia atque ſobrietas non ſolum naturā ſuam vicit, ſed quod eſt amplius, ſexūs victores eius ſuperauit. Ambro. de viduis.

b. Sanctiſſime Iudith cum magno mœrore eſſet affectu pro populo, poſt ſolemnissimam triduani ieiunij ſupplicationē vncto & lota facie, ira interne affectionis triſtitiam texit, vt ſimulato gaudio lætari hoſtibus videretur. At ſic dum lætitia vultus immutat texit, de hoſte victoriæ triumphū reportauit. Chryſo. ex variis in Matth. locis, hom. 10.

d. Virtus Aſſyriorū, principes militiæ eorū dicitur, in qua robur exercitus conſiſtere ſibi manifeſtum eſt virtutes corporis naturaliter cōſtitutas: corde. Propter quod dicit Vegetius de re militari: Sicut cor eſt in medio corpore, ita princeps debet in medio exercitus collocari. Cyranus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Assyriorũ pulsando aut intrãdo aperire.[11] Sed cum venissent eius Duces ac Tribuni, & vniuersi maiores exercitus regis Assyriorum, dixerũt cubicularijs:[12] Intrate, & excitate illum, quoniam egressi mures de cauernis suis, ausi sunt prouocare nos ad prælium.[13] Tunc ingressus Vagao cubiculum eius, stetit ante cortinam, & plausum fecit manibus suis: suspicabatur enim illum cum Iudith dormire.[14] Sed cum nullum motum iacentis sensu aurium caperet, accessit proximans ad cortinam, & cleuans eam, D
videnſq; cadauer absq; capite Holophernis in suo sanguine tabefactum iacere super
Vagao Holofernem mortuum deprehendit.
terram, exclamauit voce magna cum fletu, & scidit vestimenta sua:[15] & ingressus tabernaculum Iudith, non inuenit eam. Et exiliuit foras ad populum,[16] & dixit: e Vna
e. Ecce gloriosæ Fœminæ castitate seruante oratio & hostem seruare non potuit multitudo. Lugentem ciuitatẽ vna fœmina valuit vindicare, & tantus exercitus regem non potuit custodire. Aug. Ser. 228. de tẽpo.
mulier Hebræa fecit confusionem in domo regis Nabuchodonosor. Ecce enim Holophernes iacet in terra, & caput eius nõ est in illo.[17] Quod cum audissent Principes virtutis Assyriorum, sciderunt omnes vestimẽta sua: & intolerabilis timor & tremor cecidit super eos: & turbati sunt animi eorum valde.[18] Et factus est clamor incomparabilis in medio castrorum eorum.

Fugiunt Assyrij persequentes Hebræos, & inde spolia colligentes valde ditati sunt, vnde Iudith à pontifice & populo benedicitur. XV.

CVmque [a] omnis exercitus decollatum Holophernem audisset, fugit mẽs A
& consilium ab eis, & solo tremore & metu agitati, fugæ præsidium sumunt,[2] ita vt nullus loqueretur cum proximo suo, sed inclinato capite relictis omnibus euadere festinabant Hebræos, quos armatos super se venire audierant, fugientes per vias camporum, & semitas collium.[3] Videntes itaque filij Israel fugientes, secuti sunt illos, descenderũntque clangentes tubis, & vlulantes post
a. Omnis erat in ciuitate victoria, & in hostilibus castris terror erat & fuga. Iudith in ciuitate cum securis secura. Vbi enim assiduæ orationibus pulsatur cœlũ, potentia semper celebratur armorum. Augu. Ser. 228. de tempore.
b. Et turbati sunt Assyrij valde: nec præsidium quærentes. Et inierunt sunt eos filij Israel: & persequebantur eos vsque ad finium suorũ extremitates. Per dies autẽ triginta vix collecta sunt spolia Assyriorum. Comestorbid.
ipsos.[b 4] Et quoniam Assyrij non adunati in fugam ibant præcipites, filij autem Israel B
vno agmine persequentes, debilitabant omnes quos inuenire potuissent.[5] Misit itaq; Ozias nuntios per omnes ciuitates & regiones Israel. Omnis itaque regio,[6] omnisq; vrbs electam iuuentutem armatam misit post eos, & persecuti sunt eos in ore gladij, quousque peruenirent ad extremitatem finium suorum.[7] Reliqui autem qui erant in Bethulia, ingressi sunt castra Assyriorum, & prædam quam fugientes Assyrij reliquerant, abstulerunt, & onustati sunt valde.[8] Ii vero qui victores reuersi sunt ad Bethu- C
liam, omnia quæ erant illorum abstulerunt secum: ita vt non esset numerus in pecoribus, in iumentis, & vniuersis mobilibus eorum, vt à minimo vsq; ad magnum omnes diuites fierent de prædationibus eorum.[c 9] Ioachim autem summus Pontifex de
c. Tyrannt post multam superatio Tozeum (qui supra cap. 4. dictus est) Eliacim disputauit, & soluit hanc historiam sub Cambyse nõ contigisse. Quod vero hic æternus sacerdotis magni Ioacim mentio fiat, fuerit medius annis Helcias mortuus, filiusque eius Eliacim ordinis secundi sacerdos, qui ob singularẽ authoritatẽ electus a collegio sacerdotum fuit ob compertam prudentiam, quam custodisset ipse & pacer inuiolata sub impijs regibus Manasse & Amõ, per annos 58. Quod vero nunc etiam eo rẽ pruncia confirmanda sacerdoti committur, existimo eũ esse causam, quia Ioseus nimis tũc iuuenis esset.
Ierusalem venit in Bethuliã cum vniuersis presbyteris suis, vt videret Iudith.[10] Quæ D
cum exisset ad illum, benedixerunt eam omnes, vna voce dicentes: † Tu gloria Ieru- † Supra 15. & 24. Supra 10.4
salem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri:[11] quia fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum, eo quòd castitatem amaueris, & post virum tuũ, alterum nescieris: ideo & manus domini cõfortauit te, & ideo eris benedicta in æternum. † [12] Et † Supra 15. dixit omnis populus, fiat, fiat.[13] Per dies autem triginta vix collecta sunt spolia Assyriorum à populo Israel.[14] Portò autem vniuersa quæ Holophernis pecularia fuisse probata sunt, dederunt Iudith in auro & argento, & vestibus & gemmis, & omni supellectili, & tradita sunt omnia illi à populo.[15] Et omnes populi gaudebant cum mulieribus & virginibus & iuuenibus, in organis & citharis.

Canticum Iudith ob victoriam postquam venit populus Ierusalem gratias acturus, & tandem Iudith plena dierum moritur. XVI.

IVdith domino laudem canit ob victoriam.
IVnc cantauit canticũ hoc domino Iudith, dicẽs:[1] Incipite domino in A
tympanis, cantate domino in cymbalis, modulamini illi psalmũ nouũ: exultate, & inuocate nomẽ eius.[2] Dominus cõterẽs bella, dominus nomen est illi.[3] Qui posuit castra sua in medio populi sui, vt eriperet nos de manu omniũ inimicorũ nostrorũ.[4] Venit Assur ex mõtib⁹ ab aquilone in multitudine fortitudinis suæ: cuius multitudo obturauit torrẽtes, & equi eorum

rum cooperuerunt valles.[6] Dixit se incẽsurum fines meos, & iuuenes meos occisurũ gladio, infantes meos dare in prædam, & virgines in captiuitatem.[a 7] Dominus autem omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in manus fœminæ, & confudit eum.[8] Non enim cecidit potens eorum à iuuenibus, nec filij Titan percusserunt eum, nec excelsi gigantes imposuerunt se illi: sed Iudith filia Merari in specie faciei suę dissoluit eum.
a. Nõ sufficit mortalis eloquentia istorũ omnũ orationes eximias atq; triumphos grandiloquos referre virtutes, quas omnipotens deus dedit eis quibus solet cõferre victoriã, qui viros ac fœminas vigere permittit, qui & flammam cimini refrigerio dispersit, & insidiosos exercitus capite fubrico nadauit. Auguſt. Ser. 228. de temp.
B[9] Exuit enim se vestimento viduitatis, & induit se vestimento lætitiæ in exultatione filiorum Israel.[10] Vnxit faciem suam vnguẽto, & colligauit cincinnos suos mitra, accepit stolam nouam ad decipiendum illum.[11] Sandalia eius rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captiuam fecit animam eius: amputauit pugione ceruicem eius.
[12] Horruerunt Persæ cõstantiam eius, & Medi audaciã eius.[13] Tunc vlulauerũt castra Assyriorum, quãdo apparuerunt humiles mei, arescentes in siti.[14] Filij puellarũ compunxerunt eos, & sicut pueros fugiẽtes occiderunt eos: perierũt in prælio à facie domini dei mei.[15] Hymnũ cantemus domino, hymnũ nouũ cantemus deo nostro. b
[16] Adonai domine, magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & quem superare nemo C
potest.[17] Tibi seruiat omnis creatura tua, † quia dixisti, & facta sunt: misisti spiritum tuũ, & creata sunt, & nõ est qui resistat voci tuæ.[18] Mõtes à fundamentis mouebũtur cũ aquis: petræ sicut cera liquescẽt ante faciẽ tuã.[19] Qui autẽ timent te, magni erunt apud te per omnia.[20] Væ genti insurgenti super genus meũ: Dominus enim omnipotens vindicabit in eis, in die iudicij visitabit illos.[21] Dabit enim ignẽ & vermes in carnes eorum, vt vrãtur & sentiant vsq; in sempiternum.[22] Et factum est post hæc, omnis populus post victoriã venit in Ierusalem adorare dominũ: & mox vt purificati sunt, obtulerunt omnes holocausta, & vota, & repromissiones suas.[23] Porrò Iudith vniuersa vasa bellica Holophernis, quæ dedit illi populus, & conopæum quod ipsa sustulerat de cubili ipsius, obtulit in anathema obliuionis.[24] Erat autẽ populus iucũdus secundum faciem sanctorum, & per tres menses gaudiũ huius victoriæ celebratum est eũ Iudith.[25] Post dies autẽ illos vnusquisq; rediit in domũ suã, & Iudith magnifacta est in Bethulia, & præclarior erat vniuersæ terræ Israel.[26] Erat etiam virtuti
b. In hunc locũ hoc notandũ est quod B. Hier. super psal. Dominꝰ dominus noster, dicit quòd cũ in Hebræo legitur nomen domini geminatũ, hoc est, Adonai Dominꝰ primũ est tetragrammaton, secundum verò nomẽ est commune. Comestor. Est autẽ Adonai vnum de decẽ dei nominibus mysticis, de quibus Hieronym. ad Marcellã. Primum אל El. Heb. idẽ quod ϑεὸς siue deus. Secundum אלהים Elohim, plaraliter dic. Tertium אלוה Eloha, vel Eloha, singulariter. Quartum, צבאות Sabaoth, quod interpretatur vel virtutum, vel exercituum. Quintũ עליון Elion, quod excelsum sonat. Sextũ אשר אהיה Eheie, qui est, vt Exo. 3. Qui est misit me. Septimum אדני adonai, hoc est dominus. Octauum יה ia, quod in diuisis sine punct, vt in הללויה halleluia, laudate deum, in extremaque syllaba sonat. Nonũ יהוה Iehoua tetragrammaton, nomen dei ineffabile. Decimum שדי Saddai, omnipotens, sufficiẽs, hæc ille.
c. Nõ toc annis eius fuerit ẽpsum. Nũ annis plus minus quadraginta duobus ab historia gesta destructũ est. Sed mãsit in domo viri sui toc annis integr cẽtibulus, sicut plures decem tribus reliquiæ in suis possessionibus manserunt.
castitas adiuncta, ita vt nõ cognosceret virũ omnibus diebus vitæ suæ ex quo defunD ctus est Manasses vir eius.[27] Erat autem diebus festis procedens cum magna gloria. c
[28] Mansit autem in domo viri sui annos cẽtumquinque, & dimisit Abram suã liberã, & defuncta est, ac sepulta cũ viro suo in Bethulia,[29] luxitq; illã omnis populus diebꝰ & defuncta est, ac sepulta cũ viro suo in Bethulia,[29] luxitq; illã omnis populus diebꝰ septẽ.[30] In omni autẽ spatio vitæ eius non fuit qui perturbaret Israel, & post mortem eius annis multis.[31] Dies autẽ victoriæ huius festiuitatis ab Hebræis in numero sanctorum dierum accipitur, & colitur à Iudæis ex illo tẽpore vsq; in præsentem diem.

BEATI HIERONYMI PRESBYTERI IN LIbrum Esther ad Paulum & Eustochium præfatio.

LIbrum Esther variis translationibus constat esse vitiatum, quem ego de archiuis Hebræorum reuelans, verbum è verbo expressius transtuli. Quem librum editio vulgata Lacinioſis hinc inde verborum sinibus trahit, addens ea quæ ex tempore dici poterant, & audiri, sicut solitum est scholaribus disciplinis, sumpto themate excogitare, quibus verbis vti potuit qui iniuriam passus est, vel ille qui iniuriam fecit. Vos autem o Paula & Eustochium, quoniam & bibliothecas Hebræorum studuistis intrare, & interpretum certamina conprobastis, tenentes Esther Hebraicum librum, per singula verba nostram translationem aspicite, vt positis agnoscere me nihil etiam augmentasse addendo, sed fideli testimonio simpliciter, sicut in Hebræo habetur, historiam Hebraicam Latinæ linguæ tradidisse. Nec affectamus laudes hominum, nec vituperationes expauescimus: deo enim placere curantes, minas hominum penitus non timemus, quoniam deus dissipat ossa eorum qui hominibus placere desiderant: & secundum Apostolum, † qui eiusmodi sunt, serui Christi esse non possunt. Rursum in libro Esther alphabetum ex minio vsque ad theta literam fecimus diuersis in locis, volentes scilicet septuaginta interpretũ ordinem per hoc insinuare studioso lectori. Nos enim iuxta morem Hebraicum, ordinem prosequi etiam in Septuaginta editione maluimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hæc historiã dicit Philo Iudæus Ioachim summũ pontificem Iesu magni pontificis filium scripsisse.

Incipit liber Esther.

Assuero splendidum celebrante conuiuium, Regina Vasthi marito inobediens repudiatur, promulgato decreto, quo viri vxoribus dominentur. Cap. I.

a. Historia Esther à diuersis acta temporibus diuersis scribitur. Eusebius enim cum plerisque Hebræis actam credit sub Artaxerxe Longimano: quod difficilè crediderim, cum Mardochæus qui cum Ioachim ea primus tulit, vt infra 2. cap. eius plusquã ducentos habuisse annos. Alij dicunt sub Cambyse qui ad summum 8 annis regnauit, nisi vt supra Iudith primo dictum est, cum Cyro patre regnasse, & tamen 12. anno hui⁹ Assueri Hamã misisse sortes, vt infra 3. b. Itaq; sub Dario Hystaspis filio factam crediderim, qui Susis incoluit, & cuius vxor prima Atossa filia Cyri, & Cambysis soror. Altera Artystona virgo, quæ creditur Esther: vtpote quam Hebræi Hadosam vocant, interpres vero noster Edissam, infra cap 2.

b. Susa vel Susis, metropolis est Persidis, vbi & reges Cyri miro ornatu & pretiosi gens fuisse affertur, & deinceps cæterarum: quã Choaspes fluuius præterfluit.

c. Regina quoque Vasthi pari modo mulierum in regia celebrauit conuiuium: quam Rex ostendere cõuiuis cupiens ad se accersiuit, pulchritudine omnes mulieres superantem. Illa vero voluptates legesq; Persarũ seruans, quæ vxores vetant ab aliis præter domesticos conspici, non iuit ad Regẽ. Iosephi libr. 11. cap. 6. Antiquit. Iudaic.

d. Possunt itaque coniuges per charitatem seruire inuicem, sed mulierem non permittit Apostolus dominari in virum. Hoc enim vitio potuit dei sententia deuitare, & maximum habere dominum meruit mulieris nõ natura, sed culpa. Quod tamen nisi seruetur, deprauabitur amplius natura, & augebitur culpa. August. de Genes. ad lit. lib. 11. cap. 36.

e. In omni lege vxor semper fuit subdita viro propter dominum, qui subiectam eam fecit. Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Inobedientiæ igitur vxoris aliqua pœna detectus de qua Chrysost. in Genes. homil. 26. Quam excelsa misericordia, etiam infidelis fuerit vel pagana, reuine. Si succ in te peccauerit, & fauerit obliuiscitur, & magis aliorũ præfulget communionem, ijcet tibi illam eiicere, & repellere. Chrysost. vbi supra. Non tamen dure aliã, aut reconciliatur ei, licut & de muliere dixit Christus sic etiam potest vt dimittat vxorẽ causa fornicationis, quam dominus exceptam esse voluit. Iam vero si nec illi nubere cæcedit ut vium vero à quo recessit, neq; hunc alterum ducere vivente vxore quam dimisit, multo minus fas est illicitum tam quibuslibet ingratis ciuibus fieri. Augu. lib. 1. de sermone domini in mõte. cap. 27.

NT[a] diebus Assueri qui regnauit ab India vsque Æthiopiã super centum vigintiseptem prouincias, [2] quando sedit in solio regni sui, [b] Susan ciuitas regni eius exordium fuit. [3] Tertio igitur anno imperij sui fecit grande conuiuium cunctis principibus & pueris suis, fortissimis Persarum, & Medorum inclytis, & præfectis prouinciarum coram se, [c] vt ostenderet diuitias glorię regni sui, ac magnitudinem atq; iactantiam potentię suę multo tempore, centum videlicet & octoginta diebus. [4] Cúmque implerentur dies conuiuij, inuitauit omnem populum qui inuentus est in Susan, à maximo vsque ad minimum: & iussit septem diebus conuiuium præparari in vestibulo horti, & nemoris quod regio cultu & manu consitum erat. [5] Et pendebant ex omni parte tentoria aerei coloris, & carbasini, ac hyacinthini, sustentata funibus byssinis atque purpureis, qui eburneis circulis inserti erant, & columnis marmoreis fulciebantur. Lectuli quoque aurei & argentei super pauimentum smaragdino & pario-[a] stratum lapide dispositi erant: quod mira varietate pictura decorabat. [7] Bibebat autẽ qui inuitati erant, aureis poculis: & aliis atque aliis vasis cibi inferebantur. Vinum quoque, vt magnificentia regia dignum erat, [8] abundans, & præcipuum ponebatur: nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum: sed sicut Rex statuerat, præponens mensis singulos de principibus suis, vt sumeret vnusquisque quod vellet. [c] [9] Vasthi quoq; regina fecit conuiuium fœminarum in palatio vbi Rex Assuerus manere consueuerat. [10] Itaque die septimo, cum rex esset hilarior, & post nimiam potationem incaluisset mero, præcepit Mahuman, & Bazatha, & Harbona, & Bagatha, & Abgatha, & Zethar, & Carchas septem eunuchis, qui in conspectu eius ministrabant, [11] vt introducerent Vasthi reginam coram rege, posito super caput eius diademate, vt ostenderet cunctis populis & principibus pulchritudinem illius. † Erat enim pulchra valde. [d] [12] Quæ renuit, & ad regis imperium, quod per eunuchos mandauerat, venire contempsit. Vnde iratus rex, & nimio furore succensus, [13] interrogauit sapientes qui ex more regio semper ei adhærebant, & illorum faciebat cuncta consilio, scientium leges ac iura maiorum [14] (erant autem primi & proximi, Charsena, & Zethar, & Admatha, & Tharsis, & Mares, & Marsena, & Mamuchan, septem duces Persarum atque Medorum, qui videbant faciem regis, & primi post eum residere soliti erant) [15] cui sententiæ Vasthi Regina subiaceret, quæ Assueri regis imperium, quod per eunuchos mandauerat, facere noluisset. [16] Respondítque Mamuchan audiente rege, atque principibus: [e] Non solum regem læsit regina Vasthi, sed & omnes populos & principes qui sunt in cunctis prouinciis regis Assueri. [17] Egredietur enim sermo reginæ ad omnes mulieres, vt contemnant viros suos, & dicant: Rex Assuerus iussit vt regina Vasthi intraret ad eum, & illa noluit. [18] atque hoc exemplo omnes principum coniuges Persarum atque Medorum, paruipendent imperia maritorum. Vnde regis iusta est indignatio. [19] Si tibi placet, egrediatur edictum à facie tua, & scribatur iuxta legem Persarum atque Medorum, quam præteriri illicitum est, vt nequaquam vltrà Vasthi ingrediatur ad regem, sed regnum illius altera quæ melior est illa, accipiat. [20] Et hoc in omne (quod latissimũ est) prouinciarum tuarum diuulgetur imperium, vt cunctæ vxores tam maiorum quàm minorum deferãt maritis suis honorem. [21] Placuit cõsilium eius regi, & Principibus, fecítque

Iosat. 4. Hist. 2. c. Infra 2. 1. Anno ante Christum 518. Anno mundi 3444. Tertius annus Darij Hystaspis filij, qui dicitur Esther in vxorem sacra Hist. & 13.

fecítque iuxta cõsilium Mamuchan, [22] & misit epistolas ad vniuersas prouincias regni sui, vt quæque gens audire & legere poterat, diuersis linguis & literis, esse viros principes ac maiores in domibus suis, & hoc per cunctos populos diuulgari.

Edictum regis de imperio virorum in vxores.

Præ cæteris virginibus Assuero quæsitis Esther placuit: vnde Regina facta est, Mardochæo accusante eunuchos Regi insidiantes. II.

HIs itaque gestis, postquam Regis Assueri indignatio deferbuerat, [a] recordatus est Vasthi quæ fecisset, vel quæ passa esset: [b] dixerúntq; pueri regis, ac ministri eius: [c] Quærantur regi puellę virgines, ac speciosæ, [d] & mittantur qui cõsiderent per vniuersas prouincias puellas speciosas & virgines, & adducant eas ad ciuitatem Susan, & tradant eas in domum fœminarum sub manu Hegęi eunuchi, qui est præpositus & custos mulierum regiarum: & accipiant mundum muliebrem, & cętera ad vsus necessaria. [4] Et quęcunq; in ter omnes oculis regis placuerit, ipsa regnet pro Vasthi. Placuit sermo regi, & ita vt suggesserant, iussit fieri. [5] Erat autem vir Iudæus in Susan ciuitate, vocabulo [b] Mardocheus, filius Lair filij Semei filij Cis, de stirpe Iemini, [6] qui trãslatus fuerat de Ierusalẽ †[c] eo tempore quo Iechoniam Regem Iuda Nabuchodonosor Rex Babylonis transtulerat, [7] q fuit nutricius filię fratris sui Edissę, quæ altero nomie vocabatur Esther: & vtrunque parentem amiserat: pulchra nimis, & decora facie: mortuisq; patre eius [B] ac matre, *Mardocheus sibi eam adoptauit in filiã. † [8] Cúmq; pererebuisset regis imperium, & iuxta mandatũ illius multæ pulchrę virgines adducerentur Susan, & Hegęo traderẽtur eunucho: Esther quoque inter cęteras puellas ei tradita est vt seruaretur in numero fœminarum. [9] Quæ placuit ei, & inuenit gratiam in cõspectu illius. Et præcepit eunucho, vt acceleraret mundum muliebrem, & traderet ei partes suas, & septem puellas speciosissimas de domo Regis, & tã ipsam, quàm pedisequas eius ornaret atque excoleret. [10] Quæ noluit indicare ei populum & patriam suam. [d] Mardocheus enim præceperat ei, vt de hac re omnino reticeret: [11] qui deambulabat quotidie ante vestibulum domus in qua electę virgines seruabantur, curã agẽs salutis Esther, & scire volens quid ei accideret. [12] Cum autem venisset tempus singularum per ordinem puellarum vt intrarent ad Regem, expletis omnibus quę ad cultum muliebrem pertinebant, mensis duodecimus vertebatur, ita duntaxat, vt sex mẽsibus oleo vngerentur myrtino, & aliis sex quibusdam pigmentis, & aromatibus vterentur. [13] Ingredientésque ad Regem, quicquid postulassent ad ornatum pertinens, accipiebant: & vt eis placuerat compositę, de triclinio fœminarum ad Regis cubiculum transibant. [14] Et quę intrauerat vespere, egrediebatur mane, atque inde in secundas ędes deducebatur, quę sub manu Zusagazi eunuchi erant, qui concubinis Regis præsidebat: nec habebat potestatem ad Regem vltrà redeundi, nisi voluisset rex, & eã venire iussisset ex nomine. [e] [15] Euoluto autem tempore per ordinem, instabat dies quo Esther filia Abihail fratris Mardochęi, quam sibi adoptauerat in filiam, deberet intrare ad Regem. Quæ non quęsiuit muliebrem cultum, sed quęcunque voluit Hegęus eunuchus custos virginum, hæc ei ad ornatum dedit. † Erat enim formosa valde, & incredibili pulchritudine: omnium oculis gratiosa & amabilis videbatur. [16] Ducta est itaque ad cubiculũ regis Assueri mẽse decimo, qui vocatur Tebeth, septimo anno regni* eius: [17] & adamauit eam Rex plusquam omnes mulieres, habuítque gratiam & misericordiam coram eo super omnes mulieres, & posuit diadema regni in capite eius, fecitq; [D] eam regnare in loco Vasthi. [f] [18] Et iussit conuiuium præparari per magnificum cunctis principibus & seruis suis pro coniunctione & nuptiis Esther. Et dedit requiem vniuersis prouinciis, ac dona largitus est iuxta magnificentiam principalẽ. [19] Cúmq; secundò quærerentur virgines, & cõgregarentur, Mardochæus manebat ad ianua regis, [20] needum prodiderat Esther patriã & populũ suum, iuxta mandatũ eius. quicquid enim ille præcipiebat, obseruabat Esther: & ita cuncta faciebat, vt eo tẽpore solita erat quo eam paruulã nutriebat. [21] Eo igitur tempore quo Mardochęus ad Regis

a. Rex vero qui verebatur eã amabat, nec distinguit ab ea ferebat, nec tamẽ retinere propter legem poterat, nouens quod voluntati suæ non liceret satisfacere. Ioseph. li. 11. c. 6. Anti. * Quærantur regi Assuero puellę, inter quas erat Hesther.

b. Qui este Philone decẽ & octo annis ætatẽ Isaac fu perauit, & sic visit. 198. an.

c. Vnde qui dicunt hãc historiã sub Artaxerxe Mnemone factã, cõcedãt oportet Mardochæum. 13. anno Mnemonis fuisse natũ 140 annos. Ab anno enim Iechoniæ captiuitatis ad 13. Mnemonis sunt 319. anni, præter hos quos habebat cum est ductus captiuus.

* Mardochæus adoptauerat Esther in filiam.

d. Mardochæus & Esther inter purpuram, fericum & gẽmas superbiã humiliarẽ viceruntiantiq; fuere meriti, vt captiui victoribus imperarent. Hiero. ad Saluinã de viduitate seruãdã.

e. Perducta verò ad eum Esthere, delectatus eius cõsuecudine, & amore correptus, legitimam cõiugẽ eã sibi adunxit, nuptiasq; celebrauit anno regni tertiodecimo, mense duodecimo qui Adar dicitur. Ioseph. lib. 11. Antiq Iudaic. cap. 6.

* Esther ad regẽ introducta præ cæteris ei placuit, & regina efficitur.

f. Dimisit quos angaros vocant per omnes gentes nuptiale festũ eis indicens. Ipse vero Persas & Medos & primates aliarum gentium accepit conuiuio nuptiali per mensem iuxta gentis & ingressi regiam vxori dilectæ imposuit, atq; ita cã coniunxit, nunquam interrogata quonam esset genere nata. Ioseph. Antiq. Iudaic. lib. 11. cap. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ianuam morabatur, †irati sunt Bagathan & Thares duo eunuchi Regis, qui ianitores erant, & in primo palatij limine residebāt: voluerúntque insurgere in Regem, & occidere eum. [22] Quod Mardochæum non latuit: statímque nuntiauit reginę Esther: & illa regi ex nomine Mardochæi, qui ad se rem detulerat. [23] Quæsitum est & inuentū: & appēsus est vterque eorum in patibulo. Et iussit Rex vt in libro memoriali scriberetur: vt pro vita sua aliquid repensaret ei. Mandatúmque est historiis, & annalibus traditum coram Rege. † Tacta. 6. 12. a

Impetrat impius Haman in malum suum necem Iudæorum, literas ad omnes prouincias mittens. III.

A Iosue. 6

a. Quem occidit Samuel postquam Saul deleuerat Amalecitas præter Agag regem. Vnde Haman veteri motus odio, excogitauit delere Iudæos, qui deleuerāt Amalecitas. Comestor ibid.

* Haman exaltatū solus Mardochæus non adorat, quia diuinum honorē ille appetebat.

b. O ambitionem, o vanam gloriam, quæ subuertis ac perdit omnia cōtra mutuum salutē stare efficit. Ita cæcitate percutit, vt etiam doctores quærant. Chrysost. in acta Apo. homil. 19.

c. Proiecit Phur, hoc est, sortem coram Haman, de die in diem, & à mense vsque ad mensem duodecimum.

POst hæc Rex Assuerus exaltauit Haman filium Amadathi, qui erat de stirpe[a] Agag, & posuit solium eius super omnes principes quos habebat: [2] cunctíque serui Regis qui in foribus palatij versabantur, flectebant genua & adorabant Haman. Sic enim præceperat eis imperator. * Solus Mardochæus non flectebat genu, neque adorabat eum. [3] Cui dixerūt pueri regis, qui ad fores palatij residebant: Cur præter cæteros non obseruas mandatū Regis? [4] Cúmque hoc crebrius dicerent, & ille nollet audire, nuntiauerunt Haman, scire cupientes vtrum perseueraret in sententia. Dixerat enim eis se esse Iudæum. [b] [5] Quod cū audisset Haman, & experimento probasset quòd Mardochæus nō sibi flecteret genu, nec se adoraret: iratus est valde, [6] & pro nihilo duxit in vnū Mardochæū mittere manus suas (audierat enim quòd esset gētis Iudææ) magísque voluit omnem Iudæorum qui erāt in regno Assueri, perdere nationem. [7] Mense primo, cuius vocabulum est Nisan, anno duodecimo regni Assueri, † [c] missa est sors in vrnā, quæ Hebraicè dicitur Phur, coram Haman, quo die & quo mense gens Iudæorum deberet interfici. Et exiuit mensis duodecimus, qui vocatur Adar. [8] Dixítque Haman Regi Assuero: † Est populus per omnes prouincias regni tui dispersus, & à se mutuò separatus, nouis vtens legibus & cæremoniis, insuper & Regis scita contemnens: & optimè nosti quòd non expediat regno tuo vt insoleſcat per licentiam. [9] Si tibi placet, decerne vt pereat, & decem milia talentorum appendam arcariis gazæ tuę. [10] * Tulit ergo Rex annulum quo vtebatur, de manu sua, & dedit eum Hamā filio Amadathi de progenie Agag, hosti Iudæorum: [11] dixítque ad eum: Argentum quod tu polliceris, tuum sit, de populo age quod tibi placet. [12] Vocatíque sunt scribæ Regis mēse primo [d] Nisan, tertiadecima die eiusdem mensis, & scriptum est vt iusserat Haman, ad omnes Strapas Regis, & Iudices prouinciarum, diuersarúmque gentium, vt quæque gens legere posset & audire, pro varietate linguarum, ex nomine regis Assueri: & literæ signatæ ipsius annulo [13] missæ sunt per cursores Regis ad vniuersas prouincias, vt occiderent atque delerent omnes Iudæos, à puero vsque ad senem, paruulos & mulieres, vno die, hoc est, tertiodecimo mēsis duodecimi, qui vocatur [e] Adar, & bona eorum diriperēt. [14] Summa autem epistolarum hęc fuit, vt omnes prouinciæ scirent & pararent se ad prædictam diem. [15] Festinabant cursores, qui missi erāt Regis imperium explere. Statímque in Susan pependit edictum, Rege & Haman celebrante conuiuium, & cunctis Iudęis qui erant in vrbe, flentibus. B Iudith. 4 Iudith. 5 Iudith. 6 Iudith. 8

* Iudæorum interitū Haman impetrat, in vindictā contra Mardochæum. d. Martius noster.

e. Februarius.

Esther mandato Mardochæi, vt Iudæorum neci occurrat, ad Regem ingressura, pro se iubet orare. IIII.

QVæ cum audisset Mardocheus, scidit vestimēta sua, & indutus est sacco, spargens cinerem capiti, & in platea mediæ ciuitatis voce magna clamabat, ostendens amaritudinem animi sui, * [1] & hoc eiulatu vsq; ad fores palatij gradiens. Non enim erat licitum, indutum sacco aulā Regis intrare. [2] In omnibus quoq; prouiciis, oppidis, ac locis, ad quæ crudele regis dogma peruenerat, planctus ingens erat apud Iudæos, ieiuniū, vlulatus, & fletus, sacco & cinere multis pro stratu vtētibus. [4] Ingressæ autem sunt puellę Esther & eunuchi C Iudith. 4

* Luctus Mardochæi ob iminentem Iudæorum mētē.

B & eunuchi, nuntiauerúntque ei. Quod audiens consternata est: & vestem misit, vt ablato sacco indueret eam: quā accipere noluit. [3] Accitóque Hathach eunucho, quā Rex ministrum ei dederat, præcepit vt iret ad Mardochæū, & disceret ab eo cur hoc faceret. [6] Egressúsque Hathach, iuit ad Mardochęum, & inuenit eum stantem in platea ciuitatis ante ostiū palatij. [7] Qui indicauit ei omnia quę acciderāt, quomodo Haman promisisset vt in thesauros regis pro Iudæorū nece inferret argentum, [8] exemplárque edicti quod pendebat in Susan, dedit ei, vt Reginæ ostēderet, & moneret eā C vt intraret ad regem, & deprecaretur eum pro populo suo. [9] Regressus Hathach nuntiauit Esther omnia quæ Mardochæus dixerat. [10] Quæ respōdit ei, & iussit vt diceret Mardochæo. [11] Omnes serui regis, & cūctæ quæ sub ditione eius sunt, norūt prouinciæ, quòd siue vir siue mulier non vocatus interius atrium regis intrauerit, absq; vlla cunctatione statim interficiatur, nisi forte rex auream virgam ad eum tetenderit pro signo clementiæ, atque ita possit viuere. Ego igitur quomodo ad regem intrare possum, quæ triginta iam diebus nō sum vocata ad eum? [12] Quod cum audisset Mardochæus, [13] rursum mandauit Esther, dicens: Ne putes quòd animā tuam tantùm liberes, quia in domo regis es præ cunctis Iudæis. [14] Si enim nunc silueris: per aliam occasionem liberabuntur Iudæi, & tu & domus patris tui peribitis. Et quis nouit vtrum idcirco ad regnum veneris, vt in tali tempore pararēris? [15] Rursúmque Esther hæc Mardochæo verba mādauit: [16] Vade & congrega omnes Iudæos quos in Susan reperis: & orate pro me. Non comedatis & nō bibatis tribus diebus, & tribus noctibus, & [a] ego cum ancillulis meis similiter ieiunabo, & tunc ingrediar ad regem, contra legem faciens nō vocata, tradénsque me morti & periculo. † [17] Iuit itaq; Mardochæus, & fecit omnia quæ Esther præceperat. D Mardochęus suadet Esther vt regem pro populo deprecetur.

a. Esther sanctissima dū lota facie & capite vncto, nisi post triduanum ieiunium intelligi à Rege nō potuit, Haman illum populi sui inimicum iniquissimū interemit. Chrysost. ex variis in Matth. locis, homil. 10.

Esther Regem & Haman ad conuiuium semel atque iterum vocat, & crux interea Mardochæo ab Haman paratur. V.

A DIe [a] autem tertio induta est Esther regalibus vestimentis, & stetit in atrio domus regiæ, quod erat interius, contra basilicam Regis. Et ille sedebat super solium suum in consistorio palatij contra ostium domus. [2] Cúmq; vidisset Esther Reginam stantem, placuit oculis eius, & extendit contra eam virgam auream quam tenebat manu. Quæ accedens osculata est summitatem B virgæ eius. [3] Dixítque ad eam rex: Quid vis Esther Regina? Quæ est petitio tua? Etiā si dimidiam partem regni petieris, dabitur tibi. [4] At illa respondit: Si regi placet, obsecro vt venias ad me hodie, & Haman tecum, ad conuiuium quod paraui. [5] Statímq; Rex: Vocate, inquit, cito Haman, vt Esther obediat voluntati. Venerunt itaque Rex & Haman ad conuiuium quod eis Regina parauerat. [6] Dixítque ei rex postquam vinum biberat abundanter: Quid petis, vt detur tibi: & pro qua re postulas? † Etiam si dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis. [7] Cui respondit Esther: [b] Petitio mea & preces sunt istæ: [8] Si inueni in conspectu Regis gratiam, & si regi placet vt det mihi quod postulo, & meam impleat petitionem: veniat rex & Haman ad conuiuiū quod C parauī eis, & crās aperiam regi voluntatē meā. [9] Egressus est itaque illo die Haman lætus & alacer. Cúmque venisset Mardochæum sedentem ante fores palatij, & non solùm nō assurrexisse sibi, sed nec motum quidem de loco sessionis suæ, indignatus est valde: [10] & dissimulatā ira reuersus in domum suam, conuocauit ad se amicos suos, & Zares vxorem suam, [11] & exposuit illis magnitudinem diuitiārum suarum, filiorúmque turbam, & quanta eum gloria super omnes principes & seruos suos Rex eleuasset. [12] Et post hæc ait: Regina quoque Esther nullum alium vocauit ad conuiuium D cum rege, præter me: apud quam etiam cras cum rege pransurus sum. [13] Et cum hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quandiu videro Mardochæum Iudæum sedentem ante fores regias. [14] Respondérúntque ei Zares vxor eius, & cæteri amici ei: Iube parari excelsam trabem, habentem altitudinis quinquaginta cubitos, & dic mane Regi vt appendatur super eam Mardochæus, & sic ibis cum rege

a. Quid Esther regina? nōne vt populū suū periculo oneret (quod erat decorū arq; honestū) morti se obiecit, nec immittit regis crepidauit furorē? Ipse quoq; rex Persarū ferox atq; tumido corde, tamen decorum iudicauit, indici indiarū quæ sibi paratæ forēt, gratiam repræsentare, populúmque liberum à seruitute eripere, cruere neci, nec parcere neci ejus qui tam indecora suadisset. Ambr. Off. lib. 3. cap. 11. Esther inuitat regē & Amā ad conuiuium.

b. Postquā Persarū rex iussu Hamā omnes passim Iudæos interimi iussit, & nullus erat qui cōtra iniunctum obsistere posset, Esther priorē exuta veste, & sacco amicta, & cinere substrato, diuinæ clementiæ supplicabat, vt secum ad Regem ingrederetur. Chrysost. ad popu. Antioch. homi. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aman parat patibulũ Mardochæo.

lætus ad conuiuium. Placuítque ei consilium, & iussit excelsam præparari crucem,

Rex noctem insomnem ducem, in suis annalibus Mardochæi fidelitatem reperiens, iubet ipsum vt secundum à Rege honorari. VI.

* Rex ex lectione mal'ium fidelitatem Mardochæi intuetur.

NOctem illam duxit Rex insomnẽ, iussítque sibi afferri historias & annales priorum temporum. Quæ cũ illo præsente legerentur,[1] ventum est ad illũ locũ vbi scriptũ erat * † quomodo nuntiasset Mardochæus insidias Bagathan & Thares eunuchorum, Regem Assuerum iugulare cupientium.[2] Quod cum audisset Rex, ait: Quid pro hac fide honoris ac præmij Mardochæus consecutus est? Dixerunt ei serui illius ac ministri: Nihil omnino mercedis accepit.[4] Statímque Rex: Quis est, inquit, in atrio? Haman quippe interius atrium domus regiæ intrauerat, vt suggereret regi, & iuberet Mardochæum affigi patibulo, quod ei fuerat præpàratum.[5] Respõderunt pueri: Hamã stat in atrio. Dixítque Rex: Ingrediatur.[6] Cúmq; esset ingressus, ait illi: Quid debet fieri viro quẽ Rex honorare desiderat? Cogitãs autẽ in corde suo Haman, & reputãs quòd nullũ alium Rex nisi se vellet honorare,[7] respõdit: Homo quem Rex honorare cupit,[8] debet indui vestibus regiis, & imponi super equũ qui de sella Regis est, & accipere regium diadema super caput suum,[9] & primus de regiis principibus ac tyrannis teneat equum eius, & per plateã ciuitatis incedens clamet & dicat: Sic honorabitur, quemcunque Rex voluerit honorare.[a 10] Dixítque ei Rex: Festina, & sumpta stola & equo fac vt locutus es, Mardochæo Iudæo qui sedet ante fores palatij. Caue ne quicquam de his quæ locutus es, prętermittas.[11] Tulit itaq; Haman stolã & equum: indutúmq; Mardochæũ * in platea ciuitatis & impositũ equo præcedebat, atque clamabat: Hoc honore condignus est, quemcunque Rex voluerit honorare.[12] Reuersúsq; est Mardochæus ad ianuam palatij, & Haman festinauit ire in domum suam lugens & operto capite,[13] narrauítq; Zares vxori suæ, & amicis, omnia quæ euenissent sibi. Cui responderunt sapientes quos habebat in cõsilio, & vxor eius: [b] Si de semine Iudęorum est Mardochæus ante quem cadere cœpisti, non ei poteris resistere: sed cades in conspectu eius.[14] Adhuc illis loquentibus venerunt eunuchi regis, & cito eum ad conuiuium quod Regina parauerat, pergere compulerunt.

a. Dominus nõ remunerat opera pro quibus reddita eũ merces. Ideo hypocritæ & praui diuites nihil accipient in futuro, quia iã receperunt mercedem suã. Stephanus.

* Mardochæum iubet Rex honorari in confusionem Amæu.

b. Hamã vero præ pudore domũ se cõtulit, & cũ fletu vxori ac amicis quæ contigerant narrauit. Respõderunt illi ademptam ei iam omnem occasionem vindicandi in Mardochæum, quandoquidem illi manifestè deus sit propitius. Ioseph. Antiq. lib. 11. cap. 6.

Accusatus Haman ab Esther apud regem, suspenditur in patibulo quod Mardochæo parauerat. VII.

INtrauit itaque Rex & Haman vt biberent cum Regina.[2] Dixitq; ei Rex etiam secũda die, postquam vino incaluerat: Quæ est petitio tua Esther, vt detur tibi, & quid vis fieri? Etiam si dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis.[3] Ad quem illa respondit: Si inueni gratiam in oculis tuis ô Rex, & si tibi placet, dona mihi [a] animã meam pro qua rogo, & populum meũ pro quo obsecro.[4] Traditi enim sumus ego & populus meus, vt conteramur, iugulemur, & pereamus. Atque vtinam in seruos & famulas venderemur, esset tolerabile malum, & gemens tacerem: nunc autem hostis noster est, cuius crudelitas redundat in Regem.[5] Respondénsque Rex Assuerus, ait: Quis est iste, & cuius potentiæ, vt hęc audeat facere?[6] Dixítque Esther: Hostis & inimicus noster pessimus, iste est Haman. Quod ille audiens, ilico obstupuit, vultum Regis & Reginæ férre nõ sustinens.[7] Rex autem surrexit iratus, & de loco conuiuij intrauit in hortum arboribus consitum: Haman quoque surrexit vt rogaret Esther Reginam pro anima sua: intellexit enim à Rege paratum sibi malum.[8] Qui cum reuersus esset de horto nemoribus consito, & intrasset conuiuij locum, [b] reperit Haman super lectum corruisse, in quo iacebat Esther, & ait: Etiam reginam vult opprimere me præsente in domo mea. Necdum verbum de ore Regis exierat, & statim operuerunt faciem eius.[9] Dixítque Harbona vnus de Eunuchis qui stabant in ministerio Regis: En lignum quod parauerat Mardochæo, qui locutus est pro Rege, stat in domo Haman, habens altitudinis

a. Hoc est, dona mihi vitam meã & populum meum, ne pereamus. Vtinã in seruos potius venundaremur, & gemens tacerem. Comestor.

b. Iraq; Hamã honore quẽ à Rege præperat, supra modũ adulatus, huiusmodi crucis confixus est. Ioc. lib. 11. c. 6.

tudinis quinquaginta cubitos. Cui dixit Rex: [c] Appendite eum in eo.[10] Suspensus est itaque Haman [d] in patibulo quod parauerat Mardochæo, & Regis ira quieuit.

c. Denique quem secundũ à se ac præcipuum iure omnes habere, eum tradidit, quòd dehonestatum se eius fraudulentia cognouit animaduertisset. Ambro. Offic. lib. 3. cap. 11.

d. Iussu regis suspenditur Aman in patibulo quod Mardochæo parauerat.

Esther Mardochæo exaltato veteres literas Haman irritans, nouis literis pristinam Iudæis impetrat securitatem. VIII.

DIe [a] illo dedit Rex Assuerus Esther Reginæ domum Haman aduersarij Iudæorum, & Mardochæus ingressus est ante faciem Regis. Confessa est enim ei Esther quòd esset patruus suus.[2] Tulítque Rex annulum quem ab Haman recipi iusserat, & tradidit Mardochæo. Esther autẽ constituit Mardocheum super domum suam: nec his contenta, procidit ad pedes Regis, fleuítque, & locuta ad eum orauit, vt malitiam Hamã Agagitæ, & machinationes eius pessimas, quas excogitauerat cõtra Iudæos, iuberet irritas fieri.[4] At ille ex more sceptrũ aureum prætendit manu: quo signum clementiæ monstrabatur. Illáque consurgens stetit ante eum,[5] & ait: Si placet Regi, & si inueni gratiã in oculis eius, & deprecatio mea non ei videtur esse cõtraria, obsecro vt nouis epistolis veteres Haman literæ insidiatoris & hostis Iudæorum, quibus eos in cunctis Regis prouinciis perire præceperat, corrigantur.[6] Quomodo enim potero sustinere necem & interfectionem populi mei?[7] Respondítque Rex Assuerus Esther Reginæ, & Mardochæo Iudęo: Domum Haman cõcessi Esther Reginæ, & ipsum iussi affigi cruci, quia ausus est manũ mittere in Iudęos.[8] Scribite ergo Iudæis † sicut vobis placet, ex Regis nomine, signãtes literas annulo meo. Hæc enim consuetudo erat, vt epistolis quæ ex Regis nomine mittebantur, & illius annulo signatę erant, nemo auderet contradicere.[9] Accitíq; scribis & librariis regis: erat autem tempus tertij mẽsis, qui appellatur Siban: vicesima & tertia die illius scriptę sunt epistolę, vt Mardocheus voluerat, ad Iudęos & ad Principes, procuratorésque, & iudices, † qui centum vigintiseptem prouinciis ab India vsque Æthiopiam pręsidebãt, prouincię atque prouincię, populo & populo iuxta linguas & literas suas, & Iudęis, prout legere poterant & audire.[10] Ipsæque epistolæ quæ ex Regis nomine mittebantur, annulo ipsius obsignatę sunt, & missę per veredarios: qui per omnes prouincias discurrentes, veteres literas nouis nuntiis præuenirent.[11] Quibus imperauit Rex, vt conuenirent Iudæos per singulas ciuitates, & in vnum pręciperent congregari, vt starent pro animabus suis: & omnes inimicos suos cum coniugibus ac liberis & vniuersis domibus interficerent atque delerent.[12] Et constituta est per omnes prouincias vna vltionis dies, id est, tertiadecima die mensis duodecimi [b] Adar.[13] Summáque epistolę fuit, vt in omnibus terris ac populis qui Regis Assueri subiacebãt imperio, notum fieret paratos esse Iudęos ad capiendam vindictam de hostibus suis.[14] Egressíque sunt veredarij celeres nuntia perferẽtes: & edictum Regis pependit in Susan.[15] Mardocheus autem de palatio & de conspectu Regis egrediens fulgebat vestibus regiis, hyacinthinis videlicet & aerinis, coronã aureã portans in capite, & amictus serico pallio atque purpureo. Omnísque ciuitas exultauit atque lętata est.[16] Iudęis autem noua lux oriri visa est, gaudium, honor, & tripudium.[17] Apud omnes populos, vrbes, atque prouincias quocunque Regis pręcepta veniebant, mira exultatio, epulę atque conuiuia, & festus dies, in tantum vt plures alterius gentis & sectę, eorum religioni & cęremoniis iungerentur. Grãdis enim cunctos Iudaici nominis terror inuaserat.

a. Subit hic mihi admirari diuinam potentiam, iustitiamque ac Sapientiam vel ex hoc facto colligere, qui non solum Amanẽ merito supplicio tradidit, verum etiam pœnam in alterum excogitatam, in caput inuentoris illo inscio conuertit. Ioseph. lib. 11. cap. 6. Antiq. Iudaic. Exaltatur Mardochæus à rege.

b. Hic est Februarius vel fulcrum pars eius cum parte Martij.

Giudium & exultatio Iudæorum ob edictum Regis Assueri.

Iudæi passim hostes suos trucidant, filios Haman suspendunt, & Phurim diem solennem instituunt. IX.

IGitur duodecimi mensis, quem Adar vocari antè iam diximus, tertiadecima die, quando cunctis Iudęis interfectio parabatur, & hostes eorum inhiabant sanguini, versa vice Iudæi superiores esse cœperunt, & se de aduersariis vindicare.[2] Congregatique sunt per singulas ciuitates, & oppida & loca vt exten-

Interficiũt Iudæi inimicos suos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

derent manum cõtra inimicos & persecutores suos. Nullúsque ausus est resistere: eo quòd omnes populos magnitudinis eorum formido penetraret. [1] Nam & prouinciarum iudices, & duces & procuratores, omníq; dignitas quæ singulis locis ac operibus præerat, extollebãt Iudæos timore Mardochæi, [2] quẽ principẽ esse palatij, & plurimum posse cognouerant. Fama quoq; nominis eius crescebat quotidie, & per cunctorum ora volitabat. [3] Itaque percusserunt Iudæi inimicos suos plaga magna, & occiderunt eos, reddentes eis quod sibi parauerant facere: [4] in tantum, vt etiam in Susan quingentos viros interficerẽt, *extra decem filios Haman Agagitæ hostis Iudæorũ: quorum ista sunt nomina: [7] Pharsandatha, & Delphon, & Espatha, [8] & Phoratha, & Adalia, & Aridatha, [9] & Permestha, & Arisai, & Aridai, & Vaizatha. [10] Quos cũ occidissent, prædas de substãtiis eorum agere noluerũt. [11] Statímque numerus eorũ qui occisi erãt in Susan, ad Regẽ relatus est. [12] Qui dixit Reginæ: In vrbe Susan interfecerunt Iudæi quingẽtos viros, & alios decẽ filios Hamã: quantã putas eos exercere cædem in vniuersis prouinciis? Quid vltrà postulas: & quid vis vt fieri iubeã? [13] Cui illa respõdit: Si regi placet, detur potestas Iudæis, vt sicut fecerunt hodie in Susan, sic & cras faciant: & decem filij Haman in patibulis suspendantur. [14] Præcepítque Rex vt ita fieret. Statímq; in Susan pepẽdit edictum, & decẽ filij Haman suspẽsi sunt. [15] Congregatis Iudæis quartadecima die mensis Adar, interfecti sunt in Susan trecenti viri: nec eorũ ab illis direpta substãtia est: [16] sed & per omnes prouincias quæ ditioni Regis subiacebant, pro animabus suis steterunt Iudęi, interfectis hostibus ac persecutoribus suis: in tantum, vt septuagintaquinque milia occisorum implerentur, & nullus de substantiis eorum quicquã cõtingeret. [17] Dies autem tertiusdecimus mensis Adar vnus apud omnes interfectionis fuit: & quartadecima die cædere desierunt. [b] Quem constituerunt esse solennem, vt in eo omni tempore deinceps vacarẽt epulis, gaudio, atque conuiuiis. [18] At ij qui in vrbe Susan cædem exercuerant, tertiodecimo & quartodecimo die eiusdem mensis in cæde versati sunt: decimoquinto autem die percutere desierunt. Et idcirco eundem diem constituerunt solennem epularum atque lætitiæ. [19] Hi vero Iudæi qui in oppidis non muratis ac villis morabantur, quartumdecimum diem mensis Adar conuiuiorum & gaudij decreuerunt: ita vt exultẽt in eo, & mittant sibi mutuò partes epularum & ciborum. [c] [20] Scripsit itaque Mardochæus omnia hæc: & literis comprehensa misit ad Iudæos qui in omnibus Regis prouinciis morabantur, tam in vicino positis, quàm procul, [21] vt quartamdecimã & quintamdecimam diem mensis Adar pro festis susciperent, & reuertente semper anno solenni honore celebrarent: [22] quia in ipsis diebus *se vlti sunt Iudæi de inimicis suis, & luctus atque tristitia in hilaritatem gaudiúmque conuersi sunt: essẽtque dies isti epularum atque lætitiæ: & mitterent sibi inuicẽ ciborum partes, & pauperibus munuscula largirentur. [23] Susceperúntque Iudæi in solennem ritum cuncta quæ eo tempore facere cœperant, & quæ Mardochæus literis facienda mandauerat. [24] Haman enim filius Amadathi stirpis Agag, hostis & aduersarius Iudæorum, cogitauit contra eos malum, vt occideret illos, atque deleret: † & misit Phur, quod nostra lingua vertitur in sorté, [25] & postea ingressa est Esther ad regem, obsecrans vt conatus eius literis Regis irritũ fierent: & malum quod contra Iudæos cogitauerat, reuerteretur in caput eius. Denique & ipsum & filios eius affixerũt cruci: [26] atq; ex illo tẽpore dies isti appellati sunt Phurim, id est sortium: eo quòd Phur, id est sors in vrnam missa fuerit. Et cũcta quæ gesta sunt, epistolę, id est libri huius volumine continentur: [27] quęque sustinuerunt, & quæ deinceps immutata sunt, susceperunt Iudæi super se & semen suum, & super cũctos qui religioni eorũ voluerũt copulari, [d] vt nulli liceat duos hos dies absq; solẽnitate trãsigere, quos scriptura testatur, & cætera expetũt tẽpora annis sibi iugiter succedẽtibus. [28] Isti sunt dies quos nulla vnquã delebit obliuio: & per singulas generationes cunctæ in toto orbe prouincię celebrabũt: nec est vlla ciuitas, in qua dies Phurim, id est sortium, nõ obseruentur à Iudęis, & ab eorum progenie, quę his ceremoniis obligata est. [29] Scripserúntq; Esther Regina filia Abihail, & Mardochęus Iudęus

* Decem filij Aman suspẽduntur.

y No dicerentur moti cupiditate suarum, sed zelo iustitiæ: & ne viderentur regem offendere, cuius erant bona rapere occisorum. Lyra.

b Post sufficientem de inimicis sumptam vindictã reddũt ad gratiarum actionẽ perpetuam, indecim diem tãquam festum celebrauerunt, & perpetuò celebrandum instituerũt. Ioseph. li. 11. c. 6. vt memoriã facti nulla deleret obliuio. Comestor ibidem.

c Vide Ioachim filius Iesu Iosedech, summus pontifex Iudææ, qui gesta Esther descripsit, memoriã Phuri instituit horum ante illum per literas Mardochæo. Philo.

* Dies celebres instituit in memoriam liberationis.

d. Ieiunium Esther celebrant Iudæi 13. die mensis Adar, qui nostro respõdet Februario: Die verò 14 & 15 celebrant memoriã Phurim hãc eam in orbe terrarum, particulas de conuiuio sibi inuicem mittentes. Ioseph. li. 6.

dæus etiam secundam epistolam, vt omni studio dies ista solẽnis sanciretur in posterum. [30] Et miserunt ad omnes Iudæos, qui in centum vigintiseptem prouinciis Regis Assueri versabantur, vt haberent pacem, & susciperent veritatem, [31] *obseruãtes dies sortium, & suo tẽpore cum gaudio celebrarent, sicut constituerant Mardochęus & Esther. Et illi obseruanda susceperunt à se & à semine suo ieiunia & clamores, & sortium dies, [32] & omnia quæ libri huius, qui vocatur Esther, historia continentur.

*Celebris diet instituitur in memoriam liberationis Iudæorum.

Somniorum Mardochæi descriptio, redacto populo suo in libertatem. X.

Ex verò Assuerus omnem terram, & cunctas maris insulas fecit tributarias: [1] cuius fortitudo, imperium, & dignitas atq; sublimitas qua exaltauit Mardochæum, scripta sunt in libris Medorum atque Persarum, [2] & quomodo Mardochæus Iudaici generis secundus à rege Assuero fuerit, & magnus apud Iudæos, & acceptabilis plebi fratrum suorum: quærens bona populo suo, [a] & loquens ea quæ ad pacem seminis sui pertinerent.

a Hoc in vi verborum dicit, Propter fratres meos & proximos meos loquebar pacem de te, vt scirent & ipsi ad consummationem huius ædificij se perfectos exhibeant. Hiero. Psal. 121.

Quæ habentur in Hebræo plena fide expressi, & quæ sequuntur scripta reperi in editione vulgata, quæ Græcorum lingua & literis continentur: & interim post finem libri hoc capitulum ferebatur, quod iuxta consuetudinem nostram obelo, id est, veru prænotauimus.

[3] Dixítque Mardochæus: A deo facta sunt ista. [4] Recordatus sum somnij quod videram, hæc eadem significãtis, nec eorum quicquam irritum fuit. [6] *Paruus fons qui creuit in fluuium, & in lucem solémq; cõuersus est, & in aquas plurimas redundauit, Esther est, quam Rex accepit vxorem, & voluit esse Reginam. [7] Duo autẽ dracones, ego sum, & Haman. [8] Gentes quæ conuenerant, ij sunt qui conati sunt delere nomen Iudæorum. [9] Gens autem mea, Israel est, quæ clamauit ad dominum, & saluum fecit dominus populum suum, liberauítq; nos ab omnibus malis, & fecit signa magna atque portenta inter gentes: [10] & duas sortes esse præcepit, vnam populi dei, & alteram cunctarum gentium. [11] Venítq; vtraq; sors in statutum ex illo iam tempore diem, coram deo vniuersis gentibus: [12] & recordatus est dominus populi sui, ac misertus est hæreditatis suæ. [13] Et obseruabuntur dies isti in mense Adar quartadecima & quintadecima die eiusdem mensis, cum omni studio & gaudio in vnum cœtum populi cõgregati in cunctas deinceps generationes populi Israel.

Somnium Mardochæi. XI.

Anno quarto regnantibus Ptolemæo & Cleopatra, attulerunt Dositheus qui se sacerdotem, & Leuitici generis ferebat, & Ptolemæus filius eius, hanc epistolam Phurim, quam dixerunt interpretatum esse Lysimachum Ptolemæi filium in Ierusalem.

Hoc quoque principium erat in editione vulgata, quod nec in Hebræo, nec apud vllum fertur interpretum.

[2] Anno secundo regnante Artaxerxe maximo, prima die mensis Nisan, vidit somniũ [1] homo Iudæus, [a] qui habitabat in vrbe Susis, vir magnus, & inter primos aulæ regię. [4] Erat autem de eo numero captiuorum quos transtulerat Nabuchodonosor Rex Babylonis de Ierusalem cum Iechonia Rege Iuda: [5] & hoc eius somniũ fuit: Apparuerunt voces & tumultus, & tonitrua & terræmotus, & conturbatio super terrã: [6] & ecce duo dracones magni, paratí, contra se in prælium: [7] ad quorum clamorem cunctæ concitatæ sunt nationes, vt pugnarent contra gentem iustorum. [8] Fuítq; dies illa tenebrarum & discriminis, tribulationis & angustiæ, & ingens formido super terram. [9] Conturbatáque est gens iustorum timentium mala sua, & præparata ad mortem. [10] Clamauerúntq; ad deum: & illis vociferantibus, fons paruus creuit in fluuium maximum, & in aquas plurimas redundauit. [11] Lux & sol ortus est, & humiles exaltati sunt, & deuorauerunt inclytos. [17] Quod cum vidisset Mardochæus, & surrexisset de stratu, cogitabat quid deus facere vellet: & fixũ habebat in animo, scire cupiens quid significaret somnium.

a Hunc dicit Iosephus primo habitasse Babylonem sed post edictũ Assueri de colligendis pulcherrimis virginibus adductam Esther Susam, & tunc deinceps illic permansit. Hæc ille. Somnium Mardochæi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Manifestatio insidiarum in Regem à Mardochæo ex secundo capite repetita. XII.

Recapitulatio.

MOrabatur † autem eo tẽpore in aula regis cum Bagatha & Thara eunuchis Regis,[a] qui ianitores erant palatij.[2] Cúmq; intellexissẽt cogitationes eorum,& curas diligentius peruidissẽt,[b] didicit quòd conarentur in regẽ Artaxerxem manus mittere:& nuntiauit super eo regi.[3] Qui de vtroque habita quæstione, confessos iussit duci ad mortem.[4] Rex autem quod gestum erat, scripsit in commentariis. Sed & Mardochæus rei memoriam literis tradidit.[5] Præcepítq; ei rex,vt in aula palatij moraretur, datis ei pro delatione muneribus.[6] Hamam vero filius Amadathi Bugæus erat glorioſissimus coram rege,& voluit nocere Mardochæo,& populo eius,pro duobus eunuchis regis qui fuerant interfecti.

A † Sup. 2. d. & 6. a.

B

a Non qui primũ seruarent sanctum, quia nõ illis facile fuisset mirare aulã regiam vt cũ intoxicarent, sed qui aulam cũ vellent intrarẽt.
b Rabi Salo. dicit q Mardochæus hoc didicit, quia cõrã eo in idiomate Thariẽn loquebãtur de regis intoxicatione, credentes Mardochæum illud idioma penitus ignorare. Hæc ille.

Hucusque proœmium. Quæ sequuntur,in eo loco posita erant vbi scriptum est in volumine: Et diripuerunt bona vel substantias eorum,quæ in sola vulgata editione reperimus. Epistolæ autem hoc exemplar fuit.

Exemplar epistolæ quam misit Haman ad principes prouinciarum super cæde Iudæorum cum Mardochæi oratione. XIII.

Iosephus Antiquit. lib. 11. cap. 6.

† Sup. 3. a Iudith. 1.

REx † maximus Artaxerxes ab India vsque Æthiopiam cẽtum viginti septem prouinciarum principibus, & ducibus qui eius imperio subiecti sunt, salutẽ.[1] Cum plurimis gentibus imperarem, & vniuersum orbem meæ ditioni subiugassem, volui nequaquam abuti potentiæ magnitudine, sed clementia & lenitate gubernare subiectos:vt absq; vllo terrore vitam silentio transigentes,optata cunctis mortalibus pace fruerentur.[3] Quærente autem me à consiliariis meis,quomodo posset hoc impleri,vnus qui sapientia & fide cæteros præcellebat, & erat post regem secundus,Hamã nomine,[4] indicauit mihi in toto orbe terrarum populum esse dispersum,qui nouis vteretur legibus,& contra omnium gentium consuetudinem faciens, Regum iussa contemneret,& vniuersarum concordiam nationũ sua dissensione violaret.[5] Quod cum didicissemus, videntes vnam gentẽ rebellem aduersus omne hominum genus peruersis vti legibus,[a] nostrisq; iussionibus cõtra ire,& turbare subiectarum nobis prouinciarum pacem,atq; concordiam:[b] [6] iussimus vt quoscunq; Haman qui omnibus prouinciis præpositus est,& secundus à rege, & quem patris loco colimus,monstrauerit,cum coniugibus ac liberis deleantur ab inimicis suis,nullúsq; eorum misereatur,quartadecima die duodecimi mensis Adar,anni præsentis:[7] vt nepharij homines vno die ad inferos descendentes,reddant imperio nostro pacem quã turbauerant.

A † Sup. 3. a Iudith.

a. Hoc est, præter cæteras nationes vanã deum colere,& deorum pluralitatem abhorrere.
b. Tulit ex annulõ quo vtebatur, sicut & nunc passim Reges & tradidit Haman, vt scriberet literas, & eas annulo signaret, prout tibi videretur expedire. Lyranus. ibid.

Hucusque exemplar epistolæ. Quæ sequuntur post eum locum scripta reperi,vbi legitur, Peregĩsque Mardochæus fecit omnia quæ ei mandauerat Esther. Nec tamen habentur in Hebraico,& apud nullum penitus feruntur interpretum.

c At Mardochæus re cognita,scissis vestibꝰ, opertus sacco, & sparsis cinere ferebatur per vrbẽ, inquiẽs clamans, maximã gentem internecioni esse addictã:& vociferando talis vsque regium palarium delatus, ibi demum cõstitutus enim fas erat illam talibus habitu regiam ingredi. Iosep. lib. 1. cap. 6. Antiq. Iud.

d Oratio Mardochæi pertinens ad historiam. 4. cap.

c [8] Mardochæus autem deprecatus est dominum, memor omnium operum eius, & dixit:[d] Domine, domine Rex omnipotens,in ditione enim tua cuncta sunt posita:& non est qui possit tuæ resistere voluntati,si decreueris saluare Israel.[10] Tu fecisti cœlum & terram,& quicquid cœli ambitu cõtinetur:[11] dominus omnium es, nec est qui resistat maiestati tuæ.[12] Cuncta nosti, & scis quia non pro superbia & contumelia,& aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc,vt nõ adorarem Haman superbissimum, [13] (libẽter enim pro salute Israel etiam vestigia pedum eius deosculari paratus essem) [14] sed timui ne honorem dei mei transferrem ad hominem,& ne quenquam adorarẽ excepto deo meo.[15] Et nunc domine Rex deus Abraham,miserere populi tui, quia volũt nos inimici nostri perdere,& hæreditatem tuam delere.[16] Ne despicias partem tuam quam redemisti tibi de Ægypto.[17] Exaudi deprecationem meam,& propitius esto sorti & funiculo tuo,& conuerte luctum nostrum in gaudium, vt viuentes laudemus nomen tuum domine, & ne claudas ora canentium te.[18] Omnis quoque Israel pari mente & obsecratione clamauit ad dominum, eo quòd eis certa mors imperidẽret.

B

C

D

Plangit

Plangit Esther,deum in spiritu humilitatis obsecrans. XIIII.

ESther [a] quoque Regina confugit ad dominum, pauens periculum quod imminebat.[2] Cúmque deposuisset vestes regias,fletibus,& luctui apta indumenta suscepit,& pro vnguentis variis cinere & stercore impleuit caput,& corpus suum humiliauit,omniáque loca in quibus antè lætari consueuerat,crinium laceratione compleuit.[3] Et deprecabatur dominum deum Israel, dicens:Domine mi, qui Rex noster es solus, adiuua me solitariam, & cuius præter te nullus est auxiliator alius.[4] Periculũ meũ in manibus meis est.[5] Audiui à patre meo, quòd tu domine tulisses Israel de cunctis gentibus, & patres nostros ex omnibus retro maioribus suis,vt possideres hæreditatem sempiternam: fecistíq; ei sicut locutus es.[b] [6] Peccauimus in conspectu tuo,& idcirco tradidisti nos in manus inimicorũ nostrorum.[7] Coluimus enim deos eorum. Iustus es domine.[8] Et nunc non eis sufficit quòd durissima nos opprimunt seruitute,sed robur manuum suarum,idolorum potentiæ deputantes,[9] volunt tua mutare promissa,& delere hæreditatẽ tuam, & claudere ora laudantium te,atq; extinguere gloriam templi & altaris tui,[10] vt aperiãt ora gentium,& laudent idolorum fortitudinem,& prædicent carnalem regem in sempiternum.[11] Ne tradas domine sceptrum tuum iis qui nõ sunt,ne rideant ad ruinam nostram:sed conuerte consilium eorũ super eos,& eum qui in nos cœpit sæuire,dispersum.[12] Memento domine, & ostende te nobis in tempore tribulationis nostræ, & da mihi fiduciam domine Rex deorum,& vniuersæ potestatis:[13] tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis, & transfer cor illius in odium hostis nostri, vt & ipse pereat,& cæteri qui ei cõsentiunt.[c] [14] Nos autem libera in manu tua, & adiuua me,nullum aliud auxilium habentem,nisi te domine, qui habes omnium scientiam,[15] & nosti quia oderim gloriam iniquorum,& detester cubile incircumcisorum, & omnis alienigenæ.[16] Tu scis necessitatem meã, quòd abominer signum superbiæ, & glorię meę,quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ,& detester illud quasi pannum menstruatæ, & non portem in diebus silentij mei:[17] & quòd non comederim in mensa Haman,nec mihi placuerit conuiuium regis, & nõ biberim vinum libaminum:[18] & nunquam lætata sit ancilla tua ex quo huc translata sum vsque in præsentem diem,nisi in te domine deus Abraham.[19] Deus fortis super omnes, exaudi vocem eorum qui nullam aliam spem habent, & libera nos de manu iniquorũ, & erue me à timore meo. *Hæc quoque addita reperi in editione vulgata.*

a. Esther totum Iudæorum populũ vniuersali exitio tradẽdum,sic eripuit, orãte. Grata domine fac verba mea, & da sermonẽ ornatũ in ore meo. Chrysost. ad populum Antiochenum homil. 3.
Lamẽratio & oratio Esther pertinens ad historiam. 4.

b. Esther deum timens, desolatos,deo subdita, marito Regi alienigenæ, non eundem secum colentẽ deum, tamen subiecta seruiebat quæ cũ extremo periculo, non suo tantum, sed etiam gentis suæ,qui tũc erat populus dei, domino ꝓsterneret orãdo,in ipsa oratione sua dixit ita sibi esse ornatum regiũ, sicut pannum menstrualem:& ita orãtem statim exaudiuit, qui cordis inspector eã verum dicere sciuit. Auguſt. Epiſto. 109.

c. Regina quoque supplicabat more patrio humi in faciem prosterni, & amicta vestitu lugubri, per cruciatum aldicato cibo & potu, & omnibus deliciis rogabatq; vt misereatur,daret ei apud regem quali maximè opus esse facundiam, & maiorẽ quàm vsquam autea formę gratiam,vt modo vtroque permotus vòx ad clementiã, & in ipsam vigeret indulgentior,& popularibus suis in extremo periculo cõstitutis patrocinantem æquis oculis aſpiceret. Ioseph. lib. 11. c. 6. Antiq. Iudaic.

Mandante Mardochæo intrat Esther ad Regem,vultu eius pertẽrita. XV.

A

a. Incerrogatus Mardocheꝰ ab Esther per nuntium,indicauit causam, & literas cõtra Iudæos per omnes prouincias sub rege cõstitutas,transmissas,& promissionem pecuniarũ per quã à rege perditionem gentis cõparauerat Hamã. Ioseph. vbi prodem.

ET mandauit [a] ei(haud dubium quin Esther Mardochæus) vt ingrederetur ad regem,& rogaret pro populo suo,& pro patria sua.[2] Memorare,inquit, dierũ humilitatis tuæ,quomodo nutrita sis in manu mea:quia Haman secundus à rege locutus est contra nos in mortem,[3] & tu inuoca dominum, & loquere Regi pro nobis,& libera nos de morte.

Necnon & ista quæ subdita sunt.

B

Recapitulatio expressior. 5. cap.
Quo pacto Esther ad regẽ intrauerit & ad eũ aſpectã territa fuerit.

[4] Die autẽ tertio deposuit vestimẽta ornatus sui,& circundata est gloria sua.[5] Cúmq; regio fulgeret habitu, & inuocasset omnium rectorẽ & saluatorem deum,assumpsit duas famulas,[6] & super vnam quidem innitebatur, quasi præ deliciis & nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinens:[7] altera autem famularum sequebatur dominam,defluentia in humum indumenta sustentans.[8] Ipsa autem roseo colore vultũ perfusa,& gratis ac nitentibus oculis tristem celabat animum, & nimio timore con-

C

tractum.[9] Ingressa igitur cuncta per ordinem ostia,stetit contra Regem,vbi ille residebat super solium regni sui,indutus vestibus regiis,auróque fulgens,& pretiosis lapidibus:erátque terribilis aspectu.[10] Cúmque eleuasset faciem, & ardentibus oculis furorem pectoris indicasset,Regina corruit,& in pallorem colore mutato,lassum superancillulam reclinauit caput.[11] Conuertítque deus spiritum regis in mansuetudinem,& festinus ac metuens exiliuit de solio,& sustentans eam vlnis suis, donec rediret

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret ad se,his verbis blandiebatur:[12] Quid habes Esther?Ego sum frater tuus,noli me- D
tuere. Non morieris.[13] Non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est.
[14] Accede igitur,& tange sceptrum.[15] Cúmque illa reticeret,tulit auream virgam, &
posuit super collum eius,& osculatus est eam,& ait: Cur mihi non loqueris?[16] Quæ † Genes.32.
respondit: † Vidi te domine quasi angelum dei, & conturbatum est cor meum præ 2.Reg.14.
timore glorię tuę.[17] Valde enim mirabilis es domine,& facies tua plena est gratiarũ.
[18] Cúmque loqueretur,rursus corruit, & penè exanimata est.[19] Rex autem turbaba-
tur,& omnes ministri eius consolabantur eum.

Exemplar epistolæ Regis Artaxerxis siue Assueri,quam pro Iudæis ad omnes regni sui pro-
uincias misit quod & ipsum in Hebraico volumine non habetur. XVI.

a. Rex autem pollicitus est nihil ipsa inuita se mandaturum, neq; volumacis eius vlla in re contraiturũ. Permisit etiam vt ipsius nomine quicquid vellet de Iudæis scriberet,& regio sig. lo obsignatas literas per omnes prouincias dimitteret. Ioseph. lib. 11. cap. 6. Antiq. Iudaica.

[1] Rex[a] magnus Artaxerxes ab India vsque Æthiopiam centum vigintiseptẽ A
prouinciarum ducibus ac principibus,qui nostræ iussioni obediunt,salu-
tem dicit.[2] Multi bonitate principum, & honore qui in eos collatus est,a-
busi sunt in superbiam, & non solùm subiectos Regibus nituntur oppri-
mere,sed datam sibi gloriam non ferentes,in ipsos qui dederunt, moliuntur insidias.
[4] Nec contenti sunt gratias non agere beneficiis,& humanitatis in se iura violare,sed
dei quoque cuncta cernentis arbitrantur se posse fugere sententiam.[5] Et in tãtum ve-
saniæ proruperunt, vt eos qui credita sibi officia diligenter obseruant, & ita cuncta
agunt,vt omni laude digni sint,mendaciorum cuniculis conentur subuertere,[6] dum
aures principum simplices, ex sua natura alios æstimantes, callida fraude decipiunt. B
[7] Quæ res & ex veteribus probatur historiis, & ex iis quæ geruntur quotidie, quo-
modo malis quorundam suggestionibus regum studia deprauentur.[8] Vnde proui-
dendum est paci omnium prouinciarum.[9] Nec putare debetis, si diuersa iubeamus,
ex animi nostri venire leuitate,sed pro qualitate & necessitate tẽporum,vt reipublicę
possit vtilitas,ferre sententiam.[10] Et vt manifestius quod dicimus,intelligatis,Hama Esa.14
filius Amadathi & animo & gente Macedo,alienúsque à Persarum sanguine, & pie-
tatem nostram sua crudelitate commaculans, peregrinus à nobis susceptus est:[11] &
tantam in se expertus humanitatem,vt pater noster vocaretur, & adoraretur ab om-
nibus,post Regem secundus:[12] qui in tantum arrogantiæ tumorem sublatus est,vt re
gno priuare nos niteretur & spiritu.[13] Nam Mardochæum,cuius fide & beneficiis vi C
uimus,& consortem regni nostri Esther,cum omni gente sua, nouis quibusdam atq;
inauditis machinis expetiuit in mortem,[14] hoc cogitans, vt illis interfectis insidiare-
tur nostræ solitudini, & regnum Persarum transferret in Macedonas.[15] Nos autem
à pessimo mortalium Iudæos nece destinatos, in nulla penitus culpa reperimus, sed
econtrario iustis vtentes legibus,[16] & filios altissimi & maximi sempérque viuentis Supra 4
dei,cuius beneficio & patribus nostris & nobis regnum est traditum,& vsque hodie
custoditur.[17] Vnde eas literas quas sub nomine nostro ille direxerat, sciatis esse irri-
tas.[18] Pro quo scelere ante portas huius vrbis,id est Susan,& ipse qui machinatus est,
& omnis cognatio eius pendet in patibulis:non nobis sed deo reddente ei quod me-
ruit.[19] Hoc autem edictum quod nunc mittimus,in cunctis vrbibus proponatur, vt D
liceat Iudæis vti legibus suis:[20] quibus debetis esse adminiculo, vt eos qui se ad necẽ
eorum parauerant, possint interficere tertiadecima die mensis duodecimi, qui voca-
tur Adar.[21] Hanc enim diem deus omnipotens mœroris & luctus eis vertit in gau- Supra 4
dium.[22] Vnde & vos inter cæteros festos dies hanc habetote diem, & celebrate eam Supra 4
cum omni lætitia,vt & in posterum cognoscantur,[23] omnes qui fideliter Persis obe-
diunt,dignam pro fide recipere mercedem:qui autẽ insidiantur regno eorum,perire
pro scelere.[24] Omnis autem prouincia & ciuitas quæ noluerit solennitatis huius esse
particeps, gladio & igne pereat, & sic deleatur, vt non solùm hominibus, sed etiam
inuia bestiis sit in sempiternum,pro exemplo contemptus & inobedientiæ.

B.Hieronymi

B.Hieronymi in librum Iob præfatio.

SOgor per singulos scripturæ diuinæ libros aduersariorũ respõdere maledictis:qui inter-
pretationem meã,reprehensionẽ Septuaginta interpretũ criminantur,quasi nõ & apud
Græcos Aquila,Symmachus,& Theodotiõ,vel verbũ è verbo,vel sensum è sensu,vel
ex vtroque cõmixtum & mediæ temperatũ genus translationis expresserint,& omnia veteris in-
strumenti volumina Origenes obelis astericisque distinxerint,quos vel additos,vel de Theodotio-
ne sumptos translationi antiquæ inseruit:probans defuisse quod additũ est. Discant igitur obtre-
ctatores mei recipere in toto,quod in partibus susceperunt, aut interpretationem meã cũ asteriscis
suis radere. Neque enim fieri potest, vt quos plura intermisisse susceperint, nõ eosdem etiã in qui-
busdam errasse fateãtur:præcipue in Iob, cui si ea quæ sub astericis addita sunt, subtraxeris, pars
maxima detruncabitur:& hoc duntaxat apud Græcos. Cæterum apud Latinos ante eã translà-
tionem quã sub asteriscis & obelis nuper edidimus, septingenti fermè,aut octingẽti versus desunt:
vt decurtatus & laceratus corrosúsque liber fæditatẽ sui publicè legentibus præbeat. Hæc autem
translatio nullũ de veteribus sequitur interpretẽ: sed ex ipso Hebraico Arabicóque sermone, &
interdũ Syro,nunc verba,nũc sensus,nũc simul vtrũque resonabit.Obliquus enim etiã apud He-
bræos totus liber fertur & lubricus,& quod Græci rhetores vocant,σκαριφισμένος,dum qui aliud
loquitur,aliud agit:vt si velis anguillã vel murænulam stricẽtis tenere manibus, quãto fortius pres-
seris,tanto citius elabitur.Memini me ob intelligentiã huius voluminis,Lyddæum quendam præ-
ceptorẽ,qui apud Hebræos primus haberi putabatur,nõ paruis redemisse nummis: cuius doctrina
an aliquid profecerim,nescio:hoc vnum scio,nõ potuisse me interpretari, nisi quod antè intellexe-
rã. A principio itaque voluminis vsque ad verba Iob,apud Hebræos prosa oratio est:porrò à ver-
bis Iob,in quibus ait,Pereat dies in qua natus sum,& nox in qua dictũ est,Cõceptus est homo:vs-
que ad eum locũ vbi ante finem voluminis scriptũ est:Idcirco ipse me reprehendo,& ago pœniten-
tiam in fauilla & cinere:hexametri versus sunt,dactylo spondeóque currentes,& propter linguæ
idioma crebro recipientes & alios pedes,nõ earundem syllabarum, sed eorundem temporũ. Inter-
dum quoque rhythmus ipse dulcis & tinnulus fertur numeris pedũ lege solutis: quod metrici ma-
gis quàm simplex lector intelligũt. A supradicto autem versu vsque ad finem libri, paruum cõma
quod remanet,prosa oratione contexitur. Quod si cui videtur incredulum,metra scilicet esse apud
Hebræos,& in morem nostri Flacci,Græcique Pindari,& Alcæi,& Sapphus,vel psalteriũ,vel
Lamentationes Ieremiæ,vel omnia fermè scripturarũ cantica comprehendi:legat Philonem,Iose-
phum,Origenem,Cæsariensem Eusebium:& eorũ testimonio me verum dicere comprobabit. Au-
diant quapropter canes mei,idcirco me in hoc volumine laborasse, nouo vt interpretationem an-
tiquam reprehenderem, sed vt ea quæ in illa aut obscura sunt,aut omissa,aut certè scriptorũ vitio
deprauata,manifestiora nostra interpretatione fierent:qui & Hebræum sermonem ex parte didi-
cimus : & in Latino penè ab ipsis cunabulis inter grãmaticos & rhetores & philosophos detriti
sumus.Quòd si apud Græcos post Septuaginta editionẽ,iam Christi euangelio coruscante,Iudæus
Aquila, & Symmachus ac Theodotion Iudaizantes hæretici sunt recepti, qui multa mysteria
Saluatoris subdola interpretatione celarunt,& tamen in hexaplis habẽtur apud Ecclesias, & ex-
planantur ab ecclesiasticis viris: quanto magis ego Christianus, & de parentibus Christianis na-
tus,& vexillum crucis in mea fronte portans,(cuius studium fuit omissa repetere,deprauata cor-
rigere,& sacramenta Ecclesiæ puro & fideli aperire sermone) vel à fastidiosis vel à malignis le-
ctoribus nõ debeo reprobari? Habeant qui volunt veteres libros vel in membranis purpureis auro
argentóque descriptos,vel uncialibus(vt vulgo aiunt)literis onera magis exarata, quam codices,
dummodo mihi meisque permittant pauperes habere schedulas,& nõ tam pulchros codices quàm
emendatos.Vtraque autem editio & Septuaginta iuxta Græcos, & mea iuxta Hebræos,in La-
tinum meo labore translata est.Eligat vnusquisque quod vult:& studiosum me magis quàm ma-
leuolum probet.

Alia eiusdem præfatio.

SI aut fiscellã iunco texerẽ,aut palmarũ folia cõplicarẽ,vt in sudore vultus mei comederẽ
panẽ,& ventris opus sollicita mẽte pertractarẽ,nullus morderet,nemo reprehẽderet.Nũc
autem quia iuxta sententiã Saluatoris,volo operari cibũ qui non perit,& antiquã dilu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

norum voluminũ viam sentibus virgultísque purgare, error mihi geminus insigitur: correctorvitiorum, falsarius vocor: & errores nõ auferre, sed serere. Tanta est enim vetustatis consuetudo, vt etiã confessa plerísque vitia placeãt: dum magis pulchros volunt habere codices quàm emendatos. Quapropter o fratres dilectíssimi, vnicũ nobilitatis & humilitatis exemplar, pro flabello, calathis, sportelliſque, munusculis monachorũ, spiritalia hæc & mansura dona suscipite, ac beatũ Iob, qui adhuc apud Latinos iacebat in stercore, & vermibus scatebat errorũ, integrũ immaculatúmque gaudete. Quomodo enim post probationẽ atque victoriã, duplicia sunt ei vniuersa reddita: ita ego in lingua nostra, vt audacter loquar, feci eũ habere quæ amiserat. Igitur & vos & vnũquemque lectorẽ solita præfatione cõmoneo, & in principiis librorũ eadem semper annectens rogo, vt vbicunque præcedentes virgulas videritis, sciatis ea quæ subiecta sunt in Hebraicis voluminibus nõ haberi. Porrò vbi stellæ imago præfulserit, ex Hebræo in sermone nostro addita sunt. Necnon & illa quæ haberi videbantur, & ita corrupta erant, vt sensum legentibus tollerent, orantibus vobis magno labore correxi: magis vtile quid ex ocio meo Ecclesiis Christi venturum ratus, quàm ex aliorum negocio.

Liber Iob.

Iob sanctitas pro conuiuantibus filiis quotidie domino sacrificat: & sua fœlicitate in summam versa miseriam, in laudes dei patienter prorumpit. Cap. I.

a Genealogię Iob variè fuerunt auctores, vt notatum est Genes. 22. d. & 36. c. Hunc dicit Philo accepisse in exorem Dinam filiam Iacob, & ex ea genuisse. 14. filios, & 6. filias, scilicet 7. filios, & 3. filias antequam percuteretur, & totidẽ post. hæc ille. Et quia primogenitus Nachor ex Melcha dicebatur Hus, à quo hæc terra dicta est, ideo dicunt Hebræi Iob esse de genere eius Hieron.

b. Mouetur eos ne quid indignum ab eximiis suis ageretur, sed ad dei cultum se præpararet.

Iob post commissi curat liberos suos sacrificandos, et à deo proponitur ęquam forma perfectæ religionis hominis & veræ sapientię.

c. Ang. si sancti.

d. Pẽdus spectatissimique angelus fidelem dei famulum inducatur, atque ex illi est plenis à scripto procellis tumultus, vastat, fugas, despondit quæ omnia innocentiæ & cõmoditate omnẽ simul consumpta hæredem. Tot annis laculis emissis nunc illatus. Prosper.

e. Diabolus ignem ex aëre iecit, vt opinetur in Iob de cœlo ignem demissum, & qui putauerit deum Iob de cœlo expugnare, blasphemet deum. Chryso. deprauentia Iob homil. 1.

f. Per quid putat dilectrix homo non erat qui hæc Iob narrabat, sed ipse diabolus hominis in speciem transformatus. Chrysi ibidem.

g. Nudus, nõ pecunijs tantum, sed eorum gloria: non e. go gloriam adipisci desiderem. Caryso. in Epist. ad Hebr. hom. 33. Vtique & fidelis amittere, & facultates Circum tamen in omnibus personam sapientię & iusti. sicut ille Germanię cõ dixit: Sicut domino placuit, ita factũ est. Amor. Offic. 1. c. 28. O felicissimũ illum, qui omnem patientiæ speciem à Iuerfus omnes diaboli vim expunxit. Quem non abacti greges, nõ ille in pecore damnũ, non filij vno ruinæ impetu adempti, nõ ipsius denique corporis vulnere cruciatus, aparetia (fide domino dedicata) excluſit, quẽ diabolus tot virtibus frustra excidit. Tertullia. de patientia.

IVr erat in terra Hus, nomine [a] Iob: † & erat vir ille simplex & rectus, ac timens deũ, & recedẽs à malo. † [2] Natiq; sunt ei septẽ filij, & tres filiæ. [3] Et fuit possessio eius, septẽ milia ouiũ, & tria milia camelorũ, quingenta quoq; iuga boũ, & quingentæ asinæ, ac familia multa nimis. Erátq; vir ille magnus inter omnes orientales. [4] Et ibant filij eius & faciebant conuiuia per domos, vnusquisq; in die suo. Et mittẽtes vocabat tres sorores suas, vt comederẽt & biberent cum eis. [5] Cúmq; in orbẽ trãsissent dies cõuiuij, † mittebat ad eos Iob, & [b] sanctificabat illos: consurgẽsq; diluculo offerebat holocausta per singulos. Dicebat enim: Ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint deo in cordibus suis. Sic faciebat Iob cũctis diebus. [6] Quadam autẽ die cum venissent [c] filij dei vt assisterent corã domino, affuit inter eos etiã Satan. [7] Cui dixit dominus: Vnde venis? Qui respondens ait: Circuiui terrã, & perambulaui eam. [8] Dixitq; dominus ad eum: Nunquid cõsiderasti seruũ meũ Iob, quòd non sit ei similis in terra, homo simplex & rectus, & timens deũ, ac recedẽs à malo? [9] Cui respondens Satan, ait: Nunquid frustra timet Iob deum? [10] Nónne tu vallasti eum, ac domũ eius, vniuersámq; substãtiam eius per circuitum? Operibus manuũ eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra. [11] Sed extẽde paululũ manum tuã, & tange cuncta quę possidet, nisi in faciẽ benedixerit tibi. [12] Dixit ergo dominus ad Satan: [d] Ecce vniuersa quæ habet, in manu tua sunt, tantùm in eum ne extendas manum tuam. Egressúsque est Satan à facie domini. [13] Cum autem quadam die filij & filiæ eius comederent, & biberent vinum in domo fratris sui primogeniti, [14] nuncius venit ad Iob, qui diceret: Boues arabant, & ãsinæ pascebantur iuxta eos, [15] & irruerunt Sabæi, tulerúntque omnia, & pueros percusserunt gladio: & euasi ego solus, vt nunciarem tibi. [16] Cúmq; adhuc ille loqueretur, venit alter, & dixit: [e] Ignis dei cecidit è cœlo, & tactas oues puerósque consumpsit: & effugi ego solus, vt nunciarem tibi. [17] Sed & adhuc illo loquẽte venit alius, & dixit: Chaldęi fecerunt tres turmas, & inuaserunt camelos, & tulerunt eos, necnon & pueros percusserunt gladio, & ego fugi solus, vt nunciarem tibi. [18] Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intrauit, & dixit: † Filiis tuis & filiabus vescentibus & bibẽtibus vinũ in domo fratris sui primogeniti, [19] repentè ventus vehemens irruit à regione deserti, & cõcussit quatuor angulos domus, quę corruẽs oppressit liberos tuos, & mortui sunt: & effugi ego solus, vt nunciarẽ tibi. [20] Tunc surrexit Iob, & scidit vestimenta sua, & tonso capite corruens in terram, adorauit, [21] & dixit: † [g] Nudus egressus sum

† Iob. 2. a

† Iob. 4. d. 7. 4. 2. d. Fortunio.

† 42. 16. d. Sicut in 3. Ecclesi. & 1. Timoth. 6. Philipp. 2. Iudic. 5. c. † 42. 16. d. Sicut in quo.

sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, dominus abstulit: sicut domino placuit, ita factum est: sit nomen domini benedictum. † [22] In omnibus his non peccauit Iob labiis suis, neque stultum quid contra deum locutus est.

Externis Iob tentatus & filiis, corpore simul à Satan, & animo ab vxore tentatur: à tribus tamen compatientibus amicis visitatus. II.

† Iob. 2. a

A EActum est autem, † cum quadam die venissent [a] filij dei, & starent coram domino, venisset quoque Satan inter eos, & staret in conspectu eius, [3] vt diceret dominus ad Satan, * Vnde venis? Qui respondens ait: Circuiui terram, & perambulaui eam. [4] Et dixit dominus ad Satan: Nunquid considerasti seruum meũ Iob, quòd non sit ei similis in terra? vir simplex & rectus, ac timens deũ,

B & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam? Tu autem commouisti me aduersus eum, vt affligerem eum frustra. [5] Cui respondens Satan, ait: Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua. [6] Alioquin [b] mitte manum tuam, & tange os eius & carnem, & tunc videbis quòd in faciem [c] benedicat tibi. † [7] Dixit ergo dominus ad Satã: Ecce in manu tua est, [d] * veruntamen animam illius serua. [8] Egressus igitur Satan à facie domini, percussit Iob vlcere pessimo, à planta pedis vsque

C ad verticem eius. [9] Qui tecta saniem radebat, sedens in sterquilinio. [10] Dixit autem illi vxor sua: * Adhuc tu permanes in simplicitate tua? Benedic deo, & morere. [11] Qui ait ad illam. † [e] Quasi vna de stultis mulieribus locuta es. [f] * Si bona suscepimus de manu dei, mala quare non sustineamus? † In omnibus his [g] non peccauit Iob labiis suis. [12] Igitur audientes tres amici Iob omne malum quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo, Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites. Cõ

D dixerant enim vt pariter venientes visitarent eum, & consolarentur. [13] Cúmque eleuassent procul oculos suos, non cognouerunt eum. Et exclamantes plorauerunt, scissísque vestibus sparserunt puluerem super caput suum in cœlum. [14] Et sederunt cum eo in terra septem diebus, & septem noctibus: & nemo loquebatur ei verbum. Videbant enim dolorem esse vehementem.

Iob præsentis vitæ pertæsus, fœlicémque ducens iustorum exitum, nimia doloris angustia pressus, suam tamen fatetur innocentiam. III.

Numer. 23. d

A DOst hæc aperuit Iob os suũ, & maledixit diei suo, [2] & locutus est: † [a] [3] Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, Conceptus est homo. [4] Dies ille vertatur in tenebras: Non requirat eum deus desuper, & non illustretur lumine. [5] Obscurẽt eum tenebræ, & vmbra mortis. Occupet eum caligo, & inuoluatur amaritudine. [6] Noctem illam tenebrosus turbo possideat. Non

B computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus. [7] Sit nox illa solitaria, nec laude digna. [b] [8] Maledicant ei, qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leuiathã. † [9] Obtenebrentur stellæ caligine eius. Expectet lucem, & non videat, nec ortum surgentis auroræ: [10] Quia non concluſit ostia ventris qui portauit me, nec abstulit mala ab oculis meis. [11] Quare non in vulua mortuus sum? quare egressus ex vtero non statim perij? [12] Quare exceptus genibus? cur lactatus vberibus? [13] Nunc enim dormiens

C filerem, & somno meo requiescerem, [14] cum Regibus & consulibus terræ, qui ædificant sibi solitudines: [15] aut cum principibus qui possident aurum, & replent domos suas argento. [16] Aut sicut abortiuum absconditum non subsisterem, vel qui concepti non viderunt lucem. [17] Ibi impij cessauerunt à tumultu, & ibi requieuerunt fessi robore, [18] & quondam vincti pariter sine molestia. Non audierunt vocem exactoris.

D [19] Paruus & magnus ibi sunt, & seruus liber à domino suo. [20] Quare misero data est lux, & vita iis qui [c] in amaritudine animæ sunt? [21] Qui expectant mortem, & non venit: quasi effodientes thesaurum. [22] gaudéntque vehementer cum inuenerint sepulchrum: [23] Viro cuius abscondita est via, & circundedit eum deus tenebris? [d] [24] Antequam comedam suspiro, & tanquam inundãtes aquæ, sic rugitus meus: [25] quia timor quem timebam, euenit mihi: & quod verebar, accidit. Nónne dissimulaui? Nónne silui? Nónne quieui? Et venit super me indignatio.

a. Filij dei non solum angeli, sed & iusti intelliguntur, inter quos se diabolus sępe immiscet ad eos examinãdos, nullo dei hoc permittente iudicio. Beda ibid.

* Sathanæ cũ Deo colloqua tur.

b. Hoc est, da potestatem. Hanc enim nec in porcis habuit diabolus, nisi ille dedisset. Prosper.

c. Id est maledicat.

d. Magna potestas, magna gratia, quam imperat diabolo vt se ipse destruat. Sic enim destruit, cum homini quẽ tentando supplantare studet, ex insimo fortiorem efficit, quia dũ carnẽ debilitat, mentem eius corroborat. Amb. de pœnitẽt. li. 1. cap. 11.

* Satan sine permissu Dei non potest nocere ipsi Iob.

* Tentatur Iob ab vxore.

e. Statim ille tentam primi hominis recordatus. Hęc nonam, atque in illo illum inimicum qui præstabatur expugnans aut: Quali vna, &c. Prosper.

f. Hoc est, à bonis superuenientibus incõmodamus, quare non & aduersis accidentibus conforcemur? Adonis tolerare sapięti virtutis exercitium, insipienti præsumptionis est occasio. Ambr. Ser. 43.

Prospera & aduersa à Deo. g. Iam per virũ illũ potentem trãsitura Christi vestigia in gentes signabantur, de quibus Dauid in persona eius dicitur Idumæã extendam calceamentum meum. Prosper.

a Cõqueritur de illa hora in qua orta, vnde in tantam lapsus est miseriam. Nam cognouerat, nasci, malorũ omnium esse principium: & ideo diẽ qua natus est, perire optauit, vt tollerentur origo incommodorum: & optauit perire diem generationis suæ vt diem resurrectionis acciperet. Ambr. de resurrectio.

b. Sed & Iob non suæ spiritu sancto loquente maledicebat diem natiuitatis suæ, dicens, Pereat dies, &c. Quòd & non tibi videtur hæc Iob diuino & prophetico spiritu loqui, ex iis cõfidera quæ sequuntur. Addit enim, Maledicant ei, &c. Vidè ergo quomodo in spiritu sancto prædixit de magno cero, vel Leuiathan, quę interfecturus esset dominus, cuius typus erat ceto ille Ionæ. Cyrillus in Leuiticum, lib. 8.

c. Amaro sunt animo.

d. In hac deploratione Iob tria præcipuè considerãda: primo quòd vitam suam sibi odiosam ostendit: secũdò magnitudinem suæ miseriæ: tertiò suam in his omnibus innocẽtiam. S. Tho. ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eliphaz odium vitæ Iob,desperationi:magnitudinem amaritudinis,impatientiæ:ac innocentiæ confessionem,præsumptioni deputat. IIII.

a Themanites à Themã ciuitate Arabiæ, quæ est in regione Idumææ Seir, regia principum Edom Genesis 36. positionis, procul à Petra vrbe Arabiæ 100 passuũ, cuius hic Eliphaz vltimus fuisse dicitur princeps, dicit aliquãdo pauorem horrere præstãti militem Romanorum.

Nititur Eliphaz probare Iob esse impium ex afflictione, communi omnium carnalium argumento.

b Aut hæc audisse se dicit, aut dicit se deo horrasse, quia nemo mundus coram domino vt deum vt est videat. Augustin. in Annot. in Iob.

1 REspondens autem Eliphaz a Themanites dixit: 2 Si cœperimus loqui tibi, forsitan molestè accipies. Sed conceptum sermonem tenere quis poterit? 3 Ecce docuisti multos,& manus lassas roborasti: 4 vacillantes cõfirmauerunt sermones tui,& genua tremẽtia confortasti. 5 * Nunc autẽ venit super te plaga,& defecisti:tetigit te,& conturbatus es. 6 Vbi est timor tuus, fortitudo tua,patientia tua,& perfectio viarum tuarum? 7 Recordare obsecro te, quis vnquam innocens periit? aut quando recti deleti sunt? 8 Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem,& seminant dolores,& metunt eos,9 flante deo perisse,& spiritu iræ eius esse consumptos. 10 Rugitus leonis,& vox leænæ,& dentes catulorum leonũ contriti sunt. 11 Tigris periit, eo quòd non haberet prædam: & catuli leonis dissipati sunt. 12 Porrò ad me dictum est verbum absconditum, & quasi furtiuè suscepit auris mea venas susurrij eius. 13 In horrore visionis nocturnæ,quando solet sopor occupare homines,14 pauor tenuit me,& tremor,& omnia ossa mea perterrita sunt. 15 Et cũ spiritus me præsente transiret, inhorruerunt pili carnis meæ. 16 Stetit quidam, cuius non agnoscebam vultum,imago coram oculis meis,& vocem quasi auræ lenis audiui. b 17 Nunquid homo dei comparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit vir? 18 Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles: † & in angelis suis reperit prauitatem: 19 Quanto magis ij qui habitant domos luteas,qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut à tinea? 20 De mane vsque ad vesperam succidentur, & quia nullus intelliget,in æternum peribunt. 21 Qui autem reliqui fuerint,auferentur ex eis,morientur,& non in sapientia.

Aduersitates nullum nisi peccati conscium lædere, Eliphaz probare ex diuina in rebus prouidentia nititur. V.

a Superbum.

b. Dignum duxi maledictione.

4 VOca ergo si est qui tibi respondeat,& ad aliquem sanctorum conuertere. 2 Virum a stultum interficit iracundia, & paruulum occidit inuidia. 3 Ego vidi stultum firma radice,& b maledixi pulchritudini eius statim. 4 Longe fient filij eius à salute, & conterentur in porta, & non erit qui eruat. 5 Cuius messem famelicus comedet,& ipsum rapiet armatus, & bibent sitientes diuitias eius. 6 7 Nihil in terra sine causa fit,& de humo non egredietur dolor. 7 Homo ad laborem nascitur, & auis ad volatum, 8 Quamobrem ego deprecabor dominum,& ad deum ponam eloquium meum. 9 Qui facit magna & inscrutabilia,& mirabilia absque numero. 10 * Qui dat pluuiam super faciem terræ,& irrigat aquis vniuersa. 11 Qui ponit humiles in sublime,& mœrẽtes erigit sospitate. 12 Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum quod cœperant. † 13 Qui apprehendit sapientes in astutia eorum,& consilium prauorum dissipat. 14 Per diem incurrent tenebras,& quasi in nocte sic palpabunt in meridie. 15 Porrò saluum faciet egenum à gladio oris eorum,& de manu violenti pauperem. 16 Et erit egeno spes:iniquitas autem cõtrahet os suum. † 17 * Beatus homo qui corripitur à deo. Increpationem ergo domini ne reprobes: 18 quia ipse vulnerat & medetur: percutit, & manus eius sanabunt. d 19 In sex tribulationibus liberabit te,& in septima non tanget te malum. 20 In fame eruet te de morte,& in bello de manu gladij. 21 A flagello linguæ abscondêris,& non timebis calamitatem cum venerit. e 22 In vastitate & fame ridebis, & bestias terræ nõ formidabis. 23 Sed cum lapidibus regionum pactum tuum:& bestiæ terræ pacificæ erunt tibi. 24 Et scies quòd pacem habeat tabernaculum tuum:& visitans speciem tuam,non peccabis. 25 Scies quoque quoniam multiplex erit semen tuum,& progenies tua quasi herba terræ. f 26 Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo. 27 Ecce hoc vt inuestigauimus,ita est:quod auditum,mente pertracta.

c Hoc est. Terra sterilitatem non adscribitur, sed hominis desidiæ, vt deo agnoscat prouidentiam.

* Argumenta iustitiæ dei.

d Patientes fouet remittendo tribulationes, ab omnibus tandem liberabitur.

e Nihil efficiet nocere potest, neque fames, neq; bestiæ, neq; lapis, neq; terra, & huiusmodi.

f Hoc est, cum dicatur semper vltima vitæ rationibus, adeo tamen nõ defecturus quidem ut posteritas imitatione eorum patrimonia habitabit. Ruper. super cap. 19. Oseæ.

Iobi iustitia a Deo approbatur. Deque dicitur. 2. Ecclesiastici. quinq; sine.

Iob fuis fceleribus grauiora paſſus,extremam illam miſeriam ſuis peccatis non commeruiſſe defendit. VI.

Respondens

A

*Pœnã esse sua culpa grauiorem dicit Iob.

1 REspondens autem Iob,dixit: 2 *Vtinam appenderentur peccata mea quibus iram merui,& calamitas quam patior,in statera? 3 quasi arena maris hęc grauior appareret:vnde & verba mea dolore sunt plena: 4 quia sagittæ domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum, & terrores domini militant contra me. † 5 Nunquid rugiet onager cum habuerit herbam,aut mugiet bos cũ ante præsẽpe plenum steterit? 6 Aut poterit comedi insulsum,quod non est sale cõditum? Aut potest aliquis gustare,quod gustatum affert mortem? † *Animæ enim esurienti

* Iob humana patitur optando sibi mortem.

B etiam amara dulcia esse videntur. 7 Quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt. 8 Quis det vt veniat petitio mea:& quod expecto,tribuat mihi deus? 9 & qui cœpit,ipse me conterat? Soluat manum suam,& succidat me: 10 & hæc mihi sit consolatio,vt affligens me dolore,non parcat: nec contradicam sermonibus sancti. 11 Quæ est enim fortitudo mea,vt sustineam? aut quis finis meus, vt patienter agam? 12 Nec fortitudo lapidum fortitudo mea,nec caro mea ænea est. † 13 Ecce nõ est auxilium mihi in me,& b necessarij quoque mei recesserunt à me. 14 * Qui tol-

2. Hoc est. Si affligeret me vsque ad mortem,nõ cessarem à laudibus eius.

b. Conqueritur se derelictum ab amicis cum præter meritum afflagatur.

C lit ab amico suo misericordiam, timorem domini derelinquit. 15 Fratres mei præterierunt me sicut torrens qui raptim transit in conuallibus. 16 Qui timent pruinam,irruet super eos nix. 17 Tempore quo fuerint dissipati,peribunt: & vt incaluerint,soluẽtur de loco suo. 18 Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorum:ambulabunt in vacuum,& peribunt. 19 Considerate semitas Theman,itinera Saba,& expectate paulisper. 20 Cõfusi sunt,quia speraui. Venerũt quoque vsque ad me,& pudore cooperti sunt. 21 Nũc venistis,& modò videtes plagam meam timetis. 22 Nunquid dixi: Afferte mihi, & de substantia vestra donate mihi? 23 vel,Liberate me de manu hostis, & de manu robustorũ eruite me? 24 Docete me,& ego tacebo:& si quid forte ignoraui, instruite me. 25 Quare detraxistis sermonibus veritatis, cum è vobis nullus sit qui possit arguere me? 26 Ad increpandum tantùm eloquia concinnatis, & in ventum verba profertis. 27 Super pupillum irruitis, & subuertere nitimini amicum vestrum. 28 Veruntamen quod cœpistis,explete. Præbete aurem,& videte an mentiar. 29 Respondete obsecro absque contentione,& loquentes id quod iustum est iudicate: † 30 & non inuenietis in lingua mea iniquitatem,nec in faucibus meis stultitia personabit.

Viuere,non nisi laborem esse,& mortem cito gradu festinare,ideo pœnitendum esse de peccatis Iob manifestat. VII.

a. Omnis igitur vita nostra locustæ est. Chry. hom. 15. in 2. c. Matth. Nomine itaq; mundi est homini tẽpus super terrã? Ecclesiast. 8. Omnis vita nostra citatio est. Græc. Quia enim incerto est vita hominis super terrã, merito in terra homini nõ gloria sed pax est quærenda: pax cum deo, pax cum proximo, pax cum ipsomet. Bernar. in festo omnium sanctor. Ser. 1.

1 MIlitia † a est vita hominis super terram,& sicut dies mercenarij, dies eius. 2 Sicut ceruus desiderat vmbram,& † sicut mercenarius præstolatur finẽ operis sui: 3 sic & ego habui menses vacuos,& noctes laboriosas enumeraui mihi. 4 Si dormiero,dicam, Quando cõsurgam? & rursum expectabo vesperam,& replebor doloribus vsque ad tenebras. 5 Induta est caro mea putredine,& sordibus pulueris:cutis mea aruit,& contracta est. 6 Dies mei velocius transierunt, quàm à texente tela succiditur, & consumpti sunt absque vlla spe. 7 Memento quia ventus est vita mea, & non reuertetur oculus meus vt videat bona: 8 nec aspiciet me visus hominis. † Oculi tui in me,& nõ subsistam. 9 Sicut cõsumitur nubes, & pertranſit: sic qui descenderit ad inferos,non ascendet, 10 nec reuertetur vltrà in domum suam,neque cognoscet eum amplius b locus eius. 11 Quapropter & ego nõ parcam ori meo,loquar in tribulatione spiritus mei:cõfabulabor cum amaritudine animæ meę. 12 Nunquid mare ego sum,aut cetus,quia circundedisti me carcere? 13 Si dixero,Consolabitur me lectulus meus,& releuabor loquẽs mecum in stratu meo, 14 terres me per somnia,& per visiones horrore concuties. 15 Quamobrem elegit suspendium anima mea,& mortem ossa mea. 16 Desperaui,nequaquam vltrà iam viuã. Parce mihi,nihil enim sunt dies mei. 17 Quid est homo,quia magnificas eũ? aut quid apponis erga eum cor tuum? 18 Visitas eũ diluculo,& subitò probas illũ. † 19 Vsquequo nõ parcis mihi,c nec dimittis me vt glutiam saliuam meam? 20 Peccaui. Quid faciam tibi ô custos hominum? d Quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimet ipsi grauis? 21 Cur non tollis peccatum meum? & quare non aufers iniquitatem meam?

b. Locus enim hominis deus est extra quem nusquã benè est. Non dixit, Neque cognoscet amplius locum suum, sed, neq; cognoscet eũ amplius locus eius, quia profectò postquã discesserimus, Nescio vos, neminẽ dimittorum cognoscit deus nemineq; perditorũ cognoscet amplius. Rupertus super Genesin. cap. 3.

c. Non me finis respirare, nec etiam ad horam.

d. Posuisti enim, cum non prohibuisti: aliquam ipse me posui, & factus sum mihimet ipsi grauis. Bernard. super cant. Ser. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecce nunc in puluere dormiam: & si mane me quæsieris, non subsistam.

Reuocat Iob Baldad Suhites ad peccatorum confessionem & resipiscentiã, ex benedictione resipiscentium, & maledictione hypocritarum. VIII.

a. Suhites à Suhi: quam & Suetam vocant ciuitas est Bathanææ regionis, 10000. distans à Corozaim contra aquilonem. Apud quã ætate nostra statu anni tẽpore aguntur celeberrimæ nundinæ ex tota Syriæ Mesopotamia, Arabia, & Aegypto. Sepulchralis apud eã pyramis est, quã plerique putant esse ipsius Iob, ex ueri illius Baldad Suhitæ, qui his locis imperarit. Nã Hiero. refert, domum Iob fuisse in Astarusa regione Itu Ziegleros.

* Hoc est, in sepulchrum, vel gehennam iniquitatis eorum debitam.

b. Grandis reuera uecordia est & amentia, fictè & simulatè agere ante deũ, quod eis in prosperum nõ proceder, cum ille scrutator sit cordis & renũ. Tales in euangelijs arguuntur qui sunt ornati dotoris quasi specie sanctitatis, & intus peccati putredine pleni sunt, ut sepulchra mortuorum. Hiero. ibid.

RESpondens autem Baldad[a] Suhites, dixit: [2] Vsquequo loquêris talia, & spiritus multiplex sermonis oris tui? [3] Nunquid deus supplãtat iudicium, aut omnipotens subuertit quod iustum est? [4] Etiam si filij tui peccauerũt ei, & dimisit eos* in manu iniquitatis suæ, [5] tu tamen si diluculo consurrexeris ad deum, & omnipotentem fueris deprecatus, [6] si mundus & rectus incesseris, statim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ: [7] in tãtum vt si priora tua fuerint parua, & nouissima tua multiplicentur nimis. [8] Interroga enim generationem pristinam, & diligenter inuestiga patrum memoriam: †[9] (hesterni quippe sumus, & ignoramus quoniam sicut vmbra dies nostri sunt super terram:) [10] & ipsi docebunt te. Loquẽtur tibi, & de corde suo proferẽt eloquia. [11] Nunquid virere potest scirpus absque humore, aut crescere carectum sine aqua? [12] Cum adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit: [13] sic viæ omnium qui obliuiscuntur deum, & spes hypocritæ peribit. [b 14] Non ei placebit vecordia sua, & sicut tela aranearum fiducia eius. [15] Innitetur super domum suam, & non stabit: fulciet eam, & non consurget. [16] Humectus videtur antequam veniat Sol, & in ortu suo germẽ eius egredietur. [17] Super aceruum perrarum radices eius densabuntur, & inter lapides commorabitur. [18] Si absorbuerit eum de loco suo, negabit eum, & dicet: Non noui te. [19] Hæc est enim lætitia viæ eius, vt rursum de terra alij germinentur. [20] Deus non proiiciet simplicẽ, nec porriget manum malignis, [21] donec impleatur risu os tuũ, & labia tua iubilo. [22] Qui oderunt te, induentur confusione: & tabernaculum impiorum non subsistet.

Deut. 32. a †Psal. 149. a

Iustitiæ dei comparata hominis iustitia, nulla est, vtpote cui nemo resistere potest. IX.

* id est, homo deo cõparatus, nihil est.
a. Non dicit simpliciter, non iustificabitur, sed in cõspectu dei, vel deo cõparatus, hoc est, si ad summam dei iustitiam comparetur peccator, & iuxta illam examinetur, vel si cõtenderet cum eo aut mandata eius omnia. Euthym. Psal. 142.
b. Quod vero & de filio asperse intelligendum sit, & solus appelletur, etsi nõ qua iniquo patre aliquid fecisse credatur, etiam hic habes. Qui extendit cælos solus, &c. Nanq; euangelium dominũ docuit nos quòd in mari non pater, sed filius ambulauit, quando Petrus rogauit eũ dicẽs: Domine, iube me venire ad te. Am. lib. 1. cap. 2. Officio.
c. vide lingula, potentibus ira sua grauis est, improbis nequitia, iustis conditionis infirmitas. Ita nihil periculo vacat. Fortitudo & magnitudo virtus potestate decipitur, improbitas affligatur, virtus rideatur. Am. de interpella. lib. 3. c. 6.

ET respõdens Iob, ait: [a 2] Verè scio quòd ita sit, * & quòd [a] nõ iustificetur homo compositus deo. [3] Si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei vnum pro mille. [4] Sapiẽs corde est, & fortis robore. Quis restitit ei, & pacem habuit? [5] Qui transtulit montes, & nescierunt ij quos subuertit in furore suo. [6] Qui commouet terram de loco suo, & columnæ eius concutiuntur. [7] Qui præcipit Soli, & nõ oritur, & stellas claudit quasi sub signaculo. [8] Qui extendit cœlos [b] solus, & graditur super fluctus maris. [9] Qui facit Arcturũ, & Oriona, & Hyadas, & interiora austri. [10] Qui facit magna & incomprehensibilia, & mirabilia, quorũ nõ est numerus. [11] Si venerit ad me, non videbo eum: si abierit, nõ intelligam. [12] Si repente interroget, quis respõdebit ei? Vel quis dicere ei potest: † Cur ita facis? [13] Deus, cuius iræ nemo resistere potest: & sub quo curuantur qui portant orbem. [14] Quãtus ergo sum ego, vt respondeam ei, & loquar verbis meis cum eo? [15] Qui etiã si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor. [16] Et cum inuocantem me exaudierit, non credo quòd audierit vocem meam. [c 17] In turbine enim conteret me, & multiplicabit vulnera mea etiam sine causa. [18] Non cõcedit requiescere spiritum meum, & implet me amaritudinibus. [19] Si fortitudo quæritur, robustissimus est. Si æquitas iudicij, nemo audet pro me testimoniũ dicere. † [20] Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me. † Si innocentem ostendero, prauum me cõprobabit. [21] Etiã si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, & tædebit me vitæ meæ. [22] Vnum est quod locutus sum, & innocentẽ & impium ipse consumit. [23] Si flagellat, occidat semel, & non de pœnis innocentum rideat. [24] Terra data est in manus impij, vultum iudiciũ eius operit. Quòd si nõ ille est, quis ergo est? [25] Dies mei velociores fuerunt cursore: fugerunt, & non viderunt bonũ. [26] Pertransierunt quasi naues poma portantes, sicut aquila volans ad escam. [27] Cum dixero, Nequaquã ita loquar: cõmuto faciem meam, & dolore torqueor. [28] Verebar omnia opera mea, sciẽs quòd non parceres delinquenti. [29] Si autẽ & sic impius sum, quare frustra laborauí? [30] Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissimæ manus meę: [31] tamen sordibus

Deus. 11. a †Psal. 148. a

Deut. 10. a. 2. Chron. 2. Eccle. 8. a Prouerb. 8.

†Deus. 18. a. 2. Chron. 6. †Infra 10. d. De pœnit. dist. 2. can. Sapiẽs. 10. Iudic. 11. d

bus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea. [32] Neque enim viro qui similis mei est, respondebo: nec qui mecum in iudicio ex æquo possit audiri. [33] Non est qui vtrunque valeat arguere, & ponere manum suam in ambobus. [34] Auferat à me virgam suam, & pauor eius nõ me terreat. [35] Loquar, & non timebo eum. Neq; enim possum metuens respondere.

Iob præ nimia aduersitate deum fatetur suæ pœnæ authorem, sed an propter peccatum, an propter innocentiam, id verò se ignorare: vnde præoptat fuisse abortum. X.

a. Magna fides, magna authoritas conscientiæ, dell testẽ meritis suæ accersiri. Quod cõditionis est, non negare quod impietatis est, repellere: quod infirmitatis est, fateri. Peccasse cõditionis est, quia nemo immunis lapsus est. Impie agere nõ cõditionis est, sed perfidiæ, & nequissimæ mentis venenum. Amb. De interpella. lib. 2. cap. 6.
b. Quanta deploratio sancti viri pro communi infirmitate, quanta commendatio nitet authoritas, quòd deus hominem manibus suis fecerit? Amb. ibid.
c. Donec veniret defidera tus ille qui sanguine suo deleret chirographum dãnationis nostræ, & simul arcingens gladio, aperiret credentibus regna cælorũ, nullus omnino cuiquam sanctorũ ad ea patebat accessus, sed prouiderat eis dominus in inferno ipso locũ quietis & refrigerij, chaos magnum firmans inter sanctas illas animas & animas impiorum. Quãuis enim veræque in tenebris essent, non tamen cruciabantur in pœnis, sed cruciabantur impij, isti vero consolabantur. Quòd autem in tenebris essent, beati Iob testimonio didicimus, qui se quoque in locum tenebrosum & opertum mortis caligine perlubebat iturum. Hunc ergo locum obscurũ quidẽ, sed quietum, sinum Abrahæ dominus vocat. Bernardus in festo omnium sanctorum, Ser. 4.
Deum incomprehẽsibilem ostendit.

PÆdet animam meam vitæ meæ, dimittam aduersum me eloquiũ meum. Loquar in amaritudine animæ meæ: [a 2] dicam deo, Noli me condemnare. Indica mihi cur me ita iudices? [3] Nũquid bonum tibi videtur si calumnieris me, & opprimas me, opus manuum tuarum, & consilium impiorũ adiuues? [4] Nunquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo, & tu videbis? [5] Nũquid sicut dies hominis, dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora, [6] vt queras iniquitatem meam, & peccatum meum scruteris? [7] Et scias quia nihil impium fecerim, † cũ sit nemo qui de manu tua possit eruere. [b 8] Manus tuæ domine fecerũt me, & plasmauerunt me totum in circuitu: & sic repente præcipitas me? [9] Memento quæso quòd sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me. [10] Nónne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? [11] Pelle & carnibus vestisti me, ossibus & neruis cõpegisti me. † [12] Vitam & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodiuit spiritum meum. [13] Licet hæc celes in corde tuo, tamen scio quia vniuersorum memineris. [14] Si peccaui, & ad horam pepercisti mihi, cur ab iniquitate mea mundum me esse nõ pateris? [15] Et si impius fuero, vę mihi est: & si iustus, nõ leuabo caput, saturatus afflictione & miseria. [16] Et propter superbiam quasi leænam capies me: reuersúsque mirabiliter me crucias. [17] Instauras testes tuos contra me, & multiplicas iram tuam aduersum me, & pœnę militant in me. † [18] Quare de vulua eduxisti me? Qui vtinam cõsumptus essem, ne oculus me videret. [19] Fuissem quasi non essem, de vtero translatus ad tumulum. [20] Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? † Dimitte ergo me, vt plãgam paululum dolorem meum [21] antequam vadam & non reuertar, ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine, [22] terram miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitans.

Zophar iniustè asserit ob peccata Iob fuisse percussum, deum incomprehensibilem ostendens, & tamen pœnitenti misericordem. XI.

Pœnitenti deum fore misericordem pronũtiat.

RESpondens autem Zophar Naamathites, dixit: [2] Nunquid qui multa loquitur, non & audiet, aut vir verbosus iustificabitur? [3] Tibi soli tacebũt homines, & cum cæteros irrideris, à nullo confutaberis? [4] Dixisti enim: † Purus est sermo meus, & mundus sum in conspectu tuo. [5] Atque vtinã deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi, [6] vt ostenderet tibi secreta sapientiæ, & quòd multiplex esset lex eius: & intelligeres quòd multo minora exigaris ab eo, quam meretur iniquitas tua. [7] Forsitan vestigia dei comprehẽdes, & vsque ad perfectum omnipotentem reperies? [8] Excelsior cœlo est, & quid facies? Profundior inferno, & vnde cognosces? [9] Longior terra mensura eius, & latior mari. [10] Si subuerterit omnia, vel in vnum coartauerit, quis contradicet ei? vel quis dicere ei potest, Cur ita facis? [11] Ipse enim nouit hominum vanitatem, & videns iniquitatem, nónne consíderat? [12] Vir vanus in superbiam erigitur, & tãquam pullum onagri se liberum natũ putat. [13] Tu autem firmasti cor tuum: & expandisti ad eum manus tuas. [14] Si iniquitatem quæ est in manu tua, abstuleris à te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia: [15] tũc leuare poteris faciem tuam absq; macula, & eris stabilis, & non timebis. [16] Miseriæ quoque obliuiscéris, & quasi aquarum quæ præterierunt, non recordaberis: † [17] & quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam. Et cum te consumptum putaueris, orieris vt lucifer, [18] & habebis fiduciam proposita tibi spe, & defossus securus dormies. [19] Requiescés, & non erit qui te exterreat: & deprecabuntur faciem tuam plurimi. [20] Oculi autem impiorum deficient, & effugiũ peribit ab eis, & spes eorum tuam plurimi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

spes illorum abominatio animæ.

Iob neminem dei potentiam ignorare, ex creaturarum gubernatione narrat, quarum status variat pro arbitrio. XII.

*Hoc est soli estis intelligentes & sapientes.

REspondens autem Iob, dixit: *[2] Ergo vos estis soli homines, & vobiscum morietur sapiētia? [3] Et mihi est cor sicut & vobis, nec inferior vestri sum. Quis enim hæc quæ nostis ignorat? †[4] Qui deridetur ab amico suo sicut ego, inuocabit deum, & exaudiet eum. Deridetur enim iusti simplicitas, [5] lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum. [6] Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant deum, cum ipse dederit omnia in manus eorum. [7] Nimirum interroga iumenta, & docebunt te: & volatilia cœli, & indicabunt tibi. [8] Loquere terræ, & respondebit tibi, & narrabūt pisces maris. [9] Quis ignorat quòd omnia hæc manus domini fecerit? [10] In cuius manu anima omnis viuentis, & spiritus vniuersæ carnis hominis. †[11] Nónne auris verba diiudicat, & fauces comedentis saporem? [12] In antiquis est sapiētia, & in multo tēpore prudentia. [13] Apud ipsum est sapientia & fortitudo, & ipse habet consilium & intelligentiam, †[14] Si destruxerit, nemo est qui ædificet: si incluserit hominem, nullus est qui aperiat. [15] Si cōtinuerit aquas, omnia siccabuntur: & si emiserit eas, subuertēt terram. [16] Apud ipsum est fortitudo & sapientia. Ipse nouit & decipiētem, & eum qui decipitur. [17] Adducit consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem. [18] Baltheū Regum dissoluit, & præcingit fune renes eorum. [19] Ducit sacerdotes inglorios, & optimates supplantat. [20] Cōmutans labium veracium, & doctrinā senum auferens. [21] Effundit despectionē super principes: & eos qui oppressi fuerant, releuat. [22] Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem vmbram mortis. [23] Qui multiplicat gentes, & perdit eas, & subuersas in integrum restituit. [24] c Qui immutat cor principū populi terræ, & decipit eos vt frustra incedant per inuium. [25] Palpabunt quasi in tenebris & nō in luce, & errare eos faciet quasi ebrios.

a. Cum igitur iusta & omnipotens prouidētia dei incessabiliter vniuersa diiudicet, & nemo in hunc mūdum veniat, neque ab hoc mundo exeat, nisi eo ortu atque decessu quem rerum arbiter secūdum altissimā scientiam suam sapientiāq; decernat, sicut scriptum est in libro Iob, Quis ignorat quid omnia hæc, &c. Amb. De vocatione Gentium li. 2. ca. 8.

b. Vt fecit cōtra Aegyptios rum magos, qui dicebant Pharaone rege Chaldæorum non esse venturum ad vastādam Aegyptum: siue ipsum Nabuchodonosor in amentiam vertens, vel Balthazar timore concutiens. Hier. ibidem.

c. Reconciliat corda principū terræ, qui prius persequebatur ecclesiam: & educit eos in viam quam nō nouerāt. Aug. in Annotatio. in Iob.

Iob amicos suos ex eorum verbis arguit, & hypocritas, pœnitentibus salutem promittens, damnat. XIII.

ECce omnia hæc vidit oculus meus, & audiuit auris mea, & intellexi singula. [2] Secundum sciētiam vestram & ego noui, nec inferior vestri sum. [3] Sed tamen ad omnipotentem loquar, & disputare cū deo cupio: [4] prius vos ostendens fabricatores mendacij, & cultores peruersorum dogmatum. [5] †[a] Atque vtinā taceretis, vt putaremini sapientes esse. [6] Audite ergo correptiones meas, & iudicium labiorum meorum attendite. [7] Nunquid deus indiget vestro mendacio, vt pro illo loquamini dolos? [8] Nunquid faciem eius accipitis, & pro deo iudicare nitimini? [9] Aut placebit ei quem celari nihil potest, aut decipietur vt homo vestris fraudulentiis? [10] Ipse vos arguet, quoniam in abscondito faciem eius accipitis. [11] Statim vt se cōmouerit, turbabit vos: & terror eius irruet super vos. [12] Memoria vestra comparabitur cineri, & redigentur in lutum ceruices vestræ. [13] Tacete paulisper, vt loquar quodcunque mihi mens suggesserit. [14] Quare lacero carnes meas dentibus meis, & animam meam[b] porto in manibus meis? [15] Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Veruntamen vias meas in conspectu eius arguam, [16] & ipse erit saluator meus. Nō enim veniet in cōspectu eius omnis hypocrita. [17] Audite sermonē meum, & ægmata percipite auribus vestris. [18] Si fuero iudicatus, scio ꝙ iustus inueniar. [19] Quis est qui iudicetur mecum? Veniat. Quare tacēs cōsumor? [20] Duo tātùm ne facias mihi, & tūc à facie tua nō abscōdar. [c] [21] Manum tuam longe fac à me, & formido tua nō me terreat. † [22] Voca me, & respondebo tibi: aut certè loquar, & tu responde mihi. [23] Quātas habeo iniquitates & peccata? scelera mea & delicta ostēde mihi. [24] Cur faciē tuā abscōdis, & arbitraris me inimicū tuū? [25] Cōtra foliū quod vēto rapitur, ostēdis potentiam tuā, & stipulā siccā persequeris. [26] Scribis enim contra me amaritudines, & cōsumere me vis peccatis[d] adolescētię meę. † [27] Posuisti in neruo pedē meum, & obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorū cōsiderasti. [28] Qui quasi putredo

a. Sedent quippe domino non loquitur, sapiens putatur. Nam quod nō loquitur nō sentire inopia, sed humilitate esse custodia creditur. Bernard, Epist. 87. Ex propriis ipsorū verbis Iob amicos redarguit.

b. Animam in manib⁹ portant, qui bonorum operum exemplum proximis ostendunt. Greg. ibid.

c. Manum tuam aufer à me, vt nihil in me sit castigandum, & sic in me charitas. Augustī. in annotatio. in Iob.

d. Peccatis adolescentię sua filius promittitur hypocritas vero condemnatio.

putredo consumendus sum, & quasi vestimentum quod comeditur à tinea.

Considerata fragilitate humana admiratur dei in hominem prouidentiam, quòd post hanc vitam aliam expectet, & resurrectionem. XIIII.

HOmo [a] natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis. [2] Qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nūquam in eodem statu permanet. [3] Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos: & adducere eum tecum in iudicium? †[4] Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? † Nonne tu qui solus es? [5] Breues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est. Constituisti terminos eius qui præteriri non poterunt. [6] Recede paululū ab eo vt quiescat, donec optata veniat sicut mercenarij dies eius. [7] Lignum habet spē: [b] si præcisum fuerit, rursum virescit, & rami eius pullulant. [8] Si senuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus illius, [9] ad odorem aquæ germinabit: & faciet comam, quasi cum primùm plantatum est. † [10] Homo vero cū mortuus fuerit, & nudatus atq; cōsumptus, vbi quæso est? [11] Quomodo si recedant aquæ de mari, & fluuius vacuefactus arescat: [12] sic homo cum dormierit, non resurget. Donec atteratur cœlum, non euigilabit nec consurget de somno suo. [c] [13] Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abscondas me donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tempus in quo recorderis mei? [14] Putásne mortuus homo rursum viuet? Cunctis diebus quibus nūc milito, expecto donec veniat [d] immutatio mea. [15] Vocabis me, & ego respōdebo tibi. Operi manuū tuarū porriges dexteram. † [16] Tu quidē gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis. [17] Signasti quasi in sacculo delicta mea, sed curasti iniquitatem meam. [18] Mons cadēs defluit, & saxum transfertur de loco suo. [19] Lapides exeauant aquæ, & alluuione paulatim terra consumitur: & homines ergo similiter perdes? [20] Roborasti eum paululum, vt in perpetuum trāsiret. Immutabis faciem eius, & emittes eum. [21] Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, non intelliget: [22] attamen caro eius dum viuet, dolebit, & anima illius super semetipso lugebit.

a. Quām verū verbum hoc sit, tum nos verba docuere, sed verbera. & sequitur Multis & multiplicibus, inquit, miseriis corporis, miseriis cordis, miseriis cum dormitur, miseriis cum vigilat, miseriis quæcunq; etiam se vertat. Bernardus Serm. feriæ 4. hebdomadæ pœnosæ. Prophetia de resurrectione corporum.

b. Hoc est, Melior est arboris conditio, quæ truncata semel scīt, quàm hominis qui in puluere mortuus dormit nec à deo suscitetur.

c. Iob docet nec timendam mortē, & potius optandam puto, dicēs Veinām in inferno me custodires, &c. Ambr. de obitu Valentiniani Impe. Expectatio sustinet pios donec obtineant quod spērant.

d. Resurrectio ad immortalitatem, vbi a quam nulla amplius erit expectatio, vel mutatio. Aeterna mortis pœna.

Eliphaz Iob ignorantiæ arguit, quo ad sapientiam & munditiam damnans superbos, iniustos, & hypocritas. XV.

REspondens autem Eliphaz Themanites, dixit: [2] Nunquid sapiens respondebit [a] quasi in ventum loquēs, & implebit ardore stomachum suum? [3] Arguis verbis eum qui nō est æqualis tui: & loqueris quod tibi nō expedit. [4] Quantum in te est, euacuasti timorem, & tulisti preces coram deo. [5] Docuit enim iniquitas tua os tuum, & imitaris linguam blasphemantium. [6] Condemnabit te os tuum, & nō ego, & labia tua respondebunt tibi. [7] Nunquid primus homo tu natus es? & ante colles formatus? [8] Nunquid consilium dei audisti? & inferior te erit eius sapiētia? [9] Quid nosti quod ignoremus? quid intelligis quod nesciamus? [10] Et senes & antiqui sunt in nobis multo vetustiores quàm patres tui. [11] Nunquid grāde est vt consōletur te deus? Sed verba tua praua hoc prohibent. [12] Quid te eleuat cor tuum: & quasi magna cogitans, attonitos habes oculos? [13] Quid tumet contra deum spiritus tuus, vt proferas de ore tuo huiuscemodi sermones? †[14] Quid est homo, vt immaculatus sit, & vt iustus appareat natus de muliere? †[15] Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis: & cœli non sunt mundi in cōspectu eius: [16] quanto magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem? [17] Ostēdam tibi, audi me: quod vidi, narrabo tibi. [18] Sapientes cōfitentur, & nō abscondunt [b] patres suos, [19] Quibus solis data est terra, & nō transiuit alienus per eos. [20] Cunctis diebus suis impius superbit: & numerus annorū incertus est tyrānidis eius. [21] Sonitus terroris semper in auribus illius: & cum pax sit, ille semper insidias suspicatur. [22] Nō credit quòd reuerti possit de tenebris ad lucem, circumspectans vndique gladium. [23] Cum se mouerit ad quærendum panem, nouit quòd paratus sit in manu eius tenebrarum dies. [24] Terrebit eū tribulatio, & angustia vallabit eum, sicut Regem qui præparatur ad prælium. [25] Tetēdit enim aduersus deum manum suam: & cōtra omnipotētem roboratus est. [26] Cucurrit aduersus eum erecto

a. Arguit Iob de sapientię & munditię arrogantia. Hoc est, Sapiens non talē profert scientiā, quæ mentem non reficiat auditorū.

Describitur impiorū maledictio Iobo falsò attributa.

b. Qui acceperunt à patribus suis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

collo,& pīgui ceruice armatus est.[27] Operuit faciē eius crassitudo,& de laterib⁹ eius aruina dependet.[28] Habitauit in ciuitatibus desolatis,& in domibus desertis,quæ in tumulos sunt redactæ.[29] Nō ditabitur nec perseuerabit substantia eius, nec mittet in terram radicem suam.[30] Non recedet de tenebris:Ramos eius arefaciet flāma, & auferetur spirituoris eius.[31] Nō recedet frustra errore deceptus,quòd aliquo pretio redimendus sit.[32] Antequam dies eius impleantur,peribit:& manus eius arescēt.[33] Lædetur quasi vinea in primo flore botrus eius,& quasi oliua proiiciēs florē suū.[34] Cōgregatio enim hypocritæ sterilis,& ignis deuorabit tabernacula eorū qui munera libēter accipiūt.† [35] Cōcepit dolorē,& peperit iniquitatē,& vter⁹ eius præparat dolos. 4 Pal. 7. d 16. 19. a

Iob amicorum austeritate commotus,dolorem plangit & calamitatem, & se pati queritur citra iniquitatem. XVI.

a. Malos potestit cōsolari, quia ipsi vos imirantur, nō bonos. Augu. in Annotationibus in Iob.

REspondens autem Iob,dixit:[2] Audiui frequenter talia.[a] Consolatores oneroſi omnes vos estis.[3] Nunquid habebunt finem verba ventosa? Aut aliquid tibi molestū est, si loquaris?[4] Poterā & ego similia vestri loqui. Atque vtinam esset anima vestra pro anima mea,[5] consolarer & ego vos sermonibus,& mouerem caput meum super vos.[6] Roborarem vos ore meo: & mouerem labia mea,quasi parcens vobis.[7] Sed quid agam? Si locutus fuero, nō quiescet dolor meus:& si tacuero,non recedet à me.[8] Nunc autem oppressit me dolor meus, & in nihilum redacti sunt omnes artus mei.[9] Rugæ meæ testimonium dicunt cōtra me,& suscitatur falsiloquus aduersus faciem meam,cōtradicens mihi.[10] Collegit furorem suum in me,& cōminans mihi,infremuit cōtra me dentibus suis. Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est.[11] Aperuerūt super me ora sua,& exprobrātes percusserunt maxillam meam:satiati sunt pœnis meis.[12] Cōclusit me deus apud iniquū, & manibus impiorum me tradidit.[13] Ego ille quondam opulentus,repentè contritus sum,tenuit ceruicem meam. Confregit me,& posuit sibi quasi in signum.[14] Circundedit me lanceis suis:cōuulnerauit lumbos meos. Nō pepercit, & effudit in terra viscera mea.[15] Consc idit me vulnere super vulnus:irruit in me quasi gigas.[16] Saccū cōsui super cutem meam, & operui cinere carnē meam.[17] Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meę caligauerūt.[18] Hæc passus sum absq; iniquitate manus meę,cū habe rem mundas ad deum preces.[19] Terra ne operias sanguinem meum, neque inueniat in te locum latendi clamor meus.† [20] Ecce enim in cælo testis meus,& cōscius meus in excelsis.[21] Verbosi amici mei,ad deum stillat oculus meus.[22] Atque vtinam sic iudicaretur vir cum deo, quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo.[23] Ecce enim breues anni transeunt:& semitam per quam non reuertar,ambulo. 16. 19. c. Iuxta vulg.

Præter peccata sua Iob se flagellatum asserens,diuinum patienter præstolatur auxilium. XVII.

SPiritus meus attenuabitur:dies mei breuiabuntur, & solum mihi superest sepulchrū.[2] Nō peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus.[3] Libera me, & pone me iuxta te,& cuiusuis manus pugnet contra me.[4] Cor eorum longe feciſti à disciplina:propterea nō exaltabuntur. Prædā pollicetur sociis,& oculi filiorum eius deficient.[6] Posuit me quasi in prouerbiū vulgi,& exemplum sum coram eis.[7] Caligauit ad indignationem oculus meus,& membra mea quasi in nihilum redacta sunt.[8] Stupebunt iusti super hoc,& innocens cōtra hypocritam suscitabitur.[9] Et tenebit iustus viam suam:& mūdis manibus addet fortitudinem.[10] Igitur omnes vos conuertimini,& venite,& non inueniam in vobis vllum sapientem.[11] Dies mei transierunt,cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meum.[12] Noctem verterunt in diem, & rursum post tenebras spero lucem.[13] Si sustinuero,infernus domus mea est,& in tenebris straui lectulum meum.[14] Putredini dixi,Pater meus es:mater mea,& soror mea,vermibus.[15] Vbi est ergo nunc prestolatio mea? & patientiam meam quis considerat?[16] In profundissimum infernum descendent omnia mea:Putásne saltem ibi erit requies mihi?

Baldad Iobum arguens cur non audiat recta monentes, ostendit quæ & quanta impiis mala immineant. XVIII.

a. Quod nō ideo dixerim quia illi amici à deo reprobati, & ab ipso sancto dei seruo merito culpati, nihil veri loqui potuerint sed quia nō omnia quæ locuti sunt, vera sunt putāda August. ad Orosium cōtra Priscillia. & Origand,c. 9.

b. Luce fœlicitatē presentē quā sanctus Iob gloriosius agebat,significauit, sicut & Salomon ait Prouerbio. 22. cap. Lumen vero impiorū extinguetur. Hanc igitur extinctam dixit quādo Iob desiturus est omni fœlicitate præsenti Hieron.ibid. Nō igitur Fœlicitas in tota fiducia in deo cōstitit, sed in cognitione luminis intellectus. Vtique in cognitione diuinorū fœlicitas sita est. Nihil enim est splēdidius cognitione dei vere sapientiæ amatoribus. Cyrillus contra Iulianū hæreticum lib.6.

c. Id est, itinera eius plena sunt laqueis & pedicis.

REspondens autem Baldad Suhites,dixit:[2] Vsque ad quē finem verba iactabis? Intellige prius,& sic loquamur.[3] Quare reputati sumus vt iumenta,& sorduimus coram te?[4] Quid perdis animam tuam in furore tuo? Nunquid propter te derelinquetur terra,& transferētur rupes de loco suo?[5] Nónne[b] lux impij extinguetur,nec splendebit flamma ignis eius:[6] Lux obtenebrescet in tabernaculo illius,& lucerna quæ super eū est,extinguetur.[7] Artabuntur gressus virtutis eius,& præcipitabit eū consiliū suū.[8] Immisit enim in rete pedes suos:& in maculis eius ambulat.[9] Tenebitur planta illius laqueo,& exardescet cōtra eū sitis.[c][10] Abscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitam.[11] Vndique terrebunt eum formidines,& inuoluent pedes eius.[12] Attenuetur fame robur eius,& inedia inuadat costas illius.[13] Deuoret pulchritudinem cutis eius,& cōsumat brachia illius primogenita mors.[14] Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius,& calcet super eum quasi rex interitus.[15] Habitēt in tabernaculo illius sōcij eius qui non est:aspergatur in tabernaculo eius sulphur.[16] Deorsum radices eius siccentur,sursum autem atteratur messis eius.[17] Memoria illius pereat de terra,& nō celebretur nomē eius in plateis.[18] Expellet eum de luce in tenebras,& de orbe transferet eum.[19] Non erit semen eius neque progenies in populo suo, nec vllæ reliquiæ in regionibus eius.[20] In die eius stupebūt nouissimi,& primos inuadet horror.[21] Hęc sunt ergo tabernacula iniqui,& iste locus eius qui ignorat deum.

Iob ab omnibus se conquerens destitutum,super futura consolatur resurrectione. XIX.

a. Dies decem pro toto tempore nominauit. Sed quomodo in breui numero id Apocalypsi maior numerus temporis intelligitur, ita & in hac eadem summa numeri minus significatum vt hoc solido numero & perfecto manente, pro diuersitate locorum in diuinis scripturis nunc maiorē numerū nūc minorē significari nouerimus. Hier.ibi.

b. Pessimæ mentis significatio, pessimæ itidem duæ filiæ sunt, salūtat & dubierax. Illa miserror, ista miserabilior. Pœnicissor illa, ista molestior. Bernard. super Cantic. Ser. 18.

c. Ad grauem permittet iniuriam, vt eō domini seruiat finis blanda loquimur, ferat post despicientem quod dicit Iob ibi contigisse. Bada ibid.

REspondens autem Iob,dixit:[2] Vsquequo affligitis animam meam,& atteritis me sermonibus?[3] En[a] decies confunditis me,& non erubescitis opprimentes me.[b][4] Nempe & si ignoraui,mecum erit ignorantia mea.[5] At vos contra me erigimini,& arguitis me opprobriis meis.[6] Saltem nūc intelligite,quia deus no æquo iudicio afflixerit me,& flagellis suis me cinxerit.[7] Ecce clamabo vim patiēs,& nemo exaudiet:vociferabor,& non est qui iudicet.[8] Semitam meam circunsepsit,& transire non possum,& in calle meo tenebras posuit.[9] Spoliauit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo.[10] Destruxit me vndiq;, & pereo, & quasi euulsæ arbori abstulit spem meam.[11] Iratus est contra me furor eius, & sic me habuit quasi hostē suū. Simul venerunt latrones eius,& fecerunt sibi viam per me,& obsederunt in gyro tabernaculum meum.[12] Fratres meos longe fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me.[14] Dereliquerunt me propinqui mei:& qui me nouerant, obliti sunt mei.[15] Inquilini domus meæ,& ancillæ meæ,sicut alienum habuerunt me,& quasi peregrinus fui in oculis eorum.[c][16] Seruum meum vocaui,& non respondit: ore proprio deprecabar illum.[17] Halitum meum exhorruit vxor mea, & orabam filios vteri mei.[18] Stulti quoque despiciebant me:& cum ab eis recessissem,detrahebant mihi.[19] Abominati sunt me quondam cōsiliarij mei:& quem maxime diligebam, auersatus est me.[20] Pelli meæ consumptis carnibus adhæsit os meum, & derelicta sunt tāummodo labia circa dētes meos.[d][21] Miseremini mei,miseremini mei,saltem vos amici mei, quia manus domini tetigit me.[22] Quare persequimini me sicut deus, & carnibus meis saturamini?[23] Quis mihi tribuat vt scribantur sermones mei? Quis mihi det vt exarentur in libro[24] stylo ferreo,& plūbi lamina,vel celte sculpantur in silice?[25] Scio enim quòd redemptor meus viuit,& in nouissimo die de terra surrecturus sum.[26] Et rursum circundabor pelle mea,[e]& in carne mea videbo deum:[27] quem visurus sum ego ipse,& oculi mei cōspecturi sunt:& non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo.[28] Quare ergo nunc dicitis, Persequamur eum, & radicem verbi inueniamus contra eum?[29] Fugite ergo à facie gladij,quoniam vltor iniquitatum gladius est: & scitote esse iudicium.

d. Nō quasi abiecta vox ista est,sed quasi censoria. Nam cum iniuste arguerētur ab amicis,respondit: Miseremini mei, hoc est, Misericordiam debetis facere, opprimitis autem vos & improperatis homini, cuius animus compati pro amicitia vos oportebat. Ambr. Offic. 3. cap. 16.

e. Resurrectionem quidem carnis sine dubio prophetauit non tamen dixit, per carnem meam: quod quidē si dixisset, posset deus Chet filius intelligi, qui per carnē in carne videbatur. Aug. de ciuit. dei lib. 22. cap. 29.

Impiorum fœlicitas est instar puncti,eorúmque iniquitates breui sunt terminandæ. XX.

RESpondens autē Sophar Naamathites, dixit:[2] Idcirco cogitationes meæ A
variæ succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur.[3] Doctrinam qua me ar-
guis audiam: & spiritus intelligentiæ meæ respōdebit mihi.[4] Hoc scio, à
principio ex quo est positus homo super terrā,[5] quòd laus impiorū bre-
uis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti.[6] Si ascenderit vsque ad cœlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit:[7] quasi sterquilinium in fine perdetur: & qui eū B
viderant, dicent: Vbi est?[8] Velut somniū auolans non inuenietur: transiet sicut visio nocturna.[9] Oculus qui eum viderat, non videbit: neque vltrà intuebitur eum locus suus.[10] Filij eius atterentur egestate, & manus illius reddent ei dolorem suum.[11] Ossa
a Dulcia mala sunt blasphemiæ impio, & cætera oris peccata: sicut iusti faucibus dulcia sunt eloquia dei. Bed. ibidem. eius implebuntur vitiis adolescentiæ eius, & cū eo in puluere dormient.[a] [12] Cū enim dulce fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub lingua sua.[13] Parcet illi, & nō derelinquet illud, & celabit in gutture suo.[14] Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidū intrinsecus.[15] Diuitias quas deuorauit, euomet: & de ventre illius extrahet eas deus.[16] Caput aspidum suget, & occidet eū lingua viperæ. [17] Non videat riuulos fluminis torrentis, mellis & butyri.[18] Luet quæ fecit omnia, nec tamen cōsumetur. Iuxta multitudinem adinuentionum suarum, sic & sustinebit: [19] quoniam confringens C
nudauit pauperis domum: rapuit & nō ædificauit eam: †[20] nec est satiatus véter eius. †Eccles.e
Et cum habuerit quæ concupierat, possidere non poterit.[21] Nō remāsit de cibo eius, & propterea nihil permanebit de bonis eius.[22] Cum satiatus fuerit, arctabitur, æstuabit, & omnis dolor irruet super eum.[23] Vtinam impleatur venter eius, vt emittat in eum iram furoris sui, & pluat super illū bellum suum.[24] Fugiet arma ferrea, & irruet D
in arcum æreum.[25] Gladius eductus & egrediens de vagina sua, & fulgurans in amaritudine sua: vadent & venient super eū horribiles.[26] omnes tenebræ absconditæ sunt in occultis eius. Deuorabit eū ignis qui non succenditur, affligetur relictus in tabernaculo suo.[27] Reuelabunt cœli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eum.
[28] Apertum erit germē domus illius, detrahetur in die furoris dei.[29] Hæc est pars hominis impij à deo, & hæreditas verborum eius à domino.

Impij in suis deliciis deum non agnoscunt, sed repentinus eos manet interitus. XXI.

†Hoc erit pro consolationibus vestris, quas frustrà expectabam à vobis.

RESpondens autem Iob, dixit:[2] Audite quæso sermones meos, † & [a] agite pœ- A †Matt.11.b
nitentiam.[3] Sustinete me, vt & ego loquar: & post mea, si videbitur, verba ridete.[4] Nunquid contra hominem disputatio mea est, vt meritò nō debeam
b Sed plerique reuocātur ab officio dispensatricum misericordiæ, dum putant hominis actus nō curare dominum, aut nescire eum quid in occultis geramus, quid tegat nostra cōscientia, aut iudicū eius nequa cuā iustum videri, quando peccatores diuitiis abundare videmus, gaudere honoribus, lætitiare, liberis contrà aūc iustos magnet degere, robustos, sine liberis, infirmos corpore, multa frequenter. Amb. lib. 1. Offic. cap. 12. cōtristari?[5] Attendite me, & obstupescite, & superponite digitum ori vestro.[6] Et ego Matt. 11.b Marc. 6.a
quando recordatus fuero, pertimesco, & concutit carnem meam tremor.[b] [7] Quare
Sic Iob argumentatur cū iustitia Dei postulat vt neminem affligat nisi aliquo scelere meritus fit, postulat etiam vt nullum scelerato impunem dimittat. Sed nulli impij feliciter viuūt, quomodo ergo cōcludit eos impios esse, eo quòd affligat? ergo impij viuunt, subleuati sunt, confortatique diuitiis? [8] Semen eorum permanet
coram eis, propinquorum turba, & nepotum in conspectu eorum.[9] Domus eorum
Iere. 12.a Abac. 1.a securæ sunt, & pacatæ: & non est virga dei super illos.[10] Bos eorum concepit, & non [a]
abortiuit: vacca peperit, & non est priuata fœtu suo.[11] Egrediuntur quasi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant lusibus.[12] Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad sonitum organi.[13] Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.[14] Qui dixerunt deo: Recede à nobis: &, scientiam viarum tuarū nolumus.
†Iudicia tua Matuch à facie tua. Psal. 9.a †[15] Quis est omnipotens, vt seruiamus ei? Et quid nobis prodest si orauerimus illum?
[16] Veruntamen quia nō sunt in manu eorum bona sua, consilium impiorū longè sit à
Psal. 118.d Psal. 49.d me.[17] Quotiens lucerna impiorū extinguetur, & superueniet eis inūdatio, & dolores C
diuidet furoris sui?[18] Erunt sicut paleæ ante faciem venti, & sicut fauilla quam turbo dispergit.[19] Deus seruabit filiis illius dolorē patris, & cū reddiderit, tūc sciet.[20] Videbunt oculi eius interfectionem suam, & de furore omnipotentis bibet.[21] Quid enim ad eum pertinet de domo sua post se, & si numerus mensiū eius dimidietur?[22] Nunquid deum docebit quispiā scientiam, qui excelsos iudicat?[23] Iste moritur robustus, & sanus, diues, & fœlix:[24] viscera eius plena sunt adipe, & medullis ossa illius irrigātur.
[25] Alius verò moritur in amaritudine animę suę absque vllis opibus,[26] & tamē simul in puluere

D dormiēt, & vermes operiēt eos.[27] Certè noui cogitationes vestras, & sententias contra me iniquas.[28] Dicitis enim: Vbi est domus principis, & vbi tabernacula impiorum?[29] Interrogate quemlibet de viatoribus, & hęc eadē illum intelligere cognoscetis:[30] quia in diem perditionis seruatur malus, & ad diem furoris ducetur.
[31] Quis arguet corā eo vias eius, & quæ fecit, quis reddet illi?[32] Ipse ad sepulchra ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit.[33] Dulcis fuit glareis cocyti, & post se omnem hominem trahet, & ante se innumerabiles.[34] Quomodo igitur consolamini me frustra, cum responsio vestra repugnare ostensa sit veritati?

Eliphaz Iob arguit immisericordiæ, pauperum oppressionis, & iudicis contemptus, pœnitenti bona promittens. XXII.

* Pergit probare Iob ob scelera multari.

a Nemo iustitiæ sua & sinceritate deum efficaciæ meliorem; quoniam sua omnia bonitatis atque origo ad illum boni egens, secundum prophetā Psal. 15. Dixi domino, deus meus es tu quoniam bonorum meorū nō eges. Beda ibidem.

RESpondens autē Eliphaz Themanites, dixit:[2] Nunquid deo potest * com- A
parari homo, etiam cum perfectæ fuerit scientiæ?[a] [3] Quid prodest deo si iustus fueris? aut quid ei confers, si immaculata fuerit vita tua?[4] Nunquid timens arguet te, & veniet tecum in iudicium,[5] & non propter malitiam tuā plurimam, & infinitas iniquitates tuas?[6] Abstulisti enim pignus fratrum tuorum sine causa, & nudos spoliasti vestibus.[7] Aquam lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti
panem.[8] In fortitudine brachij tui possidebas terram, & potentissimus obtines eam.
B [9] Viduas dimisisti vacuas, & lacertos pupillorum comminuisti.[10] Propterea circundatus es laqueis, & conturbat te formido subita.[11] Et putabas te tenebras non visurū, & impetu aquarum inundantium non oppressum iri.[12] An cogitas quòd deus excelsior cœlo sit, * & super stellarum verticem sublimetur?[13] Et dicis: Quid enim nouit * Verba infidelis Iudæi tamen minime comprobat.
deus? Et quasi per caliginem iudicat.[14] Nubes latibulum eius, nec nostra considerat,
C & circa cardines cœli perambulat.[15] Nunquid semitam seculorum custodire cupis, quam calcauerunt viri iniqui,[16] qui sublati sunt ante tempus suū, & fluuius subuerrit fundamentum eorum? †[17] Qui dicebant deo, Recede à nobis, & quasi nihil possit facere omnipotens, æstimabant eum,[18] cum ille implesset domos eorum bonis. Quorum sententia procul sit à me. †[19] Videbunt iusti, & lætabuntur, & innocens subsannabit eos.[20] Nónne succisa est erectio eorum, & reliquias eorum deuorauit ignis?
[21] Acquiesce igitur ei, & habeto pacē, & per hæc habebis fructus optimos.[22] Suscipe
D ex ore illius legem, & pone sermones eius in corde tuo.[23] Si reuersus fueris ad omnipotentem, ædificaberis, & * longe facies iniquitatem à tabernaculo tuo.[24] Dabit pro * Pœnitenti bona promittuntur.
terra silicem, & pro silice torrentes aureos.[25] Erítque omnipotens cōtra hostes tuos, & argentum coaceruabitur tibi.[26] Tunc super omnipotentem deliciis affluës, & eleuabis ad deum faciem tuā.[27] Rogabis eum, & exaudiet te, & vota tua reddes.[28] Decernes rem, & veniet tibi: & in viis tuis splendebit lumen. † [29] Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria: & qui inclinauerit oculos suos, ipse saluabitur.[30] Saluabitur innocens, saluabitur autem munditia manuum suarum.

Iudicis potentiam & sententiam Iob semper se vereri respondet, & in iustitia semper ambulasse. XXIII.

a Vt agam causam meā coram eo, quod iniqui reformidant.

RESpondens autem Iob ait:[2] Nunc quoque in amaritudine est sermo meus, & A
manus plagæ meæ aggrauata est super gemitum meum.[3] Quis mihi tribuat vt cognoscam & inueniam illum, & [a] veniam vsque ad solium eius?[4] Ponam
B coram eo iudicium, & os meum replebo increpationibus,[5] vt sciam verba quæ mihi respondeat, & intelligam quid loquatur mihi.[6] Nolo multa fortitudine contendat mecum, nec magnitudinis suæ mole me premat.[7] Proponat æquitatem contra me, & perueniet ad victoriam iudicium meum.[8] Si ad orientem iero, non apparet: si ad occidentem, non intelligam eum.[9] Si ad sinistram, quid agam? Non apprehendam eum.
C Si me vertam ad dextram, non videbo illum.[10] Ipse verò scit viam meam, & probabit me quasi aurum quod per ignem transit.[11] Vestigia eius secutus est pes meus: viam eius custodiui, & non declinaui ex ea.[12] A mandatis labiorum eius non recessi, & in sinu meo abscondi verba oris eius.[13] Ipse enim solus est, nemo auertere potest cogi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

est,nemo auertere potest cogitationem eius,& anima eius quodcunq; voluit,hoc fecit.[14] Cúmque expleuerit in me voluntatẽ suam,& alia multa similia præsto sunt ei. D
[15] Et idcirco à facie eius turbatus sum,& considerans eum,timore sollicitor. [16] Deus molliuit cor meum, & omnipotens conturbauit me. [17] Non enim perij propter imminentes tenebras,nec faciem meam operuit caligo.

Violentia impiorum in pauperes,& maledictio & damnatio eorum. XXIIII.

Deus res humanas curat. Iob hominum iniquitates deflet.

AB omnipotente non sunt abscondita tempora:qui autẽ nouerunt eũ,ignorant dies illius.[2] Alij terminos transtulerunt,diripuerunt greges, & pauerunt eos.[3] Asinum pupillorum abegerunt,& abstulerunt pro pignore bouem viduæ.[4] Subuerterunt pauperum viam,& oppresserunt pariter mansuetos terræ.[5] Alij quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suum,vigilantésq; ad prædam præparant panem liberis.[6] Agrum non suũ demetunt, & vineam eius quem vi oppresserint,vindemiant.[7] Nudos dimittunt homines,indumenta tollẽtes,quibus non est operimentũ in frigore,[8] quos imbres montium rigant:& non habentes velamen,amplexantur lapides.[9] Vim fecerunt deprædantes pupillos,& vulgum pauperẽ spoliauerunt.[10] Nudis & incedentibus absq; vestitu, & esurientibus tulerunt spicas.
[11] Inter aceruos eorum meridiati sunt,qui calcatis torcularibus sitiunt.[12] De ciuitatibus fecerũt viros gemere,& anima vulneratorum clamauit, † & deus inultum abire non patitur.[13] Ipsi fuerunt rebelles lumini.Nescierunt vias [a] eius,nec reuersi sunt per semitas eius .[14] Mane primo consurget homicida, interficit egenum & pauperem, per noctem verò erit quasi fur.[15] Oculus adulteri obseruat caliginem,dicens: Nõ me videbit oculus,& operiet vultum suum.[16] Perfodiunt in tenebris domos,sicut in die condixerant sibi: & ignorauerunt lucem .[17] Si subitò apparuerit aurora arbitrantur vmbrã mortis:& sic in tenebris quasi in luce ambulant.[18] Leuis est super faciẽ aquæ.
* Maledicta sit pars eius in terra, nec ambulet per viam vinearum. [19] Ad nimium calorem trãsiet ab aquis niuium,& vsq; ad inferos peccatum illius.[20] Obliuiscatur eius misericordia,dulcedo illius vermes.Non sit in recordatione,sed conteratur quasi lignum infructuosum.[21] Pauit enim sterilem, & quæ non parit, & viduæ bene non fecit.[22] Detraxit fortes in fortitudine sua,& cum steterit,non credet vitæ suæ.† [23] Dedit ei deus locum pœnitentię,& ille abutitur eo in superbiam.Oculi autem eius sunt in viis illius.[24] Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent, & humiliabuntur sicut omnia,& auferentur, & sicut summitates spicarum conterentur.[25] Quod si non est ita,quis me potest arguere esse mentitum,& ponere ante deum verba mea?

a.Luminis, quod execrantur.

* Impiorum maledictio.

Nemo deo comparatus mundus inuenitur. XXV.

a.At nihil immundum, sed omnia munda sunt. Nihil enim deus fecit immundũ, sed peccatũ solũ est quod immundos omnes, & facit immundos Chrysost. ca.ad Tit. homil.3. Non igitur homo natura sua immundus est. Namsi quis natura malus, nunquam profectò bonus effici poterit:nec immũdus, mundus. Idem de virtutibus & vitiis, Serm.9.

REspondẽs autem Baldad Suhites, dixit:[2] Potestas & terror apud eũ est,† qui facit concordiã in sublimibus suis.[3] Nunquid est numerus militum eius, & super quem non surget lumen illius? † Nunquid iustificari potest homo cõparatus deo,aut apparere [a] mundus natus de muliere?[5] Ecce luna etiam non splẽdet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius:[6] quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis.

† Sap.4.d

† Deprædicat.c.Si vis, & ca.Si quis.

Magnificentia & potentia dei à nobis explicari nequit. XXVI.

* Iob rides Baldad.

REspondens autem Iob,dixit:[2] * Cuius adiutor es?Nunquid imbecillis?& sustentas brachium eius qui non est fortis ?[3] Cui dedisti consilium ? Forsitan illi qui non habet sapientiam : & prudentiam tuam ostendisti plurimam.
* Hoc est, Cuius spiritus [a] doctrinã tuam recepit, & iterum spirare coegit?
[4] * Quem docere voluisti ? Nónne eum qui fecit spiramentum ?[5] Ecce gigantes gemunt sub aquis : & qui habitant cum eis.[6] Nudus est infernus coram illo : & nullum est operimentum perditioni.[a] [7] Qui extendit aquilonem super vacuum : & appendit terram super nihilum.[8] Qui ligat aquas in nubibus suis: vt non erumpant pariter deorsum

a.Qui tenet axem polarem aquilonis, nequido sub terra lateat.

B deorsum.[9] Qui tenet vultum solij sui:& expandit super illud nebulam suam. [10] Terminum circundedit aquis,vsque dum finiantur lux & tenebræ.[11] Columnæ cœli contremiscunt:& pauent ad nutum eius.[12] In fortitudine illius repente maria congregata sunt:& prudentia eius percussit superbum.[13] Spiritus eius ornauit cœlos:& obstetricãte manu eius eductus est coluber tortuosus.[14] Ecce,hæc ex parte dicta sunt viarum eius.Et cum vix paruam stillam sermonis eius audierimus,quis poterit tonitruũ magnitudinis illius intueri.

Nulla vis potuit Iob à sua constantia,iustitia & innocentia diuellere,veluti impios,quos maledictio manet. XXVII.

a.Dũ enim deus innocentem pœnas iniquorum pati permittit amaritudine quoque animæ eius maiorẽ præsenti repleuit. Hiero. ibid. Nõ propterea in hoc deum accusat, nec eius operã, qui neque finitum quid contra deũ locutus est. Aug. in Psal.101.

ADdidit quoque Iob assumẽs parabolam suam, & dixit:[2] Viuit deus,[a] qui abstulit iudicium meum, & omnipotens, qui ad amaritudinem adduxit animam meam:[3] quia donec supereſt halitus in me,& spiritus dei in naribus meis,[4] non loquentur labia mea iniquitatem , nec lingua mea meditabitur mendacium.† [5] Absit à me,vt iustos vos esse iudicem.* Donec deficiam,non recedam ab innocẽtia mea.[6] Iustificationem meam quam cœpi tenere, non deseram. † Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. [7] Sicut impius inimicus meus,& aduersarius meus quasi iniquus.[8] * Quæ est enim spes hypocritæ si auarè rapiat,& non liberet deus animam eius ? [9] Nunquid deus audiet clamorem eius, cum venerit super eum angustia?[10] Aut poterit in omnipotente delectari,& inuocare deũ omni tempore?[11] Docebo vos per manum dei,quæ omnipotens habeat, nec abscondam.[12] Ecce omnes vos nostis , & quid sine causa vana loquimini:[b] [13] Hæc est pars hominis impij apud deum, & hæreditas violentorum , quam ab omnipotente suscipient.[c] [14] Si multiplicati fuerint filij eius,in gladio erunt,& nepotes eius non saturabuntur pane. [15] Qui reliqui fuerint ex eo, sepelientur in interitu , & viduæ illius non plorabunt. [16] Si comportauerit quasi terram argentum , & sicut lutum præparauerit vestimenta,[17] præparabit quidem,sed iustus vestietur illis,& argentum innocens diuidet.[18] Ædificauit sicut tinea domum suam,& sicut custos fecit vmbraculũ.† [19] Dives cum dormierit,nihil secum auferet:aperiet oculos suos, & nihil inueniet. [20] Apprehendet eum quasi aqua,inopia:nocte opprimet eum tempestas.[21] Tollet eũ ventus vrens,& auferet,& velut turbo rapiet eum de loco suo.[22] Et mittet super eum,& non parcet:de manu eius [d] fugiens fugiet.[23] Stringet super eum manus suas,& sibilabit super illum intuens locum eius.

b.Hæc ergo sunt quæ vidcaris & impij non modò, sed & in futuro iudicio ab omnipotente iudicij percipient. Beda ibidem.
c.Filios eius dicit,qui cum ad seducendum immanius fallorum dogmatum persuasorem in damnationẽ, Aug in Annota.in Iob, Maledictiones impij.

d.Quod autem ait,fugiens fugiet,perreuntem in perpetuum peccatorem significat,quia nunquam ad se reuocandus ad viam, & illic pœnitentiæ locus non erit.Hieronym.ibid.

Ferrum, aurum, & lapides preciosi ex terra trahuntur,non autem sapientia. XXVIII.

*Cum ex omnes sint ab homine inuestigandæ, solam dei sapientiam inscrutabilem esse ostendit.
*Hoc est,nil deum latere,

HAbet argentum venarum suarum principia, * & auro locus est in quo cõflatur. † [2] Ferrum de terra tollitur , & lapis solutus calore in æs vertitur.
* [3] Tempus posuit tenebris, & vniuersorum finem ipse considerat. Lapidem quoq; caliginis,& vmbram mortis,[4] diuidet torrens à populo peregrinante,eos quos oblitus est pes egẽtis hominis,& inuios. [5] Terra de qua oriebatur panis,in loco suo igni subuersa est.[6] Locus sapphiri lapides eius,& glebæ illius aurũ.
[7] Semitam ignorauit auis,nec intuitus est eam oculus vulturis.Non calcauerunt eam filij insti torum,nec pertransiuit per eam leæna. [9] Ad silicem extendit manum suam, subuertit à radicibus montes.[10] In petris riuos excîdit,& omne pretiosum vidit oculus eius.[11] Profunda quoq; fluuiorum [a] scrutatus est,& abscondita produxit in lucẽ.
† [b] [12] Sapientia verò vbi inuenitur?& quis est locus intelligẽtiæ?[13] Nescit homo pretium eius,nec inuenitur in terra suauiter viuentium,[14] Abyssus dicit:Non est in me, & mare loquitur : Non est mecum .[15] Non dabitur aurum obrizum pro ea , nec appendetur argentum in commutatione eius.[16] Non conferetur tinctis Indiæ coloribus,nec lapidi sardonycho pretiosissimo , vel sapphiro .[17] Non adæquabitur ei aurum vel vitrum , nec commutabuntur pro ea vasa auri .[18] Excelsa & eminentia non

a.Scilicet in alium locum, vt appareat arida.
b.Ergo nec in tempore nec in loco est sapientia : vnde & tempus esse significat : sed quomodo in tempore, quę in principio erat? Quomodo in loco, quę apud deũ erat? Vnigenitus filius ñ quæritur, in finu patris euangelico testimonio reperitur. Nõquid sinum patris locũ putatis? Ambr. de incarna. do cap.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

commemorabuntur comparatione eius:trahitur autem sapientia de occultis.[19] Non adæquabitur ei topazius de Æthiopia,nec tincturę mundissimæ cõponetur.[20] Vnde ergo sapientia venit?& quis est locus intelligẽtiæ?[21] Abscondita est ab oculis omniũ viuentium:[c] volucres quoq; cœli latet.[22] Perditio & mors dixerunt:Auribus nostris audiuimus famam eius.[d 23] Deus intelligit viã eius, & ipse nouit locũ illius.[24] Ipse enim fines mundi intuetur, & omnia quæ sub cœlo sunt, respicit.[25] Qui fecit ventis pondus,& aquas appendit in mensura.[26] Quando ponebat pluuijs legẽ,& viam procellis sonantibus:[27] tunc vidit illã,& enarrauit,& præparauit,& inuestigauit,& dixit homini:† [28] Ecce,[e] timor domini ipsa est sapientia: & recedere à malo, intelligentia.

c. Hoc est,angelos, vel etiã homines contemplatiuos.
d. Si quæris viã sapiẽtiæ & disciplinæ,colere deũ acq; eius fub titũ esse,sapiẽtia est abstinere autẽ à peccatis, disciplina est. Ambr.lib.1. Epist. 6.
e. Theosebia porrò ſi ad verbi originem Latinè expressum interpretatur, dei cultus dicipotest:qui in hoc maximè constitutus est, vt anima ei non sit ingrata. Augu. de spirito & litera c. 11.

† Pſal.ad.6. Prou.8

Iob præteritam plangens prosperitatem,& pia gesta,amicos arguit calumniæ,quòd dicant eum meritò talia pati. XXIX.

A Ddidit quoque Iob,assumens parabolam suam, & dixit:[a 2] Quis mihi tribuat vt sim iuxta menses pristinos,secũdum dies quibus deus custodiebat me?[3] Quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumẽ eius ambulabam in tenebris:[4] Sicut fui in diebus adolescẽtiæ meæ,quãdo deus secretò erat in tabernaculo meo.[5] Quando erat omnipotens mecum, & in circuitu meo pueri mei.[6] Quando [b] lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei.[7] Quando procedebam ad portam ciuitatis,& in platea parabant cathedram mihi.[8] Videbant me iuuenes,& abscondebantur,& senes assurgentes stabant.[9] Principes cessabant loqui,[c] & digitum superponebant ori suo.[10] Vocem suam cohibebãt duces,& lingua eorum gutturi suo adhærebat.[11] Auris audiens beatificabat me,& oculus videns testimonium reddebat mihi,[12] eo quòd liberassem pauperem vociferãtem,& pupillum cui non esset adiutor.[d 13] Benedictio perituri super me veniebat,& cor viduæ consolatus sum.†[14] Iustitia indutus sum,& vestiui me sicut vestimento & diademate iudicio meo,[15] Oculus fui cæco,& pes claudo.[16] Pater eram pauperum:& causam quam nesciebam,diligentissimè inuestigabam.[17] Conterebam molas iniqui, & de dẽtibus illius auferebam prædam.[18] Dicebámq;:In nidulo meo moriar,& sicut palma multiplicabo dies.[19] Radix mea aperta est secus aquas, & ros morabitur in messione mea.[20] Gloria mea* semper innouabitur,& arcus meus in manu mea instauabitur.[21] Qui me audiebant,expectabant sententiam, & intenti tacebãt ad consiliũ meum.[22] Verbis meis addere nihil audebãt, & super illos stillabat eloquium meum.[23] Expectabant me sicut pluuiam,&os suum aperiebant quasi ad imbrem serotinum.[24] Siquando ridebam ad eos,non credebant,& lux vultus mei non cadebat in terram.[e 25] Si voluissem ire ad eos,sedebam primus.† Cúmq; sederem quasi rex circunstante exercitu,eram tamen mœrentium consolator.

a. Optat sanctus Iob atque desiderare, vt iam de illo sæculore & cruciatibus liberentur, reuertantúrque ad illam gloriam pristinæ felicitatis, in qua aliquando, domino prosperante, degebat. Hieron. ibid.
b. Hoc est, cum mihi tanto pecorum esset copia, vt etiã vix lacte & butyro exundate potuissent.
c. Ponere digitum vel manũ super os,est non audere loqui: vt Mich.7.d Ponent manũ super os, & aures eorum surdæ erunt. Officia boni principis.
d. Non mediocris ista gratia.Corporalia seminat, & meritis cœlestia spiritalia. Miraris iudicii domini de simplici Iob? Mirare virtutẽ eius qui poterat dicere:Oculus eram cæco,& pes claudo. Ego eram infirmorum pater, vellera ouium agnorum meorum calefacti sunt humeri eorum. Foris non habitabat peregrinus,ostium autem meum omni venienti patebat. Amb. Officio. lib. 1. cap 11.
* Hoc est, Gloria mea in me renouabitur in resurrectione mortuorum.
e. Dignationẽ suã & sanctã humilitatẽ his sermonibus manifestat, qua ad inferiores suos quasi ad amicos & ibique coæquales abierit.& si in regni potẽtia miseris & mœrentibus consolatorẽ præbuerit. Hieron. ibidem.

Iob præteritam plangens prosperitatem,& pia gesta,amicos arguit calumniæ,quòd dicant eum meritò talia pati. XXX.

N Vnc autem derident me iuniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei.[2] Quorum virtus manuum mihi erat pro nihilo,& vita ipsa putabantur indigni.[3] Egestate & fame steriles,qui rodebant in solitudine,squallentes calamitate & miseria.[4] Et mandebãt herbas, & arborum cortices, & radix iuniperorum erat cibus eorum.[5] Qui de conuallibus ista rapientes,cum singula reperissent,ad ea cum clamore currebant.[6] In desertis habitabant torrentium,& in cauernis terræ,vel super glaream.[7] Qui inter huiusce modi lætabantur,& esse sub sentibus delicias computabant.[8] Filij stultorum & ignobilium, & in terra penitus non parentes.[9] Nunc in eorum canticum versus sum, & factus sum eis in prouerbium.[10] Abominantur me, & longe fugiunt à me, & faciem meam conspuere non verentur.[11] Pharetram enim suam aperuit, & afflixit me, & frenum posuit in os meum.[12] Ad dexteram orientis calamitates meæ ilico surrexerunt:pedes meos subuerterunt, oppressérunt quasi fluctibus semitis suis.[13] Dissipauerunt

uerunt itinera mea,insidiati sunt mihi,& prævaluerunt, & nõ fuit qui ferret auxiliũ.[14] Quasi rupto muro,& aperta ianua irruerunt super me, & ad meas miserias deuoluti sunt.*[15] Redactus sum in nihilum:abstulisti quasi ventus desiderium meum, & velut nubes pertransiit salus mea.[16] Nunc autẽ in memetipso marcescit anima mea, & possident me dies afflictionis.[17] Nocte os meum perforatur doloribus,& qui me comedunt,non dormiunt.[18] In multitudine eorum consumitur vestimẽtum meum, & quasi capitio tunicæ succinxerunt me.[19] Comparatus sum luto,& assimilatus sum fauillæ & cineri.† [20] Clamo ad te,& nõ exaudis me:sto,& nõ respicis me.[21] Mutatus es mihi in crudelẽ,& in duritia manus tuę aduersaris mihi.[22] Eleuasti me,& quasi super ventum ponens elisisti me validè.[23] Scio quia morti trades me, vbi constituta est domus omni viuenti.[24] Veruntamen non ad consumptionem eorum emittis manum tuã:& si corruerint,ipse saluabis.[25] Flebam quõdam super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.[26] Expectabam bona, & venerunt mihi mala: præstolabar lucem, & eruperunt tenebræ.[27] Interiora mea efferbuerunt absque vlla requie,præuenerunt me dies afflictionis.[28] Mœrens incedebam, sine furore consurgens,in turma clamabam.[29] Frater fui draconum,& socius struthionũ.[30] Cutis mea denigrata est super me, & ossa mea aruerunt præ [a] caumate.[31] Versa est in luctum cithara mea,& organum meum in vocem flentium.

* Hoc est, non solum externæ me terrent afflictiones.
Mors domat omniam.
a. Aestu nimio.

Iob testem suæ innocentiæ summum iudicem inuocat,aliarum item & virtutum suarum. XXXI.

P Epigi [a] fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.[2] Quam enim partem haberet in me deus desuper,& hæreditatem omnipotẽs de excelsis?[3] Nũquid non perditio est iniquo,& alienatio operantibus iniustitiã?[4] Nónne ipse considerat vias meas,& cunctos gressus meos dinumerat?† [5] Si ambulaui in vanitate, & festinauit in dolo pes meus,[6] appẽdat me in statera iusta, & sciat deus simplicitatẽ meã.[7] Si declinauit gressus meus de via,& si secutus est oculũ meus cor meũ,& si in manibus meis adhęsit macula:[8] serã & alius comedat,& progenies mea eradicetur.[9] Si deceptum est cor meũ super muliere,& si ad ostiũ amici mei insidiatus sum:[10] scortũ alterius sit vxor mea,& super illã incuruẽtur alij.[11] Hoc enim nephas est,& iniquitas maxima:[12] ignis vsq; ad perditionẽ deuorans,& omnia eradicans genimina.[13] Si contempsi subire iudicium cum seruo meo & ancilla mea,cum disceptarẽt aduersum me.[b 14] Quid enim faciam cum surrexerit ad iudicandum deus? & cum quæsierit, quid respondebo illi?[15] Nunquid non in vtero fecit me, qui & illũ operatus est: & formauit * me in vulua vnus?[16] Si negaui quod volebãt,pauperibus,& oculos viduæ expectare feci.[17] Si comedi buccellam meam solus,& non comedit pupillus ex ea.[18] (Quia ab infantia mea creuit mecum miseratio, & de vtero matris meæ egressa est mecum.)[19] Si despexi prætereuntem, eo quòd non habuerit indumentum, & absque operimento pauperem.[20] Si non benedixerunt mihi latera eius,& de velleribus ouium mearum calefactus est.[21] Si leuaui super pupillum manum meam,etiam cum viderem me in porta superiorem:[22] humerus meus à iunctura sua cadat, & brachium meum cum suis ossibus confringatur.[23] Semper enim quasi tumẽtes super me fluctus,timui deum,& pondus eius ferre non potui.[24] Si putaui aurum robur meum,& obrizo dixi,Fiducia mea.[25] Si lætatus sum super multis diuitiis meis, & quia plurima reperit manus mea.[26] Si vidi solẽ cum fulgeret,& lunã incedentem clare,[27] & lætatum est in abscondito cor meum,& [c] osculatus sum manũ meam ore meo,[28] quæ est iniquitas maxima, & negatio cõtra deum altissimum.[29] Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat, & exultaui quòd inuenisset eum malum.[30] Non enim dedi ad peccãdum guttur meũ, vt expeterem maledicens animam eius.[31] Si non dixerunt viri tabernaculi mei: Quis det de carnibus eius vt saturemur?[d 32] Foris non mansit peregrinus,ostiũ meum viatori patuit.† [33] Si abscondi quasi homo peccatum meũ,& celaui in sinu meo iniqui-

a. Hiciã incipit merito recolere commemorare in his qui persentiant in fine intentationibus magnis, abundante iniquitate, & refrigescente charitate multorum. Aug. ex lib. Annota. in Iob. Tomo. 6.
b. Magna humilitas huius sancti viri, & magna futuri iudicij cogitatio. Hieron. ibidem.
* Hoc est pari dispositione.
c. Si inter, tanũ magis in domino gloriaris, propriam profecto & non domini magnum oculari commercia, quod iuxta beati Iob sententiam iniquitas est maxima,& negatio in deum. Hieron. sup Cantica. Ser. 4.
d. No mediocris virtus, de qua sibi plaudebat Iob, dicẽs:Foris nõ mãsit peregrinus,&c. Benemolẽtia quippe est in his omnibus tanquam fons aquæ redicens fructum, tãquam lumen quod etiam in alios lucet, nec illis deest qui de suo lumine aliis lumen accendunt. Ambro. Offic. cap 32.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatem meã. [14] Si expaui ad multitudinẽ nimiã, & despectio propinquorũ terruit me, & non magis tacui, nec egressus sum ostium. [15] Quis mihi tribuat auditorem, vt desiderium meum audiat omnipotens, & librum scribat ipse qui iudicat, [16] vt in humero meo portem illum, & circundem illum quasi coronam mihi? [17] Per singulos gradus meos pronũtiabo illum, & quasi principi offeram eum. [18] Si aduersum me terra mea clamat, & cũ ipsa sulci eius deflent: [19] Si fructus eius comedi absq; pecunia, & animã agricolarum eius afflixi, [20] pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo spina.

Finita sunt verba Iob.

Silentio amicis suis impositio, Iob cum illis ab Elihu arguitur insipientiæ, cum suam iactet sapientiam. XXXII.

a. Secundus filius Nachor ex Mescha fuit. Buz: & ex huius genere est Balaã ille etiam, vt Hebræi tradũt, qui in libro Iob dicit Elihu filius Barachel Buzites, &c. huius Buz radice descendens. Hieron.

Miserunt autem tres viri isti respondere Iob, eo quòd iustus sibi videretur. A [2] Et iratus indignatúsque est Elihu filius Barachel [a] Buzites, de cognatione Ram. Iratus est autem aduersum Iob, eo quòd iustum se esse diceret corã deo. [3] Porrò aduersum amicos eius indignatus est, eo quòd nõ inuenissent responsionem rationabilem, sed tantummodo condemnassent Iob. [4] Igitur Elihu expectauit Iob loquentem, eo quòd seniores essent qui loquebantur. [5] Cum autem vidisset quòd tres respondere non potuissent, iratus est vehementer. [6] Respondénsque B † Supra 12. b Elihu filius Barachel Buzites, dixit: Iunior sum tẽpore, vos autẽ antiquiores: † ideirco demisso capite veritus sum vobis indicare meam sententiam. [7] Sperabam enim quòd ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret sapientiam. [8] Sed vt video, spiritus est in hominibus, & inspiratio omnipotentis dat intelligẽtiam. [9] Non sunt longæui sapientes, nec senes intelligunt iudiciũ. [b] [10] Ideo dicam, audite me ostẽdam vobis etiam ego meam scientiam. [11] Expectaui enim sermones vestros, audiui C prudentiam vestram. [12] Donec disceptaremini sermonibus vestris, & donec putabam vos aliquid dicere, considerabã: sed vt video, non est qui possit arguere Iob, & respõdere ex vobis sermonibus eius. [13] Ne forte dicatis, Inuenimus sapientiam: deus proiecit eum, non homo. [14] Nihil locutus est mihi, & ego non secundum sermones vestros respondebo illi. [15] Extimuerunt, nec responderunt vltrà, abstulerúntq; à se eloquia. [16] Quoniam igitur expectaui, & non sunt locuti, steterunt, nec responderunt vltrà: D [17] respondebo & ego partem meam, & ostendam scientiam meã. [18] Plenus sum enim sermonibus, & coartat me spiritus vteri mei. [c] [19] En venter meus quasi mustum absq; spiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit. [20] Loquar & respirabo paululum, aperiã labia mea, & respondebo. [21] Non accipiam personam viri, & deum homini nõ æquabo. [22] Nescio enim quamdiu subsistam, & si post modicum tollat me factor meus.

b. Hæc ironicè ab eo dicti non dubiũ est: & ideo quia siue eius, siue tres illos prudentiã amicorũ Iob dixerat, ideo aperiè dicit: Donec putabam vos aliquid dicere, cõsiderabam. Hieronym. ibid.

c. Talis est omnis iactabundus, aut loqueatur ergo, aut rumpetur. Plenus est enim sermonibus, & coartat eum spiritus vteri sui. Effutire & fluere audet, quibus fuas iactitet vanitates: quibus omne quod scimus effundat, quibus quæ sit & quatus sit innotescat. Bernar. de Gradib. humil. 4. gradu iactantiæ.

Arguit Elihu Iob vt temerarium, qui contra deum contenderet, & eius opera curiosius scrutaretur. XXXIII.

a. Cum hic Elihu nõ reprehendatur à domino, quia sanctum Iob incepere videretur: tamen ab eodẽ dño eo esse despicitur, cum de eo ita ait infra. 42. 2. Quis est iste, &c. Beda ibid. m.

b. Quasi vocationẽ omnium tutorũ semel fecit dominus & temporaliter circa singulos hoc sit diuina prouidentia. Augu. in Annot. in Iob.

c. Vbi frequẽter loqui dicit deum, vel ea est multiplex, vel prophetarũ & mandatorum eius diuersitas indicitur. Vbi vero semel loqui significatur, stabilita & æternitas eius sententia demonstratur. Hiero. ibid.

d. Tres ergo hæreticos non iterationabili sermone diffluxit, per quas nõ vt visionibus terribilibus somnium animã hominis eruit: de nõ egrotationibus acerbissimis infirmitatẽ carnem affecit: nunc mentem eius visitatione consolationis illuminat. Beda ibid.

C [18] eruens animam eius à corruptione, & vitam illius vt non transeat in gladium. [19] Increpat quoq; per dolorem in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit. [20] Abominabilis ei fit in vita sua panis, & animæ illius cibus antè desiderabilis. [21] Tabescet caro eius, & ossa quæ tecta fuerãt, nudabũtur. [22] Appropinquabit corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis. [23] Si fuerit pro eo angelus loquens vnum de similibus, vt annuntiet hominis æquitatem, [24] miserebitur eius, & dicet: Libera eum, vt non descẽdat in corruptionem: Inueni in quo ei propitier. [25] Consumpta est caro eius à suppliciis, D reuertatur ad dies adolescentiæ suæ. [26] Deprecabitur deum, & placabilis ei erit: & videbit faciem eius in iubilo, & reddet homini iustitiam suam. [27] Respiciet homines, & dicet: Peccaui, & verè deliqui: & vt eram dignus, nõ recepi. [28] Liberauit animam suã, ne pergeret in interitum, sed viuens lucem videret. [29] Ecce hæc omnia operatur deus [c] tribus vicibus per singulos, [30] vt reuocet animas eorum à corruptione, & illuminet luce viuentium. [f] [31] Attẽde Iob, & audi me, & tace dum ego loquar. [32] Si autem habes quod loquaris, respõde mihi. Loquere. Volo enim te apparere iustum. [33] Quod si nõ habes, audi me, tace, & docebo te sapientiam.

c. Hoc est, conuersationis, probationis, & mortis. Augustin. in Annota. in Iob.

f. Hoc est, docenti te obedias, & præbe doctrinæ cõsensum. Beda ibid.

Elihu recto dei iudicio, & non immeritò Iob afflictum contendit, cum dei sit regna pro libito mutare. XXXIIII.

Iudic. 12. b

A Pronuntians itaque Elihu etiam hæc locutus est: [2] Audite sapiẽtes verba [a] mea, & eruditi auscultate me. † [3] Auris enim verba probat, & guttur escas gustu diiudicat. [4] Iudicium eligamus nobis, & inter nos videamus quid sit melius. [5] Quia dixit Iob: Iustus sum, & deus subuertit iudicium meum. [6] In iudicando enim me, mendacium est. violenta sagitta mea absq; vllo peccato. [7] Quis est vir vt est Iob, qui bibit subsannationẽ quasi aquam, [8] qui graditur cũ operantibus iniquitatem, & ambulat cum viris impiis? [9] Dixit enim: [b] Non placebit vir deo, etiã si cucurrerit cũeo. [10] Ideo viri cordati audite me: Absit à deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. [11] Opus enim hominis reddet ei, & iuxtà vias singulorum B restituet eis. [12] Verè enim deus non cõdemnabit frustra, nec omnipotẽs subuertet iudicium. [c] [13] Quem constituit alium super terram, aut quem posuit super orbem quem fabricatus est? [14] Si direxerit ad eum cor suum, spiritum illius & flatum ad se trahet. [15] Deficiet omnis caro simul, & homo in cinerem reuertetur. [16] Si habes ergo intellectũ, audi quod dicitur, & ausculta vocẽ eloquij mei. [17] Nũquid qui nõ amat iudiciũ, sanari potest? Et quomodo tu eum qui iustus est, inrantũ cõdemnas? [18] Qui dicit Regi, Apostata, qui vocat Duces impios. †[19] Qui nõ accipit personas principũ, nec cognouit tyrannum, cum disceptatet contra pauperem. Opus enim manuum eius sunt vniuersi. [20] Subitò morientur, & in media nocte turbabũtur populi, & pertransibũt, C & auferent violentũ absque manu. [d] [21] Oculi enim eius super vias hominũ, & omnes gressus eorum cõsiderat. [22] Nõ sunt tenebræ, & non est vmbra mortis, vt abscondantur ibi qui operantur iniquitatem. [23] Neq; enim vltrà in hominis potestate est vt veniat ad deũ in iudiciũ. [24] Conteret multos innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. [25] Nouit enim opera eorum, & idcirco inducet noctem, & conterentur. [26] Quasi impios percussit eos in loco videntium: [27] Qui quasi de industria recesserunt ab eo, & omnes vias eius intelligere noluerunt, [28] vt peruenire facerent ad eum clamorem egeni, & audiret vocem pauperum. [29] Ipso enim concedente pacem, quis est qui condemnet? Ex quo absconderit vultum, quis est qui cõtempletur eũ? Et super gẽtes, & D super omnes homines. † [e] [30] Qui regnare facit hominem hypocritã propter peccata populi. [31] Quia ergo ego locutus sum ad deum, te quoq; nõ prohibebo. [32] Si erraui, tu doce me. Si iniquitatem locutus sum, vltrà nõ addam. [33] Nũquid à te deus expetit eã, quia displicuit tibi? Tu enim cœpisti loqui, & non ego. Quòd si quid nosti melius, loquere. [34] Viri intelligentes loquantur mihi, & vir sapiẽs audiat me. [35] Iob autẽ stultè locutus est, & verba illius nõ sonãt disciplinã. [36] Pater mi, probetur Iob vsq; ad finẽ. Ne desinas ab homine iniquitatis. [37] Qui addit sup peccata sua blasphemiã, inter nos indesinas

a. Nec enim in re malo fas licet mendacio dehonestari. Pusillanimitatis esse partis erpes, in quo cæteris hæreticis cõuincuntur esse pessores. Ipsi enim soli reperiuntur ad occultandam suam quam putant veritatem, dogmatizare mendacium: atque hoc tam magnum malum ideo iustum existimare, quia dicunt in corde retinendũ esse quod verũ est, ore autem ad alienos proferre falsum, nullũ esse peccatum. Aug. de mẽdacio. Nemo itaque quantumuis tibi pro se habeat, mentiri debet.

b. Hic illi patet deceptũ, quia hoc sperans omnia illa fecerit, aut cerè quòd in bonum nõ putat vitiari eum qui ambulauerit cum domino. Aug. lib. Anno in Iob. Tomo. 6.

c. Hoc est, Quis vltrà pleb iudiciũ terrã, & omnes populos nũ deus? Qui si male velles nobis, posset vno flatu oẽs redigere in puluerem. Ipse ergo quia potẽs condicor, tam pius est moderatorq; quæ opus suum regendo fit & diligis. Hieron. ibid.

d. Iã populum enim & perpetuo vigilem illũ oculũ nihil eorum quæ fiunt, latere potest. Chrys. in 1. ad Gnec. homil. 8.

e. Sicut de populo Israel dicit deus. Osee 13. Iniustũ enim non est, vt imputabit accipientibus noctẽ pectoribus, & honorũ patrũ fit probenũr, & malorũ iustitiæ punitatem. Aug. de natura boni, edoct. March. cap 3.

Malus principatus malo populo datur à deo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

terim conſtringatur,& tunc ad iudicium prouocet ſermonibus ſuis deum.

Non deo, ſed homini prodeſt aut obeſt pietas aut impietas, quoniam recto dei iudicio interdum vindicta differtur. XXXV.

AGitur Elihu hæc rurſum locutus eſt: [2] Nũquid æqua videtur tibi tua cogitatio, vt diceres: [3] Iuſtior deo ſum? [3] Dixiſti enim: Non tibi placet quod rectum eſt: vel quid tibi proderit, ſi ego peccauero? [4] Itaque ego reſpondebo ſermonibus tuis, & amicis tuis tecum. [5] Suſpice cœlum, & intuere: & contemplare æthera quòd altior te ſit. [6] Si peccaueris, quid ei nocebis? Et ſi multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum? [7] Porrò ſi iuſtè egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? †[8] Homini qui ſimilis tui eſt, nocebit impietas tua: & filium hominis adiuuabit iuſtitia tua. Propter multitudinem calũniatorum clamabunt, & eiulabunt propter vim brachij tyrannorum. [10] Et nõ dixit: Vbi eſt deus qui fecit me, qui dedit carmina in [c] nocte? [11] Qui docet nos ſuper iumẽta terræ, & ſuper volucres cœli erudit nos. [12] Ibi clamabunt, & nõ exaudiet, propter ſuperbiam malorum. [13] Non ergo fruſtra audiet deus, & omnipotens cauſas ſingulorũ intuebitur. [14] Etiam cum dixeris, Non conſiderat: iudicare coram illo, & expecta eum. [15] Nunc enim nõ infert furorem ſuum, nec vlciſcitur ſcelus valde. [16] Ergo Iob fruſtra aperit os ſuum, & abſque ſcientia verba multiplicat.

a Hoc eſt, iuſtus ſum ante cõſpectũ domini. Vtrũque enim reprehenſibile eſt in homine. Auguſt. in Anno. in Iob.
b Hoc eſt. Cui te æquare præſumis? Poteris enim agnoſcere maieſtatem dei ex cælo, quod eſt ſedes eius & ex nubibus, quæ ſunt vehicula eius: quæ cũ ſint altiſſima, nec illis prodeſſe nec obeſſe poſſe[m]. & multo minus deo qui illa præſidet. Beda ibid.
c. Nox ipſa tribulatio intelligitur, ſecũdum illud Pſal. Probaſti cor meũ, & viſitaſti nocte: ſicut & ſpiritus aliquando dies dicitur. Vnde Pſal. Per diẽ ſol nõ vret te. Hiero. ibi.
† 1.4 c. Homini.

Deus flagellat vt erudiat, tribulat vt ſaluet, humiliat vt timeatur, vnde æquus iudex oſtenditur. XXXVI.

ADdens quoque Elihu, hæc locutus eſt: [2] Suſtine me paululũ, & indicabo tibi. [2] Adhuc enim habeo quod pro deo loquar. [3] Repetam ſciẽtiam meã à principio, & operatorem meum probabo iuſtum. [4] Verè enim abſque mendacio ſermones mei, & perfecta ſcientia probabitur tibi. [5] Deus potentes non abiicit, cum & ipſe ſit potens: [6] ſed non ſaluat impios: & iudicium pauperibus tribuet. [7] Non auferet à iuſto oculos ſuos, & Reges in ſolio collocat in perpetuum, & illic eriguntur. [8] Et ſi fuerunt in catenis, & vinciantur funibus paupertatis, [9] indicabit eis opera eorum, & ſcelera eorum, quia violenti fuerunt. [10] Reuelabit quoque aurem eorum, vt corripiat: & loquetur vt reuertãtur ab iniquitate. [11] Si audierint & obſeruauerint, complebunt dies ſuos in bono, & annos ſuos in gloria. [12] Si autẽ nõ audierint, tranſibunt per gladium, & conſumentur in ſtultitia. [13] Simulatores & callidi prouocant iram dei, neque clamabunt cum vincti fuerint. [14] Morietur in tẽpeſtate anima eorum, & vita eorum inter effœminatos. [15] Eripiet de anguſtia ſua pauperem, & reuelabit in tribulatione aurẽ eius. [16] Igitur ſaluabit te de ore anguſto latiſſimè, & non habente fundamentum ſubter ſe. Requies autẽ menſæ tuæ erit plena pinguedine. [17] Cauſa tua quaſi impij iudicata eſt, cauſam iudiciúmque recipies. [18] Nõ te ergo ſuperet ira, vt aliquem opprimas: nec multitudo donorũ inclinet te. [19] Depone magnitudinem tuam abſque tribulatione, & omnes robuſtos fortitudine. [20] Ne protrahas noctem, vt aſcendant populi pro eis. [21] Caue ne declines ad iniquitatem. Hanc enim cœpiſti ſequi poſt miſeriã. [22] Ecce deus excelſus in fortitudine ſua, & nullus ei ſimilis in legiſlatoribus. [23] Quis poterit ſcrutari vias eius? aut quis poteſt ei dicere: Operatus es iniquitatẽ? [24] Memẽto quòd ignores opus eius, de quo cecinerũt viri. [25] Omnes homines vidẽt eum, vnuſquiſque intuetur procul. [26] Ecce deus magnus vincẽs ſcientiam noſtram. Numerus annorũ eius inæſtimabilis. [27] Qui aufert ſtillas pluuiæ, & effundit imbres ad inſtar gurgitum. [28] Qui de nubibus fluũt, quæ prætexunt cuncta deſuper. [29] Si voluerit extendere nubes quaſi tẽtorium ſuũ, [30] & fulgurare lumine ſuo deſuper, cardines quoque maris operiet. [31] Per hæc enim iudicat populos, & dat eſcas multis mortalibus. [32] In manibus abſcõdit lucem, & præcipit ei vt rurſus adueniat. [33] Annuntiat de ea amico ſuo quòd poſſeſſio eius ſit, & ad eam poſſit aſcendere.

a Quia vero nonnunquã doctores ſancti crebro reperiũtur qua obſcurè, dicũt vt quæ occulta prædicant, auditorũ cordibus voce hac iterationis infundant. plerunq; hoc certã apperũt arrogãtes imitari, & intelligere ea quæ dicerint, repleri nõ quã auditorũ cordi[a] infinuare res appetant, ſed quòd eorũ iudicio videri volunt eloquẽtes. Greg. ibid.
b Hæc eſt iuſtitiæ eius immẽſitas, & naturæ bonæ voluntas, vt nulli inuideat: quia nemo ei quamuis potens ſit, poteſt coæquari. Hiero. ibid.

Quare de[a] corripiat & flagellet.

Fidei homini cognita Dei opera.

Ex diuinis operibus Elihu dei ſapientiam declarat, & inueſtigabile iudicium. XXXVII.

A SVper hoc expauit cor meum, & emotum eſt de loco ſuo. [2] Audiet auditionem in terrore vocis eius, & ſonum de ore illius procedentem. [3] Subter omnes cœlos ipſe cõſiderat, & lumẽ illius ſuper terminos terræ. [4] Poſt eum rugiet ſonitus, tonabit voce magnitudinis ſuæ, & non inueſtigabitur eũ audita fuerit vox eius. [5] Tonabit deus in voce ſua mirabiliter, qui facit magna & inſcrutabilia. [6] Qui præcipit niui vt deſcendat in terram, & hyemis pluuiis, & imB bri fortitudinis ſuæ. [7] Qui in manu omnium hominum ſignat, vt nouerint ſinguli opera ſua. [8] Ingredietur beſtia latibulũ ſuum, & in antro ſuo morabitur. [9] Ab interioribus egredietur tempeſtas, & ab Arcturo frigus. [10] Flante deo concreſcit gelu, & rurſum latiſſimè funduntur aquæ. [11] Frumentum deſiderat nubes, & nubes ſpargunt lumen ſuum. [12] Quæ luſtrant cuncta per circuitum, quocunque eas voluntas gubernãtis duxerit, ad omne quod præceperit illis ſuper faciem orbis terrarum, [13] ſiue in vna tribu, ſiue in terra ſua, ſiue in quocunque loco miſericordiæ ſuæ eas iuſſerit inueniri.
C [14] Auſculta hæc Iob, ſta, & conſidera mirabilia dei. [15] Nunquid ſcis quando præcepit deus pluuiis vt oſtenderent lucem nubium eius? [16] Nunquid noſti ſemitas nubium magnas, & perfectas ſcientias? [17] Nónne veſtimenta tua calida ſunt cum perflata fuerit terra auſtro? [18] Tu forſitan cum eo fabricatus es cœlos, qui ſolidiſſimi quaſi ære
D fuſi ſunt. [19] Oſtẽde nobis quid dicamus illi. Nos quippe inuoluimur tenebris. [20] Quis narrabit ei quæ loquor? Etiam ſi locutus fuerit homo, deuorabitur, [21] at nũc nõ vidẽt lucem. Subito aer cogetur in nubes, & ventus tranſiens fugabit eas. [22] Ab aquilone aurum venit, & à deo formidoloſa laudatio. [23] Digne eum inuenire non poſſumus. Magnus fortitudine & iudicio & iuſtitia, & enarrari non poteſt. [24] Ideo timebunt eũ viri, & non audebunt contemplari omnes qui ſibi videntur eſſe ſapientes.

Deus ex creatis ab initio oſtendit Iob inordinatè loquutum, & Elihu inconuenienter determinaſſe. XXXVIII.

A REſpondens autẽ dominus Iob de turbine, dixit: [2] Quis eſt iſte inuoluens ſententias ſermonibus imperitis? [3]† Accinge ſicut vir lumbos tuos, interrogabo te, & reſponde mihi. †[4] Vbi eras quando ponebam fundamẽta terræ? Indica mihi, ſi habes intelligentiam. [5] Quis poſuit menſuras eius, ſi noſti? vel quis tetendit ſuper eam lineã? [6] Super quo baſes illius ſolidatæ ſunt? Aut quis demiſit lapidem angularem eius, [7] cum me laudarent ſimul [b] aſtra matutina, & iubilarent omnes filij dei? [8] Quis concluſit oſtiis mare, quando erumpebat quaſi de vulua procedens: [9] cũ ponerem nubem veſtimentum eius, & caligine illud quaſi pannis infantiæ obuoluerem? [10] Circundedi illud terminis meis, & poſui vectem & oſtia, [11] & dixi: Vſque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. [12] Nũquid poſt ortum tuum præcepiſti diluculo, & oſtendiſti auroræ locum ſuum? [13] Nunquid tenuiſti concutiens extrema terræ, & excuſſiſti [c] impios ex ea? [14] Reſtituetur vt lutum ſignaculum, & ſtabit ſicut veſtimentum. [15] Auferetur ab impiis lux ſua, & brachium excelſum confringetur. [16] Nunquid ingreſſus es profundum maris, & in nouiſſimis abyſſi deambulaſti? [17] Nũquid apertæ ſunt tibi portæ mortis, & oſtia tenebroſa vidiſti? [18] Nunquid conſideraſti latitudinẽ terræ? Indica mihi, ſi noſti, omnia, [19] in qua via lux habiter, & tenebratum quis locus ſit: [20] vt ducas vnumquodq; ad terminos ſuos,
B & intelligas ſemitas domus eius. [21] Sciebas tunc quòd naſciturus eſſes, & numerum dierum tuorum noueras? [22] Nũquid ingreſſus es theſauros niuis, aut theſauros grandinis aſpexiſti, [23] quæ præparaui in tempus hoſtis, & in diem pugnæ & belli? [24] Per quam viam ſpargitur lux, diuiditur æſtus ſuper terram? [25] Quis dedit vehemẽtiſſimo imbri curſum, & viam ſonantis tonitrui, [26] vt plueret ſuper terram abſque homine

a Omnis igitur qui eſt deo eſt locuturus, lõbos prius caſtitate iubetur accingere. Hiero. ibid.

b Angeli cœleſtes, quos & filios dei nũcupant, ad diſtinctionem numerum hominum ſanctorũ, qui poſt modum creandi, ac velut aſtra veſpertina poſt confeſſionem diuinæ laudationis per mortem erant carnis occaſuri lumbos ſuper cap. 1. Geneſis.

c. Quia aduenĩte luce auroræ latrones delitescunt.

d. Hæc itaque interrogationẽ oportet legere, vt res quaſcunque Chriſtus vbicũque geſſerit, ipſi demõſtrare oratio. Ob id enim ipſum mortuus vniuſq; fuit, vt mortuorum viuorũq; dominetur. Cyril. in Gen. lib. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in deserto,vbi nullus mortaliũ cõmoratur,[27] vt impleret inuiam & desolatã, & produceret herbas virẽtes?[28] Quis est pluuiæ pater,vel quis genuit stillas roris? [29] De cuius[c] vtero egressa est glacies,& gelu de cœlo quis genuit? [30] In similitudinem lapidis aquæ durantur,& superficies abyssi constringitur.[31] Nunquid cõiungere valebis micantes[f] stellas Pleiades,aut gyrum Arcturi poteris dissipare?[32] Nunquid producis luciferum in tempore suo,& Vesperum super fines terræ consurgere facis? [33] Nunquid nosti ordinem cœli,& pones rationem eius in terra? [34] Nunquid eleuabis in nebula vocem tuam,& impetus aquarum operiet te?[35] Nunquid mittes fulgura, & ibunt:& reuerentia dicent tibi,Adsumus?[36] Quis posuit in visceribus hominis sapiẽtiam, vel quis dedit gallo intelligentiam?[37] Quis enarrabit cœlorum rationem, & concentum cœli quis dormire faciet? [38] Quando fundabatur puluis in terram,& glebæ compingebantur?[1] Nũquid capies leænæ prędam,& animam catulorũ eius implebis,[2] quando cubant in antris,& in specubus insidiantur? †[3] Quis præparat coruo escam suam, quando pulli eius clamant ad deum,vacantes,eò quòd non habeant cibos?

c. Aliter vteros dei incomprehensibilia & occulta iudicia eius, quæ raram nequeũt,mystice intimat: de quibus occultis iudiciis etiã in Iob scriptum est. De cuius vero egressa est glacies Augustin. de essentia diuinitatis.

f. Pleiades stellæ ἀπὸ τῆς πλείονος, id est à pluralitate vocatæ sunt, ita vt vicinæ sibi & diuisæ sunt conditæ, vt simul sine,& ramen coniungi nequaquam possint. Grego. in cap.38.Iob.lib.29 cap.27.

Mirabilia à deo facta in auibus & animalibus,nos docent quantum deo fidere debeamus. XXXIX.

VNquid[a] nosti tempus partus[a] ibicum in petris,vel parturientes ceruas obseruasti?[5] Dinumerasti menses cõceptus earum, & scisti tẽpus partus earũ? [6] Incuruantur ad fœtum,& pariunt,& rugitus emittunt. [7] Separantur filij earum,& pergunt ad pastum: egrediuntur,& nõ reuertũtur ad eas. [8] Quis dimisit onagrum[b] liberum,& vincula eius quis soluit?[9] Cui dedi in solitudine domũ, & tabernacula eius in terra salsuginis.[10] Contemnit multitudinem ciuitatis,clamorẽ exactoris non audit.[11] Circunspicit montes pascuæ suæ, & virẽtia quæque perquirit. [12] Nunquid volet[c] rhinoceros seruire tibi,aut morabitur ad præsepe tuum?[13] Nũquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo, aut confringet glebas vallium post te? [14] Nũquid fiduciã habebis in magna fortitudine eius,& derelinques ei labores tuos? [15] Nunquid credes illi quoniam sementem reddat tibi, & aream tuam congreget? [16] Penna struthionis similis est pennis herodij & accipitris.[17] Quãdo derelinquit ouа sua in terra,tu forsitan in puluere calefacies ea?[18] Obliuiscitur quòd pes cõculcet ea, aut bestia agri conterat.[19] Duratur ad filios suos quasi non sint sui: frustra laborauit nullo timore cogente.[20] Priuauit enim eam deus sapiẽtia, nec dedit illi intelligentiã. [21] Cum tempus fuerit,in altum alas erigit:deridet equum,& ascẽsorem eius. [22] Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circundabis collo eius hinnitum?[23] Nunquid suscitabis eum quasi locustas? Gloria narium eius terror,[24] terrã vngula fodit. Exultat audacter, in occursum pergit armatis. [25] Contemnit pauorem, nec cedit gladio. [26] Super ipsum sonabit pharetra,vibrabit hasta & clypeus.[27] Feruens & fremens sorbet terram,nec reputat tubæ sonare clãgorem.[28] Vbi audierit buccinam,dicit: Vah. Procul odoratur bellum,exhortationem ducum,& vlulatum exercitus.[29] Nunquid per sapientiam tuam plumescit[d] accipiter,expandens alas suas ad austrum.[30] Nũquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila,& in arduis ponet nidũ suum? [31] In petris manet,in præruptis silicibus commoratur,atque inaccessis rupibus. [32] Inde contemplatur escam,& de longe oculi eius prospiciunt.[33] Pulli eius lambũt sanguinem: & vbicunq; cadauer fuerit,statim adest.[34] Et adiecit dominus,& locutus est ad Iob: [35] Nũquid qui contendit cum deo,tam facilè conquiescit? Vtique qui arguit deum, debet & respondere ei.[36] Respõdens autem Iob domino,dixit: [37] Qui leuiter locutus sum, respondere quid possum? †Manum meam ponam super os meum.[38] Vnum locutus sum,quod vtinam non dixissem:& alterum:quibus vltrà non addam.

a. Capreatum syluestrium genus, quas 70. interpr. vocarunt tragelaphos, id est, hircocervos. Tragos enim hircus, elaphos autem cerua. Aug. in annot. in Iob.

b. Onager agrestis est asinus, & ly lucstris vt plurimum, qui nusquam domari potest. Grego in 24. cap Iob.lib.16.

c. Rhinoceros indomitæ omnino naturæ est: ita vt si quãdo captus fuerit, coerceri nullatenus possit. Impatiens quippe,vt fertur, illico moritur. Greg. in lib. 31 Iob cap.1.super ca 39.Iob.

d. Accipiter auis rapax, ab accipiendis auibus dictus.

Deus ex humana imbecillitate suam potentiam in malitiam Behemoth & Leuiathan ostendit. XL.

Respon-

REspondens autem dominus Iob de turbine,dixit: [a] †[1] Accinge sicut vir lumbos tuos,interrogabo te,& indica mihi.[3] Nũquid irritum facies iudicium meum,& condemnabis me, vt tu iustificeris? [4] Et si habes brachium sicut deus, & si voce simili tonas,[5] circunda tibi decorem, & in sublime erigere,& esto gloriosus, & speciosis induere vestibus.[6] Disperge superbos in furore tuo, & confunde eos:& respiciens omnem arrogantem humilia.[7] Respice [b] cunctos superbos,& confunde eos:& contere impios in loco suo.[8] Absconde eos in puluere simul,& facies eorum demerge in foueam:[9] & ego confitebor quòd saluare te possit dextera tua.[10] Ecce[b] Behemoth quem feci tecum,†fœnum quasi bos comedet.[c][11] Fortitudo eius in lumbis eius,& virtus illius in vmbilico ventris eius.[12] Stringit caudam suam quasi cedrum:nerui testiculorũ eius perplexi sunt.[13] Ossa eius velut fistulæ æris:cartilago illius quasi laminæ ferreæ.†[d][14] Ipse est principium viarum dei, [c] qui fecit eum,applicabit gladium eius.[15] Huic montes herbas ferunt. Omnes bestiæ agri ludẽt ibi.[16] Sub vmbra dormit in secreto calami in locis humẽtibus.[17] Protegũt vmbræ vmbram eius,circundabunt eum salices torrentis. [18] Ecce absorbebit fluuiũ, & non mirabitur,& habet fiduciam quòd influat Iordanis in os eius.[19] In oculis eius quasi hamo capiet eum, & in sudibus perforabit nares eius. [20] An extrahere poteris Leuiathan hamo,& fune ligabis linguam eius?[21] Nũquid pones circulum in naribus eius,aut armilla perforabis maxillam eius?†[22] Nũquid multiplicabit ad te preces,aut loquetur tibi mollia?[23] Nunquid feriet tecum pactum, & accipies eum seruum sempiternum?[24] Nunquid illudes ei quasi aui,aut ligabis eum ancillis tuis?[25] Concident eum amici,diuident illum negotiatores? [26] Nunquid implebis sagenas pelle eius, & gurgustium piscium capite illius?[27] Pones super eum manum tuam.Memento belli, nec vltrà addas loqui. [28] Ecce spes eius frustrabitur eum,& videntibus cunctis præcipitabitur.

Quod est,noli vt faceas sicut ipse disponis, sed potius loquere, & quod interrogo te, respunde mihi, beda.

b. Nunc animal syluestre, vt dicunt Hebræi, sicut Leuiathan marinum animal.

c. In lũbis viri femina sunt, in vtero autem fœminæ. Illudit ergo diabolus in his vt faciat adulterium, incestum, fornicationem. Et ideo qui fornicatur, in corpus suum peccat, nõ extra corpus. Ambrosius Psal.37.

d. Cui cõsonare etiã videtur illud Psal. vbi legitur Draco iste quem formasti ad illudendum ei, sic intelligendum est, vt existimemus talẽ ab initio creatũ, qui ab angelis illudereẽtur, sed in hac poena post peccatum ordinatum. Aug. de ciuit.dei.lib.11.17.

Behemoth malitia arguitur iuxta eius membra,duritiam,& superbiam. XLI.

ECce spes eius frustrabitur eum,& videntibus cunctis præcipitabitur.

ON quasi crudelis suscitabo eum. † Quis enim resistere potest vultui meo,[2] & quis antè dedit mihi vt redda ei? Omnia quæ sub cœlo sunt, mea sunt.[3] Nõ parcã ei verbis potentibus, & ad deprecandũ cõpositis. [4] Quis reuelabit faciẽ induméti eius? Et in mediũ oris eius quis intrabit?[5] Portas vultus eius quis aperiet? Per gyrum dẽtium eius formido, [b] [6] corpus illius quasi scuta fusilia,compactum squãmis se premẽtibus.[a][7] Vna vni cõiungitur,& ne spiraculum quidem incedit per eas.[8] Vna alteri adhærebit,& tenentes se nequaquam separabũtur.[9] Sternutatio eius splẽdor ignis,& oculi eius vt palpebræ diluculi.[10] De ore eius lampades procedunt sicut tędæ ignis accẽsæ:[11] de naribus eius procedit fumus,sicut ollæ succensæ atque feruentis.[12] Halitus eius prunas ardere facit,& flamma de ore eius egreditur.[13] In collo eius morabitur fortitudo,& faciẽ eius [c] præcedit egestas.[14] Membra carnium eius cohærentia sibi. Mittet contra eũ flumina, & ad locum alium non ferentur.[15] Cor eius indurabitur tanquam lapis,& stringetur quasi malleatoris incus.[16] Cum sublatus fuerit,timebũt angeli,& territi purgabũtur. [17] Cum apprehenderit eum gladius,subsistere nõ poterit neque hasta, neque thorax. [d] [18] Reputabit enim quasi paleas ferrum,& quasi lignum putridum æs.[19] Non fugabit eum vir sagittarius:in stipulam versi sunt ei lapides fundæ.[20] Quasi stipulam æstimabit malleum, & deridebit vibrantem hastam. [21] Sub ipso erunt radij solis, & sternet sibi aurum quasi lutum. [22] Feruescere faciet quasi ollam profundum maris, ponet quasi cum vnguenta bulliunt.[23] Post eum lucebit semita, æstimabit abyssum quasi senescentem. [24] Non est super terram potestas quæ comparetur ei, qui factus est vt nullum timeret.[25] Omne sublime videt, ipse est Rex super vniuersos filios superbiæ.

a. Talis vnitas, imò vero pueritas soler esse aliquorũ fratrũ cepisse ac remisse cõuersantiũ, quib[9] ũ quid honestatis aut insigne eiusquã bonæ cõsuetudinis persuadere velis, promptiores sunt maioris dispendio ac difficultatis grauiori rebẽre, quàm facili cõpendio assequi velle quod rectum esse confiterẽ. Peruersa & execranda talis vnitas. Bernard. de assumpt. beatæ Mariæ virg. ser.1.

Iob amissis cum fœnore recuperatis,amicis præfertur à domino,atque ab eo benedictus tandem cum pace quieuit. XLII.

a. Vnde apparet sanctum Iob ex his sermonib⁹ quos deo pœnitens confitetur, accusare cogitationes suas quibus se meminit de iustitia sue meritis sibi plurimū tribuisse. Hiero. ibid.

Respondens autem Iob domino, dixit: [2] Scio quia omnia potes, [a] & nulla te A
latet cogitatio. [3] Quis est iste qui celat consilium absque scientia? Ideo in-
sipienter locutus sum, & quę vltra modum excederent scientiam meam.
[4] Audi, & ego loquar: interrogabo te, & responde mihi. [5] Auditu auris au-
diui te, nunc autem oculus meus videt te. [6] Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœni-
tentiam in fauilla & cinere. [7] Postquam autem locutus est deus verba hæc ad Iob, di-
xit ad Eliphaz Themaniten: [b] Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos, quo- B
niam non estis locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob. [8] Sumite ergo vobis
septem tauros, & septem arietes, & ite ad seruum meum Iob, & offerte holocaustum
pro vobis: Iob autem seruus meus [c] orabit pro vobis. Faciem eius suscipiā, vt non im-
putetur vobis stultitia. Neque enim locuti estis ad me recta, sicut seruus meus Iob.
[9] Abierunt ergo Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites, &
fecerunt sicut locutus fuerat dominus ad eos: & suscepit deus faciem Iob. [10] Domi- C
nus quoque conuersus est ad pœnitentiam Iob, cum oraret ille pro amicis suis. [d] Et
addidit dominus omnia quæcunque fuerant Iob, duplicia. [11] Venerūt autem ad eum
omnes fratres sui, & vniuersæ sorores suæ, & cuncti qui nouerant eum prius, & co-
mederunt cum eo panem in domo eius. Et mouerunt super eum caput, & consolati
sunt eum super omni malo quod intulerat dominus super eum: & dederunt ei vnus-
quisque ouem vnam, & inaurem auream vnam. [12] Dominus autem [e] benedixit nouis- D
simis Iob magis quàm principio eius. Et facta sunt ei quatuordecim milia ouium, &
sex milia camelorum, & mille iuga boum, & mille asinæ: † [13] & fuerunt ei septem filij,
& tres filiæ. [14] Et vocauit nomen vnius Diem, & nomen secundæ Casiam, & nomen
tertiæ * Cornu stibij. [15] Non sunt autem inuentæ mulieres speciosæ sicut filiæ Iob in
vniuersa terra. Deditque eis pater suus hæreditatem inter fratres earum. [16] Vixit autē
Iob post hæc flagella centum quadraginta annis, & vidit filios suos, & filios filiorum
suorum, vsque ad quartam generationem: & mortuus est senex, & plenus dierum.

b. Sententia domini super tot prædictis cōtrouersiis, qua beatū Iob victorem asserit, quamuis peccasse, & ob hoc flagellatum accusarent eum amici. Greg. ibid.
c. Peccatum enim, sed non adeo magnum admiserāt. Chry. homi. 2. ad Thessal. 1. Hoc est, vt nō afficiam vos pœna stultitiæ vestræ debita.
d. Itaque operarius ille victoriæ dei retulit omnibus saecularibus tēctationum, lorica clypeoque patientiæ & integritatem mox corporis a deo recuperauit, & quæ amiserat conduplicata possedit. Tertul. de patientia in fine.
e. Dupla premia Iob victor accepit. Pugnantibus vero suis, & sua gratia iuuante vincentibus, centupla hic se daturum dominus pollicetur, & vitam æternam in futuro seculo largiturum. Prosper.
* hoc est pulchra velut dies, nobilis vt casia, id est elegās vt cornu stibij, quo mulieres facies suas phalerant.
† Sup. 1. a

F I N I S.

PROLOGVS BEATI HIERONYMI PRESBYTERI
in Psalterium, quod secundum Septuaginta
editionem correxit.

Psalterium Romæ dudum positus emendaram, & iuxta Septuaginta interpretes, licet cursim, magna tamen ex parte correxeram. Quod quia rursum videtis, o Paula & Eustochium, scriptorum vitio deprauatū, plusque antiquum errorem, quàm nouam emendationem valere, me cogitis, vt veluti quodam nouali scissum iā aruū exerceam, & obliquis sulcis renascentes spinas eradicem: æquum esse dicentes, vt quod crebrò male pullulat, crebrius succidatur. Vnde consueta præfatione commoneo tam vos, quibus forte labor iste desudat, quàm eos qui exemplaria istiusmodi habere voluerint, vt quæ diligenter emendaui, cum cura & diligentia transcribantur. Notet sibi vnusquisque vel iacentem lineam, vel radiantia signa, id est obelos vel asteriscos: & vbicunque viderit virgulam præcedentem, ab ea vsque ad duo puncta quæ impressimus, sciat in septuaginta translatoribus plus haberi: vbi autem perspexerit stellæ similitudinem, de Hebræis voluminibus additum nouerit, æquè vsque ad duo puncta, iuxta Theodotionis duntaxat editionem: quia simplicitate sermonis à septuaginta interpretibus non discordat. Hæc ergo & vobis, & studioso cuique fecisse me sciens, non ambigo multos fore, qui vel inuidia vel supercilio malint contemnere videri præclara, quàm discere: & de turbulento magis riuo, quàm de purissimo fonte potare.

Incipit

Incipit Liber Hymnorum,
VEL SOLILOQVIORVM.

Psalmus. I.

A Beatus [a] vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via pecca-
torum non stetit, [b] & in cathedra pestilentię non sedit. [2] Sed in le-
ge domini voluntas eius, & in lege eius [c] meditabitur die ac no-
B cte. [d] † [3] Et erit tanquam lignum quod plantatū est secus decur-
sus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Et foliū
eius non defluet, & omnia quæcunque faciet prosperabuntur.
[4] Non sic impij, non sic, sed tanquam puluis quem proiicit ven-
tus à facie terræ. [5] Ideo non resurgunt impij in iudicio, neq; peccatores in consilio iu-
storum. [6] Quoniam nouit dominus viam iustorum, & iter impiorum peribit.

† Iere. 17. b

Psalmus David. II.

A Qvare [a] † fremuerunt gētes, & populi meditati sunt inania? [2] Astiterunt reges
terræ, & principes [b] conuenerunt in vnum, aduersus dominum, & aduersus
Christum eius. [3] Dirumpamus vincula eorum, & proiiciamus à nobis iugum
ipsorū. [4] Qui habitat in cœlis irridebit eos, & dominus subsannabit eos. [5] Tūc loque-
B tur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. [6] Ego autē cōstitutus sum Rex
ab eo super Sion montē sanctum eius prædicans præceptum eius. † [7] Dominus dixit
ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. [8] Postula à me, & dabo tibi gētes hæredi-
tatem tuam, [c] & possessionem tuam terminos terræ. † [9] Reges eos in virga ferrea, &
C tanquam vas figuli cōfringes eos. [10] Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudica-
tis terram. [11] Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. [d] [12] Apprehēdite
disciplinam, nequando irascatur dominus, & pereatis de via iusta. [13] Cum exarserit in
breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo.

† Act. 4. c
† Act. 13. f; Hebr. 1. b, 5. a; † Apoc. 2. g, 19. c

Psalmus David, cum fugeret à facie Absalom. III.

A Domine [a] quid multiplicati sunt qui tribulāt me? multi insurgūt aduersum me.
[2] Multi dicūt animæ meæ: nō est salus ipsi in deo eius. [3] Tu autē domine susce
ptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meū. [4] Voce mea ad dominū cla-
B maui, & exaudiuit me de mōte sancto suo. † [5] Ego dormiui, & soporatus sum, & exur-
rexi: quia domin⁹ suscepit me. [6] Nō timebo milia populi circūdātis me: exurge domi
ne, saluū me fac deus meus. [7] Quoniā tu percussisti oēs aduersantes mihi sine causa:
dentes peccatorū cōtriuisti. [b] [8] Domini est salus: & super populū tuū benedictio tua.

† 2. Reg. 15. c
† Sup. 3. d

In finem in carminibus Psalmus David. IIII.

A Cvm [a] inuocarē, exaudiuit me deus [b] iustitiæ meæ, in tribulatione dilatasti mi
hi? [2] Miserere mei, & exaudi orationē meam. [3] Filij hominū vsquequo graui
corde, vt quid diligitis vanitatē, & quæritis mēdacium? [4] Et scitote quoniam
mirificauit dominus sanctū suū: dominus exaudiet me, cū clamauero ad eū. † [c] [5] Ira-
scimini & nolite peccare: quæ dicitis in cordibus vestris: [d] & in cubilibus vestris cō-
B pungimini. [6] Sacrificate sacrificiū iustitię, & sperate in domino: multi dicūt, quis ostē
dit nobis bona? [e] [7] Signatū est super nos lumen vultus tui domine: dedisti lætitiam in
corde meo. [f] [8] A fructu frumēti, vini & olei sui, multiplicati sunt. In pace in idipsum,
dormiam & requiescam. [9] Quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me.

† Ephes. 4. f

In finem pro ea quæ hæreditatem consequitur, Psalmus David. V.

A Verba mea auribus percipe domine, [a] intellige clamorē meum. [2] Intende voci
orationis meæ: Rex meus & deus meus. [3] Quoniā ad te orabo domine, [b] ma-
ne exaudies vocem meam. [4] Mane astabo tibi & videbo, quoniam non deus

a. A præmio cœpit, vt pondus futuri certaminis eleuaret. Mercedem præmisit, vt vnusquisque præsentiū rerum solicitudines ac labores corde transiliens ad emerendam beatitudinem futurorū auida festinatione cōsideret. Impios dicit qui in dei excogitant iniuriā, vt heretici sub quibus continentur peccatores. Amb. ibid.
b. Hanc dicimus cathedrā pestilentiæ, quę extra dei ordinationē est, ad hoc vt que inuenta, vt in quosunde exerit iudicia. Propterea pestilentię cathedra dicta est, quia est corruptio quę parit mortem, sicut & iniquitas dānationem. August. de quæst. vete. & noui testa. q. 110.
c. Tradidit sacra lectio mūda animalia esse quę ruminant. Quid autem sit ruminare, apertè docet sermo diuinus, dicens In lege domini meditabitur die ac nocte. Euse. Emis. ad mon. ho. 1.
d. Lignū hoc viuens est, nec solū viuens, sed rationale, in tantū vt fructū det. Deo vero non cōsule sed sponte suo, cū ē ipse in gloria dei domino suo conformis adhæserit. Hila. ibid.
a. Vsq; hodie gētes fremūt aduersus Christū, quia idolis sūt impossibilia, populi Iudæi meditātur inania. Arnob. ibid.
b. Cōuenerūt enim in veritate in ciuitate ista aduersus puerū sanctū tuū quē vnxisti, Herodes & Pilatus, & populus Israel, facere quanta manus tua & cōsiliū præstinauit fieri. Prosp. Responsio ad excerpta Genuensium, dubio 8.
c. Et licet iā penè occupauerit omnes gentes, superest tamen vt plenitudo gētiū cū intrauerit, totus prædestinatus Israel saluus fiat, vt per eū omnis mūdus reconcilietur deo. Prosper de promis. part. 2. c. 26.
d. Hoc est, Erudimini, inquā, non in superficie, sed summo studio cōtendite vt perfectam virtutem cōsequamini. Euthy. ibidem.
a. David cū fugeret à facie Absalom, ex occasione suæ tribulationis incipiens, dixit: Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me? Et introducens propheticā dominicæ passionis addidit: Ego dormiui, &c. Chr. sost. in Matth. homil. 49.
b. Non ea salus intelligitur qua dominus saluus est, sed qua salui sunt, quos ipse saluos fecit. Aug. Psal. 21.
a. Totus itaque psalmus ad Christum, & per Christū ad iustos referēdus est. Hiero. ibid.
b. Quod vero ait, deus iustitiæ meæ, si ad David referas, circūlocut⁹ est pro eo, De⁹ mei David, mei inquā qui Absaloni comparatus iustus videri possum, dum iustiorem causam foueo. Euth. ibid.
c. Ergo & si irascimur, quia affectus naturæ est, nō potestatis, malū sermonē non proferamus de ore nostro, ne in culpā ruamus. Sed sit

gū & verbis tuis & statera hoc est, humilitas atq; mēsura, vt lingua tua mēti subdita sit. Ambr. Offi. 1. cap. 1. d. In nocte semper recordari possumus dei, cū in tranquillitate est animus & requie, cū in portu, cū in serenitate. Chrys. ad populum Antioch. homil. 41. e. Quod est ergo lumē signatū, nisi illius signaculi spiritalis, in quo credentes signati sunt? Ambr. de spiritu sancto, lib. 1. cap. 17. f. Ab illo tēpore quo accepimus frumentū in corpore, vinū in sanguine, oleū in chrismate, offerentes pacem ista percepimus. Arnob. ibid. a. Bene ostendit quis iste sit clamor, qui interior de cordis cubili sine strepitu corporis perueniat ad deum. Quandoquidem vox corporalis auditur, spiritalis autem intelligitur. Augu. ibid. b. Hoc ait, quoniā matutinum tempus & vespertinum lex attribuebat precationibus & sacris faciendis, matutinum vero imprimis, quando vacui sumus à curis. Flaminius.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

volens iniquitatẽ tu es.[1] Neq; habitabit iuxta te malignus, neq; permanebunt iniusti ante oculos tuos.†[6] Odisti omnes qui operãtur iniquitatẽ, perdes omnes qui loquũ tur mendaciũ. Virũ sanguinũ & dolosum abominabitur dominus, [7] ego autẽ in mul titudine misericordiæ tuæ.[c] Introibo in domũ tuã, adorabo ad templũ sanctũ tuum in timore tuo. [8] Domine deduc me in iustitia tua, [d] propter inimicos meos dirige in cõspectu tuo viã meã.[9] Quoniã non est in ore eorũ veritas: cor eorũ vanũ est.†[10] Se- pulchrũ patẽs est guttur eorũ, linguis suis dolosè agebãt: iudica illos deus. Decidãt à cogitationibus suis: secundũ multitudinẽ impietatũ eorũ expelle eos, quoniã irrita- uerunt te domine. [11] Et lætentur omnes qui sperant in te, in æternum exultabunt, & habitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomẽ tuum,[12] quoniam tu benedices iusto. Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.

In finem in carminibus pro octaua Psalmus Dauid. V I.

DOmine ne in [a] furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me.† [2] Miserere mei domine, quoniã infirmus sum: sana me domine, quoniã conturbata sunt ossa mea.†[3] Et aĩa mea turbata est valde, sed tu dñe vsquequo. [4] Conuertere domine, & eripe animã meã: saluũ me fac propter misericordiã tuã. [b] [5] Quoniã non est in morte qui memor sit tui, in inferno autẽ quis cõfitebitur tibi? [6] Laboraui in ge- mitu meo,† [c] lauabo per singulas noctes lectũ meũ, lachrymis meis stratũ meũ riga- bo. [7] Turbatus est à furore ocul[9] meus, inueteraui inter oẽs inimicos meos.† [8] Disce- dite à me oẽs qui operamini iniquitatẽ, quoniã exaudiuit dominus vocẽ fletus mei. [9] Exaudiuit dñs deprecationẽ meã, dominus orationẽ meã suscepit. [10] Erubescant & conturbẽtur vehemẽter omnes inimici mei, cõuertãtur & erubescãt valde velociter.

In finem Psalmus Dauid, quem cantauit domino pro verbis Chusi filij Iemini. I I.

DOmine deus meus in te speraui: saluũ me fac ex oĩbus persequẽtibus me, & li- bera me.[2] Nequãdo rapiat vt leo animã meã, dũ nõ est qui redimat: neq; qui saluũ faciat. [3] Domine deus meus si feci istud: si est iniquitas in manibus meis. †[4] Si reddidi retribuẽtibus mihi mala, decidã meritò ab inimicis meis inanis.[5] Per- sequatur inimicus animã meam, & cõprehendat, & conculcet in terra vitã meam, & gloriã meã in puluerẽ deducat. [6] Exurge domine in ira tua, & exaltare in finibus ini- micorum meorũ. Et exurge domine deus meus in præcepto quod mandasti, [7] & sy- nagoga populorũ circundabit te. Et propter hanc in altũ regredere, [8] dominus iudi- cat populos. [b] Iudica me domine secundũ iustitiam meã: & secundũ innocentiã meã c super me. [9] Cõsumetur nequitia peccatorũ, & diriges iustũ, † scrutans corda & renes deus. Iustum [10] adiutoriũ meum à domino, qui saluos facit rectos corde. [11] Deus iu- dex iustus, fortis & patiens, nunquid irascetur per singulos dies? [c] [12] Nisi cõuersi fue- ritis, gladium suũ vibrauit, arcũ suum tetendit, & parauit illũ. [13] Et in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit.† [14] Ecce parturit iniustitiam, cõcepit doloré, & peperit iniquitatem. [15] Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in fouea quã fecit. [16] Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticẽ ipsius iniquitas eius descendet. † [17] Confitebor domino secundum iustitiam eius, & psallã nomini domini altissimi.

Psalmus Dauid in finem pro Torcularibus. V I I I.

DOmine [a] dominus noster, q̃ admirabile est nomẽ tuũ in vniuersa terra. [2] Quo- niã eleuata est magnificẽtia tua super cœlos.†[b] Ex ore infantiũ & lactantium perfeciſti laudẽ, propter inimicos tuos, vt destruas inimicũ & vltorẽ. [3] Quoniã videbo cœlos tuos opera digitorũ tuorũ, lunã & stellas quæ tu fundasti. [4] Quid est homo, q̃ memor es eius aut filius hominis quoniã visitas eũ? †[5] Minuisti eum paulo minus ab angelis gloria & honore coronasti eum, & constituisti eũ super opera ma- nuum tuarum. †[6] Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas insu- per & pecora campi. [7] Volucres cœli & pisces maris, qui perambulant semitas maris. [8] Domine dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.

In finem

In finem pro occultis filij, Psalmus Dauid. I X.

COnfitebor [a] tibi domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua. [2] Lætabor & exultabo in te, psallã nomini tuo altissime. [1] In conuertendo ini- micum meum retrorsum, infirmabuntur, & peribunt à facie tua. [4] Quoniam feciſti iudicium meum & causam meam, sedisti super thronum [b] qui iudicas iustitiã. [5] Increpasti gẽtes & periit impius, nomen eorũ delesti in ęternũ, & in seculum seculi. [6] Inimici defecerunt frameæ in finem, & ciuitates eorum destruxisti. Periit memoria eorum cum sonitu, [7] & dominus in æternum permanet. Parauit in iudicio thronum suũ, [8] & ipse iudicabit orbẽ terræ in æquitate, iudicabit populos in iustitia. [9] Et factus est dñs refugiũ pauperi, [c] adiutor in opportunitatibus in tribulatione. [10] Et sperent in te qui nouerunt nomẽ tuum, quoniam non dereliquisti quærẽtes te domine. [11] Psalli- te domino qui habitat in Sion, annunciate inter gẽtes studia eius. [d] [12] Quoniam requi rens sanguinẽ eorũ recordatus est, nõ est oblitus clamorẽ pauperũ. † [13] Miserere mei dñe, vide humilitatẽ meã de inimicis meis. [14] Qui exaltas me de portis mortis, vt an- nuntiẽ omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion. Exultabo in salutari tuo, [15] infixæ sunt gẽtes in interitu quẽ fecerunt. In laqueo isto quem abscõderunt, comprehensus est pes eorum. [e] [16] Cognoscetur dominus iudicia faciens, in operibus manuũ suarum cõprehensus est peccator. [17] Cõuertantur peccatores in infernum, omnes gentes quę obliuiscuntur deũ. [f] [18] Quoniã non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperũ non peribit in finẽ. [19] Exurge domine, nõ cõfortetur homo, iudicẽtur gentes in con- spectu tuo. [20] Cõstitue domine legislatorẽ super eos, vt sciant gẽtes quoniã homines sunt. [1] Vt quid domine recessisti longe, despicis in opportunitatibus in tribulatione? [2] Dum superbit impius, incẽditur pauper, cõprehenduntur in cõsiliis quibus cogitãt. [3] Qm̃ † laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur. [4] Exacer- bauit dñm peccator, secundũ multitudinẽ iræ suæ nõ quæret. [g] Non est deus in con- spectu eius, [5] inquinatæ sunt viæ illius in omni tẽpore. Auferuntur iudicia tua à facie eius omniũ inimicorũ suorũ dominabitur. [6] Dixit enim in corde suo, nõ mouebor à generatione in generationẽ sine malo.† [7] Cuius maledictione os plenũ est, & amari- tudine & dolo: sub lingua eius labor & dolor.† [h] [8] Sedet in insidiis cũ diuitibus in oc- cultis, vt interficiat innocentẽ. Oculi eius in pauperẽ respiciunt, [9] insidiatur in abscõ- dito quasi leo in spelunca sua. Insidiatur vt rapiat pauperẽ, rapere pauperẽ, dum attra- hit eum. In laqueo suo humiliabit eũ, [10] inclinabit se & cadet, cum dominatus fuerit pauperum. [11] Dixit enim in corde suo, oblitus est deus, auertit faciẽ suam ne videat in finẽ. [12] Exurge domine deus, & exaltetur manus tua, ne obliuiscaris pauperũ. [13] Pro- pter quid irritauit impius deũ? dixit enim in corde suo, nõ requiret. [14] Vides quoniã tu laborem & dolorem considera, vt tradas eos in manus tuas. Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. [15] Contere brachium peccatoris & maligni, quære- tur peccatum illius, & non inuenietur. [16] Dominus regnabit in æternum, & in seculũ seculi, peribitis gentes de terra illius. [17] Desiderium pauperum exaudiuit dominus, præparationem cordis eorum audiuit auris tua. [18] Iudicare pupillo & humili, vt non apponat vltrà magnificare se homo super terram.

In finem Psalmus Dauid. X.

IN domino confido, quomodo dicitis animæ meæ, [a] transmigra in montem sicut passer? [2] Quoniam [b] ecce peccatores intenderunt areum, parauerunt sa- gittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde. [1] Quoniam quem perfeciſti destruxerunt, iustus autem quid fecit? † [4] Dominus in templo sancto suo, dominus in cœlo sedes eius.† Oculi eius in pauperem respiciunt, palpebrę eius inter- rogant filios hominum. [5] Dominus interrogat iustum & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam. [c] [6] Pluet super peccatores laqueos: ignis & sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum. [7] Quoniam iustus dominus, & iustitias di lexit, æquitatem vidit vultus eius.

c. Volẽs tucẽ Dauid magnitudinẽ pœnarũ sceleratis impẽdentiũ exaggerare. eis supplicia minatur est Sodomitarũ, qui sulphure & igne cœlesti dẽ aggrauẽtur. Famin. ib.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In finem Psalmus Dauid pro octaua. XI.

SAluum † me fac domine,quoniã defecit ſanctus,qm̃ [a] diminutæ ſunt veritates à filiis hominũ.[2] Vana locuti ſunt vnuſquiſq; ad proximũ ſuũ,labia dolosa in corde & corde locuti ſunt.[3] Diſperdat dominus vniuerſa labia dolosa,& linguã magniloquã.[4] Qui dixerunt,linguã noſtrã magnificabimus,labia noſtra à nobis ſunt,quis noſter dominus eſt?[5] Propter miseriã inopũ, & gemitũ pauperũ, nunc exurgã dicit dominus.Ponã in ſalutari,fiducialiter agã in eo.[6] Eloquia domini casta, [b] argentũ igne examinatũ probatũ terræ, purgatũ ſeptuplum. [8] Tu domine ſeruabis nos,& custodies nos à generatione hac in ęternũ.[9] In circuitu impij ambulãt,ſecũdũ altitudinẽ tuã multiplicaſti filios hominũ. *In finem Psalmus Dauid.* XII.

VSquequo domine [a] obliuiſceris me in finẽ? vſquequo auertis faciẽ tuã à me? [1] Quandiu ponam conſilia in anima mea,doloꝛe in corde meo per diẽ? Vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me? reſpice, & exaudi me domine deus meus. [b] [4] Illumina oculos meos ne vnquã obdormiã in morte nequando dicat inimicus meus,prævalui aduerſus eum. [5] Qui tribulant me,exultabunt ſi motus fuero:ego autem in miſericordia tua ſperaui.[6] Exultabit cor meum in ſalutari tuo, † cantabo domino qui bona tribuit mihi,& pſallam nomini domini altiſſimi.

In finem Psalmus Dauid. XIII.

DIxit † inſipiens in corde ſuo:non eſt deus.[2] Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis,non eſt qui faciat bonum,non eſt vſq; ad vnum.[3] Dominus de cœlo proſpexit ſuper filios hominũ,† vt videat ſi eſt intelligens aut requirẽs deũ. [4] Omnes declinauerunt,ſimul inutiles facti ſunt,[b] non eſt qui faciat bonũ,non eſt vſque ad vnum.† [5] Sepulchrũ patens eſt guttur eorũ,linguis ſuis dolosè agebant, † venenum aſpidum ſub labiis eorum.† [6] Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt,veloces pedes eorũ ad effundendum ſanguinem.[c] [7] Contritio & infœlicitas in viis eorum,& viã pacis non cognouerunt,† non eſt timor dei ante oculos eorum. [8] Nõnne cognoſcent omnes qui operantur iniquitatem,qui deuorant plebem meam ſicut eſcam panis?[9] Dominum non inuocauerunt,illic trepidauerunt timore, vbi nõ erat timor.[10] Quoniam dominus in generatione iuſta eſt,conſilium inopis confudiſtis,quoniam dominus ſpes eius eſt.[d 11] Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael? cum auerterit dominus captiuitatem plebis ſuæ,exultabit Iacob, & lætabitur Iſrael.

Titulus Psalmus Dauid. XIIII.

DOmine [a] quis habitabit in tabernaculo tuo,aut quis requieſcet in mõte ſãcto tuo?[2] Qui ingreditur ſine macula,& operatur iuſtitiam. [3] Qui loquitur veritatem in corde ſuo,qui nõ egit dolum in lingua ſua. [4] Nec fecit proximo ſuo malum,& opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos.[5] Ad nihilum deductus eſt in cõſpectu eius malignus,timẽtes autem dominum glorificat.† [6] Qui iurat proximo ſuo,& non decipit,† [b] qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram,& munera ſuper innocentem non accepit.[7] Qui facit hæc,non mouebitur in æternum.

Tituli inscriptio ipſi Dauid. XV.

COnſerua me domine, quoniam ſperaui in te, dixi domino deus meus es tu, [a] quoniã bonorum meorum nõ eges. [b] [2] Sanctis qui ſunt in terra eius,mirificauit omnes voluntates meas in eis. [3] Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea accelerauerunt.[c] [4] Non congregabo conuenticula eorum de ſanguinibus,nec memor ero nominũ eorum per labia mea.† [5] Dominus pars hæreditatis meę,& calicis mei,tu es qui reſtitues hæreditatẽ meam mihi.[6] Funes ceciderunt mihi in præclaris,etenim hæreditas mea præclara eſt mihi.[7] Benedicam dominum qui tribuit mihi intellectum, inſuper & vſq; ad noctem increpuerunt me renes mei. † [8] Prouidebam dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi ne commouear. [9] Propter hoc lætatum eſt cor meum,& exaltauit lingua mea,inſuper & caro mea requieſcet

quieſcet in ſpe.† [d 10] Quoniam non derelinques animam meam in inferno,nec dabis ſanctũ tuũ videre corruptionem.[11] Notas mihi feciſti vias vitæ,adimplebis me lętitia cum vultu tuo,delectationes in dextera tua vſq; in finem. *Oratio Dauid.* XVI.

EXaudi dñe iuſtitiã meã,intẽde deprecationẽ meã.[2] Auribus percipe orationẽ meã,nõ in labiis dolosis.[a 3] De vultu tuo iudiciũ meũ ꝓdeat,oculi tui videãt æquitates.[4] Probaſti cor meũ, & viſitaſti nocte:[b] igne me examinaſti, & non eſt inuẽta in me iiquitas.[5] Vt nõ loquatur os meũ opera hominũ, ꝓpter verba labiorum tuorũ ego cuſtodiui vias duras.[6] Perfice greſſus meos in ſemitis tuis,vt nõ moueantur veſtigia mea.[7] Ego clamaui, quoniã exaudiſti me deus: inclina aurem tuam mihi,& exaudi verba mea.[8] Mirifica miſericordias tuas, qui ſaluos facis ſperantes in te.[9] A reſiſtẽtibus dexteræ tuæ cuſtodi me,vt pupillam oculi.[10] Sub vmbra alarum tuarum protege me,à facie [c] impiorum qui me afflixerunt.[11] Inimici mei animã meã circũdederũt:adipẽ ſuũ concluſerunt: os eorũ locutũ eſt ſuperbiã.[12] Proijcientes me nunc circũdederunt me:oculos ſuos ſtatuerũt dechnare in terram.[13] Suſceperunt me ſicut leo paratus ad prędã,& ſicut catulus leonis habitans in abditis.[14] Exurge domine,pręueni eã,& ſupplãta [d] eũ:eripe animã meã ab impio,frameã tuã ab inimicis manus tuæ.[15] Domine à paucis de terra diuide eos in vita eorũ: & de abſcõditis tuis adimpletus eſt venter eorum.[16] Saturati ſunt filiis, & dimiſerunt reliquias ſuas paruulis ſuis.[17] Ego autẽ in iuſtitia apparebo cõſpectui tuo:ſatiabor cũ apparuerit gloria tua.

In finem puero domini Dauid,quæ locutus eſt domino verba cantici huius in die qua eripuit eum dominus de manu omnium inimicorum eius,& de manu Saul,& dixit. XVII.

DIligam [a] † te domine fortitudo mea,dominus firmamentũ meum & refugium meũ,& liberator meus.† [2] Deus meus adiutor meus , & ſperabo in eũ. [3] Protector meus & cornu ſalutis meę,& ſuſceptor meus.[4] Laudãs inuocabo dominũ,& ab ĩimicis meis ſaluus ero.†[5] Circũdederũt me dolores mortis,& torrẽtes iniquitatis cõturbauerũt me.[6] Dolores inferni circũdederũt me,[b] pręoccupauerũt me laquei mortis.[7] In tribulatione mea inuocaui dñm,& ad deũ meũ clamaui.[8] Et exaudiuit de tẽplo ſãcto ſuo vocẽ meã,& clamor meus in cõſpectu eius introiuit in aures eius.[c 9] Cõmota eſt & cõtremuit terra,fũdamẽta mõtiũ cõturbata ſunt,& cõmota ſunt,qm̃ iratus eſt eis.[10] Aſcẽdit fumus in ira eius,& ignis à facie eius exarſit,carbones ſuccẽſi ſũt ab eo.[d 11] Inclinauit cœlos & deſcẽdit:& caligo ſub pedibus eius.[12] Et aſcẽdit ſup Cherubim,& volauit:volauit ſuper pẽnas vẽtorũ.[13] Et poſuit tenebras latibulũ ſuũ,in circuitu eius tabernaculũ eius,tenebroſa aqua in nubib[e] aëris.[14] Prę fulgore in cõſpectu eius nubes trãſierũt,grãdo & carbones ignis.[15] Et intonuit de cœlo dñs,& altiſſimus dedit vocẽ ſuã,[c] grãdo & carbones ignis.[16] Et miſit ſagittas ſuas,& diſſipauit eos:fulgura multiplicauit,& cõturbauit eos.[17] Et apparuerũt fõtes aquarũ,& reuelata ſũt fũdamẽta orbis terrarũ.[18] Ab increpatione tua dñe,ab iſpiratione ſpirit[o] ireꝰ tuę.[19] Miſit de ſũmo & accepit me,& aſſũpſit me de aquis multis.[20] Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis,& ab iis qui oderũt me,qm̃ cõfortati ſunt ſuper me.[21] Pręuenerunt me in die afflictionis meæ, & factus eſt dñs protector meus. [22] Et eduxit me in latitudinẽ: ſaluum me fecit,quoniã voluit me.[23] Et retribuet mihi dominus ſecũdum iuſtitiam meã,[f] & ſecundum puritatẽ manuũ mearũ retribuet mihi.[24] Quia cuſtodiui vias domini,nec impiè geſſi à deo meo.[25] Quoniam omnia iudicia eius in cõſpectu meo, & iuſtitias eius nõ repuli à me.[26] Et ero immaculatus cũ eo,& obſeruabo me ab iniquitate mea.[27] Et retribuet mihi dominus ſecundũ iuſtitiã meã,& ſecundum puritatem manuũ mearũ in conſpectu oculorũ eius. [g] † [28] Cum ſancto ſanctus eris,& cum viro innocente innocẽs eris.[29] Et cum electo electus eris,& cum peruerſo peruertẽris. [30] Quoniã tu populũ humilem ſaluũ facies,& oculos ſuperborũ humiliabis.[31] Quoniam tu illuminas lucernã meã domine,deus meus illumina tenebras meas. [32] Quo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

niã in te eripiar à tentatione,& in deo meo trãsgrediar murum.[33] Deus meus impolluta via eius,eloquia domini igne examinata: protector est omniũ sperantium in se.
[34] Quis quis deus præter dominũ,aut quis deus præter deũ nostrum?[35] Deus qui præcinxit me virtute,& posuit immaculatã viã meã. [36] Qui perfecit pedes meos tanquã ceruorũ,& super excelsa statuës me. † [37] Qui docet manus meas ad prælium, & posuisti vt arcum æreum brachia mea. [38] Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ, & dextera tua suscepit me. [39] Et disciplina tua correxit me in finẽ:& disciplina tua ipsa me docebit. [40] Dilatasti gressus meos subtus me, & nõ sũt infirmata vestigia mea. [41] Persequar inimicos meos,& cõprehẽdã illos:& nõ cõuertar donec deficiãt. [42] Cõfringã illos,nec poterũt stare:cadẽt subtus pedes meos. [43] Et præcinxisti me virtute ad bellũ, & supplãtasti insurgẽtes in me subtus me. [44] Et inimicos meos dedisti mihi dorsum, & odiẽtes me disperdidisti. [45] Clamauerunt,nec erat qui saluos faceret:ad dominum, nec exaudiuit eos. [46] Et cõminuã eos vt puluerẽ ante faciẽ venti,vt lutum platearum delebo eos. [47] Eripies me de cõtractionibus populi, cõstitues me in caput gẽtium. [48] Populus quẽ non cognoui,seruiuit mihi:auditu auris obediuit mihi. † [49] Filij alieni mẽtiti sunt mihi:filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. [50] Viuit dominus & benedictus deus meus & exaltetur deus salutis meæ. [51] Deus qui das vindictas mihi,& subdis populos sub me,liberator meus de inimicis meis iracundis.
[52] Et ab insurgentibus in me exaltabis me,à viro iniquo eripies me. † [53] Propterea cõfitebor tibi in nationibus domine,& nomini tuo psalmum dicam. [54] Magnificans salutes regis eius,& faciens misericordiam Christo suo Dauid, [k] & semini eius vsque in seculum.

In finem Psalmus Dauid. XVIII.

Oeli [a] enarrãt gloriã dei,& opera manuũ eius annunciat firmamẽtum. [2] Dies diei eructat verbũ,& nox nocti indicat scientiã. [3] Non sunt loquelæ neq; sermones,quorũ nõ audiãtur voces eorum. † [4] In omnẽ terrã exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorũ. † [5] In sole posuit tabernaculũ suum,& ipse tanquã sponsus procedens de thalamo suo. † [6] Exultauit vt gigas ad currendã viã: [b] à summo cœlo egressio eius. [7] Et occursus eius vsq; ad summum eius, nec est qui se abscõdat à calore eius. [8] Lex domini immaculata cõuertẽs animas: testimoniũ domini fidele sapientiã præstãs paruulis. [9] Iustitiæ domini rectæ lætificãtes corda, [c] præceptũ domini lucidũ illuminãs oculos. [10] Timor domini sanctus permanet in seculũ seculi: iudicia domini vera,iustificata in semetipsa. † [11] Desiderabilia super aurũ & lapidẽ pretiosum multũ,& dulciora super mel & fauũ. [12] Etenim seruus tuus custodit ea:in custodiẽdis illis retributio multa. [13] Delicta quis intelligit? [d] Ab occultis meis munda me,& ab alienis parce seruo tuo. [14] Si mei nõ fuerint dominati,tunc immaculatus ero,& emundabor à delicto maximo. [15] Et erunt vt complaceant eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. [16] Domine adiutor meus,& redemptor meus.

In finem Psalmus Dauid. XIX.

Exaudiat te dominus in die tribulationis,protegat te nomen dei Iacob. [2] Mittat tibi auxiliũ de sancto,& de Sion tueatur te. [3] Memor sit omnis sacrificij tui, [e] & holocaustum tuum pingue fiat. [4] Tribuat tibi secundum cor tuum,& omne consiliũ tuum cõfirmet. [5] Lętabimur in salutari tuo,& in nomine dei nostri magnificabimur. [f] Impleat dominus omnes petitiones tuas:nunc cognoui quoniam saluum fecit dominus Christum suum. [7] Exaudiet illũ de cœlo sancto suo: in potentatibus salus dextrę eius. † [g] [8] Hi in curribus,& hi in equis,nos autem in nomine domini dei nostri inuocabimus. [9] Ipsi obligati sunt,& ceciderunt,nos autem surreximus & erecti sumus.
[10] Domine saluum fac Regem,& exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

In finem Psalmus Dauid. XX.

Domine in virtute tua lætabitur [a] Rex,& super salutare tuum exultabit vehementer. [2] Desiderium cordis eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. [3] Quoniã præuenisti eum in benedictionibus [b] dulcedinis:posuisti in capite eius coronã de lapide pretioso. [4] Vitã petiit à te, & tribuisti ei longitudinem

a. Vocem nõ habent, or nõ possident, ipsis non est lingua, omnibus igitur narrant? Per ipsum aspectum. Cum enim videris pulchritudinem, magnitudinem, celãsidinem, rotum, formã perrarum temporis permanere, tanquã vocem audiens, ad aspectũ dicens, adoras eũ qui tam pulchrũ & admirabile corpus creauit. Chrysost. ad popu. Antiochenum homil. 9.
b. Deficiunt ergo eundi ac recedendi rationes, sed dicendi non deficiunt immensitas quia deus vbiq; totus est. Accedere ad nos misericordia potuit, recedere ille nequit, nec potuit. Fulgen. Ennarrant dei gloriã &c. humi.
c. Oculos dicit tam corporis quam animæ non solum in hoc loco, sed & Ecclesiastes 2. Oculi sapientis in capite eius, id est, prouidentia eius cuncta pectoraque occulta speculans. Basil. Psal. 33.
d. Hinc possumus percepere, peccata nobis fatua perfecte discerni, nunquã ab occultis nos arcere ille mundari. Quibus verbis tres ostendit, quod illi qui sancte recumbunt domino sancti spiritus visitat, tamen propter aliquas infirmitates humanas, quas trahimus, & actus suos negligentes, aliquoties aut suo peccata celamus, aut aliena cognoscimus. Prosper de vita contempl. lib. 3. cap. 3.
e. Holocaustum quippe est, cũ bonum opus quod agimus, lachrymæ nõ interfluũt. holocaustum vero impletur, quando hoc ad quod agitur, corde humiliatum per lachrymas irrigatur. Gregor. Homil. 20.
f. Hi sunt nostri curribus & equorum vi se multitudine confidunt, nos autem in nomine domini dei nostri sanctissimi numinis implorationem nunciamus. Hieronym. ibid.
g. Per hoc in loco hominem perfectũ appellat, non in virtute sua, sed in virtute dei. Ambros. ibid.
h. Id est gratia dei, qua nemo nobis vt non accedes & consentiat, id est animum qui præcepti in nobis, in quæ nos non præuenit deus, nõ fiunt non perficitur, sed nec inchoatur ex nobis. Sine illo nihil possumus facere, profecto nec incipere, nec gerere. Augustin contra 2. epistlo. Pelagia. lib. 2. cap. 9.

tudinem dierum in seculum & in seculum seculi. [5] Magna est gloria eius in salutari tuo:gloriam & magnum decorem impones super eum. [6] Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum seculi:lętificabis eum in gaudio cum vultu tuo. [7] Quoniam Rex sperat in domino:& in misericordia altissimi non commouebitur. [8] Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis,dextera tua inueniat omnes qui te oderũt. [9] Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui:[10] dominus in ira sua cõturbabit eos, & deuorabit eos ignis. [11] Fructum eorum de terra perdes,& semen eorum à filiis hominum. [12] Quoniam declinauerunt in te mala,cogitauerunt consilia quę non potuerũt stabilire. [13] Quoniam [d] pones eos dorsum,in reliquiis tuis prępparabis vultum eorum.
[14] Exaltare domine in virtute tua, cantabimus & psallemus virtutes tuas.

In finem Psalmus Dauid pro susceptione matutina. XXI.

Deus † [a] deus meus respice in me,quare me dereliquisti? [b] lõge à salute mea verba delictorũ meorũ. [2] Deus meus clamabo per diẽ,& non exaudies: & noctẽ, & non ad insipientiã mihi. [3] Tu autẽ in sancto habitas,laus Israel. [4] In te sperauerunt patres nostri,sperauerunt,& liberasti eos. [5] Ad te clamauerunt, & salui facti sunt:in te sperauerunt,& non sunt confusi. [6] Ego autẽ sum vermis & non homo opprobriũ hominũ & abiectio plebis. [7] Omnes videntes me,deriserunt me:locuti sunt labijs,† & mouerunt caput. [8] Sperauit in domino,eripiat eũ:saluũ faciat eũ,quoniam vult eum. [9] Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre, spes mea ab vberibus matris meæ:in te projectus sum ex vtero. [10] De vẽtre matris meæ deus meus es tu,ne discesseris à me. [11] Quoniã tribulatio proxima est,quoniã nõ est qui adiuuet. [12] Circũdederũt me vituli mei,tauri pingues obsederũt me. [13] Aperuerũt super me os suũ,sicut leo rapiẽs & rugiẽs. [14] Sicut [c] aqua effusus sum,& [d] dispersa sunt omnia ossa mea. [15] Factũ est cor meum tanquam cera liquescens , in medio ventris mei. [16] Aruit tanquã testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis: & in puluerẽ mortis deduxisti me. [17] Quoniã circundederũt me canes multi,conciliũ malignantiũ obsedit me. † [e] [18] Foderunt manus meas & pedes meos,dinumerauerunt omnia ossa mea. [19] Ipsi vero cõsiderauerunt & inspexerũt me:† diuiserunt sibi vestimenta mea,& super vestem meã miserunt sortem. [20] Tu autem domine ne elongaueris auxilium tuum ad me , ad defensionem meã conspice. [21] Erue à framea deus animã meam,& de manu canis vnicã meam. [22] Salua me ex ore leonis,& à cornibus vnicornium humilitatẽ meã. † [23] Narrabo nomen tuum [f] fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te. [24] Qui timetis dominum,laudate eum,vniuersum semen Iacob glorificate eum. [25] Timeat eum omne semen Israel,quoniã non spreuit neq; despexit deprecationẽ [g] pauperis. [26] Nec auertit faciem suam à me:& cum clamarem ad eum exaudiuit me. [27] Apud te laus mea in Ecclesia magna,vota mea reddã in conspectu timentium eum. [28] Edent pauperes & saturabuntur,& laudabunt dominum qui requirunt eum:viuent corda eorum in seculum seculi. [h] [29] Reminiscentur & conuertentur ad dominum, vniuersi fines terræ. [30] Et adorabunt in conspectu eius,vniuersæ familiæ gẽtium. [31] Quoniam domini est regnum,& ipse dominabitur gentium. [32] Manducauerunt & adorauerũt omnes pingues terræ,in cõspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram. [33] Et anima mea illi viuet, & semen meum seruiet ipsi. [34] Annuntiabitur domino generatio ventura, & annuntiabunt cœli iustitiam eius populo [i] qui nascetur,quem fecit dominus.

Psalmus Dauid. XXII.

Dominus † [a] regit me, & nihil mihi deerit:in loco pascuæ ibi me collocauit. [2] Super aquam refectionis educauit me,animam meam conuertit. [3] Deduxit me super semitas iustitiæ , propter nomen suum. [4] Nam & si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala,quoniam tu mecum es. [b] [f] Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. [5] Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant me. [7] Impinguasti in oleo caput meum,† & calix meus inebrians quàm præclarus est. [8] Et misericordia tua subsequetur me, omnibus diebus vitæ meæ. [9] Et vt inhabitem in domo domini,in longitudinem dierum.

c. Manus dei diuina est potentia: in qui inuidere ocis eos optat qui deo maledicunt. Inuenitur, inquit, ab illa ad supplicia, & ad pœnas. Ethymius ibid.
d. Iniqui autẽ nõ se auertit à deo, sed occurrit dicens: Oculi mei semper ad dominũ. Prolper de prædest. & pro.

a. Clamor ad deũ corporis vox est resonãtis à se verbi dei discordia dissidiũ. Deinde quæ reliquantur exclamat, dicẽs. Quare dereliquisti me? Sed reliquit, quia erat homo ex illa massa pugnãs. Hilar. I Mar. can. 33.
b. Hoc est, nõ capiatur qui audit quare me dereliquisti sed intelligat quòd secundũ carnẽ illa dicantur, quæ longe à plenitudine diuinitatis aliena sunt. Aliena sunt à deo verba delictorũ, quia aliena sunt & delicta verborum. Sed quoniã delicta aliena suscepit, ea à delictorũ alienorum verba suscepisse dereliqui me à patre deo esse dicẽs, qui apud deũ semper sum. Ambr. de incarnatio. do. sacramento. cap. 6.
c. Bene pulsare aquam, quia mihi nomẽ corpus Christi nisi peccata lauare. Arnob.
d. Quid sunt ossa nisi corpora firmamenta? corpus autẽ Christi ecclesia. Firmamenta ergo ecclesiæ quæ nisi Apostolici quæ erã cõsiliã ac alibi nũcupatur. Ita vtique dispersi sunt ea ad patronẽ ducerentur. Aug. Epis. 110.
e. Quæ vtiq; sphera nõ de se locũ sibi est, sui enim rex, & nunquã taliappellus est. Spiritũ dei per illũ loquebatur, qui fuerat illa passurus post annos mille & quinquaginta. lib. 4. cap. 18.
f. Fratres ancẽ gentis & generis, populi quoq; colortio nũcupari docet dominus ipse qui dicit: Narrabo nomẽ tuũ fratribus meis. Ambr. institutio. virginis cap. 8.
g. Meã, quæ pro nobis factus est pauper, vel populus Christianus nõ spreuit deus, sed exaudiuit. Hiero. ibid.
h. Quæ omnitiones quia vere ecclesiæ sunt, nec possunt ex vlla parte notare, in his implentur qui salui sunt per vniuersos fines terræ: quoniam quod promisit deus, potẽ est facere. Propter. Respõso ad capitula Gallorum, cap. 8.
i. Hi qui per fidem generati sunt, annuntiabunt eam multitudini posteris, & hi sacerdotiũ dicit Ruffy. ibid.
a. Ecclesia fiducialiter loquitur per fidem, quia ante aduẽtum Christi diabolus regebat mundum, sed modo Christus regit ecclesiã suam. Quod nos dicimus Dominus regit me, Hebræi dicũt Dominus pascit me. Hieron. ibid.
b. Ecclesia habet virgã, vnde minatur delinquẽtibus habet baculũ, vnde subueniat pœnitẽti, &c. Arnob. ibid.
c. Et hac est oleũ lætitiæ, quo vnctus est Christus à deo patre, vnde omnibus fuit eminenter consortibus. Amb. de Elia & ieiunio. cap. 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psalmus Dauid in prima Sabbati. XXIII.

DOmini†[a] est terra & plenitudo eius orbis terrarū & vniuersi qui habitāt in eo. [b2] Quia ipse sup maria fundauit eū, & sup flumina pręparauit eū. [c3] Quis ascēdet in mōtē domini, aut quis stabit in loco sancto eius? †[4] Innocēs manibus, & mūdo corde qui nō accepit in vano animā suā, nec iurauit in dolo ꝓximo suo. [5] Hic accipiet benedictionē à domino, & misericordiā à deo salutari suo. [6] Hęc est generatio quęrentiū eū: quærentiū faciē dei Iacob. [d7] Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ. [8] Quis est iste Rex gloriæ? Dñs fortis & potēs, dñs potens in prælio. [9] Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ. [e10] Quis est iste Rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.

In finem Psalmus Dauid. XXIIII.

AD te domine leuaui animā meā, deus meus in te cōfido, nō erubescā. [2] Neque irrideāt me inimici mei: etenim vniuersi qui sustinēt te, nō confundētur, [1] cōfundantur omnes [a] iniqua agētes superuacue. [4] Vias tuas domine demōstra mihi, & semitas tuas edoce me. [b5] Dirige me in veritate tua, & doce me, quia tu es deꝰ saluator meus, & te sustinui tota die. [6] Reminiscere miserationū tuarū domine, & miserationum tuarū quæ à seculo sunt. †[7] Delicta iuuētutis meę & ignorātias meas ne memineris. [8] Secūdū misericordiā tuā memēto mei tu, ꝓpter bonitatē tuā dñe. [9] Dulcis & rectus dominus, ꝓpter hoc legē dabit delinquētib⁹ in via. †[10] Diriget mansuetos in iudicio, docebit mites vias suas. [c11] Vniuersæ viæ dñi misericordia & veritas, requirētibus testamētū eius, & testimonia eius. [12] Propter nomē tuū domine propitiaberis peccato meo, multū est enim. [13] Quis est homo qui timet dominū? legē statuit ei in via quā elegit. [14] Anima eius in bonis demorabitur, & semē eius hæreditabit terrā. [15] Firmamentū est dñs timētibus eū, & testamētū ipsius, vt manifestetur illis. [16] Oculi mei semp ad dominū, quoniā ipse euellet de laqueo pedes meos. [17] Respice in mę, & miserere mei, quia vnic⁹ & pauper sum ego. [18] Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt, de necessitatib⁹ meis erue me. [d19] Vide humilitatē meā, & laborē meū, & dimitte vniuersa delicta mea. [20] Respice inimicos meos, qm̄ multiplicati sunt, † & odio iniquo oderūt me. [21] Custodi animā meā, & erue me: nō erubescā, quoniā sperauī in te. [e22] Innocentes & recti adhæserunt mihi, quia sustinui te. [23] Libera deus Israel ex omnibus tribulationibus suis.

Psalmus Dauid. XXV.

IVdica †[a] me domine, quoniā ego in innocētia mea ingressus sum, & in domino sperans non infirmabor. [2] Proba me domine & tenta me: [b] vre renes meos & cor meū. [3] Quoniā misericordia tua ante oculos meos est, & cōplacui in veritate tua. † [4] Non sedi cū concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. [5] Odiui ecclesiam malignantiū, & [c] cum impiis non sedebo. †[6] Lauabo inter innocētes manus meas, & circundabo altare tuum domine. [7] Vt audiam vocē laudis tuæ: & enarrem mirabilia tua. † [8] Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. [d9] Ne perdas cum impiis deus animam meam: & cum viris sanguinū vitam meam. [10] In quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus. [11] Ego autem in innocentia mea ingressus sum, redime me & miserere mei. [12] Pes enim meus stetit in directo: in ecclesiis benedicam te domine.

In finem Psalmus Dauid, priusquam liniretur. XXVI.

DOminus [a] illuminatio mea & salus mea, quē timebo? [2] Dominus ꝓtector vitæ meæ, à quo trepidabo? [1] Dū appropiāt super me nocentes, vt edāt carnes meas. [4] Qui tribulāt me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderūt. [3] Si cōsistāt aduersum me castra nō timebit cor meū. [5] Si exurgat aduersū me pręliū, in hoc ego sperabo. [7] Vnā petij à dño, hāc requirā, vt inhabitē in domo domini omnibus diebus vitæ meę. [8] Vt videā volūtatē domini, & visitē templū eius. [9] Quoniā abscondit me in

a. Quod ū terra dei est, & rerum fructus & bruta dei sunt, vnde est immōdum Christ. vel Carnis, in homil. 32.
b. Quod nos ab iniuperia maria fundauit eam, scilicet terram, intendit vndique terræ circumfusam naturā aquæ. Damasc. lib. 2. ca 10. c. Id est, non quicunque de vulgo, nec plebeij vilitatis aliquis, sed vir egregię ſūguitatiq; meriti, rideo ſubtecto, innocēs manibus, &c. Ambr. de poen. lib. 1. cap 8. d. In hoc loco prophetā saluatoris in cœlum assumptionem prædicit, & angelus qui ei in terra ministrabant, introducit cum eo ascendere. Euthymius.
e. Ideo honorabilem ad cœlos hominē triumphali agmine comitātes, quasi cum exclamatione admirationis interrogant, Quis est iste rex gloriæ? Præcanter archangeli modulata exultatione respōdent: Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. Eusebius Emiſe de ascēsio. do mini.
a. His verbis designat eos qui neque errore laborant, neque totos animi inſirmitatem: atque inconstantiam, ſed turpitudine ac malefici delectantur, atque in qui nihil meruerunt, infesti sunt. Flami. ibid.
b. In hac directione iſte rogabat non torcoſum, ſed rectam. Directus enim non curua eſt, ſed recta, quæ legis lineas tenet, inremem dirigit in via immaculata. Chryſo. in pſal. 24.
c. Duæ ſunt retributiones iuſtitiæ: cum aut bona pro bonis, aut mala reddūntur pro malis. Tertia eſt retributio gratiæ, cum per regenerationē remittuntur mala, & retribuuntur bona. Aug. ita manifeſtatur, quia vnuſquiſq; vitæ dominū miſericordiā & veritas Proſper Sententia. 26. ex Auguſt.
d. Totum quod à vis vitæ diſciplina deterret filios humāi ſeculi, eorum quod exercet in cœlum filios dei, in his duobus eſt, quæ ſubſtō verſo prophetā commendat. Vide, inquiens, humilitatem meam, & laborē meum. Bernard. declamatione prima.
e. Iam qui innocentibus & rectis adhæret, & ſuſtinet dominum, Iſrael efficitur, id eſt videns deum. Arnobius.
a. Iniquas: ne hoc loco probare ſigmificet, vide Iubilin Proba me domine, alio loco eadem dicturus. Si noſmetipſos iudicaremus, non vtique iudicaremur. Euſebius in Pſalmo. 7.
b. Duplici ſe eruque poſtulat ægre cōburi. Nam ſi de vno & ſolo mundo ægre loquerentur, ſatis cerat reuelationem ſcirendos incendio mundi eſſe, cor autē nili Chriſti flamma non vrit. Ambro. hexam. 6.
c. Per impios hic Philiſthæ ſine legis, apud quos exul fuit, quorum conuerſatione tamen abſtinebat. Vel non ſedebo, hoc eſt nō diu commorabor. Euthymius ibid.
d. Theodoretus exiſtimat Dauidem fecille hunc pſalmum cum verſaretur apud Paleſtinos, ad quos perfugerat expulſus à Saule. Optat igitur in patriam redire, ne cum hominibus impiis & humano ſanguine cruentis pereat: quibus certa pernicies impendet. Flami.
a. Ea poena culpa eſt, videre bonum quod agere debeat, & tamen implere nō cum ignorantiæ tenebras illuminario, contra infirmitatem vero ſalus eſt dominus, quando & oſtendit quid debeat ad agendum appeti, & vires præbet, vt quod oſtenderat, poſſit implere. Hieron. y. Theod. 3.

tabernaculo ſuo in die malorū: ꝓtexit me in abſcōdito tabernaculi ſui. [10] In petra exaltauit me, & nūc exaltabit caput meū ſup inimicos meos. [12] Circuiui, & immolaui in tabernaculo ei [9b] hostiā vociferatiōis: cātabo, & pſalmū dicā dño. [11] Exaudi domine vocē meā qua clamaui ad te: miſerere mei, & exaudi me. [13] Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea, faciē tuā dñe requirā. [14] Ne auertas faciē tuā à me: ne declines in ira à ſeruo tuo. [15] Adiutor meus eſto, ne derelinquas me: neq; deſpicias me deus ſalutaris meus. [c16] Quoniā pater meus & mater mea dereliquerunt me, dñs autē aſſumpſit me. [17] Legē pone mihi dñe in via tua, & dirige me in ſemita recta ꝓpter inimicos meos. [18] Ne tradideris me in animas tribulātium me: quoniā inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi. [d19] Credo videre bona domini, in terra viuentium. [20] Expecta dominum, viriliter age: & cōfortetur cor tuum, & ſuſtine dominū.

Pſalmus ipſi Dauid. XXVII.

AD te domine clamabo, deus meus [a] ne ſileas à me, nequando taceas à me, & aſſimilabor deſcendētibus in lacum. [2] Exaudi domine vocem orationis meæ dum oro ad te, dum extollo manus meas ad tēplum ſanctū tuum. [3] Ne ſimul tradas me cum peccatoribus, & cum operantibus iniquitatem ne perdas me. † [4] Qui loquuntur pacē cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum. [b] [5] Da illis ſecundum opera eorum, & ſecundum nequitiam adinuentionum ipſorum. [6] Secundum opera manuum eorum tribue illis, redde retributionem eorum ipſis. [7] Quoniā nō intellexerunt opera dñi, & in opera manuum eius deſtrues illos, & non ædificabit eos. [8] Benedictus dominus, quoniā exaudiuit vocem deprecationis meæ. [9] Dominus adiutor meus & protector meus, & in ipſo ſperauit cor meum, & adiutus ſum. [c10] Et refloruit caro mea, & ex voluntate mea confitebor ei. [11] Dominus fortitudo plebis ſuę, & protector ſaluationum Chriſti ſui eſt. [d12] Saluum fac populum tuum domine & benedic hæreditati tuæ, & regi eos, & extolle illos vſque in æternum.

Pſalmus Dauid in conſummatione tabernaculi. XXVIII.

AFferte domino filij dei, afferte dño filios arietum. † [a 2] Afferte dño gloriam & honorē, afferte domino gloriā nomini eius, adorate dominū in atrio ſancto eius. [3] Vox dñi ſup aquas, deus maieſtatis intonuit, dominus ſuper aquas multas. [4] Vox domini in virtute, vox dñi in magnificentia. [5] Vox domini cōfringētis cedros, & cōfringet dominus cedros Libani, [6] & cōminuet eas tanquā [b] vitulum Libani, & dilectus quemadmodum filius vnicornium. [7] Vox domini intercidētis flammā ignis, vox domini cōcutiētis deſertum, & cōmouebit dominus deſertum Cades. [8] Vox domini præparantis ceruos, & reuelabit cōdenſa, & in templo eius omnes dicent gloriam. [9] Dominus [c] diluuium inhabitare facit, & ſedebit dominus rex in æternum. [10] Dominus virtutē populo ſuo dabit, dominus benedicet populo ſuo in pace.

Pſalmus cantici in dedicatione domus Dauid. XXIX

EXaltabo [a] te domine, quoniā ſuſcepiſti me, nec delectaſti inimicos meos ſuper me. [2] Domine deus meus clamaui ad te, & ſanaſti. [1] Domine eduxiſti ab inferno animā meā, ſaluaſti me à deſcendētibus in lacum. [4] Pſallite domino ſancti eius, [b] & confitemini memoriæ ſanctitatis eius. [5] Quoniam ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius. [6] Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinū lætitia. † [7] Ego autem dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum. [c8] Domine in volūtate tua præſtitiſti decori meo virtutem. [9] Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus. [10] Ad te domine clamabo, & ad deum meum deprecabor. † [11] Quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem? [d12] Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annuntiabit veritatem tuam? [11] Audiuit dominus, & miſertus eſt mei: dominus factus eſt adiutor meus. [13] Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi: conſcidiſti ſaccum meum, & circundediſti me lætitia. [12] Vt cantet tibi gloria mea, & non compungar: domine deus meus in æternum confitebor tibi.

b. Sic appellat genus illud ſacrificii quod habet pro adepta victoria. In eo enim tubarum clāgor adhibebatur, vt ſcriptum eſt in numeris. Flaminius ibid.
c. Quoniam omni parentū ſolatio prorſus carco, vel amicos meos omnes ea ceſam, qui Saulis potentiā vercrentur. Licet autem omnes me dereliquerint, dominus aſſumpſit me. Euthymius.
d. Vbi ergo bonus deus, ibi bona ſunt, quæ deſiderauit videre Dauid, & viſurum ſe credidit, ſicut & ipſe aīt: Credo videre bona domini, &c. illa enim bona ſunt quæ manent ſemper, quæ non queant temporis vel ætatis mutatione corrūpi. Ambr. de fuga ſeculi, ca. 6.
a. Hoc eſt, ne quæſo repudies preces meas, neve deſeras me in tantis malis. Si enim mihi nō ſubueneris, ſimilis ero deſcendentibus in ſoueam: id eſt mortuis, qui ſepultura aſſeruntur. Flamin ibid.
b. Da illis iuxta opera ſua, quia opera domini non intellexerunt, & quem videbant mortuos ſuſcitare, dicebant: Hic homo non eſt à deo. At Ieſus dicebat illis: Si verba non creditis, vel operibus credite. Arnob. ibid.
c. Videte quo verbo vſus eſt. Non ait florui, ſed refloruit. Non enim reflorueſcit, nīſi quod ante floruit. Ambr. Sermo. 54.
d. Quam tamē regnum ſuſcepturus eſſet, & huic rei propior quam antea, rogat propheta pro populo deis & quod hæreditas ſua dicit, ſimile eſt quod legimus in Exod. 15. & Leuit. 16. & Numeri. 15. c. Euthymius ibidem.
a. Quomodo autē nos qui terra & cinis ſumus, magno domino gloriam & honorem afferimus? Gloriam quidem per bona opera, cum opera noſtra ſplendore probitatis irradiarint hominū oculis, ſic ut perſpectis operibus glorificēt patrem noſtrum qui in cœlis eſt. Baſilius ibid.
b. In Libano ſarcificantes vſque hodie turpiſſimæ Veneri, virulorum virilia amputant, & ſacrificantes. Arnobius ibid.
c. Graciani baptiſmatis. Hieron.
a. Quanto enim quis ad dominum mēdit, tanto amplius dominum cloeat, & ipſe eleuator. Vnde & ille ait: Exaltabo te domine. Sanctus enim exaltat dominū, peccator humiliat. Ambr de iſaac. c. 7.
b. Nō dixit cōſtemini ſanctitati eī, ſed memoriæ ſanctitatis eius. Cōfeſſio nāq; in hoc loco pro gratiarum actione accipitur. Gratias itaque agite, quia in memoria ſanctitatis eius eſtis qui cum prius fuiſſetis in profundo malorum, veteratis tamen in obliuione ſanctitatis eius qui vos creauit. In propitiationem ergo remiſſionēmve eorum quæ admiſiſtis, confitemini de his quæ à vobis non recte prius nec ſobrie facta ſunt. Baſilius ibid.
c. Ad Dauid & Ezechiam poſſum hæc verba referre, ergo virtute an meis meriti numinis præſtitiſtis laudibus efferre, atque homines ad eius cultum & veneracionem cohortari. Flamiſtius ibid.

Universidad de Deusto Biblioteca

In finem Psalmus David pro extasi. XXX.

N† [a] te domine speraui,non confundar in æternum , in iustitia tua libera me. A †Infra 70.a
2 Inclina ad me aurem tuã,accelera vt eruas me. 3 Esto mihi in deũ protectorẽ,
& in domũ refugij , vt saluũ me facias. 4 Quoniam fortitudo mea & refugiũ
meũ es tu,& propter nomen tuũ deduces me,& enutries me. 5 Educes me de laqueo
quẽ absconderunt mihi,quoniam tu es protector meus.† 6 In manus tuas commẽdo †Luc. 23.f
spiritum meũ,redemisti me domine deus veritatis. [b] 7 Odisti obseruãtes vanitates,su-
peruacue. 8 Ego autem in domino speraui, exultabo & lætabor in misericordia tua. 9
Quoniã respexisti humilitatẽ meã,saluasti de necessitatibus animã meam. 10 Nec cõ- B
clusisti me in manibus inimici, [c] statuisti in loco spatioso pedes meos. 11 Miserere mei
domine,quoniã tribulor:cõturbatus est in ira ocul⁹ meus,anima mea & vẽter meus.
† 12 Quoniã defecit in dolore vita mea,& anni mei in gemitib⁹. 13 Infirmata est in pau-
ptate virtus mea,& ossa mea cõturbata sunt.† 14 Sup oẽs inimicos meos fact⁹ sum op-
probriũ vicinis meis valde,& [d] timor notis meis. 15 Qui videbant me,foras fugerunt à
me:obliuioni datus sum tanquã mortuus à corde. 16 Factus sum tãquam vas perditũ,
quoniam audiui vituperationẽ multorum cõmorantium in circuitu. 17 In eo dũ con- C
uenirent simul aduersum me,accipere animam meã cõsiliati sunt. 18 Ego autem in te
speraui domine,dixi:deus meus es tu,in manib⁹ tuis sortes meæ. 19 Eripe me de manu
inimicorũ meorum,& à persequẽtibus me. 20 Illustra [e] faciẽ tuam super seruum tuũ,
saluũ me fac in misericordia tua domine: 21 non cõfundar,quoniã inuocaui te. 22 Eru-
bescant impij,& deducãtur in infernũ,muta fiãt labia dolosa. 23 Quæ loquuntur ad-
uersus iustũ iniquitatẽ,in superbia& in abusione. [f] 24 Quàm magna multitudo dulce- D
dinis tuæ domine,quã abscondisti timentibus te! 25 Perfecisti eis qui sperant in te, in
cõspectu filiorum hominum. 26 Abscondes eos in abscõdito faciei tuæ,à cõturbatio-
ne hominũ. 27 Proteges eos in tabernaculo tuo,à cõtradictiõe linguarũ. 28 Benedict⁹
dominus,quoniã mirificauit misericordiã suã mihi,in ciuitate munita. 29 Ego autem
dixi in excessu mentis meæ,proiectus sum à facie oculorum tuorum. 30 Ideo exaudi-
sti vocem orationis meæ,dum clamarem ad te. 31 Diligite dominũ omnes sancti eius,
[g] quoniam veritatẽ requiret dominus,& retribuet abundãter facientibus superbiã.†
32 Viriliter agite,& confortetur cor vestrum , omnes qui speratis in domino.

Intellectus David. XXXI.

Eati† [a] quorum remissę sunt iniquitates:& quorũ tecta sunt peccata. 2 Beatus A
vir cui nõ imputauit domin⁹ peccatum,nec est in spiritu eius dolus.† 3 Quo-
niã tacui inueterauerunt ossa mea,dum clamarem tota die. 4 Quoniã die ac
nocte grauata est super me manus tua,cõuersus sum in ærumna mea dum configitur
spina. 5 Delictum meum cognitum tibi feci,& iniustitiã meam nõ abscondi.† [b] 6 Dixi B
confitebor aduersum me iniustitiã meam domino,& tu remisisti impietatem pecca-
ti mei. 7 Pro hac orabit ad te oĩs sanctus,in tempore opportuno.† 8 Veruntamẽ in di-
luuio aquarum multarum,ad eum nõ approximabũt. 9 Tu es refugiũ meum à tribu-
latione quæ circundedit me,exultatio mea erue me à circundãtib⁹ me. [c] 10 Intellectũ C
tibi dabo,& instruã te in via hac qua gradieris:firmabo sup te oculos meos. 11 Nolite
fieri sicut equus & mulus, quib⁹ nõ est intellectus. 12 In camo & fræno maxillas eorũ
constringe,qui non approximãt ad te. 13 Multa flagella peccatoris , sperantem autem
in domino misericordia circundabit. 14 Lætamini in domino & exultate iusti,& glo-
riamini omnes recti corde.

In finem Psalmus David. XXXII.

Xultate [a] iusti in dño,rectos decet collaudatio. 2 Confitemini dño in cithara, A
in psalterio decẽ chordarũ psallite illi. 3 Cãtate ei cãticum nouũ,bene psallite
ei in vociferatione. 4 Quia rectũ est verbũ dñi,& oĩa opera eius in fide. [b] 5 Di-
ligit misericordiã & iudicium:misericordia dñi plena est terra. [c] 6 Verbo dñi cœli fir-
mati sunt,& spiritu oris eius oĩs virtus eorum. 7 Congregãs sicut in vtre aquas maris, B
ponens in thesauris abyssos. 8 Timeat dñm oĩs terra : ab eo autem cõmoueantur oẽs
inhabitantes orbem.† 9 Quoniã ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt.
Dominus

a. Videsis quia & pauet & sperat. videsis quia pauor iste non est sine spe, etiam si est aliquis in humano corde conturbatio, non recedit diuina consolatio. Augusti. ibidem.
b. Odisti illos,& stultos iudicasti, qui spes suas collocauerunt in superstitione, ac rebus vanis & facilibus, quæ illis neq; decori, neq; vsui emolumento erunt. Flaminius ibidem.
c. In spatioso quippe loco pedes stabiles sunt, quoniã & ad cognitionem bona tendimur, & nulla difficultate prepedimur. Quãuis enim pro tu loci quo viuimus pergimus, quia nullis obiectis difficultatib⁹ angustamur. Grego. Mora. lib. 22. cap. 31.
d. Totus Psalmus & super David iuxta historiã & super dominum iuxta prophetiã intelligi potest, timorumque timor notis meis. Apostolis, qui timuerunt passione. Hieron. ibid.
e. Per faciẽ autem dei, illius visitationem atq; custodiã seu etiã beneuolentiã intelligit Euthymius ibi.
f. Quia beatitudo cœlestiũ promissorum sicut illic in rei possessione donatur, ita hic nũc in ipsa spectatione perficitur: tantoq; beneuolentia dulcior erit in remunerãte vel gratia, quanto amplior fuerit in supplicante fiducia. Euse. Emisi. ho. 10. de pasc.
g. Nolite ergo terrorẽ pati sancti domini, si vos superbia hominũ opprimit: erit enim iudiciũ in quo requiret dñs veritatẽ. Arnobi⁹.
a. Vtrũq; enim beatũ dicit, & cuius iniquitas remittitur per lauachrũ, & cuius peccatum tegitur operibus bonis. Qui enim agit pœnitẽtiã, nõ solũ diluere lachrymis debet peccatũ suũ, sed etiã emendatioribus factis operire & tegere delicta superiora, vt non ei imputetur peccatum. Ambr. de pœni. lib. 2. ca. 5.
b. Vult tui misereri iudex, vel miserationibus suis cõplecti, si modò post admissa humilem te factum & cõtritum inueniat. Insuper si quæ clã cæteris & in arcano designasti, prodideris & confiteris fratri citra pudorẽ vllum. Basili⁹ Psal. 32.
c. Per spiritum sanctum dono sapientiæ spiritalis illuminamur, ædificamur, erudimur, instruimur, confirmamur, vt illam sancti spiritus vocem audire possimus: intellectum tibi dabo, & instruã te in via hac qua gradieris. Euseb. Emissen. de pentecost. Homil.
a. Alij exultant in rebus huius seculi: alij in circo, alij in theatro. Sed tu, dicit propheta vnusquisq; sancto, in domino exulta, & non in prosperitatibus mundi. Hieron. ibi.
b. Neq; enim misericordia sine iudicio neq; iudicium sine misericordia, ante iudicium misericordiam diligit, & post ei prærogatã à iudicio venit. Basil. ibi.
c. Cœlum dicitur fecisse deus, sed operatur pater simul & filius, materiam cooperantur, & spiritus sanctus. Quid patre est illo minimum habere credimus, à quo virtus omnis cœlorum firmata monstratur? Fulgen. ad Trasimund. lib. 3.

10 Dominus dissipat cõsilia gentiũ,reprobat autem cogitationes populorũ,& repro-
bat consilia principũ. 11 Consilium autem domini in æternum manet, cogitationes
C cordis eius in generationẽ & generationẽ. [d] 12 Beata gens,cuius est dominus de⁹ eius,
populus quẽ elegit in hæreditatẽ sibi. 13 De cęlo respexit dominus: vidit omnes filios
hominũ. 14 De præparato habitaculo suo respexit super omnes qui habitant terram.
15 Qui finxit sigillatim corda eorũ,qui intelligit omnia opera eorũ. [e] 16 Non saluatur
Rex per multam virtutẽ,& gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ. 17 Fallax
D equus ad salutẽ,in abundantia autem virtutis suæ nõ saluabitur. [e] 18 Ecce oculi domi-
ni super metuẽtes eũ,& in eis qui sperant super misericordia eius. 19 Vt eruat à morte
animas eorũ,& alat eos in fame. 20 Anima nostra sustinet dominũ:quoniã [f] adiutor &
protector noster est. 21 Quia in eo lætabitur cornu nostrũ, & in nomine sancto eius
sperauimus. 22 Fiat misericordia tua domine super nos,quẽadmodũ sperauimus in te.

Psalmus David cum mutauit vultũ suũ corã Abimælech,& dimisit eũ & abiit. XXXIII.

A Enedicam [a] dominum in omni tẽpore,semper laus eius in ore meo. 2 In do-
mino laudabitur anima mea , audiant mansueti & lætentur. 3 Magnificate
dominum mecum,& exaltemus nomen eius in idipsum. 4 Exquisiui domi-
num,& exaudiuit me,& ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. 5 Accedite ad
eum & illuminamini, & facies vestræ non confundentur. 6 Iste pauper clamauit , &
B dominus exaudiuit eum,& de omnibus tribulationibus eius saluauit eum. 7 Immit-
tit angelus domini in circuitu timentium eũ,& eripiet eos. [b] 8 Gustate & videte quo-
niam suauis est dominus,beatus vir qui sperat in eo. 9 Timete dominũ omnes sancti
C eius, quoniam non est inopia timentibus eum. 10 Diuites eguerunt & esurierunt:in-
quirentes autem dominum nõ minuentur omni bono. 11 Venite filij audite me,timo-
rem domini docebo vos. † 12 Quis est homo qui vult vitã,diligit dies videre bonos?
† 13 Prohibe linguam tuam à malo,& labia tua ne loquãtur dolum. 14 Diuerte à malo,
& fac bonum:inquire pacem,& persequere eam. [c] 15 Oculi domini super iustos,& au-
res eius in preces eorũ.† 16 Vultus autem domini super faciẽtes mala,vt perdat de ter-
D ra memoriam eorum. 17 Clamauerunt iusti,& dominus exaudiuit eos,&†ex omnib⁹
tribulationibus eorum liberauit eos. 18 Iuxta est dominus iis qui tribulato sunt cor-
de,& humiles spiritu saluabit. 19 Multæ tribulationes iustorum, & de his omnibus li-
berabit eos dominus. 20 Custodit dominus omnia ossa eorũ:vnum ex his non conte-
retur. 21 Mors peccatorum pessima:& qui oderunt iustum,delinquent. 22 Redimet
dominus animas seruorum suorum,& non delinquent omnes qui sperant in eo.

In finem Psalmus ipsi David. XXXIIII.

A Vdica [a] domine nocẽtes me,expugna impugnantes me. 2 Apprehende arma &
scutũ,& exurge in adiutoriũ mihi. 3 Effunde frameã, & cõclude aduersus eos
qui persequũtur me:dic animæ meæ,salus tua ego sum.† [b] 4 Confundantur &
reuereantur,quærentes animã meã. 5 Auertantur retrorsum & confundantur,cogitã-
tes mihi mala. 6 Fiant tanquã puluis ante faciẽ venti, & angelus domini coartans eos.
7 Fiat uia illorũ tenebræ & lubricũ,†& angelus domini persequens eos, 8 quoniã gra-
B tis abscõderunt mihi interitũ laquei sui,supetuacuè exprobrauerũt animã meã. 9 Ve-
niat illi laqueus quẽ ignorat,& captio quam abscõdit,apprehendat eum,& in laqueũ
cadat in idipsum. 10 Aĩa autẽ mea exultabit in domino,& delectabitur super salutari
suo. 11 Omnia ossa mea dicent:domine quis similis tibi? 12 Eripiẽs inopẽ de manu for-
tiorum eius,egenũ & pauperẽ à diripiẽtibus eum. 13 Surgẽtes testes iniqui,quæ igno-
rabã interrogabant me. 14 Retribuebant mihi mala pro bonis,sterilitatẽ animæ meæ.
C 15 Ego autem cũ mihi molesti essent induebar cilicio. 16 Humiliabam in ieiunio ani-
mam meã,& oratio mea in sinu meo conuertetur.† 17 Quasi proximum,quasi fratrẽ
nostrum sic complacebam,quasi lugens & contristatus sic humiliabar. 18 Et [c] aduer-
sum me lætati sunt & conuenerunt,& congregata sunt super me flagella , & ignora-
ui. 19 Dissipati sunt nec compũcti:tentauerunt me,subsannauerunt me subsannatio-
ne,frenduerũt super me dẽtibus suis. 20 Domine quãdo respicies,restitue animã meã

d. Nemo dicit beatũ Iudeorũ populũ, sed eum populũ qui ex omnibus eruitur est electus. Notandum simul quæ cuius est dominus deus noster, populus quẽ elegit in hæreditatem sibi. Basilius ibi.
e. Ecce cur aspicere iustos homines deus dicitur, vtique vt conseruet, vt protegat. Aspectus enim diuinitatis propitiæ, munus est conseruationis humanæ. Saluia. lib. 2.
f. Adiuuat in pugna protegit in via, non te deserit tolerantem dura. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Et quid eũ perdurauerit, cum patiẽs fuerit, cum vsq; ad finẽ perseuerit, quid tibi erit? Quia in eo lætabitur cor nostrum. Augusti. ibi.
a. Ereptus ex morte sibi velut terminos præscribit, suamque ipsius animam instruit ac format ad exactiorem viuendi formulam, vt nullũ ei tempus prætereat, quin deum laudet, ac magnarum iuxta ac minimarũ rerum causas in eũ referat. Basil. ibi.
b. Ideo autem dixit Gustate, quia amor dei quãdiu hic ede quãtolibet ardore quæritur, reficere animum nõ potest, sed magis ac magis sitim velut summis labiis prægustatus inflãmat. Et ideo de seipso dixit: Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient. Euse. Emiss. de Epip. hom. 5.
c. In hoc siquidẽ quod ait oculos domini super iustos esse, affectus aspicientis ostẽditur: in hoc autẽ quod aures in precibus paratas, semper exaudiẽtis largitas demonstratur. Saluia. lib. 2.
a. Videtur etiã hoc loco non futuri examinis seueritatẽ, sed censuram præsentis iudicij postulari. Hoc est enĩ quod ait: Apprehẽde arma & scutũ, & corripe gladiũ, scutũ scilicet ad protectionẽ, gladiũ ad vltionẽ. Non quis hoc iudicãs deo egeat apparatu, sed quia hoc seculo hæc terribilia rerum nomina, terribilium iudiciorum sunt instrumenta. Saluianus lib. 2.
b. Quid ergo faciemus? Si maledicamus inimicos nostros, euangelica præcepta contemnimus, quibus non solũ non maledicere, verũ etiam pro his orare iubemur. Si custodire volumus euãgelij iussiones, psalmos relinquimus, quib⁹ frequẽter inimici maledicũtur, vt in isto psalmi loco, Iudica inquit, nocẽtes me, & reliqua quæ sequuntur. Vnde cautius hanc orationẽ psalmi præsentis non contra carnem & sanguinẽ, sed contra spiritus aerios, qui quotidie bella committunt, accipere possumus. Arnob. ibi.
c. Sed & ad Saulem & socios referre nõ incongruũ est, qui, inquit, aduersum me congregati sunt me inquam ignorantem omnia cõsilia atque insidias quas aduersum me disponebant. Euthymi. ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

d Vidisti certè quàm acerbe animi late & insolenter essent in fortunis meis: neque quæso dissimula hæc cruciatus, qui tibi displicere nō vemē deberas, nō tantis malis † laminis.
e Id est dæmones, Iudæi, hæretici, & persecutores, qui gratulantur malis meis: hoc est, non solum qui faciunt, sed etiā qui consentiūt facientibus. Hieronymus ibid.
a Non vnū hominē, sed genus hominū iniquorū dicit qui sibi aduersantur, nō intelligēdo vt bene viuēnō quia non possunt, sed quia nolunt. Aug. ibi.
b Non dixerunt potuit, sed noluit intelligere vt nihil aliud intelligere dicāt, quā nolle credere nec rim⁹, ac per hoc vt bene agat quis intelligere studeat: & vt intelligat, cre lat. Prosper de vita contempla. ca. 10. lib. 1. c. Lumē filius est, lumen & pater, qui videtur in filio, quoniā filius splendor gloriæ patris, & imago substantiæ eius est. Amb. ad virgines exhortatio.
a Malignitas plus nocet quām malitia: quia malignitas nec purā simplicitatem habet, nec apertā malitiam sed absconditā maleuolentiā. Difficilius autem cauētur occulta quām cognita. Amb. lib. 10. Epist. epi 82.
b. Hoc cibo delectemur, de quo ait pphet: Delectare in domino. Hoc cibo delectantur qui superiores delectationes mirabili ingenio cōprehenderunt, qui possunt scire qualis sit illa nūda & intelligibilis mentis delectatio. Amb. offic. 1. ca. 31.
c Q. d. Si ei sub⁹ditur nō fueris, vt facias voluntatē eius sine causa obsecras eū. Arnob⁹ius ibidem.
d Quia prauos aliquando, & aliquando bonos æmulamur, primum æmulationis speciē auertit. Nā æmulari ad bonū, rectū est. Et cōsidera quomodo in principio psalmi obscurē⁹ huiusmodi admonitionē tradit, & quomodo deiecerit paulatim deiecerit aliquando eā aperius declaraturus: nūc tandē pleni⁹ manifestam facit. Fadē autē sapius repetit prophera, & supra atq; infra ea reuoluit. Deinde ponit causam quare maligūdum non sit. Euthymius.
e. Pulcherrima collatio, qua vir sanctus demōstrat vitam in vtr quæ populariter bona fortuna nominatur, vitiū inflū & probū longe meliori cōditione esse, quām improbum & iniustum. Hic enim quamuis copiosus & diues, ob in temperantiam fere semper ære alieno obstrictus est, neque eo se liberare potest aut vult. Flaminius ibidē.
* Sed addisti putat: Hiero. Nec inficiatur de posthabitis, qui nouerat filios patriarchæ Iacob pauē impias cædes defendisse in Aegyptum, sed de spirituali loquitur animosita, qua interior noster homo perficitur. Basilius de iciemo, oratione 2.

† Deconfecr. dist. 4. Baptismi. † Habl. 11. d

à malignitate eorū à leonibus vnicā meā. †[21] Cōfitebor tibi in ecclesia magna, in populo graui laudabo te. [22] Non supergaudeant mihi qui aduersantur mihi iniquè, † qui oderunt me gratis, & annuūt oculis. [23] Quoniā mihi quidē pacificè loquebātur, & in iracūdia terræ loquētes, dolos cogitabāt. [24] Et dilatauerūt super me os suū, dixerunt: euge, euge, viderunt oculi nostri. [25] Vidisti domine, ne sileas, dñe ne discedas à me. D
[26] Exurge & intende iudicio meo deus meus, & dominus meus in causam meam. [27]
Iudica me secundum iustitiam meā domine deus meus, & non supergaudeant mihi. Non dicant in cordibus suis: euge, euge animæ nostræ: nec dicant, deuorabimus eū. c
[29] Erubescant & reuereantur simul, qui gratulantur malis meis. [30] Induātur cōfusione & reuerentia, qui maligna loquuntur super me. [31] Exultent & letentur qui volunt iustitiam meam, & dicant semper, magnificetur dominus, qui volunt pacem serui eius. [32] Et lingua mea meditabitur iustitiam totam, tota die laudem tuam.

In finem seruo domini Dauid. XXXV.

DIxit[a] iniustus vt delinquat in semetipso, non est timor dei ante oculos eius. [2] A fra. 118. ca. penult. 2. q. 1. Excellentissimè 3. qua. 4. c. Quis igitur. Fra. q. 2. c. Firmissimè. Ex eo.
Quoniā dolosè egit in conspectu eius, vt inueniatur iniquitas eius ad odiū. [3] † Verba oris eius iniquitas & dolus, [b] noluit intelligere vt bene ageret. [4] Iniquitatem meditatus est in cubili suo, astitit omni viæ nō bonæ: malitiā autē nō odiuit. [5] Domine in cœlo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes. [6] Iustitia tua sicut montes dei, iudicia tua abyssus multa. † [7] Homines & iumenta saluabis domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuā deus. [8] Filij autē hominum, in tegmine alarum tuarum sperabunt. [9] Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. [10] Quoniam apud te est fons vitæ, [c] & in lumine tuo videbimus lumen. [11] Prætende misericordiā tuam scientibus te, & iustitiam tuam iis qui recto sunt corde. [12] Non veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me. [13] Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem, expulsi sunt, nec potuerunt stare.

Psalmus ipsi Dauid. XXXVI.

NOli æmulari in[a] malignantibus, neque zelaueris faciētes iniquitatē. [2] Quoniā A
tanquā fœnum velociter arescent, & quemadmodum olera herbarum cito decident. [3] Spera in domino & fac bonitatem, & inhabita terram, & pascēris in diuitiis eius. [b] [4] Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. † [5] Reuela domino viā tuā, & spera in eo, & ipse faciet. [6] Et educet quasi lumē iustitiā tuā, & iudiciū tuū tanquā meridiē. [7] Subditus esto domino, & ora eū. Noli æmulari in eo qui B
prosperatur in via sua, in homine faciente iniustitias. [8] Desine ab ira & derelinq; furorem, [d] noli æmulari vt maligneris. [9] Quoniam qui malignātur, exterminabūtur: sustinētes autē dominum, ipsi hæreditabunt terrā. [10] Et adhuc pusillum, & nō erit peccator, & quæres locum eius & nō inuenies. † [11] Mansueti autē hęreditabunt terrā, & delectabuntur in multitudine pacis. [12] Obseruabit peccator iustū, & stridebit sup eū dēntibus suis. Dominus autē irridebit eū, quoniā prospicit q, veniet dies eius. [14] Gladiū c
euaginauerunt peccatores, intēderunt arcū suum. [15] Vt decipiāt pauperē & inopē, vt trucident rectos corde. [16] Gladius eorum intret in corda ipsorum, & arcus eorum cōfringatur. [17] Melius est modicū iusto, super diuitias peccatorū multas. [18] Quoniā brachia peccatorū cōterētur, cōfirmat autē iustos dñs. [19] Nouit dñs dies immaculatorū, & hæreditas eorum in æternū erit. [20] Nō cōfundentur in tēpore malo, & in diebꝰ fa- D
mis saturabūtur, q, peccatores peribunt. [21] Inimici verò domini mox vt honorificati fuerint & exaltati, deficiētes quēadmodū fumus deficiēt. [22] Mutuabitur peccator & nō soluet, iustus autē miseretur & tribuet. [23] Quia benedicentes ei hæreditabūt terrā, maledicētes autē ei disperibūt. [24] Apud dominū gressꝰ hominis dirigetur, & viā eius volet. [25] Cū ceciderit, nō collidetur, quia domin⁹ supponit manū suā. † [26] Iunior fui, E
etenim senui: & nō vidi iustū derelictū, nec semen eius quærēs panē. [27] Tota die miseretur & cōmodat, & semē illius in benedictiōe erit. [28] Declina à malo, & fac bonū, & inhabita in seculū seculi. [29] Quia domin⁹ amat iudiciū, & nō derelinquet sanctos suos: in æternum conseruabuntur. [30] Iniusti puniētur, & semē impiorum pibit. [31] Iusti autē F
hæreditabunt

† Vide. 2. Sup. 6. 7. Psal. 2. De consecr. dist. 4. Quia igitur. Nō tales de.

hæreditabunt terram, & inhabitabunt in seculum seculi super eam. [32] Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. [33] Lex dei eius in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius. [34] Considerat peccator iustum, & quærit mortificare eum. [35] Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius, nec damnabit eum cum iudicabitur illi. [36] Expecta dominum, & custodi viam eius: & exaltabit te, vt hæreditate capias terram, cum perierint peccatores videbis. [37] Vidi impium superG
exaltatum & eleuatum sicut cedros Libani. [38] Et transiui, & ecce non erat: & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. [39] Custodi innocentiam, & vide æquitatem, quoniam sunt reliquiæ homini pacifico. [b] [40] Iniusti autem disperibūt, simul reliquiæ impiorum interibunt: [41] Salus autem iustorum à domino, & protector eorum in tempore tribulationis. [42] Et adiuuabit eos domin⁹ & liberabit eos, & eruet eos à peccatoribus, & saluabit eos, quia sperauerunt in eo.

Psalmus Dauid in rememoratione sabbati. XXXVII.

A DOmine[a] ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. [2] Quoniam [b] sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam. [3] Nō est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ, non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. [4] Quoniā iniquitates meę supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. † [5] Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie B
insipientiæ meæ. † Miser factus sum & curuatus sum vsq; in finē, tota die cōtristatus ingrediebar. [7] Quoniā lumbi mei impleti sunt illusionibus, & nō est sanitas in carne mea. [8] Afflictus sum & humiliat⁹ sum nimis, rugiebā à gemitu cordis mei. [9] Domine ante te omne desideriū meū, & gemitus meus à te nō est absconditus. [c] [10] Cor meū cōturbatum est, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorū meorum, & ipsum non est mecum. [11] Amici mei & proximi mei, aduersum me appropinquauerūt & steterunt. d
C [12] Et qui iuxta me erāt, de lōge steterūt, & vim faciebāt qui quærebāt animā meam. [13] Et qui inquirebāt mala mihi, locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur. [14] Ego autē tanquā surdus nō audiebam, & sicut mutus nō aperiēs os suū. [15] Et factus sum sicut homo nō audiēs, & nō habēs in ore suo redargutiones. [16] Quoniā in te dominē speraui, tu exaudies me domine deus meus. [17] Quia dixi nequādo supgaudeant D
mihi inimici mei: & dū cōmouentur pedes mei, super me magna locuti sunt. [18] Quoniā ego in flagella paratus sum, & dolor meus in cōspectu meo semper. [19] Quoniam iniquitatē meā annūtiabo, & cogitabo pro peccato meo. [20] Inimici autē mei viuunt, & cōfirmati sunt super me, & multiplicati sunt qui oderunt me inique. [c] [21] Qui retribuūt mala p bonis, detrahebāt mihi, qm̄ sequebar bonitatem. [22] Ne derelinquas me domine de⁹ me⁹, ne discesseris à me. [23] Intēde in adiutoriū meū, dñe deus salutis meę.

In finem canticum Dauid pro Idithun. XXXVIII.

A DIxi, [a] custodiā vias meas, vt non delinquā in lingua mea. [2] Posui ori meo cu- A
stodiā, cū consisteret peccator aduersum me. [3] Obmutui & humiliat⁹ sum, & silui à bonis, & dolor meus renouatus est. [4] Cōcaluit cor meū intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. [5] Locut⁹ sum in lingua mea, [c] notū fac mihi domine finē meū. [6] Et numerū dierū meorū quis est, vt sciā quid desit mihi. [7] Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substātia mea tāquā nihilū ante te. [8] Veruntamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens. [9] Veruntamen in imagine pertransit homo, sed & frustra cōturbatur. † [10] Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea. [11] Et nunc quæ est expectatio mea? nónne dominus? & substātia mea apud te est. [12] Ab omnibus iniquitatibus meis erue me, opprobrium insipienti dedisti me. [13] Obmutui, & nō aperui os C
meū, quoniā tu fecisti: amoue à me plagas tuas. [14] A fortitudine manus tuę ego defeci, in increpationibus, [d] propter iniquitatem corripuisti hominem. [15] Et tabescere fecisti sicut aranea animam eius: veruntamen vanè conturbatur omnis homo. [16] Exaudi orationem meam domine, & deprecationem meam, auribus percipe lachrymas meas. [17] Ne sileas, quoniam aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. [18] Remitte mihi vt refrigerer priusquam abeam, & amplius non ero.

g Ne forte putares eum in ore habere quod in corde nō habet, ne forte cōputares eū cū illis de quib⁹ dicitur: populꝰ hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. Aug. ibid.
h. Nō reseruātur eorū reliquæ ex supplicio, vt impiorum vita, sed vt in pœnā gehēnæ ignis intereāt. Hiero. ibid.
1. Sed quare, & quibus meritis? Audi quid sequatur, qa sperauerunt in eo. Dulcis causa, arrami efficax, irrefragabilis. Nimirū hæc est iustitia, ted quæ ex fide est, nō ex lege. Bernar. in Psal. Qui habitat. ver. 9.
a. Orat ne cum animi indignatione quā peccata cōmonuisset, castiget. Validiores ira plagas facit. Mitius castigat cui tranquillus placidiusq; est animus. Eugubinus ibid.
b. Sagittæ enim ibi te veniebant, cum præuerterunt iram & furorem tuum, tuæ torquent me ac punient, & sufficienter castigāt. quare supplex petit, vt ne alterē experiatur irā aut indigna tionem. Basilius ibid.
c. Adueretur igitur laboīē animę meæ intrinsecus q, carnis. Magnū periculū si cor agitetur, quo reedimus ad iustitiam. Sed tamē vt in magnis periculis agritudinē dolor sentitur, & sensus eius exprimitur, remedii salutis ostenditur. Amb. ib.
d. Quid est quod quæreb⁹ mala mea? Multa quærebāt & nō inueniebāt, forte hoc dixerit, quærebāt crimina mea. Quæritis enim quæ in illum dicerent, & nō inuenerebant. Quærebant cum mala de bono, quærebant scelera de innocēte. Quæ do inuenirent in eo qui nullum peccatum habebat? August. ibid.
e. Sacrilegia lædentū quæ multo ante dominus prænūciauerat p apheras, & psalmi versiculo declarauerat quę pallarus esset in corpo recōstituē⁹, dicēs, Retribuēbāt mala p bonis, in cuāgelio docet esse cōplea. Nā cūpiē p populos beneficia diffunderet, illi iniurias irrogabant. Nec mirem⁹ ꝑ dixerunt salutem, qui erecērūt de ius tūibus salutē. Amb. Luce. 4. c. dic. 4.
a. Hoc est, tacito cogitationis ꝑcepto iubēs mihi, vt custodiē vias meas. Alię sunt vię quas debeā⁹ eq, alię quas custodire. Sequit vias domini, custodire nos fugat, neuti culpā diriganus. Ambr. officio 1. c. 2.
b. Ideo patienter ferro, quia tedio ad probationem mē tentionibus reliquisse. Hieron. ibid.
c. Finē illū quærit promissorū coelestiū, vel illū quādo eruditi q, surget in iuo ordine, primitus Christus, deinde i qui sunt Christi, qui in aduentum eius credidērūt, deinde finis. Ambros. officio 2. c. 28.
d. Propter prænaricationē primum hominem corripuisti: & qui factus fuerat vt esset rector per obedientiam immortalis, per inobedientiam mortalis factus est. Et cum mortalis est, tabescat velut aranea anima eius, vt sicut scissa tela eius repentino statu, ita scisso corpore eius à morte anima tabescat, non habens florem corporeum. Arnobius ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In finem Psalmus Dauid. XXXIX.

EXpectãs[a] expectaui dominum,& intendit mihi. [2] Et exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseriæ,& de luto fecis. [3] Et statuit supra petram pedes meos,& direxit gressus meos. [4] Et immisit in os meũ canticum nouum, carmen deo nostro. Videbunt multi & timebunt,& sperabunt in domino. [6] Beatus vir, cuius est nomẽ domini spes eius,[b] & nõ respexit in vanitates,& insanias falsas. [7] Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua,& cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. [8] Annũtiaui & locutus sum,multiplicati sunt super numerũ. [9] Sacrificiũ & oblationẽ noluisti,aures autẽ perfecisti mihi.† [10] Holocaustũ & pro peccato nõ postulasti,tunc dixi, ecce venio. [11] In capite libri scriptũ est de me vt facerẽ voluntatem tuã deus meus,volui,& legẽ tuã in medio cordis mei. [12] Annũtiaui iustitiã tuã in Ecclesia magna,ecce labia mea nõ prohibebo domine,tu scisti. [13] Iustitiã tuã nõ abscondi in corde meo,[d] veritatẽ tuã & salutare tuum dixi. [14] Non abscondi misericordiam tuã & veritatem tuã,à consilio multo. [15] Tu autẽ domine ne longe facias miserationes tuas à me,misericordia tua & veritas tua semper susceperũt me. [16] Quoniã circũdederũt me mala quorũ nõ est numer[e],cõprehẽderũt me iniquitates meæ,& [f] nõ potui vt viderẽ. [17] Multiplicatæ sunt sup capillos capitis mei,[f] & cor meũ dereliquit me.† [18] Cõplaceat tibi domine vt eruas me,domine ad adiuuãdũ me respice. [19] Cõfundãtur & reuereãtur simul qui quærũt animã meã,vt auferãt eã. [20] Auertãtur retrorsum & reuereãtur,qui volunt mihi mala.† [21] Ferant cõfestim confusionem suã, qui dicũt mihi euge euge. [22] Exultẽt & lætẽtur super te oẽs quẽrẽtes te,& dicãt semper magnificetur dominus,qui diligũt salutare tuũ. [23] Ego autẽ mendicus sum & pauper,dominus sollicit[e] est mei. [24] Adiutor me[e] & protector meus tu es,deus meus ne tardaueris.

In finem Psalmus Dauid. XL.

BEatus[a] qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus. [2] Dominus conseruet eum & viuificet eum,& beatum faciat eum in terra,& non tradat eum in animam inimicorum eius. [3] Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius, [b] vniuersum stratũ eius versasti in infirmitate eius. [4] Ego dixi,domine miserere mei,sana animam meam,quia peccaui tibi. [5] Inimici mei dixerunt mala mihi,quando morietur & peribit nomen eius? [6] Et si ingrediebatur vt videret,vana loquebatur cor eius,cõgregauit iniquitatem sibi. [7] Egrediebatur fõras, & loquebatur in idipsum.† [8] Aduersum me susurrabant omnes inimici mei, aduersum me cogitabant mala mihi. [9] Verbum iniquum constituerũt aduersum me: nunquid qui dormit,non adiiciet vt resurgat? [10] Etenim homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos,magnificauit super me supplãtationem. [11] Tu autem domine miserere mei,& resuscita me,& retribuam eis. [12] In hoc cognoui quoniã voluisti me, quoniam non gaudebit[c] inimicus meus super me. [13] Me autem propter innocentiam suscepisti, & confirmasti me in conspectu tuo in æternum. [14] Benedictus dominus deus Israel à seculo & in seculum,fiat,fiat.

Titulus in finem,Psalmus Dauid. XLI.

QVemadmodũ[a] desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. [2] Sitiuit in te anima mea ad deũ fontem viuum, quãdo veniam & apparebo ante faciem dei? [b] Fuerũt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dũ dicitur mihi quotidie:vbi est de[o] tuus? [4] Hæc recordatus sum,& effudi in me animã meã,quoniã trãsibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum dei. [5] In voce exultatiõis & cõfessionis,sonus epulãtis.† [6] Quare tristis es anima mea,& quare conturbas me? [7] Spera in deo,quoniã adhuc confitebor illi,salutare vultus mei & de[o] me[o]. [8] Ad meipsum anima mea cõturbata est, propterea memor ero tui de terra Iordanis & Hermoniim à monte modico. [9] Abyssus abyssum inuocat,in voce cataractarũ tuarũ. [10] Omnia excelsa tua& fluctus tui,super me trãsierũt. [11] In die mãdauit dominus misericordiã suã,& nocte cãticum eius. [12] Apud me oratio deo vitæ meæ,dicam deo susceptor meus es. [13] Quare oblitus es mei,& quare cõtristat[e] incedo, dũ affligit me inimicus?

a. Hoc est, valde expectaui Christũ, qui est mei cui expectatio & ipse vt propheticis prænuntiatum est, incarnatus.
b. Pulchrè quia Dauid qui periculosa hominũ erat in pio aspectu fuerat experta beatũ illũ dicit cui spes omnis in deo nomine est, cui enim nõ respiciũt in vanitates, & insanias falsas, & semper Christũ intuẽtur, & semper Christũ interiorib[us] oculis aspicit. Ambr. de fuga seculi cap. 4.
c. In principio Gene. Fecit deus. Promiserat deus voluisse autẽ se. ut is se dimissurum vngenti à cælo filiũ suum, qui à tenebris & potestate diaboli mortales miseros ad beatissimã regni sui lucẽ traduceret. Flaminius. c. Nõ potui vt viderem, eo quòd fumo iniquitatis oculus animæ cæcatur, ne videat quæ sunt lucida. Amb. de fuga seculi cap. 4.
f. Quid mirũ est, si cor tuũ deserit, cui à deo tuo, quando septẽ deficiunt. Quid est cor meũ dereliquit me? Nõ est idoneum cor tuum ad cognoscẽdũ æ. Aug. ibi.

a. Quis est qui intelligit? Qui compatitur ei, qui aduersitate cõsumẽ esse naturæ, & cognoscit quòd & diuite & pauperẽ fecit dominus, qui scit se fundẽ fructũ suum, si de his deliber aliquã pauperibus portionẽ. Ambr. de Nabuthe Iezraelita cap. 8.
b. Possumus ipsa membra nostra lectulos proprios nũcupare, in quibus anima nostra vel lasciua quodã modo strato fuxuriosius delectatur. Quòd quidã sanctus apostolus infirmitates arbitror, ea dixit. Vnusquisq; stratũ suum conscendit, &c. Stratus enim est ille locus vnde domin[o] in infirmitate cõsertit: vt qui fuerit paulo ante adulter, iracundus & pessimus, & cæterorũ scelerũ infirmitatibus plenus, fiat castus, humilis, & modestus. Amb. Sermo. 12.
c. Inimicus, hoc est diabol[us] cuius instinctu hæc Iudæi fuisse operati, non est gaudiũ eum cernere in miseris, quoniam reuiscaturus est. Hieron. ibid.
d. Sicut cernus serpentinis cauernis patuit, veneno ea arcuans fessus ad fontes, i. ad serpentis antiqui pallus cõfluo, sesit nae anima mea ad te deus. Arnob. ibidem.
b. Vidisti animã in certissima cõpetitione. Alimonia mea inquit, panis meus, cibus meus, communi meum, non cuius alio qui lachrymæ, ti die quam nocte. Chrysol. in 11 cap. Genesis, hom. 30.
f. Quia me hæc exercent hostiles, abyssus abyssum inuocat quia de poena in pœnã trãseunt, & de tenebris ad tenebras, de profunditate ad profunditatẽ, de fuppicio ad supplicium, & de ardore cupiditatis in flammas gehennarum. Aug. ibi d. Oblitus esse videbatur dñs Iudæos, quia si dñs in inimicitia potestate abeo relictus esset, vbi illa verbum unquã modo dicens veri fum? ei est eos affligere, qui in captiuitate constituti sunt. Luth. ymius ibi.

inimicus? [14] Dum confringuntur ossa mea,exprobrauerunt mihi qui tribulãt me inimici mei. [15] Dum dicunt mihi per singulos dies:vbi est deus tuus? quare tristis es anima mea,& quare conturbas me? [16] Spera in deo,quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei & deus meus.

In finem Psalmus Dauid. XLII.

DEclarat. & Lx Core. A VDica[a] me deus,& discerne causam meam de gente nõ sancta:ab homine iniquo & doloso erue me. [2] Quia tu es deus fortitudo mea,quare me repulisti,& quare tristis incedo,dum affligit me inimicus? [b] [3] Emitte lucem tuã & veritatẽ tuam, ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua. [4] Et introibo ad altare dei,ad deum qui lætificat iuuentutem meam. [c] [5] Confitebor tibi in cithara deus deus meus:quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? [6] Spera in deo,quoniam adhuc confitebor illi,salutare vultus mei & deus meus.

In finem Psalmus filiis Core. XLIII.

DEus[a] auribus nostris audiuimus, patres nostri annunciauerunt nobis. [2] Opus quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis. [3] Manus tua gentes disperdidit,& plantasti eos:afflixisti populos,& expulisti eos. [4] Nec enim in gladio suo possederunt terrã,& brachium eorũ non saluauit eos. [5] Sed dextera tua & brachium tuũ,& illuminatio vultus tui, quoniam cõplacuisti in eis. [6] Tu es ipse Rex meus & deus meus,qui mãdas salutes Iacob. [7] In te inimicos nostros vẽtilabim[e] cornu,& in nomine tuo spernemus insurgẽtes in nobis.† [8] Nõ enim in arcu meo sperabo,& gladius meus nõ saluabit me.† [9] Saluasti enim nos de affligẽtibus nos, & odiẽtes nos confudisti. [b] [10] In deo laudabimur tota die,& in nomine tuo confitebimur in seculum. [11] Nunc autem repulisti & confudisti nos,& non egredieris deus in virtutibus nostris. [12] Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros:& qui oderunt nos,diripiebant sibi. [13] Dedisti nos tanquã oues escarũ,& in gentibus dispersisti nos. [c] [14] Vendidisti populum tuũ sine pretio, & nõ fuit multitudo in commutationibus eorum. [15] Posuisti nos opprobriũ vicinis nostris, subsannationẽ & derisum iis qui sunt in circuitu nostro. [16] Posuisti nos in similitudinẽ gẽtibus, commotionẽ capitis in populis. [17] Tota die verecundia mea contra me est,& confusio faciei meæ cooperuit me. [18] A voce exprobrãtis & obloquẽtis,à facie inimici & persequẽtis. [19] Hæc omnia venerũt super nos,nec obliti sumus te,& iniquè nõ egimus in testamẽto tuo. [20] Et nõ recessit retro cor nostrũ, [d] & declinasti semitas nostras à via tua. [21] Quoniã humiliasti nos in loco afflictionis,& cooperuit nos vmbra mortis. [c] [22] Si obliti sumus nomẽ dei nostri, & si expandimus manus nostras ad deũ alienũ: [23] Nónne deus requiret ista? ipse enim nouit absc[o]dita cordis.† [24] Quoniam propter te mortificamur tota die,æstimati sumus sicut oues occisionis. [25] Exurge,quare obdormis domine? exurge,& ne repellas in finem. [26] Quare faciem tuã auertis? obliuiseris inopiæ nostrę, & tribulationis nostræ? [27] Quoniam humiliata est in puluere anima nostra, conglutinatus est in terra venter noster. [28] Exurge domine adiuua nos,& redime nos propter nomen tuum.

In finem pro iis qui commutabuntur, filiis Core ad intellectum canticum pro dilecto. XLIIII.

RVctauit[a] cor meum verbum bonũ, dico ego opera mea regi. [2] Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. [3] Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te deus in æternũ. [4] Accingere gladio tuo sup femur tuũ,potentissime. [5] Specie tua & pulchritudine tua, intẽde prospere,procede & regna. [6] Propter veritatẽ & mãsuetudinẽ & iustitiã, & deducet te mirabiliter dextera tua. [7] Sagittę tuę acutæ,populi sub te cadẽt in corda inimicorũ Regis. [8] Sedes tua deus in seculũ seculi,virga directionis,virga regni tui. [9] Dilexisti iustitiã & odisti iniquitatẽ,† propterea[b] vnxit te deus deus tuus oleo lętitię prę cõsortib[us] tuis. [10] Myrrha & gutta & casia à vestimẽtis tuis,à domib[us] eburneis,ex quib[us] delectauerũt te filiæ regum in honore tuo. [11] Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato circũdata varietate. [12] Audi filia & vide & inclina aurem tuam & obliuiscere populum tuum & domum patris tui. [13] Et concupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est dominus deus tuus & adorabunt eum. [14] Et filiæ Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur. [15] Omnis gloria eius filiæ regis ab intus in fimbriis aureis circũamicta varietatibus. [16] Adducentur regi virgines post eam: proximæ eius adducentur tibi. [17] Adducentur in lętitia & exultatione, adducentur in templum regis. [18] Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constitues eos principes super omnem terram. [19] Memores erunt nominis tui in omni generatione & generationem. [20] Propterea confitebuntur populi tibi in æternum & in seculum seculi.

a. Omnes admodum sancti in libris sacris inter discriminum imminentium motus, & persecutorũ gladios cõstituti, præsens dei iudicium postulant. Sic enim iudica me deus, &c. Præsens enim iudicium dei postulat, qui liberari se de manu persecutoris improrat. Saluia lib. 2.
b. Si lucem hic filiũ putat, ergo spiritus veritas est. Aut si filiũ putas veritatẽ, ergo spiritus lux est. Amb. de spiritu sancto, lib. 1. c. 10.
c. Quem & nos cõsentes posse[mus], vt mereamur ei[s] luce illuminari, via dirigi, veritate corrigi, vita locupletari. Hieron ibid.
a. Tria genera hostiũ Christiano iniurgunt. Vnum genus dialiuli & dæmonum eius, aliud persecutorum, tertium quod cõmune est omnibus barbaricæ feritatis. Sed tota ista genera nõ arcu nostro, nec brachio nostro superãtur, sed dextera dei & brachio dei, & illuminatione vultus eius, de quo patres nostri narrauerunt nobis, quoniam manus eius eiecit gẽtes, & plãtauit eas. Arnobius ibi.
b. Tametsi inquit, multa id nostrum gloriam adducti possent, nulle tamẽ alia ille gloriabimur, quam in vno hoc, quòd deum eo, quo[d] nimus, habeamus ibi.
c. Quare vedin sine pretio, & nõ potius donati dicimur? An forte scripturarũ locutio est, vt vẽdituis esse qui donatur dici possit? Hic autem sensus opponus est, in eo quod Hiere ct. dictum est, Gratis venundati estis, & sine argẽto redimemini. Schio. Vẽdidisti populum tuum sine pretio, quia illi quibus tradidisti populum tuum, impij fuerunt, nõ deum colẽdo tradi sibi illum populum meruerũt, vt ipse cultus tanquã pretium videretur. Aug. q. 17. super Iudic.
d. Hoc est, aduertens vid tua, vt ipse esset ei[us] profectuum, quæ singulares portat, duplices non ferat, quia ãõa est via quæ ducit ad vitam æternam, &c. Chrysost in psal. 118
e. Diuerit se nulla vi calamitatum potuisse cogi vt deficeret à deo falsos cõmentitios, ad id cõfirmãdum hæc subungũt Si, inquiunt, abalienati fuissemus à deo nostro, nõne ipse, qui nouit scrutari nostros intimos animorum, hoc nostrum scelus animaduertisset? Flaminius ibidem.
a. Vnigẽnitus dei filius patre missus est, non amissus. Et ideo dixit propheta: Eructauit cor meum verbum bonum. Sicut enim ex filo prolatorum hominis verbum ita ad aliquid dicitur à loquente transferre, vt nihilominus id in eo de quo progreditur, corde teneatur: sic eternus quem loqueris, & à te exiit, & tecum est: simul & stupendo genere & creantur, & remanet. Euseb Emis. de natiuita. do homi. t.
b. Quando verbum caro factum est, vnus & ipsum nominarum esse dicimus Christum Iesum: quicquid igitur Iesus spiritu sanctus fecit vnctus est oleo lętitiæ, id est spiritu sancto à deo patre: & hoc quidẽ causa Christus nominatur. Damas. lib. 4. cap. 8.
c. Oleum igitur lętitiæ spiritum sanctum vocat. Et pulchrè oleum lętitiæ dixit, ne creaturarum putaret. Olei enim humidi natura est, vt nequaquam aeriæ vel humidæ naturæ sicut est. Et pulchrè oleum lętitiæ dixit, ne creaturarum putaret. Olei enim humidi natura est, vt nequaquam aeriæ vel humidæ naturæ sicut est. Lętitia quoque non corporea venit, sed intima cordis illuminat, sicut dixit propheta: Dedisti lętitiam in corde meo. Ambros. de spiritu sancto lib. 1. c. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctauerũt te filiæ Regum in honore tuo. † [11] Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato,circũdata varietate. [12] Audi filia & vide,& inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum,& domum patris tui. [13] Et cõcupiscet Rex decorem tuum, quoniam ipse est dominus deus tuus,& adorabunt eum. [14] Et filiæ Tyri in muneribus, vultum tuum deprecabũtur omnes diuites plebis. [15] Omnis gloria eius filia Regis abintus, in fimbriis aureis,circumamicta varietatibus. [16] Adducentur Regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi. [17] Afferentur in lætitia & exultatione, adducentur in templum Regis. † [18] Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, cõstitues eos principes super omnem terram. [19] Memores erunt nominis tui domine, in omni generatione & generationem. [20] Propterea populi cõfitebuntur tibi in æternum, & in seculum seculi.

In finem filiis Core pro arcanis. XLV.

DEus [a] noster refugium & virtus, adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis. [2] Propterea [b] non timebimus dum turbabitur terra,& transferẽtur montes in cor maris. [3] Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum, conturbati sunt montes in fortitudine eius. [4] Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei, sanctificauit tabernaculum suum altissimus. [5] Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eam deus mane diluculo. [6] Conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna: dedit vocem suam,mota est terra. [7] Dominus virtutũ nobiscum, susceptor noster deus Iacob. [8] Venite & videte opera domini,quæ posuit prodigia super terram, [c] auferens bella vsque ad finem terræ. [9] Arcum conteret & confringet arma,& scuta comburet igni. [10] Vacate & videte,quoniam ego sum Deus,exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra. [11] Dominus virtutum nobiscum,susceptor noster deus Iacob.

In finem pro filiis Core Psalmus Dauid. XLVI.

MNes† [a] gentes plaudite manibus, iubilate deo in voce exultationis. [2] Quoniam dominus excelsus terribilis,Rex magnus super omnem terram. [3] Subiecit populos nobis,& gentes sub pedibus nostris? [4] Elegit nobis hæreditatẽ suam,speciem Iacob quem dilexit. † [b] Ascendit deus in iubilo, & dominus in voce tubæ. [5] Psallite deo nostro,psallite,psallite Regi nostro,psallite. [6] Quoniam Rex omnis terræ deus,psallite sapienter. [7] Regnabit deus super gentes,deus sedet super sedem sanctam suam. [c 8] Principes populorum congregati sunt cum deo Abraham,quoniã dij fortes terræ vehementer eleuati sunt.

Psalmus cantici filiis Core secunda sabbati. XLVII.

MAgnus† dominus & laudabilis nimis,in ciuitate dei nostri,in monte sancto eius. [2] Fundatur [a] exultatione vniuersæ terræ,mons Sion latera aquilonis, ciuitas Regis magni. [3] Deus in domibus eius cognoscetur, cum susciperet eam. [4] Quoniã ecce Reges terræ cõgregati sunt,cõuenerunt in vnũ. [5] Ipsi vidẽtes sic admirati sunt,cõturbati sunt,cõmoti sunt: tremor apprehẽdit eos. [6] Ibi dolores vt parturientis: in spiritu vehemẽti cõteres naues Tharsis. [7] Sicut audiuimus,sic vidimus [b] in ciuitate domini virtutũ,in ciuitate dei nostri: deus fundauit eã in æternũ. [8] Suscepimus deus misericordiã tuã,in medio tẽpli tui. [9] Secundũ nomẽ tuũ deus, sic & laus tua in fines terræ,iustitia plena est dextera tua. [10] Lætetur mõs Sion,& exultẽt filiæ Iudæ,propter iudicia tua domine. [b 11] Circũdate Siõ & cõplectimini eã,narrate in turribꝰ eius. [12] Ponite corda vestra in virtute eiꝰ, & distribuite domos eiꝰ vt enarretis in ꝓgenie altera. [13] Quoniã hic est deꝰ,deꝰ noster in æternũ,& in seculũ seculi, ipse reget nos in secula.

In finem pro filiis Core Psalmus Dauid. XLVIII.

AVdite [a] hæc omnes gẽtes,auribus percipite omnes qui habitatis orbẽ. [2] Quique terrigenæ & filij hominũ,simul in vnum diues & pauper. [3] Os meũ loquetur sapientiã,& meditatio cordis mei prudentiã. † [4] Inclinabo in parabolam aurem meam,aperiam in psalterio propositionẽ meã. [5] Cur timebo in die mala, iniquitas calcanei mei circũdabit me. [6] Qui cõfidunt in virtute sua,& in multitudine diuitiarũ suarũ gloriantur. † [7] Frater non redimit, redimet homo,non dabit deo placationem

[a] Pleonu est enim mundus ἀτύπως acq; præstantissimo q; quia sunt alia admiranda regum, virtutes potentiæ, refugia ciuitatum, nostra munitio Christus est, qui nor ab his potenter erepsit. re coepit. Hieron, ibidem.
b. Hoc est dum tyrannu & subditi eorum populi terrena sapientes turbabitur. tu batur autem sunt antiquas ac statuta eorum cõuersationẽ immutata. quinimo neque eam ipsi memores dũ mõtes, hoc est, superbi elatique animo, ac tumentes demones in amarefecissum acmatis instar infructuoforum hominũ corda transferentur, hoc est, dum irruere eos videbimus in humilmodi homines.
c. De hac cœlesti & dulcissima pace quã terris attulit Christus, latius quoq; similia variemature: sed qualis ea pax sit, ipsi soli ex omnibus intelligũt, eaque fruuntur ciuitatẽ, in qua omne scelere ac crudelitate vexantur ab impijs. Eã significabat magna illa trãquillitas pacis & otij quã omnibus fere gentibus data est dum Christus versabatur in terris. Flaminius ibidem.
a. Spiritus sanctus per prophetã vocat ad hãc omnes gentes venire: Omnes gentes manẽt, id est, totus mũdus, simul plaudite manib⁹ Hieron ibidẽ.
b Quid aliud præ se ferre vultis domini ascẽsus, quã antea descendisse cum qui nũc ascẽdat, post quã sane ascensum procimus gẽtium cũctarum vocatio canitur. Eusebius de demonstratio. lib. 6 cap. 2.
c. Euangelicæ prædicationis vires magis etiam demonstrat, quod non diuersas ciuitãtes & prouincias homines, sed principes etiã & reges ipsos attraxerit. Siquidẽ & eorũ multi iã Christo cõgregati sunt & parrũ eius effecti. Eusthy. ibid.
a. Mons Sion & urbs Ierusalẽ appellat vaticinando gaudiũ & exultationẽ vniuersæ terræ: qui vera cognitione dei veræq; religiõis ex iis locis manarũt in omnes terrarũ oras: atque quidẽ res & salutẽ & lætitiã mortalibus attulit immortalẽ. Sionẽ vero appellat lacertã aquilonis, ppterea q; is mõs situs est in aquilonari vrbis parte, vt eiã memini Isaias. Flaminius ibi.
b. Nũc vos, ô arcana liberaturi genere, circũdare, matrõ vestrã Siõ, & dũorũ tectamẽtorũ plena lætibus vbera fugite, narrate in turribꝰ eius misericordiã quã consecuti estis. Arnobius.
a. Admiratorũ habemus exemplũ quo ex gẽte conoscat ad inuitãdũ psalmũ, & ocs eos qui sua cõplacentia orbẽ incolũt. Qui enĩ cõsonabunt, & ad exaltãdã cõcionem in vnũ aduocati ocs, paracletum eis virtutum spiritũ ille veritatis Basilius ibidem.
b. Cui omnes hnẽ corporis notant, ad ipsum serpẽs attẽdit, id vindictam. Hoc solũ timẽdũ est hominiꝰ ne in 6ne fore inquiunt sua capiãtur. In quo enĩ opere quis inuenẽ mãserit, in eo vita vitiũ in sempiternum. Arnobius ibidem.

cationem suam. † [8] Et pretium redẽptoris animæ suæ,& laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem. [c 9] Non videbit interitum,cum viderit sapientes moriẽtes: simul insipiens & stultus peribunt. [10] Et relinquẽt alienis diuitias suas, & sepulchra eorum domus illorum in æternum. [11] Tabernacula eorum in progenie & progenie: vocauerunt nomina sua in terris suis. [12] Et homo cum in honore esset,non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus,& similis factus est illis. [13] Hæc via illorum scandalũ ipsis,& postea in ore suo complacebunt. [d 14] Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos. [15] Et dominabuntur eorũ iusti in matutino, & auxilium eorum veterascet in inferno à gloria eorum. [16] Veruntamen deus redimet animam meam de manu inferi,cum acceperit me. [17] Ne timueris cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius. [e † 18] Quoniam cum interierit non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius. [19] Quia anima eius in vita ipsius benedicetur,confitebitur tibi cum benefeceris ei. [20] Introibit vsque in progenies patrum suorum,& vsque in ęternum non videbit lumen. [f 21] Homo cum in honore esset,non intellexit,comparatus est iumentis insipientibus,& similis factus est illis.

Psalmus Asaph. XLIX.

DEus [a] deorum dominus locutus est,& vocauit terrã. [2] A solis ortu vsq; ad occasum,ex Siõ species decoris eius. [b] [3] Deus manifestè veniet,deus noster,& nõ silebit. [4] Ignis in cõspectu eius exardescet,& in circuitu eius tẽpestas valida. [5] Aduocauit cœlũ desursum,& terram discernere populũ suum. [6] Cõgregate illi sanctos eius,qui ordinant testamentũ eius super sacrificia. [7] Et annũtiabunt cœli iustitiã eius,quoniã deus iudex est. [8] Audi populus meus,& loquar: Israel,& testificabor tibi, deus deus tuus ego sum. [9] Nõ in sacrificiis tuis arguã te, holocausta autẽ tua in conspectu meo sunt semper. [c 10] Non accipiã de domo tua vitulos,neq; de gregibus tuis hircos. [11] Quoniã meæ sunt omnes feræ syluarũ,iumenta in montibus & boues. [12] Cognoui omnia volatilia cœli,& pulchritudo agri mecũ est. [13] Si esuriero,non dicã tibi: meus est enim orbis terræ & plenitudo eius. [14] Nunquid mãducabo carnes taurorũ, aut sanguinẽ hircorũ potabo? [15] Immola deo sacrificiũ laudis, & redde altissimo vota tua. [d 16] Et inuoca me in die tribulationis,eruam te,& honorificabis me. [e † 17] Peccatori autẽ dixit deus,quare tu enarras iustitias meas,& assumis testamentum meum per os tuũ? [18] Tu vero odisti disciplinã, & proiecisti sermones meos retrorsum. [19] Si videbas furem,currebas cum eo,& cum adulteris portionem tuã ponebas. [20] Os tuũ abundauit malitia,& lingua tua concinnabat dolos. † [21] Sedens aduersus fratrẽ tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum: hæc fecisti, & tacui. [22] Existimasti iniquè quòd ero tui similis: arguam te & statuam contra faciem tuam. [23] Intelligite hæc qui obliuiscimini deum, nequando rapiat, & non sit qui eripiat. [24] Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutare dei.

Psalmus Dauid cum venit ad eum Nathan Propheta,quando intrauit ad Bersabee. L.

MIserere [a] mei deus,secundũ magnam misericordiam tuam. [2] Et secundũ multitudinem miserationũ tuarũ dele iniquitatem meam. [3] Amplius laua me ab iniquitate mea,& à peccato meo munda me. † [4] Quoniã iniquitatẽ meã ego cognosco, [b] & peccatum meũ contra me est semper. † [5] Tibi soli peccaui,& malũ coram te feci, [c] vt iustificeris in sermonibus tuis,& vincas cum iudicaris. [6] Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis cõcepit me mater mea. [7] Ecce enim veritatẽ dilexisti,incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. † [8] Asperges me dohyssopo,& mũdabor: lauabis me,& super niuẽ dealbabor. [9] Auditui meo dabis gaudiũ & lætitiã,& exultabunt ossa humiliata. † [10] Auerte faciẽ tuã à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. [11] Cor mundũ crea in mẽ deus, & spiritũ rectum innoua in visceribus meis. [12] Ne proiicias me à facie tua,& spiritũ sanctũ tuum ne auferas à me. † [13] Redde mihi lętitiã salutaris tui,& spiritu principali cõfirma me. † [d 14] Docebo iniquos vias tuas,& impij ad te conuertẽtur. [15] Libera me de sanguinibus deus,

c. Si videre hominem sapiẽtem in deo ab hoc mũdo migrare, dicit: Quid huic iciunia, quid cassitas, quid cleomolyna profuerunt: nõne & ipse mortuꝰ est? Hieronym. ibi.
d. Cæterũ deus illos vt oret in infernum intrabit, cum irrationales sibi fines, & sibi ipsis auxilio esse nõ possunt. Et cum oues descerit, addidit quinam futurus esset corũ pastor, quia mors, per quã supplicium intelligit, quia pascet eos, id est castigabit. Euthy. ibi.
e. Nihil est secũ de his quæ propria habere se credidit portaturus est, quia vt dicit propheta: Cũ interierit nõ sumet ola. Euseb. Emise. ad moach. homil. 10.
f. Cõcludunt carmen saluberrima sententia, hominẽ scilicet eo contingũt amplæ fortunæ fluẽ prudentia & pietate, proinde ars, beatus omnis bonis spoliari. Flam. ibidem.
a. Hoc loco diuina prædictio plane deum manifestè venturũ canit: quæ quidẽ nõ alium q; ipsum dei verbum significat. Illius vero aduẽtus causam manifestat simẽ indicat, ac gẽtil rursus quæ in tota terra cõsentur, vocationẽ futuram denũciat. Itaq; vocauit inquit, terrã ab ortu solis vsque ad occasum. Euseb. de demonstr. lib. 6. cap. 2.
b. Distinctionẽ quippe rãd iudicis, tẽpestas ignis, eo mirabilitur: quia tempestas examinat, quos ignis exurit. Gregor. homil. 2.
c. Ista cũ ipsemet, quia sanguis vere agni effusus est ꝓ peccatis populi mei, vel nõ accipit vitulos, i. superbos nec hircos, i. luxuriosos. Hie.
d. Vult hominẽ idem cõditor alto quidem salubriq; cõsilio tribulationibꝰ exercere vt cũ defecerit homo, & subuenerit deus, dũ homo liberatur à deo, deꝰ ab homine vt dignũ est honoretur. Bernard. de diligendo deo.
e. Quoniam discerpat supras nõ in sacrificiis tuis arguã te, neq; quòd tua simulationẽ & virtutis ac pietatis, eos fictiones qui verbis deũ cõfitentur, facto negãt, vt ait Apostolus, & q̃ præcepta dei semper in ore habeat, ea minime obseruãs. Flam.
a. Iuxta immensum, inquit, tuã misericordiã miserere mei, immensum enim est peccatum meum quo deliqui. Euthy. ibid.
b. Vnusquisq; respiciens se arguat intra se geat, improbã, & ante se cõstituat peccata sua, pronũciãs cũ prophetã: Ille delictũ meũ contra me est semper. Ante vos fit, vt contra vos esse non possit. Euseb. Emiss. de pœnitent. Niniuitarum.
c. Christus autẽ cũ condẽnatur, & superat: cũ iudicatur, & vincit: sicut ait Propheta: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cũ iudicaris. Quid ergo opus erat ei loqui iudicium cui ipsum in fictũ erat plenã victoriã? Vincit enim cum iudicatur Christus, quia sic innocens approbatur. Ambr. Ser. 49.
d. Vt declinantes à viis prauis pœnitentiam agãtes misericordiam cõsequantur. Hieronym. ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

deus salutis meæ:& exaltabit lingua mea iustitiam tuam.[16] Domine labia mea aperies,& os meum annũtiabit laudem tuam.†[17] Quoniam si voluisses sacrificium,dedissem vtique:holocaustis non delectaberis.†[c 18] Sacrificium deo spiritus contribulatus,[f] cor contritum & humiliatum deus non despicies.[19] Benigne fac domine in bona voluntate tua Sion: vt ædificentur muri Ierusalem.[20] Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ,oblationes & holocausta:tunc imponent super altare tuum vitulos.

D †De par. iii. 2. Vt cognoscerent. † 10. di. Poderet. De pœ. dis. Sacrã. iiii. Sup. vi.

In finem intellectus Dauid,cum venit ad eum Doeg Idumæus,& nuntiasset Sauli, Venit Dauid in domum Abimelech. L I.

QVid[a] gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?[b] Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua.[b] sicut nouacula acuta fecisti dolum.[d] Dilexisti malitiam super benignitatem,iniquitatem magis quàm loqui æquitatem.[e] Dilexisti omnia verba præcipitationis,lingua dolosa.[f] Propterea deus destruet te in finẽ, euellet te & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium.[g c] Videbunt iusti & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent: Ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum:[7] Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & prævaluit in vanitate sua.[8] Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei, speraui in misericordia dei in æternum, & in seculum seculi.[9] Confitebor tibi in seculum quia fecisti,& expectabo nomen tuum, quoniam bonum est in cõspectu sanctorum tuorum.

A

B

Rom.3.b

Sup.51.b.

a. Nõ qui nihil à deo aspici arbitrantur, prope est vt cui aspectum admiue, & substantiam tollant, vt quem dicãt omnino nihil esse. Salu.lib.4.

b. Lege dei execratet, primum corruptum subdit fuisse deinde abominatum, quia iniquitas corruptione tollitur, corruptus autem abominationem meretur.

c. Cum enim quis transgrediatur dei legem, cum deũ negabit, & ei negare conuincitur. Hoc modo deus fregit conatus eorum qui nouerint, verbum caro factum est.i.sicla.ibid.

In finem intellectus Dauid pro Amalec. L II.

DIxit †[a] insipiens in corde suo,non est deus.[b] Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in iniquitatibus,non est qui faciat bonum.[3] Deus in cœlo prospexit super filios hominum, vt videat si est intelligens aut requirens deum.[4] †[d] Omnes declinauerunt,simul inutiles facti sunt,non est qui faciat bonum,non est vsque ad vnum.[5] Nónne scient omnes qui operantur iniquitatem,qui deuorant plebem meam vt cibum panis? †[e] Deum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore,vbi non fuit timor.[7] Quoniam deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placẽt, confusi sunt,quoniam deus spreuit eos.[8] Quis dabit ex Sion salutare Israel?cum conuerterit deus captiuitatem plebis suæ,exultabit Iacob,& lætabitur Israel.

A †Sup.13.a

†Rom.3.b

B †Sup.13.b

a. Vide amice, ne credas inimicis in ore:vide ne ut ne gehennæ pœnas farcant tuum, & a re pios posse redigi vis duces de huo, quamalo est,dum vis hominem complacere, ne à veritate pergat ad vitia, fictumve aliqua ne existimate pulcre ei credere. Arnob. ibid.

b. Adiunxi itaque quam sæpe, quam procul abhinc, ne insisteret, nõ insuffec. Eusseb. ad Trasimã. lib.1.

c. Quia orationem nõdum fecit in principio psalmi, ideo vt deus omnia præuidens Christi adiutoria non erigiat à mundanis tribulationibus, cõtemnat omnibus fieri.Hier.ibid.

d. Inimicam Saulem appellat tanquam infidatorem:tem & peccatorem, cõlabendo ruinã:deum delinquere tanto autem etiã grauius peccabat, quanto non tantum in occasionẽ ora trahus Dauid,sed de Saule etiam benemeritus. Euthy ibid.

e. Fac subito exsiliat intercos linguarum varietas, ne postic alter alterum verba intelligere, dũ de meo deendo cõsultant. Hoc modo deus fregit conatus eorum qui nouerint, verbum caro factum est.i.sicla.ibid.

In finem in carminibus intellectus Dauid,cum venissent Ziphæi,& nuntiassent Sauli:nónne Dauid absconditus est apud nos? L III.

DEus[a] in nomine tuo saluum me fac,& in virtute tua iudica me.[2] Deus exaudi orationem meam,auribus percipe verba oris mei.[3] Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me: & fortes quæsierunt animam meam, & non proposuerunt deum ante conspectum suum.[b 4] Ecce enim deus adiuuat me:& dominus susceptor est animæ meæ.[5] Auerte mala inimicis meis, & in veritate tua disperde illos. †[6] Voluntariè sacrificabo tibi,& [c] confitebor nomini tuo domine,quoniam bonum est.[7] Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me, & super inimicos meos despexit oculus meus.

A

B

a. Vide amice, ne credas inimicis in ore:vide ne ut ne gehennæ pœnas farcant tuum, & a re pios posse redigi vis duces de huo, quamalo est,dum vis hominem complacere, ne à veritate pergat ad vitia, fictumve aliqua ne existimate pulcre ei credere. Arnob. ibid.

b. Adiunxi itaque quam sæpe, quam procul abhinc, ne insisteret, nõ insuffec. Eusseb. ad Trasimã. lib.1.

c. Quia orationem nõdum fecit in principio psalmi, ideo vt deus omnia præuidens Christi adiutoria non erigiat à mundanis tribulationibus, cõtemnat omnibus fieri.Hier.ibid.

d. Inimicam Saulem appellat tanquam infidatorem:tem & peccatorem, cõlabendo ruinã:deum delinquere tanto autem etiã grauius peccabat, quanto non tantum in occasionẽ ora trahus Dauid,sed de Saule etiam benemeritus. Euthy ibid.

e. Fac subito exsiliat intercos linguarum varietas, ne postic alter alterum verba intelligere, dũ de meo deendo cõsultant. Hoc modo deus fregit conatus eorum qui nouerint, verbum caro factum est.i.sicla.ibid.

In finem in carminibus intellectus Dauid. L IIII.

EXaudi † deus orationẽ meam,& ne despexeris deprecationem meam: intende mihi,& exaudi me.[2] Contristatus sum in exercitatione mea,[a] & conturbatus sum à voce inimici,& à tribulatione peccatoris.[3] Quoniam declinauerũt in me iniquitates,in ira molesti erant mihi.[4] Cor meũ conturbatum est in me,& formido mortis cecidit super me.[5] Timor & tremor venerũt super me, & contexerunt me tenebræ.† [6] Et dixi,quis dabit mihi pennas sicut colũbæ, & volabo & requiescã? †[7] Ecce elongaui fugiens,& mansi in solitudine.[8] Expectabã eum qui saluũ me fecit, à pusillanimitate spiritus & tempestate.[9] Præcipita domine, [b] diuide linguas eorum, quoniã vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate.[10] Die ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius & iniustitia.[11] Et non defecit de plateis

A

a. In tantum prodest tribulatio Christianis,vt per hãc spiritus ut ter deo sacrificium fiat.Fulgen.Epist.7.

b. Quit cor iconis contritum & humiliatum deus nõ spernit, magnum sibi sacrificium, præsertim si misericordiæ largitate pinguescat, & per elemosynas odorem suauitatis accipiat. Eusebius Emisenus de initio quadragesimæ. Homil.1.

a. Sermo est ad Doeg, qui oportuerat potius malitiã suam obregere,quàm de ea gloriari. Euthymius. ibid.

b. In hoc sequitur arguens proditore, eo quòd instrumentia ut huiusmodi ad hominis adhiberur ornatũ, & pierumque vlcerat. Ambr. o.fis 3.cap.11.

c Quãto ergo has damnationes eorum & prælentis & futuræ calamitatis,sancti quique meditabuntur, quia punitorũ contemplatio ũ terribilis exemplo. Sed quia iusti sunt, li ce rimeant de exemplo , tamen de fructu propriæ iustitiæ gaudebunt. Ibidem. Hilarius.

In finem intellectus Dauid pro Amalec. L II.

DIxit †[a] insipiens in corde suo,non est deus.[b] Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in iniquitatibus,non est qui faciat bonum.[3] Deus in cœlo prospexit super filios hominum, vt videat si est intelligens aut requirens deum.[4] †[d] Omnes declinauerunt,simul inutiles facti sunt,non est qui faciat bonum,non est vsque ad vnum.[5] Nónne scient omnes qui operantur iniquitatem,qui deuorant plebem meam vt cibum panis? †[e] Deum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore,vbi non fuit timor.[7] Quoniam deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placẽt, confusi sunt,quoniam deus spreuit eos.[8] Quis dabit ex Sion salutare Israel?cum conuerterit deus captiuitatem plebis suæ,exultabit Iacob,& lætabitur Israel.

A †Sup.13.a

†Rom.3.b

B †Sup.13.b

a. Nõ qui nihil à deo aspici arbitrantur, prope est vt cui aspectum admiue, & substantiam tollant, vt quem dicãt omnino nihil esse. Salu.lib.4.

b. Lege dei execratet, primum corruptum subdit fuisse deinde abominatum, quia iniquitas corruptione tollitur, corruptus autem abominationem meretur.

c. Cum enim quis transgrediatur dei legem, cum deũ negabit, & ei negare conuincitur. Hoc modo deus fregit conatus eorum qui nouerint, verbum caro factum est.i.sicla.ibid.

In finem in carminibus intellectus Dauid,cum venissent Ziphæi,& nuntiassent Sauli:nónne Dauid absconditus est apud nos? L III.

DEus[a] in nomine tuo saluum me fac,& in virtute tua iudica me.[2] Deus exaudi orationem meam,auribus percipe verba oris mei.[3] Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me: & fortes quæsierunt animam meam, & non proposuerunt deum ante conspectum suum.[b 4] Ecce enim deus adiuuat me:& dominus susceptor est animæ meæ.[5] Auerte mala inimicis meis, & in veritate tua disperde illos. †[6] Voluntariè sacrificabo tibi,& [c] confitebor nomini tuo domine,quoniam bonum est.[7] Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me, & super inimicos meos despexit oculus meus.

A

B

a. Vide amice, ne credas inimicis in ore:vide ne ut ne gehennæ pœnas farcant tuum, & a re pios posse redigi vis duces de huo, quamalo est,dum vis hominem complacere, ne à veritate pergat ad vitia, fictumve aliqua ne existimate pulcre ei credere. Arnob. ibid.

b. Adiunxi itaque quam sæpe, quam procul abhinc, ne insisteret, nõ insuffec. Eusseb. ad Trasimã. lib.1.

c. Quia orationem nõdum fecit in principio psalmi, ideo vt deus omnia præuidens Christi adiutoria non erigiat à mundanis tribulationibus, cõtemnat omnibus fieri.Hier.ibid.

In finem in carminibus intellectus Dauid. L IIII.

EXaudi † deus orationẽ meam,& ne despexeris deprecationem meam: intende mihi,& exaudi me.[2] Contristatus sum in exercitatione mea,[a] & conturbatus sum à voce inimici,& à tribulatione peccatoris.[3] Quoniam declinauerũt in me iniquitates,in ira molesti erant mihi.[4] Cor meũ conturbatum est in me,& formido mortis cecidit super me.[5] Timor & tremor venerũt super me, & contexerunt me tenebræ.† [6] Et dixi,quis dabit mihi pennas sicut colũbæ, & volabo & requiescã? †[7] Ecce elongaui fugiens,& mansi in solitudine.[8] Expectabã eum qui saluũ me fecit, à pusillanimitate spiritus & tempestate.[9] Præcipita domine, [b] diuide linguas eorum, quoniã vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate.[10] Die ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius & iniustitia.[11] Et non defecit de plateis

A

a. In tantum prodest tribulatio Christianis,vt per hãc spiritus ut ter deo sacrificium fiat.Fulgen.Epist.7.

b. Quit cor iconis contritum & humiliatum deus nõ spernit, magnum sibi sacrificium, præsertim si misericordiæ largitate pinguescat, & per elemosynas odorem suauitatis accipiat. Eusebius Emisenus de initio quadragesimæ. Homil.1.

a. Sermo est ad Doeg, qui oportuerat potius malitiã suam obregere,quàm de ea gloriari. Euthymius. ibid.

b. In hoc sequitur arguens proditore, eo quòd instrumentia ut huiusmodi ad hominis adhiberur ornatũ, & pierumque vlcerat. Ambr. o.fis 3.cap.11.

c Quãto ergo has damnationes eorum & prælentis & futuræ calamitatis,sancti quique meditabuntur, quia punitorũ contemplatio ũ terribilis exemplo. Sed quia iusti sunt, li ce rimeant de exemplo , tamen de fructu propriæ iustitiæ gaudebunt. Ibidem. Hilarius.

de plateis eius vsura & dolus.[12] Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi,sustinuissem vtiq;.[13] Et si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset,abscondissem me forsitã ab eo.[14] Tu vero homo [c] vnanimis,dux meus & notus meus.[15] Qui simul mecũ dulces capiebas cibos:in domo dei ambulauimus cum cõsensu.[16] Veniat mors super illos,[d] & descẽdant in infernum viuentes.[17] Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum,in medio eorũ.[e 18] Ego autẽ ad deum clamaui,& dominus saluauit me.[19] Vespere & mane & meridiẽ narrabo & annuntiabo, & exaudiet vocẽ meã.[20] Redimet in pace animam meam ab iis qui appropinquant mihi, quoniam inter multos erant mecum.† [21] Exaudiet deus & humiliabit illos,qui est ante secula.[22] Nõ enim est illis commutatio,& non timuerunt deum:extendit manum suam in retribuendo.[23] Contaminauerunt testamentum eius,diuisi sunt ab ira vultus eius,& appropinquauit cor illius.[24] Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula.[f] †[25] Iacta super dominum curam tuam,& ipse te enutriet,& nõ dabit in æternum fluctuationem iusto.[26] Tu vero deus deduces eos in puteum interitus.[27] Viri sanguinum & dolosi nõ dimidiabunt dies suos,ego autem sperabo in te domine.

C

D

C

c. Qui est vnanimis,ipse amicus est.ibi vnitas animorũ in amicis fit, neq; quisquã detestabilior, q̃ qui amicitiã leserit. Vnde in gentore dũ hoc grauissimũ inuenit,quo eius condemnaret perfidiã,q̃ gratiæ vicem nõ regressus esset,& cõiunis amicitiæ venenũ malitiæ immiscuerit. Itaq; sic ait Tu vero homo vnanimis,&c. Hoc est,non putes sustinere illud, quia vnanimis apposuisti eum qui tibi donaueras gratiam.

d. Si mortuos deiceremur, quid ageres,ignorates. Cũ vero scis malũ esse quod facis,& tamẽ facis,nónne vnus deiceudis ad inferos? Hoc dicit propter duces Dathan Core & Abiron, quos terra hiatu venus absorbuit. Num.16. Aug. ibid.

e. Clamorem fidelem mox deus exaudit, & hãc ipsam exaudire clamoris iui gratulationẽ vespere & mane & meridie narrabit:dũ omnẽ in his diei partibus per quas diei cõtinuetur,oliendens. Hilar.ibidem.

f. Tu vero Christiane iacta in deũ cogitationẽ tuã, & ipse te enutriet. Noli dicere: Quid manducabo,quid bibã, aut quo operiar? Per istas enim cogitationes de modo ipsius sæculi quos deducet diis in puteũ interitus,ũ tu in deũ iactaueris cogitatũ tuum. Arno.ibid.

a. Qui misericordiã dei potubat, fecisque cõsultatum esse cõqueritur, haber fecu ritatis & virtutis suæ arma, quibus non fossũ terrenæ odiæ,sed & spiritualiũ nequitiarũ bella sustentaturiuere sus quas potu? q̃ aduersum carnẽ & sanguinem pugnã nobis apostolus docet esse. Ministerii enim imporũ vtuntur ad vexationes tribulationẽsque sanctorum. Hilar.ibid.

b. Hoc est,iter vitæ meę inuestigabunt, vt istis me laqueis cõprehendant. Quibus verbis varias illorũ indicat insidias. Euthym.

c. In mea,inquit, memoria sunt vota quæ tibi nuncupaui,eiq; religiosè persoluam:quæ vero sunt ea vota, ipsemet declarat subiungens: Reddam laudationes tibi. Flami.ibidem

a. Misericordiã rogat,quia cõfidit in deo, docens abhis misericordiã dei sperãdam esse qui crederent. Et misericordiæ dei quod mentũ quive sit effectus,ostendit dicẽs: Et in umbra alarum tuarum,&c. Aurius natura est,infirmitasq; pulloris alix inumbrare,eoq; à præteruolantiũ vi atq; improbitate defendere. Hilar. rius ibidem.

b. Per dentes autem & per linguã,eorum sermones significauit,qui calumniis & dolosis quibusdã detractionibus vulnerãe,&, quantũ in se est,interimunt. Arma autẽ ea hic nõ dicit, quę sen usdi, sed quæ lædẽdi causa deferantur. Euthy.ibid.

c. Non expectabo dum aurora me excites è lecto, quia possum illam cunctantem excitabo anteluceam horis surgens ad hymnos canendos. Flami.ibid.

a. Id est ũ vere secundum le

In finem ne disperdas,Dauid in tituli inscriptione, cum fugeret à facie Saul Regis Israel in speluncam. L V I.

MIserere[a] mei deus,miserere mei,quoniam in te cõfidit anima mea.[2] Et in vmbra alarum tuarum sperabo,donec transeat iniquitas.[3] Clamabo ad deum altissimum,deum qui benefecit mihi.[4] Misit de cœlo & liberauit me : dedit in opprobrium conculcantes me.[5] Misit deus misericordiam suam & veritatem suam, & eripuit animam meam de medio catulorum leonum:dormiui cõturbatus.[6] † Filij hominum [b] dentes eorum arma & sagittæ,& lingua eorum gladius acutus.[7] Exaltare super cœlos deus,& in omni terra gloria tua.[8] Laqueum parauerũt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam.[9] Foderunt ante faciem meam foueam , & inciderunt in eã.†[10] Paratum cor meum deus,paratum cor meum,cantabo & psalmum dicam domino.† [11] Exurge gloria mea,exurge psalterium & cithara,[c] exurgam dilucolo.[12] Confitebor tibi in populis domine,& psalmum dicam tibi in gentibus.[13] Quoniam magnificata est vsque ad cœlos misericordia tua, & vsq; ad nubes veritas tua.[14] Exaltare super cœlos deus:& super omnem terram gloria tua.

A

B

C

In finem,ne disperdas,Dauid in tituli inscriptione. L V I I.

VEre[a] vtiq; iustitiam loquimini,recte iudicate filij hominũ.[2] Etenim in corde iniquitates operamini,in terra iniustitias manus vestræ cõcinnãt.[3] Alienati sunt peccatores à vulua,errauerunt ab vtero,locuti sunt falsa. [4] Furor illis secundum similitudinem serpentis,sicut aspidis surdæ,& obturantis aures suas.[5] Quæ non exaudiet vocem incantantis,& venefici incantis sapienter.[6] Deus contribue dentes eorum in ore ipsorum:molas leonum quassabit dominus.[7] Tabescent quemadmodum defluit aqua,intendit arcum suum donec infirmentur.[8] Sicut cera quæ fluit auferentur,super illos cecidit ignis,& non viderunt solem.[9] Antequam intelligant spinæ vestræ rhamnum,sicut viuentes sic in ira absorbebit eos.[10] Lætabitur iustus cum viderit vindictam,manus suas lauabit in sanguine peccatoris.[11] Et dicet homo: Si vtique est fructus iusto,si vtique est deus iudicans eos in terra.

A

B

c. Qui est vnanimis,ipse amicus est.ibi vnitas animorũ in amicis fit, neq; quisquã detestabilior, q̃ qui amicitiã leserit. Vnde in gentore dũ hoc grauissimũ inuenit,quo eius condemnaret perfidiã,q̃ gratiæ vicem nõ regressus esset,& cõiunis amicitiæ venenũ malitiæ immiscuerit. Itaq; sic ait Tu vero homo vnanimis,&c. Hoc est,non putes sustinere illud, quia vnanimis apposuisti eum qui tibi donaueras gratiam.

d. Si mortuos deiceremur, quid ageres,ignorates. Cũ vero scis malũ esse quod facis,& tamẽ facis,nónne vnus deiceudis ad inferos? Hoc dicit propter duces Dathan Core & Abiron, quos terra hiatu venus absorbuit. Num.16. Aug. ibid.

e. Clamorem fidelem mox deus exaudit, & hãc ipsam exaudire clamoris iui gratulationẽ vespere & mane & meridie narrabit:dũ omnẽ in his diei partibus per quas diei cõtinuetur,oliendens. Hilar.ibidem.

f. Tu vero Christiane iacta in deũ cogitationẽ tuã, & ipse te enutriet. Noli dicere: Quid manducabo,quid bibã, aut quo operiar? Per istas enim cogitationes de modo ipsius sæculi quos deducet diis in puteũ interitus,ũ tu in deũ iactaueris cogitatũ tuum. Arno.ibid.

a. Qui misericordiã dei potubat, fecisque cõsultatum esse cõqueritur, haber fecu ritatis & virtutis suæ arma, quibus non fossũ terrenæ odiæ,sed & spiritualiũ nequitiarũ bella sustentaturiuere sus quas potu? q̃ aduersum carnẽ & sanguinem pugnã nobis apostolus docet esse. Ministerii enim imporũ vtuntur ad vexationes tribulationẽsque sanctorum. Hilar.ibid.

b. Hoc est,iter vitæ meę inuestigabunt, vt istis me laqueis cõprehendant. Quibus verbis varias illorũ indicat insidias. Euthym.

c. In mea,inquit, memoria sunt vota quæ tibi nuncupaui,eiq; religiosè persoluam:quæ vero sunt ea vota, ipsemet declarat subiungens: Reddam laudationes tibi. Flami.ibidem

a. Misericordiã rogat,quia cõfidit in deo, docens abhis misericordiã dei sperãdam esse qui crederent. Et misericordiæ dei quod mentũ quive sit effectus,ostendit dicẽs: Et in umbra alarum tuarum,&c. Aurius natura est,infirmitasq; pulloris alix inumbrare,eoq; à præteruolantiũ vi atq; improbitate defendere. Hilar. rius ibidem.

b. Per dentes autem & per linguã,eorum sermones significauit,qui calumniis & dolosis quibusdã detractionibus vulnerãe,&, quantũ in se est,interimunt. Arma autẽ ea hic nõ dicit, quę sen usdi, sed quæ lædẽdi causa deferantur. Euthy.ibid.

c. Non expectabo dum aurora me excites è lecto, quia possum illam cunctantem excitabo anteluceam horis surgens ad hymnos canendos. Flami.ibid.

a. Id est ũ vere secundum le

gem agitis,iustè iudicate filij hominum,dicite culpam,& ita date sententiam. Ve quid iniustitiã manus vestræ continuo? Alienamini ab vtero matris Sarę, erratis à ventre patris vestri Abrahæ,hoc Abraham non fecit: Si filij Abrahæ esse vis, vtique opera Abrahæ faceretis. Nunc vero abalienati estis ab vtero , & non estis filij eius. Arnobius.ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

diet vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter. [6] Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum, molas leonum confringet dominus. [7] Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens, intendit arcum ſuum, donec infirmentur. [8] Sicut cera quæ C fluit, auferentur: ſupercecidit ignis, & non viderunt ſolem. [9] Priuſquam intelligerent ſpinæ veſtræ rhamnum, ſicut viuentes, ſic in ira abſorbet eos. † [b 10] Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam: manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris. [11] Et dicet homo, ſi vtique eſt fructus iuſto, vtique eſt deus iudicans eos in terra.

† 17. quæ. 6. Vidiuit.

b. Iuſtus quando videt pœnam peccatoris, proficit ipſe, ſi mors alterius vales ad vitam alterius. Si enim ſpiritaliter ſanguis currit de his qui intrinſecus moriũtur, tu videas talem vindictam, Iuua illic manus tuas, de cætero mundius viue. Au. poſt. ibid.

a. Vtiorum humanorũ caſus profectũ ſ. complexus eſt, vt vnde ora eſt, & quã exulcerãt impietas, noſceremus. Et id circo iras & ſimultates & inimicitias cuiuſquelium compreſſit, cũ tradi ſine cauſa fratri, reuocãſ gehennæ ignis oblatio munerũ non eſcella ſit ſuper altaria, & inimicus nõ ſolum diligendus, ſed & prohibitorandum decernit. Hilar. ibid.

b. Figura eſt quã rhetores appellant re ipſa ironiã hinc exprimit atrocitatem verbor. inquæ i dabant ij qui obtũdebant domũ ſuam. Ea inquit, loquuntur ore ſuo, nihil ſit licet niſi cælum, & ſanguinem, & immanitatẽ. Itaque ſubiungit, gladius in labiis eorum, tanquam nemo audiat. Hilarius ibi.

c. Execrabuntur enim dominum, cum eum vltum ſe ſupplicãtes inuocãt. mendacium, cum eum deum nihil habere arbitrãtur. Hier. ibid.

d Hoc eſt, deus Iacob dominabitur totius terræ. Hier. & ita cõmunitio &, ſuperfluit.

e. Mane enim exultamus in miſericordia eius, cum cognoſcimus à nobis peccatorum abſtulerit, & de deris lucem ſuam in cordibus noſtris. Exultamus in miſericordia eius, quia factus eſt ſuſceptor noſter, & refugium noſtrum in die tribulationis. Arnob. ibid.

a. Repulſiſti, quia te irritauimus, & deſtruxiſti, tradendo nos in captiuitatem Babylonis. Spoliati enim ſunt Iudæi tũc regno, & viribus. Euch.

b. Sicut homines exercitata ebrietate ſolent, ita & ſancti ſpiritu ebrij plus ſentiũt, ita anima fidelis & caſta, animo ſapiens atque compunctã, qua patẽt dicere, potaſti nos vino cõpunctionis, & in excepere de ipſo ſuorũ ſecuti cogitare, & ipſam bonum cœleſtium ſitim bibere, impleri ſcit, neſcit expleri. Fulgẽ. Emiſen. de Epiphania hom.

c. Id eſt plebi gentiũ manifeſtabo incarnationem meam. Creſtas domino, adnuntiãs filij dei in mundum eſſe, & egreſſus eius ad patrem. Aug. de eſſentia diuinitatis.

d. Non enim hic extima ſolennitatis, aut conuiuia occani accelebat, quæ terræ finibus anxio corde clamabat. Sed ſciens ſe in carne quidem, quæ terrã eſt, detinerem, iam in fine carnis habitare, dum ſecundũ Apoſtolum in corpore habitans, peregrinatur à domino, dum vincula iam non ibi viuit, neque ipſe viuit, ſed viuit in eo Chriſtus. Hilarius ibid.

In finem ne diſperdas Dauid, in tituli inſcriptione, quando miſit Saul & cuſtodiuit domum eius, vt interficeret eum. LVIII.

A [1] Eripe[a] me de inimicis meis deus meus, & ab inſurgentibus in me libera me. [2] Eripe me de operãtibus iniquitatem, & de viris ſanguinum ſalua me. [3] Quia ecce ceperunt animam meam, irruerunt in me fortes. [4] Neque iniquitas mea, neque peccatum meum domine: ſine iniquitate cucurri & direxi. [5] Exurge in occurſum meum & vide, & tu domine deus virtutum, deus Iſrael. [6] Intende ad viſitandas B omnes gentes: non miſereris omnibus qui operantur iniquitatem. [7] Cõuertentur ad veſperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem. [b 8] Ecce loquentur in ore ſuo, & gladius in labiis eorum, quoniam quis audiuit? [9] Et tu domine deridebis eos, ad nihilum deduces omnes gentes. [10] Fortitudinem meam ad te cuſtodiam, quia tu es deus ſuſceptor meus, deus meus miſericordia eius præueniet me. [11] Deus oſtendit mihi ſuper inimicos meos, ne occidas eos, nequando obliuiſcantur populi mei. [12] Diſperge illos in virtute tua, & depone eos protector meus domine. C [13] Delictum oris eorum ſermonem labiorum ipſorum, & comprehendantur in ſuperbia ſua. [c 14] Et de execratione & mendacio annuntiabuntur in conſummatione, in ira conſummationis, & non erunt. [15] Et ſcient quia [d] deus dominabitur Iacob, & finium terræ. [16] Conuertentur ad veſperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem. [17] Ipſi diſpergentur ad manducandum: ſi vero non fuerint ſaturati, & murmurabunt. [18] Ego autem cantabo fortitudinem tuam, [e] & exaltabo mane miſericordiam tuam. [19] Quia factus es ſuſceptor meus, & refugium meum in die tribulationis meæ. [20] Adiutor meus tibi pſallam, quia deus ſuſceptor meus es, deus meus, miſericordia mea.

Sap. cxxiii. D

In finem pro iis qui commutabuntur, in tituli inſcriptione ipſi Dauid in doctrinam, cum ſuccendit Meſopotamiam Syriæ & Sobal, & conuenit Ioab, & percuſſit Ædom in valle Salinarum duodecim milia. LIX.

A [1] Deus[a] repulſiſti nos, & deſtruxiſti nos: iratus es, & miſertus es nobis. [2] Commouiſti terram, & conturbaſti eam: ſana cõtritiones eius, quia commota eſt. [3] Oſtendiſti populo tuo dura, [b] potaſti nos vino compunctionis. [4] Dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie arcus. [5] Et liberentur dilecti tui, ſaluum fac dextera tua, & exaudi me. [6] Deus locutus eſt in ſancto ſuo, lætabor & partibor Sichimã, & conuallem tabernaculorum metibor. † [7] Meus eſt Galaad, & meus B eſt Manaſſes, & Ephraim fortitudo capitis mei. [8] Iuda Rex meus, Moab olla ſpei meę. [c 9] In Idumæam extendam calceamentũ meum, mihi alienigenę ſubditi ſunt. [10] Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vſque in Idumęam? [11] Nõne tu deus qui repulſiſti nos? & non egredieris deus in virtutibus noſtris? † [12] Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana ſalus hominis. [13] In deo faciemus virtutẽ, & ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos.

Fidiciar. 8

† 59. ſ. ſic. Sed addentur.

In finem in hymnis Pſalmus Dauid. LX.

A [1] Exaudi[a] deus deprecationem meã, intende orationi meæ. [2] A finibus terræ ad te clamaui, dum anxiaretur cor meũ: in petra exaltaſti me. [3] Deduxiſti me, quia factus es ſpes mea, turris fortitudinis à facie inimici. [4] Inhabitabo in tabernaculo tuo in ſecula, protegar in velamẽto alarũ tuarum. [5] Quoniã tu deus meus exaudiſti orationẽ B meã, dediſti hæreditatem timentibus nomen tuum. [6] Dies ſuper dies Regis adiicies, annos

annos eius vſq; in diem generationis & generationis. [7] Permanet in æternum in conſpectu dei, miſericordiam & veritatem eius quis requiret? [8] Sic pſalmum dicam nomini tuo in ſeculum ſeculi, [b] vt reddam vota mea de die in diem.

In finem pro Idithun Pſalmus Dauid. LXI.

A [1] Nonne[a] deo ſubiecta erit anima mea? ab ipſo enim ſalutare meum. [2] Nam & ipſe deus meus & ſalutaris meus, ſuſceptor meus: non mouebor amplius. [3] Quouſque irruitis in hominem? interficitis vniuerſi vos, tãquam parieti inclinato & maceriæ depulſæ? [4] Veruntamen pretium meũ cogitauerunt repellere: cucurri in ſiti, ore ſuo benedicebant, & corde ſuo maledicebãt. [5] Veruntamen deo ſubiecta eſto anima mea, [b] quoniam ab ipſo patientia mea. [6] Quia ipſe deus meus & ſaluator meus, adiutor meus, nõ emigrabo. [7] In deo ſalutare meum & gloria mea, deus auxilij mei, & ſpes mea in deo eſt. [8] Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda veſtra, deus adiutor noſter in æternum. [9] Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in ſtateris, vt decipiant ipſi de vanitate in idipſum. † [10] Nolite ſperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiſcere: [c] diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. [11] Semel locutus eſt deus, duo hæc audiui, quia poteſtas dei eſt, & tibi domine miſericordia, † quia tu reddis vnicuique iuxta opera ſua.

† 1. 2. 3. 4. Clamor. 5. Silent. 6. 7. Mens. 8. Cor. 9. Solum. 10. Solum. 11. Solum.

Pſalmus Dauid cum eſſet in deſerto Idumææ. LXII.

A [1] Deus deus meus ad te de luce vigilo. [a 2] Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. [3] In terra deſerta, inuia & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam. [b 4] Quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas, labia mea laudabunt te. [5] Sic benedicam te in vita mea, & in B nomine tuo leuabo manus meas. [6] Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum. [7] Si memor fui tui ſuper ſtratũ meum, [c] in matutinis meditabor in te, quia fuiſti adiutor meus. [8] Et in velamento alarum tuarũ exultabo, adhæſit anima mea poſt te, me ſuſcepit dextera tua. [9] Ipſi vero in vanum quę- C ſierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ, tradẽtur in manus gladij, [d] partes vulpium erunt. [10] Rex verò lætabitur in deo, laudabuntur omnes qui iurant in eo, quia obſtructum eſt os loquentium iniqua.

a. Id eſt hymnos, & gratiarum actiones: quæ quidẽ vota pij perpetuo reddere debẽt, quando eram bona quorũ hereditas inſtituta eſt à deo, perpetua ſunt. Ila.

a. Cauſam dicit cur ſubiici deo contendat, quoniã ex deo ſalutare eſt. Proprium autẽ conditoris eſt, eorum quæ fecit, curã gerere vel ſeruare. Hilar. ibid.

b. Ab ipſo eſt patiẽtia: quia inter calamitates mihi cõſolationem præbet. Hæc autẽ mutuo inter ſe cõſilia agitabãt, ad maiorẽ ſe magnanimitatem alter alterũ excitantes. Euthym. ibid.

c. Quid eis mihi proderit, ſi me a morte liberare nõ poſſunt? Quid mihi prodeſt, ſi mecũ quã mortem eſſe nõ poſſunt? hic acquirunt hic relinquuntur. Am. ſed de Nabuche Ieirael. c. 6.

a. Ex hoc intelligi poteſt, res incõmoda atq; aſperæ ſi ſint hominib⁹ poſſe cõmode ac ſalutariter. Hilar. ibi.

b. Quia quibus probabilis per ruſticæ operationẽ vita inſtorũ ſit, tamen per miſericordiã dei plus meriti conſequetur. Ex hac enim in vitã in vitam profectio æternam, & operationem iuſtitiæ. Hilar. Pſal. 118.

c. Opus quidẽ fuerat & perdiẽ hanc habere memoriã quoniã vero ſemper ſollicitudinis, & in ſecularibus diſtractionis, falcem nomẽ dei memores ſitis ſup ſtratum, in matutinis meditamini in eo. Chryſoſt. ad pop. Antiochę homil. 41.

d. Vbi occiſi fuerint, vulpes ibi in cibũ eorum diuidẽ cadauera. Euthy. ibid.

a. Deus enim non tantũm cõorandus eſt, cum quę timemus ingruerint, ſed timenda ea ſunt quæ cũ cœperint adeſſe, dominantur & ſemper atque indefeſſis precibus orandus eſt, vt non è timore eorum quorũ dominatum timemus, eripiatur Hilar. ibid.

b. Cum ſe in hac malitia ſuã male, vt hoc deceptionis ſa queos hinc rudi. intedant, non putant hãc deum poſſe cognoſcere, cui nihil occultum latere qui & noſtras animas poteſtate ſua tegit ris cotã largis pietatis ſuæ armis defendere. Hiero. ibi.

c. Nullo eſt loco præterquã Ieroſolymis ſas erat eſſũ ædificare, aut ſacrificia facere. ſed hic loens ecclesiã Chriſti ſignificabat, extra quam nec rite deum colit, neque vllum vota reddi poteſt, quod ipſi gratũ acceptumque ſit, extra quam non eſt ſalus. Elami ibid.

b. Vtq; in finem non fuiſſemus in errore, niſi tu propitius fuiſſes noſtri qui nos ſanguine tuo prio mercatus es. Sic & Paulus Apoſtolus ait 2. Cor. 5. Quinos reconciliauit deo patri per crucem. Hieronym. ibid.

c. In exitu matutini & veſperi delectãtur deus. 2. in oriente & in occidente in ædificationibus eccleſiarum delectaberis, ex quo vinitaſti terram aduentu tuo, & inebriaſti eã ſanguine tuo. Arnob. ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[9] Visitasti terram,& inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam. [10] Flumen dei repletum est aquis,parasti cibum illorum,quoniam ita est preparatio eius. [11] Riuos eius inebria,multiplica genimina eius:in stillicidiis eius lætabitur germinãs. [12] Benedices coronæ anni benignitatis tuæ:& campi tui replebuntur vbertate. [13] Pinguescent speciosa deserti,& exultatione colles accingentur. [14] Induti sunt arietes ouium: & [d] valles abundabunt frumento:clamabunt etenim,hymnum dicent.

d. Sed quia de vno grano tritici acerous est factus, ea pletum est illud propheticum: Et comedes abundabunt frumento: quia granum illud mortuum plurimum fructum attulit. Hoc itaq; granum omnes homines perpetuo celestium munerum esca saturauit. Ambr. in illu. virg. cap. 14.

In finem canticum psalmi resurrectionis. LXV.

A † Inf. 99.5

IVbilate † deo [a] omnis terra,psalmũ dicite nomini eius,date gloriã laudi eius. [2] Dicite deo,quàm terribilia sunt opera tua domine, [b] in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. [3] Omnis terra adoret te & psallat tibi: psalmũ dicat nomini tuo. [4] Venite & videte opera dei:terribilis in consiliis super filios hominum. [5] Qui conuertit mare in aridam,in flumine pertransibunt pede,ibi lętabimur in ipso. [6] Qui dominatur in virtute sua in æternum, oculi eius super gentes respiciunt: qui exasperant,non exaltentur in semetipsis. [7] Benedicite gentes deum nostrum, & B C auditam facite vocem laudis eius. [8] Qui posuit animam meam ad vitam,& nõ dedit in commotionem pedes meos. [9] Quoniam probasti nos deus,igne nos examinasti,sicut examinatur argentum. [10] Induxisti nos in laqueum,posuisti tribulationes in dorso nostro,imposuisti homines super capita nostra. [11] Transiuimus per ignem & aquã, & eduxisti nos in refrigerium. [12] Introibo in domum tuam in holocaustis, † reddam tibi vota mea quæ distinxerũt labia mea. [13] Et locutũ est os meũ,in tribulatione mea. [14] Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum:offeram tibi boues cum hircis. [15] Venite audite,& narrabo omnes qui timetis deum,quanta fecit animæ meę. [16] Ad ipsum ore meo clamaui, & exultaui sub lingua mea. [c 17] Iniquitatem si aspexi in corde meo,non exaudiet dominus. [18] Propterea exaudiuit deus,& attẽdit voci deprecationis meæ. [19] Benedictus deus,qui non amouit orationem meam,& misericordiam suam à me.

† 77.8.4.c Sunt qui opes. Ut noto.c. Per tam.

D

a. Prima deprecatio est, vt misericordiã prebeat deus, deinde benedictionem. Et benedicto ergo qui succedit misericordia, cuius ita est, vt cõpressa dominatione carnalis spiritum faciat crispare. Non nostri iudex ita est, sed misericors Malachiã nemo prius in his nine sua benedictione diffudit. Hier. ibi.

In finem in hymnis Psalmus cantici Dauid. LXVI.

A

DEus [a] misereatur nostri,& benedicat nobis:illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. [2] Vt cognoscamus in terra viam tuam,in omnibus gentibus salutare tuum. [3] Confiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi populi omnes. [4] Lætentur & exultent gentes,quoniam iudicas populos in æquitate,& gentes in terra dirigis. [5] Confiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum. [6] Benedicat nos deus, deus noster, & benedicat nos deus, & metuant eum omnes fines terræ.

B

a. Cum dæmones in humanum gratia tyrannidem exercerent, nec homo aliquis nec angelus captum hominibus opem ferret, vocat propheta in auxilio ipsum omnium creatorem, rogat & mox celeriter exaudit. Securitatem autẽ in deo fore & dignũ deo, intelligens motum eorundem esse ad delinquendum vindictam furiæ. Ibid.

b. Nec alia vlla creditorius ecclesiam domus est. Hanc domum, hoc vnanimiter hospitiũ decet: & desinat furiosa fonctus in Psalmis dicens: Deus qui inhabitare facit vnanimes in domo. In domo dei, in ecclesia Christi vnanimes habitant, concordes persuerãt. Cypria. de simplicitate prælatorũ.

c. Pluuiam quippe voluntariam non nisi gratiã volo intelligi, non meritis redditam, sed gratis datã, vnde & gratia nominatur. Dedit enim eam, non quia digni erant, sed quia voluit. Hoc cognoscentes, nõ ideo erimus, & hoc cũ nõ simus erimus, & hoc cũ infirmari. Augus. de trinit. lib. 4. cap. 5.

In finem pro his qui commutabuntur, Psalmus ipsi Dauid. LXVII.

A † Num. 20. d

EXurgat [a] † deus,& dissipentur inimici eius:& fugiant qui oderunt eũ,à facie eius. [2] Sicut deficit fumus deficiãt:sicut fluit cera à facie ignis,sic pereãt peccatores à facie dei. [3] Et iusti epulẽtur & exultent in conspectu dei, & delectẽtur in lætitia. [4] Cantate deo,psalmum dicite nomini eius, iter facite ei qui ascendit super occasum,dominus nomen illi. [5] Exultate in conspectu eius, turbabuntur à facie eius patris orphanorũ,& iudicis viduarũ. [6] Deus in loco sancto suo, [b] deus † qui inhabitare facit vnius mortis in domo. [7] Qui educit vinctos in fortitudine,similiter eos qui exasperant,qui habitant in sepulchris. [8] Deus cũ egredereris in conspectu populi tui, cũ pertrãsires in deserto: [c] Terra mota est,etenim cœli distillauerunt à facie dei Sinai, à facie dei Israel. [c 10] Pluuiam voluntariã segregabis deus hęreditati tuæ,& infirmata est:tu vero perfecisti eam. † [11] Animalia tua habitabunt in ea, parasti in dulcedine tua pauperi deus. [12] Dominus dabit verbum euangelizantibus, virtute tua. [13] Rex virtutum dilecti, & speciei domus diuidere spolia. [14] Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. [15] Dum discernit cœlestis Reges super eam, niue dealbabũtur in Selmon, mons dei, mons pinguis. [16] Mõs coagulatus,mons pinguis:vt quid suspicamini mõtes coagulatos? [17] Mons in quo beneplacitũ est deo habitare in eo:etenim dominus habitabit in finẽ. [18] Currus dei decem

† 67.34.c Iam erit. Ex hac.

C D

b. Christus quippe in ecclesia habitat, quia in ecclesia habitat vnitas. Cypria. de simplicitate prælatorũ.

c. Quia dei ecclesia non in vna gente, sed in omnibus gentibus constituta est, ideo ait: Terra mota est, etenim cœli distillauerunt à facie dei Sinai, à facie dei Israel. Hilarius. ibid.

Iliphe. 4. b

dei decem milibus multiplex,milia lætantium, dominus in eis in Sinai in sancto. [d] † [19] Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. [20] Etenim non credẽtes,inhabitare dominum deum. [21] Benedictus dominus die quotidie, prosperum iter faciet nobis deus salutarium nostrorũ. [22] Deus noster,deus saluos faciendi,& domini domini exitus mortis. [c 23] Veruntamen deus cõfringet capita inimicorum suorum, verticem capilli perambulantium in delictis suis. [24] Dixit dominus ex Basan conuertam,conuertam in profundum maris. [25] Vt intingatur pes tuus in sanguine,lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. [f 26] Viderũt ingressus tuos deus,ingressus dei mei,Regis mei qui est in sancto. [g 27] Præuenerũt principes cõiuncti psallentibus,in medio iuuencularum tympanistriarum. [28] In ecclesiis benedicite deo,domino de fontibus Israel. [29] Ibi Beniamin adolescentulus,in mentis excessu. [30] Principes Iuda duces eorum, principes Zabulon, & principes Nephthalim. [31] Manda deus virtuti tuæ,confirma hoc deus quod operatus es in nobis. [32] A templo tuo in Ierusalem,tibi offerent Reges munera. [33] Increpa feras arundinis,congregatio taurorum in vaccis populorum,vt excludant eos qui probati sunt argento. [34] Dissipa gentes quæ bella volunt, [h] venient legati ex Ægypto, Æthiopia prẽueniet manus eius deo. [35] Regna terræ cantate deo,psallite domino. [36] Psallite deo qui ascẽdit super cœlum cœli, ad orientem. [37] Ecce dabit voci suæ vocem virtutis,date gloriam deo super Israel:magnificẽtia eius & virtus eius in nubibus. [38] Mirabilis deus in sanctis suis,deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinem plebis suæ,benedictus deus.

E F G

d. Quæ sententia vtique sic intelligitur, eo q captiuitas hominis, quẽ tibi diabolus captiuauerat, ibi cruẽdo sibi dãs captiuitatem, & ipse, sicut ait, captiuitatem captã ad colorũ alta sustulerit. Vtrq; igitur captiuitas vnus vocabulo nũcupatur, sed nõ æqualis vtraque est. Diaboli enim captiuitas seruitus subiicit, Christi aũt captiuitas tentatos liberauit. Ambr. loc. cit.

e. No mihi videatur aliud dictũ q; deus cõquassabit capita inimicorũ suorum eorum superbiendo, nimiũ se excollentiũ in delictis suis. Per hyperbolen quippe significauit superbiã tantum se excellenter, & ita elationem ostenderet, quasi verticẽ capilli perambulando calcaret. Aug. Epist. 57.

f. Ingressum Christi ad homines, aduentum, verbi dei cũ corpore esse ostens, dũ caute scripsura, sic ait: Videbant ingressus tuos, &c. Euseb. de demon. li. 9.

g. Dei quidem itinera sunt visa, cum coactis in glacie aquis præcurre eo in colũnarũ ignis & nubis, ecce populus siccatum ẽ, cum in medio tympanistriarum iuuenes psallẽtes gloriosũ glorificarũ dominum cantauerunt. Hilar. ibid.

h. Demq; de Magis Dauid spectare mõstrauit, cum dicit: Venient legati ex Aegypto: Aethiopia prauenient manus eius deo. Nam quia mundi ista fuerat scripturus, ne ita Aegyptũ nũcuparet, vel ne Magos illos intelligim⁹ Aegypti legatos: qui q̃ totius mundi legati electi, in muneribus quæ obtulerũt, credulitatẽ omnũ gentiũ ac fidei ipsius dedicauerũt. Chrys. ex variis in Matt. locis ho. 1.

In finem Psalmus ipsi Dauid. LXVIII.

A

SAluum † me fac deus,quoniam [a] intrauerunt aquæ vsq; ad animam meam. [2] Infixus sum in limo profundi,& nõ est substantia. [3] Veni in altitudinem maris,& tempestas demersit me. [4] Laboraui clamans,raucæ factæ sunt fauces meę: defecerunt oculi mei,dum spero in deum meum. † [5] Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderũt me gratis. [6] Cõfortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniustè: quæ B non rapui,tunc exoluebam. [7] Deus tu scis insipientiã meã,& delicta mea à te nõ sunt abscondita. [8] Non erubescãt in me qui expectant te dñe, domine virtutũ. [9] Non cõfundantur super me,qui quærũt te deus Israel. [10] Quoniã propter te sustinui opprobriũ,operuit cõfusio faciẽ meã. [11] Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ. [12] Quoniã † zelus domus tuę comedit me,& † opprobria exprobrãtium tibi ceciderunt super me. [b 13] Et operui in ieiunio animam meam, & factũ est in opprobriũ mihi. [14] Et posui vestimentum meum cilicium,& factus sum illis in parabolam. [c] † [15] Aduersum me loquebãtur qui sedebant in porta,& in me psallebant qui bibebãt vinũ. [16] Ego verò orationẽ meã ad te domine,tempus beneplaciti deus. [17] In multitudine misericordię tuę exaudi me,in veritate salutis tuæ. [18] Eripe me de luto vt non infigar:libera me ab iis qui oderunt me,& de profundis aquarũ. † [19] Non me demergat tempestas aquæ,neq; absorbeat me profundũ, [d] neq; vrgeat super me puteus os suũ. [20] Exaudi me domine,quoniam benigna est misericordia tua,secundũ multitudinẽ miserationũ tuarũ respice me. [21] Et ne auferas faciem tuã à puero tuo:quoniã tribulor,velociter exaudi me. [22] Intende animæ meæ & libera eam,propter inimicos meos eripe me. [e 23] Tu scis improperiũ meum,& confusionẽ meã,& reuerentiã meã. E [24] In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me:improperiũ expectauit cor meũ & miseriã. [25] Et sustinui qui simul cõtristaretur, & non fuit:& qui consolaretur, & non inueni. [26] Et dederunt in escam meã fel, † & in siti mea potauerũt me aceto. † [f 27] Fiat mensa eorũ coram ipsis in laqueum,& in retributiones,& in scandalũ. [28] Obscurentur oculi eorũ ne videant,& dorsum eorũ semper incurua. [29] Effunde super eos iram F tuam,& furor iræ tuæ cõprehẽdat eos. † [30] Fiat habitatio eorũ deserta, & in tabernaculis eorũ nõ sit qui inhabitet. [31] Quoniã quem tu percussisti persecuti sunt,& super

† Iudic. 6. c Thren. 3. a

† Ioan. 2. d

† Ioan. 15. c

† Ioan. 19. c

† Matt. 27. f Marc. 15. b Luc. 23. b Ioan. 19. d. 28. e. 29. a. 30. a. Act. 1. a. Rom. 11. a. 1. Cor. 10. a. 1. Ioan. 2. a. Apoc. 6. a. 8. a. 9. a. 16. a. 18. a. 19. a. Hinc pro voce.

a. Christi hoc vocẽ in isto psalmo ab initio vsq; ad finẽ prophetatã aduertim⁹. Hoc ordine aquas vsq; ad animã sibi perennisse significat. Dicendo aũt se in limo profundi infixũ, fabricã primi hominis sonat, in qua sibi crucis cõpactas dimissionẽ populi meruit cõ in mortẽ. Rogat nunc pro discipulis, vt non erubescant in eo qui expectãt resurrectionẽ eorumque confundãtur qui salutem eius expectant. Ambr. ibid.

b. Bonũ operimentũ, quod animã tegit nec à tentatore deprehẽdat, nec à tentatore auferat. Bonum velamen, quod tegit culpã, regit abstinentia, tegit gratia. Ambro. de Elia. c. 16. cap. 4.

c. Nec vlt, maledicebant mihi in locis publicis & celebribus, cantibusq; erant apud veteres vrbiũ portas, ad quas conuenichant ciues, & iudicia agitabãtur. Flaminius.

d. Ideo autem dixit, neque vrgeat super me os suum, quia cum suscepero eos, claudetur sursum, & aperietur deorsum, dilabitur in profundum nullum spiramen, nullus liber ascensus claustris desuper, vrgentibus relinquetur. Eusebius Emis. de Epipha. hom. 3.

e. Nosti quãta mihi exprobrent, vorator ac vim patratorem appellãtes, publicanis ac peccatorib⁹ amicum, dæmoniacum, ac deo contrarium: te etiam nosti quomodo me confundãt, hoc est, quanta, vt eis videtur, ignominia me ac pudore afficiant. Euthymius ibid.

f. Hæc mensa vnde cibus vitæ spiritalis accipitur, coram ipsis in laqueum, & in captionem, & in retributionem & scandalum facta est: cum vel præscripta legis, vel prophetarum voces ab ecclesiæ viris ad reuelationem diuini consilij tractantur. Hilarius. ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dolorem vulnerum meorum addiderunt. [12] Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum,& non intrent in iuſtitiam tuam.[13] Deleantur de libro viuentium,& cum iuſtis non ſcribantur.[g 14] Ego ſum pauper & dolens,ſalus tua deus ſuſcepit me. [15] Laudabo nomen dei cum cantico,& magnificabo eum in laude. [16] Et placebit deo ſuper vitulum nouellum,cornua producentem & vngulas.[17] Videant pauperes & lætẽtur, quærite deum,& viuet anima veſtra.[18] Quoniã exaudiuit pauperes dominus,& vinctos ſuos non deſpexit. [19] Laudent illum cœli & terra,mare, & omnia reptilia in eis. [20] Quoniam deus ſaluam faciet Sion,& ædificabuntur ciuitates Iudę. [21] Et inhabitabunt ibi,& hæreditate acquirent eam.[22] Et ſemen ſeruorum eius poſſidebit eam, & qui diligunt nomen eius,habitabunt in ea.

In finem Pſalmus Dauid,in rememoratione quòd ſaluum fecit eum dominus. LXIX.

DEus † [a] in adiutorium meum intende, domine ad adiuuandum me feſtina. [1] † [2] Confundantur & reuereantur,qui quærunt animam meam. [b 3] Auertantur retrorſum & erubeſcant,qui volunt mihi mala.[4] Auertantur ſtatim erubeſcentes qui, dicunt mihi, euge, euge. [5] Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te,& dicãt,ſemper magnificetur dominus,qui diligunt ſalutare tuũ.[6] Ego vero egenus & pauper ſum,deus adiuua me.[7] Adiutor meus & liberator meus es tu,domine ne moreris.

Pſalmus Dauid filiorum Ionadab & piorum captiuorum. LXX.

IN † te domine ſperaui,[a] non confundar in æternum, in iuſtitia tua libera me & eripe me. [2] Inclina ad me aurem tuã, & ſalua me. [3] Eſto mihi in deũ protectorem,& in locum munitum,vt ſaluum me facias. [4] Quoniam firmamentũ meum, & refugium meum es tu.[5] Deus meus eripe me de manu peccatoris,& de manu contra legem agentis & iniqui. [6] Quoniam tu es patientia mea domine, domine ſpes mea à iuuentute mea. [b 7] In te confirmatus ſum ex vtero, de ventre matris meæ tu es protector meus. [8 c] In te cantatio mea ſemper, tanquam prodigium factus ſum multis,& tu adiutor fortis. [d 9] Repleatur os meum laude,vt cantem gloriã tuam,tota die magnitudinem tuam.[10] Ne proiicias me in tempore ſenectutis:cũ defecerit virtus mea,ne derelinquas me.[11] Quia dixerunt inimici mei mihi,& qui cuſtodiebant animam meam,conſilium fecerunt in vnum,[12] Dicentes, deus dereliquit eum: perſequimini & comprehendite eum, quia non eſt qui eripiat. [13] Deus ne elongeris à me, deus meus in auxilium meũ reſpice.[14] Confundantur & deficiant detrahentes animę meæ,operiantur confuſione & pudore, qui quærunt mala mihi. [15] Ego autẽ ſemper ſperabo,& adiiciam ſuper omnem laudẽ tuam. [16] Os meũ annuntiabit iuſtitiam tuã, tota die ſalutare tuũ.† [17] Quoniam non cognoui literaturam, [e] introibo in potentiã domini,domine memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius.[18] Deus docuiſti me à iuuẽtute mea, & vſq; nunc pronuntiabo mirabilia tua.[19] Et vſq; in ſenectã & ſenium,deus ne derelinquas me.[f 20] Donec annuntiem brachium tuũ generationi omni quæ vẽtura eſt. [21] Potẽtiam tuã & iuſtitiam tuã deus vſq; in altiſſima quæ feciſti magnalia,deus quis ſimilis ſit tibi?[22] Quãtas oſtẽdiſti mihi tribulationes multas & malas,& cõuerſus vificaſti me, & de abyſſis terræ iterum reduxiſti me. [23] Multiplicaſti magnificẽtiam tuam,& cõuerſus cõſolatus es me.[24] Nam & ego cõfitebor tibi in vaſis pſalmi veritatem tuam deus,pſallam tibi in cithara ſanctus Iſrael. [25] Exultabũt labia mea cum cãtauero tibi,& anima mea quam redemiſti.[26] Sed & lingua mea tota die meditabitur iuſtitiam tuam,cum confuſi & reueriti fuerint qui quærunt mala mihi.

Pſalmus Dauid in Salomonem. LXXI.

DEus [a] iudicium tuum Regi da,& iuſtitiã tuam filio Regis.[b 2] Iudicare populũ tuũ in iuſtitia,& pauperes tuos in iudicio.[3] Suſcipiãt mõtes pacem populo,& colles iuſtitiã.[4] Iudicabit pauperes populi,& ſaluos faciet filios pauperum,& humiliabit calũniatorem.[5] Et permanebit cum ſole & ante lunam, in generatione & generationẽ.[6] Deſcẽdet ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillãtia ſuper terrã.

Orietur

g. Cũ enim eſſet diues, pro nobis pauper factus eſt, & compeditos ſuos nõ deſpexit. Poſſumus hoc verſiculi, ſiquidẽ in laudes martyrũ peroramus. Quidam & de animabus hoc intelligi putant, quòd clauſæ corporibus nõ deſpectæ ſint à deo. Hieron. ibid.

a. Pia confeſſionis hęc vox eſt, adiutorium à domino & deo ſperare, ſed plus hic quàm in deprecationibus ſperandi auxilij ſolet eſſe, ſermo ſignificat. Hilar. ibi.

b. Duo ſunt genera perſecutorum, vituperantium & adulantium. Plus perſequitur lingua adulatoris, quàm manus interfectoris. Nam & ipſam caminũ dicit ſcriptura. Auguſt. ibid.

a. Id eſt, ne quæſo permitte vt ea ſpes vnquã fallax me, ſed pro iuſtitia & bonitate tua libera me. Et eſto mihi loco arcis munitiſſimæ, ad quam mihi pateat ſemper aditus:tibi certè ſemper cognitũ eſt ſalus mea. Flamin. ibi.

b. Nos dicimus in deo confirmatum Chriſtũ, qui tanquam prodigium factus eſt multis incredulis, credentibus autem exit in adiutor & fortis. Arnob. ibid.

c. Ego, inquit, qualiſcunq; atque afflictus & deformis eſſe ſolitus ſum præ iniunio facẽdo, & triſtitia: atq; ideo à multis quaſi mõſtri quoddam exiſtimatus ſum, tamẽ re vera nõ ita eſſem, ſed ſic viderer, imprudentibus nimirũ ac vltiori multitudini. Euthym. ibid.

d. Quid eſt tota die? Sine inter miſſione. In proſperis, quia conſolatus, in aduerſis, quia corrigis. Antequam eſſem, quia feciſti: cũ eſſem, quia ſalutem dediſti: cum peccaſſem, quia ignoſcis: cum conuertus eſſem, quia adiuuaſti: cum perſeueraſſem, quia coronaſti. Ita planè repleatur os meũ laude, vt in hymno dicam gloriam tuam tota die, &c. Auguſt. ibid.

e. Sciebat profectò eum introire in ſpirituales potentias domini, cum ſe in vniuerſis infirmitatib⁹ carnis, vtiam nil de carne haberet cogitare, ſed totus in ſpiritu memoraretur iuſtitias dei ſolius. Beda. Epi. in.

f. Quod factum eſt tempore Chriſti, quando qui digni fuerunt ex eis credere in Chriſtum, brachium domini annũtiauerunt omni generationi: gentium poſſimodum credentiũ in Chriſtum. Cherſ. in Matth. ca. 10. hom. 33.

a. Fatẽ primus verſiculus ad Salomonem referri poſſit, quæ poſtea ſequuntur, nec ad eius filium Roboam referri poſſunt, ſed ſolum à Dauid oriundum ſaluatorem noſtrũ Ieſum Chriſtum. Euſeb. de demonſt. lib. 7. cap. 11.

b. Hæc eſt causa cur petat beatus Dauid Chriſto Chriſti indicandi facultatem, vt ſcilicet iudices populum & pauperes. Per populum autem, fideles populum intelligit, qui ſicut Chriſti, hoc eſt filij populus appelletur, dicitur etiã & patris. Quem populum etiam alio nomine vocat pauperes. Euthymius ibi.

[7] Orietur in diebus eius iuſtitia & abundantia pacis,donec auferatur luna. [8] Et dominabitur à matri vſq; ad mare,& à flumine vſq; ad terminos orbis terrarũ.† [9] Corã illo procident Æthiopes,& inimici eius terram lingẽt.[10] Reges Tharſis & inſulę munera offerent,Reges Arabum & Saba dona adducent. [c 11] Et adorabunt eum omnes Reges,omnes gentes ſeruient ei.[12] Quia liberabit pauperem à potente,& pauperem cui non erat adiutor.[13] Parcet pauperi & inopi, & animas pauperũ ſaluas faciet.[14] Ex vſuris & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo [d 15] Et viuet & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipſo ſemper:tota die benedicent ei.[16] Erit firmamentum in terra in ſummis montiũ,ſuperextolletur ſuper Libanum fluctus eius,& florebunt de ciuitate ſicut fœnum terræ.[17] Sit nomen eius benedictum in ſecula,ante ſolem permanet nomen eius.[18] Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ,omnes gentes magnificabũt eum.† [19] Benedictus dominus deus [a] Iſrael, qui facit mirabilia ſolus.[20] Et benedictum nomen maieſtatis eius in æternum, & replebitur maieſtate eius omnis terra:fiat,fiat.

Defecerunt hymni Dauid filij Ieſſe. *Pſalmus Aſaph.* LXXII.

QVam [a] bonus Iſrael deus,iis qui recto ſunt corde. [1] Mei autẽ penè moti ſunt pedes,penè effuſi ſunt greſſus mei.[2] Quia zelaui ſuper iniquos,pacem peccatorũ videns.[4] Quia non eſt reſpectus morti eorum,& firmamentum in plaga eorũ. [5] In labore hominum non ſunt,& cum hominibus non flagellabuntur.† [6] Ideo tenuit eos ſuperbia,operti ſunt iniquitate & impietate ſua.[7] Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum,tranſierunt in affectũ cordis.[8] Cogitauerũt & locuti ſunt nequitiam, iniquitatẽ in excelſo locuti ſunt.[b †9] Poſuerunt in cœlum os ſuum,& lingua eorũ tranſiuit in terra.[10] Ideo conuertetur populus meus hic,& dies pleni inuenietur in eis.[11] Et dixerunt:quomodo ſcit deus,& ſi eſt ſcientia in excelſo?[12] Ecce ipſi peccatores & abũdantes in ſeculo,obtinuerunt diuitias.[13] Et dixi,ergò ſine cauſa iuſtificaui cor meũ, † & laui inter innocentes manus meas.[14] Et fui flagellatus tota die,& caſtigatio mea in matutinis.[15] Si dicebã,narrabo ſic,ecce nationẽ filiorũ tuorũ reprobaui. [16] Exiſtimabã vt cognoſcerem: hoc labor eſt ante me.[17] Donec intrẽ in ſanctuariũ dei,& intelligam in nouiſſimis eorum. [18] Veruntamen propter dolos poſuiſti eis: [c] deieciſti eos dum alleuarentur.[19] Quomodo facti ſunt in deſolationem? ſubitò defecerunt, perierunt propter iniquitatem ſuam.[20] Velut ſomnium ſurgentium,domine in [d] ciuitate tua imaginẽ ipſorum ad nihilum rediges.[21] Quia inflammatũ eſt cor meum,& renes mei cõmutati ſunt,& ad nihilum redactus ſum,& neſciui. [22] Vt iumentũ factus ſum apud te,& ego ſemper tecum.[23] Tenuiſti manum dexteram meam,& in volũtate tua deduxiſti me,& cum gloria ſuſcepiſti me.[24] Quid enim mihi eſt in cœlo,& à te quid volui ſuper terram?[25] Defecit caro mea & cor meũ,deus cordis mei & pars mea deus in æternum.[e 26] Quia ecce qui elongant ſe à te,peribunt: perdidiſti omnes qui fornicantur abs te. [27] Mihi autem adhærere deo bonum eſt, ponere in domino deo ſpem meam.[28] Vt annuntiem omnes prædicationes tuas,in portis filiæ Sion.

In finem intellectus Aſaph. LXXIII.

VT [a] quid deus repuliſti in finẽ,iratus eſt furor tu⁹ ſup oues paſcuę tuę?[2] Memor eſto cõgregationis tuæ,quam poſſediſti ab initio.[3] Redemiſti virgã hęreditatis tuæ:mons Siõ in quo habitaſti in eo. † [4] Leua manus tuas in ſuperbias eorum in finem,quanta malignatus eſt inimicus in ſanctọ?[5] Et gloriati ſunt qui oderũt te,in medio ſolẽnitatis tuæ.[6] Poſuerũt ſigna ſua ſigna,& nõ cognouerũt,ſicut in exitu ſuper ſummũ.[7] Quaſi in ſylua lignorũ ſecuribus exciderũt ianuas eius in idipſum, in ſecuri &aſcia deiecerũt eã.† [8] Incenderunt igni ſanctuarium tuum:in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.[9] Dixerũt in corde ſuo cognatio eorum ſimul, quieſcere faciamus omnes dies feſtos dei à terra.[10] Signa noſtra nõ vidimus:iam non eſt Ꝓpheta,& nos nõ cognoſcet ampliꝰ. [11] Vſquequo deus improperabit inimicꝰ,irritat aduerſarius nomen tuum in finẽ?[12] Vt quid auertis manum tuam,& dexteram tuam

c. Quomodo & ab hominibus & ab angelis adoratur Chriſtus, ſi ab vnius dei ſubſtantia ſeparatur? Quomodo illi ſeruitutem, quæ deo tantũ debetur, audemus exhibere, ſi vna nõ eſt illi natura cũ patre? Fulgen. Reſponſio. 10. cõtra Arrianos.

d. Nõ quòd inde aurũ erũ ille Salomõ acceperit, in hũc pſalmũ figurace traiectum eſt in alijs verum Salomone: a verum pacifico. Non enim ille dominatus eſt à flumine vſque ad terminos orbis terrę. Aug. ibid.

e. Deum vt triplex domini dei deique nõcupatio, myſterium ſit trinitatis. Hier.

a. Certè deus in Iſrael ſi bẽnefícus eſt, & maximè benignus. Eſt inquã talis in eos præcipue, qui puro ſunt animo, & qui neq; rebus prorum aduerſis, nec ꝓ proſperis impiorũ adducuntur vẽ de bonitate & prouidentia dei minus præſentiant. Flamin. ibid.

b. Nõ ſuſtinent multis cõſuetudinarij reatus, nõ ſuffitiunt lues, non rapinæ, nõ calumniæ, nõ ſufficiunt violentiæ, non contẽptiones, nõ fallaciæ, non ſufficiunt periuria, non adulteria, non homicidia, nũ blaſphemia furioſiſſimũ mẽtium manus etiam iniicere ideum. Poſuerũt enim, ſicut de impijs ſcriptum eſt, in cœlũ os ſuum, &c. Sal. lib. 4.

c. Tumore tanquã aſcẽdere, eſſ deſcendere, quia vidiſcet vbi mens eleuatur, ipſa eleuatione deiicitur, vt hic deieciſti eos, &c. Rupertus in Geneſim. 3.

d. Fiunt magis de ciuitate anime tuæ imaginem diaboli, & excellentia ſimem Chriſti. Haciate fulgeat, in tua ciuitate, id eſt in anima tua reſplendeat, quæ obliterat vitiorum imagines: de quibus ait Dauid, Domine ciuitate tua, &c. Amb. officio. 1. cap. 49.

e. Quod ſi à deo qui longè ſunt, peribunt: vtique qui deo proximi ſunt, ſaluabũtur. Quanco enim deo vicinores fuerimus, tanto ſalutẽ veſtrũ noſtri à nobis longiꝰ repellentur. Oportet igitur nos proximos fieri deo, quoniã dicit propheta: Ecce qui elongant ſe à te peribunt. Ambr. Serm. 401

a. Poſſumus intelligere hęc verba vt ea prudentiorum ſudæorum perſona dicta ſint. Nec tantum repulſiſti, inquit, ſed in finem repulſiſti, quod omnimodã priuſus deſtructionẽ ſignificat. Nam etſi prius eos ſæpe reppoleras, non tamen in finẽ, id eſt in perpetuũ. Vnicuique enim captiuitati certũ tempus per prophetas ſtatuerat. Illa autem verba, Vt quid deus repulſiſti, interrogatiua quidẽ eſſe videntur, & tamen indagãdę, ſed iuxta vſum Hebræci idiomatis diuinam miſericordiam cõfidunt. Euth.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de medio sinu tuo in finẽ?† [23] Deus autem rex noster ante secula, [b] operatus est salutẽ in medio terræ. [14] Tu cõfirmasti in virtute tua mare, [c] contribulasti capita draconũ in aquis. [15] Tu confregisti capita draconis, [d] dedisti eum escam populis Æthiopum. [16] Tu dirupisti fontes & torrentes, tu siccasti fluuios Ethan. [17] Tuus est dies, & tua est nox: tu fabricatus es aurorã & solẽ. [18] Tu fecisti omnes terminos terræ: æstatem & ver tu plasmasti ea. [19] Memor esto huius, inimicus improperauit dño, & populus insipiẽs incitauit nomen tuum. [20] Ne tradas bestiis animas confitentium tibi, & animas pauperum tuorũ ne obliuiscaris in finem. [21] Respice in testamentũ tuũ, quia repleti sunt qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum. [22] Ne auertatur humilis factus confusus, pauper & inops laudabunt nomen tuũ. [23] Exurge deus, iudica causam tuam: memor esto improperiorũ tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt tota die. [24] Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum: superbia eorum qui te oderunt, ascendit [e] semper.

b. Siue in Iudæa quæ mẽdium terræ dicitur, siue in vtero virginali. Hiero. ibi.
c. Draconũ capita, dæmoniorũ superbias, à quib⁹ gẽtes possidebãtur, contrariis suppositis quia eos quos potẽdebãt, tu per baptismum liberasti. Aug. ibid.
d. Hoc intelligit, eos qui littora maris rubri accolãt postea fuisse spoliis Aegyptiorũ quos dominus cum rege in mare rubrũ deprimerat. Sed alij, verũ ex Hebræo, Dedisti eum escã habitãtibus in deserto, quib⁹ verbis significare videt eos dauersa Aegyptiorũ ad littus ejecta prædã & pastũ fuisse bestiarũ. Flam. ibi.
e. Id est, Dum tu differs pœnas, illi proficiunt in blasphemias. Hiero.

Hoc. 13

C

D

In finem, ne corrumpas. P salmus cantici Asaph. LXXIIII.

A

Onfitebimur [a] tibi deus, confitebimur, & inuocabimus nomẽ tuũ. [2] Narrabimus mirabilia tua: cum accepero tẽpus, ego iustitias iudicabo. [3] Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea, ego confirmaui columnas eius. [4] Dixi iniquis, nolite iniquè agere: & delinquentibus, nolite exaltare cornu. [5] Nolite extollere in altum cornu vestrum, nolite loqui aduersus deum iniquitatẽ. [6] Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque à desertis montibus, quoniam deus iudex est. [7] Hunc humiliat, & hunc exaltat: quia calix in manu domini vini meri plenus mixto. [b] [8] Et inclinauit ex hoc in hoc: veruntamen fæx eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ. [9] Ego autem annuntiabo in seculũ, cantabo deo Iacob. [10] Et omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabunt cornua iusti.

B

a. Cõfitere ergò & inuoca. cõfitendo enim mundas (ę plum quo vemat innocat⁹. Aug. ibid. Si peccata cognoscamus, nõ vt sciat qui ignorat, ideo confitemur, sed vt ea quę optimè nouit, indulgeat. Confessio enim vere contriti ad indulgentiã non attendit, si recte fidei inuocatio nominis dei non fuerit subsecuta. Arnob. ibi.
b. Et de mensura meri supplicij effudit in mensuram misericordiæ, vt misturam faceret: vtq, eã in potũ illis præberet qui & leuius deliquissẽt, & adhuc essent medicabiles. Euchym.

In finem in carminibus canticum Assyriorum. P salmus Asaph. LXXV.

A

Otus † in Iudæa deus, in Israel [a] magnũ nomẽ eius. [2] Et factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. [3] Ibi confregit potentias, arcum, scutum, gladium & bellum. [4] Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis: turbati sunt omnes insipientes corde. [b] [5] Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerũt omnes [c] viri diuitiarum in manibus suis. [6] Ab increpatione tua deus Iacob, dormitauerunt qui ascenderunt equos. [7] Tu terribilis es, & quis resistet tibi? ex tunc ira tua. [8] De cœlo auditum fecisti iudicium, terra tremuit, & quieuit. [9] Cum exurgeret in iudicium deus, vt saluos faceret omnes mansuetos terræ. [10] Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi. † [11] Vouete & reddite domino deo vestro, omnes qui in circuitu eius affertis munera: [12] Terribili & ei qui aufert spiritum Principum, terribili apud Reges terræ.

a. Ps. 47. 2. Sion. Deus, ci. Magna.

C

D

In finem pro Idithun, P salmus Asaph. LXXVI.

A

Voce † mea ad dñm clamaui, voce mea ad deum, & intendit mihi. [2] In die tribulationis meæ deum exquisiui, manibus meis nocte contra eum, & non sum deceptus. [b] Renuit consolari anima mea: memor fui dei, & delectatus sum, & exercitatus sum, & defecit spiritus meus. [4] Anticipauerũt vigilias oculi mei, turbatus sum, & nõ sum locutus. [5] Cogitaui [c] dies antiquos, & annos æternos in mẽte habui. [6] Et meditatus sum nocte cũ corde meo, & exercitabar, & scopebã spiritũ meũ. [7] Nũquid in æternũ proiiciet deus, aut nõ apponet vt cõplacitior fit adhuc? [8] Aut in finẽ misericordiam suam abscindet à generatione in generationem? [9] Aut obliuiscetur misereri deus, aut cõtinebit in ira sua misericordias suas? [10] Et dixi, nũc cœpi: hæc mutatio dexteræ excelsi. [11] Memor fui operũ dñi, quia memor ero ab initio mirabilium tuorũ. [12] Et meditabor in omnib⁹ opibus tuis, & in adinuẽtionib⁹ tuis exercebor. [13] De⁹ in sancto via tua, quis de⁹ magn⁹ sicut de⁹ noster? tu es de⁹ qui facis mirabilia. [14] Notã fecisti in populis virtutẽ tuã: redemisti in brachio tuo populũ tuũ, filios Iacob & Ioseph. [15] Viderunt te aquæ deus, viderunt te aquę, & timuerũt: [d] & turbatę sunt abyssi. [16] Multitudo sonitus

B

C

D

a. Videre ergo ę opera nostra nobis tacitibus clamãt ad dñm. Hiero. ibid.
b. Cùm cum animus meus omnem cõsolationem repudiaret, ad memoriã dei cõfugiebam, & illius misericordiã vociferans implorabam. Flam. ibid.
c. Per siquos dies tẽpora Mosi intelligit, & Iesu Naue. Cogitaui inquã quo pacto illi dei Aegyptiacæ seruitutis fuerint liberati, quos modo deos pedib⁹ peruia ferre mare ruber, quamodo innumeros allectis benefitijs à deo, tandẽ in terrã promissionis eã gloria ingressi sint. Euchy. ibid.
d. Abyssi dicũ viam fecit pedibus filiorum Israel, & Iosue. b. Post hæc voce deorum nubes. In columnis enim nubis vox erat, quibus dominus in rubro mari, & in egyptijs cruciabatur. Vox tonitrui eius in rota. Moyses rotæ comparatur. Arnob. ibid.

Psal. 17. a

Psal. 93. a

A

B

C

D

do sonitus aquarum, vocem dederũt nubes. [17] Etenim sagittæ tuæ transeunt, vox tonitrui tui in rota. [18] Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ, commota est & contremuit terra. [19] In mari via tua, & semitę tuæ in aquis multis, & vestigia tua non cognoscentur. † [20] Deduxisti sicut oues populum tuum, in manu Moysi & Aaron.

Intellectus Asaph. LXXVII.

A

Attendite popule meus [a] legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei. † [2] Aperiam in parabolis os meũ, loquar propositiones ab initio. [b] Quãta audiuimus & cognouimus ea, & patres nostri narrauerũt nobis, [3] Nõ sunt occultata à filiis eorum, in generatione altera. [c] Narrãtes laudes dñi & virtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit. [4] Et suscitauit testimonium in Iacob, & legem posuit in Israel. [5] Quanta mandauit patribus nostris nota facere filiis suis, vt cognoscat generatio altera. [6] Filij qui nascentur & exurgent: & narrabunt filiis suis. [7] Vt ponant in deo spẽ suam, & non obliuiscantur operum dei, & mandata eius exquirant. [8] Ne fiant sicut patres eorum, generatio praua & exasperans. [9] Generatio quę non direxit cor suũ, & non est creditus cum deo spiritus eius. [10] Filij Ephrem intendentes & mittentes arcũ, B cõuersi sunt in die belli. [11] Nõ custodierunt testamentũ dei, & in lege eius noluerunt ambulare. [12] Et obliti sunt benefactorũ eius, & mirabiliũ eius quę ostendit eis. [d] [13] Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Ægypti in campo Taneos. † [14] Interrupit mare & perduxit eos, & statuit aquas quasi in vtre. † [15] Et deduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis. † [16] Interrupit petrã in eremo, & adaquauit eos velut in abyssо multa. [17] Et eduxit aquã de petra, & deduxit tanquã flumina aquas. [18] Et apposuerũt adhuc peccare ei: in irã concitauerunt excelsum in inaquoso. [19] Et tentauerunt deũ in cordibus suis, vt peterẽt escas animabus suis. † [20] Et male locuti sunt de deo, dixerũt: nũquid poterit deus parare mensam in deserto? † [21] Quoniam percussit petrã, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt: [22] Nunquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo? † Ideo audiuit dñs & distulit, & ignis accẽsus est in Iacob, & ira ascendit in Israel. [23] Quia non crediderunt in deo nec sperauerũt in salutari eius. [24] Et mãdauit nubibus desuper, & ianuas cœli aperuit. † [25] Et pluit illis mãna ad manducandum, [e] & panem cœli dedit eis. [26] Panẽ angelorũ mãducauit homo, cibaria misit eis in abundantia. † [27] Trãstulit austrũ de cœlo, & induxit in virtute sua Aphricũ. [28] Et pluit super eos sicut puluerẽ carnes, & sicut arenã maris volatilia pennãta. [29] Et ceciderũt in medio castrorũ eorum, circa tabernacula eorum. [30] Et mãducauerũt & saturati sunt nimis, & desideriũ eorum attulit eis: nõ sunt fraudati à desiderio suo. † [f] [31] Adhuc escæ eorũ erãt in ore ipsorum, & ira dei ascẽdit super eos. [g] Et occidit [h] pingues eorũ, & electos Israel impediuit. [i] [32] In omnibus his peccauerũt adhuc, D & nõ crediderunt in mirabilibus eius. [33] Et defecerunt in vanitate dies eorum, & anni eorum cum festinatione. [34] Cũ occideret eos, quærebant eum, & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum. [35] Et rememorati sunt quia deus adiutor est eorum, & deus excelsus redemptor eorũ est. [36] Et dilexerũt eum in ore suo, & lingua sua mẽtiti sunt ei. [37] Cor autẽ eorum nõ erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamẽto eius. [38] Ipse autẽ est misericors, & propitius fiet peccatis eorum, & nõ disperdet eos. [39] Et abundauit vt auerteret iram suam, & nõ accendit omnẽ iram suam. [40] Et recordatus est quia caro sunt, [k] spiritus vadens & non rediens. [41] Quotiens exacerbauerũt eum in deserto, in iram concitauerũt eũ in inaquoso. [42] Et conuersi sunt & tentauerunt deũ, & sanctum Israel exacerbauerũt. [43] Non sunt recordati manus eius, die qua redemit eos de manu tribulantis. [44] Sicut posuit in Ægypto signa sua, & prodigia sua in campo Taneos. † [45] Et conuertit in sanguinem flumina eorũ, & imbres eorum ne biberẽt. † [46] Misit in eos cynomyiã & comedit eos: & ranã, & disperdidit eos. † [47] Et dedit ærugini fructus eorũ, & labores eorũ locustę. † [48] Et occidit in grandine vineas eorũ, & moros eorum in pruina. [49] Et tradidit grandini iumenta eorum, & possessionem eorum igni. [50] Misit in eos irã indignationis suæ, indignationem & iram & tribulationẽ, immis-

a. Sic appellat doctrinã suã, quæ continetur hoc carmine. Iandẽ vocat parabolas, quòd iam cęteris inferiùs vtilissimę ac sanctissimæ hîc enigmata, quod hoc gen⁹ doctrinæ recõditum maximèque obscurũ fecit quorum mens nullo alio lumine nisi naturali prædita est. Flam. ibidem.
b. Ad hunc igitur populum ex gentibus congregatũ Christus loquitur, adeò eos nõ Mosica audire iubet, sed euangelicã, de qua Ioãnes Idumæus dicebat: De Sion exibit lex, & verbũ domini de Ierusalem, & iudicabit in medio gentium. Euthy.
c. Vides ergò quis gentis vt superiùs quæstionẽ fecerat, euũs hîc sermonem à circumcisionis, & populi non esse generis vbiq, sed voluntatis. Professus enim genus ait: quòd nõ direxit cor suum, quia noluerũt in lege eius ambulare. Arn. ib.
d. Vides quòd non dicitur de decẽ tribubus, sed de hęreticis propheratur. Obliti sunt ergo hæretici patris sui, qui fecit mirabilia in terra Aegypti, id est in cœlestibus ipsius seculi, quomodo illos liberauit. In ecclesiã enim renati sunt: & postea vbi nati sunt, displicet, eis ecclesia. Hieron. ibid.
e. Qui per noctem semper, excepta nocte sabbati, cum pore descendens circa castrorũ locũ cadere nitus ostenderet. Aug. de mirab. sacra scriptu. lib. 2. c. 33.
f. Nam contra Moysen rebellẽs exringuntur, Core conuicturur, obruitur. Dathan & Abiron murmurãt, deuorantur. Salu. lib 3 g. Quoniam in Graeco haberur ἀφοσιώθη secus si haberetur, ἀπέστη.
h. Neq, supplicioru gravitate, neq, miraculoru magnitudine ad deu vnquam poterẽt, vt verbis dei fidẽ haberẽt, seq, illius bonitati pẽsilhoque committerẽt. Ex quo perspicuũ est posse tantam esse labem & corruptionẽ animorũ, vt sine spiritu semper à veritate abhorreant. Flam. ibi.
i. Quemadmodũ ergo cãro non redit ad homines, ex quibus creata est, sed ad terram vnde primo homini formatæ est: ita & spiritus non redit ad homines, à quibus reuulsus est, sed ad deum, à quo prima illi carni data est. August. Epist. 7. Vel cum spiritus sanctus à peccatoribus recedit, & quandiu in voluptatibus peccatorum sunt, non reuertitur ad eos. Hieron. ibidem.
k. Tanè Taneor. Aegypti clades vetustissima. Et hęc duplex creditur, siue quòd alterius ruina cõdita sit, siue occasione ignis in eadem nomine sit fortitæ. Prior in offic. Nili Tanitico, de qua Strabo lib. 17 quæ ostio nomen dedit. Altera Memphi vicinior, & in alia fluminis ripa sita. Hæc post Hebron 7. annis ædificata est, de qua nunc in proposito. Nempe illi strecti iuxta Idumæam inter ezitem habitabant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

siones per angelos malos.[51] Viã fecit semitæ irę suę,nõ pepercit à morte animarũ eorũ:& iumẽta eorũ in morte cõclusit.†[52] Et percussit omne primogenitũ in terra Aegypti,primitias omnis laboris eorũ in tabernaculis Chã.†[53] Et abstulit sicut ouespopulũ suum,& perduxit eos tanquã gregem in deserto.[54] Et deduxit eos in spe,& non timuerunt,& inimicos eorũ operuit mare.[55] Et induxit eos in montem sanctificationis suæ:montem quem acquisiuit dextera eius.†[56] Et eiecit à facie eorum gentes,& sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis. [57] Et habitare fecit in tabernaculis eorum,tribus Israel.[58] Et tentauerunt & exacerbauerunt deum excelsum,& testimonia eius non custodierunt.[59] Et auerterunt se,& non seruauerunt pactum: quẽadmodum patres eorum,conuersi sunt in arcum prauum.[60] In iram concitauerunt eum in collibus suis,& in sculptilibus suis ad æmulationẽ eũ prouocauerunt.[61] Audiuit deus & spreuit,& ad nihilũ redegit valde Israel. [62] Et repulit tabernaculum Silo,tabernaculum suum vbi habitauit in hominibus.[63] Et tradidit in captiuitatẽ virtutẽ eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici.[64] Et conclusit in gladio populũ suum, & hæreditatem suã spreuit.[65] Iuuenes eorum comedit ignis, & virgines eorum non sunt lamentatæ.[66] Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt,& viduæ eorum nõ plorabantur.[67] Et excitatus est tanquam dormiens dominus,tanquam potens crapulatus à vino. [68] Et percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis.[69] Et repulit tabernaculum Ioseph,& tribum Ephraim non elegit.†[70] Sed elegit tribum Iuda,montem Sion quem dilexit.[71] Et ædificauit sicut vnicornium sanctificiũ suum in terra quam fundauit in secula.†[72] Et elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium,de post fœtantes accepit eum.[73] Pascere Iacob seruum suũ, & Israel hæreditatem suam. [74] Et pauit eos in innocentia cordis sui, & in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

Psalmus Asaph. LXXVIII.

DEus † [a] venerunt gentes in hæreditatem tuam,polluerunt templum sanctum tuum,posuerunt [b] Ierusalem in pomorum custodiam.[c] [2] Posuerunt mortiena seruorum tuorum escas volatilibus cœli, carnes sanctorum tuorũ bestiis terræ.[3] Effuderunt sanguinem ipsorum tãquam aquam in circuitu Ierusalem, & non erat qui sepeliret.[4] Facti sumus opprobriũ vicinis nostris,subsãnatio & illusio iis qui in circuitu nostro sunt.[5] Vsq̃quo domine irascêris in finẽ, accẽdetur velut ignis Zelus tuus?†[6] Effunde iram tuã in gẽtes quæ te non nouerunt,& in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt.[7] Quia comederunt Iacob,& locũ eius desolauerũt.†[8] Ne memineris iniquitatũ nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis.[9] Adiuua nos deus salutaris noster,& propter gloriã nominis tui domine libera nos. Et propitius esto peccatis nostris propter nomẽ tuũ, [10] ne forte dicant in gentibus:vbi est deus eorum? Et innotescat in nationibus coram oculis nostris[11] vltio sanguinis seruorũ tuorũ,qui effusus est:introeat in cõspectu tuo gemitus cõpeditorũ. [12] Secundũ magnitudinẽ brachij tui possîde filios mortificatorum.[13] Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum,improperiũ ipsorũ quod exprobrauerunt tibi domine.[14] Nos autem populus tuus & oues pascuæ tuæ,confitebimur tibi in seculum.[15] In generationẽ & generationem, annuntiabimus laudẽ tuam.

In finem pro iis qui commutabuntur,Psalmus pro Assyriis,testimonium Asaph. LXXIX.

OVi [a] regis Israel intende,qui deducis velut ouẽ Ioseph.[2] Qui sedes super Cherubim,manifestare coram Ephraim,Beniamin & Manasse.[b] Excita potentiã tuã & veni,vt saluos facias nos.[3] Deus cõuerte nos , & ostende faciem tuam, & salui erimus.[4] Domine deus virtutum quousque irascêris super orationẽ serui tui? [5] Cibabis nos pane lachrymarum, & potũ dabis nobis in lachrymis in mensura.[7] Posuisti nos in cõtradictionẽ vicinis nostris,& inimici nostri subsannauerũt nos. [8] Deus virtutum conuerte nos , & ostende faciẽ tuam,& salui erimus.[9] Vineã de Aegypto transtulisti,

transtulisti,eiecisti gentes,& plantasti eam.[10] Dux itineris fuisti in conspectu eius, & plantasti radices eius,& impleuit terrã.[11] Operuit montes vmbra eius,& arbusta eius cedros dei.[12] Extendit palmites suos vsq; ad mare,& vsq; ad flumen propagines eius. [13] Vt quid destruxisti maceriam eius,& vindemiant eam omnes qui prætergrediũtur viam?[14] Exterminauit eam aper de sylua;& singularis ferus depastus est eam.[15] Deus virtutum conuertere,respice de cœlo & vide,& visita vineam istam.[16] Et perfice eam quam plantauit dextera tua,[d] & super filium quem confirmasti tibi.[17] Incensa igni & suffossa,ab increpatione vultus tui peribunt. [18] Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ:& super filium hominis quem confirmasti tibi.[19] Et non discedimus à te, viuificabis nos,& nomen tuum inuocabimus.[20] Domine deus virtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam,& salui erimus.

In finem pro torcularibus, Psalmus ipsi Asaph quinta Sabbati. LXXX.

EXultate†deo adiutori nostro,iubilate deo Iacob.[2] Sumite psalmũ,& date tympanũ,[b] psalterium iucundũ cum cithara.[3] Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solennitatis vestræ.[4] Quia præceptũ in Israel est, & iudicium deo Iacob.† Testimoniũ in Ioseph posuit illud,cũ exiret de terra Ægypti: linguam quam non nouerat,audiuit.[5] Diuertit ab oneribus dorsum eius,manus eius in cophino seruierunt.[6] In tribulatione inuocasti me & liberaui te,exaudiui te in abscondito tẽpestatis,†probaui te apud aquam contradictionis.[7] Audi populus meus, & cõtestabor te:Israel si audieris me,†non erit in te deus recens,neq; adorabis deum alienum.[8] Ego enim sum dominus deus tuus,qui eduxi te de terra Ægypti:[c] dilata os tuum,& implebo illud.[9] Et non audiuit populus meus vocem meam,& Israel nõ intẽdit mihi.†[d] [10] Et dimisit eos secundum desideria cordis eorum,ibunt in adinuentionibus suis.†[11] Si populus meus audisset me,Israel si in viis meis ambulasset: [12] Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem,& super tribulantes eos misissem manu meam. [13] Inimici domini mentiti sunt , & erit tempus eorum in secula.[14] Et cibauit illos ex adipe frumenti,& de petra melle saturauit eos?

Psalmus Asaph. LXXXI.

DEus[a] stetit in synagoga deorum,in medio autem deos diiudicat.[2] Vsquequo iudicatis iniquitatẽ,& facies peccatorum sumitis?[3] Iudicate egeno & pupillo,humilem & pauperẽ iustificate.†[4] Eripite pauperem,& egenum de manu peccatoris liberate.[5] Nescierunt neque intellexerunt:in tenebris ambulant,mouebũtur omnia fundamenta terræ.†[6] Ego dixi,dij estis,& filij excelsi omnes.[7] Vos autem sicut homines moriemini,& sicut vnus de principibus cadetis.[8] Surge deus , iudica terram,quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.

Canticum Psalmi Asaph. LXXXII.

DEus†[a] quis similis erit tibi?ne taceas,neq; compescaris deus.[b] [2] Quoniam ecce inimici tui sonuerunt,& qui oderunt te extulerunt caput.[3] Super populũ tuũ malignauerunt consilium,cogitauerunt aduersus sanctos tuos.[4] Dixerũt venite,& disperdamus eos de gente,& non memoretur nomen Israel vltrà.[5] Quoniam cogitauerunt vnanimiter,simul aduersum te testamentum disposuerunt tabernacula Idumæorum & Ismaelitæ.[6] Moab & Haggareni, Gebal & Ammon & Amalec,alienigenæ cũ habitantibus Tyrum.[7] Etenim Assur venit cum illis, facti sunt in adiutorũ filiis Loth. †[c] [8] Fac illis sicut Madian & Sisaræ,† sicut Iabin in torrente Cisontorum.[9] Disperierunt in[d] Endor,facti sunt vt stercus terræ. †[10] Pone principes eorum sicut Oreb & Zeb,& Zebee & Salmana.[11] Omnes principes eorum,qui dixerunt: hæreditate possideamus sanctuarium dei.[12] Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulã ante faciem venti.[13] Sicut ignis qui comburit syluam,& sicut flamma cõburens montes.[14] Ita persequêris illos in tempestate tua,& in ira tua turbabis eos.[15] Imple facies

a. In hoc Psal. fruitis prædicitur Antiochi, qui aduersus Iudæorum gentem immitissimus fuit. Euthy. Vel de præterita cæde Philistinorũ, ac de vastatione Nabuchodonosor. Arnobius. Vel de ea,quã Titus Romano imperatore, aut de persecutione ecclesiæ post Christi passionẽ. Aug. ibi.

b. Vt de amplissima vrbe parum rugariolum vix remanserit.

c. Hæc quidẽ in Ierusalem ante aduentũ facta sunt figuraliter, sed passionẽ insanctũ figuranerũt, vbi carnes eorũ bestiis atq; volucribus, id est persecutoribus exposita sunt. Hiero. ibid.

d. Agnoscunt se in his arumnas propter peccata incutere, itaq; ad misericordiã dei suppliciter confugiunt,ibq; adiuuari deprecantur non q̃ fauore & auxilio digni sint, sed ne sanctissimũ nomen dei,de cuius tutela gloriantur,ludibrio & despectui fie nationibus Plam. ibid.

a. Per Israelem , vel ipsum Iacob patriarchã intelligit cui deus pollicitus est se eũ semper adiuturũ, & seruaturum se eum in periculis vel ipsum populum qui ab eo originem traxit. Euthy. ibidem.

b. Ipse ergo excitet potentiam tuam, veniat & saluos nos faciat. Vnus quisq; nostrũ bila est , & a nullo penitus videri potest, tumari macerrimi per quam dignetur faciem suam ostendere quam si ostenderit ille , salui erimus. videlicet si faciei seu imago eius per carnis assumptionẽ hac visibilis Arnob ibidem.

a. Vnũ sumit,& tria exigit. Ex tribus enim constituti sumus,vt dicit Paulus:vt integrũ sit corpus , & anima, & spiritus:vt sit tympanum corpus,pellem habes mortuam. Igitur mortifica corpus, vt sit tympano & choro laudes deum. Chrys. ad popul. Antioch. homil. 12.

b. Per plectrũ ipsum mẽte aut intellectũ intelligit, per cithar ẽ corpus. Iucundũ aũt dixit, vt indicaret quòd de hoũmodi psalterio genere delectatur. Eut.

c. Vbi significat in homine voluntarẽ accipiẽdi quod deus donat volenti : vt ad voluntatis exordium pertinere, Dilata os tuũ ad dei aurem gratiam, & implebo illud. Augu. quæst. super Exod. q. 9.

d. Nollo fere maiore supplicio afficere potuit deus illos qui parere nolũt salutaribus monitis ipsi?, quam si nos patiatur indulgere atque obtẽperare cupiditatibus suis,& sua cõsilia sequi quibus sibi pessẽ ac perniciem machinantur & comparant:idq; maximè cum sibi sapere,ac ceteri stulti maximè consulere videntur. Plan. inuis ibidem.

a. Psalmus ille,quantũ arbitror,insinuare aliquid molitur quòd ex quodam ẽ pore factũ est, vt fieret de? in synagoga deorum: et ex ipsis carnẽ sumeret. Aug. ibi.

a. Quoniã in diis fuit cõdemnes aduersum nos exclamat, qui te habemus deũ, qui similem non habet. Tu enim altissimus super omnẽ terrã, ne sileas neque cõpescaris oramus. Arnob.

b. Inimici tui, qui tuũ populũ oppugnant, vel qui proprie nobis infestũ sunt, sonuerunt autem , hoc est, inauditum dederẽ clamorem. Euthymius.

c. Legimus in Iudicũ libro, Ille est Madian quem expugnauit Gedeon Iudic. 7 &.

d. Iabin & Sisara illi sunt quos expugnauit Debbora & Barac. Hiero ibidem.

d. Endor is loc? ero ex regione quæ assignata fuerat tribui Manasse, villa quæ & intra Scythopolim in quarto miliario sita est. Thabor, procul. Natu oppido eodem Eusebius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eorum ignominia,& quærent nomen tuum domine. [16] Erubescant & conturbentur in seculum seculi,& confundantur & pereant.[17] Et cognoscant quia nomen tibi dominus,tu solus altissimus super omnem terram.

In finem pro torcularibus filiis Core Psalmus. LXXXIII.

a Pertabernacula ecclesias intelligit, quæ variis in locis collincte sunt, & in quibus diuina habitant charismata. Has etenim ecclesiarum meritis oculo prouidens propheta noster dilexit eas. Euthymius ibidem.
b. Beatus planè quem delectatio non reuocat, quæ voluptas non inclinat, qui ad inferiora non respicit. Sed hoc sine diuino auxilio quomodo fieri potest? Ambros. de fuga seculi cap. 1.
c. Arrha illa sunt in quę suspirabat, in quę deficiebat. Desiderat & deficit anima mea in atria domini. Multa dicendi desiderat homines, & multum volunt hic viue recte commutare multa dicendi, desiderede vnum diem, qui non habet ortum & occasum Augustinus ibidem.

QVàm dilecta[a] tabernacula tua domine virtutum,concupiscit & deficit anima A
mea in atria dñi.[2] Cor meum & caro mea exultauerunt in deum viuum.[3] Etenim passer inuenit sibi domum,& turtur nidum vbi ponat pullos suos.[4] Altaria tua domine virtutum,Rex meus & deus meus. †[5] Beati qui habitant in domo tua B †24.9.1.c. Omnibus.
dñe,in secula seculorum laudabunt te.[b6] Beatus vir cuius est auxilium abs te,ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum, in loco quem posuit. [7] Etenim benedictionem dabit legislator,ibunt de virtute in virtutem, † videbitur deus deorum in Sion.[8] Dñe deus virtutum exaudi orationem meam, auribus percipe deus Iacob. †Deos di, 2.c. Dñs Iud. Deric. cum mone-sterium.
[9] Protector noster aspice deus,& respice in faciẽ Christi tui.[c10] Quia melior est dies C
vna in atriis tuis,super milia.[11] Elegi abiectus esse in domo dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.[12] Quia misericordiam & veritatem diligit deus, gratiam & gloriam dabit dominus.[13] Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia,domine virtutum beatus homo qui sperat in te.

In finem filiis Core. LXXXIIII.

a Hoc est, benedices populum tuum, & diuinis ac cœlestibus donis afficies, cum è cœlo miseris vnigenam finium tuum. Flam. ibid.
b. Tu auersus ab ira, non es auersus à peccatis. Conuerte igitur nos deus salutaris noster. Hieronym. ibid.

BEnedixisti[a] domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob.[2] Remisisti ini- A
quitatem plebis tuæ,operuisti omnia peccata eorũ.[b3] Mitigasti omnem iram tuam,auertisti ab ira indignationis tuæ.[4] Conuerte nos deus salutaris noster, B
& auerte iram tuam à nobis.[5] Nunquid in æternum irascêris nobis,aut extẽdes iram tuam à generatione in generationem?[6] Deus tu cõuersus viuificabis nos,& plebs tua lætabitur in te.[7] Ostende nobis domine misericordiam tuam,& salutare tuum da nobis. [8] Audiam quid loquatur in me dñs deus,quoniam loquetur pacem in plebẽ suã. [9] Et super sanctos suos,& in eos qui conuertuntur ad cor.[10] Veruntamen prope timẽtes eũ salutare ipsius,vt inhabitet gloria in terra nostra.[11] Misericordia & veritas obuiauerunt sibi:iustitia & pax osculatę sunt. †[c12] Veritas de terra orta est,& iustitia de cœlo prospexit.[13] Etenim dominus dabit benignitatem,& terra nostra dabit fructum suum.[14] Iustitia ante eum ambulabit,& ponet in via gressus suos.

c. Christũ autẽ quis audeat negare veritatẽ? cum ipse de se hoc nomine nũcuparit, dicens: Ego sum via, veritas & vita. Si veritas igitur de terra orta est, quomodo secũdũ homo de cœlo cœlestis, nisi quia à dei filio sui cępit carnis materies terreni corporis in cœleste nomẽ trẽsfigurari per consortiũ diuinitatis? Fulg. ad Trasimũd. lib. 3. c. Deus di. 5. 1. Filiorum. nicę. 9. 10. ca. 1. †Deus di. 5. 1. Filiorum. nicę. 9. 10. ca. 1.

Oratio Dauid. LXXXV.

2 Tunc enim sanctificatus sum, quãdo tibi oblatus sed dedicatus fui, Illa quippe sancta efficiũtur, quæ in dei ministeriũ dedicãtur. Vel tantum semper appellat, quasi pũs ac religiosum ego deum, inimicorum scili cet comparatione, quibus pro[j] erant. Euthym.
b. Nulla est autẽ gens quã nõ fecerit deus, quia fortẽ omnũ gentiũ fecit de* Adam & Heuã. Aug. ibid.

INclina domine aurem tuam & exaudi me,quoniã inops & pauper sum ego.[2] A
Custodi animam meã, quoniam †sanctus sum,saluum fac seruũ tuum deus meus sperantẽ in te. †[3] Miserere mei dñe,quoniam ad te clamaui tota die:[4] lętifica animam serui tui, quoniam ad te dñe animam meam leuaui. [5] Quoniam tu domine suauis & mitis,& multæ misericordię omnibus inuocantibus te.[6] Auribus percipe dñe orationem meam,& intende voci deprecationis meæ. [7] In die tribulationis meæ clamaui ad te,quia exaudisti me.[8] Non est similis tui in diis domine, & non est secundum opera tua.[b] [9] Omnes gẽtes quascunque fecisti,venient & adorabunt coram te domine,& glorificabunt nomen tuum.[10] Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia:tu es deus solus.[11] Deduc me dñe in via tua,& ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum,vt timeat nomen tuũ. †[12] Cõfitebor tibi domine deus meus in toto corde meo,& glorificabo nomen tuum in æternum.[13] Quia misericordia tua magna est super me,[c] & eruisti animam meã ex inferno inferiori.[14] Deus iniqui insurrexerunt super me,& synagoga potentium quæsierunt animam meã,& non proposuerunt te in conspectu suo. †[d15] Et tu domine deus miserator & misericors,patiẽs & multę misericordiæ & verax. †[16] Respice in me,& miserere mei:da imperiũ tuũ puero tuo, & saluum fac filium ancillæ tuæ.[17] Fac mecum signũ in bonum,vt videant qui oderunt me & confundantur,quoniam tu domine adiuuisti me, & consolatus es me.

c. Ideo dicitur deus: Eruisti animã meam, &c. quia circo anime ab inferno gratia dei eripiuntur, vt in cœlis conseruentur. Fulgent. ad Monymum lib. 1.
d. Verũ quia misericors & miserator es, & cõmptor res tuus pẽ necessitas, sicut in illis misericors es, in me vero rax es tu. Arnob. ibid.

Psalmus

Psalmus cantici filiis Coræ. LXXXVI.

a. Posita fuisse Ierosalym, a in collibus constat ex historia sacra, & descriptione Iosephi in 5. lib. de bello Iudaico, sed etiam ecclesia Christi, quam ciuitas hæc figuraliter fundata est in eisdem montibus, quæ ecclesiæ ibi orum habuit Flam. ibidem.

FVndamenta †[a] eius in montibus sanctis, diligit dominus portas Sion super A
omnia tabernacula Iacob.[2] Gloriosa dicta sunt de te,ciuitas dei. [3] Memor ero Raab & Babylonis,sciẽtium me. [4] Ecce alienigenæ & Tyrus, & populus Æ-
B thiopum,hi fuerunt illic.[5] Nunquid Sion dicet homo,& homo natus est in ea,& ipse fundauit eam altissimus?[6] Dominus narrabit in scripturis populorum, & principum horum qui fuerunt in ea.[7] Sicut lætantium omnium,habitatio est in te.

Canticum Psalmi filiis Core,in finem pro Maheleth ad respondendum,intellectus Heman Ezraitæ. LXXXVII.

a. Oraui e dominus sicut secãdum formam dei, sed secundũ formã serui. Secundũ hanc enim & passus est. Orauit aut & cõ in rebus lętis agere, quod dicit nomine: & cum in aduersis, quod noctis nomine significari arbitror Aug. ibid.
b. Per lacum inferiorem sepulturam intelligit, cuius profunditatem Christus in euangelio conseruę appellauit, dicens: Sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Ille autem ut ea me possent qui sepultura mea curauerunt. Euthy. ibid.
c. Significat, homines cordis ea mortuos, vt eos ad vitã fidei tenea Christi miserabiliter nõ mouerẽt. Aug. ibi. d. Id est easquam tenebris obductos ab oculis meis remouisti. Hic psalmus valde notabilis est, quoniã solus ex omnibus à principio vsque ad finẽ nostra interpretis spiritus consolatione, plenus est querelarum, & mœrorii, & luctus. Flam. ib.

DOmine[a] deus salutis meæ,in die clamaui & nocte coram te.[2] Introeat in conspe- A
ctu tuo oratio mea,inclina aurem tuam ad precem meã.[3] Quia repleta est malis anima mea,& vita mea inferno appropinquauit. [4] Æstimatus sum cum descendẽtibus in lacum,factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber.[b] [5] Sicut vulnerati dormientes in sepulchris,quorum nõ es memor amplius,& ipsi de ma-
B nu tua repulsi sunt.[b6] Posuerunt me in lacu inferiori,in tenebrosis & in vmbra mortis. [7] Super me confirmatus est furor tuus,& omnes fluctus tuos induxisti super me. [8] Longe fecisti notos meos à me:posuerunt me abominationem sibi. [9] Traditus sum & non egrediebar,oculi mei languerũt præ inopia.[10] Clamaui ad te domine,tota die expandi ad te manus meas. †[c11] Nũquid mortuis facies mirabilia,aut medici suscitabunt & confitebuntur tibi? [12] Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam
c tuam,& veritatem tuã in perditione? [13] Nunquid [d] cognoscentur in tenebris mirabilia tua,& iustitia tua in terra obliuionis? [14] Et ego ad te domine clamaui, & mane oratio mea præueniet te. [15] Vt quid domine repellis orationem meam, auertis faciẽ tuam à me? [16] Pauper sum ego,& in laboribus à iuuẽtute mea,exaltatus autẽ humiliatus sum & conturbatus. [17] In me transierunt iræ tuæ,& terrores tui conturbauerũt me. [18] Circundederunt me sicut aqua tota die,circundederunt me simul. [19] Elõgasti à me amicum & proximum,& notos meos à miseria.

Intellectus Ethan Ezraitæ. LXXXVIII.

a. Misericordias, inquit, quas operas es in me, & propriis latius gratias egi & agã, in æternum, id est semper e ancabo, in cæcitã misericordiã atq; in hymnos rẽdigens eas. Euthym.
b. Quando dispositi testamẽto electis, tunc inualle dicit Dauid seruo suo. Quid autẽ inualle, nisi terra pandit. Arnob. ibi.
c. Nam quid facit mare sanguẽ, nisi die quem hodiẽ celebramus? Martyres peremit, femina ignis superest, leges ecclesię pollutam. Surgere ergo pergis? nubes, diffundunt veritatem tuam in circuitu tuo, nostrum rabidos fluctus. Aug. ibi. dem.
d. Considerandum sane est in hac sententia tua, quãtũ ignoues eos qui dicunt gratiam dei secundũ merita nostra dari, quos vt cæcos fidei defendatur vmbraculo, profanæ opinionis est, talia asserere. Prosper contra Collatorem.
e. Gratia ergo de gratia sibi creat, & profectus profectibus suis seminat, lucra lucris & meritis meritis lucrum facit. Quanto quisq; plus acquirere cupit, tanto plus conquirit & desiderium lucrum acquirendi meritis apperit. Iustus. Urgell. ad monachos hortandos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non apponet nocere ei. [23] Et concidam à facie ipsius inimicos eius,& odientes eũ in fugam conuertã. [24] Et veritas mea & misericordia mea cum ipso,& in nomine meo exaltabitur cornu eius. [25] Et ponã in mari manum eius,&in fluminibus dexterã eius. f [26] Ipse inuocabit me,pater meus es tu:deus meus,& susceptor salutis meæ. [27] Et ego primogenitum ponã illum,excelsum præ Regibus terræ. [28] In æternũ seruabo illi misericordiam meam,& testamentum meum fidele ipsi. [29] Et ponam in seculum seculi semen eius,& thronum eius sicut dies cœli. [30] Si autem dereliquerint filij eius legem z meã,& in iudiciis meis non ambulauerint: [31] Si iustitias meas prophanauerint,& mãdata mea non custodierint: [h] [32] Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. [33] Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in veritate mea. [34] Neque prophanabo testamentum meum: & quæ procedunt de labiis meis,nõ faciã irrita. [35] Semel iuraui in sancto meo si Dauid mentiar:† semen eius in æternũ manebit. [36] Et thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternũ:& testis in cœlo fidelis. [37] Tu verò repulisti & despexisti,distulisti Christum tuum. [38] Auertisti testamẽtum serui tui,prophanasti in terra sanctuarium eius. E [39] Destruxisti omnes sepes eius,posuisti firmamentum eius fortitudinem. [40] Diripuerunt eum omnes transeũtes viam:factus est opprobrium vicinis suis. [41] Exaltasti dexteram deprimentium eum,lætificasti omnes inimicos eius. [42] Auertisti adiutorium gladij eius,& non es auxiliatus ei in bello. [43] Destruxisti eum ab emũdatione,& sedẽ eius in terra collisisti. [k] [44] Minorasti dies temporis eius, perfudisti eum confusione. [45] Vsquequo dñe auertis in finẽ,exardescit sicut ignis ira tua? [46] Memorare quæ mea G substantia:nunquid enim vane constituisti omnes filios hominum.? [47] Quis est homo qui viuet& non videbit mortem,eruet animam suam de manu inferi? [48] Vbi sunt [m] misericordiæ tuæ antiquæ domine,sicut iurasti Dauid in veritate tua? [49] Memor esto domine opprobrij seruorum tuorum,quod continui in sinu meo multarum gentium. [50] Quod exprobrauerunt inimici tui domine, quod exprobrauerunt commutationem Christi tui. [51] Benedictus dominus in æternum,fiat fiat.

f. Ipsius cum inuocasse patrẽ dei in Euangelio legimus,licet illud est: Pater, clarificæ me apud emetipsum Hieron. ibid.
g. Qui autem est coeli dies nisi Christus dominus? de quo dicitur per prophetã: Dies diei eructat verbum. Euseb. Emiss. de pascha ho. 4.
h. Viles enim sunt correptiones parentis, qui non parcit, vt obediens præceptis salutaribus præferat animã filij sui. Virga enim virtus, sicut legimus, Virgabo in virga, &c. Nemo enim desperare debet quicũque corripitur atque arguitur. Ambr. lib. 2. epistolo. 18.
i. In quo vtique seruum dixit nõ in carne,quòd exanimauit temetipsum, formam serui assumpsit. Am. de fide lib. 3. cap. 7.
k. Queritur regnũ Dauidis familiæ,quod perpetuũ fore promiserat deus,dum adolesceret, extinctũ esse. Flamin. ibi.
l. Sed quis est homo qui nõ moriatur, cum resurrectio nõ mortuo esse nõ possit? Amb. loc. 3. lib. 7.
m. Per misericordias emissionem intelligit à deo factas de semine & de regno Dauid. Antiquas autẽ ex dicit, quòd olim supplicãti populo fuerãt facturæ. Euthymius ibid.

Oratio Moysi hominis dei. LXXXIX.

a. Refugium locat est quò confugimus,in quẽ nostra suspiria & lachrymæ rendũtur ad quẽ derelicti, grauibus, multis oppressi deplorãt*. Ille sinus placidos plandit venientibus. Nihil diuinius & ad consolationem medelãq; dolorum nostrorum præsentius dicere poterat. Augustin. ibid.
b. Nongentis triginta annis antea viuebamus, vsque ad mille fere veneramus ecce in breuem vitam vita nostra contracta. Hier. ibi.
c. Aranearn ponit pro aranea ipsa. verbũ autem meditabuntur, in parua hic significatione positum est pro eis timebũtur, seu reputabantur: & similis est quòd eruti nostri à nobis existimabantur quasi aranea textã, quæ summo studio laboret, & modico diuini temporis flatu dissipetur. Euthy. ibid.
d. Salomon & dominum nostrũ Iesum qui Caritas dei est, dum quæcunq; bono sapiens est, considerat, habitãculum in admirabili altissimi, vtpote cui in protectione dei patris commorentur. Euseb. de demonstr. lib. 9. cap. 2.
e. Multi patrem libertatem arbitrij cuique sibi posse sufficere, se ipsi per ipsam posse resistere malis hostibus inuisibilibus, neque posse cõfidi sibi liberrimum istum arbitrij negare, peccato ei, & audere peccare. Aug. b

[4] Scapulis suis obumbrabit tibi,& sub pennis eius sperabis.[5] Scuto circundabit te veritas eius,non timebis à timore nocturno.[6] A sagitta volãte in die,à negotio perambulante in tenebris,ab incursu & dæmonio meridiano.† [7] Cadent à latere tuo mille, & decem milia à dextris tuis,ad te autem non appropinquabit.[8] Veruntamen oculis tuis considerabis,& retributionem peccatorum videbis.[9] Quoniã tu es domine spes mea,[c] altissimum posuisti refugium tuum.[10] Non accedet ad te malum,& flagellum c nõ appropinquabit tabernaculo tuo.[11] Quoniam † angelis suis mãdauit de te,vt custodiant te in omnibus viis tuis. [12] In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.[d] [13] Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.[14] Quoniam in me sperauit,liberabo eum,protegam eum quoniã cognouit nomen meum. [15] Clamauit ad me & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione:eripiam eum & glorificabo eum. [16] Longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum.

c. Nõ est nefarij homines conabuntur te hominẽ factum flagellis cædere, & à morte irideremincuiusq; tã mea flagellum quod † deo est,nõ appropinquabit tabernaculo,hoc est tuo corpori, quo videlicet propries nos homo factus,indutus ex Eusseb. Cæsar. de demonst. lib. 1. cap. 11.
d. Affirmat neque venenatas & immanes bestias, neque diabolum & satellites eius,quos vocabulis harum belluarũ significat, vllo eum habituros aduersus hominem pium, & præsidio dei cõsidentem. Flam. ibid.

Psalmus cantici in die Sabbati. XCI.

a. Nõ dixit, honũ est psallere,& postea confiteri,sed vide ordinem: Bonum est cõfiteri,& bonum est psallere. Primum age pœnitentiã, & lachrymis dele peccata,& postea canta domino Hieronym. ibid.
b. Per factura quidam vniuersam hanc rerum mundi machinã intelligunt,& per manuũ opera, particulares huius creaturæ species:quarum magnitudinẽ, inquit, & pulchritudinem, varietatẽ,conuenientiã*, vtilitatemq;, & cætera huiusmodi tantũ vniuersum,quam particulariter prospicisse, lætari & ampliùs etiã semper exultabo. Euthy. ibid.

A [1] Bonum [a] est confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime. [2] Ad annuntiandum mane misericordiam tuam,& veritatem tuam per noctem. [3] In decachordo psalterio, cum cantico in cithara. [4] Quia delectasti me domine in B factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo. † [5] Quàm magnificata sunt opera tua domine,nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. [6] Vir insipiens non cognoscet,& stultus nõ intelliget hęc.[7] Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnum, & apparuerint omnes qui operantur iniquitatem. [8] Vt intereant in seculum seculi, tu autem altissimus in ęternum domine.[9] Quoniam ecce inimici tui domine,quoniã ecce inimici tui peribunt,& dispergẽtur omnes qui operantur iniquitatem. [10] Et exC altabitur sicut vnicornis cornu meũ, & senectus mea in misericordia vberi. [11] Et despexit oculus meus inimicos meos, & ab insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea.[12] Iustus vt palma florebit,sicut cedrus Libani multiplicabitur.[13] Plãtati in domo domini,in atriis domus dei nostri florebũt. [14] Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi, & bene patiẽtes erunt vt annuntient. [15] Quoniam rectus dominus deus noster,& non est iniquitas in eo.

Laus cantici Dauid in die ante Sabbatum,quando fundata est terra. XCII.

A [1] Dominus [a] regnauit, decorem indutus est, indutus est dominus fortitudinem, & præcinxit se. [2] Etenim firmauit orbem terræ, qui nõ commouebiB tur. [b] [3] Parata sedes tua ex tũc,à seculo tu es.[4] Eleuauerũt flumina domine, eleuauerunt flumina vocem suam.[5] Eleuauerũt flumina fluctus suos,à vocibus aquarum multarum. [6] Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis dominus. [7] Testimonia tua credibilia facta sunt nimis,† domum tuam decet sanctitudo domine in longitudinem dierum.

a. Induit enim dominũ* decorem ecclesiæ gratis, quæ in illo lauacro deponens fœditatẽ omnium delictorum, splendore gratiæ cœlestis emituit. Ambr. de benedict. patriar. cap. 10.
b. Parata ergo à seculo sedes est,in qua stellarus erat is iste cui* nomine omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium,& infernorũ. Cyprian in Symbo. Apost.

Psalmus Dauid quarta Sabbati. XCIII.

a. Sic deum appellat,q; ad eum pertinet vltio. Ipse est air, in Deuteronomio, Mea est vltio, & ego retribuam. Flam. ibi.
b. Illa autem repetitio, usquequo peccatores domine, inquientis zelum deo ferãt. Et quamquam hoc pã deo dubitãter loquatur nihil propheta, non ignorat tamen mansuetudinẽ esse eorum scelerũ qui iniustè agunt,sed tam diuturnam dei patientiam ægrè ferre. Euth. ibi.
c. Hoc dicebat quasi quærens & cõquirens per gratiã in tota creatura, & tam nullum ex hominibus adiutorium inuenirec, reperiuit dicens: aut quis stabit mecum? &c. Rediit ad fontẽ misericordiæ, vnde semper hauriebat beneficia, ad dñm rerum omniũ, & conditorem creaturarũ. Chrysost. in Psal. 93. com. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnantes,aut quis ſtabit mecum aduerſus operãtes iniquitatem? [17] Niſi quia dominus adiuuit me,paulo minus habitaſſet in infetno anima mea. [18] Si dicebã, motus eſt pes meus,miſericordia tua domine adiuuabat me.[19] Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo,conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.[20] Nũquid adhæret tibi ſedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto? [d 21] Captãbunt in animam iuſti,& ſanguinem innocentem condemnabunt. [22] Et factus eſt mihi dominus in refugium, & deus meus in adiutorium ſpei meæ. [23] Et reddet illis iniquitatem ipſorum,& in malitia eorum diſperdet eos,diſperdet illos dominus deus noſter.

d Dum captauerint peccatores animam iuſti conſentientes deum, & ſanguinem eius innocentem condemnauerint, tunc efficietur eis dominus in refugiũ, & deus eius in auxilium ſpei eius. Arnob.

Laus cantici ipſi Danid. XCIIII.

A Venite [a] exultemus domino,iubilemus deo ſalutari noſtro. [2] Præoccupemus faciem eius in cõfeſſione, & in pſalmis iubilemus ei. [3] Quoniã deus magnus dominus,& Rex magnus ſuper omnes deos. [b 4] Quia in manu eius ſunt omnes fines terræ,& altitudines montium ipſius ſunt. [5] Quoniam ipſius eſt mare,& ipſe fecit illud,& ſiccam manus eius formauerunt. [6] Venite adoremus,& procidamus & ploremus ante dominum qui fecit nos,quia ipſe eſt deus noſter. [7] Et nos populus paſcuæ eius, & oues manus eius. [c †8] Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra. [9] Sicut in irritatione,ſecundum diem tentationis in deſerto. [10] Vbi tentauerunt me patres veſtri,probauerunt & viderunt opera mea. †[11] Quadraginta annis offenſus fui generationi illi,& dixi:ſemper hi errant corde. [12] Et iſti nõ cognouerunt vias meas,vt iuraui in ira mea, [d] ſi introibunt in requiem meam.

a Admonet ad cultum & venerationem dei requiri lætitiam & hilaritatẽ. Cauſa vero in propatu eſt. Deus enim colitur fide,ſpe, charitate, quarũ comites ſunt hilaritas, pax, & gaudiũ. Flamin.3 vid.

b Non quod manus habeat deus, ſed vt diſcas quòd ipſius potentia omnibus prouidens, ipſa eſt quæ terram cunctam continet & portat. Chryſ. ad populum. Antiochen. hom 9.

c Aliquando enim audiſtis voces eius per Moyſen, Nolite durare corda veſtra. Per præconſolationẽ eſt qui dolet nũc loquitur, modò ſic nunc corda veſtra. Augu. ibidem.

d Hæc eſt requies qua inſtis debetur, negatur impiis, de qua ait dominus: Sicut iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiẽ mea. Qui enim nõ cognouerãt vias domini, non ingrediẽtur in requiem domini. Ambr. de obitu Theodoſij.

a Vetus canticum adeo in gaſtis finibus circũ cribebatur, iniqua populum vaſtãmque regionem, ſed notum per omnem terram incolit, quæ ſub cælo eſt, & ab vniuerſo decantare oportebat: quòd prophera cũ diciſſet, Cantate domino canticum nouum, protinus adiungit, cantate domino omnis terra. Chryſ. ibid.

b Peccatores vt non remaneant peccatores confitentur peccata ſua vomũt mala quæ inſide vorauerant, non redeant ad vomitum. Cum ſitur canis immũdus, & erit confeſſio & pulchritudo, amamus pulchritudinem, prius eligamus confeſſionem, vt ſequatur pulchritudo. Aug. ibid.

c Hæc verba non tam ſignificant tempus illud nouitiũ indicii, quàm id tempus quo deus Chriſtum ab inferis exaltauit, illumq; terris præpoſuit, vt is regeret ac gubernaret omnes nationes. Flam.

d Hebdomo diabolus & peccatum regnauerant, regnauit autem dominus deſtructo demone & peccato. Eu thym ibi.

e Ignis ante ipſum præcedet, quia offenſi peccaturi. Vno enim exemplo apoſtolorum & amicos deiſiluminat, & inimicos exurit. Arnob.

f Sion inquit, & reliqua ecclieſiæ ab ea prouidentia natos prognatos, audierit quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis de inſtitia dei. Itemque vidérunt ad ea res humanas, per Chriſtum rectiſſime ac felicitime gubernari, quæ res illas intra ſibili lætitia affecerunt. Flam. ibi.

Ps. 95.a

† Heb.3.b. & 4.b

† Hebr.4.a

Ps. 32.a

† 1. Par. 16.

† Sap. 7.a Eccle. 43.d

† 1.g.c.e Quinc. Sup. 22.a

Ps. 96.b

† Isai. 51.b

Pſalmus Dauid,quando domus ædificabatur poſt captiuitatem. XCV.

A Cantate [a] † domino canticum nouum, cantate domino omnis terra. [2] Cantate domino & benedicite nomini eius, annuntiate de die in diem ſalutare eius. [3] Annuntiate inter gentes gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius. [4] Quoniam magnus dominus & laudabilis nimis, terribilis eſt ſuper omnes deos. †[5] Quoniam omnes dij gẽtium dæmonia: dominus autem cœlos fecit. [b 6] Cõfeſſio & pulchritudo in conſpectu eius, ſanctimonia & magnificentia in ſanctificatione eius. †[7] Afferte domino patriæ gentium,afferte domino gloriam & honorem, afferte domino gloriam nomini eius. [8] Tollite hoſtias & introite in atria eius, adorate dominum in atrio ſancto eius. [9] Commoueatur à facie eius vniuerſa terra, dicite in gentibus quia dominus regnauit. [10] Etenim correxit orbem terræ qui non commouebitur,iudicabit populos in æquitate. [11] Lætentur cœli & exultet terra,commoueatur mare & plenitudo eius: gaudebunt campi, & omnia quæ in eis ſunt. [12] Tunc exultabunt omnia ligna ſyluarum à facie domini quia venit, [c] quoniam venit iudicare terram. †[13] Iudicabit orbem terræ in æquitate,& populos in veritate ſua.

a Signa fecit in Iudæis, paraliticos ſanauit, leproſos purgauit, mortuos ſuſcitauit. Hiero. ibid.

b Filius dextera atq; illius brachium, hoc eſt dominum illud auxilium, quod ſe dextrum ac cõmodum omnib⁹ eſſe ſoleat, & poſtea ſalauit, hoc eſt recuperauit ei populum ſuũ: eos omnes, qui ab inimico olim capti ac ſeruituti tenebãtur. dexteram enim & brachium ita expoui alibi diximus, in Pſal. 39. Euthym ibidem.

c Omnia enim quæ agere ſtuduerunt, ad perfectum deduxiſti, quæ placita erãt tibi. Hiero ibid.

Ps. 44.a

† Deut. 10.a

Ps. 46.b

† Sap. 14.a Eccle. 43.d

† Heb. 1.b

Ps. 49.a

† Theod. 2. Ad. Gent. circa fin.

† Amor. 5. d Rom. 11.b

Pſalmus Dauid,quando terra eius reſtituta eſt ei. XCVI.

A Dominus [a] regnauit,exultet terra,lætentur inſulæ multæ. [2] Nubes & caligo in circuitu eius,iuſtitia & iudicium correctio ſedis eius. [b] [3] Ignis ante ipſum præcedet,& inflammabit in circuitu inimicos eius. [4] Alluxerunt fulgura eius orbi terræ,vidit & commota eſt terra. [5] Montes ſicut cera fluxerunt à facie domini,à facie domini omnis terra. [6] Annuntiauerunt cœli iuſtitiam eius,& viderunt omnes populi gloriam eius. †[7] Confundantur omnes qui adorant ſculptilia, & qui gloriantur in ſimulachris ſuis. †[8] Adorate eum omnes angeli eius, [c] audiuit & lætata eſt Sion. [9] Et exultauerunt filiæ Iudæ,propter iudicia tua domine. [10] Quoniam tu dominus altiſſimus ſuper omnem terram,nimis exaltatus es ſuper omnes deos. †[11] Qui diligitis dominum, odite malum:cuſtodit dominus animas ſanctorum ſuorum,de manu peccatoris liberabit eos. [12] Lux orta eſt iuſto,& rectis corde lætitia. [13] Lætamini iuſti in domino,& confitemini memoriæ ſanctificationis eius.

a Ecclieſiæ diuinitus ſtabilitæ, quæ ſolet in victoria. Euthym ibid.

b Sicut ipſe fecit nos,& nõ ipſi nouita reficie nos, & non ipſi nos. Proſper de libe arbitr.

c Hi enim ſunt qui ſanctificati ſunt ab Apoſtolis de inſtitia dei. Itemque viderunt ad ea res humanas, per Chriſtum rectiſſime ac felicitime gubernari, quæ res illas intra ſibili lætitia affecerunt. Flam. ibi.

Pſalmus Dauid. XCVII.

Cantate

A Cantate domino canticum nouum, [a] quia mirabilia fecit, [b 2] Saluauit ſibi dextera eius,& brachium ſanctum eius. †[3] Notum fecit dominus ſalutare ſuum, in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuã. [4] Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ, & veritatis ſuæ domui Iſrael. [5] Viderũt omnes termini terræ ſalutare dei noſtri.

B [6] Iubilate domino omnis terra,cantate & exultate & pſallite. [7] Pſallite domino in cithara,in cithara & voce pſalmi,in tubis ductilibus,& voce tubæ corneæ: [8] Iubilate in conſpectu Regis domini,moueatur mare & plenitudo eius,orbis terrarum,& qui habitant in eo. [9] Flumina plaudent manu, ſimul montes exultabunt à conſpectu domini,quoniam venit iudicare terram. †[10] Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia, & populos in æquitate.

a Signa fecit in Iudæis, paraliticos ſanauit, leprosos purgauit, mortuos ſuſcitauit. Hiero. ibid.

b Filius dextera atq; illius brachium, hoc eſt dominum illud auxilium, quod & dextrum ac cõmodum omnib⁹ eſſe ſoleat, & poſtea ſalauit, hoc eſt recuperauit ei populum ſuũ: eos omnes, qui ab inimico olim capti ac ſeruituti tenebãtur. dexteram enim & brachium ita expoui alibi diximus, in Pſal. 39. Euthym ibidem.

Ps. 44.a

† Deut. 10.a

Ps. 46.b

Pſalmus Dauid. XCVIII.

A Dominus [a] regnauit,iraſcantur populi: qui ſedet ſuper Cherubim, moueatur terra. [2] Dominus in Sion magnus, & excelſus ſuper omnes populos. [3] Confiteantur nomini tuo magno,quoniam terribile & ſanctum eſt,& honor regis iudicium diligit. [4] Tu paraſti directiones, iudicium & iuſtitiam in Iacob tu feciſti. [5] Exaltate dominum deum noſtrum,& adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt.† [b 6] Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. [7] Inuocabant dominum, & ipſe exaudiebat eos:in columna nubis loquebatur ad eos. [8] Cuſtodiebant teſtimonia eius, & præceptum quod dedit illis. [c 9] Domine deus noſter tu exaudiebas eos: deus tu propitius fuiſti eis, & vlciſcens in omnes adinuẽtiones eorum. [10] Exultate dominum deum noſtrum,& adorate in mõte ſancto eius,quoniam ſanctus dominus deus noſter.

a. Iraſcantur populi, & in electione dominum noſtrũ Iesum Christum aſpiciant. Ipſe regnauit, quũ regnare ſuper ſe non putãt ipſi ſedet ſuper Cherubim, quantumcunque moueatur terra. Arnob. ibidem.

b. Proponit exẽplum Moyſi & Aaronis, & Samuelis, qui præſtantiſſimi fuerunt religione ac ſanctitate, & ob eã rem chariſſimi deo. Flaminius.

c. Omnia enim quæ agere ſtuduerunt, ad perfectum deduxiſti, quæ placita erãt tibi. Hiero ibid.

Ps. 32.a

Pſalmus in confeſſione. XCIX.

A Iubilate [a] deo omnis terra, ſeruite domino in lætitia. [2] Introite in conſpectu eius,in exultatione. Scitote quoniam dominus ipſe eſt deus, [b] ipſe fecit nos,& non ipſi nos. [3] Populus eius & oues paſcuæ eius, † introite portas eius in confeſſione,atria eius in hymnis confitemini illi. [4] Laudate nomen eius, quoniam ſuauis eſt dominus, [c] in æternum miſericordia eius,& vſque in generationem & generationem veritas eius.

a Eſt autem iubilatio, quædam militum vociferatio, quæ fieri ſolet in victoria. Euthym ibid.

b Sicut ipſe fecit nos,& nõ ipſi nouita reficie nos, & non ipſi nos. Proſper de libe arbitr.

c. Nõ enim cũ re liberauerit, deſinet eſſe miſericors, vt vt protegat ſemper in æternum vitam, miſericordiæ eius eſt. Aug. ibid.

Ps. 100.a

Pſalmus ipſi Dauid. C.

A Miſericordiam [a] & iudicium cantabo tibi domine, [2] pſallam & intelligam in via immaculata:quando venies ad me? [3] Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ. [4] Non proponebam ante oculos meos rem iniuſtam:facientes præuaricationes odiui. [5] Non adhæſit mihi cor prauũ,declinãtem

B à me malignum non cognoſcebam. †[b 6] Detrahentem ſecretò proximo ſuo, hunc perſequebar. [7] Superbo oculo & inſatiabili corde,cum hoc nõ edebam. [8] Oculi mei ad fideles terræ vt ſedeant mecum: ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabit. [9] Non habitabit in medio domus meæ qui facit ſuperbiam: qui loquitur iniqua,non direxit in conſpectu oculorum meorum. [c 10] In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt diſperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem.

a. Primò quippe miſericordiã, ac deinde iudicium ſe cantare perhibet: quia nimirũ dõe quod primo ſuo aduentu depoſitũ nobis benignè contulit, hoc in ſecundo diſtrictius exigec. Seſe perueſſus quiſq; qui miſericordiã largientis contẽnit, iure iudicũ diſcutientẽ ſibi permiſcetur. Beda in feſto transfigura. do.

b. Tanquã malis præditum moribus, atque illiberalem ac oduti cunctatẽ lacerer mordend. Ideo appoſuit fecere tõ, quia is qui præſenti detrahit, mio⁹ peccat. Euthy.

c. Hoc eſt, errores in nobis ſole iuſtitiæ, qui habitaculum dei ſumus, omnis cogitatio iniqua ſubuertit. Ambroſ Sermo.1.

Oratio pauperis cum anxiaretur,& coram domino effundit precem ſuam. CI.

A Domine [a] † exaudi orationem meã,& clamor meus ad te veniat. [2] Non auertas faciem tuam à me:in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

B [b 3] In quacũq; die inuocauero te,velociter exaudi me. [4] Quia defecerũt ſicut fumus dies mei,& oſſa mea ſicut cremium aruerũt. [5] Percuſſus ſum vt fœnũ, & aruit cor meum:quia oblitus ſum comedere panem meum. [6] A voce gemitus mei adhęſit os meum carni meæ. [7] Similis factus ſum pellicano ſolitudinis, factus ſum ſicut nycticorax in domicilio. Vigilaui,& factus ſum ſicut paſſer, ſolitarius in tecto. [8] Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me, aduerſum me iurabant. †

a. Exaudi orationem meam, hoc idem eſt, & clamor meus ad te perueniat: ſed geminata petitio oſtendit petentis affectum. Proſper. ibid.

b. Id eſt, in die tribulationis meæ. Dies tribulationis & tẽtationis hæc vita preſens eſt, in qua velociter ſe iſte pœnitens exaudiri deprecatur, ne morte præueniente indigẽ ſit exaudiri: quia in hac vita tempus eſt miſericordiæ, in futura verò iudicij dum reddet deus vnicuique ſecundum opera ſua. Alcuinus ſup. 7. pſalm. not.

Universidad de Deusto
Biblioteca

c. Cinis rangnum panis comedatur, quando authoritate peccator per penitentiam ficut innocens reuocatur. Greg. 5. hom. 19. super Ezech.

d. Significat septuaginta illos annos per quos duratura erat captiuitas Hebræorū, iam exactos esse, id quod etiam argumento probat, quod iam Cyro & Dario permittes seruolymā instaurati. Eos autem tempus dei appellabat, propterea quod deus opera eorum ad res magnas administrādas vias sic. Sic etiam dominus apud Isaiam Cyrum vocat seruum suum. Hiamin. ibid.

e. Sin de patre propheram id loquin dixeris quod de illo dictum est, Paulus filio attribuit; & sta idem efficietur. Neque enim filio id Paulus tam constanter attribuisset, nisi patri & filio pares esse intelligeret. disputat ex. Chryso. in 1. cap. Ioan. hom. 4.

a. Nisi enim ablata fuerit eradicando illa quæ tegit interiora tua, non possunt subtilem & spiritalem capere sensum, nec possunt intellectum capere sapientiæ: & ideo dominum laudare non possunt. Cyrillus in Leuit. lib. 5.

b. Anima ergo nostra sicut aquila, alas pecet, supra nubes volet, renouatis splendescat etatibus, cœlo velamina nos ferat, vbi laqueos incidere non possit. Ambr. de bono mortis, cap. 5.

c. Per legem quam et mandatur. Per vias autem diuinum vias intelligit ac mandata eius intelligit. Euthym. ibid.

d. Regeneratio hæc virtutis est, quæ homines exuit peccatis, & gratia induit donis, vt vetustas occidat, & veritas oriatur. Facta enim mutatione statim rotundum cōficitur in orientem, pes cæca remanent in occasum. Prosper. ibid.

e. Hæc est maxima piorum cōsolatio in hac vita fragili & caduca, plenaque laborum & calamitatum, quòd certò sciunt deum in cœlo empyreum domicilium habere, eiusque potestatem ac numen omnia regi gubernarique, vt minime dubitandum sit quin ille piorum imprimis quique rationes habeat. Flamin. ibid.

a. Atque, inquit, in ipsis membris congregantur, & fiunt vna illa sacrorum quisque utroque ab altero iuxta naturæ legem ab inferiora deducere. Euthy.

b. Montes Iudææ montes appellati, id est ductus pertæsum populorum qui cum fluerent, montes erant, sed interpositi quærebantur, & ea ipsa facti sunt, fundato ipsis loco in quo cohiberentur. Prosper.

10 Quia c cinerem tanquã panem mãducabam, & potum meum cum fletu miscebã.
11 A facie iræ indignationis tuæ, quia eleuans allisisti me. 12 Dies mei sicut vmbra declinauerunt, & ego sicut fenum arui. 13 Tu autem domine in æternũ permanes, & memoriale tuum in generatione & generationẽ. 14 Tu exurgẽs domine misereberis Siõ, d quia tempus miserẽdi eius, quia venit tempus. 15 Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius, & terræ eius miserebuntur. 16 Et timebunt gentes nomẽ tuum domine, & omnes reges terræ gloriam tuam. 17 Quia ędificauit dominus Sion, & videbitur in gloria sua. 18 Respexit in orationem humilium, & nõ spreuit precem eorum. 19 Scribãtur hæc in generatione altera: & populus qui creabitur laudabit dominũ. 20 Quia prospexit de excelso sancto suo dominus, de cœlo in terram aspexit. 21 Vt audiret gemitus compeditorum, vt solueret filios interemptorum. 22 Vt annuncient in Siõ nomen domini, & laudem eius in Ierusalem. 23 In conueniendo populos in vnum, & reges vt seruiant domino. 24 Respondit ei in via virtutis suæ, paucitatem dierum meorum nuntia mihi. 25 Ne reuoces me in dimidio dierum meorum, in generatione & generationem anni tui. †e 26 Initio tu domine terram fundasti, & opera manuũ tuarum sunt cœli. 27 Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent. 28 Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. 29 Filij seruorum tuorum habitabunt, & semẽ eorum in seculum dirigetur.

c. Cinerem tanquã panem mãducabam, & potum meum cum fletu miscebã.

d. Quia tempus miserẽdi eius, quia venit tempus.

e. Sin de patre propheram id loquin dixeris quod de illo dictum est, Paulus filio attribuit; & sta idem efficietur. Neque enim filio id Paulus tam constanter attribuisset, nisi patri & filio pares esse intelligeret. disputat ex. Chryso. in 1. cap. Ioan. hom. 4.

D

† Heb. 1. c. d

Psalmus ipsi Dauid. C II.

A

† De conf. dist. 2. c. Ieoiacim.

BEnedic † anima mea domino, a & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius. 2 Benedic anima mea domino, & noli obliuiſci omnes retributiones eius, 3 Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. 4 Qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus. 5 Qui replet in bonis desiderium tuũ, b renouabitur vt aquilæ iuuẽtus tua. B

† Num. 14. c

6 Faciens misericordias dominus, & iudicium omnibus iniuriam patientibus. 7 Notas fecit vias suas Moysi, filiis Israel voluntates suas. † 8 Miserator & misericors dominus, longanimis & multum misericors. 9 Non imperpetuũ irascetur, neq; in æternum comminabitur. 10 Non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. 11 Quoniam secundum altitudinem cœli à terra, corroborauit misericordiam suam super timentes se. d 12 Quãtum distat ortus ab occidente, longe fecit à nobis iniquitates nostras. 11 Quomodo miseretur pater filiorũ, C misertus est dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. 14 Recordatus est quoniam puluis sumus, homo sicut fœnum, dies eius tanquam flos agri sic efflorebit. 15 Quoniam spiritus pertransibit in illo & non subsistet, & non cognoscet amplius locum suum. 16 Misericordia autem domini ab æterno & vsque in æternum: super timentes eum. 17 Et iustitia illius in filios filiorum, iis qui seruant testamentum eius. 18 Et memores sunt mandatorum ipsius, ad faciendum ea. e 19 Dominus in cœlo parauit sedem suam, & regnum ipsius omnibus dominabitur. 20 Benedicite domino omnes angeli eius, potentes virtute, facientes verbum illius ad audiendam vocem sermonum eius. 21 Benedicite domino omnes virtutes eius, ministri eius qui facitis voluntatem eius. 22 Benedicite domino omnia opera eius: in omni loco dominationis eius benedic anima mea domino.

a. Benedic anima mea domino.

b. Renouabitur vt aquilæ iuuẽtus tua.

c. Quomodo miseretur pater filiorũ, misertus est dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum.

d. Quãtum distat ortus ab occidente, longe fecit à nobis iniquitates nostras.

e. Hæc est maxima piorum cõsolatio in hac vita fragili & caduca, plenaque laborum & calamitatum, quòd certò sciunt deum in cœlo empyreum domicilium habere, eiusque potestatem ac numen omnia regi gubernarique, vt minime dubitandum sit quin ille piorum imprimisque rationes habeat. Flamin. ibid.

D

Psalmus ipsi Dauid. C III.

BEnedic anima mea domino, domine deus meus magnificatus es vehementer. K
2 Confessionem & decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento. 1 Extendẽs cœlum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius. 4 Qui ponis nubem ascẽsum tuum, qui ambulas super pennas ventorum. † 5 Qui facis angelos tuos spiritvs, & ministros tuos ignem vrentem. † 6 Qui fundasti terrã super stabilitatẽ suã, non inclinabitur in seculũ seculi. 7 Abyssus sicut vestimẽtũ amictus eius, a super mõtes stabũt aquę. 8 Ab increpatione tua fugiẽt, à voce tonitrui tui formidabũt. b 9 Ascẽdunt montes & descẽdunt campi, in locũ quẽ fundasti eis. 10 Terminũ posuisti, quem non transgre-

† Heb. 1. d

† Heb. 1. c

a trãsgredientur, neq; cõuertentur operire terrã. 11 Qui emittis fontes in cõuallibus, inter medium montiũ pertransibunt aquæ. 12 Potabunt omnes bestiæ agri, expectabũt onagri in siti sua. 13 Super ea volucres cœli habitabunt: de medio petrarũ dabunt voces. 14 Rigans mõtes de superioribus suis: de fructu operum tuorum satiabitur terra. † 15 Producẽs fœnũ iumẽtis, & herbã seruituti hominũ. 16 Vt educas panẽ de terra, & vinũ lætificet cor hominis. 17 Vt exhilaret faciẽ in oleo, & d panis cor hominis cõfirmet. 18 Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani quas plãtauit: illic passeres nidificabunt. 19 Herodij domus dux est eorũ, c mõtes excelsi ceruis, petra refugiũ herinaciis. C 20 Fecit lunã in tẽpora: sol cognouit occasum suum. 21 Posuisti tenebras, & facta est nox: in ipsa pertrãsibunt omnes bestiæ syluæ. 22 Catuli leonum rugientes vt rapiãt, & quærãt à deo escam sibi. 23 Ortus est sol & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur. 24 Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsq; ad vesperum. † 25 Quàm magnificata sunt opera tua domine: f omnia in sapiẽtia fecisti, impleta est terra possessione tua. 26 Hoc mare magnũ & spatiosum manibus, illic reptilia quorũ non est numerus. 27 Animalia pusilla cum magnis, illic naues pertrãsibunt. 28 Draco iste quem formasti ad illudendum ei: omnia à te expectant, vt des illis escam in tempore. 29 Dante te illis colligent, aperiente te manũ tuã omnia implebuntur g bonitate. 30 Auertente autem te faciem turbabũtur, auferes spiritum eorum & deficient, & in puluerem suum reuertentur. h 31 Emitte spiritum tuum & creabũtur, & renouabis faciẽ terræ. 32 Sit gloria domini in seculũ, lætabitur dominus in operibus suis. 33 Qui respicit terram & facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigant. † 34 Cãtabo domino in vita mea, psallam deo meo quandiu sum. 35 Iucũdum sit ei eloquium meum, ego verò delectabor in domino. 36 Deficient peccatores à terra, & iniqui ita vt non sint: benedic anima mea domino.

a. trãsgredientur, neq; cõuertentur operire terrã.

b. Et quia Christus ascendit in cœlos, & parat vobis gaudium sempiternũ, quãdiu ad eũ pertingatis, quærite faciẽ eius semper. Arnob. ibidem.

c. Quimmo pauciſſimi cũ essent, & derelicto paulo ante patrio solo, in Chananæorum terra velut hospites atque extranei morarẽtur. Euthy.

d. In seruũ venundatus est, non seruus factus. humiliauerunt pedes eius, nõ animũ eius. Ambr. li. 2. Epi. 2.

e. Interpretatio quidem illa somniorum squaloré & sordes carceris illi eluit, & innocentiæ & sanctitatem eum talem esse declarauit, quale est aurum igne purgatum. Flami. ibid.

f. Nunquid nam intelligendum est vel credendum, q deus cor hominis ad faciẽda peccata cõuertat? in eo ergo q populum suum multiplicauit, hoc beneficio suo malos ad inuidendum conuertit. Inuidia est enim odiũ felicitatis alienæ. Si ergo conuertit cor eorum, vt per inuidiam odisset populũ eius, & dolũ faceret in seruos eius. Aug. ibi.

g. Atque ante tenebras atque Aegyptias plagas istum sed beatus Dauid indifferenter hanc plagã primo loco commemorat, vel vt grauissimam omnium præposuit, cum hæc quæ per tenebras auferuntur, rerum omnium sit pulcherrima, & hominibus maxime opportuna. Euthym. ibidem.

h. Laudate, inquit dominũ, & inuocate, semper est inuocationem debes præire laudatio, quæ hic dicta confessio est: & vniuerso mundo Christus annũciatur & verbo & opere. Prosp. ibi.

A

† Gen. 1. c.

B

† Heb. 1. d

C

D

Alleluia. C IIII.

a

† 2 Par. 20. b

† Psal. 2. b

AConfitemini a † domino & inuocate nomẽ eius: annũtiate inter gentes opera eius. 2 Cãtate ei & psallite ei, narrate omnia mirabilia eius: 1 laudamini in nomine sancto eius. 4 Lætetur cor quærentiũ dominũ, quærite dominũ & confortamini: b quærite faciẽ eius semper. 5 Memẽtote mirabilium eius quæ fecit, prodigia eius & iudicia oris eius. 6 Semẽ Abrahã serui eius, filij Iacob electi eius. 7 Ipse dominus deus noster, in vniuersa terra iudicia eius. 8 Memor fuit in seculũ testamẽti sui, verbi quod mãdauit in mille generationes. † 9 Quod diſposuit ad Abrahã, & iuramẽti sui ad Isaac. 10 Et statuit illud Iacob in præceptũ, & Israel in testamentum æternum. 11 Dicẽs: tibi dabo terrã Chanaan, funiculũ hæreditatis vestræ. 12 Cũ essent numero breui, pauciſſimi & incolę eius. 13 Et pertrãsierunt de gente in gentem, & de regno ad populũ alterum. 14 Nõ reliquit hominẽ nocere eis, & corripuit pro eis Reges. † 15 Nolite tãgere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. † 16 Et vocauit famẽ super terrã, & omne firmamẽtũ panis cõtriuit. 17 Misit ante eos virũ, † d in seruũ venũdatus est Ioseph. 18 Humiliauerũt in compedibus pedes eius, ferrum pertrãsiit animam eius, donec veniret verbum eius. e 19 Eloquium domini inflammauit eum, † misit Rex & soluit eum, princeps populorũ & dimisit eum. 20 Cõstituit eũ dominũ domus suæ, & principẽ omnis possessionis suæ. 21 Vt erudiret principes eius sicut semetipsum, & senes eius prudẽtiã doceret. † 22 Et intrauit Israel in Ægyptũ, & Iacob accola fuit in terra Chã. 23 Et auxit populũ suũ vehemẽter, & firmauit eũ super inimicos eius. † f 24 Cõuertit cor eorũ vt audirẽt populum eius, & dolũ facerẽt in seruos eius. 25 Misit Moysen seruũ suũ, Aarõ quẽ elegit ipsum. † 26 Posuit in eis verba signorũ suorũ, & prodigiorũ in terra Cham. † 27 Misit tenebras & obscurauit, & nõ exacerbauit sermones suos. † 28 Cõuertit aquas eorũ in sanguinem, & occidit pisces eorũ. † 29 Et dedit terra eorũ ranas, in penetralib⁹ Regũ ipsorũ. † 30 Dixit & venit cynomyia & scyniphes, in omnibus finibus eorũ. 31 Posuit pluuias eorum grãdinem, ignẽ comburentem in terra ipsorũ. 32 Et percussit vineas eorum & ficulneas eorũ, & cõtriuit lignũ finiũ eorum. † 33 Dixit & venit locusta & bruchus, cuius nõ erat nume-

a. Laudate, inquit dominũ, & inuocate, semper est inuocationem debes præire laudatio, quæ hic dicta confessio est: & vniuerso mundo Christus annũciatur & verbo & opere. Prosp. ibi.

b. Et quia Christus ascendit in cœlos, & parat vobis gaudium sempiternũ, quãdiu ad eũ pertingatis, quærite faciẽ eius semper. Arnob. ibidem.

c. Quimmo pauciſſimi cũ essent, & derelicto paulo ante patrio solo, in Chananæorum terra velut hospites atque extranei morarẽtur. Euthy.

d. In seruũ venundatus est, non seruus factus. humiliauerunt pedes eius, nõ animũ eius. Ambr. li. 2. Epi. 2.

e. Interpretatio quidem illa somniorum squaloré & sordes carceris illi eluit, & innocentiæ & sanctitatem eum talem esse declarauit, quale est aurum igne purgatum. Flami. ibid.

f. Nunquid nam intelligendum est vel credendum, q deus cor hominis ad faciẽda peccata cõuertat? in eo ergo q populum suum multiplicauit, hoc beneficio suo malos ad inuidendum conuertit. Inuidia est enim odiũ felicitatis alienæ. Si ergo conuertit cor eorum, vt per inuidiam odisset populũ eius, & dolũ faceret in seruos eius. Aug. ibi.

g. Atque ante tenebras atque Aegyptias plagas istum sed beatus Dauid indifferenter hanc plagã primo loco commemorat, vel vt grauissimam omnium præposuit, cum hæc quæ per tenebras auferuntur, rerum omnium sit pulcherrima, & hominibus maxime opportuna. Euthym. ibidem.

d. Habes enim dñi sui puerũ, imò panis ipse saluator est, sicut docuit dicẽs: Ego sum panis qui de cœlo descendi. de quo pane dicit psphera: Et panis cor hominis cõfirmet. Ambr. Ser. 35.

e. Quando iustus omnis in altissimis sibi delegit conuersationẽ destinatus sine scopũ persequens, ad bravii supernæ vocationis recurrit. Basil. in psal. 28.

f. Nihil enim deus verbum sine patre incarnon operatẽ sine patre: non sine patris voluntate sacrosanctæ, illi ille obediũt salutaris mundi totius hostiæ passioni. Ambr. de fide lib. 4. cap. 3.

g. Per bonitatem enim dei nobis vniuersa tribuuntur merito bona, quibus nihil admixtũ est mali. Ambr. de fuga seculi. cap. 6.

h. Iam quod renouatur, sic renouatur quem admodum & ab initio factũ est. Et eiusdem virtutis opus fuerit & initio creaturarũ opus producere, & corruptæ ad primæuam integritatem reducere. Cyril. de spiritu san.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rus.[34] Et comedit omne fœnum in terra eorum,& comedit omnem fructũ terræ eorum.†[35] Et percussit omne primogenitũ in terra eorum,primitias omnis laboris eorum.†[36] Et eduxit eos cum argento & auro,& non erat in tribubus eorũ infirmus.
[37] Lætata est Ægyptus in profectione eorum, quia incubuit timor eorum super eos.
[38] Expandit nubem in protectionem eorum,& ignem vt luceret eis per noctẽ.[39] Petierunt & venit coturnix,& pane cœli saturauit eos.[40] Dirupit petram, & fluxerunt aquæ abierunt in sicco flumina.†[41] Quoniam memor fuit verbi sancti sui,quod habuit ad Abraham puerum suum.[42] Et eduxit populum suũ in exultatione,& electos suos in lętitia.†[43] Et dedit illis regiones gentium,& labores populorum possederũt.
[44] Vt custodiant iustificationes eius,& legem eius exquirant.

Alleluia. Alleluia. CV.

Onfitemini [a] † domino quoniã bonus,quoniã in seculum misericordia eius. A
† [2] Quis loquetur potentias domini,auditas faciet omnes laudes eius? [3] Beati qui custodiunt iudiciũ,& faciunt iustitiam in omni tempore. [4] Meméto nostri domine in beneplacito populi tui,visita nos in salutari tuo.[5] Ad vidẽdum in bonitate electorum tuorum,ad lætãdum in lætitia gentis tuæ,vt laueris cũ hæreditate tua.† [6] Peccauimus cũ patribus nostris,iniustè egimus,iniquitatẽ fecimus. [7] Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua, non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ.[c] [8] Et irritauerunt ascendentes in mare,mare Rubrũ: [9] & saluauit eos propter nomẽ suum,vt notam faceret potentiam suam.† [10] Et increpuit mare Rubrum,& exiccatum est:& deduxit eos in abyssis sicut in deserto. [11] Et saluauit eos de manu odientium, & redemit eos de manu inimici. † [12] Et operuit aqua tribulãtes eos vnus ex eis non remansit. [13] Et crediderunt verbis eius,& laudauerunt laudẽ eius.
[14] Cito fecerunt,obliti sunt operum eius,& nõ sustinuerunt consilium eius. † [15] Et concupierunt concupiscentiam in deserto, & tentauerunt deum in inaquoso. † [16] Et dedit eis petitionem ipsorum,& misit saturitatem in animas eorũ . † [17] Et irritauerũt Moysen in castris,Aaró sanctum domini. [18] Aperta est terra & deglutiuit Dathan,& operuit super cõgregationem Abiron.[19] Et exarsit ignis in synagoga eorum,flamma combussit peccatores.† [20] Et fecerũt vitulũ in Horeb,& adorauerunt sculptile. [21] Et mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedẽtis fœnum. [22] Obliti sunt deum qui saluauit eos,qui fecit magnalia in Ægypto , mirabilia in terra Cham,terribilia in mari Rubro.† [23] Et dixit vt disperderet eos, si non Moyses electus eius stetisset in confractione in cõspectu eius.[24] Vt auerteret irã eius ne disperderet eos,& pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.[e] [25] Nõ crediderunt verbo eius , & murmurauerunt in tabernaculis suis : non exaudierunt vocem domini. † [26] Et eleuauit manum suam super eos,vt prosterneret eos in deserto.[27] Et vt deiiceret semen eorum in nationibus,& dispergeret eos in regionibus.[28] Et initiati sunt Beelphegor, & comederunt sacrificia mortuorum.[29] Et irritauerunt eũ in adinuentionibus suis,& multiplicata est in eis ruina.† [30] Et stetit Phinees & placauit,& cessauit quassatio.[31] Et reputatum est ei in iustitiam,in generationẽ & generationẽ vsque in sempiternum.† [32] Et irritauerũt eum ad aquas cõtradictionis,& vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerunt spiritũ eius.[33] Et distinxit in labiis suis,nõ disperdiderũt gẽtes quas dixit dominus deus illis.[f] [34] Et cõmixti sunt inter gẽtes,& didicerunt opera eorum, & seruierũt sculptilibus eorũ, & factũ est illis in scandalũ. [35] Et immolauerũt filios suos & filias suas dæmoniis.[36] Et effuderunt sanguinẽ innocentẽ,sanguinẽ filiorum suorũ & filiarum suarũ,quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan.[g] [37] Et interfecta est terra in sanguinibus,& cõtaminata est in operibus eorum,& fornicati sunt in adinuentionibus suis.[38] Et iratus est furore dominus in populum suũ , & abominatus est hæreditatem suã.[39] Et tradidit eos in manus gentiũ, & dominati sunt eorũ qui oderunt eos.[40] Et tribulauerunt eos inimici eorum,& humiliati sunt sub manibus eorum,sæpe liberauit eos.[41] Ipsi autẽ exacerbauerunt eum in consilio suo, & humiliati sunt in iniquitatibus suis.[42] Et vidit cum tribularẽtur,& audiuit orationẽ eorũ. † [43] Et memor

† Exod.12.d
† Exod.13.d & 16.c.& 17.b
† Gene.15.d
† Iosu.3.d
† Iudic.13.c. Iosu.10.a † Eccl.46.d
† Iudic.3.d
† Exo.14.d
† Exo.14.g
† Exod.18.a
† Num.11.g
† Num.16.d
† Exod.32.d
† Exod.32.e
† Num.14.e
† 3.q.1.arg. Non fuit incõsideratio. Num.21.c. 22.q.4.c. Quod Christus. 2.q.1.cap. Reos & q.c. Occidite. † Num.20.e

a. Cõfitemini domino peccata vestra, quoniam bonus est, iniquitatumque ac delictorum immemor, si qui ea perpetrarunt, scelus illicitum fateantur. Euthym.ibid.
b. Hæc est illa summa summissio, quæ diuinum numen vel maxime ilcelentibus vt placatum placare potest,cõtra nihil adinodũ superbia Pharisæorum , quæ in illas voces, Si fuissemus in diebus patrum nostrum , non essemus socij eorum in sanguine prophetarum. Flam. ibid
c. Cum patribus enim suis tunc peccauimus, quando irritauerunt Ægyptiacos in rubrum mare: quando operuit aqua tribulantes eos. Arnob.
d. Festinauerunt bestia fieri temporalibus rebus,& magis concupierunt præsentia , quam futura , cum debuerint de cunctis ergà se beneficiis intelligere quòd ad aliquam sine fine beatitudinem vocarentur. Prosp. ibid.
e. Sed potius hic iuxta delitas aurũ meritò redarguitur quia in eo quòd pro nihilo terram desiderabilem habuerunt, verbis dei nõ crediderũt per quædam parua ducentis ad magna & festinantes beati temporalibus rebus quæ secundum carnem sapiebant , non sustinuerunt cõsilium eius. Augustinus. ibid.
f. Sicut enim faceret dicit exurenti pro populo ad iustitiam reparatur, ita his qui in desiderijs planctis cõuertebantur in scandalum. Hieronym. ibid.
g. Tropice locutio , qui ídolatriæ cultui per id quod continet, id quod continetur, sicut dicimus mala domũ, in qua mali habitant: & bonam , in qua boni . Interfecta est ergo terra in sanguinibus, cum ipsi qui eam habitant interfecti sunt. Prosper. ibid.

mor fui testamenti sui,& pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ.
[44] Et dedit eos in misericordias [h] in conspectu omniũ qui ceperant eos.[45] Saluos fac nos domine deus noster, & congrega nos de nationibus. [46] Vt confiteamur nomini sancto tuo,& gloriemur in laude tua.[47] Benedictus dominus deus Israel à seculo & vsque in seculum:& dicet omnis populus,fiat fiat.

Alleluia. Alleluia. CVI.

Onfitemini [a] † domino quoniam bonus,quoniam in seculum misericordia eius,[b] [2] Dicant qui redẽpti sunt à domino,quos redemit de manu inimici,& de regionibus cõgregauit eos.[3] A solis ortu & occasu, ab aquilone & mari.
[4] Errauerũt in solitudine in inaquoso,viã ciuitatis habitaculi nõ inuenerũt.[5] Esurientes & sitientes,anima eorũ in ipsis defecit.[6] Et clamauerunt ad dominũ cum tribularẽtur,& de necessitatibus eorũ eripuit eos.[7] Et deduxit eos in viam rectam,vt irẽt in ciuitatem habitationis . [8] Confiteantur domino misericordiæ eius , & mirabilia eius filiis hominum.[9] Quia satiauit animã inanem,& animam esurientem satiauit bonis.†
[10] Sedẽtes in tenebris & vmbra mortis,vinctos in mẽdicitate & ferro.[11] Quia exacerbauerunt eloquia dei,& cõsilium altissimi irritauerunt.[12] Et humiliatũ est in laboribus cor eorũ:infirmati sunt,nec fuit qui adiuuaret.[13] Et clamauerũt ad dominum cũ tribularẽtur,& de necessitatibus eorũ liberauit eos.[14] Et eduxit eos de tenebris & vmbra mortis,& vincula eorũ dirupit.[c] [15] Cõfiteantur domino misericordię eius,& mirabilia eius filiis hominũ.[16] Quia contriuit portas æreas,& vectes ferreos confregit.
[17] Suscepit eos de via iniquitatis eorum,propter iniustitias enim suas humiliati sunt.
[18] Omnẽ escã abominata est anima eorũ, & appropinquauerunt vsq; ad portas mortis.[19] Et clamauerũt ad dominũ cum tribularẽtur,& de necessitatibus eorũ liberauit eos.[d] [20] Misit verbũ suũ & sanauit eos,& eripuit eos de interitionibus eorũ. [21] Cõfiteantur domino misericordiæ eius,& mirabilia eius filiis hominũ. [22] Et sacrificẽt sacrificium laudis,& annuncient opera eius in exultatione. [23] Qui descendunt mare in nauibus,facientes operationẽ in aquis multis.[24] Ipsi viderunt opera domini,& mirabilia eius in profundo.[25] Dixit & stetit spiritus procellæ,& exaltati sunt fluctus eius.
[e] [26] Ascendunt vsq; ad cœlos,& descendunt vsque ad abyssos:anima eorum in malis tabescebat.[27] Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius,& omnis sapientia eorum deuorata est.[28] Et clamauerũt ad dominũ cum tribularẽtur,& de necessitatibus eorũ eduxit eos.[29] Et statuit procellã eius in aurã,& siluerũt fluctus eius.[30] Et lætati sunt quia siluerunt,& deduxit eos in portũ voluntatis eorũ.[f] [31] Cõfiteãtur domino misericordiæ eius,& mirabilia eius filiis hominũ.[32] Et exaltent eum in ecclesia plebis,& in cathedra seniorum laudẽt eum.† [33] Posuit flumina in desertum,& exitus aquarum in sitim.[34] Terram fructiferam in salsuginem, à malitia inhabitantiũ in ea. [35] Posuit desertum in stagna aquarum,& terrã sine aqua in exitus aquarum. [36] Et collocauit illic esurientes,& cõstituerunt ciuitatem habitationis. [37] Et seminauerunt agros, & plantauerunt vineas,& fecerunt fructũ natiuitatis.[38] Et benedixit eis,& multiplicati sunt nimis,& iumenta eorum non minorauit.[h] [39] Et pauci facti sunt,& vexati sunt à tribulatione malorum & dolore.[40] Effusa est contentio super principes,& errare fecit eos in inuio,& nõ in via.[41] Et adiuuit pauperem de inopia, & posuit sicut oues familias.
† [42] Videbunt recti & lætabuntur,& omnis iniquitas oppilabit os suum . [43] Quis sapiens & custodiet hæc:& intelliget misericordias domini?

Canticum Psalmus ipsi Dauid. CVII.

Paratũ [a] cor meũ deus,paratũ cor meũ,cantabo & psallã in gloria mea.[b] [2] Exurge psalteriũ & cithara,exurgã diluculo.[3] Confitebor tibi in populis domine,psallã tibi in nationibus. [4] Quia magna est super cœlos misericordia tua, & vsq; ad nubes veritas tua.[5] Exaltare super cœlos deus,& super omnem terram gloria tua,vt liberentur dilecti tui.[6] Saluũ fac dextera tua,& exaudi me:deus locutus est in sancto suo.† [7] Exultrabo & diuidã Sichimã, & conuallem tabernaculorum dimetiar.[8] Meus est Galaad,& meus est Manasses,& Ephraim susceptio capitis mei.[9] Iuda

h. Adeo palam atque adeo manifestè eorum misertus est, vt omnes qui foerant eos captiuos , perspicue id cognouerint . Vatex enim genteo variis temporibus eos in seruitutem redegerant. Euthy. ibid.
a. Confessio enim pœnitẽtię monstrat, satisfactio vniuersi diuinæ pietate cõciliat. Nec alia potentior indulgẽtia tribui, nisi ira dei potior confessione placari. Cheysost. in psal. 106.
b. Redempti quidẽ videntur Israel de terra Aegypti de domo seruitutis:sed hic hi vocantur redempti, qui in toto orbe tertarũ de magna & lata Aegypto quã per mare Rubrum baptismum factarum Christi sanguine liberantur. Dicit ergo Christiani, qui vocati sunt de vniuerso mundo, quoniam suauis dominus, & in seculum misericordia eius. Prosper. ibid.
c. Annuncient misericordias dei ergà se, & narrent eas filiis hominum nescientibus miracula dei operanti in eos, seu propter eos facta. Euthym. ibid.
d. Verbum istud dei planè hoc dicimus quod salutis causa ad omnes homines missum est, quódque ex Christi euangelio celebrare vel dedi edocti sumus. Eusc. de demonstr. lib. 9. cap. 7.
e. Vsque ad cœlos quoppe ascẽdimus, cum summa penetramus:sed ad abyssos vsque descendimus,cũ repente à cõtemplationis culmine per tarpia tentamenta deicimur. Greg. Moral. li. 9. cap. 25.
f. Hæc verba vt sermonum de gratiarum actionẽ[b] intentionẽ redderet, quater à prophęta reperuntur. Euthymius.
g. Merito exaltandus, merito laudidus, qui in ecclesia quæ prius fuerat delerta & odio habita, posuit apostolos: qui eam & confortare alloquio,& alluuio foecundarent. Dedit & in animas sitientium suum verbum exitus prædicatorum, & terrã corporis quæ prius spinas antiquitatis protulerat, fructibus repleuit æternis. Hiero. ibid.
h. Rursus inquit, eum eos qui multitudine hominum & porcenta florebãt, punire voluerit ob admissa maleficia, immittit in eos sterilitatem, morbos & anxietates animi, & optantes ipsos ideo contempros reddit & tristes, vt relictas vrbibꝰ sedes solitudines abdant. Flam.

a. Hoc est, veni dñe in parato cor meum, & in rem ti bi præparatã ingredere, vt cãrem & psallam in gloria mea. Arnob.
b. Loquitur dñs suo corpori. Psalteriũ & cithara qui defecdisti in inferno & iacuisti, exurge & laude dominũ. Et vides quid dicit, non ille qui monet citharã & psalterium, laudat, sed ipsa citharа & psalteriũ laudat, dat patrẽ Ille enim deꝰ est, & ab illis laudatur & benedicit, sciliceꝛ anima & corpore in vnitatem a filio assumptis. Hiero. ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rex meus,Moab lebes spei meæ.[10] In Idumæam extendam calceamentū meum,mihi c
alienigenæ amici facti sunt. [11] Quis deducet me in ciuitatem munitam, quis deducet
me vsq; in Idumæam?[12] Nonne tu deus qui repulisti nos,& non exibis deus in virtu-
tibus nostris?† [13] Da nobis auxiliū de tribulatione,quia vana salus hominis.[14] In deo
faciemus virtutem,& ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

† 22.q.2.ca. Deus discretiue.

In finem Psalmus Dauid. CVIII.

DEus[a] laudem meā ne tacueris,quia os peccatoris & os dolosi super me aper- A
tum est.[2] Locuti sunt aduersum me lingua dolosa,& sermonibus odij circū-
dederunt me, & expugnauerunt me gratis. [3] Pro eo vt me diligerent, detra-
hebant mihi, ego autem orabam. [4] Et posuerunt aduersum me mala pro bonis,& o-
dium pro dilectione mea.[5] Constitue super eum peccatorem,[b] & diabolus stet à dex
tris eius.[6] Cum iudicatur exeat condēnatus,& oratio eius fiat in peccatum.† [7] Fiant
dies eius pauci,& episcopatum eius accipiat alter.† [8] Fiant filij eius orphani, & vxor
eius vidua.[9] Nutantes transferantur filij eius, & mendicent, eiiciantur de habitatio-
nibus suis.[10] Scrutetur fœnerator omnem substantiam eius, & diripiant alieni labo-
res eius.[11] Non sit illi adiutor,nec sit qui misereatur pupillis eius.[12] Fiant nati eius in
interitum:in generatione vna deleatur nomē eius.†[c] [13] In memoriam redeat iniqui-
tas patrum eius in conspectu domini, & peccatum matris eius non deleatur. [14] Fiant
contra dominum semper,& dispereat de terra memoria eorum,pro eo quòd non est
recordatus facere misericordiam.[15] Et persecutus est hominem inopem & mendicū, C
& compunctum corde mortificare. [16] Et dilexit maledictionem, & veniet ei:& no-
luit benedictionem,& elongabitur ab eo.[17] Et induit maledictionem sicut vestimē-
tum,& intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius. [18] Fiat ei
sicut vestimentum quo operitur,& sicut zona qua semper præcingitur. [19] Hoc opus
eorum qui detrahunt mihi apud dominum,& qui loquuntur mala aduersus animam
meam.[20] Et tu domine,domine fac mecum propter nomen tuum, quia suauis est mi
sericordia tua. [21] Libera me quia egenus & pauper ego sum, & cor meum conturba-
tum est intra me.[22] Sicut vmbra cum declinat ablatus sum, & excussus sum sicut lo-
custæ.[d] [23] Genua mea infirmata sunt à ieiunio, & caro mea immutata est propter o- D
leum. [24] Et ego factus sum opprobrium illis : viderunt me, & mouerunt capita sua.
[25] Adiuua me domine deus meus,saluum me fac propter misericordiam tuam. [26] Et
sciant quia manus tua hæc:& tu domine fecisti eam . [27] Maledicent illi,& tu benedi-
ces:qui insurgunt in me,confundantur,seruus autem tuus lætabitur. [28] Induātur qui
detrahunt mihi,pudore,& [e] operiantur sicut diploide confusione sua. [29] Confitebor
domino nimis in ore meo,& in medio multorum laudabo eum.[30] Quia astitit à dex
tris pauperis,vt saluam faceret à persequentibus animam meam.

a. Nō aliqui personam quæ loquitur in hoc psalmo, & saluatorem esse arbitremur, qui quod sui vsu venerit, exercuerit, dicens: Deus laudem meam, &c. Vbi discrimen quam ipse discipulis suis tradidit, & laudem suam reclamenti non esse prorendam silentio exhortatur, sed in omne futurum animum ad vitæ humanæ vitia remedia permanere. Os autem peccatoris & os dolosi, ipsius iudæ proprie no minauerit quilquam. Euse. de demonstr. lib. 10. c. 1.

b. Diabolus, quia detrahebat & deo apud homines, & apud deum hominibus, appellatur: quasi deum contra hominem homines; contra deum dum nō auertus seruum & seruum aduersus dominum irritant. Tertul. lib. 1. ad Iuxor. Marcionem.

c. Peccata matris suæ & ma iorum suorum semper erant e oculos dei veritatis, ut deleta in hoc sceleratissimo atque impio homine vindicare obliuiscatur. Hoc autem non est illius sententiæ: Ego sum dominator deus tuus fortis zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios in tertiā & quartā generationem, eorū qui oderunt me, & faciēs misericordiam in milia his qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea. Etiam ibid.

d. Durum quippe & asperū vitā agebat dominus, & testimonij reddunt quadraginta dies ieiunij, & panes illi hordeacei, & spicæ quæ vellebantur à discipulis, & mensa benigna quadam dispositione lautiori aliquā domenta vteretur. Euseb.

e. Diploide pallio duplex est per quod inimicis Christi duplex denunciatur scissio, hoc est, intus & foris, eorum ilco & hominibus. Prosper. ibidem.

a Saluatorem ac dominum nostrum, ipsum primogeniti omnis creaturæ dei verbum, præsciens psalmus dominum vocat, docetq; eum esse cōfessorem sui & bilium supremi dei, rectiq; omnium dominū animi, ac regis, pontificem sacerdotem. Eusebius Cæsar. de demonstra. euangelica. lib. 4. cap. 3.

b. Nā & beatus Moyses de eo mysterio loquens, vinū & sanguinem sub vuæ appellatione significat, in benedictione patriarchæ dominicam passionem multo ante demonstrauit, & ita inquiens: Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum. Eusebius Emissenus de Pascha dominico.

c Sic quippe eius opera magna sunt, vt per omne quod nobis agitur, eius voluntas requiratur. Nā sæpe inde germinat, vnde repelli putabatur. Gregor. Moral. lib. 6. cap. 14.

b. Mens rō, fide digna & quia dixit omnia mandata, præsto ea intelligo, quæ ad cremonias spectāt, quæq; natura duce omnia obtemperanda elementa, & quæ nata ſ humana obseruatio ante legem: in ripam, deinde ea quæ per legem Moysi tradita sunt: postremò vero ipsa præcepta euangelica, quæ mādata omnia ō delta sunt, hoc est firma & inconcussa. Euseb. ibid.

mandata eius,confirmata in seculum seculi:facta in veritate & æquitate.[8] Redēptio-
nem misit dominus populo suo:mandauit in æternum testamentum suum. [9] Sanctū C
& terribile nomen eius,†initium sapientię timor domini.[10] Intellectus bonus omni-
bus facientibus eum:laudatio eius manet in seculum seculi.

Alleluia, Reuersionis Aggæi,& Zachariæ. CXI.

BEatus vir[a] qui timet dominum,in mandatis eius volet nimis. [2] Potēs in terra A
erit semen eius,generatiō rectorum benedicetur.[3] Gloria & diuitiæ in domo
eius,& iustitia eius manet in seculum seculi.[4] Exortum est in tenebris lumen
rectis,misericors & miserator & iustus. [5] Iucundus homo qui miseretur & commo-
dat,disponit sermones suos in iudicio,quia in æternum non commouebitur.[6] In me- B
moria æterna erit iustus[b] ab auditione mala nō timebit.[7] Paratum cor eius sperare in
domino,confirmatum est cor eius,non cōmouebitur donec despiciat inimicos suos.
†[c] [8] Dispersit dedit pauperibus:iustitia eius manet in seculum seculi,cornu eius exal-
tabitur in gloria.[9] Peccator videbit & irascetur,dentibus suis fremet & tabescet, de-
siderium peccatorum peribit.

a. Timor domini, quē admodū alis locis admonuimur appellatur in literis sactis pura & syncera religio & pietas in deūm quibus rebus vir sanctus vitam beatam cōsistere, quisquis autem vere pius & religiosus est : in mandatis eius volet valde. Etiam ibi.

b. Auditio mala est, Ite maledicti in ignem æternum: quam auertat deus ab auribus sanctis, auertat à cultoribus suis, illa cōdonet quę promisit. Chrysost. in illud Isaiæ: Cauemus dominū.

c. Ergo dispensatores nos, non heredes reliquit. nam hæredem successori quirit, dispensatio pauperib⁹ obligatur. Ambro. de obitu fratris.

Alleluia. CXII.

LAudate[a] pueri dominum,laudate nomen domini.†[b] [2] Sit nomen domini be- A
nedictum, ex hoc nunc & vsq; in seculum.[3] A solis ortu vsque ad occasum,
laudabile nomen domini.†[4] Excelsus super omnes gentes dominus,& super
cęlos gloria eius.[5] Quis sicut dominus deus noster,qui in altis habitat,& humilia re- B
spicit in cœlo & in terra?[6] Suscitans à terra inopem,& de stercore erigens pauperem:
[7] Vt collocet eum cum principibus,cum principibus populi sui.[8] Qui habitare facit
sterilem in domo,matrem filiorum lætantem.

a. Venite pueri, nolite expectare, nolite dicere, nondū senes sumus. Ordo nascēdi est, ordo vetus moriendi nos est. Venite ergo pueri, nos ad laborem aliquē, sed ad laudem. Ambr. ibidem.

b. Nōne semper fuit benedictum nomen domini, cui omnis creatura benedicit? fuit semper, sed tamē antea in vna gente laudatorum tantummodo illi bene dicebant & credebant sed modo in omnibus gētibus & creditur, & benedicitur. Hieronym. ibid.

Alleluia. CXIII.

IN exitu Israel de Ægypto,domus Iacob de populo barbaro,[2] Facta est Iudea A
sanctificatio eius,Israel potestas eius.† [3] Mare vidit & fugit,Iordanis conuer-
sus est retrorsum.[4] Montes exultauerūt vt arietes,& colles sicut agni ouium.
[5] Quid est tibi mare quòd fugisti?& tu Iordanis quia cōuersus es retrorsum?[6] Mōtes
exultastis vt arietes, & colles sicut agni ouium? [7] A facie domini mota est terra,à fa- B
cie dei Iacob.[8] Qui conuertit petram in stagna aquarum,& rupem in fontes aquarū.
[b1] Non nobis domine, non nobis , sed nomini tuo da gloriam. [2] Super misericordia
tua & veritate tua,nequando dicant gentes:vbi est deus eorum? [3] Deus autem noster
in cœlo, omnia quæcunque voluit fecit. † [4] Simulachra gentium argentum & aurū, C
opera manuum hominum.†[c] [5] Os habent & non loquentur,oculos habent & non vi-
debunt.[6] Aures habent & non audient,nares habent & non odorabunt. [7] Manus ha-
bent & non palpabunt,pedes habent & non ambulabunt: non clamabunt in gutture
suo. [8] Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui cōfidunt in eis. †[9] Domus Israel
sperauit in domino , adiutor eorum & protector eorū est. [10] Domus Aaron sperauit
in domino,adiutor eorum & protector eorū est.[11] Qui timent dominum, sperauerūt D
in domino,adiutor eorum & protector eorum est.[12] Dominus memor fuit nostri, &
benedixit nobis.[13] Benedixit domui Israel,benedixit domui Aaron. [14] Benedixit om-
nibus qui timent dominum,pusillis cum maioribus.[15] Adiiciat[d] dominus super vos,
super vos,& super filios vestros.[16] Benedicti vos à domino, qui fecit cœlum & terrā.
[17] Cœlum cœli domino, terram autem dedit filiis hominum. †[18] Non mortui lauda-
bunt te domine , neque omnes qui descendunt in infernum. [19] Sed nos qui viuimus
benedicimus domino,ex hoc nunc & vsque in seculum.

a. Id est, Tūc præcipue de⁹ Iudæos & Hebræos sibi adsciuit, quos pręcęteris gētibus charissimos haberet, & suo sancto nomine gubernaret, de qua re ellud est in Exodo : Vos eritis mihi in regnum sacerdotale , & in gentem sanctam. Hanc ibi.

b. Non per merita nostra, sed pro misericordia tua concedi vt non dicant, incredulitatis vbi est deus eorū? Arnob. ibid.

c. Hæc etiam verba quo magis aperta & populatibus vera sunt eo magis stoicis salubrem pudorē illis, qui cum salubris simulachris diuinum cum timore cultum exhibent , eāque vtilitas similia veneratur adorātęque contemnūt, eisque velut præsentibus preces allegant , victimas immolant, vota persoluunt, sic of fenduntur omnino, vt ea sen sa careniis putare non audeant. Aug. Epist. 49.

Alleluia. CXIIII.

DIlexi,[a] quoniā exaudiet dominus vocem orationis meæ.[2] Quia inclinauit au- A
rem suam mihi , &in diebus meis inuocabo. †[3] Circundederunt me dolores

d. Préces fundit pro Christianis, qui postea magis ac magis sunt, & quibus ea adiecta sunt bona , cœlestia imperū, quæ vera ac propriè bona dici possunt. Euseb. ibi.

a. Non coniunx est dicere, dilexi, sed perfecti tantum, & eius qui seruitutis timorem præcergrediens, in adoptionis spiritu conditur. Non quem diligebas apponit, quod in vel indulgentis facilè intelligitur, deū vniuersorū se minuat dicere. Basil. ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortis,& pericula inferni inuenerunt me.[4] Tribulationem & dolorem inueni,& nomen domini inuocaui.[5] O domine libera animam meam, misericors dominus & iustus,& deus noster miseretur.[6] Custodiens paruulos dominus,humiliatus sum, & liberauit me.[b 7] Conuertere anima mea in requiem tuam,quia dominus benefecit tibi. C
†[8] Quia eripuit animam meam de morte,oculos meos à lachrymis,pedes meos à lapsu.[9] Placebo domino in regione viuorum.

b. Pulchrè dicit anima,Cõuertere,quasi diuturno cuiusque operis fudore exercitæ: vt à labore conuertatur ad requiem. Ambro. de obitu Theodos.

†Sup.55.c.

Alleluia. *CXV.*

[a] Exceđit enim mens prophetæ velut fines quosdam humanæ prudentiæ quãdo repletur deo. Ambro. de Abraham lib.2.cap.9.
b. Prima ergo hæc retributio est, vt morte morte redamus: ac pro eo quòd pro nobis mortuus est, pro nobis nos moriamur omnes, tamesi mineris multo pretio mors nostra est quã sua. Salui. lib.4.
c. Ex ancilla Christus natus est seruus, qui ex patre genetatus est dominus. Fulg. Respon.1.contra Arianos.

Redidi, †propter quod locutus sum:ego autẽ humiliatus sum nimis. [a] Ego A
dixi in[a] excessu meo,omnis homo mendax.[b] Quid retribuam domino,pro
omnibus quæ retribuit mihi?[c] Calicem salutaris accipiam,& nomen domini inuocabo.[7] Vota mea domino reddam coram omni populo eius, pretiosa in conspectu dñi mors sanctorum eius.[c 8] O dñe quia ego seruus tuus:†ego seruus B
tuus,& filius ancillæ tuæ. [9] Dirupisti vincula mea,tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen domini inuocabo. [10] Vota mea domino reddam in conspectu omnis populi
eius,in atriis domus domini in medio tui Ierusalem.

†Depæ.dt. 1.c.fine. 2.Cor.4.c. Roma.5.a. De consec. dist.2.cap. Si enim. †Sup.9.2.

Alleluia. *CXVI.*

[a] Exclusi sunt Iudæi, qui tulerunt clauem regni cœlorum, nec ipsi ingredebantur, nec eos ingredi permittebant. Arnob. ibid.

Laudate[a] †dñm omnes gentes,laudate eum omnes populi. [2] Quoniam confir- A
mata est super nos misericordia eius,& veritas domini manet in æternum.

†Roma.15.e Iob.2.c.

Alleluia. *CXVII.*

a. Cõfessio hæc non ad remissionem peccatorũ, sed ad laudem pertinet deitatis. Hieron. ibidem.
b. Apostolus dicit,non aduersus carnem & sanguinẽ nobis, quod est homo iniquus, sed aduersus principes & rectores tenebrarũ esse certamen, quarum autem tenebrarum, nisi hominum diabolo fuligatorum? Non meum ergo quid faciat ei homo, qui ipsius incencorem dei vincit auxilio. Prosper.
c. Apes enim in ore mel habent, in aculeo caudæ vulnus. Ita omnes qui lingua blandiuntur, sed iaculum exmalitia ferunt, apes sunt, quia loquendo dulcedine mellis proponunt,sed occultè feriẽdo vulnꝰ inferũt. Grego. super Ezec. hom.9. d. Significat se à deo nõ ho filiẽ in modũ sed paternũ castigari esse. Castigat enim dominus quẽ diligit, verberibus cædit quoscunque sibi adoptat. Flamin. ibi.

Confitemini[a] † domino quoniam bonus,quoniam in seculum misericordia A
eius.[2] Dicat nũc,Israel quoniam bonus,quoniam in seculũ misericordia eius.
[3] Dicat nunc domus Aaron,quoniam in seculum misericordia eius.[4] Dicant
nunc qui timent dñm,quoniam in seculum misericordia eius.†[5] De tribulatione in- †Psal.119.a. †Iteb.23.d
uocaui dominum,& exaudiuit me in latitudine dominus.†[b 6] Dominus mihi adiutor,non timebo quid faciat mihi homo. [7] Dominus mihi adiutor, & ego despiciam
inimicos meos. [8] Bonum est cõfidere in domino,quàm confidere in homine. [9] Bonũ B
est sperare in dño,quàm sperare in principibus. [10] Omnes gentes circuierũt me, & in
nomine domini quia vltus sum in eos. [11] Circundantes circundederunt me, & in nomine domini quia vltus sum in eos.[c 12] Circundederunt me sicut apes,& exarserunt
sicut ignis in spinis, & in nomine domini quia vltus sum in eos. [13] Impulsus euersus
sum vt caderem,& dñs suscepit me.†[14] Fortitudo mea & laus mea dominus,& factus
est mihi in salutem.[15] Vox exultationis & salutis,in tabernaculis iustorum.[16] Dextera C †Exod.15.d Iſa.12.a
domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem.
[17] Non moriar,sed viuam,& narrabo opera domini.[d 18] Castigans castigauit me dñs,
& morti non tradidit me. [19] Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in eas confitebor
domino:hæc porta domini,iusti intrabunt in eam.[20] Confitebor tibi quoniam exau- †Matt.21.d
disti me,& factus es mihi in salutem.†[21] Lapidem quem reprobauerunt ædificantes,
hic factus est in caput anguli. [22] A domino factum est istud, & est mirabile in oculis
nostris.[e 23] Hæc est dies quam fecit dominus,exultemus & lætemur in ea.[24] O domi- D †Matt.21.c.
ne saluum me fac,ô domine bene prosperare: † benedictus qui venit in nomine domini.[f 26] Benediximus vobis de domo domini: deus dominus,& illuxit nobis.[g 27] Cõstituite diem solennem in condensis,vsque ad cornu altaris.[28] Deus meus es tu,& cõfitebor tibi: deus meus es tu,& exaltabo te.[29] Confitemini domino quoniam bonus,quoniam in seculum misericordia eius.

e. Ego autem dico: Hic est dies in quo dñs factus est seruus, vt persona seruitutis ferret in dñm. Inde. Emil. de nati. do. homil. 1.

f. Hoc est, Confitentes diẽ festum nõ cupide ac ingenter, sed in cõtemptu actionibꝰ. Ipse enim est vox exultantis imi festiuitate celebrantis. August. ibi.

a. Tanquam diceres, Scio quid velis: beatitudinem quæris. Si ergo vis esse beatus, esto immaculatus. August. ibidem.
b. Vt intelligant cum peccauerint, se coram testibus deliquisse, ut autẽ i qui in toto corde exquirũt eum, & nõ leuiter neque legnitter. Alcuinus ibid.

Alleluia. *ALEPH.* *CXVIII.*

Beati[a] immaculati in via,qui ambulant in lege domini.[b 2] Beati qui scrutantur A
testimonia eius,in toto corde exquirunt eũ.[3] Non enim qui operãtur iniquitatem,in viis eius ambulauerunt.[4] Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.
Vtinam

[5] Vtinam dirigantur viæ meæ,ad custodiendas iustificationes tuas.[c 6] Tunc non confundar,cũ perspexero in omnibus mandatis tuis.[7] Confitebor tibi in directione cordis, in eo quòd didici iudicia iustitiæ tuæ. [8] Iustificationes tuas custodiam, non me derelinquas vsquequaque.

c. Nisi enim arcens in eum mãdatis fuerimus,fuerimusque alis præterita, alia pro voluntate obseruato,iustificationis ordinem nõ tenebimus. Hilarius ibid.

9 ב *BETH.*

B In[a] quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiẽdo sermones tuos.[10] In toto corde meo exquisiui te,ne repellas me à mãdatis tuis.[11] In corde meo abscondi eloquia tua,vt non peccem tibi.[12] Benedictus es dñe,doce me iustificationes tuas.[13] In labiis meis pronũtiaui omnia iudicia oris tui. [14] In via testimoniorũ tuorũ delectatus sum, sicut in omnibus diuitiis.[15] In mãdatis tuis exercebor,& cõsiderabo vias tuas.†[16] In iustificationib⁹ tuis meditabor,nõ obliuiscar sermones tuos.

a. Deus in Genesi testatur hominem ab infante ætate ad virtus proclivem,& quisquis est adolescentior, talis est senectus, vt Salomo inquit. Itaq; vir tunc immunes, dũ adhuc est tenera est & flexibilis, morbi depravationemendandos esse atque ad normam legum diuinarum dirigendos. Hilar. ibid.

17 ג *GIMEL.*

C Retribue[a] seruo tuo,viuifica me,& custodiam sermones tuos.[18] Reuela oculos meos,& considerabo mirabilia de lege tua.[19] Incola ego sum in terra,non abscondas à me mandata tua. [20] Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas,in omni tempore.[21] Increpasti superbos, maledicti qui declinant à mãdatis tuis.[b 22] Aufer à me opprobrium & contemptum,quia testimonia tua exquisiui.
[23] Etenim sederunt principes,& aduersum me loquebantur, seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.[24] Nam & testimonia tua meditatio mea est,& consilium meum iustificationes tuæ.

a. Non habet in retributione quod deposcere,quos dominus Iesus venit mũdum saluare,nõ perdere. Ideóq; immemor est iniuriæ, memor gratie: sicut in prophetico libro testatur dicens: Ego sum,ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me,& peccatorũ tuorum non recordabor. Ita. 43. Ambr. ibid.
b. Illud dico opprobrium quod prior negligentia mea mihi præstitit, multis nonnunquam ob eam exprobrantibus & concrepantibus me. Euthy. ibid.

25 ד *DALETH.*

D Adhæsit[a] pauimento anima mea,viuifica me secũdum verbum tuum.[26] Vias meas enuntiaui & exaudisti me,doce me iustificationes tuas.[27] Viam iustificationum tuarum instrue me,& exercebor in mirabilibus tuis. [28] Dormitauit anima mea præ tædio,cõfirma me in verbis tuis.[29] Viam iniquitatis amoue à me, & de lege tua miserere mei.[30] Viam veritatis elegi,iudicia tua non sum oblitus.[31] Adhæsi testimoniis tuis domine,noli me confundere.[32] Viam mandatorum tuorum cucurri,cum dilatasti cor meum.

a. Quia viam mandatorum dei se dilatato corde cucurrisse sũ diceret, quomodo nunc legẽ sibi postulat ponit? nisi quia proficiens loquitur, & donum dei nouit esse quòd proficit. Prosp. ib.
b. Hoc est,illam quæ illusit mundanas ac turpantem vanitatem, illam vijs hominũ ad peccata studia infixa ac detruatam. Amb. officio 2.cap.6.
c. Vanitas cuꝛ est,quia nihil prodest, vanitas est cuꝛ quod velocitas, quia mõdus ad salutem est, vanitas theatrũ est, vanitas est omnis ludus. Ambro. de fuga seculi, cap.1.
a. Ad textum literam cõuertatio sancta peruenit? qua si post vias dilatauerim dominum debere concedi, qui est misericordia peccatorum, & vita fidelium, per quẽ filio genibus venit: secũdum eloquium dicit, id est promissionem quam quam per prophetas promisit. Alcuin. ibid.
a. Hoc est, imple promissũ seruo tuo, quoniã promisisti mihi, me sperare secula. Hæc spes quæ promissa est humilibus, consolata est me, qua dicitur: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Vide ore proprio etiam dominus ait, Quoniam qui se humiliat exaltabitur, & qui se exaltat, humiliabitur. August. ibidem.

41 ו *VAV.*

F Et[a] veniat super me misericordia tua domine, salutare tuum secundũ eloquiũ tuum.[42] Et respondebo exprobrantibus mihi verbum,quia speraui in sermonibus tuis.[43] Et ne auferas de ore meo verbũ veritatis vsquequaque, quia in iudiciis tuis superspera ui. [44] Et custodiam legem tuam semper, in seculum & in seculum seculi.[45] Et ambulabam in latitudine,quia mãdata tua exquisiui.[46] Et loquebar in testimoniis tuis in conspectu regum:& non confundebar.[47] Et meditabar in mandatis tuis,quæ dilexi.[48] Et leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi, & exercebor in iustificationibus tuis.

a. Non dat gratiam, si ipse non det. Ideo ait, Et veniat super me misericordia tua domine, id est, ut ipse misereatur. Hilarius ibid.

45 ז *ZAIN.*

G Memor[a] esto verbi tui seruo tuo,in quo mihi spẽ dedisti.[50] Hæc me consolata est in humilitate mea,quia eloquium tuum viuificauit me.[51] Superbi iniquè agebant vsquequaque,à lege autẽ tua nõ declinaui.[52] Memor fui iudiciorũ

a. Memor esto verbi tui seruo tuo, id est, memor esto promissionis tuæ, quam per prophetas promisisti. Alcuin. ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuorum à seculo dñe,& consolatus sum.[53] Defectio tenuit me,pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.[54] Cantabiles mihi erant iustificationes tuę,in loco peregrinationis meæ.[b55] Memor fui nocte nominis tui domine,& custodiui legem tuam.
[56] Hæc facta est mihi,quia iustificationes tuas exquisiui.
57

ת HETH.

H POrtio[a] mea domine,dixi custodire legem tuam.[58] Deprecatus sum faciē tuā in toto corde meo,miserere mei secundum eloquium tuum.[59] Cogitaui vias meas,& conuerti pedes meos in testimonia tua.[60] Paratus sum& nō sum turbatus,vt custodiam mandata tua.[61] Funes peccatorū circumplexi sunt me,& legem tuam non sum oblitus.†[b62] Media nocte surgebam ad confitendū tibi, super iudicia iustificationis tuæ.[63] Particeps ego sum omnium timentium te,& custodientiū mandata tua.[64] Misericordia tua domine plena est terra,iustificationes tuas doce me.
65

ט TETH.

I BOnitatem[a] fecisti cum seruo tuo dñe,secundum verbum tuum.[66] Bonitatem & disciplinam & scientiā doce me,quia mandatis tuis credidi.[67] Priusquam humiliarer ego deliqui,propterea eloquiū tuum custodiui.[68] Bonus es tu,& in bonitate tua doce me iustificationes tuas.[69] Multiplicata est super me iniquitas superborū,ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.[70] Coagulatū est sicut lac cor eorum,ego verò legem tuam meditatus sum.[71] Bonum mihi quia humiliasti me,vt discā iustificationes tuas.[72] Bonū mihi lex oris tui,super milia auri & argenti.
73

י IOD.

K MAnus†[a] tuæ fecerunt me,& plasmauerunt me:da mihi intellectum vt discā mandata tua.[74] Qui timent te,videbunt me & lætabūtur,quia in verba tua supsperaui.[75] Cognoui dñe quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me.[77] Fiat misericordia tua vt consoletur me,secundum eloquium tuū seruo tuo.[b] Veniant mihi miserationes tuæ,& viuam:quia lex tua meditatio mea est.[78] Confundantur superbi quia iniustè iniquitatem fecerūt in me,ego autem exercebor in mandatis tuis.[79] Conuertantur mihi timētes te, & qui nouerunt testimonia tua.[80] Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis,vt non confundar.
81

כ CAPH.

L DEfecit[a] in salutare tuum anima mea, & in verbū tuū supersperaui.[82] Defecerunt oculi mei in eloquium tuum,dicentes,quando consolaberis me.[83] Quia factus sum sicut vter in pruina,iustificationes tuas non sum oblitus.[84] Quot sunt dies serui tui?quando facies de persequentibus me iudicium?[85] Narrauerūt mihi iniqui fabulationes,sed non vt lex tua.[86] Omnia mandata tua veritas,iniqui persecuti sunt me,adiuua me.[87] Paulo minus[b] consummauerunt me in terra,ego autē non dereliqui mandata tua.[88] Secundum misericordiam tuam viuifica me, & custodiam testimonia oris tui.
89

ל LAMED.

M IN[a] æternum dñe,verbum tuum permanet in cœlo.[90] In generatione & generationem veritas tua,fundasti terrā & permanet.[91] Ordinatione tua perseuerat dies,quoniam omnia seruiunt tibi.[92] Nisi quòd lex tua meditatio mea est, tunc forte perissem in humilitate mea.[93] In æternum non obliuiscar iustificationes tuas,quia in ipsis viuificasti me.[94] Tuus sum ego,saluum me fac,quoniā iustificationes tuas exquisiui.[95] Me expectauerunt peccatores vt perderent me,testimonia tua intellexi.[96] Omnis consummationis vidi finem,latum mandatum tuum nimis.
97

מ MEM.

N QVomodo[a] dilexi legē tuam dñe,tota die meditatio mea est.[98] Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo,quia in æternum mihi est.[99] Super omnes docētes me intellexi,quia testimonia tua meditatio mea est.[100] Super senes intellexi,quia mādata tua quęsiui.[101] Ab omni via mala ꝓhibui pedes meos, vt custodiā verba tua.[102] A iudiciis tuis nō declinaui,ꝙa tu legē posuisti mihi.[b103] O quā dulcia

b. Non est periculoso nocturnarum vigiliarum ocio animus relaxandus, sed in oratoribus, in deprecationibus, in confessionibus peccatorū occupatus est: vt cum maxime corporis opportunitas vitijs datur, tum præcipuè eadem vitia diuinæ legis recordatione frangantur. Hilar. ibid.

a. Tu portio mea es,tu hæreditas mea,& diuitiæ meæ. Alia enim omnia despicio, atque ideo dixi, id est polliciius tibi custodire legē tuam. Fuchs. ibid.

b. De hora autem dimidie nocte, quid ad orationē necessarium sit, tradidit est nobis à Paulo & Sila in Actis Apost. Scriptum est enim sic: Circiter autē mediam noctem Paulus & Silas laudabāt deum. Basilius Regul. fusius disputa. interroga 37.

a. Fecisti, inquit, domine vt me delectarer bonum, quod vtique magnum est tuum donum. Secundū verbum tuum, hoc est, secundum promissum tuum, vt sit firma omissio omnis culpæ. Prosper ibid.

a. Regius Psalter hoc esse discernendi inter factura & formationē edocuit suo hoc versiculo: fecisti vtique interiorem & arcanum hominem, plasmauit siue finxit hunc exteriū. Caro igitur formata est, anima vero facta. Basil. in Hexaeme ron homil. 11.

b. Cui les domini meditatio est, hunc præsto sunt misericordiæ, vt viuat in æternum. Quomodo enim beatus quis poterit esse sine miseratione diuina? Beatus autē qui in diu lege die ac nocte meditat. Ambr. ibi.

a. Deficit pene ill animus meus præ sollicita expectatione auxilij tui, quo nititur salus mea:ipſi etiā oculi mei iam defecerūt,in cœlum dies noctésq; fulpicites,ſi qua forte viderent ſalutem venientē, quam ſeruo tuo promiſiſti. Hilari.

b. Hoc est, præparauerunt vt vitam meam consummarent, ego tamen à meditatione seu ab obseruatione mandatorum tuorum non recessi. Fuchsym.

a. Cernas sum enim quòd in æternū permanebit verbum tuum in cœlo. Quod licet cum hominib⁹ videatur, vt promiſiſti, de cœlo tamen nunquā abscedit. Arnob. ibi.

a. Tūm ipse in dilecta sibi legis meditatione est, quæ nec dies vnquā ex tempore ſit. Et quia legis & prophetarum atque euangeliorum hominē in se prophecia demonſtrat, ait: in eō loquentes, Super inimicos, &c. Hilar.

b. Quid enim aliud desiderat anima quæ semel huius tatem verbi gustauerit, quæ ſemel claritatem eius viderit? Ambr. lib 3. Epiſt. 11.

dulcia faucibus meis eloquia tua,ſuper mel ori meo.[104] A mādatis tuis intellexi,propterea odiui omnem viam iniquitatis.
105

נ NVN.

O LVcerna pedibus meis[a] verbum tuum,& lumen ſemitis meis.[106] Iuraui & ſtatui custodire iudicia iuſtitiæ tuæ.[107] Humiliatus ſum vſquequaque domine, viuifica me ſecundum verbum tuum.[108] Voluntaria oris mei beneplacita fac domine,& iudicia tua doce me.[109] Anima mea in manibus meis ſemper, & legē tuā non ſum oblitus.[110] Poſuerunt peccatores laqueū mihi,& de mādatis tuis nō errauī.[111] Hæreditate acquiſiui teſtimonia tua in ęternū,quia exultatio cordis mei ſūt.[112] Inclinaui cor meū ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum, propter retributionē.
113

ס SAMECH.

P INiquos[a] odio habui,& legem tuam dilexi.[114] Adiutor & ſuſceptor meus es tu, & in verbum tuum ſuperſperaui.[115] Declinate à me maligni,& ſcrutabor mandata dei mei.[116] Suſcipe me ſecundum eloquium tuum,& viuam, & non cōfundas me ab expectatione mea.[117] Adiuua me & ſalu⁹ ero,& meditabor in iuſtificationibus tuis ſemper.[118] Spreuiſti omnes diſcedentes à iudiciis tuis,quia iniuſta cogitatio eorum.[119] Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ, ideo dilexi teſtimonia tua.[b120] Confige timore tuo carnes meas,à iudiciis enim tuis timui.
121

ע AIN.

Q FEci[a] iudiciū & iuſtitiam, nō tradas me calumniantibus me.[122] Suſcipe ſeruū tuum in bonū,non calumnientur me ſuperbi.[123] Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum,& in eloquium iuſtitiæ tuæ.[124] Fac cum ſeruo tuo ſecūdum miſericordiam tuā,& iuſtificationes tuas doce me.[125] Seruus tuus ſum ego,da mihi intellectum vt ſciam teſtimonia tua.[126] Tempus faciendi domine:diſſipauerunt legem tuam.[127] Ideo dilexi mandata tua,ſuper aurum & topazion.[128] Propterea ad omnia mandata tua dirigebar,omnem viam iniquam odio habui.
129

פ PE.

R MIrabilia[a] teſtimonia tua,ideo ſcrutata eſt ea anima mea.[130] Declaratio ſermonum tuorum illuminat,& intellectum dat paruulis.[131] Os meum aperui,& attraxi ſpiritum:quia mandata tua deſiderabā.[132] Aſpice in me & miſerere mei, ſecundum iudicium diligentium nomen tuum.[133] Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum:nō dominetur mei omnis iniuſtitia.[134] Redime me à calūmniis hominum,vt cuſtodiam mandata tua.[135] Faciem tuam illumina ſuper ſeruum tuum, & doce me iuſtificationes tuas.[136] Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodierunt legem tuam.
137

צ SADIC.

S IVſtus[a] es domine,& rectum iudicium tuum.[138] Mandaſti iuſtitiam teſtimonia tua,& veritatē tuam nimis.[139] Tabeſcere me fecit zelus meus, quia obliti ſunt verba tua inimici mei.[140] Ignitum eloquium tuum vehemēter,& ſeruus tuus dilexit illud.[141] Adoleſcentulus ſum ego & contemptus,iuſtificationes tuas nō ſum oblitus.[142] Iuſtitia tua,iuſtitia in æternum,& lex tua veritas.[146] Tribulatio & angustia inuenerunt me,mandata tua meditatio mea eſt.[144] Æquitas teſtimonia tua in æternum,intellectum dā mihi & viuam.
145

ק COPH.

T CLamaui[a] in toto corde,exaudi me dñe:iuſtificationes tuas requirā.[146] Clamaui ad te ſaluum me fac,vt cuſtodiā mandata tua.[147] Præueni in maturitate & clamaui,& in verba tua ſuperſperaui.[148] Præueneruṫ oculi mei ad te diluculo,vt meditarer eloquia tua.[149] Vocē meam audi ſecundū miſericordiam tuam dñe, & ſecundum iudicium tuum viuifica me.[150] Appropinquauerunt perſequentes me iniquitati,à lege autem tua longe facti ſunt.[151] Prope es tu domine,& omnes viæ tuæ veritas[152]. Initio cognoui de teſtimoniis tuis,quia in æternum fundaſti ea.

a. Verbum hic intelligēdū eſt,no illud quod eſt æquale genito,ne quod eſt verum lumen illuminans omnem hominem,ſed verbum quod factum eſt ad prophetas,vel quod prædicatū eſt per Apoſtolos,verbū ſalutis Chriſti, de quo ſcriptū eſt, Fides ex auditu, auditus autem per verbum dei. Proſper. ibi.

a. Vox prophetæ in perſona eccleſiæ. Quomodo dicit. Iniquos odio habui, dū dominū diceret: Diligite inimicos veſtros? &c. Sed intelligendū eſt, Odio habui vitia & peccata,non creaturam. Hieron. ibidem.

b. Confige non ferreis clauis,ſed timoris & fidei. Vehementior eſt enim virtutis ſtrictura quam pœna. Ambr. de ſpiritu ſancto lib. 1. cap. 8.

a. Facis autē iudiciū quiſquis cōtra ſe iudicat, & prauitates ſuas ante examen domini ſulta execratione cēdēnat & iuſticiā facimus quando per iuſtitiam nos condemnamus, quando delictorum noſtrorū iudices ſumus. Alcuinus ibi.

a. Natura humani ſenſus ea eſt, vt ea mirabilia habeat, quæ ante compererit. Ex cognitis enim iudicium admirationis exiſtit. Cęterō nemo poterit ignorata mirari; Nam cum prius ſecundum humanā conſuetū dinē oportear perſcrutari & reperire, & reperta mira ri teſtimonia dei ante mirabilia ſūt, & ob id perferutatione ſunt digna. Hilarius ibi.

b. Id est ſecundum iudiciū quod in eos fecisti qui diligunt nomen tuum; quoniā vt diligerentur, prius dilexisti eos. Aug. ibid.

a. Qui nihil potest velle niſi quod iuſtum, rectum, & ſanctū eſt: ex quo fit, vt non poſſint eſſe non iuſti & ſalutaria cuncta quæ nobis inuiolate ſeruanda præcepiſti. Itaq; incredibili dolore cōficior quòd immici mei verba tua deſpiciūt, ac pro nihilo putent. Verba enim tua purriora ſūt auro, quòd artifex ſæpe ac ſeptus igne purgauit. Hilarius.

a. Hunc clamorem nō corporeę vocis, ſed mētis ſpiritalis eſſe memoramus, per quem iuſti à deo exaudiuntur, qui præ ipſo cordis puritate ſecretum pandit. Iuſtificationes autem dicit non ſeculi diuitias ſe exquirere, neque ad proſecndas tantū, ſed ad explendas eas. Alcui. ibidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

153 ר RES.

MIde[a] humilitatem meam,& eripe me,quia legem tuam nō ſum oblitus.[154] Iudica iudiciū meum & redime me,propter eloquium tuū viuifica me.[155] Longe à peccatoribus ſalus,quia iuſtificationes tuas non exquiſierunt.[b156] Miſeri cordiæ tuæ multæ domine,ſecundum iudicium tuum viuifica me.[157] Multi qui perſequuntur me & tribulant me,à teſtimoniis tuis non declinaui.[158] Vidi præuaricantes & tabeſcebam,quia eloquia tua non cuſtodierunt.[159] Vide quoniam mãdata tua dilexi domine,in miſericordia tua viuifica me.[160] Principium verborum tuorū veritas,in æternum omnia iudicia iuſtitiæ tuæ.

161 ש SIN.

PRincipes[a] perſecuti ſunt me gratis,& à verbis tuis formidauit cor meū.[162] Lętabor ego ſuper eloquia tua,ſicut qui inuenit ſpolia multa.†[163] Iniquitatem odio habui & abominatus ſum, legem autem tuam dilexi. †[164] Septies in die laudem dixi tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ:[165] pax multa diligentibus legem tuam,& non eſt illis ſcandalum.[166] Expectabam ſalutare tuum domine,& mandata tua dilexi.[167] Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua,& dilexit ea vehementer.[168] Seruaui mandata tua & teſtimonia tua,quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo.

169 ת THAV.

APpropinquet[a] deprecatio mea in conſpectu tuo domine,iuxta eloquium tuū da mihi intellectum.[170] Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo,ſecundū eloquium tuum eripe me.[171] Eructabunt labia mea hymnum,cum docueris me iuſtificationes tuas.[172] Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum, quia omnia mãdata tua æquitas.[173] Fiat manus tua vt ſaluet me,quoniam mandata tua elegi.[174] Cõcupiui ſalutare tuum domine,& lex tua meditatio mea eſt.[175] Viuet anima mea,& laudabit te,& iudicia tua adiuuabūt me.[b176] Erraui ſicut ouis quæ periit,quære ſeruum tuum,quia mandata tua non ſum oblitus.

Alleluia.

Canticum graduum. CXIX.

ADa[a] †dominum cum tribularer clamaui,&exaudiuit me.[2] Domine libera animam meam à labiis iniquis,& à lingua doloſa.[3] Quid detur tibi,aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam?[4] Sagittæ potentis acutæ,cum carbonibus deſolatoriis.[5] Hei mihi quia incolatus meus prolongatus eſt, habitaui cum habitantibus Cedar:multum incola fuit anima mea.[6] Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus:cum loquebar illis,impugnabant me gratis.

Canticum graduum. CXX.

LEuaui[a] †oculos meos in montes,vnde veniet auxilium mihi?[2] Auxilium meū à domino,qui fecit cœlum & terram.[3] Non det in commotionem pedem tuū, neque dormitet qui cuſtodit te.†[4] Ecce non dormitabit neq; dormiet,qui cuſtodit Iſrael.[5] Dominus cuſtodit te,dominus protectio tua ſuper manum dexteram tuam.[6] Per diem ſol non vret te,neque luna per noctē.[7] Dominus cuſtodit te ab omni malo,cuſtodiat animam tuam dominus.[8] Dominus cuſtodiat introitum tuum & exitum tuum,ex hoc nunc & vſque in ſeculum.

Canticum graduum. CXXI.

LEtatus†ſum in iis quæ dicta ſunt mihi,in domum domini ibimus.[2] Stantes erant pedes noſtri in atriis tuis Ieruſalem.[3] Ieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas,cuius participatio eius in idipſum.[4] Illuc enim aſcenderunt tribus, tribus domini teſtimonium Iſrael,ad confitendum nomini domini.[5] Quia illic ſederunt ſedes in iudicio,ſedes ſuper domum Dauid.[6] Rogate quæ ad pacem ſunt Ieruſalem, & abundantia diligentibus te.[b7] Fiat pax in virtute tua,& abundantia in turribus tuis.[8] Propter fratres meos,& proximos meos,loquebar pacem de te.[9] Propter domum domini dei noſtri,quæſiui bona tibi.

Canticum

a. Vide, inquit, afflictionē meam, & ex humilimodi me eripe calamitatibus:quia licet propter legem tuam affligeris, eam tamen oblitus non ſum, nec ſuſpicandus iniquum aliquid agere,aut odiſſe imitatores meos. Eu thymius ibid.

b. Tuæ autē miſerationes multę ſunt domine,cū non exquirentes te requiris,cū contemptores tuos exaudis, quia ergo illis miſericordiam exhibes qui teſtimonia tua non exquiſierunt, quanto magis mihi miſerere, qui à teſtimonijs tuis non declinaui. Arno. ibi.

a. Terrenos reges eccleſiam Chriſti grauis pſecutio fuit, quis nullam cauſam perſecutionis habuerunt,cū eos Chriſtiani in nullo læderēt, & ipſi Chriſtianis negationē veritatis exorquere nō poſſent. Proſper ibid.

a. Volare facit orationem bona vita,& dat alas precibus ſpiritalibus, quibus ſanctorum ad deum euehatur oratio. Sed & ſpiritus quo oramus,ſubleuat precē iuſti, maximē corde cōtrito compaſſiuo eam cōmendet affectus. Conſummati autem viri illa eſt confidētia. Ambro. ibid.

b. Quæſi vero aliud anima noſtra nō ſit ſpiritus vadēs, & non rediens, ſi ſibi fuerit derelicta nodi profugam & errātē, quid doleat, & quid petat: errauī, inquit, ſicut ouis quæ perijt: ſed quære ſeruum tuum. Hiero. ſuper Canticū. Serm. 84.

a. Terrores in vno ecclęſiaſtico verſiculo breuiter explicantur: angustiæ, preces, exaudito, quia nemo tribulatur, niſi qui in Chriſto pie viuere deſiderat. Oportet ergo vt nō vocum obſtrepat, ſed cor dicit humiliter proclamemus ad dominum, & cupimus exaudiri. Hier. ibi.

a. Montes poſſunt intelligi homines magni, homines clari. In illos itaq; mihi leuaueris oculos, per ſcripturas nō admoneberis vt ab illis illuminēris. Si vis audire, vt ſimilitudine ponas montes in gradibus, ne in illa aſcenſione ruſtingere, aut lapſu cadas. Augu. ibidem.

a. Illi ſunt pedes qui dēſiluit in ſpiritu, qui te docent, qui admodum eos inquirere nō poſſis, dicens: Stantes erant pedes noſtri in atriis tuis Ieruſalē. Vtiq; ſtabāt eorpoream, ſed animi intellectu per ſpem. Quomodo enim terrenus homo in cœlo habere pedes? Ieruſalē enim in cœlo eſt. Ambro. de virg. lib. 1.

b. Illa pax mul ſubſiſtere intelligitur, Illa pax multorum, ſed pax noſtra ita nobis concordet, vt quadret, ita vnus ſit lucet, vt vnus concordet, ſplendor poſſid et, totum claritate obtineat, &c. Chry. com. in expoſi. huius dicti, Fiat pax in virtute.

Canticum graduum. CXXII.

ADa[a] te leuaui oculos meos,qui habitas in cœlis.[2] Ecce ſicut oculi ſeruorū, in manibus dominorū ſuorū.[3] Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ,ita oculi noſtri ad dñm deum noſtrum,donec miſereatur noſtri.[4] Miſerere noſtri domine,miſerere noſtri,quia[b] multum repleti ſumus deſpectione.[5] Quia multū repleta eſt anima noſtra,opprobrium abundantibus,& deſpectio ſuperbis.

Canticum graduum. CXXIII.

NIſi[a] quia dñs erat in nobis,dicat nūc Iſrael,niſi quia dñs erat in nobis:[2] Cum exurgerent homines in nos,forte viuos deglutiſſent nos.[3] Cum irafcereretur furor eorum in nos,forſitan aqua abſorbuiſſet nos.[4] Torrentē pertranſiuit anima noſtra,forſitan pertrāſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem.[5] Benedictus dominus,qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.[6] Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium.[b7] Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus.[8] Adiutorium noſtrum in nomine domini,qui fecit cœlum & terram.

Canticum graduum. CXXIIII.

QVi[a] confidunt in domino ſicut mons Sion,non commouebitur in æternum qui habitat in Ieruſalem.[2] Mōtes in circuitu eius,& dominus in circuitu populi ſui,ex hoc nunc & vſque in ſeculum.[3] Quia non relinquet dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum, vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas.[4] Benefac domine bonis,& rectis corde.[5] Declinātes autem in obligationes adducet dominus cum operantibus iniquitatem,pax ſuper Iſrael.

Canticum graduum. CXXV.

IN[a] conuertendo dominus captiuitatē Sion,facti ſumus ſicut conſolati.[2] Tūc repletum eſt gaudio os noſtrum,& lingua noſtra exultatione.[3] Tunc dicent inter gentes:magnificauit dñs facere cum eis.[4] Magnificauit dominus facere nobiſcum,facti ſumus lætantes.[5] Conuerte domine captiuitatem noſtram, ſicut torrens in auſtro.[b6] Qui ſeminant in lachrymis,in exultatione metent.[7] Euntes ibant & flebant, mittentes ſemina ſua.[8] Venientes autem venient cum exultatione,portantes manipulos ſuos.

Canticum graduum. CXXVI.

NIſi[a] dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificāt eam.[2] Niſi dñs cuſtodierit ciuitatem,fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.[3] Vanum eſt vobis ante lucē ſurgere:ſurgite poſtquā ſederitis, qui manducatis panem doloris.[4] Cum dederit dilectis ſuis ſomnum.[b] ecce hęreditas dñi filij merces fructus vētris.[5] Sicut ſagittæ in manu potentis,ita filij[c] excuſſorum.[6] Beatus vir qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis,non confundetur cum loquetur inimicis ſuis in porta.

Canticum graduum. CXXVII.

BEati[a] omnes qui timent dominum,qui ambulant in viis eius.[2] Labores manuum tuarum quia manducabis,beatus es,& bene tibi erit.[3] Vxor tua ſicut vitis abundans,in lateribus domus tuæ.[4] Filij tui ſicut nouellæ oliuarum,in circuitu menſæ tuæ.[5] Ecce ſic benedicetur homo,qui timet dominum.[6] Benedicat tibi dominus ex Sion, & videas bona Ieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ.[7] Et videas filios filiorum tuorum,pacem ſuper Iſrael.

Canticum graduum. CXXVIII.

SÆpe[a] expugnauerunt me à iuuentute mea,dicat nunc Iſrael.[2] Sepe expugnauerunt me à iuuentute mea,etenim nō potuerunt mihi.[3] Supra dorſum meū fabricauerunt peccatores,prolongauerūt iniquitatē ſuam.[4] Dominus iuſtus

a. Paulati à mōtibus perintigamus cœlos. Nā ſi ſi leuauimus oculos ad mōtes, & lætati ſumus in vibus quæ dicta ſunt nobis, leamus nūc oculos noſtros ad cœlos,imò ad eū qui habitat in cœlis. Ideo enim aſcendimus canticis decantamus, vt paulatim à peccatorum faucibus aſcēdamus. Arno. ibi.

b. Non tantū in diuitijs dicit ſed eo quę abundant in malitia, illi deſpiciūt pauperes Chriſti. Diuites deſpiciunt pauperes, ſuperbi deſpiciūt humiles, & multa dicunt opprobria contra ſanctam eccleſiam. Hie. ibi.

a. Vox illa ſanctorum ſunt martyrū, hinc tribulationes in hoc ſeculo patientium exiſtentiq; dicat. Niſi dominus eſſet nobiſcū aduersus, nequaquam has tribulationes ſuſtinuiſſemus. Ale. ib.

b. Hoc dicitur ex perſona ſanctorum, quos de huius ſeculi laqueo liberatos, ad æternū dignatus eſt dominus ſecuritate lætitiāque transferre. Fulg. Epiſt. 4.

a. Ille pure ac ſincere deo cōfidit, qui perſpecta rerū cæterarū imbecillitate, ſe ac omnia ſua in deo ponit: quod nemo ſine inſtinctu diuino facere poteſt, qui vero ſe cā alie exoluit, cum omnibus cāſibus humanis ſuperiore eſſe neceſſe eſt, atque animū ipſius vel ruēre cœlo immobilem perſtare. Flam. ibid.

a. Prophetico pſalmus ad affectionē pertinet. graduū quibus bene currentiū creſcit profectus. Sub appellatione vnius virbis & populi,ea quæ de vniuerſa eccleſia ſunt,intelligenda ſignificat. Proſper. ibi.

b. Quorū triſtitia conuertetur in gaudiū, cū finito agone vitæ huius, brauium vitę perennis accipiēs de quibus dicitur in pſalmis. Qui ſeminant in lachrymis. Beda. Dom. Iubilate.

a. Vides quia vbique dominari vitæ ſtudiis couperarūt humanis, vt ſiemo poſſit ædificare ſine domino, nemo cuſtodire ſine domino, nemo quicquam incipere ſine domino. Amb. Lu. 1. li. 2.

b. Hoc eſt, hereditas domini filij ſunt, qui merces ſūt fructus illa quo de Marie vētre proce. vit. Ambr. Luc. 1. lib. 2.

c. Excuſſor, expeditor & adiunctos ad præliū vocat. Pręgo qui de filijs excuſſorum ſit, in Chriſto eſt, nō confundetur in die iudicij. Hieron. ibi.

a. Nihil valet ſi timeas & nō diligas dominum, quia & dæmones timent: ſed beatus erit ſi ſic timeas dominum, vt ambules viis eius. Si enim ambulaueris in viis eius, id eſt in fidem catholicam, ibi laborem fructuū tuorum manducabis, carnē filij hominis, vt habeas fidem manentē in re, beatus es, & bene tibi ſit. Arn. ibi.

a. Vox eſt eccleſię ſuſtinētis fallos fratres, & in exēplo priora reſpicientes, & ſuper ipſa exhortans exēpla patrum inuincibiliter ſuſtinere, quia olim expugnata eccleſia, & non nouiter, ſed ab initio quo corpit eſſe. Ale. ibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

concidet ceruices peccatorum,confundantur & cõuertantur retrorsum omnes qui oderũt Sion.[5b] Fiant sicut fœnum tectorum:quod priusquam euellatur exaruit.[6] De quo nõ impleuit manum suam qui metet,& sinum suum qui manipulos colliget.[7] Et non dixerũt qui præteribãt,benedictio domini super vos:benediximus vobis in nomine domini.

Canticum graduum. CXXIX.

DE†profundis clamaui ad te domine,domine exaudi vocem meam.[2] Fiãt aures tuæ intendẽtes,in vocem deprecationis meæ.[a1] Si iniquitates obseruaueris domine,domine quis sustinebit?[3] Quia apud te propitiatio est,& propter legem tuam sustinui te domine.[4] Sustinuit anima mea in verbo eius, sperauit anima mea in domino.[6] A custodia matutina vsq; ad noctẽ, speret Israel in domino.[7] Quia apud dominum misericordia,& copiosa apud eũ redemptio.[8] Et ipse redimet Israel, ex omnibus iniquitatibus eius.

Canticum graduum. CXXX.

DOmine[a] non est exaltatum cor meum,neque elati sunt oculi mei.[2] Neque ambulaui in magnis,neq; in mirabilibus super me.[3] Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam.[4] Sicut ablactatus est super matre sua:ita retributio in anima mea.[5] Speret Israel in domino,ex hoc nunc & vsque in seculum.

Canticum graduum. CXXXI.

MEmento[a] †domine Dauid,& omnis mansuetudinis eius.[2] Sicut iurauit dño, votum vouit deo Iacob.[3] Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascẽdero in lectum strati mei.[4] Si dedero somnũ oculis meis, & palpebris meis dormitationem.[5] Et requiẽ temporibus meis,donec inueniã locum dño, tabernaculũ deo Iacob.[b6] Ecce audiuimus eam in Ephratha,inuenimus eam in cãpis syluę.[7] Introibimus in tabernaculum eius,adorabimus in loco vbi steterũt pedes eius.†[8] Surge dñe in requiem tuam,tu & arca sanctificationis tuæ.[9] Sacerdotes tui induantur iustitiam,& sancti tui exultent.[10] Propter Dauid seruum tuum,nõ auertas faciem Christi tui.†[11] Iurauit dñs Dauid veritatem,& non frustrabitur eum: † de fructu ventris tui ponam super sedem tuã.[12] Si custodierint filij tui testamentum meum, & testimonia mea hæc quæ docebo eos.[13] Et filij eorum vsq; in seculum, sedebũt super sedem tuã.[14] Quoniam elegit dñs Sion,elegit eam in habitationem sibi.[d15] Hæc requies mea in seculum seculi,hic habitabo,quoniam elegi eam.[16] Viduam eius benedicens benedicam,pauperes eius saturabo panibus.†[17] Sacerdotes eius induã salutari,& sancti eius exultatione exultabũt.†[18] Illuc producã cornu Dauid,paraui lucernã Christo meo.[19] †Inimicos eius induam confusione,super ipsum autẽ efflorebit sanctificatio mea.

Canticum graduum. CXXXII.

ECce†quàm bonum & quàm iucundum,habitare fratres[a] in vnum.[2] Sicut vnguentũ in capite,quod descendit in barbam,barbam Aaron.[3] Quod descendit in oram vestimenti eius,sicut ros Hermon qui descẽdit in montem Sió: [4] Quoniam illic mandauit dominus benedictionem,& vitam vsque in seculum.

Canticum graduum. CXXXIII.

ECce[a] nunc benedicite domino,omnes serui domini.†[2] Qui statis in domo domini,in atriis domus dei nostri.[3] In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite dominum.[4] Benedicat te dominus ex Sion,qui fecit cœlum & terram.

Alleluia. CXXXIIII.

LAudate[a] †nomen domini,laudate serui dominum.[2] Qui statis in domo domini,in atriis domus dei nostri.[3] Laudate dominum quia bonus dominus, psallite

b. Herbæ quæ nascuntur in tectis,propter sterilitatem loci, antequam ad iustã magnitudinem perueniant,& fructum aliquem ferant,arescunt,siccantur impius de medio tollitur, & immatura morte præcaue extinguit. Fiam.ibi.

a. Cogitemus q̃ multis obnoxij sum? peccatis,& tentationibus & incertis. Sed quid de occultis dico? Si manifestorũ pœnas à nobis exigis,quis habebimus venias? Si in orationibus corpore distrahimur, vel in ieiunijs negligentiam: & quod autẽ ipsum constituimus,non tanctũ ipũ impendimus hominem,quantũ magistratibus milites, nec quantũ amicis amici? Chrys.ad po. Antioche.homil.11.

a. Optimũ enim sacrificiũ deo cor contribulatũ. Non ergo cor secundis rebus efferendum est,sed deiectum intra mansuetudinis fines humilitate cohibendũ. Hilarius ibidem.

a. Erat quidem ipse Dauid mansuetus,sicut eum indicat atq; cõmendat scriptura diuina,& ita mansuetus, vt nec persecutori suo Saul malũ pro malo reddiderit. Seruauit autẽ erga eũ tantam humilitatem, vt illum regem fateretur,se autem canem. Aug.ibid.

b. Ephratha ipsa est Bethlehem, vbi primũ ecclesia est audita.i. in qua Christus natus est,& primo visus. In hac & Rachel Iacob dilecta quieuit,quæ typum gessit ecclesiæ. Hier.ibid.

c. Hoc deo patri dictũ est ab ecclesia supplicante vt memineris promissionum tuarum in domum Dauid, ne omne Israeliticum genus pereat propter factum impiorũ,qui licet receperint & recipiãt quod merentur multa tamen ex ipsis milia infidelitata sunt per fidem. Pro per.ibidem.

d. Significat se nõ amplius mutaturum locum,sed vates sanctus cum hæc scriberet, oculis mẽtis cælestem Sionẽ intuebatur.i. ecclesiam Christi, in qua deus libi perpetuum collocauit conuictũ. Hilar.ib.

a. Id est in diuino timore vno eodemque cõsensu, vt sub eadẽ fide ac religione viuentes vnũ ecclesiæ corpus per cõsentanea eadem cõfessionis membra faciam⁹, &c. Euseb. Emis. de eodem Psal.132. exhortatio.

a. Modo dicite mihi, quid cõmissis nisi in vnum vos qui fratres nominamini, nisi offenditis vnde omnes fratres essẽt⁹. De vno,inquit, potest Christo,fide vna matre ecclesia. Nũc ergo quia in vnum cõuenistis omnes bõdicite dñm. Arno.ibi.

a. Non incongruũ aliquid facitis laudando serui dominum. Et ũ semper teneat⁹ summodo effectis, debetis laudare dominũ, quo magis debetis laudare dominũ seruꝰ, vt esse meeamini & hiis? Aug.ibi.

lite nomini eius quoniam suaue.[4] Quoniã Iacob elegit sibi dominus, Israel in possessionem sibi.[5] Quia ego cognoui q̃ magnus est dominus,& deus noster præ omnibus diis.[b6] Omnia quæcunq; voluit dominus fecit in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyssis.†[7] Educẽs nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiã fecit.[8] Qui ꝓduxit vẽtos de thesauris suis,†qui percussit primogenita Ægypti ab homine vsq; ad pecus.[c9] Et misit signa & prodigia in medio tui Ægypte,in Pharaonẽ & in omnes seruos eius.†[10] Qui percussit gẽtes multas,& occidit Reges fortes.[11] Sehõ Regẽ Amorrhæorũ,& Og Regẽ Basan,& omnia regna Chanaan.†[12] Et dedit terram eorũ hereditatem,hæreditatẽ Israel populo suo.[13] Domine nomen tuũ in æternum, domine memoriale tuũ in generatione & generationem.[14] Quia iudicabit dominus populũ suũ,& in seruis suis deprecabitur.†[15] Simulachra gentiũ argentũ & aurũ,opera manuum hominũ.†[16] Os habent & nõ loquentur,oculos habent & nõ videbũt.[17] Aures habent & nõ audient:[d] neq; enim est spiritus in ore ipsorũ.[18] Similes illis fiãt qui faciunt ea, & omnes qui cõfidunt in eis.[19] Domus Israel benedicite domino,domus Aarõ benedicite domino.[20] Domus Leui benedicite domino: qui timetis dominũ, benedicite domino.[21] Benedictus dominus ex Sion,qui habitat in Ierusalem.

Alleluia. Alleluia. CXXXV.

COnfitemini[a] domino quoniã bonus, quoniam in æternũ misericordia eius.[2] Confitemini deo deorũ,quoniam in æternum misericordia eius.[3] Confitemini domino dominorum,quoniam in æternũ misericordia eius.[4] Qui facit mirabilia magna solus,quoniam in ęternum misericordia eius.†[5] Qui fecit cœlos in intellectu,quoniam in æternũ misericordia eius.[6] Qui firmauit terram super aquas, quoniam in.[7] Qui fecit luminaria magna,quoniam in.[8] Solem in in potestatem diei, quoniam in.†[9] Lunam & stellas in potestatem noctis,quoniam in æt.†[b10] Qui percussit Ægyptum cum primogenitis eorum,quoniam in ęter.†[11] Qui eduxit Israel de medio eorum, quoniam in æter.[12] In manu potenti & brachio excelso, quoniam in æter.[13] Qui diuisit mare Rubrũ in diuisiones,quoniam in æter.[14] Et eduxit Israel per medium eius,quoniam in æter.†[15] Et excussit Pharaonem & virtutem eius in mari Rubro, quoniam in æter.[16] Qui transduxit populum suum per desertum, quoniam in æter.†[c17] Qui percussit Reges magnos:quoniam in æter.[18] Et occidit Reges fortes,quoniam in æter.[19] Sehon Regem Amorrhæorum, quoniam in æter.†[20] Et Og Regem Basan,quoniam in æter.†[21] Et dedit terram eorum hæreditatem, quoniã in.[22] Hæreditatem Israel seruo suo,quoniam in æter.[23] Quia in humilitate nostra memor fui nostri,quoniam in æternum.[24] Et redemit nos ab inimicis nostris, quoniam in æter.[25] Qui dat escam omni carni,quoniam in æter.[26] Confitemini deo cœli,quoniam in æter.[27] Confitemini domino dominorum, quoniam in ęternum misericordia eius.

Alleluia. CXXXVI.

SVper[a] † flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion.[2] In salicibus in medio eius, suspendimus organa nostra.[3] Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos, verba cantionum.[4] Et qui abduxerunt nos,hymnum cantate nobis de canticis Sion.[5] Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena?†[6] Si oblitus fuero tui Hierusalẽ, obliuioni detur dextera mea.[7] Adhæreat lingua mea faucibus meis,si non meminero tui.[8] Si non proposuero Ierusalem,in principio lætitiæ meæ.[9] Memor esto domine filiorum Ædom,in die Ierusalem.[10] Qui dicunt,exinanite exinanite,vsque ad fundamẽtum in ea.†[11] Filia Babylonis misera:beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis.†[12] Beatus qui tenebit,& allidet paruulos suos ad petram.

Psalmus Dauid. CXXXVII.

CONfitebor † tibi domine in toto corde meo, quoniam audisti verba oris mei.[2] In conspectu angelorum psallam tibi,adorabo ad templum sanctum tuum,& confitebor nomini tuo.[3] Super misericordia tua & veritate tua,quoniam magnifica-

b. Soli deo cõuenit omnia facere quę velit.Sola cum perficit,virtus in nullo impeditur quo minus quod velit & faciat,& ex eo quę omnia sunt,nihil difficultatis occurrit. Hilarius ibid.

c. Nihil habent boni⁹ significationis eorũ nomina,in quos ira sui domini⁹ effunditur. Nam & Phare dissipationem,& Aegyptus afflictionẽ sonat. A nullo regẽ habet dissipationẽ: qa illi qui a regnũ ecclesiæ, dissipari affligunt, & regi tuo suæ primam exercitione formulantur. Prosper.ibidem.

d. Reddit rationẽ apheæ & docet quomodo idola omnia sensibus careant. Et delectatus dom⁹ in eorũ accusatione atque reprehensione sermonẽ suum magis extendit. Euthymius ibid.

a. Nõ potest perire cõfessio eius qui in isto seculo sua delicta accusat. Sunt nec sine dubio pœnitẽtiæ dei, qui sui ri confessionẽ obtulerit, si quotidie accipiat cõfessionẽ nostram, quotidie sui nobis bonitate impartit. Et si nos in cõfitendo nõ deficiamus, quomodo ille in misereõ cessabit? Peccamus, negare non possumus. habemus multa peccata,sed ille non curabimus, nisi quotidie vt nobis dimittantur, dominum exoremus. Arnob.

b. Vniuersam igitur creaturam nõ vtiq; deus per aliquã creatorẽ, sed sol⁹ fecit. Cuius creaturæ quædam partes excellentiores cõmemorauit, ex quibus vniuersa cogitaremus, intelligibiles cœlos & visibilem terram. Augus. ibi.

c. Tot regna euersa sunt, tot reges extincti sunt & horum rãtum sit memoria? Fit quidem secundum generosam eorũdem paucorũ memoria ex plurib⁹, sed hi cũ rãm memorentur, in quib⁹ quamuis res gesta cognoscerẽtur, tamen per conditiones virtutesq; nominũ spiritualis in his esset contuio lectoris. Hilari⁹ ibi.

a. Captiui enim cum essent ludæi in Babylone, exercitatis mœnia commonstrãtur, atque ideo secum fluminum ripas sæpe numero incedentes, primum inter se cũ fletu lamentabãtur. Consilio autem diuino factũ est, vt postqua bona illa despexissent ludæi quę habebant in manibus, inuiti deciderent ab eis, vt rursus ad eorũ desiderium commoueretur. Euthy.ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sti super omne nomen [a] sanctum tuum. † [4] In quacunque die inuocauero te, exaudi me:multiplicabis in anima mea mea virtutem. [b] [5] Confiteãtur tibi domine omnes reges terræ, quia audierunt verba oris tui. [6] Et cantent in viis domini, quoniam magna est gloria domini. [7] Quoniam excelsus dominus & humilia respicit, & alta à longe cognoscit. [8] Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me, & super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, & saluum me fecit dextera tua. [9] Dominus retribuet pro me, domine misericordia tua in seculum: opera manuum tuarũ ne despicias.

† Supr. 101.

a. Verbum vel filium tuum sanctum.
b. Omnes huiusmodi reges exurgent ut ad celebrandum angelicum nomen tuum conuocentur: quum audierint quam benigna quamque prolixe mihi promiseris quæ pro tua misericordia mihi promisisti. Flamin. ibid.

In finem Psalmus Dauid. CXXXVIII.

DOmine [a] probasti me & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. [2] Intellexisti cogitationes meas de longe, semitã meã & funiculum meum inuestigasti. [3] Et omnes vias meas præuidisti, quia non est sermo in lingua mea. [4] Ecce domine tu cognouisti [b] omnia nouissima & antiqua: tu formasti me, & posuisti super me manũ tuam. [5] Mirabilis facta est scientia tua [c] ex me, confortata est & non potero ad eam. [d] [6] Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? † [7] Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernũ, ades. [8] Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris: [9] Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. [10] Et dixi forsitan tenebræ conculcabunt me, & nox illuminatio mea in deliciis meis. [11] Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur: [e] sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. [12] Quia tu possedisti renes meos, suscepisti me de vtero matris meæ. [13] Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis. [14] Non est occultatum os meum à te quod fecisti in occulto, & substantia mea in inferioribus terræ. † [15] Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur: dies formabuntur, & nemo in eis. [16] Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus, nimis confortatus est principatus eorum. [17] Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur: exurrexi & adhuc sum tecum. [18] Si occideris deus peccatores, viri sanguinum declinate à me. [19] Quia dicitis in cogitatione, accipiant in vanitate ciuitates suas. † [f] [20] Nónne qui oderunt te domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam? [21] Perfecto odio oderã illos, inimici facti sunt mihi. [22] Proba me deus & scito cor meum, interroga me & cognosce semitas meas. [23] Et vide si via iniquitatis in me est, & deduc me in via æterna.

a. Dicet hoc ipse dominus Iesus Christus, dicat & dominus pater. Non enim dominatur eius pater, nisi quia dignatus est nasci: secundum carnem pater est dei, dominus hominis. Augustinus ibid.
b. Diuina maiestas aliter electis fatis, aliter adest reprobis. Adest enim reprobis potentia naturæ incomprehensibilis, qua omnia cognoscit nouissima & antiqua, intelligit cogitationes eorum. Beda sexto Psalmi.
c. Hoc est, ex constitutione mea vel nostra. Damasc. lib. 2. cap. 30.
d. Quoniam fugit homo? tu terram. Sed dominus est terra, & plenitudo eius. Si ad infernum, ades. Si in cœlum, thalbus es. Si in mare, & illic, inquit, tenebit me dextera tua. Sed tale est peccatum, quod adignorantiam nullam nostram redigit animam. Chrysost. de pœnitentia homil. 1.
e. In scriptura sacra nõnunquã lucis appellatione aspiritus, nocte autem nomine aduersitatis huius mũdi designatur. Vnde bene dicit propheta: Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Ac si apertè dicat: Sicut intentionis nostræ fortitudinẽ eius retitudo premunit, ita hanc nec blanda corrumpit Gregor. Moral. libr. 5. cap. 3.
f. Perfectũ in dominum diligitis nil, non amare quod nouit amat, & ipsos inimicos deo se odio habere, vt pranitas eorum odiendo se putant ꝙ natura: quia aliud est in illis quod ipse fecit, aliud quod creator illitum. Prosper ibi.
a. Quamuis hic psalmus de Christo & proditore ac ceteris persecutoribus eius intelligatur, tamen ad quemcunque quisque mundi credentium precem pertinet. Omnes enim insidias quascunque nobis spiritales nequitiæ præmeditantur, maxime per homines aptantur & occasiones vitæ nostræ peruersi ad subministrant. In hoc nos iniquus exagitat, in antichristo aduersarium & insidiatorem nobis terror impellitur: in his denique facultas fraudis ad præbenda loci inuitat. Hilarius ibid.
b. Hoc est, incõmenti, garrulus, nugax, immodestus, aut etiam tumultuosus vir nõ coronabatur: quinimo conteritur, ait, in præceps deferetur. Prosper Mart. ibi.
a. Quoniam vir sanctus in exilium pulsus a Saule non poterat interesse sacrificiis quæ fiebant in templo, loco charis & hostiarum dedicat deo sanctas preces. Flaminius.
b. Hoc ergo postulat propheta, vt omne quod loquitur, non sit otiosum, sed fandum, & dignum deo. Hier. ibid.

excusationes in peccatis. [f] Cum hominibus operantibus iniquitatem, & non cõmunicabo cum electis eorum. [c] [6] Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris nõ impinguet caput meũ. [7] Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum, absorpti sunt iuncti petræ iudices eorũ. [8] Audient verba mea, quoniam potuerũt: sicut crassitudo terræ erupta est super terram. [9] Dissipata sunt ossa nostra secus infernum, quia ad te domine, domine oculi mei: in te speraui, non auferas animam meam. [10] Custodi me à laqueo quem statuerunt mihi, & à scandalis operantium iniquitatem. [11] Cadent in retiaculo eius peccatores, singulariter sum ego donec transeam.

c. Præsta mihi corruptionẽ tuam, vt sit iustus mihi imperans, cuius meus error corrigatur exemplo. Incõparabile donũ dei est, quãdo nobis quicunque super faciem terræ, iustus ostenditur. Arnob.

Intellectus Dauid, cum esset in spelunca orans. CXLI.

VOce mea ad dominum clamaui, voce mea ad dominũ deprecatus sum. [a] [2] Effundo in conspectu eius orationẽ meam, & tribulationem meam ante ipsum pronuntio. [3] In deficiendo ex me spiritum meum, & tu cognouisti semitas meas. [4] In via hac qua ambulabam, † absconderunt laqueũ mihi. [5] Considerabam ad dexteram & videbam, & non erat qui cognosceret me. [6] Periit fuga à me, & non est qui requirat animam meam. [7] Clamaui ad te domine, dixi, tu es spes mea: portio mea in terra viuentium. [8] Intende ad deprecationem meam, quia humiliatus sum nimis. [b] [9] Libera me à persequentibus me, quia confortati sunt super me. [10] Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo: me expectant iusti, donec retribuas mihi.

a. Id est, secreto cordis, qũ solus deus audit & videt, in quo cubiculo iubemur orare, ne penetralia nostra pateant rencatori. Duo quippe sunt quibus maxime hominis interiora pulsantur, amor scilicet, & timor: quibus geminis motibus animus aut aperitur, aut claditur. Sed cũ terrenũ est qd cupit aut timet, diabolo præbet introitũ: cõ autẽ quæ sursum sunt sapit, nõ quæ super terrã, deo recipitur, & tentator excluditur. Prosper ibidem.
b. Tenent me peccata mea, & iugum suũ posuerunt super me peccata mea principes vicorum & criminũ. Tu libera me à persequentibus me, quoniã cõfortati sunt super me: & educ de carcere animã meam. Arnob. ibi.

Psalmus Dauid, quando persequebatur eum filius suus. CXLII.

DOmine † [a] exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua, exaudi me in tuã iustitia. [b] [2] Et nõ intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuẽs. [3] Quia persecutus est inimicus animam meam, humiliauit in terra vitam meã. [c] [4] Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi, & anxiatus est super me spiritus meus: in me turbatum est cor meum. [5] Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar. [6] Expandi manus meas ad te, anima mea sicut terra sine aqua tibi. [7] Velociter exaudi me domine, defecit spiritus meus. [8] Non auertas faciem tuam à me, [d] & similis ero descendentibus in lacum. [9] Auditam fac mihi mane misericordiam tuam, quia in te speraui. [10] Notam fac mihi viam in qua ambulem, quia ad te leuaui animam meam. [11] Eripe me de inimicis meis domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia deus meus es tu. [12] Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, propter nomen tuum domine viuificabis me in æquitate tua. [13] Educes de tribulatione animam meam, & in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos. [14] Et perdes omnes qui tribulãt animam meam quoniam ego seruus tuus sum.

a. Fulg. ad Monimum lib. 1. c. Ita vocat speluncas & latebras, in quas se abdebat metu Saulis. Mortuos vero seculi appellat eos, qui iam prudem mortem obierunt. Flami. ibi.
b. Sciebat enim cunctos patri retinẽdos punitionis vinculo, nisi deus in quibus vellet misericordiã fecisse, superexcitaret iudicio. Fulg. ad Monimum lib. 1.
c. Ita vocat spelunças & latebras, in quas se abdebat meta Saulis. Mortuos vero seculi appellat eos, qui iam prudem mortem obierunt. Flami. ibi.
d. Lacum, pœnalẽ inferorũ locum scriptura cõmemorat, vt in his psalmis ait: Tu domine abstraxisti ab infero animã meã, seruasti me à descẽdentibus in lacũ. Ergo nisi facies des qui veniet, Christus est, qui imago dei inuisibilis est, veniens, sancto affuerit, erit illi similis qui pœne inferne deputatã è vita sine spe quietis excellerint. Hilarius ibi.

Psalmus Dauid aduersus Goliam. CXLIII.

BEnedictus † [a] dominus deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellũ. [2] Misericordia mea & refugium meũ, susceptor meus & liberator meus. [3] Protector meus, & in ipso speraui: qui subdit populũ meũ sub me. [4] Domine quid est homo, quia innotuisti ei, aut filius hominis quia reputas eum? † [5] Homo vanitati similis factus est, † dies eius sicut vmbra prætereũt. [6] Domine inclina cœlos tuos & descẽde: [b] tange mõtes, & fumigabũt. [7] Fulgura coruscationẽ & dissipabis eos: emitte sagittas tuas, & cõturbabis eos. [8] Emitte manũ tuã de alto, eripe me & libera me de aquis multis, & de manu filiorũ alienorum. [9] Quorum os locutũ est vanitatẽ, & dextera eorũ dextera iniquitatis. [10] Deus canticũ nouum cantabo tibi, in psalterio decachordo psallam tibi. [11] Qui das salutem regibus, qui redemisti Dauid seruum tuum, [c] de gladio maligno eripe me. [12] Et erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutũ est vanitatẽ, & dextera eorum dextera iniquitatis. [13] Quorum filij sicut nouellæ plantationes, in iuuentute sua. [14] Filiæ eorum compositæ, circumornatæ vt similitudo templi. [15] Promptuaria eorũ plena, eructantia ex hoc in illud. [16] Oues eorum fœtosæ, abundantes in gressibus suis: boues eorum crassæ. [17] Non

a. Laudandus deus est, qui manus & digitos meos in acie prosperat, & in bello, & qui mihi tribuit vt hostes superẽ, & præclara huiusmodi erigã trophæa. Barby ibi.
b. Illud autẽ arbitror significare quòd omnis similacherorũ cultus sit incẽdendus ac delendus: qui apud antiquos maximè in montibus frequentabatur, maximè eos apud Iudæos, qui in omni monte excelso ad imitationẽ cæterarũ gentium simulachra colebant. Euseb. de demonstra. lib. 8. cap. 9.
c. Nõ sufficit vt de gladio diceret, nisi adderet & malignos quia est sine dubio bonigenus, de quo dominus dicit: Nolo veni pacem mittere in terram, sed gladiũ. Malignus ergo est, qui lesparat Christo benigno, qui abscindit à mũdo Prosper. ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est ruina maceriæ,neque transitus,neque clamor in plateis eorum.[18] Beatum dixerũt populum cui hæc sunt,beatus populus cuius dominus deus eius.

Laudatio ipsi Dauid. CXLIIII.

EXaltabo[a] † te deus meus Rex,& benedicam nomini tuo in seculum, & in seculum seculi. [2] Per singulos dies benedicam tibi, & laudabo nomen tuum in seculum,& in seculum seculi. [3] Magnus dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. [4] Generatio & generatio laudabit opera tua,& potentia tuam pronuntiabunt. [5] Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur, & mirabilia tua narrabunt. [6] Et virtutem terribilium tuorum dicent: & magnitudinem tuam narrabunt. [7] Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt,& iustitia tua exultabunt. [8] Miserator & misericors dominus,patiens & multum misericors. [9] Suauis dominus vniuersis,& miserationes eius super omnia opera eius. [10] Confiteantur tibi domine omnia opera tua,& sancti tui benedicant tibi. [11] Gloriam regni tui dicent,& potentiam tuam loquentur. [12] Vt notam faciant filiis hominum potentiam tuam,& gloriam magnificentię regni tui.[b] [13] Regnum tuum,regnum omnium seculorum:& dominatio tua in omni generatione & generationem. [14] Fidelis dominus in omnibus verbis suis,& sanctus in omnibus operibus suis. [c] [15] Alleuat dominus omnes qui corruunt,& erigit omnes elisos. [16] Oculi omnium in te sperant domine, & tu das escam illorum in tempore opportuno. [17] Aperis tu manum tuã, & imples omne animal benedictione. [18] Iustus dominus in omnibus viis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. [19] Prope est dominus omnibus inuocantibus eum,[d] omnibus inuocantibus eum in veritate. [20] Voluntatem timentium se faciet,& deprecationem eorum exaudiet:& saluos faciet eos. [21] Custodit dominus omnes diligentes se, & omnes peccatores disperdet. [22] Laudationem domini loquetur os meum: & benedicat omnis caro nomini sancto eius in seculum,& in seculum seculi.

Alleluia. CLXV.

LAuda[a] † anima mea dominum, laudabo dominum in vita mea, psallam deo meo quandiu fuero. [2] Nolite confidere in principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus. [3] Exibit spiritus eius,& reuertetur in terram suam:in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. [4] Beatus cuius deus Iacob adiutor eius,spes eius in domino deo ipsius,† qui fecit cœlum & terrã,mare & omnia quæ in eis sunt. † [5] Qui custodit veritatem in seculum,facit iudicium iniuriam patientibus, dat escã esurientibus. [6] Dominus soluit compeditos, dominus illuminat cæcos. [7] Dominus erigit elisos,dominus diligit iustos. [8] Dominus custodit aduenas pupillum & viduã suscipiet:& vias peccatorum disperdet. [9] Regnabit dominus in secula,deus tuus Sion in generatione & generationem.

Alleluia. CXLVI.

LAudate dominum quoniã bonus est psalmus,[a] deo nostro sit iucunda decoráque laudatio. [2] Ædificans Ierusalem dominus,dispersiones Israelis congregabit. [3] Qui sanat contritos corde,& alligat contritiones eorũ. [4] Qui numerat multitudinem stellarum,& omnibus eis nomina vocat. [b] [5] Magnus dominus noster, & magna virtus eius:& sapientiæ eius non est numerus. [6] Suscipiens mansuetos dominus,humilians autem peccatores vsque ad terrã. [7] Præcinite domino in confessione,psallite deo nostro in cithara. [8] Qui operit cœlũ nubibus,& parat terræ pluuiã. † [9] Qui producit in montibus fœnum,& herbam seruituti hominum. [10] Qui dat iumentis escam ipsorum,& pullis coruorum inuocantibus eum. [11] Non in fortitudine equi voluntatem habebit,nec in tibiis viri beneplacitum erit ei. [12] Beneplacitum est domino super timentes eum,& in eis qui sperant super misericordia eius.

Alleluia Aggæi & Zachariæ. CXLVII.

LAuda[a] Ierusalem dominũ,lauda deũ tuum Sion. [2] Quoniam confortauit seras portarum tuarũ, benedixit filiis tuis in te. [3] Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te. [4] Qui emittit eloquiũ suum terræ,velociter currit sermo

[a] Multi deum per ea quæ in operibus iuuenerãt,& ad cognitionem nostram fabricatis sunt subiecti, magnificauerunt, sed pauci sunt, qui regẽ sibi futurum vitæ credere dũ audent curam negẽ humanorum operũ deo esse, aut ad confolandam eorũ qui impiè egerant conscientiam, presumpra animi & corporis abolitione, vtilune diuinum in bonos & malos cõtributum esse iudicium. Hilarius ibid.

[b] Quare si nullum est tempus quod in omnibus seculis non contineatur, & verbum in omnibus seculis regnet, non erat cerne tempus, quando filius non erat. Cyrill. Turtian. contra hæretic. cap 1.

[c] Nemo nisi dei gratia erigitur, quam nisi illius gratia stabilitur. Deus ergo voluntas est vt ea bona velimus, quæ prius quam deleget, nemini defert, & multos deserto rest sæpe conuertit. Prosp. Respõso ad obiectio. Vincentia. obiect. 3.

[d] Inuocat quippe dominũ in veritate, qui hoc quod orando dicunt, viuendo nõ contradicunt. Inuocat dominum in veritate, qui suas ei preces obtauit, primò iusta diuus implere fagaces: qui dicturi sunt ei in oratione: Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Beda in Lucam.

[a] Lau la anima nostra dominũ, quando opera nostra in dei laudibus exercẽtur & laudamus dominũ in vita nostra, id est in moribus nostris. Psallemus ergo deo nostro quandiu in illo corpore sumus, non cõsidentes in hominibus, qui hodie dominantur, & vera sepeliuntur: quia exit ab eis spiritus, & reuertetur in terram de qua sumpti sunt, ex ipsa die peribunt cogitationes eorum. Arnobius. ibid.

[a] Iucũda ac fructifera reputatur laudatio nostra, atque ab eo benignè suscipitur, hoc autem fit, quando qui deum laudat, vitam vsque virtutes præstat. Bathymius ibid.

[b] Multa in terra magna sunt, & multarum nararum magna virtus est, sed in comparationem dei nihil vere magnum, nihil verè dicitur potens: cui in illo vera est magnitudo, & magna virtus. Vnius ergo excellentia habens limites, & omnium motum sibi possibilem natura quoque subiecit. Prosper. ibid.

[a] Ierusalem visio pacis, sive speculatio interpretatur. Vbicunque visio pacis est, ibi contemplatio dei, ibi laus dei sit. Laudat ergo ecclesia dominum, quando cernit in illum credere, & habere pacem. Hieron. ibid.

sermo eius.[5] Qui dat niuem sicut lanam,nebulam sicut cinerem spargit. [6] Mittit crystallum suum sicut buccellas,ante faciem frigoris eius quis sustinebit? [7] Emittet verbum suum & liquefaciet ea,flabit spiritus eius & fluent aquæ. [8] Qui annuntiat verbũ suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israel. [9] Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Alleluia.

Alleluia. CXLVIII.

LAudate[a] dominum de cœlis, laudate eum in excelsis. [2] Laudate eum omnes angeli eius,laudate eum omnes virtutes eius. [3] Laudate eum sol & luna,laudate eum omnes stellæ & lumen. † [4] Laudate eum cœli cœlorum: & aquæ quæ super cœlos sunt,laudent nomen domini. † [b] [5] Quia ipse dixit & facta sunt,ipse mandauit,& creata sunt. [6] Statuit ea in æternum & in seculum seculi:præceptum posuit & non præteribit. [c] [7] Laudate dominũ de terra dracones, & omnes abyssi. [8] Ignis grando,nix,glacies,spiritus procellarum,quæ faciunt verbũ eius. [9] Montes & omnes colles,ligna fructifera & omnes cedri. [10] Bestiæ & vniuersa pecora, serpẽtes & volucres pennatæ. [11] Reges terrę & omnes populi,principes & omnes iudices terræ. [12] Iuuenes & virgines,senes cum iunioribus laudent nomen domini:quia exaltatum est nomen eius solius. [13] Confessio eius super cœlum & terram, & exaltauit cornu populi sui. [14] Hymnus omnibus sanctis eius,filiis Israel populo appropinquanti sibi.

Alleluia. CXLIX.

CAntate[a] domino cãticum nouum, laus eius in ecclesia sanctorum. [2] Lætetur Israel in eo qui fecit eũ,& filiæ Sion exultent in Rege suo. † [3] Laudent nomẽ eius in choro,in tympano & psalterio psallãt ei. [4] Quia beneplacitum est domino in populo suo,& exaltabit mãsuetos in salutẽ. [5] Exultabunt sancti in gloria,lætabuntur in cubilibus suis. [6] Exultationes dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum. [7] Ad faciendam vindictam in nationibus increpationes in populis. [8] Ad alligandos reges eorum in compedibus,& nobiles eorũ in manicis ferreis. [9] Vt faciant in eis iudicium conscriptum, gloria hæc est omnibus sanctis eius. Alleluia.

Alleluia. CL.

LAudate[a] † dominum in sanctis eius,laudate eũ in firmamento virtutis eius. [2] Laudate eum in virtutibus eius,laudate eum secundũ multitudinẽ magnitudinis eius. [3] Laudate eum in sono tubę,laudate eum in psalterio & cithara. [4] Laudate eum in tympano & choro,laudate eum in chordis & organo. [5] Laudate eũ in cymbalis benesonãtibus,laudate eum in cymbalis iubilationis,omnis spiritus laudet dominum. Alleluia.

Finis Psalterij.

[a] Cũ vtrunque inuitas creaturam, & quæ iuxtim est, & quæ toto sensibile aspectu intelligibilem compositionis arqueinconspicui, quæ supra cælos est, atq; sub cælo, & ea vtraque clausula constituit, nequaquam inuitauit peccatorem Chry. cum esses presbyter dãnatus homil. 10

[b] Quæramus in condictione vniuersæ fabricæ, quo seminario vsus ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt: quoniam nulla obsequitur materiæ substantia operis sui sine potestia conditoris. Eusseb. Emise. de natiuit. do. ho. 2.

[c] Nihil enim tam videtur casibus volui, quam omnes istæ procellosæ ac turbulentæ qualitates, quibus ecclesiasticus inferioris, quod nobis immerito etiam terrenis nomine deputatum est, famen vertitur & variatur. Augu. de Gen. ad lit. lib 1. cap 21.

[a] Canemus domino cãticum nouum, quando in nouitate vitæ imitamur in ecclesia sanctorum, & exemplo vitæ ac morum nostrorum ædificationem dominicæ cõgregationi exhibemus, ne antea nouis gloria mundi, neque in diuitiis iactari, sed in eo quo nos facto dõ nascecemur. Arnobius ibi.

[a] Vide, quo fine liber concludatur, & qua ratione seminatur, agnosce. Habuit de gratiarum actione principium, & terminum de gratiarum actione sortitur. Ita enim decet, sic conuenit, deum benedictione semper & operum & orationũ principia finesque munire. Chrysost. in Psal. 150.

[a] Multi sunt qui ante me in hoc opere laborauerunt, & ad explanandum diuinæ legis volumen, ingenia sua studiumque contulerunt, quorum ego nec numerum scio, nec nomina, quia nec in manus meas aliquorum libri pervenerunt. Origen. in Psal. 1.

[b] Quia ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. Statuit ea in æternum & in seculum seculi: præceptum posuit & non præteribit. Laudate dominũ de terra dracones, & omnes abyssi. Ignis grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbũ eius. Montes & omnes colles, ligna fructifera & omnes cedri. Bestiæ & vniuersa pecora, serpẽtes & volucres pennatæ. Reges terrę & omnes populi, principes & omnes iudices terræ. Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus laudent nomen domini: quia exaltatum est nomen eius solius. Confessio eius super cœlum & terram, & exaltauit cornu populi sui. Hymnus omnibus sanctis eius, filiis Israel populo appropinquanti sibi. Origen. in Psal. 148.

[c] Statuit ea in æternum & in seculum seculi: præceptum posuit & non præteribit. Laudate dominũ de terra dracones, & omnes abyssi. Ignis grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbũ eius. Origen. in Psal. 148.

Finis Psalterij.

EPISTOLA SANCTI HIERONYMI PRESBYteri ad Chromatium & Heliodorum Episcopos de libris Salomonis.

IVngat Epistola, quos iungit sacerdotium: imò charta non diuidat, quos Christi nectit amor. Commentarios in Hosee, Amos, & Zachariam, Malachiam quoque poscitis, Scripsissem, si licuisset præ valetudine. Mittitis solatia sumptuũ: notarios nostros & librarios sustentatis, vt vobis potissimùm nostrum desudet ingenium. Et ecce ex latere frequens turba duersa poscentiũ, quasi aut æquum sit me vobis esurientibus, aliis laborare: aut in ratione dati & accepti cuiquã præter vos obnoxius sim. Itaque longa ægrotatione fractus, ne penitus hoc anno reticerem, & apud vos mutus essem, tridui opus nomini vestro consecraui, interpretationem videlicet trium Salomonis voluminum: Misle, quod Hebræi Parabolas, vulgata autem editio Prouerbia vocat. Coheleth, quẽ Græcè Ecclesiasten, Latinè concionatorẽ possumus dicere. Sir hasirim, quod in linguã nostrã vertitur Canticũ canticorum. Fertur & panaretos Iesu filij Sirach liber, & alius Pseudepigraphus, qui Sapientia Salomonis inscribitur. Quorum priorem Hebraicum reperi, non Ecclesiasticum vt apud Latinos, sed Parabolas prænotatũ. Cui iuncti erant

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eccleſiaſtes,& Canticum canticorũ:vt ſimilitudinem Salomonis nõ ſolùm numero librorum, ſed etiam materiarũ genere coæquaret. Secundus apud Hebræos nuſquã eſt: quin & ipſe ſtylus Græcam eloquentiã redolet:& nonnulli ſcriptorum veterum, hunc eſſe Iudæi Philonis affirmant. Sicut ergo Iudith,& Tobiæ,& Machabæorum libros legit quidẽ Eccleſia, ſed eos inter canonicas ſcripturas non recipit:ſic & hæc duo volumina legit ad ædificationem plebis: non ad authoritatẽ Eccleſiaſticorum dogmatum confirmandam. Si cui ſanè Septuaginta interpretũ magis editio placet, habet eam à nobis olim emendatam. Neque enim noua ſic cudimus, vt vetera deſtruamus. Et tamen cum diligẽtiſſimè legerit, ſciat magis noſtra ſcripta intelligi, quæ non in tertium vas trãſfuſa coacuerint, ſed ſtatim de prælo puriſſimæ commendata teſtæ, ſuum ſaporem ſeruauerint.

Incipit liber Prouerbiorum,

Qui Hebraicè dicitur מִשְׁלֵי miſſe, plurale, cuius ſingulare מָשָׁל maſal, prouerbium, ſimilitudo: Græcè παροιμία, parœmiæ, vel parabolæ, παραβολαί.

Sapientia patris in ſui affectum filium inuitat, vias peccatorum ſequi prohibet, ad ſuum hortatur amplexum, & contemptoribus ſuis comminatur exitium. *Caput I.*

a Sicut prouerbia quaſi rudis inſtitutio ad duodecim tribus Iſrael pertinent, & quomodo contẽptus mundi non niſi metropolitis cõuenit, hoc eſt habitatoribꝰ Ieruſalem. Hieron. in 1. cã. Eccleſiaſt.
b. Abſtruſiores ſacræ ſcripturæ ſententias, quibus ad perfectiora proficiãt, quas ſolercer intelligere curent. Idem in primum cap. Prouerb.
c. Simplicibus, & qui ſunt facilius decipibiles, & in malum propenſiores: quibus aſtutia neceſſaria eſt, ne fraudibus falſorũ argumẽtorum abducantur à veritate. Beda ibid.
d. Fundamẽtũ veræ & præcipua ſcientiæ eſt timor domini. Vbi enim eſt timor, ibi & mãdatorum obſeruatio, vbi autem obſeruatio mandatorum, ibi & mitidtia, ibi & ſplendor. Euthy. in pſal. 110.
e. Ad malũ blandientes incitauerint. Habent ergo & lac & eſcas peccatores, ſuũ quidẽ, ſed venenoſum, & mortiferum. Bernardus Epiſto. 78.
f. Cuiuſcunque quod habet alas. Facile enim laqueos qui in terra ſtẽdũtur cauet, qui pẽnis virtutum ſubuehitur, cõuerſationem habet in cœlis. Hiero. ibidem.
g. Simplicitatem ſenſu tardiores, qui infantium & ſtultorum ſimplicitatem & ignorantiam cõmoſtrẽdo diligitis. Idẽ ibid.

DArabolæ [a] Salomonis, filij Dauid regis Iſrael: [2] ad ſciendam A
ſapientiam & diſciplinam, ad intelligenda [b] verba prudentiæ,[3] & ſuſcipiẽdam eruditionem doctrinæ, iuſtitiam, & iudicium, & æquitatem:[4] Vt detur [c] paruulis aſtutia, & adoleſcenti ſcientia, & intellectus. [5] Audiens ſapiens, ſapientior erit: & intelligens, gubernacula poſſidebit. [6] Animaduertet parabolam & interpretationem, verba ſapientũ, & ænigmata eorum.† [d 7] Timor domini, principium ſapiẽtiæ. Sapientiam atque doctrinam ſtulti deſpiciunt. [8] Audi fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuę,[9] vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.† [10] Fili mi, ſi te [e] lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis. [11] Si dixerint: veni nobiſcum, inſidiemur ſanguini, abſcõdamus tenicula contra inſontem fruſtra, [12] deglutiamus eum ſicut infernus viuentem, & integrũ quaſi deſcendentem in lacum:[13] omnem pretioſam ſubſtantiam reperiemus, implebimus domos noſtras ſpoliis: [14] ſortem mitte nobiſcum, marſupium ſit vnum omnium noſtrum:[15] fili mi ne ambules cum eis. Prohibe pedem tuum à ſemitis eorum. † [16] Pedes enim illorũ ad malum currunt, & feſtinant vt effundant ſanguinem. [17] Frustra autem iacitur rete ante oculos [f] pennatorum. [18] Ipſi quoque contra ſanguinem ſuum inſidiantur, & moliuntur fraudes cõtra animas ſuas. [19] Sic ſemitæ omnis auari, animas poſſidentium rapiunt.† [20] Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem ſuã. [21] In capite turbarum clamitat, in foribus portarum vrbis profert verba, ſua dicens: [22] Vſquequo paruuli diligitis [g] infantiam, & ſtulti ea quæ ſibi ſunt noxia cupient, & imprudentes odibunt ſciẽtiam? [23] Conuertimini ad correptionem meam. En proferã vobis ſpiritum meum, & oſtendam vobis verba mea.† [24] Quia vocaui, & renuiſtis: extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret. [25] Deſpexiſtis omne conſilium meũ, & increpationes meas neglexiſtis: [26] Ego quoq; in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo cum vobis id quod timebatis aduenerit. [27] Cum irruerit repentina calamitas, & interitus quaſi tempeſtas ingruerit, quando venerit ſuper vos tribulatio & anguſtia. [28] Tunc inuocabunt me, & non exaudiã: mane conſurgent, & nõ inuenient me: [29] eo quòd exoſam habuerint diſciplinã, & timorẽ domini non ſuſceperint, [30] nec acquieuerint cõſilio meo, & detraxerint vniuerſæ correptioni meæ. [31] Comedẽt igitur fructus viæ

† Pſal. 18. b Pſal. 110. d Eccle. 1. b Iſaiæ 9. c
B
† Iſaiæ 6. c Iſa. 59. b
† Iſaiæ 6. c Iſa. 28. b
C
† Iſaiæ 2. c Iſa. 61. b
† Iſa. 28. b Hiere. 7.
D

ctus viæ ſuæ, ſuiſque conſiliis ſaturabuntur. [32] Auerſio paruulorum interficiet eos, & proſperitas ſtultorũ perdet illos. [33] Qui autem me audierit, abſque terrore requieſcet, & abundantia perfruetur, timore malorum ſublato.

Sapientiæ acquiſitio quanta bona conferat, & quanta mala fugiat: cum qua dei dona veniunt, & ſine qua vbique erratur. *II.*

A
FIli mi, ſi ſuſceperis ſermones meos, & [a] mãdata mea abſconderis penes te,[2] vt a. Abſcõdit mandata dei penes ſe qui hæc audiens ſollicitus in corde recõdit, iuxta illum qui ait: In corde meo abſcondi eloquia tua, vt nõ peccem tibi, ſic dicit ibid.
audiat ſapientiam auris tua: inclina cor tuum ad cognoſcendam prudentiam. [3] Si enim ſapientiam inuocaueris, & [b] inclinaueris cor tuum prudentiæ,[4] ſi quæſieris eam quaſi pecuniam, & ſicut theſauros effoderis illam:[5] tunc [c] intelliges timorem domini, & ſcientiam dei inuenies:[6] quia dominus dat ſapientiam, & ex ore
B
eius prudentia & ſcientia. [7] Cuſtodiet rectorum ſalutem, & proteget gradientes ſimpliciter,[8] ſeruans ſemitas iuſtitiæ, & vias ſanctorum cuſtodiens. [9] Tunc intelliges iuſtitiam & iudicium, & æquitatem, & omnem ſemitam bonam.[10] Si intrauerit ſapientia cor tuum, & ſcientia animæ tuæ placuerit,[11] conſilium cuſtodiet te, & prudentia
C
ſeruabit te,[12] vt eruaris à via mala, & ab homine qui peruerſa loquitur. [13] Qui relinquunt iter rectum: & [d] ambulãt per vias tenebroſas. [14] Qui lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis. [15] Quorum viæ peruerſæ ſunt, & infames greſſus eorum.† [16] Vt eruaris à muliere aliena, & ab extranea quæ mollit ſermones ſuos,[17] &
D
relinquit [e] ducem pubertatis ſuæ, & pacti dei ſui oblita eſt. [18] Inclinata eſt enim ad mortem domus eius, & ad inferos ſemitæ ipſius.[19] Omnes qui ingrediũtur [f] ad eam, non reuertentur, nec apprehendent ſemitas vitæ. [20] Vt ambules in via bona, & calles iuſtorum cuſtodias. † [21] Qui enim recti ſunt, & habitabunt in terra, & ſimplices permanebunt in ea. [22] Impij verò de terra perdentur, & qui iniquè agunt, auferentur ex ea.

† Iſaiæ 2. a
d. Omnia luce deſtituuntur.
e. Maritum ſuum primum.
f. Poteſt per hanc mulierem hæreticorum congregatio intelligi, quæ mollit verba eloquentiæ ſuæ, & vana atque carnalia pollicetur: ad quam qui incoierit vix redibit, cum dicat Apoſtolus Hæretcum hominem poſt vnã & ſecũdam correptionem deuita, ſciẽs quia ſubuerſus eſt ad Titũ. 3. Dion. ibi.

Suſcepta ſapientia moribus pietatis in deum & proximum impletur, quos imitetur quis, & quos vitet perſuadens. *III.*

† Deut. 6. a c. 30. d
A
FIli † mi ne obliuiſcaris legis meæ, & præcepta mea cor tuũ cuſtodiat.[2] Longitudinem enim dierum, & annos vitæ & pacem apponent tibi.[3] Miſericordia & veritas te non deſerant. Circunda eas gutturi tuo, & deſcribe in tabulis cordis tui,[4] & inuenies gratiam & diſciplinam bonam coram deo & hominibus.
† Deut. 6. b. Matthæi 22. d. † Prou. 3. d. † Deut. 4. b. † Iacob. 1. c. † 1. Reg. 2. a Non
B
[5] Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. † [6] In omnibus viis tuis cogita illum, & ipſe diriget greſſus tuos. † [7] Ne ſis ſapiens apud temetipſum. Time deum, & recede à malo. Sanitas quippe erit [b] vmbilico tuo, & irrigatio oſſium tuorum. † [c 9] Honora dominum de tua ſubſtantia, & de primitiis omnium frugum tuarum da pauperibus:[10] & implebuntur horrea tua ſaturitate, & vino torcularia tua redundabunt. † [11] Diſciplinam domini fili mi, ne abiicias, nec [d] deficias cum ab eo corriperis. † [12] Quem enim diligit dominus, corripit: & quaſi pater in filio complacet ſibi.[13] Beatus homo, qui inuenit ſapientiam, & qui affluit prudẽtia.[14] Melior eſt acquiſitio eius negotiatione auri & argenti, primi & puriſſimi fructus eius.
† Iſaiæ 11. d. † Iob. 4. b. † Iacob. 1. c. † Prou. 8. a
C
[15] Pretioſior eſt cunctis opibus, & omnia quæ deſiderantur, huic non valent comparari.[16] Longitudo dierum in dextera eius, & in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria. [17] Viæ eius, viæ pulchræ, & omnes ſemitæ eius pacificæ.[18] Lignum vitæ eſt iis qui apprehenderint eam: & qui timuerit eam, beatus. [c 19] Dominus ſapientia fundauit terram, ſtabiliuit cœlos prudentia.[20] Sapientia illius eruperũt abyſſi, & nubes rore concreſcũt.
† Iſaiæ 65. d. † Iob. 26. a. † Prou. 8. a. † Eccle. 24. d.
[21] Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis. Cuſtodi legem meam atq; conſilium meum,
D
[22] & erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis,[23] Tũc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinger.[24] Si dormieris, nõ timebis: quieſces, & ſuauis erit ſomnus tuus.[25] Ne paueas repentino terrore, & irruentes tibi potentias impiorũ.[26] Dominus enim erit in latere tuo, & cuſtodiet pedẽ tuum, ne capiaris. [27] Noli prohibere benefacere eũ qui poteſt: ſi vales, & ipſe benefac.[28] Ne dicas amico tuo: Vade & reuertere, & cras dabo tibi: cũ ſtatim poſſis dare.[29] Ne moliaris amico tuo malũ, cũ ille in te habeat fiduciam.[30] Nõ contẽdas aduerſus hominem fruſtra, cum ipſe tibi nihil

a. Longitudinem dierum non per longos dies intelligimus, ſed per multos & breuiari dies, non breues dies, ſed pauci intelligendi ſunt. Chryſo. in Matt. 24. c. ho. 49.
b. Quoniam prima fomẽta recipit homo per vmbilicũ: principio igitur ſanꝰ cætera ſana erunt.
c. In omnibus bonis noſtris dei beneficia agnoſcamus. d. In omnibus afflictionibꝰ deum recordemur nos vocare ad pœnitentiam.
c. Quoniam verbo domini cœli firmati ſunt.
f. Iſta hæc enim omnia ad hominem interiorem referũtur. Baſilius in pſal. 33.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mali fecerit.† [g] 31 Ne æmuleris hominem iniustum, nec imiteris vias eius: 32 quia abominatio est domini omnis illusor, & cum simplicibus sermocinatio eius. [h] 33 Egestas à domino in domo impij, habitacula autem iustorum benedicentur. 34 Ipse deludet illusores, & mansuetis dabit gratiam. 35 Gloriam sapientes possidebũt: stultorum exultatio, ignominia.

† Psal. 36. b

Sapientia hominum corda, ora, & gressum ornans, fructum & viam suam suadens, impiorum semitam dissuadet. *IIII.*

AVdite filij disciplinam patris, & attendite, vt sciatis prudentiam. [a] 2 Donũ bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis. † [b] 3 Nam & ego filius fui patris mei, tenellus, & vnigenitus coram matre mea: 4 & docebat me, atq; dicebat: Suscipiat verba mea cor tuũ, custodi præcepta mea, & viues. 5 Posside prudentiam. Ne obliuiscaris, neq; declines à verbis oris mei. 6 Ne dimittas eam, & custodiet te: dilige eam, & conseruabit te. 7 Principium sapientiæ, posside sapientiã, [c] & in omni possessione tua acquire prudentiam. 8 Arripe illam, & exaltabit te: glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus. 9 Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta proteget te. 10 Audi fili mi, & suscipe verba mea, vt multiplicentur tibi anni vitæ. 11 Viam sapientiæ monstrabo tibi, & ducam te per semitas æquitatis: 12 quas cum ingressus fueris, [d] non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. 13 Tene disciplinam, ne dimittas eam. Custodi illam, quia illa est vita tua. 14 Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorũ via. 15 Fuge ab ea, nec transeas per illam: declina & desere eam. 16 Non enim dormiunt, nisi cum malefecerint: & non rapitur somnus ab eis, nisi supplantauerint. 17 Comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt. † 18 Iustorum autem semita quasi lux splẽdens procedit, & crescit vsq; [e] ad perfectam diem. 19 Via impiorũ tenebrosa, nesciunt vbi corruant. 20 Fili mi, ausculta sermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam. 21 Ne recedant ab oculis tuis, custodi ea in medio cordis tui. 22 Vita enim sunt inuenientibus ea, & vniuersę carni sanitas: [f] 23 Omni custodia serua cor tuũ: quia ex ipso vita procedit. 24 Remoue à te os prauum, & detrahentia labia sint procul à te. 25 Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ [g] præcedãt gressus tuos. 26 Dirige semitas pedibus tuis, & omnes viæ tuæ stabilientur. 27 Ne declines [h] ad dexteram, neq; ad sinistram. Auerte pedem tuum à malo. 28 Vias enim quæ à dextris sunt, nouit dominus: peruersæ verò sunt, quę sunt à sinistris. 29 Ipse enim rectos faciet cursus tuos, itinera autem tua in pace producet.

Cauendo sibi à meretrice, fugienda est prodiga: & proprio viuendo labore, propriæ est vxori adhærendum. *V.*

ITli [a] mi, attende sapientiam meam, & prudentiæ meæ inclina aurem tuam: [1] vt custodias cogitationes, & disciplinam labia tua conseruent. [b] 2 Ne intenderis fallaciæ mulieris. [1] Fauus enim distillans labia meretricis, & nitidius oleo gutture eius: [4] nouissima autem illius amara quasi absinthium, & lingua eius acuta quasi gladius biceps. [5] Pedes eius descẽdunt in mortem, & ad inferos gressus eius penetrãt. 6 Per semitam vitæ non ambulant: vagi sunt gressus eius, & inuestigabiles. Nunc ergo fili mi audi me, & ne recedas à verbis oris mei. [c] 8 Lõge fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribꝰ domus eius. † 9 Ne des alienis honorẽ tuũ, & ãnos tuos crudeli. 10 Ne forte impleãtur extranei viribꝰ tuis, & labores tui sint in domo aliena, 11 & gemas in nouissimis, quãdo cõsumpseris carnes tuas, & corpus tuũ, 12 & dicas: Cur detestatus sum disciplinã, & increpationibus nõ acquieuit cor meũ? 13 Nec audiui vocem docentiũ me, & magistris nõ inclinaui aurẽ meã. [d] 14 Penè fui in omni malo in medio Ecclesiæ & Synagogæ. 15 Bibe aquã de cisterna tua, & fluenta putei tui. 16 Deriuẽtur fõtes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. 17 Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui. 18 Sit vena tua bñdicta, & lętare cũ muliere adolescẽtię tuę. 19 Cerua charissima, & gratissimus hinnulus. Vbera eius inebrient te omni tẽpore, & in amore eius delectare iugiter. 20 Quare seduceris fili mi ab aliena, & foueris in sinu alterius? † [c]

Respicit

21 Respicit dominus viã hominis, & omnes gressus eius considerat. 22 Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. 23 Ipse morietur, quia non habuit disciplinam, & in multitudine stultitiæ suæ decipietur.

Pigrum excitando ad laborem schismaticum, adulterum & hæreticum arguit, eorũmque fraudes eludit. *VI.*

EIli [a] mi, † si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum animam tuã: [2] illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis sermonibus. [3] Fac ergo quod dico, fili mi, & temetipsum libera, quia incidisti in manũ proximi tui. Discurre, festina, suscita amicum tuũ. [4] Ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitẽt palpebræ tuæ. [5] Eruere quasi damula de manu, & quasi auis de insidiis aucupis. † [b] Vade ad formicã ô piger, & considera vias eius, & disce sapientiam: [7] quæ cũ non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, [8] parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat. † [9] Vsquequo piger dormies? Quãdo consurges è somno tuo? 10 Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum [c] conseres manus tuas vt dormias: [11] & veniet tibi quasi viator egestas, & pauperies quasi vir armatus. Si vero impiger fueris, veniet vt fons messis tua, & egestas lõge fugiet à te. [12] Homo apostata, vir inutilis, graditur ore puerso, [13] annuit oculis, terit pede, digito loquitur, [14] prauo corde machinatur malum, & omni tẽpore iurgia seminat. [15] Huic extẽplo veni & perditio sua, & subitò conteretur, nec habebit vltrà medicinam. [16] Sex sunt quæ odit dominꝰ, & septimum detestatur anima eius: [17] Oculos sublimes, linguam mendacẽ, manus effundentes innoxium sanguinẽ, [18] cor machinãs cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum in malũ, [19] proferentem mẽdacia testem fallacem, & eum qui seminat inter fratres discordias. [d] 20 Conserua fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ. [21] Liga eam in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo. [22] Cum ambulaueris, gradiantur tecum cum dormieris, custodiant te, & euigilans loquere cum eis. [23] Quia mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ increpatio disciplinæ, [24] vt custodiant te à muliere mala, & à blanda lingua extraneæ. [25] Nõ cõcupiscat pulchritudinẽ eius cor tuũ, ne capiaris nutibus illius. [e] 26 Pretiũ enim scorti vix est vnius panis: mulier autem viri pretiosam animam capit. [27] Nunquid potest homo abscõdere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant? [28] aut ambulare super prunas, vt non cõburantur plantæ eius? [29] Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mũdus cum tetigerit eam. [30] Non grandis est culpa cum quis furatus fuerit: furatur enim vt esurientem impleat animam: [31] deprehensus quoq; reddet septuplum, & omnem substantiam domus suæ tradet, & liberabit se: [32] qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam, [33] turpitudinem & ignominiã congregat sibi, & opprobrium illius non delebitur: [34] quia zelus & furor viri nõ parcet in die vindictæ, [35] nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptore dona plurima.

Absque sapientiæ verbis & præceptis adolescentes facilè mulierc ularum blandimentis irretiuntur. *VII.*

EIli mi, custodi sermones meos, & præcepta mea [a] recõde tibi. Fili honora dominum, & valebis: præter eum verò ne timueris alienũ. [2] Serua mandata mea, & viues: & legem meam quasi pupillam oculi tui. [3] Liga eam in digitis tuis, scribe illam in tabulis cordis tui. [4] Dic sapientiæ, Soror mea es, & prudentiam voca amicã tuã, † vt custodiat te à muliere extranea, & ab aliena quę verba sua dulcia facit. [6] De fenestra enim domus meæ per cancellos prospexi iuuenem: [7] & video paruulos. Considero vecordem iuuenẽ, [8] qui transit per plateas iuxta angulum: & prope viam domus illius graditur [9] in obscuro, aduesperascente die, in noctis tenebris, & caligine. [10] Et ecce occurrit illi mulier in ornatu meretricio, [b] præparata ad decipiẽdas animas. [11] Garrula & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis: [12] nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians. [13] Apprehensumque deo-

a. Cum inferit vias hominũ, qui exẽplum & vsum dabunt.
b. Iuxta exẽmpli purpurati nimirũm, qui & in hac vita humanis bonis egebat bonis, & influxu ad tantam peruenit inopiam, vt de digito Lazari quondam pauperis vnam aquæ guttam requireret, nec mereretur accipere. Hieron. ibid.
a. Doctrinam bonam in lege Mosaica.
b. Salomon potest dici in persona Christi loqui, vtpote qui successit naturali filio patris filius, & vnigenitus virginis, quem fecundũ naturam assumpram parere in tuxit plenissime in momento: quique cęlestis corpore, & optimæ cõplexionis, ex purissimis virginis sanguinibus genitus. Dionys. ibid.
c. Hoc est, anima quæ possidet virtutem eberunt, dũmodo sapientiã percipiat: quod ipse fecit Salomon, dum data sibi optione amorem sapientiæ concupiscit præpositis rebus. Hieron. ibid.
d. Nihil erit quod tibi scandalum pariat, quõdve dilectionem alterat.
e. Meridiem.
f. Est autẽ vigilis super cor, cui tanc omnem iam custodiam exhibere sapiens monet, nimirum quia ex ipso vita procedit. Quam custodiam conetur arbitror specialiter in duobus vt videlicet super affectionum partes & cogitationum furtum greges meos solicite vigilanter incendat. Bern. de triplici custodia, manet, linguæ & cordis.
g. Dirigunt.
h. Ad prosperrimẽ vel aduersitatem impiorum, vt à via dei declinemus.
a. Has eius castigauerat audacem generaliter, hinc sub specie meretricis ab hæreticorum nequitia prohibet. Beda ibid.
b. Cum in ore hæreticorũ dulcedo eloquentiæ, nõ adsit sufficientia solummodo, verumetiam adsit perfidiæ tem resonans: & ob id fallãs quia aure proferri cernitur, versans à fidelis existimatur. Hieron. ibid. vel Beda.
c. Et apostolus 1. Cor. 6. admonet fugere fornicationẽ: quia omnium primum hostis vitii remedium est longe abesse à quorũ possitia vel allectat vel cooperetur advitium. Sed & ab hæreticorum audire prorsus fœtere mõstrat, audientibus pro dest. Hieron. ibi.
d. Parũ abfuit quin omnem abstersorem peccatorum, & in omne lapsus fuerim ruina.
e. Non te putent adulteri tenebris noctis oc rationẽ obtegere. Nõ hæresi ducis nouitia nulle esse tales, quia te nebræ non obscurabunt à domino, sed nox sicut dies illuminabitur. Beda post Hieron. ibi.
a. Nõ dehortatur quempiã à sponsione, cum sit opus misericordiæ, sed suadet eũ qui spopondit pro amico, vt pium amicum sollicita admoneat, quatenus reddita pecunia qua debet creditori, & ipse & ipsum liberet. Hieron. ibid.
b. Hoc spiritaliter intelligẽdũ est, vt quemadmodũ illa ęstate colligis vnde in hyeme pascatur: sic vnusquisque Christianus in rectum tranquillitate, qui significat ętas, colligat verbũ dei, vt in aduersitate & tribulationibus, quæ hyemis nomine significantur, habeat vnde spiritaliter viuat. Augu. contra Adimãtum Manich. c. 14.
c. Compliebris man* nostre pigritantium inlecto.
d. Nũc sub adultere mulieris specie prohibet ab audítione hæreseos. Hier. ibi.
e. Hoc est, Scrutator in tãtam redigitur inopiam, vt pane priuetur, nec solo, vt cum etiam animam suã vendere exponat.
a. Recõde ad vtilitatẽ tuã, vt impleas ea. Scitu enim bonum & non facienti, peccatum est illi. Diony. ibid.
b. Vtpote extrinsecus manifesta, intrinsecus verò fallax.

Universidad de Deusto
Biblioteca

c. Tum tamen te tractabo ac spero fore sacrificia exhibere mihi.

d. Doctrinæ sanctæ poculis se inuicem sanandos iactat hæreticis, & virtutis gratia coniungendos, donec eorum gens lux sequatur æterna. Hieronym. ibid.

e. Hesitque illum malto sermone suo.

f. Nec cessat miser donec mortiferum illius sagitta transfigat iecur eius.

g. Nec iuuenis considerat quòd in omnibus his insultibus hostis non aliud machinetur, nisi vt eũ trahat ad tã enormia scelera, deinde ad inferni tormenta. Dionys. ibidem.

a. Sapientiæ septem conditiones ex ecclesiastici elicitantur testimonio est, recta est, vera, quieta, pacifica, ordinata, & delectabilis.

b. Impietatem.

c. Os bilingue in illis qui in bonis quæ sequitur, stabile quippiam non habet, sed intra auditorum libitũ sua verba commutat. Beda ibidem.

d. Iusti iudices terræ.

e. In creatione mundi.

f. Ante omnes altitudines creaturarum, quod secundum formã dei dictum est. Aug. de trinit. lib. 1. cap. 11.

g. Circa terre, circa quod veluti circino collocantur elementa.

h. Cœlestes sphæras.

i. Quia desiderat in nostro amore ẽ, vt ascese, nẽsq; bonorum gratia meritorũ ad se videndum perducere. Hieron. ibid.

k. Id est, sacra loca diuini cultus ac prædicationis assidue vitetur cum vigilantia mentis deuote. Beda ibid.

a. Nulla sapientia carnis aut mundi ædificat sibi domũ, sed potius destruit quancunque domũ inhabitat. At illa sapientia quæ de iustum est deiectandens à patre lumium, ædificat sibi domũ ipsam scilicet e virginã Mariam, in qua septẽ columnas excidere, omnes inquam virtutes, & omnia dona spiritus sancti. Bern. parua ser. sermo. 2.

b. Prædicationem verbis, qua esurientes & sitientes reficiantur.

c. Et bene principiũ sapiẽtiæ timor dominiquia efficprimum dominus animæ sapit, cõ eam afficit ad emendum, non cum instruit ad sciendum. Bernard. in cantica cantico. Serm. 23.

d. Mulier hæc hæresis est, contraria nimirum sapientiæ, quæ sua superna sacramenta excipit. Sedet autẽ in fœribus domus sur, id est in doctoribus falsitatis, qui in generalis perfidiæ miseros fallendos introducunt. Beda ibidem.

a. Nouum ponit titulum, quia nouum genus locutionis incipit: vt nõ sicut prius de singulis bonorum malorũve partibus diuersæ disputet, sed alcerius verbus actus verorumque defectus hac. Beda ibid.

a. Qui parentum iustitiæ iuxta dei mandata obedit.

b. Per fraudes & rapinas congregari.

c. Charitas operit multitudinem peccatorum.

d. Laborat iustus vt viuat, impius vero bonis suis vtitur ad peccatum.

e. Abit enim vt multiloquiũ deputetur, quãdo necessaria dicuntur, quantalibet sermonũ multitudine ac prolixitate dicantur. Aug. in prologo retractationum.

f. Hoc est, tribulationis nõpore non egebit quisquis benedictionem accepit a domino.

g. Frequenter speãt impij in hac vita iubilare, prosperari, & suis concupiscentiis deseruire, sed dñs suæ vitæ finem præuidentiant agere, veruntamẽ subito sepius auferuntur. Dion. ib.

insipientibus locuta est. [5] Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis. [6] Relinquite infantiam, & viuite, & ambulate per vias prudentiæ. [7] Qui erudit derisorem, ipse iniuriam sibi facit: & qui arguit impium, sibi maculam generat. [8] Noli arguere derisorem, ne oderit te. Argue sapientem, & diliget te. † [9] Da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia. Doce iustum, & festinabit accipere. † [10] Principium sapientiæ, timor domini: & scientia sanctorum, prudẽtia. [11] Per me enim multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vitæ. [12] Si sapiens fueris, tibimetipsi eris: si autem illusor, solus portabis malum. [13] Mulier stulta & clamosa, plenáq; illecebris, & nihil omnino sciẽs, [14] sedet in foribus domus suæ super sellã, in excelso vrbis loco: [15] vt vocaret transeuntes per viam, & pergentes itinere suo. [16] Quis est paruulus? declinet ad me. Et vecordi locuta est: [17] Aquæ furtiuę dulciores sunt; & panis absconditus suauior. [18] Et ignorauit quòd ibi sint Gigãtes, & in profundis inferni cõuiuæ eius. [19] Qui enim applicabitur illi, descendet ad inferos: nam qui abscesserit ab ea, saluabitur.

[a] Parabolæ Salomonis filij Dauid Regis IERVSALEM.

Quantum prosit iustitia & exercitium, obsitque adulatio & mendacium, variósque eorum fructus & fines aperit. X.

[A] Filius [a] sapiens lætificat patrem, filius verò stultus mœstitia est matris suæ. [2] Nil proderunt [b] thesauri impietatis, iustitia vero liberabit à morte. † [3] Non affliget dominus fame animam iusti, & insidias impiorum subuertet. † [4] Egestatem operata est manus remissa: manus autem fortium, diuitias parat. Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos, idem autem ipse sequitur aues volantes. [5] Qui congregat in messe, filius sapiens est: qui autem stertit æstate, filius confusionis. [6] Benedictio domini super caput iusti: os autem impiorum operit iniquitas. [7] Memoria iusti cum laudibus: & nomen impiorum putrescet. [8] Sapiẽs corde præcepta suscipiet: stultus cæditur labiis. † [9] Qui ambulat simpliciter, ambulat confidẽter: qui autem deprauat vias suas, manifestus erit. † [10] Qui annuit oculo, dabit dolorẽ: & stultus labiis verberabitur. [11] Vena vitæ, os iusti: & os impiorum operit iniquitatem. [12] Odium suscitat rixas: † & [c] vniuersa delicta operit charitas. [13] In labiis sapientis inuenitur sapientia: & virga in dorso eius qui indiget corde. [14] Sapientes abscondunt scientiam, os autẽ stulti confusioni proximum est. † [15] Substantia diuitis, vrbs fortitudinis eius: pauor pauperum, egestas eorum. [d 16] Opus iusti ad vitam, fructus autem impij ad peccatũ. [17] Via vitæ custodienti disciplinam: qui autem increpationes relinquit, errat. [18] Abscondũt odium labia mendacia: qui profert contumeliam, insipiens est. [e 19] In multiloquio nõ deerit peccatum: qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est. [20] Argẽtum electum lingua iusti: cor autem impiorũ pro nihilo. [21] Labia iusti eruditunt plurimos: qui autem indocti sunt, in cordis egestate morientur. [22] Benedictio domini diuites facit, [f] nec sociabitur eis afflictio. [23] Quasi per risum stultus operatur scelus: sapiẽtia autem est viro prudentia. [24] Quod timet impius, veniet super eum: desiderium suum iustis dabitur. [25] Quasi tempestas transiens non erit impius: iustus autem quasi fundamentum sempiternum. [26] Sicut acetum dentibus, & fumus oculis: sic piger iis qui miserũt eum in via. † [27] Timor domini apponet dies, & anni impiorum breuiabuntur. [28] Expectatio iustorum, lætitia: [g] spes autem impiorum peribit. [29] Fortitudo simplicis, via domini: & pauor iis qui operantur malum. [30] Iustus in æternum nõ commouebitur: impij autem non habitabunt super terram. [31] Os iusti parturiet sapientiam, & lingua prauorum peribit. [32] Labia iusti considerant [h] placita: & os impiorum peruersa.

Iustitiæ in vita & morte effectus, iniustitiæ verò post mortem miseria, atque vtriusque discrimen. XI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Sperare dolosa non tuti in mensuratione peccatis, sed in iustitiæ discretione tenetur. Beda ibidem.
b Humilitas nisi quæ ad illuminationem diuinam speraliter præparat mentem: quia testimonii domini fidele sapientiam præstans paruulis. Dion. ibi.
c Hæreticus simulans doctrinã catholicam, decipit auditorẽ suũ. Qui autem illi sequuntur veritatem euangelii, liberabuntur scientia catholica, ne decipula decipiantur ac rapiãtur hæretica. Beda ibid.
d. Qui non pro gratia & virtute, sed pro diuitiis ducunt uxores.
e. Abduxit eam à consuetudine vt rectius viuat.
f. Hoc est, Quantumuis iungat quis dexteram dexteræ, nisi cor adsit, nõ obibit eris à fraude ceuẽdus alienus.
g. Stultus ergo dominãdo seruit sapiẽti, quẽ ad meliorẽ statum premendo. g. urbis. Grego. Moral. lib. 20. cap. 21.

Satera† [a] dolosa, abominatio est apud deum, & pondus æquũ voluntas eius. A
[2] Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia: vbi autem est [b] humilitas, ibi & sapientia. [3] Simplicitas iustorum diriget eos, & supplantatio peruersorum vastabit illos. † [4] Non proderunt diuitiæ in die vltionis, iustitia autem liberabit à morte.
[5] Iustitia simplicis diriget viam eius: & in impietate sua corruet impius. [6] Iustitia rectorum liberabit eos: & in insidiis suis capiẽtur iniqui. [7] Mortuo homine impio nulla erit vltrà spes, & expectatio solicitorum peribit. [8] Iustus de angustia liberatus est: & tradetur impius pro eo. [c] [9] Simulator ore decipit amicum suum: iusti autem liberabuntur scientia. [10] In bonis iustorum exaltabitur ciuitas: & in perditione impiorũ erit laudatio. [11] Benedictione iustorum exaltabitur ciuitas: & ore impiorum subuertetur.
[12] Qui despicit amicum suum, indigens corde est: vir autem prudens tacebit. † [13] Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis est, celat amici commissum.
[14] Vbi non est gubernator, populus corruet: salus autem vbi multa cõsilia. [15] Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo: qui autẽ cauet [d] laqueos, securus erit. [16] Mulier gratiosa inueniet gloriam, & [d] robusti habebunt diuitias. [e] [17] Benefacit animæ suæ vir misericors: qui autem crudelis est, etiam propinquos abiicit. [18] Impius facit opus instabile: seminanti autem iustitiam, merces fidelis. [19] Clementia præparat vitam: & sectatio malorum mortem. [20] Abominabile domino cor prauum, & volũtas eius in iis qui simpliciter ambulant. [f] [21] Manus in manu non erit innocens malus: semen autem iustorũ saluabitur. [22] Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua. † [23] Desiderium iustorum omne bonum est: præstolatio impiorum furor. [24] Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. [25] Anima quę benedicit, impinguabitur: & qui inebriat, ipse quoque inebriabitur. [26] Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem super caput vendẽtium. [27] Bene consurgit diluculo, qui quærit bona: qui autem inuestigator malorũ est, opprimetur ab eis. [28] Qui confidit in diuitiis suis, corruet: iusti autem quasi virens folium germinabunt. [29] Qui conturbat domum suam, possidebit ventos: & [g] qui stultus est, seruiet sapienti. [30] Fructus iusti lignum vitæ: & qui suscipit animas, sapiens est. † [31] Si iustus in terra recipit, quanto magis impius & peccator?

B
C
D
† Tar. diẽ. ca. Omnis. Depœ. di. 1. c. Quis aliquando. Sapien. 1. c. † Sup. 10. a. Eccle. 1. c.
† 1. q. 1. c. qui ambulat. Infra. 14. a.
† Eccl. 9. a.
† Eccl. 30. d. & 34. d. Infra. 18. c.
† Infra. 14. q. 1. c. Qui ambulat. ca. 8. 22. q. 1. ca. Iuramenti.
† 1. q. 1. c. 2.

Prælati conditiones septem, & doctoris quatuor in subditos, & subditorum in prælatos, reproborúmque falsitas, & electorum veritas. XII.

a Hæc autẽ disciplina ipsa dei lex est, quæ apud ipsum fixa & inconcussa semper manẽs, in sapientes animas quasi transcribitur: vt cãto le icsanc viuere melius, tamoque sublimius, quãto & perfectius ea cõtẽplantur intelligẽdo, & viuendo custodiunt diligentius. Aug. de ordine lib. 2. cap 8.
b Sedula & sollicita, & quæ mulierbri mollitie non dissoluitur.
c. Innocentum fundendo.
d. Non solum in homines, sed & in bruta pius est.
e. Irritatus enim statim vlciscitur.
f. Hoc est, detractorum lingua vulnerat, sed sapientiũ lingua sanat.

Qui diligit [a] disciplinam, diligit scientiam: qui autem odit increpationes, insipiens est. [2] Qui bonus est, hauriet sibi gratiam à dño, qui autem confidit in cogitationibus suis, impiè agit. [3] Non roborabitur homo ex impietate: & radix iustorum non commouebitur. [4] Mulier [b] diligens, corona est viro suo: & putredo in ossibus eius, quæ confusione res dignas gerit. [5] Cogitationes iustorũ, iudicia: & cõsilia impiorum fraudulenta. † [6] Verba impiorum insidiantur sanguini, os iustorũ liberabit eos. [7] Verte impios, & non erunt: domus autem iustorum permanebit. [8] Doctrina sua noscitur vir: qui autem vanus & excors est, patebit contemptui. † [9] Melior est pauper & sufficiens sibi, quàm gloriosus & indigens pane. [d] [10] Nouit iustus iumẽtorũ suorum animas: viscera autem impiorũ crudelia. [11] Qui operatur terram suã, satiabitur panibus: qui autem sectatur otium, stultissimus est. Qui suauis est in vini moderationibus, in suis monitionibus relinquit contumeliam. [12] Desiderium impij monumentum est pessimorum: radix autem iustorum proficiet. [13] Propter peccata labiorum ruina proximat malo: effugiet autem iustus de angustia. † [14] De fructu oris sui vnusquisque replebitur bonis, & iuxta opera manuum suarũ retribuetur ei. [15] Via stulti recta in oculis eius: qui autem sapiens est, audit consilia. [16] Fatuus statim [c] indicat iram suam: qui autem dissimulat iniuriã, callidus est. [17] Qui quod nouit loquitur, iudex iustitię est: qui autẽ mentitur, testis est fraudulẽtus. [18] Est qui promittit, & quasi gladio pungitur conscientiæ: lingua autem sapientium est sanitas. † [19] Labium veritatis firmum erit in perpetuum: [f] qui autem testis est repentinus, concinnat linguã mẽdacij.

dacij. [20] Dolus in corde cogitantium mala: qui autem pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium. [21] Non contristabit iustum, quicquid ei acciderit: impij autẽ replebun-
D tur malo. [22] Abominatio est domino labia mendacia: qui autẽ fideliter agunt, placent ei. [23] Homo versutus celat sciẽtiam, & cor insipientiũ prouocat stultitiam. † [24] Manus fortium dominabitur: quæ autem remissa est, tributis seruiet. [25] Mœror in corde viri humiliabit illum, & sermone bono lætificabitur. [26] Qui negligit damnum propter amicum, iustus est: iter autem impiorum decipiet eos. [27] Non inueniet fraudulẽtus lucrum, & substantia hominis erit auri pretium. [28] In semita iustitię, vita: iter autem deuium ducit ad mortem.

† Sup. 10. a.

Prudentiæ moderantia in loquendo, & regula in possidendo, refrænatio in appetendo, & acquirendo, & operatio in exequendo, prudenti necessariæ sunt. XIII.

a. Filius sapiẽs dicitur esse doctrina sui patris siue doctoris: primo qui paulatim proficiendo ad hoc potest pertingere vt sapientior fiat patre, & sic docear eũ. Secundò, quia in filio sapiente relucet sui doctrina patris. Dion. ibid.

A Filius† [a] sapiens, doctrina patris: qui autem illusor est, non audit cum arguitur.
[2] De fructu oris sui homo satiabitur bonis, anima autem impiorum iniqua.
† [3] Qui custodit os suum, custodit animam suam: qui autẽ inconsideratus est ad loquendũ, sentiet mala. [4] Vult & non vult piger: anima autẽ operantiũ impinguabitur. [5] Verbũ mendax iustus detestabitur: impius autem confundit, & confundetur.
[6] Iustitia custodit innocentis viã: impietas autem peccatorem supplantat. [7] Est quasi
B diues, cum nihil habeat. Et est quasi pauper, cum in multis diuitiis sit. [8] Redemptio animæ viri diuitiæ suæ: qui autem pauper est, increpationem nõ sustinet. [9] Lux iustorũ lætificat: lucerna autem impiorum extinguetur. [10] Inter superbos semper iurgia sunt: qui autem agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia. [11] Substantia [b] festinata minuetur: quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur. [12] Spes quæ differtur, affligit animam: lignum vitæ desideriũ veniens. [13] Qui detrahit alicui rei, ipse se in fu-
C turum obligat: [b] qui autem timet præceptũ, in pace versabitur. Animæ dolosæ errant in peccatis, iusti autem misericordes sunt & miserantur. [14] Lex sapientis fons vitæ, vt declinet à ruina mortis. [15] Doctrina bona dabit gratiam: in itinere cõtemptorum vorago. [16] Astutus omnia agit cum consilio: qui autem fatuus est, aperiet stultitiam.
[17] Nuntius impij cadet in malũ: legatus fidelis, sanitas. [18] Egestas & ignominia [c] ei qui
D recompleatur, delectat animã: detestantur stulti eos qui fugiunt mala. [20] Qui cũ sapiẽtibus graditur, sapiẽs erit: amicus stultorum similis efficietur. [21] Peccatores persequitur malum: & iustis retribuentur bona. [22] Bonus relinquit hæredes, filios & nepotes: & custoditur iusto substantia peccatoris. [23] Multi cibi in noualibus patrũ, & aliis cõgregantur absque iudicio. [24] Qui parcit virgæ, odit filium suum: qui autem diligit illum, instanter erudit. [25] Iustus comedit, & replet animam suam: [d] vẽter autem impiorum insaturabilis.

b. Melius est ergo quẽ quã de sua fragilitate meuerere, ne forte diuina præueniẽtur impera, quàm alterius errata stultro ore lacerare. Beda ibid.
c. Nam paupertatẽ & ignobilitatẽ aufert disciplina. Eadẽ enim ratione pauperes & diuitię à deo sunt. At hi qui timorem dei nõ habent, solutius viuentes, & egenũ despicientes, in impia eruni. Aug. in quæ. vet. & nouũ testam. quæst. 34.
d. Hoc est, capacitas sensus hæreticorum insaturabilis: quia sicut Apostolus ait, semper discentes, nunquam ad veritatis scientiam perueniunt. Hier. ibid.

Prudentiæ conditiones quatenus in potentiis sita est, & quatenus per ipsas operatur, & per eam quibus status regulatur, ad misericordiam mouetur, & passiones moderatur. XIIII.

A Sapiens mulier ædificat domum suam, insipiens extructam quoque manibus destruet. † [2] Ambulans recto itinere, & timens deum, despicitur ab eo qui infami graditur via. [3] In ore stulti virga superbiæ, labia sapientum custodiunt eos. [4] Vbi non sunt boues, præsepe vacuũ est: vbi autem apparent plurimę segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis. † [5] Testis fidelis non mentietur: profert autẽ mendacia dolosus testis. [6] Quærit derisor sapientiã, & non inuenit: doctrina prudentium facilis. [7] Vade contra virum stultum, & nescit labia prudentiæ. [8] Sapientia callidi est intelligere viam suam: & prudẽtia stultorum errans. [a] [9] Stultus illudet peccatum, & in-
B ter iustos morabitur gratia. [10] Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius nõ miscebitur extraneus. [b] [11] Domus impiorum delebitur, tabernacula iustorum geminabunt. [12] Est via quæ videtur homini iusta: nouissima autem eius deducunt ad

† Sup. 12. d.
† 1. q. 1. c. 2.
a. Stultus omnia interpretatur in pœna.
b. Quia dominus deus ecclesiæ est, vindicans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem, eorum qui o derũt eum. Exo. d. 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortẽ.[13] Risus dolore miscebitur & extrema gaudij luctus occupat.[14] Viis suis replebitur stultus,& super eum erit vir bonus.†[15] Innocens credit omni verbo:astutus cõsiderat gressus suos. Filio doloso nihil erit boni:seruo autem sapienti prosperi erũt actus,& dirigetur via eius.[16] Sapiens timet,& declinat à malo:stultus transilit & confidit.[17] Impatiens operabitur stultitiã:& vir versutus odiosus est.[18] Possidebunt[c] paruuli stultitiam:& expectabunt astuti scientiam.[d] [19] Iacebũt mali ante bonos:& impij ante portas iustorum.[20] Etiam proximo suo pauper odiosus erit:amici verò diuitum multi.[21] Qui despicit proximum suũ,peccat:qui autẽ miseretur pauperi, beatus erit. Qui credit in domino,misericordiam diligit:[22] errant qui operantur malum. Misericordia & veritas præparant bona. [23] In omni opere bono erit abundantia:vbi autem verba sunt plurima,ibi frequenter egestas[e] [24] Corona sapientium,diuitiæ eorum:fatuitas stultorũ,imprudentia.[25] Liberat animas testis fidelis:& profert mendacia versipellis.[26] In timore dñi fiducia fortitudinis,& filiis eius erit spes. [27] Timor dñi fons vitæ:vt declinet à ruina mortis.†[28] In multitudine populi dignitas Regis,& in paucitate plebis ignominia principis.[29] Qui patiens est,multa gubernatur sapiẽtia:qui autem impatiens est,exaltat stultitiam suam.[30] Vita carnium,sanitas cordis:putredo ossium,inuidia.†[31] Qui calumniatur egentẽ,exprobrat factori eius:honorat autem eũ, qui miseretur pauperis.[32] In malitia sua repelletur impius: sperat autẽ iustus in morte sua.[33] In corde prudentis requiescit sapientia,& indoctos quosque erudiet.[34] Iustitia eleuat gentem,miseros autem facit populos peccatum.[35] Acceptus est Regi minister intelligens:iracundiam eius inutilis sustinebit.

Infra 10.d 20. dist. cap. Communia. †22. q.4.c. Innocens.

c. Imperiti. d. Incuruabuntur.

e. Diuitiæ sapientibus proficiunt, impijs vero obsunt.

Et in fine deiicietur in damnationẽ.

†Infra 17.e

Prudentiæ conditiones quò ad errantium directionem, patientium gratiam, & obedientium mercedem. XV.

A †Infra 21.b

Responsio† mollis frangit iram:sermo durus suscitat furorem.[2] Lingua sapiẽtum ornat scientiam:os fatuorum ebullit stultitiam.[3] In omni loco oculi domini contemplantur bonos & malos.[4] Lingua placabilis,lignũ vitæ:quæ autem immoderata est,conteret spiritum.[5] Stultus irridet disciplinam patris sui:qui autem custodit increpationes,astutior fiet. In abundanti iustitia virtus maxima est, cogitationes autem impiorum eradicabuntur. [6] Domus iusti plurima fortitudo,& [b] in fructibus impij conturbatio.[7] Labia sapientum disseminabunt scientiam: cor stultorum dissimile erit.†[8] Victimæ impiorum abominabiles domino:vota iustorum placabilia. [9] Abominatio est domino via impij:qui sequitur iustitiam,diligitur ab eo. B [10] Doctrina mala deserẽtium viam vitæ:qui increpationes odit,morietur.[c] [11] Infernus & perditio coram domino:quanto magis corda filiorum hominũ? [12] Non amat pestilens eum qui se corripit,nec ad sapientes graditur.†[13] Cor gaudens exhilarat faciẽ: in mœrore animi deiicitur spiritus.[14] Cor sapientis quæret doctrinam,& os stultorũ pascitur imperitia.[15] Omnes dies[d] pauperis,mali:secura mens quasi iuge cõuiuium.† [16] Melius est parũ cum timore domini,quàm thesauri magni & insatiabiles.[17] Melius est vocari[e] ad olera cum charitate:quàm ad vitulum saginatum cũ odio.[18] Vir iracũdus prouocat rixas:qui patiens est,mitigat suscitatas. [19] Iter[f] impiorũ quasi sepes spinarum:via iustorum abſq; offendiculo.[20] Filius sapiens lætificat patrẽ:& stultus homo despicit matrẽ suam.[21] Stultitia gaudiũ stulto:& vir prudens dirigit gressus suos. [22] Dissipantur cogitationes vbi non est consiliũ:vbi verò sunt plures consiliarij,confirmãtur.[23] Lætatur homo in sentẽtia oris sui:& sermo opportunus est optimus.[24] Semita vitæ super eruditum,vt declinet de inferno nouissimo.[25] Domum superborũ demolietur dñs,& firmos faciet terminos[g] viduæ.[26] Abominatio domini cogitationes malæ,& purus sermo pulcherrimus firmabitur ab eo.[27] Conturbat domum suã, D qui sectatur auaritiam:qui autem odit[h] munera,viuet.† Per misericordiam & fidem purgantur peccata: per timorem autem domini declinat omnis à malo. [28] Mens iusti meditabitur obedientiam, os impiorum redundat malis. [29] Longe est dominus ab impijs:& orationes iustorum exaudiet.[30] Lux oculorum lætificat animam, fama bona impinguat ossa.[31] Auris quæ audit increpationes vitæ,in medio sapientum cõmorabitur. [32] Qui abiicit disciplinam,despicit animam suam:qui autẽ acquiescit increpationibus,possessor est cordis.[33] Timor domini disciplina sapientiæ: & gloriam præcedit humilitas.

Hugo in d.

Ecclus 16. c. 4. 5. Nec est punitio. 7. 8. 9. 10. 11. 12. In generatione. 13. 14. 15. Scripsum. Eccl. 30. c.

†Infra 27.a.

†Sup. 30. c.

a. Lingua catholicorum patrũ ornat scientiã diuinorũ eloquiorũ, latius exponẽdo quæ scripturæ canonicæ aut obscurius posuit, aut historica tãtũ ratione scripta reliquit:& os hæreticorũ ebullit stultitiã, dicta sacræ scripturæ peruersè intelligendo & prædicãdo, suoq; sensus eius authoritati præponendo. Hiero. ibid.

b. Impij segetes spinis suffocantur.

c. Quæq; abditissima deo summè pacet, ideo & cogitatus nostri.

d. Miseri hominis.

e. Ad commune olerũ, vbi est dilectio.

f. Pigri ad viam dei mãdatorũ inuitati, torpent, ac si spinis obsita esset, nullibi non impingentibus: quæ iustis lætissima est & tutissima.

g. Humilijs & pauperũ specialem curã dominꝰ habet.

h. Propter quæ cogatur perficere iudicium.

bona impinguat ossa.[31] Auris quæ audit increpationes vitæ,in medio sapientum cõmorabitur. [32] Qui abiicit disciplinam,despicit animam suam:qui autẽ acquiescit increpationibus,possessor est cordis.[33] Timor domini disciplina sapientiæ: & gloriam præcedit humilitas.

i. Discipulus qui increpationibus docentiũ obedire cessauit, plerũque proficiendo ad cathedrã vsque doctoris ascẽdit. Beda ibi.

Prudentia pœnitentibus confessionem iniungit & satisfactionem, regibus subiungit regimen, hypocritæ eludit errorem, & studiosis virtutum radices imprimit. XVI.

A Hominis[a] est animum præparare,& domini gubernare linguam.[2] Omnes viæ hominum patent oculis eius:spirituum põderator est dominus.[3] Reuela domino opera tua,& dirigentur cogitationes tuæ. [4] Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus,impium quoque ad diem malum.[5] Abominatio domini est omnis arrogans:etiam si[b] manus ad manum fuerit,non est innocens. Initium viæ bonæ,facere iustitiam:accepta est apud deum magis,quàm immolare hostias.†[6] Misericordia & veritate redimitur iniquitas: & in timore domini declinatur à malo. [7] Cum placuerint domino viæ hominis,inimicos quoque eius conuertet ad pacem.

Hugo in d.

Ioan. 8. c. Omnes qui ante me. Et 9. c. Nouit.

B c [8] Melius est parum cũ iustitia,quàm multi fructus cum iniquitate.†[9] Cor hominis disponit viam suam,sed domini est dirigere gressus eius. d [10] Diuinatio in labiis Regis,in iudicio non errabit os eius. [11] Pondus & statera iudicia domini sunt: & opera eius[c] omnes lapides seculi.[12] Abominabiles Regi qui agunt impiè: quoniam iustitia firmatur soliũ.[13] Volũtas Regũ labia iusta:qui recta loquitur,dirigetur.[14] Indignatio Regis,nuntij mortis:& vir sapiẽs placabit eã. [15] In hilaritate vultus Regis,vita:& clementia eius quasi imber serotinus.[16] Possidе sapientiã,quia auro melior est:& acquiC re prudentiam,quia pretiosior est argento.[17] Semita iustorũ declinat mala: custos animæ suæ seruat vitam suã. [18] Contritionem præcedit superbia,& ante ruinam exaltabitur spiritus. [19] Melius est humiliari cum mitibus,quàm diuidere spolia cũ superbis.[20] Eruditus in verbo reperiet bona:& qui sperat in domino,beatus est. [21] Qui sapiens est corde,appellabitur prudens:&[f] qui dulcis eloquio,maiora reperiet.[22] Fons vitæ eruditiõ possidentis:doctrina stultorum,fatuitas. [23] Cor sapiẽtis erudiet os eius, & labiis eius addet gratiam.[24] Fauus mellis composita verba,dulcedo animæ sanitas ossium.†[25] Est via quæ videtur homini recta,& nouissima eius ducunt ad mortem.

Hugo in d.

D [26] Anima laborantis laborat sibi,quia compulit eum os suum.[27] Vir[g] insipiens fodit malum, & in labiis eius ignis ardescit. [28] Homo peruersus suscitat lites, & verbosus separat principes.[29] Vir iniquus lactat amicum suum,& ducit eum per viam non bonam.[30] Qui attonitis oculis cogitat praua,mordens labia sua perficiet malũ.[31] Corona dignitatis senectus:quæ in viis iustitiæ reperietur. [32] Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo,expugnatore vrbium.[h] [33] Sortes mittuntur in sinum,sed à domino temperantur.

a. Quia homo præparãt cor, non tamẽ sine adiutorio dei, qui cãgit eorũ sed à domino est responsio linguæ, id est in eo quod præparato cordi lingua diuina respondet, nihil operis habet homo, sed totũ est à domino. Aug. contra 2. epist. Pelag. lib. 2. cap. 8.

b. Eripit iustos de manu fortiorum, sicut dictum est supra ca. 11. c.

c. Melius est in simplici conuersatione deum de sereno quàm multis abundãtẽ virtutibus, verbi gratiã eleemosynis, orationibus, ieiunijs, doctrina, castitate, proximorum facto despicere:& de sua quasi singularitate gaudere. Beda ibidẽ.

d. Rex tã verax in iudicio esse debet, ac si oracula proferat.

e. Lapides seculi iustos & fide torres appellat, quales desiderabat esse Petrꝰ Apostolos, eos admonens: Et vos tanquam lapides viui superædificamini in domos spirituales. Hiero. ibid.

f. Qui suauibus verbis alios erudit, maiorem recipiet sapientiam.

g. Peruersus ex cordis profundo malum producit.

Prudentiæ regula circa electionem in regendo, & modum in loquendo & iudicando, & correctionem exercendo. XVII.

Hugo in d. Ioan. 8. c.

A Melior† est bucella sicca cum gaudio,quàm domus plena victimis cum iurgio.[2] Seruus sapiens dominabitur stultis filiis,& inter fratres hęreditatem diuidet.[3] Sicut igne probatur argentum,& aurũ camino,ita corda probat dominus.[4] Malus obedit linguę iniquæ:& fallax obtemperat labiis mendacibus.†[5] Qui despicit pauperem,exprobrat factori eius:& qui in ruina lætatur alterius, nõ erit impunitus. [6] Corona senum,filij filiorum:& gloria filiorum,patres eorũ. [7] Non decent stultum verba composita,nec principem labium mentiens. [8] Gemma gratissima expectatio præstolantis: quocũque se vertit,prudenter intelligit.[9] Qui celat delictum, quærit amicitias. Qui altero sermone repetit,separat fœderatos. [10] Plus proficit correctio apud prudentẽ,quàm centum plagæ apud stultũ. [11] Semper[a] iurgia quærit malus:angelus autem crudelis mittetur contra eum. [12] Expedit magis vrsę occurrere raptis fœtibus,quàm fatuo cõfidenti sibi in stultitia sua.†[13] Qui reddit mala pro bonis,

Hugo in d. Ioan. 8. c.

a. Hoc est, non emendatus correptione minor, quia magis rebellis fit, donec angelus maior ei præsit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non recedet malum de domo eius. [14] Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum: & antequam patiatur contumeliam, iudicium deserit. † [15] Et qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, abominabilis est vterque apud deum. [16] Quid prodest stulto habere diuitias, cum sapientiam emere non possit? Qui altam facit domum suam, quærit ruinam: & qui euitat discere, incidit in mala. [17] Omni tempore diligit qui amicus est, & frater in angustiis comprobatur. [18] Stultus homo plaudet manibus, cũ spoponderit pro amico suo. [19] Qui meditatur discordias, diligit rixas: & qui exaltat os suum, quærit ruinam. [20] Qui peruersi cordis est, non inueniet bonum: & qui vertit linguã, incidet in malum. [21] Natus est stultus in ignominiam suam, sed nec pater in fatuo lætabitur. † [22] Animus gaudẽs ætatem floridam facit: spiritus tristis exiccat ossa. [23] Munera de sinu impius accipit, vt peruertat semitas iudicij. † [24] In facie prudẽtis lucet sapientia: oculi stultorum in finibus terræ. [25] Ira patris filius stultus, & dolor matris quæ genuit eum. [b 26] Non est bonum, damnum inferre iusto, nec percutere principem qui recta iudicat. † [27] Qui moderatur sermones suos, doctus & prudẽs est: & pretiosi spiritus, vir eruditus. [28] Stultus quoque si tacuerit, sapiens reputabitur: & si compresserit labia sua, intelligens.

b. Hoc est, persecutionem, mortẽ, detractionẽ, rapinã, aut furtũ, mihi hoc pessimũ & peius quàm si inferatur iniusto. Dion. ibid.

Accusantium erga Iudices moderatio, & accusatorum coram illis excusatio, falsorum testium execratio, iudicis item diligentia, & aduocatorum discretio. XVIII.

OCcasiones † quærit, qui vult recedere ab amico: omni tempore erit exprobrabilis. [2] Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris quę versantur in corde eius. [3] Impius cum in profundũ venerit peccatorum, cõtemnit: sed sequitur eũ ignominia & opprobrium. [4] Aqua profunda, verba ex ore viri: & torrens redundans fons sapientiæ. † [5] Accipere personam impij in iudicio non est bonum, vt declines à veritate iudicij. [6] Labia stulti miscent se rixis, & os eius iurgia prouocat. [7] Os stulti contritio eius, & labia ipsius ruina animæ eius. [a 8] Verba bilinguis quasi simplicia, & ipsa perueniunt vsque ad interiora ventris. Pigrum deiicit timor: animæ autem effœminatorum esurient. [9] Qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est suæ operæ dissipantis. [10] Turris fortissima nomen domini: ad ipsam currit iustus, & exaltabitur. † [11] Substantia diuitis vrbs roboris eius, & quasi murus [b] validus circundans eum. [12] Antequam conteratur, exaltatur cor hominis: & antequam glorificetur, humiliatur. † [13] Qui prius respondet quàm audiat, stultum se esse demõstrat, & confusione dignum. [c 14] Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam: spiritum verò ad irascendum facilem quis poterit sustinere? [15] Cor prudentis possidebit scientiam, & auris sapientium quærit doctrinam. [16] Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes spatium ei facit. [17] Iustus prior est [d] accusator sui: venit amicus eius, & inuestigabit eum. [18] Contradictiones comprimit sors, & inter potentes quoque diiudicat. [e 19] Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma, & iudicia quasi vectes vrbium. [20] De fructu oris viri replebitur venter eius, & genimina labiorum ipsius saturabunt eum. [21] Mors & vita in manibus linguæ: qui diligunt eã, comedet fructus eius. [22] Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum, & hauriet iucũditatem à domino. Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum: † qui autem tenet adulteram, stultus est & insipiens. [23] Cum obsecrationibus loquitur pauper, & diues effabitur rigide. [24] Vir amicabilis ad societatem, magis amicus erit quàm frater.

a. Bilingues sunt orbis pestes, passim turbantes pacẽ & amicitiam.

b. Hoc est, Hactenus dicitur diues, quòd tolæ diuitiæ sunt munitio eius.

c. Morbi animæ morbis corporis longè sunt grauiores.

d. Hoc est, Quisquis habet causam, cõsideret eam iudicibus proponit. 12. Palatij.

e. Cũ populus vterque. Iudæorũ scilicet & Gentilium fraterna fides in Christo charitate consentit, etiam iam catholicæ ecclesiæ ciuitatẽ construit. Ex sicut vectes vrbium portas munitas, ita dogmata veritatisque testimonia ecclesiã per orbẽ quæ vnã catholicã faciunt, ab infidelium incursione defendunt. Beda ibid.

Quo sit vtendum consilio in testium malitia exploranda, in sententia promulganda, & sententia decidenda. XIX.

MElior [a] † est pauper qui ambulat in simplicitate sua, quàm diues torquens labia sua, & insipiens. [2] Vbi non est scientia animæ, non est bonũ: & qui festinus est pedibus, offendet. [3] Stultitia hominis supplantat gressus eius, & cõtra deum feruet animo suo. [4] Diuitiæ addũt amicos plurimos: à paupere autẽ & ij quos habuit separantur. † [5] Testis falsus non erit impunitus: & qui mẽdacia loquitur, nõ effugiet.

a. Hoc est, Idiota & modicè eruditus viuens secundũ ea quæ nouit esse agenda ac vtilia, quam diues, id est ingeniosior, sæpiusque eruditus coniungens labia sua ad loquendũ quædam præcumptionis & hæreseos. Dionys. ibid.

fugiet. [6] Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis. [7] Fratres hominis pauperis oderunt eum, insuper & amici procul recesserũt ab eo. [8] Qui tantùm verba sectatur, nihil habebit: qui autem possessor est mentis, diligit animam suam, & custos prudẽtię inueniet bona. [9] Falsus testis nõ erit impunitus: & qui loquitur mendacia peribit. [b 10] Nõ decent stultũ diuitiæ, nec seruum dominari principibus. [11] Doctrina viri per patientiam noscitur, & gloria eius est iniqua prætergredi. [12] Sicut fremitus leonis, ita & regis ira: & sicut ros super herbam, ita & hilaritas eius. [c 13] Dolor patris, filij [g] stultus: & tecta iugiter perstillãtia, litigiosa mulier. [14] Domus & diuitię dãtur à parẽtibus, † à domino autẽ propriè vxor prudens. [15] Pigredo immittit soporem, & anima dissoluta esuriet. [16] Qui custodit mandatum, custodit animã suam: qui autẽ negligit viam suam, mortificabitur. [17] Fœneratur domino, qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei. [d 18] Erudi filium tuum, ne desperes: ad interfectionem autem eius ne ponas animam tuam. [19] Qui enim impatiens est, sustinebit damnum: & cum rapuerit, aliud apponet. [20] Audi consilium, & suscipe disciplinam, vt sis sapiens in nouissimis tuis. [21] Multæ cogitationes in corde viri: voluntas autem domini in æternum permanebit. [22] Homo indigens misericors est: & melior est pauper iustus, quàm vir mendax. [23] Timor domini ad vitam: & in plenitudine commorabitur absq; visitatione pessimi. † [24] Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam. † [25] Pestilente flagellato stultus sapientior erit: si autem corripueris sapientem, intelliget sapientiam. [26] Qui affligit patrem, & fugit matrem, ignominiosus erit, & infœlix. [27] Non cesses audire fili doctrinam, nec ignores sermones scientiæ. [28] Testis iniquus deridet iudicium, & os impiorum deuorat iniquitatem. [29] Parata sunt derisoribus iudicia, & mallei percutientes stultorum corporibus.

b. Non decent hæreticum deliciæ scripturarum, quas bene vti non nouit: neque illi qui seruus adhuc peccati esse comprobatur, præterea nullus in regimine ecclesiæ. Hiero. ibidem.

c. Deus dicitur dolere vitio hominem, quem ad sui imaginem & laudẽ & amorem creauit, hostis tamen fuerit, & pœnã quam ibi seruire. Beda ibid.

d. Hoc est, quãdo puer est,

Iuxta regimen politicum & œconomicum iudex duplicem iunioribus ordinatè pœnam infligit: maiores verò destituit, ineptósque repellit. XX.

VXuriosa † res vinum, & tumultuosa ebrietas. Quicunque his delectatur, nõ erit sapiens. [2] Sicut rugitus leonis, ita & terror regis: qui prouocat eum, peccat in animam suam. [3] Honor est homini qui separat se à contentionibus: omnes autem stulti miscentur contumeliis. [a 4] Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate, & non dabitur illi. [5] Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri: sed homo [b] sapiens exhauriet illud. [c 6] Multi homines misericordes vocantur, virum autem fidelem quis inueniet? [7] Iustus qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios relinquit. [8] Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. † [9] Quis potest dicere, mundum est cor meum, purus sum à peccato? † [10] Pondus & pondus, mensura & mensura, vtrũque abominabile est apud deũ. [d] † [11] Ex studiis suis intelligitur puer, si mũda & recta sint opera eius. [12] Aurẽ [e] audientem, & oculum videntem, dominus fecit vtrumque. [13] Noli diligere somnum: ne te egestas opprimat. Aperi oculos tuos, & saturare panibus. [14] Malum est, malum est, dicit omnis emptor: & cum recesserit, tunc gloriabitur. [15] Est aurum, & multitudo gemmarum: vas autem pretiosum, labia [f] scientiæ. † [16] Tolle vestimentum eius qui fideiussor extitit alieni, & pro extraneis aufer pignꝰ ab eo. [17] Suauis est hominis panis [g] mẽdacij, & postea implebitur os eius calculo. [18] Cogitationes consiliis roborantur, & gubernaculis tractanda sunt bella. [19] Ei qui reuelat mysteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia sua, ne commiscearis. † [20] Qui maledicit patri suo & matri, extinguetur lumẽ eius [h] in mediis tenebris. [i 21] Hęreditas ad quã festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit. [22] Ne dicas, Reddã malũ pro malo, expecta dominũ, & liberabit te. [23] Abominatio est apud dominũ pondus & pondus: statera dolosa nõ est bona. † [24] A domino diriguntur gressus viri. Quis autem hominũ intelligere potest viã suam? [k 25] Ruina est homini deuorare sanctos, & post vota retractare. [26] Dissipat impios rex sapiẽs, & incuruat super eos fornicem. [27] Lucerna domini spiraculum hominis, quæ inuestigat omnia secreta vẽtris. [28] Misericordia & veritas custodiunt regem, & roboratur

a. Qui nunc propter desidiam in dei seruitio laborare neglexit, venturo die regni mendicabit, & nõ dabitur ei, quis quæcunq; lemniscerit homo, hęc & interpretatur Beda ibidem.

b. A sapiente semper discit sapiens.

c. Hoc est, multi cupiunt vocari benefici, earum tamẽ exercere misericordiam.

d. Hoc est, qualis ũ futurus homo, facilè deprehenditur puer, nisi corripiatur.

e. Dominus fecit aurem ad audiendum, & oculum ad videndum.

f. Fructuarie scientiam.

g. Quæstus mendacio.

h. Morietur absque gratia dei in mediis tenebris tribulationum.

i. Quæ sine labore nostro nobis obueniunt, in deteriorem sæpius vertunt exitum.

k. Hoc est, Malũ est deuorare res deo dicatas, & post votum deo promissum pœnitentia duci, & conuerti ad in comodum suũ. Alias legitur deuorare: qua voce & Cicero vtitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

clementia thronus eius.† [19] Exultatio iuuenum fortitudo eorum, & dignitas senum canities.[10] Liuor vulneris absterget mala, & plagæ in secretioribus ventris.

29.dist.ca. porro. Supra.16.b

Inferiores à superioribus per corporum macerationem, & superfluorum reiectionem puniendi, non tamen à superioribus iniustè molestandi. XXI.

[a] Sicut [a] diuisiones aquarum, ita cor regis in manu domini: quocunq; voluerit, inclinabit illud.[2] Omnis via viri recta sibi videtur: appendit autem corda dominus.[3] Facere misericordiam & iudicium magis placet domino, quàm victimæ.[4] Exaltatio oculorum est dilatatio cordis: lucerna impiorũ, peccatum. [5] Cogitationes robusti semper in abundantia: omnis autem piger in egestate est. [6] Qui congregat thesauros lingua mẽdacij, vanus & excors est, & impingetur ad laqueos mortis.[7] Rapinæ impiorum detrahent eos, quia noluerunt facere iudicium. [b] [8] Peruersa via viri, aliena est: qui autem mũdus est, rectum opus eius.† [9] Melius est sedere in angulo domatis, quàm cũ muliere litigiosa, & in domo communi.[10] Anima impij desiderat malum, non miserebitur proximo suo. † [11] Mulctato pestilente sapientior erit paruulus: & si sectetur sapientem, sumet sciẽtiam.[12] Excogitat iustus de domo impij, vt detrahat impios à malo.[13] Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & nõ exaudietur.[14] Munus [c] absconditũ extinguit iras: & donũ in sinu indignationẽ maximã.[15] Gaudiũ iusto est facere iudiciũ: & pauor operãtibus iniquitatẽ.[16] Vir qui errauerit à via doctrinę, in cœtu [d] Gigãtiũ cõmorabitur. [c] [17] Qui diligit epulas, in egestate erit: qui amat vinũ & pinguia, nõ ditabitur.[18] Pro iusto dabitur impius: & pro recto iniquus. † [19] Melius est habitare in terra deserta, quàm eũ muliere rixosa & iracũda.[f] [20] Thesaurus desiderabilis, & oleũ in habitaculo iusti: & imprudens homo dissipabit illud.[21] Qui sequitur iustitiã & misericordiã, inueniet vitã iustitiam & gloriã.[22] Ciuitatẽ fortium ascendit sapiens, destruxitq; robur fiduciæ eius. [D] [23] Qui custodit os suũ, & linguã suam, custodit ab angustiis animã suam.[24] Superbus & arrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur superbiam. [25] Desideria occidunt pigrum: noluerunt enim quicquã manus eius operari.[26] Tota die concupiscit & desiderat: qui autem iustus est, tribuet, & nõ cessabit. † [27] Hostiæ impiorum abominabiles, quæ offeruntur ex scelere.[28] Testis mendax peribit, vir obediens loquetur victoriam.[29] Vir impius procaciter obfirmat vultum suum: qui autem rectus est, corrigit viam suam.[30] Non est sapientia, nõ est prudentia, non est cõsilium contra dominum. [31] Equus paratur ad diem belli: dominus autem salutem tribuit.

a. Specialiter exprimit regem tanquam exteris potentiorem, ad iuuendum quod & inferiorum corda non minus in manu omnipotentis, in cuius ditione cuncta sunt posita. Nec est qui eius queat resistere voluntati. Diony. ibid.

b. Qui peruertit se viuit, aliena profectò à natura humana vita incedit. Peruersa ergo actio aliena est, & contra naturam. Beda. ibid.

c. In abscondito datum.

d. Hoc est, omnibus destinatur viribus.

e. Qui carnis concupiscentiæ lectatur, & delicate viuit, non ditescet.

f. Potest fortè & hic versus de quolibet martyrum accipi in cuius habitaculo, id est corpore, anima sancti, dei vindices thesaurus, seruetur, abundat & vultio gratia spiritualis. At persecutor imprudens huiusmodi habitaculũ dirumpere potest, thesaurum vero quem habitaculo tenebatur, & oleũ gratiæ nequaquam euangelizando: est hîc vero ibidem.

[a] Gratia conuersatio dei & hominibus placens, melior est argento & auro.

* Simplices peruersitatibus suis, & pœnis afficiuntur. Propter modestiam & timorem domini, dixit.

b. Tyrannis eius in subditos tandem in malum suum cedet.

c. Negligens sue negligentiæ semper quærit occasionem.

aurem tuam, & audi verba sapientiũ. Appone autem cor ad doctrinam meam,[18] quæ pulchra erit tibi cum seruaueris eam in ventre tuo. Et redundabit in labiis tuis: [19] vt sit in domino fiducia tua. Vnde & ostendã eam tibi hodie.[d] [20] Ecce descripsi eam tibi tripliciter in cogitationibus & sciẽtia,[21] vt ostenderem tibi firmitatem, & eloquia veritatis respondere ex eis illis qui miserũt te.† [22] Non facias violentiã pauperi, quia pauper est: neq; cõteras egenum in porta: [23] quia iudicabit dominus causam eius, & configet eos qui confixerunt animam eius. [e] [24] Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioso: [25] ne forte discas semitas eius, & sumas scandalum animæ tuæ.[26] Noli esse cum iis qui [f] defigunt manus suas, & qui vades se offerũt pro debitis.[27] Si enim non habes vnde restituas, quid causæ est vt tollat operimentum de cubili tuo?† [28] [g] Ne trãsgrediaris terminos antiquos, quos posuerũt patres tui.[29] Vidisti virum [h] velocem in opere suo? coram Regibus stabit, nec erit ante ignobiles.

Isaiæ.22.c. D

† 9.dist.ca. Diaconi. Deinde.c. 13. q.1. In lege. 7. q.1. Quid. opponit. 22.q.1.ca. Sicut. transl. 23.q. 1.ca. Deinde.c.1.

† Iosue.23.d

† Sap.22.d

Temperantia quid fugiat & quid sequatur innuit, sed peruersa fugiendo consortia, & sanis se scientiis exercendo, ebrietatem plura mala facientem facile vitabit. XXIII.

[A] Quando [a] sederis vt comedas cum principe, diligenter attende quæ sunt apposita ante faciem tuam,[2] & [b] statue cultrum in gutture tuo: si tamẽ habes in potestate animam tuam.[3] Ne desideres de cibis eius, in quo est panis [c] mendacij. [4] Noli laborare vt diteris, sed prudẽtię tuæ pone modum.[5] Ne erigas oculos tuos ad opes quas nõ potes habere: quia facient sibi pẽnas quasi aquilæ, & volabunt in cœlũ. [6] Ne comedas cum homine inuido, & ne desideres cibos eius: [7] quoniam in similitudinem arioli & coniectoris ęstimat quod ignorat. Comede & bibe, dicet tibi: & mẽs eius non est tecum. [8] Cibos quos comederas, euomes, & perdes pulchros sermones tuos.[9] In auribus insipientiũ ne loquaris: quia despiciẽt doctrinam eloquij tui.[10] Ne attingas paruulorũ terminos, & agrum pupillorum ne introeas. [11] Propinquus enim illorum fortis est, & ipse iudicabit contra te causam illorum.[12] Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, & aures tuę ad verba sciẽtiæ.† [d] [13] Noli subtrahere à puero disciplinã: si enim percusseris eũ virga, non morietur. † [14] Tu virga percuties eũ, & animã eius de inferno liberabis.[15] Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecũ cor meum: [16] & exultabũt renes mei, cũ locuta fuerint recta labia tua.† [17] Non æmuletur cor tuũ peccatores, sed in timore domini esto [e] tota die: [18] quia habebis spẽ in nouissimo, & præstolatio tua nõ auferetur.[19] Audi fili mi, & esto sapiẽs, & dirige in via animũ tuũ. [20] Noli esse in cõuiuiis potatorum, nec in comessationibus eorum qui carnes ad vescendum conferũt:[21] quia vacantes potibus, & dantes symbola, consumentur, & vestietur pannis dormitatio.[22] Audi patrem tuũ qui genuit te: & ne cõtemnas cum senuerit mater tua.[23] Veritatẽ eme, & noli vẽdere sapientiam, & doctrinam, & intelligentiã.[24] Exultat gaudio pater iusti: qui sapientẽ genuit, lætabitur in eo. [25] Gaudeat pater tu⁹, & mater tua, & exultet qui genuit te.[f] [26] Prębe fili mi cor tuũ mihi, & oculi tui vias meas custodiãt.[27] Fouea enim profunda est meretrix, & puteus angust⁹ aliena. [28] Insidiatur in via quasi latro, & quos incautos inuenerit, interficiet. [29] Cui væ? cuius patri vę? cui rixę? cui foueę? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorũ?[29] Nõne his qui cõmorantur in vino, & studẽt calicibus epotãdis?[31] Ne intuearis vnũ quãdo flaueſcit, cũ splenduerit in vitro color eius. Ingreditur blande.[32] sed in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet. [33] Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur peruersa.[34] Et eris sicut dormiens in medio mari & quasi sopitus gubernator amisso clauo,[35] & dices, Verberauerunt me, sed non doluí: traxerunt me, & ego non sensi: quando euigilabo, & rursus vina reperiam.

Eccle.10.a Augu. d 2.dist.c.Cũ omnes. 8.Sacramenta. 95. Dispersos. ca. Ex multis. Non mœchaberis. Eccle. di. 6. Ne cardinalis. 44. dist. c. Nunquid. Isaiæ.24.a

† Eccle.2.a Eccli. 41.c.

Iosue.23.b

† Eccle.30.c

† 13.q.4.cap. In malos.

† Iosue. 22.c

† 23.q.4.c.In loco.

Fortitudo circa quinque versatur: scientiam in acquisitione, clementiam in exercitatione, versutiarum detectione, veritatis exercitatione, & insidiarum contemptione. XXIIII.

[A] Ne æmuleris † [a] viros malos, nec desideres esse cũ eis:[2] quia rapinas meditatur mens eorum, & fraudes labia eorum loquuntur.[3] Sapientia ædificabitur domus, & prudẽtia roborabitur.[4] In doctrina replebũtur cellaria, vniuersa sub-

d. Triplici ter auditori doctrinam descripsit: quia cogitare, loqui, & operibus hanc exercere præcepit. Qua descriptione tripli ci locus hic libellus, si quis hæ ne consideret, eorum refugiet. Beda ibid.

e. Sunt vitia quædam quibus si quis fuerit implicatus, non dubitem eum à misericordia dei non longe abesse. Non enim illa maiestas tanta vilescit misericordiæ, infirmitatis, & verbum quæ quotcunq; in pectore animi cõsiderandi sint. Aug. de animæ quantitate cap. 28.

f. Stipulabantur manibus suis spondentes se rationẽ pro miseris animabus domino reddituros. Beda ibid.

g. Ne trãsgrediaris terminos fidei quos catholici ab initio statuere doctores. Hieronym.

h. Sedulũ in rebus agendis. a. Potest & item intelligi, de ea temperantia sacræ scripturæ, quæ adeo sobriè gestanda est cum superioribus, vt in locutione videamur plus sapere quàm oporteat, sed sapere ad sobrietatem. Diony. ibi.

b. Refrunge gulã tuã voluptati cultro gustari inuitus.

c. Mendatio quæ fiunt, vel appoſitum communi ad probandum enim.

d. Si pueri castigatio fugienda est, quare inuentum, per vim bonorum morum puerũ dirigit: & ille in hac vitæ miseria quadiu per culorum cæsus, atque in futura inferni pœnarũ acerbum.

e. Hoc est, Si toto tẽpore vitæ tuæ precatorum exempla virtuerit, & dominũ timere facegerit, habebis spẽ beatæ retributionis in nouissimo, imo illa. Apoc. 2. Fiãs fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Hiero. ibid.

f. Quod Abraham illi dictũ est, Da mihi vnicum dilectum tuum tibi dicit sapientia, da mihi, hîc cor tuum. ipse est dilectus vnicus. Quid enim afferet cor nostrum? Osee. 10. Secundũ conscientiam cordis domino deo suo, & dicet cum propheta, Holocausta non delectaberis. Secundũ deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non despicies. Aug. de 4. virtutibus charitatis.

a. Ne desideres eor imitari, quos virtus illis de quibus cõmoratur, videris implicatus? ed potius sapientiæ operã dare curato. Beda ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

correctio, quàm amor abscõditus.† [6] Meliora sunt vulnera diligẽtis, quàm fraudulẽta oscula odientis.† [7] Anima saturata calcabit fauum: & anima esuriens etiam amarũ pro dulci sumet. [8] Sicut auis transmigrans de nido suo, sic vir qui derelinquit locum suum. [9] Vnguento & variis odoribus delectatur cor, & bonis amici consiliis anima dulcoratur. [10] Amicum tuum, & amicum patris tui ne dimiseris: & domũ fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ.[e] Melior est vicinus iuxta, quàm frater procul. [11] Stude sapientiæ fili mi, & lætifica cor meũ, vt possim exprobranti respondere sermonem. [12] Astutus videns malum, absconditus est: paruuli transeuntes sustinuerunt dispendia.† [13] Tolle vestimentum eius qui spopondit pro extraneo, & pro alienis aufer ei pignus. [14] Qui benedicit proximo suo [d] voce grandi, de nocte consurgens, maledicenti similis erit.† [15] Tecta perstillantia in die frigoris, & litigiosa mulier compa rantur. [16] Qui retinet eam: quasi qui ventum teneat, & oleum dexteræ suæ [e] euacuat. [17] Ferrum ferro exacuitur, & homo exacuit faciem amici sui. [18] Qui seruat ficum, comedet fructũ eius: & qui custos est domini sui, glorificabitur. [19] Quomodo in aquis resplendent vultus prospiciẽtium: sic corda hominum manifesta sunt prudentibus. [20] Infernus & perditio nunquã replentur, similiter & oculi hominum insatiabiles.† [21] Quomodo probatur in cõflatorio argentũ, & in fornace aurũ: sic probatur homo ore laudantis. Cor iniqui inquirit mala, cor autem rectum inquirit scientiam. [22] Si contuderis stultum in pila quasi ptisanas feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia eius. [23] Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuósq; greges cõsidera. [24] Nõ enim habebis iugiter potestatem, sed corona tribuetur tibi in generatione & generationem. [25] Aperta sunt prata, & apparuerunt herbæ virentes, & collecta sunt fœna de montibus.† [26] Agni sunt ad vestimentum tuum: & hœdi ad agri pretiũ. [f] [27] Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, & in necessaria domus tuæ, & ad victum ancillis tuis.

Prælati socordes ob seculi sapientiam gregis curam parui pendunt, at prouidi mundanas voluptates nec sibi nec subditis sinunt dominari. XXVIII.

[a] Quis intus habet agentẽ conscientiæ accusatorem, & hanc vndique circũfitam, & sicut ferpentem non posse fugere, sic nec intrinsecus ipsum agentẽ, sed quocunque ierit flagellatur, & vulnus habet immedicabile. Chrysost. ad populum Antiochenum. homil. 8.

[A] VGit [a] impius nemine persequente: iustus autem quasi leo confidens, absque terrore erit. [2] Propter peccata terræ, multi principes eius: & propter hominis sapientiam, & horum scientiam quæ dicuntur, vita Ducis longior erit. [3] Vir pauper calumnians pauperes, similis est imbri vehemẽti, in quo paratur fames. [4] Qui derelinquunt legem, laudant impium: qui custodiunt, succenduntur contra eũ. [5] Viri mali non cogitant iudicium: qui autem inquirunt dominum, animaduertunt [b] omnia.† [6] Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quàm diues in prauis itineribus. [7] Qui custodit legem, filius sapiens est: qui autem comessatores pascit, confundit patrem suũ.† [8] Qui coaceruat diuitias vsuris & fœnore liberali, in pauperes congregat eas. [9] Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. [10] Qui decipit iustos in via mala, [c] in interitu suo corruet, & simplices possidebunt bona eius. [11] Sapiens sibi videtur vir diues: pauper autẽ prudens scrutabitur eum. [12] In exultatione iustorum multa gloria est: [d] regnãtibus impiis ruinæ hominum. [13] Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiam consequetur. [14] Beatus enim homo qui semper est pauidus: qui vero mentis est duræ, corruet in malum. [15] Leo rugiẽs, & vrsus esuriens, princeps impius super populum pauperem. [16] Dux indigens prudentia multos opprimet per calumniam: qui autem odit auaritiam, longi fient dies eius. [17] Hominem qui calumniatur animæ sanguinem, si vsque ad lacum fugerit, nemo sustinet. [18] Qui ambulat simpliciter, saluus erit: qui peruersis graditur viis, concidet semel.† [19] Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autem sectatur otium, replebitur egestate. [20] Vir fidelis multũ laudabitur: qui autem festinat ditari, non erit innocẽs. [21] Qui cognoscit in iudicio faciẽ, non bene facit iste: & pro buccella panis deserit veritatem. [22] Vir qui festinat ditari, & [e] aliis inuidet, ignorat quòd egestas superueniet ei. [23] Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud eum magis, quàm ille qui per linguę blandimenta decipit. Qui

[b] Omnia animaduertunt electi, hoc est, & futurũ esse discrimen enumerabit iudicium, & quibus operibus requiet: & quibus pœna reputabitur æterna. Hieron. ibid.

[c] Hoc est, in vltimum supplicium.

[d] Hoc est, quando impij præsunt populo, nil habet populus in tuto quidquid vetuit, omnia fiunt iura & leges.

[e] Hoc est, Diuitiæ quæ citò acquiruntur, etiam citò deperduntur.

[24] Qui subtrahit aliquid à patre suo, vel à matre, & dicit hoc nõ esse peccatum, particeps homicidę est. [25] Qui se iactat & dilatat, iurgia concitat: qui verò sperat in domino saluabitur. [26] Qui confidit in corde suo, stultus est: qui autem graditur sapienter, ipse laudabitur. [27] Qui dat dauperi, non indigebit: qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam. [c 28] Cum surrexerint impij, abscondentur homines: cum illi perierint, multiplicabuntur iusti.

Subditus insolens superiorum correctionem facilè contemnit, in eo quòd correctorem non audit, correctori arroganter resistit, præsentia vero inconsiderate disponit. XXIX.

[A] VIro qui corripientem dura ceruice contemnit repentinus ei superueniet interitus, & [a] eum sanitas non sequẽtur. [2] In multiplicatione iustorum lætabitur vulgus: cum impij sumpserint principatũ, gemet populus. [3] Vir qui amat sapientiam, lætificat patrem suum:† qui autem nutrit scortum, perdet substantiam. [4] Rex iustus erigit terram, vir auarus destruet eam. [5] Homo qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus eius. [6] Peccantem virum iniquum inuoluet laqueus, & iustus laudabitur atque gaudebit. [7] Nouit iustus causam pauperum, impius ignorat scientiam. [8] Homines [b] pestilentes dissipant ciuitatem, sapientes verò auertunt furorem. [c 9] Vir sapiens si cũ stulto contenderit, siue irascatur, siue rideat, nõ inueniet requiem. [10] Viri sanguinum oderunt simplicem: iusti autem quærunt animam eius. [11] Totum spiritum suũ profert stultus: sapiens differt & reseruat in posterũ. [12] Princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios. [13] Pauper & creditor obuiauerunt sibi: vtriusque illuminator est dominus. [14] Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur. [15] Virga atque correctio tribuit sapiẽtiam: puer autem qui dimittitur voluntari suæ, cõfundit matrem suam. [16] In multiplicatione impiorũ multiplicabuntur scelera, & iusti ruinas eorum videbũt. [17] Erudi filium tuum, & refrigerabit te, & dabit delicias animæ tuæ. [d 18] Cũ prophetia defecerit, dissipabitur populus: qui vero custodit legem, beatus est. [19] Seruus verbis non potest erudiri: quia quod dicis intelligit, & respondere contemnit. [20] Vidisti hominem velocem ad loquendum? stultitia magis speranda est, quàm illius correctio. [21] Qui delicatè à pueritia sua nutrit seruum suum, postea sentiet eum contumacem. [22] Vir iracundus prouocat rixas: & qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum procliuior.† [e 23] Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu sustipiet gloria. [24] Qui cum fure participat, odit animam suam: adiurantem audit, & nõ indicat. [25] Qui timet hominem, citò corruet: qui sperat in domino, subleuabitur. [26] Multi requirunt faciem principis, & iudicium à domino egreditur singulorum. [27] Abominantur iusti virum impium: & abominãtur impij eos qui in recta sunt via. Verbum custodiens filius, extra perditionem erit.

[a] Hoc euidenter ad filium refertur, propter cætera quę de filio magis intelliguntur, hoc est, quis ascendit in cœlũ & descendit? Quod Paulus ita commemorat. Ephes. 4. Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cœlos. Quis colligit spiritum in sinum suum, id est animas credentium in occultum atq; secretum. Quibus dicitur, mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Quia colligant aquas in vestimẽto, vt dies pereãt? Quæ quos in Christo baptizati estis Christum induistis. Quis tenuit fines terræ? Qui dixit discipulis suis, Ecce mihi restes in Ierusalẽ, &c. August. Epist. 49.

Quæ sint à deo postulanda, quæ fugienda sint, & quæ imitanda. XXX.

[A] VErba congregantis filij vomentis. Visio quam locutus est vir cum quo est deus, & qui deo secum morante confortatus, ait: [2] Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum. [3] Non didici sapientiam, & noui scientiam sanctorum. [a 4] Quis ascendit in cœlum, atque descendit? Quis continuit spiritum in manibus suis? Quis colligauit aquas quasi in vestimento? Quis suscitauit omnes terminos terræ? Quod nomen est eius, & quod nomen filij eius, si nosti?† [5] Omnis sermo dei ignitus, clypeus est omnibus sperantibus in se.† [6] Ne addas quicquam verbis illius, & arguaris, inueniarisq; mendax. [7] Duo rogaui te, ne deneges mihi antequam moriar. [8] Vanitatem, & verba mendacia longe fac à me. Mẽdicitatem, & diuitias ne dederis mihi. Tribue tantùm victui meo necessaria, [9] ne forte satiatus illiciar ad negandum, & dicam, quis est dominus? aut egestate compulsus furer, & periurem nomen dei mei. [10] Ne accuses seruum ad dominum suum, ne forte maledicat tibi, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

corruas.[b] 11 Generatio quæ patri suo maledicit,& quę matri suæ nõ benedicit.[12] Generatio quæ sibi mũda videtur,& tamẽ nõ est lota à sordibus suis.[13] Generatio cuius excelsi sunt oculi,& palpebræ eius in alta subrectæ. [14] Generatio quę pro dẽtibus gladios habet,& cõmãdit molaribus suis,vt comedat inopes de terra,& pauperes ex hominibus.[c] [15] Sanguisugæ duę sunt filiæ,dicentes,affer,affer. Tria sunt insaturabilia,& quartũ quod nunquã dicit sufficit.† [16] Infernus,& os vuluæ,& terra quæ nõ satiatur aqua,ignis vero nunquã dicit,sufficit.[17] Oculum qui subsannat patrem,& qui despicit partum matris suæ,effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ.[28] Tria sunt difficilia mihi,& quartũ penitus ignoro. [19] Viam aquilæ in cœlo, viam colubri super petram,viam nauis in medio mari,† & viam viri in adolescentia. [20] Talis est via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os suum, dicit: Non sum operata malũ.[21] Per tria mouetur terra,& quartũ quod nõ potest sustinere.[22] Per seruum cum regnauerit,per stultũ cum saturatus fuerit cibo, [23] & per odiosam mulierẽ cum in matrimonio fuerit assumpta , & per ancillam cum fuerit hæres dominæ suæ. [24] Quatuor sunt minima terræ,& ipsa sunt sapiẽtiora sapiẽtibus:† [25] Formicæ populus infirmus,qui præparat in messe cibũ sibi: [26] Lepusculus plebs inualida, qui collocat in petra cubile suũ. [27] Regem locusta non habet,& egreditur vniuersa per turmas suas.[28] Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus Regis. [c 29] Tria sunt quæ bene gradiuntur,& quartum quod incedit fœliciter:[30] Leo fortissimus bestiarũ ad nullius pauebit occursum: [31] Gallus succinctus lumbos suos, & aries, nec est Rex qui resistat ei:[32] & qui stultus apparuerit, postquam eleuatus est in sublime. Si enim intellexisset:ori suo imposuisset manum.† [33] Qui autem fortiter premit vbera ad eliciendũ lac,exprimit butyrum:& qui vehemẽter emungit,elicit sanguinem: & qui prouocat iras,producit discordias.

b. Quatuor sunt hominum genera iram dei incurrentia: Parentibus nõ obedientes, hypocritæ, superbi, & pauperum calumniatores.

c. [11] Hæc autem omnia similia atq; dissimilia ex vna radice pullulantur, proprijs licet võlitatis. Huius enim sanguisugæ duæ sunt insatiabiles filiæ, clamantes, affer, affer. Siquidem nec animi ratio nec, nec voluptate corpus aliquando satiatur,vt scriptum est. Non satiatur oculus visu, nec auris impletur auditu. Bernard. in declamatio.

d. Itaque via adulterarum similis est viæ adolescentũ, quoniam in desideriis, phantasijs, cogitationibus, verbis,& factis turis prorsus inhabiles sunt. Dionys ibid.

e. Leo, Constantinus gallus, prædicator: aries, sacerdos: & stultus, Antichristus. Quorũ ecia dicit bene fecedere, & quarum fœliciter. Non enim quod fœliciter, bene: neque in hac vita omne qd bene, fœliciter. Nam leo, gallus, & aries bene incedunt, sed non hic fœliciter: quia persecutionum bella patiuntur. Quartũ vero fœliciter, & nõ bene incedit: quia Antichristus gradit, sed intra breue tempus vitæ præsentis ipse illi fallaria prosperatur. Beda ibid.

f. Sup.27.c.

† 12. q.2.c.1. De pœnit. c.Ex multis in glos. De cõsec.dist. 4.c.Queris.

† Sup.6.a. Psal.103.

† Dist.4.c. Denique. Depœn. d.1. Serpent. Deterrõ. c.Nili.

A quibus reges abstineant vt iuste iudicent, mulieres quid imitentur & quid fugiant,vt probæ euadant. XXXI.

a. Samuel interpretatur in quo est deus, & idem eadem est locutio quæ in principio præcedentis capitis. Vnde quem inuocauit est vir cũ quo est deus.

[a] Verba Lamuelis Regis. Visio qua erudiuit eum mater sua. [2] Quid dilecte mi, quid dilecte vteri mei, quid dilecte votorũ meorum. [b 3] Ne dederis mulieribus substantiã tuam, & diuitias tuas ad delendos Reges. [4] Noli regibus ô Lamuel,noli regibus dare vinum:quia nullum secretũ est, vbi regnat ebrietas. [5] Ne forte bibant,& obliuiscantur iudiciorum,& mutẽt causam filiorum pauperis. [6] Date siceram mœrentibus, & [c] vinum his qui amaro sunt animo. [7] Bibant,& obliuiscantur egestatis suæ,& doloris sui non recordentur amplius.[8] Aperi os tuum muto , & causis omnium filiorum qui pertranseunt.[9] Aperi os tuum , decerne quod iustum est,& vindica inopem,& pauperẽ. Aleph.[d 10] Mulierem fortem quis inueniet?procul & de vltimis finibus pretium eius. Beth.[11] Confidit in ea cor viri sui: & spoliis non indigebit. Gimel. † [12] Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus vitæ suæ. Daleth. [13] Quæsiuit lanam,& linum,& operata est consilio manuum suarum. He.[14] Facta est quasi nauis institoris,de longe portans panem suũ. Vau.[15] De nocte surrexit,deditq; prædam domesticis suis,& cibaria ancillis suis. Zain. [16] Considerauit agrum,& emit eum:de fructu manuũ suarũ plantauit vineam. Heth. [e 17] Accinxit fortitudine lumbos suos,& roborauit brachiũ suũ. Teth.[18] Gustauit & vidit quia bona est negotiatio eius,nõ extinguetur in nocte lucerna eius. Iod.[19] Manũ suam misit ad fortia,& digiti eius apprehenderunt fusum. Caph.[20] Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem . Lamed. [21] Non timebit domui suæ à frigoribus niuis , omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus . Mem. [22] Stragulatam vestem fecit sibi, byssus & purpura vestimentum eius. Nun.[23] Nobilis in portis vir eius,quando sederit cum senatoribus terræ. Samech.[24] Sindonem [f] fecit & vẽdidit, & cingulum tradidit Chananæo. Ain.[25] Fortitudo & decor indumentum eius , & ridebit in die nouissimo. Pe [26] Os suum aperuit sapientiæ,& lex clementię in lingua eius. Sadi.[g 27] Cõsiderauit semitas domus suæ,& panẽ otiosa nõ comedit. Coph.[28] Surrexerũt filij eius, & beatissimam

d. Hoc est de rerum specibus intelligi, quarũ indandina successionib⁹ perseuerant. Vel de his quæ supra enumerauit generatione & generatione,mole terrarum, ortu solis & occasu, cursu fluminũ, & hãusmodi. Hieron. ibi.

e. Si alij & curiosi⁹ nit sciẽt sapere, & nõ ad vtilitatem.

f. Non solum sibi,sed & cæteris operatur & prodest. g. Semitas domus suæ considerat, quia cunctas suæ cõscientiæ cogitationes substituere studet. Panem otiosa nõ comedit: quia hoc quod de sacro eloquio intelligendo percepit, ante æterni iudicis oculos exhibendo operibus ostendit. Beda ibidem.

& beatissimam prædicauerunt:vir eius & laudauit eam. Res.[29] Multæ filię congregauerũt diuitias:tu supergressa es vniuersas. Sin.[30] Fallax gratia,& vana est pulchritudo: mulier timens dominum ipsa laudabitur. Tau.[31] Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius.

INCIPIT PROLOGVS BEATI HIERONYMI in Ecclesiasten.

Memini me ante hoc fermè quinquennium,cũ adhuc Romæ essem, & Ecclesiasten sanctæ Blesillæ legerem,vt eam ad contemptum mundi huius prouocarem,& omne quod in mundo cerneret,putaret esse pro nihilo,rogatum ab ea , vt in morem commentarioli obscura quæque dissererem,vt absque me posset intelligere quæ legebat. Itaque quoniã in procinctu nostri operis subita morte subtracta est, & non meruimus, ô Paula & Eustochium, talem vitæ nostræ habere consortem,tanto vulnere tunc percussus obmutui , & nunc in Bethlehẽ positus,angustiore videlicet ciuitate,& illius memoriæ & vobis reddo quod debeo. Hoc breuiter admonens,quòd nullius authoritatem secutus sum, sed de Hebræo transferens, maxime Septuaginta interpretum consuetudini me coaptaui , in iis duntaxat quæ non multum ab Hebraicis discrepabant. Interdum Aquilæ quoque & Symmachi & Theodotionis recordatus sum,vt nec nouitate nimia lectoris studium deterrerem , nec rursum contra conscientiam meam fonte veritatis omisso,opinionum riuulos consectarer.

INCIPIT ECCLESIASTES,

qui Hebraice קֹהֶלֶת Coheleth,id est Concionator,appellatur. [a]

a. Græcis ἐκκλησιαστὴς, Ecclesiastes,qui cœtum,id est ecclesiam congregat , quę nos nuncupare possumus concionatorẽ,eo quòd loquatur ad populũ:& sermo eius nõ specialiter ad vnũ; sed ad vniuersos generaliter dirigatur. Hier. ibi.

Quicquid est in mundo,vanitati,curiositati,cupidini & anxietati subiectum est. Cap. I.

Dep.di. c.Ego vox. Penit. di. 5.

[A] Verba Ecclesiastæ filij Dauid Regis Ierusalem.† [3] Vanitas vanitatum,dixit Ecclesiastes : vanitas vanitatum, & omnia vanitas:† [5] Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo quo laborat sub sole?[b] [4] Generatio præterit,& generatio aduenit,terra autem in æternum stat.[c 5] Oritur sol , & occidit, & ad locum suum reuertitur,ibique renascẽs[6] gyrat per meridiem : & flectitur ad aquilonem. Lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus,& in circulos suos reuertitur. [7] Omnia flumina intrant in mare , & mare non redundat. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur,vt iterum fluant.[8] Cuncta res difficiles:non potest eas homo explicare sermone. † Non saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur.† [d 9] Quid est quod fuit?Ipsum quod futurum est. Quid est quod factum est:Ipsum quod faciendum est. [10] Nihil sub sole nouum,nec valet quisquam dicere:Ecce,hoc recens est. Iam enim præcessit in seculis quæ fuerũt ante nos. [11] Non est priorũ memoria,sed nec eorum quidem quæ postea futura sunt,erit recordatio apud eos qui futuri sunt in nouissimo.[12] Ego Ecclesiastes fui Rex Israel in Ieru salẽ, [13] & proposui in animo meo quærere & inuestigare sapienter de omnibus quæ fiunt sub sole.† Hanc occupationem[e] pessimam dedit deus filiis hominũ,vt occupãtur in ea.[14] Vidi quæ fiunt cuncta sub sole,& ecce vniuersa vanitas,& afflictio spiritus.[15] Peruersi difficilè corriguntur,& stultorum infinitus est numerus. [16] Locutus sum in corde meo,dicens:Ecce magnus effectus sum,& præcessi omnes sapiẽtia, qui fuerunt ante me in Ierusalem:& mens mea contemplata est multa sapienter, & didici:[17] dediq; cor meum vt scirem prudentiam atque doctrinam , errorẽsq; & stultitiã. Et agnoui quòd in iis quoque esset labor,& afflictio spiritus, [18] eo quòd in multa sapientia,multa sit indignatio:&[f] qui addit scientiam,addit & dolorem.

b. Ex omnibus quę in seculo fuerunt vel futuræ sunt generationibus,vna illo & diuina generatio perficitur, quæ in æternã claritatis dei consortio perfruetur. Greg.17 psal.101.psal.

c. Sol ipse qui in luce mortalibus datus est,interitum mũdi ortu suo quotidie indicat & occasu. Hiero. ibi.

d. Potest hoc de rerum speciebus intelligi, quarũ indandina successionib⁹ perseuerant. Vel de his quæ supra enumerauit generatione & generatione,mole terrarum, ortu solis & occasu, cursu fluminũ, & hãusmodi. Hieron. ibi.

e. Si alij & curiosi⁹ nit sciẽt sapere, & nõ ad vtilitatem.

f. Quanto plus proficiunt in cognitione, tanto nobis indignamur amplius de peruerso operis. Greg.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In affluentia deliciarum, diuitiarum, ædificiorum, & illarum labore vanitas est & afflictio spiritus. II.

DIxi † ergo in corde meo: Vadam, & affluam deliciis, & fruar bonis. Et vidi A †Dep. di. 3. c. Iuramẽ. in fi. quòd hoc quoque esset vanitas. [2] Risum reputaui errorem, & gaudio dixi: Quid frustra deciperis? [3] Cogitaui in corde meo abstrahere à vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad sapiẽtiam, deuitarémque stultitiam, donec viderem quid esset vtile filiis hominum, quo facto opus est sub sole numero dierum vitæ suæ. [a 4] Magnificaui opera mea, ædificaui mihi domos, & plantaui vineas. [5] Feci hortos & pomaria, & conseui ea cuncti generis arboribus: [6] & extruxi mihi piscinas aquarum, vt irrigarem syluam lignorum germinantium. [7] Possedi seruos & ancillas, multámque familiam habui: armenta quoq; & magnos ouium greges [b] vltra omnes qui fuerunt ante me in Ierusalẽ. [8] Coaceruaui mihi argentum & aurum, & substãtias regum & prouinciarum. Feci mihi cantores, & cantatrices, & delicias filiorum homi B nũ, scyphos, & vrceolos in ministerio ad vina fundenda: [9] & supergressus sum opibus omnes qui ante me fuerunt in Ierusalem. [c] Sapientia quoque perseuerauit mecũ: [10] & omnia quæ desiderauerunt oculi mei, nõ negaui eis: nec prohibui cor meũ quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se in iis quæ præparauerã. Et hãc ratus sum partem meam, si vterer labore meo. [11] Cúmque me conuertissem ad vniuersa opera quæ fecerant manus meæ, & ad labores in quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatẽ & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole. [12] Transiui ad contemplandam sapientiam, [d] erroréque & stultitiam. Quid est, inquam, homo, vt sequi possit regem factorem suum? [13] Et vidi quòd tantum præcederet sapientia stultitia, quantũ differt lux à tenebris. †[c 14] Sapiẽtis oculi in capite eius: stultus in tenebris ambulat. Et C Infra 8. 2 Prou. 12. d †Dec. dist. 4. c. Accepi. Deut. vnic. c. vnico. didici quòd vnus vtriusque esset interitus. [15] Et dixi in corde meo: Si vnus & stulti & meus occasus erit, quid mihi prodest quòd maiorem sapientiæ dedi operã? Locutúsque cum mente mea, animaduerti quòd hoc quoq; esset vanitas. [16] Nõ enim erit memoria sapientis similiter vt stulti in perpetuum: & futura tempora obliuione cuncta pariter operiẽt. Moritur doctus similiter vt indoctus: [17] & idcirco tęduit me vitę meę videntẽ mala vniuersa esse sub sole, & cuncta vanitatem & afflictionẽ spiritus. [18] Rursus detestatus sum omnem industriam meã, qua sub sole studiosissimè laboraui, [f] habiturus hæredẽ post me, [19] quem ignoro vtrum sapiẽs an stultus futurus sit, & dominabitur in laboribus meis quibus desudaui & solicitus fui. Et est quicquã tam vanũ? [20] Vnde cessaui, renuntiauitq; cor meum vltrà laborare sub sole. [21] Nam cum alius laD boret in sapientia & doctrina & solicitudine, homini otioso quæsita dimittit. Et hoc quoq; vanitas, & magnum malum. [22] Quid enim proderit homini de vniuerso labore suo, & afflictione spiritus, qua sub sole cruciatus est? [g 23] Cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit. Et hoc nónne vanitas est? † Hieron. ad [24] Nonne melius est comedere, & bibere, & ostendere animæ suæ bona de laboribus suis? Et hoc de manu dei est. [25] Quis ita vorabit, & deliciis affluet vt ego? [26] Homini bono in conspectu suo dedit deus sapientiam & scientiam, & lætitiam: [h] peccatori autem dedit afflictionem & curam superfluam, vt addat & congreget, & tradat ei qui placuit deo. Sed & hoc vanitas est, & cassa solicitudo mentis.

a. Per manum & industriã artifi. cum iusti mihi fieri diuersa opera magnæ excellentiæ. Dionysius ibi.

b. Alrius tractanti est quæ fuit Ierusalẽ, & quomodo Ecclesiastes ante omnes qui eum præcesserunt, reges Ierusalẽ, ditior fuerit. Hiero.

c. Hæc enim portio nostra est, præmium; perpetuũ, si hic pro viribus laboremus. Hierony.

d. Hoc est, comessationes & ebrietates.

e. Cum fide redẽptoris cõtemplator, ne ũ vias lucis aspicere negleserit, in tenebras cadat erroris Greg.

f. Ex quo intelligimus nefilium quidẽ diuũ patris hæredẽ esse, ũ stultũ* fieri quod & Salomoni de Roboam accidit.

g. Cuncti dies eius malis pœna & culpæ pleni sunt, id est ipsemet in diebus suis his calamitatibus adimplentur. Tempora enim ædificantur ea quæ fiunt in tẽporesicut scit saluator. Sufficit dei malitia sua, sic cras suus dies sollicitos erit sibi. Dion. ibi.

h. Nec mirandum quòd dixerit peccatori autem dedit afflictionem. Ad illum enim respexit de quo tractauit hoc referrẽ dũ est, propterea dari esse ei solicitudinẽ qui peccator fuerit, & non ex se causam distinctionis in deo, sed in illo qui sponte sua ante peccauit. Hieron. ibi.

*Lapides.

In omnibus his fluxis nulla est mentis quies, sed cuncta pro temporis opportunitate agenda sunt & varianda. III.

OMnia tempus habent, & suis spatiis transeunt vniuersa sub cœlo. [2] Tempus A nascendi, & tempus moriendi. Tempus plantandi, & tempus euellẽdi quod plantatum est. [3] Tempus occidendi, & tempus sanandi. Tempus destruẽdi, & tempus ædificandi. [4] Tempus flendi, & tempus ridendi. Tempus plangendi, & tẽpus saltandi. [5] Tempus spargendi lapides & tempus colligendi. [6] Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus. [7] Tempus acquirendi, & tẽpus perdendi. Tempus custodiendi,

B custodiendi, & tempus abiiciendi. [7] Tempus scindendi, & tempus consuendi. [8] Tempus tacẽdi, & tempus loquendi. [9] Tempus dilectionis, & tempus odij. Tẽpus belli, & tẽpus pacis. †[b 9] Quid habet amplius homo de labore suo? [10] Vidi afflictionẽ quam dedit deus filiis hominũ, vt distendantur in ea. [11] Cuncta fecit bona in tempore suo, & C mundum tradidit disputationi eorum, vt nõ inueniat homo opus quod operatus est deus ab initio vsq; ad finem. †[12] Et cognoui quòd nõ esset melius, nisi lætari, & facere bene in vita sua. [13] Omnis enim homo qui comedit & bibit, & [d] videt bonum de labore suo, hoc donũ dei est. [14] Didici quòd omnia opera quæ fecit deus, perseuerẽt in perpetuum. Nõ possumus eis quicquam addere, nec auferre, quæ fecit deus vt timeatur. [15] Quod factũ est, ipsum permanet. Quæ futura sunt, iã fuerũt: & deus instaurat quod abiit. [16] Vidi sub sole in loco iudicij impietatẽ, & in loco iustitiæ iniquitatẽ: [17] & dixi in corde meo: Iustum & impium iudicabit dñs, & tempus omnis rei tunc erit. [18] Dixi in corde meo de filiis hominum, vt probaret eos deus, & ostenderet similes esse beD stiis. [19] Idcirco vnus interitus est hominis & iumentorum, & æqua vtriusque conditio. [e] Sicut moritur homo, sic & illa moriũtur. Similiter spirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius. Cuncta subiacẽt vanitati, [20] & omnia pergunt ad vnum locum. †De terra facta sunt, & in terram pariter reuertuntur. [21] Quis nouit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, & si spiritus iumentorum descendat deorsum? [22] Et deprehẽdi nihil esse melius, quàm lætari hominem in opere suo, & hanc esse partem illius. Quis enim eum adducet, vt post se futura cognoscat?

a. Prius tacendi tẽpus præmittit, quia non loquendo tacere, ted taccdo debemus loqui discere. Gregor.

b. Homo in fine nihil videtur fuisse lucratus, cum audax discedat.

c. Perpetuitatis affectũ dedit in cor eorũ vt hi qui cumulandis inhiant diuitiis longo pro tempore, quod sibi fuo studio promittunt.

d. Videre in scripturis frequẽter pro gustare seu experiri accipitur, vt in Psal. Nec dab s sanctum tuũ videre corruptionẽ. Psa. 15. & in actibus Apo. Dauid apposuit* est ad patres suos, & vidit corruptionẽ. Dio. ab.

e. Inter pecudes & homines secundũ corporis qualitatem nihil differre videtur, & est eadem omnibus conditio, & sera vita moriendi. Hier. ibi.

Multæ impiorum in pauperes & iustos calumniæ & vexationes mirabilem huius vitæ arguunt vanitatem & instabilitatem. IIII.

A VErti me ad alia, & vidi calumnias quæ sub sole geruntur, & lachrymas innocentium, & neminem consolatorem, nec posse resistere eorum violentiæ cũctorum auxilio destitutos. [1] Et laudaui [a] magis mortuos, quàm viuẽtes: [2] & fœliciorem vtroque iudicaui qui necdum natus est, nec vidit mala quæ sub sole fiunt. [3] Rursum contemplatus sum omnes labores hominum, & industrias animaduerti paB tẽre [b] inuidiæ proximi. Et in hoc ergo vanitas, & cura superflua est. [4] Stultus complicat manus suas, & comedit carnes suas, dicens: [c] Melior est [c] pugillus cũ requie, quàm plena vtraq; manus cum labore, & afflictione animi. [7] Cõsiderans reperi & aliam vanitatem sub sole. †[8] Vnus est, & secundũ non habet, non filium, non fratrem, & tamẽ laborare non cessat, nec satiantur oculi eius diuitiis: nec recogitat dicens: Cui laboro, C & fraudo animam meam bonis? In hoc quoq; vanitas est, & afflictio pessima. [9] Melius est ergo duos esse simul, quàm vnum: habent enim emolumentum societatis suæ. [10] Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. †Væ soli: quia cum ceciderit, non habet subleuantem se. [11] Et si dormierint duo, fouebuntur mutuo, vnus quomodo calefiet? [12] Et si quispiam præualuerit contra vnum, duo resistunt ei. [d] Funiculus triplex difficilè rũpitur. [13] Melior est puer pauper & sapiens rege sene & stulto, qui nescit præuidere in posterum, [14] quòd de carcere catenisq; interdum quis egrediatur ad regnum: & alius naD tus in regno, inopia consumatur. [15] Vidi cunctos viuentes, qui ambulãt sub sole cum adolescente secundo, qui consurget pro eo. [16] Infinitus numerus est populi omnium qui fuerunt ante eum: & qui postea futuri sunt, non lætabuntur in eo. Sed & hoc vanitas & afflictio spiritus. [17] Custodi pedem tuum ingrediens domũ dei, & appropinqua vt audias. †Multo enim melior est obedientia, quàm stultorum victimæ, qui nesciunt quid faciunt mali.

a. Quoniã multa ex personarum natalũ imperitorũmq; loqui videmur nec ex animo ea proferre videamur, dicit: Ne celeriter quid, &c. hoc est, inaniũ verbũ proferas veritati scripturæ, aut humanæ rectitudini contrarium: & præsertim illicitæ aut præsumptioni. Nihil loquaris de deo, de natura, & eius attributis. Dion. ibi.

Nil incante in deum & eius prouidentiam loquendum, sed verbis & cupiditatibus est cauendum, & virtutum honestati & moribus studendum. V.

A NE [a] temere quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram deo. Deus enim in cœlo, & tu super terrã: idcirco sint pauci sermones tui. [2] Multas curas sequũtur somnia, & in multis sermonibus inuenie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur stultitia.† [3] Si quid vouisti deo,ne moreris reddere. Displicet enim ei infidelis & stulta promissio.Sed quodcunque voueris,redde. [4] Multóq; melius est non vouere, quàm post votum promissa nō reddere. [5] Ne dederis os tuum vt peccare facias carnē tuam:neque dicas coram angelo,Non est prouidentia:ne forte iratus dñs contra sermones tuos,dissipet cuncta opera manuum tuarum. [b 6] Vbi multa sunt somnia,plurimæ sunt vanitates,& sermones innumeri.Tu vero deum time. [7] Si videris calumnias egenorum, & violenta iudicia,& subuerti iustitiam in prouincia, non mireris super hoc negotio:quia excelso excelsior est alius, [8] & super hos quoq; eminentiores sunt alij:& insuper vniuersæ terrę Rex imperat seruienti. †[9] Auarus non implebitur pecunia:& qui amat diuitias,fructum non capiet ex eis.Et hoc ergo vanitas. [c 10] Vbi multę sunt opes,multi & qui comedunt eas.Et quid prodest possessori,nisi quòd cernit diuitias oculis suis? [11] Dulcis est somnus operanti,siue parū siue multum comedat:saturitas autem diuitis non sinit eum dormire.† [12] Est & alia infirmitas pessima, quā vidi sub sole:diuitiæ conseruatæ in malum domini sui. [13] Pereunt enim in afflictione pessima.Generauit filium qui in summa egestate erit.† [14] Sicut egressus est nudus de vtero matris suæ,sic reuertetur,& nihil auferet secum de labore suo. [15] Miserabilis prorsus infirmitas.†Quomodo venit,sic reuertetur. Quid ergo prodest ei quòd laborauit in ventum? [16] Cunctis diebus vitæ suæ comedit in tenebris,& in curis multis,& in ærumna atque tristitia. [17] Hoc itaq; visum est mihi bonum,vt comedat quis & bibat, & fruatur lætitia ex labore suo quo laborauit ipse sub sole numero dierum vitæ suæ quos dedit ei deus:& hæc est pars illius. [18] Et omni homini cui dedit deus diuitias atque substantiam,potestatémque ei tribuit vt comedat ex eis, & fruatur parte sua, & lætetur de labore suo:hoc est donum dei. [d 19] Non enim satis recordabitur dierum vitæ suæ,eo quòd deus occupet delicijs cor eius.

†Deut.23.d Psal.75.

b. Ex prædictis infert, quoniā in somnio vitæ istius, & in imagine vmbræ nubis qua vimus, multa possumus inuenire quæ nobis vera esse videantur, & nostra exculare peccata. Hieron. ibid.

c. Quāto maior fuerit substantia, tanto plures ministros habebit qui opes deuorent congregatas. Hie.

d. His autem qui in delicijs viuunt, tēpus videtur breue, quamuis sit longū: sicut econtrario his qui desolatam, tristē, amaram ducunt vitam, tempus quāuis breue, videtur longum. vt in damnatis maxime patet. Dionysius.

Auari tanta est tenacitas, vt partis ad necessitatem vti nesciat, vnde deterioris est, quàm abortiuus, conditionis. VI.

a Describit auarum diuitē, & hoc malum frequens esse omnibus affectū, & nihil eorum quæ in mundo putātur bona, ei deesse, & nihilominus huiusmodi parcitate se cruciare, aliis deuorāda conferendo. Hieron. ibi.

b. Vt qui sepeliuntur, demergantur, ait, & ferri deportentur.

A Est & aliud malū quod vidi sub sole, & quidem frequens apud homines. [a 2] Vir cui dedit deus diuitias,& substantiā,& honorē,& nihil deest animæ suæ ex omnibus quę desiderat,nec tribuit ei potestatē deus vt comedat ex eo,sed homo extraneus vorabit illud.Hoc vanitas,& magna miseria est. [3] Si genuerit quispiā centum liberos,& vixerit multos annos,& plures dies ætatis habuerit,& anima illius non vtatur bonis substantiæ suæ, [b] sepulturáque careat:de hoc ego pronūtio quòd melior illo sit abortiuus. [4] Frustra enim venit & pergit ad tenebras,& obliuione delebitur nomen eius. [5] Non vidit solem,neq; cognouit distātiam boni & mali, [6] etiam si duobus milibus annis vixerit,& nō fuerit perfruitus bonis.Nónne ad vnum locum properāt omnia? [c 7] Omnis labor hominis in ore eius:sed anima eius nō implebitur bonis. [8] Quid habet amplius sapiēs à stulto? & quid pauper,nisi vt pergat illuc vbi est vita? [9] Melius est videre quod cupias,quàm desiderare quod nescias. Sed & hoc vanitas est,& præsumptio spiritus. [10] Qui futurus est,iam vocatum est nomen eius:& scitur quòd homo sit,& non possit contra fortiorem se in iudicio cōtendere. [11] Verba sunt plurima,multámque in disputando habentia vanitatem.

B

C

c. Quia qui solām laborat vt erat quid loqui debeat, ab ipsa refectione sæ scientiæ mente vacua iemanat. Grego.

Humanæ curiositati frænum est imponendum, lætitiæ tristitia est anteponenda, & opulentiæ iungenda est sapientia. VII.

A Vid necesse est homini maiora se quærere, cum ignoret quid conducat sibi in vita sua numero dierum peregrinationis suæ, & tempore quod velut vmbra prēterit? Aut quis ei poterit indicare quid post eum futurum sub sole sit? [a 2] †[3] Melius est nomen bonum,quàm vnguenta pretiosa:& dies mortis,quàm natiuitatis. [4] Melius est ire ad domum luctus,quàm ad domum conuiuij. In illa enim finis cunctorum admonetur hominū, & viuens cogitat quid futurum sit. [5] Melior est ira risu: quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. [6] Cor sapientium vbi tristitia

a. Nam bonum nomen est ad gloriam dei, ædificationēque proximi, & cuius bonę famę est, ad multa accommodum. Deo itaque debemus confidentiam parem proximo autem bonā famam. Dionys. ibi.

†Prou.22.a

tristitia est,& tor stultorum vbi lætitia. [6] Melius est à sapiēte corripi,quàm stultorum adulatione decipi: [7] quia sicut sonitus spinarū ardētium sub olla,sic risus stulti.Sed & hoc vanitas. [8] Calumnia conturbat sapiētem,& [b] perdet robur cordis eius. [9] Melior est finis [c] orationis,quàm principium.Melior est patiens arrogāte. [10] Ne sis velox ad iram:quia ira in sinu stulti requiescit. [11] Ne dicas,Quid putas causæ est,quòd priora tēpora meliora fuere,quàm nunc sunt? Stulta est enim huiusmodi interrogatio. [12] Vtilior est sapientia cum diuitiis,& magis prodest videntibus solem. [13] Sicut enim protegit sapientia,sic protegit pecunia. Hoc autem plus habet eruditio & sapientia, quòd vitam tribuunt possessori suo. [14] Considera opera dei,quòd nemo possit corrigere quem ille despexerit. [15] In die bona fruere bonis,& malam diem præcaue. Sicut enim hanc,sic & illam fecit deus,vt non inueniat homo contra eum iustas querimonias. [16] Hæc quoque vidi in diebus vanitatis meæ.Iustus perit in iustitia sua, & impi [d] multo viuit tempore in malitia sua. †[17] Noli esse [d] iustus multū:neq; plus sapias,quàm necesse est,ne obstupescas. [18] Ne impiè agas multū:& noli esse stultus,ne moriaris in tempore non tuo. [19] Bonū est te sustentare iustum:sed & ab illo ne subtrahas manum tuam:quia qui timet deum,nihil negligit. [e 20] Sapientia confortabit sapientem super decem principes ciuitatis.† [21] Non est enim homo iustus in terra,qui faciat bonū, & nō peccet. [22] Sed & cunctis sermonibus qui dicuntur,ne accommodes cor tuum:ne forte audias seruum maledicentem tibi. [23] Scit enim cōscientia tua quia & tu crebrò maledixisti aliis. [24] Cuncta tentaui in sapientia.Dixi, [f 25] sapiens efficiar:& ipsa longius recessit à me multo magis quàm erat.Et alta profunditas,quis inueniet eā? [26] Lustraui vniuersa animo meo,vt scirem & considerarē, & quærerem sapientiam & rationem,& vt cognoscerem impietatem stulti,& errorem imprudentium. [27] Et inueni amariorem morte mulierem,quæ [g] laqueus venatorum est,& sagena cor eius. Vincula sunt manus illius.Qui placet deo, effugiet illam: qui autem peccator est,capietur ab illa. [28] Ecce hoc inueni,dixit Ecclesiastes, vnum & alterum, vt inuenirem rationem, [29] quam adhuc quærit anima mea,& non inueni.Virum de mille vnum reperi: [h] mulierem ex omnibus non inueni. [30] Solummodo hoc inueni, quòd fecerit deus hominem rectum,& ipse se infinitis miscuerit quæstionibus.Quis talis vt sapiēs est? Et quis cognouit solutionem verbi?

B

C

D

†Prou.17.d

†Iob.7.c. Sicut nubes consumitur. Supra.4.c. Tempestas. Deut.28.i Abscondam.

†Iob.20.c

†Iob.2.d. 2.Tim.4.b

†Supra.2.d

b. Hoc est, muneribus sapientes eam corrumpuntur.

c. Hoc est, fine consilio nihil est inchoandum.

d. Vti Saul, qui volens esse putat, inobediēs fuit. 1. Reg. 15.b.

e. Propterea sapientiā confortat iustū, & omnū principum ciuitatis super eam excedit auxilium quamuis aliquis iustus sit, tamen dum est in hac carne cōstitutus, subiectus est vitijs atque peccatis, & maiore præsidio indiget. Hiere. ibi.

f. Quæstra sapientia longe recedere dicitur, quia appropinquanti aliter videtur. Grego.

g. Hoc est, Nihil aliud procax agit mulier, quàm vt te retiat & illaqueet hominici, vehti si in carcerem trahat.

h. Nō putemus temere hāc Salomonem de omni genere mulierum proclamasse sententiam, quod eum experius est, loquitur, ideo offendit deum, quia cæcus est à mulieribus. Hier.

Deus homini sapientiam dedit & prouidentiam ad occulta dei mysteria cognoscenda, & arcana scrutanda, in quibus occupati homines multum temporis conterunt. VIII.

Sapientia †hominis lucet in vultu eius, & potētissimus faciem illius commutabit. [a 22] Ego os Regis obserua, & præcepta iuramenti dei. [2] Ne festines recede à facie eius,neque permaneas in opere malo:quia omne quod voluerit fa- [a] cies,† [3] & sermo illius potestate plenus est. †Nec dicere ei quisquā potest,quare ita facis? [4] Qui custodit præceptum,non experietur quicquam mali. Tempus & respōsionē cor sapientis intelligit. [5] Omni negotio tempus est & opportunitas,& multa homini afflictio: [6] quia ignorat prēterita,& futura nullo scire potest nuntio. [7] Nō est in hominis potestate prohibere spiritum, nec habet potestatem in die mortis, nec sinitur quiescere ingruente bello,neq; saluabit impietas impium. [8] Omnia hæc considerauí,& dedi cor meum in cunctis operibus quæ fiunt sub sole.Interdum dominatur homo homini in malum suum. [9] Vidi impios sepultos:qui etiam cum adhuc viuerent,in loco sancto erant,& laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum. Sed & hoc vanitas est. [10] Etenim quia †non profertur citò contra malos sententia, absque timore vllo filij hominum perpetrant mala. [11] Attamē peccator ex eo quòd centies facit malum,& per patientiam sustentatur, ego cognoui quód erit bonum timentibus deum,qui verentur faciem eius. [12] Non sit bonū impio, [b] nec prolongentur dies eius: sed quasi vmbra transeant,qui non timent faciem dñi. [13] Est & alia vanitas quę fit super terram. Sunt iusti quibus mala proueniunt,quasi opera egerint impiorū: & sunt impij qui ita securi sunt,quasi iustorū facta habeant. Sed & hoc vanissimum iudico. [14] Laudaui igitur lætitiā,quòd nō esset homini bonum sub sole,nisi quòd comederet

A

†Deut.17.d

Supra.2.d. Super os di. Esther.

B

C

Supra.3. Super im.

a. Ego puto de illo rege nūc dici de quo David ait: Domine in virtute tua lætabitur rex, & in salutari tuo, vehementer exultabit. Et filij vnā regnū significet, scripturæ cōsuetudo: Deus iudicium tuū regi da, & iustitiam tuam filio regis. Hiere ibi.

b. Non enim hi qui mortem pro re viuunt, prolongant dies suos, sed qui grandes eos faciunt, honorum operum magnitudine. Hiere ibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& biberet,atque gauderet: & hoc solum secum auferret de labore suo omnibus diebus vitæ suę quos dedit ei deus sub sole.[16] Et appositi cor meum vt scirem sapientiã, & intelligerem distentionem quæ versatur in terra. Est homo qui diebus & noctibus somnum non capit oculis.[17] Et intellexi quòd omnium operũ dei nullam possit homo inuenire rationem eorum quæ fiunt sub sole: & quanto plus laborauerit ad quærendum,tanto minus inueniet. Etiam si dixerit sapiens se nosse, non poterit reperire.

Hominis sapientia inter amicitias & inimicitias, iustos & iniustos, sapientes & insipientes non nouit discrimen, quòd omnia iusto & iniusto similia eueniant, & dei maneant arbitrio. IX.

Omnia hæc tractaui in corde meo, vt curiosè intelligerem. Sunt iusti atque sapientes, & opera eorum in manu dei. † Et tamen nescit homo vtrum amore an odio dignus sit:[2] sed omnia in futurum seruantur incerta, eo quòd vniuersa æquè eueniant iusto & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti victimas, & sacrificia contemnenti. Sicut bonus, sic & peccator, vt periurus, sic ille qui verum deierat.[3] Hoc est pessimum inter omnia quæ sub sole fiunt, quia eadem cũctis eueniunt. Vnde & corda filiorum hominum implentur malitia & contemptu in vita sua, & post hæc ad inferos deducentur.[4] Nemo est qui semper viuat, & qui huius rei habeat fiduciam. Melior est canis viuus leone mortuo.[5] Viuentes enim sciunt se esse morituros, mortui verò nihil nouerunt amplius: nec habẽt vltrà mercedem: quia obliuioni tradita est memoria eorum.[6] Amor quoq;, & odium, & inuidiæ simul perierunt, nec habẽt partem in hoc seculo, & in opere quod sub sole geritur.[7] Vade ergo, & comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum: quia deo placent opera tua.[8] Omni tempore sint vestimẽta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat.[9] Perfruere vita cum vxore quam diligis, cunctis diebus vitæ instabilitatis tuæ, qui dati sunt tibi sub sole, omni tempore vanitatis tuæ. Hæc est enim pars in vita, & in labore tuo quo laboras sub sole.[10] Quodcunq; facere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratiõ, nec sapientia, nec scientia, erunt apud inferos, quò tu properas.[11] Verti me ad aliud, & vidi sub sole, nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec doctorum diuitias, nec artificũ gratiam: sed tẽpus casũmq; in omnibus.[12] Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur: sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis extẽplo superuenerit.[13] Hanc quoque sub sole vidi sapientiam, & probaui maximã.[14] Ciuitas parua, & pauci in ea viri. Venit cõtra eam rex magnus, & vallauit eam, extruxitq; munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio.[15] Inuẽtúsque est in ea vir pauper & sapiẽs, & liberauit vrbẽ per sapientiam suã, & nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis.[16] Et dicebam ego meliorem esse sapientiã fortitudine. Quomodo ergo sapientia pauperis contempta est, & verba eius non sunt audita?[17] Verba sapientiũ audiuntur in silentio, plus quàm clamor principis inter stultos. † [18] Melior est sapientia, quàm arma bellica: & qui in vno peccauerit, multa bona perdet.

Malus mixtus bonis, plurimos contaminat: in eligenda igitur prælaturâ, summa cura adhibenda est, ne stultus, piger, aut puer præficiatur. X.

Muscę morientes perdunt suauitatẽ vnguenti. Pretiosior est sapientia, paruáq; gloria, ad tẽpus stultitia.[2] Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illi.[3] Sed & in via stultus ambulans, cũ ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat.[4] Si spiritus potestatẽ habẽtis ascẽderit super te, locũ tuũ ne dimiseris: quia curatio faciet cessare peccata maxima.[5] Est malũ quod vidi sub sole, quasi per errorẽ egrediens à facie principis.[6] Positum stultum in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum.[7] Vidi seruos in equis: & principes ambulãtes super terram, quasi seruos.† [8] Qui fodit foueam, incidet in eam: [9] & qui diffipat sepem, mordebit eũ coluber.[9] Qui trãsfert lapides, affligetur in eis: & qui scindit ligna, vulnerabitur ab eis.

Si retusum

a Quia dicitur quòd mortę omnia finiantur, & in inferno nũ sit pœnitẽtia, nec aliquis ad virtutes recurrat, dum illo seculo ex, festinus, cõtende agere pœnitentiam. Hiero. ibi.

b Id est, membra corporis a fœditate actibus munda, iuxta illud Psal. Vestimẽta mixti sanguine erit in cõbustionẽ. Greg. Moralium. 9 c. 29.

c Ex ordinatione diuina sæpẽ contingit debiliorem vincere fortẽ, stultũ pauci abundare, & prudentem egere.

d Alij quidẽ sapiẽtẽ illum inopẽ non cognoscunt. Vt in ego sapientiæ virtutem longe præferro potẽtiæ vulgari. Sapientia enim illius inde contemptibilis est, quia pauperiate cohabitat, sed non multo post audiunt potentes & tyrannos desseruorum fetuos alloquẽs, ferro ipso potiores futura. Greg. Neocesariens. ibi.

e Sapientiã præfert fortitudini, quæ etiã plus valeat in pralijs quàm arma bellica. Hiero.

a Si cor ascensoris spiritũ cõtra te in aliquo peraduerso cõsurgere, humiliter submittere, quæ locum tuum cõmoueri derelinquas Gregor. Moral lib. 22 cap. 17.

b Super omnia lex est diuina, & mentes vecãque legislatoris sentiam cognitio. Qui ergo legem dei contemnit, & diuina præuaricatur mandata, quid aliud quàm cõtra deum pugnare decernit? Ideo enim cecidit Lucifer, quia spretis diuinis legibus, sibi placere cupiuit ac dominus cæteris præcipere. Ideo primus parens noster de paradiso corruit, quia præceptum dei transgredi non timuit. Hiero. ibi.

c Nosset Ecclesiastes nequissimũ suæ mentis oculo contemplatus, intellexit nequid stultum hominum vacare esse occupationẽ aut sollicitudine, nisi quæ deputata sit eis qui summa hoc est quærentem videre: sed ipsorũ alij quidem officiose circa res diuinas occupati versantur, alij vero inutiliter se reprehensione dignissimam circa res periturus studeant. Olympiodorus ibi.

[10] Si retusum fuerit ferrum, & hoc non vt prius, sed hebetatũ fuerit, multo labore exacuetur, & post industriã sequetur sapientia.[11] Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occultè detrahit.[12] Verba oris sapiẽtis grata: & labia insipiẽtis præcipitabunt eũ.[13] Initium verborum eius stultitia, & nouissimum oris illius error pessimus.[14] Stultus verba multiplicat. Ignorat homo quid ante se fuerit: & quod post futurum sit, quis ei poterit indicare?[15] Labor stultorum affliget eos qui nescisunt in vrbẽ pergere.[16] Væ tibi terra, cuius Rex est puer, & cuius principes mane comedunt.[17] Beata terra, cuius rex nobilis est, & cuius principes vescuntur in tempore suo ad reficiẽdũ, & non ad luxuriam.[18] In pigritiis humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuũ perstillabit domus.[19] In risu faciunt panem & vinum, vt epulentur viuentes. Et pecuniæ obediũt omnia.[20] In cogitatione tua regi ne detrahas, & in secreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti. Quia & aues cœli portabunt vocem tuam: & qui habet pẽnas, annuntiabit sententiam.

c Mane comedunt, qui de bonis mundi prosperis rebus excellunt, & dũ præsentia vehementer curant, futura negligunt. Greg. Moral. 16. cap. 17.

Petenti egeno danda est eleemosyna, vt præmium in futuro iudicio expectetur securum, sub fœnore recipiendum. XI.

Mitte panem tuum super[a] transeuntes aquas: quia post tempora multa inuenies illum.[b] Da partes septem, necnon & octo: quia ignoras quid futurum sit mali super terram.[2] Si repletæ fuerint nubes, imbrem super terram effundent. Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit.[4] Qui obseruat ventum, non seminat: & qui considerat nubes, nunquam metet.[5] Quomodo ignoras quę sit via spiritus, & qua ratione compingantur ossa in ventre prægnãtis: sic nescis opera dei, qui fabricator est omniũ.[6] Mane semina semen tuum, & vespere, ne cesset manus tua: quia nescis quid magis oriatur, hoc, aut illud: & si vtrunque simul, melius erit.[7] Dulce lumen, & delectabile est oculis videre solem.[8] Si annis multis vixerit homo, & in iis omnibus lætus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum multorum: qui cum venerint, vanitatis arguẽtur præterita.[9] Lętare ergo iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuũ in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in viis cordis tui, & in [10] intuitu oculorum tuorũ, & scito quòd pro omnibus iis adducet te deus in iudicium.

a. Hoc est, miserere pauperum fœnerum.
b. Præcipuos vsus versũque instrumenti pari veneratione exequamur. Iudæi non dederunt partes septẽ, nec dederunt octabas: sed ad dederũt octo, resurrectionem negãtes. Hier. aduersus Luciferianos. Vel hoc dispensatio reposita, vt apponere non obliuiscaris aeternam. Greg. Moral. 35. cap. 7.

Studiosè viuat adolescens breuis vitæ corruptioni assiduæ subiectæ, atque imminentis mortis habita ratione, omnium gestorum rationem reddituros. XII.

Aufer iram à corde tuo, & amoue malitiam à carne tua. Adolescentia enim & voluptas vana sunt.[2] Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tẽpus afflictionis tuæ, & appropinquent anni de quibus dicas, non mihi placent.[3] Antequam tenebrescant sol & lumen, & stellæ & luna, & reuertantur nubes post pluuiam.[3] Quando cõmouebuntur custodes domus, & mutabunt viri fortissimi, & ociosæ erunt molentes in minuto numero, & tenebrescent videntes per foramina,[4] & claudent ostia in platea, in humilitate vocis molentis: & consurget ad vocem volucris, & obsurdescẽt omnes filiæ carminis.[5] Excelsa quoque timebunt, & formidabunt in via.[6] Florebit amygdalus, impinguabitur locusta, & dissipabitur capparis. Quoniã ibit homo in domum æternitatis suæ, & circuibunt in platea plangentes.[6] Antequam rumpatur funiculus argenteus, & recurrat vitta aurea, & conteratur hydria super fontem, & confringatur rota super cisternam,[7] & reuertatur puluis in terram suam vnde erat, & spiritus redeat ad deum qui dedit illum. † [8] Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, & omnia vanitas.[9] Cùmq; esset sapientissimus Ecclesiastes, docuit populum, & enarrauit quæ fecerat: & inuestigans composuit parabolas multas.[10] Quæsiuit verba vtilia, & conscripsit sermones rectissimos, ac veritate plenos.[11] Verba sapiẽtium sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi, quæ per magistrorum consiliũ data sunt à pastore vno.[12] His amplius fili mi ne requiras. Faciẽdi plures libros nullus est finis: frequẽnsq; meditatio, carnis afflictio est. † [13] Finem loquẽdi pariter omnes audiamus. [c] Deum time, & mandata eius obserua: Hoc est omnis homo.[14] Cũcta quę fiunt, adducet deus in iudiciũ pro omni errato, siue bonũ, siue malũ fit.

a. Potest hoc etiã de vniuersi orbis consummatione, quàm de particulari cuiuslibet hominis accelligi. Hieron. ibi.

b. Magnus enim sanx comprehendet omnia quotquot apud patrem fiet hystoria & vesicolis rerũ, quã contingent quidquid elabi. Cum igitur cellatus cursus temporũ per primum, & vltimum, per quam figuratur, & præterierit tempus vnus gerit, & incertus homines super terrã, vt sru vna libuit ac gaudeant anima cõtendat fori, & ad ruinã euadant ima. Greg. Neocæsariens. ibi.

c. Sed intelligo timore dõmini tantũ & Christi: & quæ debemus ex charitate pœnã, aliquin extra illã quæ legem, mandatum, seruari sola iubemus. Si enim cætera fornicationes, & opera mala, & cætera huiusmodi, quæ dolore quin subeat iudicij pœnam, timore, & terrore, ja feras libidinis prohibemur timere, eã pœnã debemus in primis timere, qua hæc peccata puniuntur. Quæ & certis diebus quæ hæc peccata perpetrauerit, inuitetur, & ad pœnitẽtiam agendam est. Olympiod. ibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INCIPIT CANticum Canticorum.

Sponsa sponsi amore flagrans & auxilio, lætam se offert progredi paratam. Attamen quia in multis turbata, & à Gentibus & Iudæis impugnata, patriam suam relinquit, locum à tyrannis & Iudæis tutum inquirit: ad quem sponsus eam dirigens, illi confert charitatem, fidem & spem, quibus sponsi incarnationem, passionem, resurrectionem, & spiritus sancti missionem confitetur, ab eodem commendanda.

a. Nisi prius reliquerimus vitia, & pompis seculi renuntiauerimus, non possumus dicere: Osculetur me osculo oris sui. Hiero. ibid.

OSculetur[a] me osculo oris sui: [2] Quia meliora sunt vbera tua vino, [3] fragrantia vnguentis optimis. Oleum effusum nomen tuum: ideo adolescentulæ dilexerunt te. [4] Trahe me post te: Curremus in odorem vnguentorum tuorum. † Introduxit me rex in cellaria sua. Exultabimus & lætabimur in te, memores vberum tuorum super vinum. Recti diligunt te. [5] Nigra sum, sed formosa, filiæ Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. [6] Nolite me considerare quod fusca sim, quia decolorauit me sol. Filij matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis. Vineã meam non custodiui. [7] Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes [b] in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum. [c 8] Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum, & pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorũ. [9] Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea. [10] Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis: [d] collum tuũ sicut monilia. [11] Murænulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argẽto. [12] Cum esset rex in accubitu suo, [e] nard[9] mea dedit odorem suum. [13] Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. [14] Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi. [15] Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum. [16] Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Lectulus noster floridus, [17] tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.

b. In perfecta scientia, in bonis operibus, in claro lumine. Hieron. in psal. 90.
c. Sæpium ignorat, qui se ad creaturas diui imaginem rõ meminit esse creatum. Inde egreditur qui vestigia gregũ in lacum vitæ, nec iam agnos pascit, sed hœdos. Grego. Moral 30. cap. 3.
d. Collum sponsæ monilibus circũdatur, dum fides sanctæ animæ operibus decoratur. Grego. in 7. Psalmos 101.
e. Dum sanctorum vitæ in ecclesia magna nobis gratia frequentius administrat, nardus dat odorem suum. Grego. Moral. 31. cap. 22.

Sponsus exemplo sui ad filiorum curam sponsam inuitat, quæ illos doceat vitam actiuam & contemplatiuam, atque charitatem prius sibi quàm aliis debere curandam, pollicitus se omnibus auxilio ad charitatem informandam, & pellendos hæreticos paratissimum, quæ exequitur sponsa sponsi freta auxilio. II.

a. Quia si illum quem desiderat, ad se videre nõ permittitur, magna est consolatio, si aliorum profectibus lætetur. Greg. super Eccech. lib. 2. homil. 17.

EGo flos campi, & lilium cõualliũ. [a] Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. [3] Sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios. Sub vmbra illius quẽ desiderauerã, sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. [4] Introduxit me rex in cellã vinariã: ordinauit in me charitatẽ. [a] Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo. †[6] Lęua eius sub capite meo, & dextera illi[9] amplexabitur me. †[7] Adiuro vos filiæ Ierusalẽ per capreas, ceruósq; camporũ, ne suscíteris neq; euigilare faciatis dilectam, quoadusque ipsa velit. [8] Vos dilecti mei. Ecce iste venit saliẽs in mõtibus, transiliens colles. [9] Similis est dilectus meus capreæ, hinnulóq; ceruorũ. En ipse stat post parietem nostrũ respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. [10] En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni. [11] Iam enim hyems transiit, imber abiit, & recessit. [12] Flores apparuerũt in terra nostra, tẽpus putationis aduenit. Vox turturis audita est in terra nostra, [b 12] ficus protulit grossos suos, vineæ florentes dederũt odorem suum. Surge, propera amica mea, speciosa mea. [14] & veni colũba mea in foraminibus petræ, in caverna maceriæ. Ostende mihi faciẽ tuã, sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. [15] Capite nobis [c] vulpes paruulas, quæ demoliũtur vineas. Nam vinea nostra floruit. [16] Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur [d] inter lilia, donec

f. Veteris legis præcepta exercentur, & de enãgelio exercitationis dederũt documenta. Hieron. adcomm. Ionæ lib. 1.
g. Vulpecula sint hæreses eorum qui de spũ. Cant. violant. in psal. 68.
h. Quod diffusius vitæ nostræ exponit, Hieron. ad Damas. fallum de virginitate ieiunanda.

lia, [17] donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. Reuertere, similis esto dilecte mi capreæ, hinnulóque ceruorum super montes Bethel.

Sponsa circa filiorum curam occupata, & curis distracta, quæsitum non reperit sponsum: quibus omissis illum inuenit: qui omnes ab illa pellens tribulationes, sibi eam iungit quo ad omnes illius status: quos eadem ad sponsi sibi iuncti per incarnationem, & glorificati per passionem, inuitat consideratione. III.

a. Non est reuersus sponsus ad vocem & votum reuocantis. Quare? Vt desiderii crescat, vt probentur affectus, vt exerceatur amoris negotium. Sane ergo dissimulasse est, non indignatio. Sed superest vt quæratur, si forte reperiat quæsitum, qui vocatus non venit, dicente domino omnis qui quærit, inuenit. Item super Cantica Sermo. 75.
b. Fumus ergo cui assimilatur ecclesia, surgit ex aromatibus myrrhæ, quia deo placere nititur cum carnis mortificatione. Gal. v. Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentia. S. Thom. ibidem.
c. Hoc est tabernaculũ reclinatorij eius tuo proprio corpore.
d. Quod est illud ferculum aut palatium nostri corporis species? Nempe in gemis aut specie fulgore ostendit, in auro ignis, a qua in argento, terra perigeum, ex quibus corpus humanum quatuor elementorum qualitatem quo nutritur anima, sustinet. Nam nisi humorum, non esset expers quietis sanitas, sublimitas vitæ languesceret, requiesceret. Ambros. de virgi. lib. 3.

A IN[a] lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea. Quæsiui illũ, & non inueni. [2] Surgam, & circuibo ciuitatem: per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea. Quæsiui illum, & non inueni. [3] Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem. Num quem diligit anima mea, vidistis? [4] Paululũ cũ B pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea. Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. † [5] Adiuro vos filiæ Ierusalem per capreas, ceruósque camporum, ne suscitetis neq; euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit. [b 6] Quæ est ista quæ ascendit per desertũ sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij? [7] En le- C ctulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, [8] omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi. Vniuscuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos. [c. d 9] Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani. [10] Columnas D eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum media charitate cõstrauit propter filias Ierusalem. [11] Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonẽ in diademate quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.

Sponsa ex Zelo ad contemplandum conuersa, omnes mundi sordes fugit, & munditias curat omni potentia, verbo & actu, præmium sortitura supremum, vt mundum penitus relinquat, & triplicem superet hostem, in quorum nimirum manus nos venire, & vexari permittit, vt amplius mereamur. IIII.

† Infra 6. b

A QVàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es oculi tui columbarum, absq; eo quod intrinsecus latet. † Capilli tui sicut greges caprarum quæ ascenderunt de monte Galaad. [a 2] Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauachro. Omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas. Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce. [3] Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ: absque eo B quod intrinsecus latet. [4] Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ędificata est cum propugnaculis. Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. [5] Duo vbera tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascũtur in liliis, [6] donec aspiret dies, & inclinẽtur vmbræ. Vadam ad montem myrrhę, & ad collem thuris. [7] Tota pulchra es amica C mea, & macula non est in te. [8] Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni. Coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonũ, de montibus pardorum. [9] Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meũ in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. [10] Quàm pulchra [illegible] mammæ tuæ soror mea sponsa: Pulchriora sunt vbera tua vino: [b] & odor vnguentorũ tuorum super omnia aromata. [11] Fauus distillans labia tua sponsa: mel & lac sub lingua tua, & odor omnia aromata. [11] Hortus conclusus: soror mea spõsa: hortus conclusus, † fons signatus: [13] Emissiones tuæ paradisus malorum punitorum cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo, [14] nardus & crocus, fistula, & cinnamomũ cũ vniuersis lignis Libani, myrrha & aloe cum omnibus primis vnguentis. [15] Fons hortorum, puteus aquarum viuẽtium, quæ fluunt impetu de Libano. [16] Surge aquilo, & veni auster, perfla hortum meum, & fluent aromata illius.

a. Dentes ecclesiæ sunt sancti, qui non cessant præcidere homines ab erroribus, similes omnibus de nouo baptismate lauachro renatis, quæ statim geminos, producunt fœtus, id est, duo præcepta charitatis, dei & proximi. Augus. de doctrina Christiana. lib. 4. cap. 6.
b. Vide quem tribuas nobis virgo processum. Primus enim odor tuus super omnia aromata quæ in labente ris mille sunt sepulturarum & mortuus corporis mutę, ac horum, redolet obsitę delicias. Secundus odor tuus sicut odor Libani, dominici corporis integritatem, virginęq; florem castitatis exhalat. Ambr. de virginibus, lib. 1.

Sponsus sponsæ auxilium spondet, & in contemplatione securitatem: surgat tamen oportet ad filiorum errores in fide & moribus corripiendos verbo & exẽplo, in quibus occupata contemplationis viam sine filiarum precibus non inuentens, diuinam illas & humanam sponsi natura docet, vt ad sponsi mysteria & præconia fierent promptiores. V.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VEniat dilectus meus in hortum ſuum, vt comedat fructũ pomorum ſuorũ. A
Veni in hortum meum, ſoror mea ſponſa, meſſui myrrham meã cum aromatibus meis. Comedi fauum meũ cum melle meo, & bibi vinum meũ cum lacte meo. † [a] Comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi. [b] [2] Ego dormio, & cor meũ vigilat. Vox dilecti mei pulſantis, Aperi mihi ſoror mea, amica mea, colũba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium. [3] Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? [4] Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius. [5] Surrexi, vt aperirem dilecto meo. † Manus meæ ſtillauerunt myrrham: & digiti mei pleni myrrha probatiſſima. [6] Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat, atque tranſierat. Anima mea liquefacta eſt vt dilectus locutus eſt. † Quæſiui, & non inueni illum: vocaui, & non reſpondit mihi. [7] Inuenerũt me cuſtodes qui circũeunt ciuitatẽ. Percuſſerunt me, & vulnerauerunt me, [c] tulerunt mihi palliũ meum cuſtodes murorum. † [8] Adiuro vos filiæ Ieruſalẽ, ſi inueneritis dilectum meum, vt nuntietis ei quia amore langueo. [9] Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierũ? Qualis eſt dilect[9] tuus ex dilecto, quia ſic adiuraſti nos? [d] [10] Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus. [11] Caput eius aurum optimum: comæ eius ſicut elatæ palmarum: nigræ quaſi coruus. † [12] Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſſima. [13] Genæ illius ſicut areolæ aromatum, conſitæ à pigmentariis. Labia eius lilia distillantia myrrham primam. [14] Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis. Venter eius eburneus, diſtinctus ſapphiris. [15] Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas. Species eius vt Libani, electus vt cedri. [16] Guttur illius ſuauiſſimum: & totus deſiderabilis. Talis eſt dilectus meus, & ipſe eſt amicus meus, filiæ Ieruſalem. [17] Quò abiit dilectus tuus ô pulcherrima mulierum? quò declinauit dilectus tuus? Et quæremus eum tecum.

Sponſæ filij ſe libentes ad ſponſum quærendum offerunt: quos docet ſponſi ſecum fœdus humanitate & dilectione iunctiſſimum, vnde tota eius oritur quo ad ſubſtantiam virtutem & operationem pulchritudo: à quo diuerſitas ad multa non tollit vnitatem quo ad omnes ſtatus, pro quibus ſynagoga tandem euocanda reuerſura eſt ad ſponſæ gremium. V I.

DIlectus [a] meus deſcendit in hortum ſuum ad areolam aromatum, vt ibi paſcatur in hortis, & lilia colligat. [2] Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui paſcitur inter lilia. [3] Pulchra es amica mea, [b] ſuauis & decora ſicut Ieruſalem, terribilis vt caſtrorum acies ordinata. [4] Auerte oculos tuos à me: quia ipſi me auolare fecerunt. † Capilli tui ſicut grex caprarum, quę apparuerunt de Galaad. [5] Dentes tui ſicut greges ouium, quæ aſcenderunt de lauachro. Omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt in eis. [6] Sicut cortex mali punici, ſic [c] genæ tuæ: abſq; occultis tuis. [7] Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentularũ non eſt numerus. † [8] Vna eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ. Viderunt eam filiæ Sion, & beatiſſimam prædicauerunt, reginæ & concubinæ, & laudauerunt eam. † [9] Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata. [10] Deſcendi in hortum meum, vt videre poma conuallium, vt inſpicerem ſi floruiſſet vinea, & germinaſſent mala punica. [11] Neſciui. Anima mea conturbauit me, propter quadrigas Aminadab. [12] Reuertere, reuertere Sunamitis: reuertere, reuertere, vt intueamur te.

Synagoga pulchritudinem ſuam præuiſam à ſponſo tandem conſecutura iuxta omnes potentias ſuas interiores & exteriores & actus earum, ſponſi in crucem aſcenſum agnoſcens, diſpoſitam ſe exhibet in omnibus fideliter obſequi mandatis. V I I.

Quid

† Ierem. 31. e

† Deuter. vocati. c. vltimo.

† Supr. 3. b

† Supr. 3. b. & 5. b. & infra. 8. a

† 36. diſt. ca. Qui eccleſiaſticis. in fi.

† 24. q. 1. ca. Loquitur. & c. Poſtende. De cel. di. 4. c. Illud. † Infra. 8. a

a. Sed hæc ebrietas ſobrios facit, hæc ebrietas gratiæ, non temulentiæ eſt. Ieiunia generat, non tumultuantem. Ambr. de Cain & Abel. lib. 1. cap. 1.

b. Dum enim contemplando eius profectus, ab inquieto ſomno operere quieſcit. Greg.

c. Bene quidem veniebat ſponſa cum pallio quo obnubere et caput, cum ſponſus occurreret. Ambro. de Iſaac. c. 6.

d. Decet enim vt pleno nouitatis virgo quem diligis, atque omne in eo & ſenectæ diuinitatis & aſſumptæ in cœlum incorporationis agnoſcat. Candidus merito, quia patris ſplendor. Rubet, quia paſſus eſt virginis, color in eo fulget & rutilat veriſque naturæ. Ambr. de virgin. lib. 1.

a. Querebant ſupra quique poſſent habere ex matre eccleſia, quo dextram ſponſus iuxta Chriſtum vt ſimul inquirerent eius participationem ſecum habiturum. Quæ reſpondent Dilectus meus regalibus ſuis ordinibus venit in hortum ſuum, id eſt, in eccleſiæ, quæ eſt hortus eius. S. Thom. ibidem.

b. Sicut Thirza, vel Therſa non regio fuit regni Iſrael, ſicut Ieruſalem regnum Iudæ, vſque ad conſtructionẽ Samariæ.

c. Iſtæ ſunt genæ in quibus ſolet nitere verecundia, pulchritudo fulgere: in quibus aut finis timoreæ, aut perfectæ ætatis inſigne eſt. Ambro. de obitu Valentini.

A QVid [a] videbis in Sunamite, niſi choros caſtrorum? Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia principis! Iunctura fœminum tuorum, ſicut monilia, quæ fabricata ſunt manu artificis. [2] Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis. Venter tuus ſicut aceruus tritici, vallatus liliis. [3] Duo vbera
B tua, ſicut duo hinnulli gemelli capreę. [4] Collũ tuũ ſicut turris eburnea: oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis. † Naſus tuus ſicut [b] turris Libani, quæ reſpicit contra Damaſcum. [5] Caput tuũ vt Carmelus, & comę capitis tui ſicut purpura regis iuncta canalibus. [6] Quàm pulchra es, & quàm decora chariſſima
C in deliciis! [7] Statura tua aſſimilata eſt palmæ, & vbera tua botris. [8] Dixi aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius. Et erunt vbera tua ſicut botri vineæ: & odor oris tui, ſicut odor malorũ: [9] guttur tuũ ſicut vinum optimũ. Dignũ dilecto meo ad potandum, labiiſq; & dentibus illius ad ruminandum. [10] Ego dilecto meo, & ad me
D conuerſio eius. [11] Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, cõmoremur in villis. [c] [12] Mane ſurgamus ad vineas, videamus ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiũt, ſi floruerunt mala punica. Ibi dabo tibi vbera mea. [13] Mandragoræ dederunt odorem in portis noſtris. Omnia poma noua & vetera, dilecte mi, ſeruaui tibi.

† 49. di. c. Multi ment.

a. Narrat pulchritudo ſynagogæ præuiſa à deo, inde oſtenditur quòd hæc pulchritudini ſynagoga conſequi debeat Chriſto. Pulchritudine autẽ eius oſtẽdit in cõparatione ad animã. Sicut enim animæ pulchritudo in pfectione virtutũ conſiſtit & donorum, quæ ornãt cõcupiſcibilẽ & iraſcibilẽ, intellectũ practicum, ſpeculatiuum, & voliſtatẽ: ſic Synagogæ talis pulchritudo proxima erat quã debebat cõſequi per Chriſtum. S. Tho. ibidem.

b. Quam Salomon in monte Libano conſtruxit, vnde poterat numerare domos Damaſci.

c. Florent quippe vineæ, cum mentes ſuã bona opera proponunt ſed fructus non parunt, ſi ab eo quod propoſuerũt, aliquibus vitiorum erroribus infirmantur. Greg. Moral. libro 12. cap. 16.

Synagoga ſponſi agnoſcens incarnationem, ipſum cupit omnibus regnare nationibus ad ſponſam conuerſis, cum qua verſentur, & delectentur doctrina euangelica, & operibus eius. Ipſaque par pari reddens, ſponſam à ſponſo ortam & hactenus ſeruatam fatetur, ſponſo vero hortante ſponſa omnem illi pollicetur fauorem. V I I I.

A QVis mihi det te fratrem meum, [a] ſugentem vbera matris meæ, vt inueniam te ſolum foris, & deoſculer te, & iam me nemo deſpiciat? [2] Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Ibi me doce-
† Supr. 3. b. bis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & muſtum malorũ granatorum meorũ.
b [3] Læua eius ſub capite meo: & dextera illius amplexabitur me. † [4] Adiuro vos filiæ
B Ieruſalem: ne ſuſcitetis neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit. [5] Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto deliciis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum? Sub arbo-
† Supr. 2. & 4. a. Deper. di. Valida. re malo ſuſcitaui te. Ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua. [6] Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum: † [c] quia fortis
C eſt vt mors dilectio: dura ſicut infernus æmulatio: lampades eius, vt lampades ignis atque flammarum. [7] Aquæ multæ non potuerũt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem ſubſtãtiam domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam. [8] Soror noſtra paruula eſt, & vbera non habet. Quid faciemus ſoro-
D ri noſtræ in die quando alloquenda eſt? [9] Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea. Si oſtium eſt, compingamus illud tabulis cedrinis. [d] [10] Ego murus, & vbera mea ſicut turris, ex qua facta ſum coram eo quaſi pacem reperiẽs. [11] Vinea fuit pacifico, in ea quæ habet populos. Tradidit eam cuſtodibus: vir affert pro fructu eius mille argenteos. [12] Vinea mea coram me eſt. Mille tui pacifici, & ducenti iis qui cuſtodiunt fructus eius. [13] Quæ habitas in hortis, amici auſcultant: fac me audire vocem tuam. [14] Fuge dilecte mi, & aſſimilare capreæ hinnulóque ceruorum ſuper montes aromatum.

a. Volebat Herodes Chriſtum paruulum lactẽtem occidere, cuius nequitiam olim præuidẽs ſpiritus ſanctus per Salomonem ea perſona eccleſiæ arguit dicendo: Quis mihi det te fratrẽ meũ, &c. oſtendebat poteſtatem illum non habiturũ aduerſus eũ, qui dominus & princeps eſt omnium poteſtatũ. Chryſo. ex variis in Matth. locis, ho. 2.

b. Hæc loquitur ſponſa de Chriſto, anima de verbo dei. Chriſtus autẽ idem eſt verbum dei atque ſapiẽtia. Beata ergo anima quam cõplectitur ſapientia. Magna eſt ſapiẽtiæ manus, magna dextera, cocã complectitur animam. Ambr. in pſal. 118. Ser. 14.

c. Quia ſicut mors ſeparat animã violẽter à corpore ita dilectio dei ſeparat animã violenter à mundano & & carnali amore. Clemens Epiſto. 2. ad Iacobum.

d. Murus eſt eccleſia, turres eius iuſti ſacerdotes, quibus abundat, & de naturalibus verbũ, & de moralibus diſciplina. Cognoſce ergo te decora anima, quia imago dei es. Cognoſce te homo, quia gloria es dei. Ambr. Hexaemeron lib. 6. cap. 2.

PROLOGVS IN LIBRVM SAPIENTIÆ.

LIber Sapientiæ apud Hebræos nuſquam eſt: vnde & ipſe ſtylus Græcam magis eloquentiam redolet. Hunc Iudæi Philonis eſſe affirmãt: qui proinde Sapientia nominatur, quia in eo Chriſti aduentus (qui eſt ſapientia patris) & paſſio euidenter exprimitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Incipit liber Sapientiæ.

Ad acquirendam ſapientiam neceſſaria eſt iuſtitia, quæ hominis affectus in deum dirigat & verba: murmurationem in deum, detractionem in proximum, & mendacium in ſe vitando, & dei beneficia iugiter meditando. Cap. I.

a. Simplicitas cordis dicitur, quam fraus nõ obnubilat, non obtenebrat mendacium, nõ obiectus inuidiæ: quam lux veritatis illuminat, præſentiæ diuinæ claritas illuſtrat. Gregor in 7. pſal Pſal.101.
b. Id eſt quæ mala fide in re quacunque verſatur. In maleuolam enim animam non introibit ſapientia, quo ad contemplationem: nec habitabit in corpore ſubdito peccatis, quo ad actuam. Landulph.1.parte,cap.40.

DIligite iuſtitiam, qui iudicatis terram. [a] Sentite de domino A
in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illũ: [2] quoniã
inuenitur ab iis qui non tentant illũ: apparet autem eis qui
fidem habent in illum. † [3] Peruerſæ enim cogitationes ſe-
parant à deo: probata autem virtus corripit inſipientes.
[4] Quoniam in [b] maleuolam animam non introibit ſapien- B
tia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. † [5] Spiritus
enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à co-
gitationibus quæ ſunt ſine intellectu, & corripietur à ſu-
peruenięte iniquitate. [6] Benignus eſt enim ſpiritus ſapien-
tiæ, & non liberabit maledictum à labiis ſuis: quoniam renum illius teſtis eſt deus, &
cordis illius ſcrutator eſt verus, & linguæ eius auditor. [7] Quoniã ſpiritus domini re-
pleuit orbem terrarum: & hoc [c] quod continet omnia, ſcientiam habet vocis. [8] Pro-
pter hoc qui loquitur iniqua, non poteſt latêre, nec præteriet illum corripiens iudi-
cium. [9] In cogitationibus enim impij interrogatio erit: ſermonum autem illius audi- C
tio ad deum veniet, & ad correctionem iniquitatum illius. [10] Quoniam auris zeli au-
dit omnia, & tumultus murmurationum non abſcondetur. [11] Cuſtodite ergo vos à
murmuratione, quæ nihil prodeſt, & à detractione parcite linguæ. Quia ſermo ob-
ſcurus in vacuum non ibat: † os autem quod mentitur, occidit animam. [12] Nolite ze-
lare mortem in errore vitæ veſtræ, neq; acquiratis perditionem in operibus manuum
veſtrarum. [13] Quoniam deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum.
[14] Creauit enim vt eſſent omnia, & ſanabiles fecit nationes orbis terrarum: & non eſt D
in illis medicamentum exterminij, nec inferorũ regnum in terra. [15] Iuſtitia enim per-
petua eſt, & immortalis: iniuſtitia autem, mortis acquiſitio. [16] Impij autem manibus
& verbis accerſierunt illam: & æſtimantes illam amicam, defluxerunt: & ſponſiones
poſuerunt ad illam, quoniam morte digni ſunt, qui ſunt ex parte illius.

c. Scilicet homo cõuenientiam habens cũ omni creatura, & propter quem facta eſt omnis creatura, ſcientiã habet vocis, hoc eſt linguarum, vt linguis omnigenium loqueretur. Landulph.1.parte,cap.84.6.Rumor.

Depæ. d.1. c.Superſtitiũ. † Iere.4.d

† Inſr.8.a 1.quæſt.1.c. Perſtitiam. q.1.c.Salamon. 23.quæſt.2.c. Ideſſet. Depæ.diſt. c.Inter hæc hiſtoram. Dediſt.diſt. 4.c.Obtendit.cap. Quomodo. in fi. Iere.4.c.

† 22.q.1.ca. Nec attribuito.ca.Si quis ad te confugerit. & q.5.c.Inquiſitioni.

Iaſr.18.b

Impiorum voluptates, atque errores ad ſuum finem: & Iudæorum conſilium & conſpirationes aduerſus Chriſtum. II.

a. Triplicem remouet errorem iterum iam impedientem. Primum dicentium animam hominis eſſe mortem, cap.1. præcedenti, ibi, Noli te zelare mortem. Secundum, qui nullam poenam vel præmiũ humanorũ actuũ dicebant, in hoc cap. Tertium eorum qui dicebant mala quę nobis in hac vita contingunt, ex peccatis præteritis nobis contingere, infr.c.p.3. Lyra ibid.

DIxerunt [a] enim impij cogitãtes apud ſe non rectè: Exiguum & cum tædio eſt A
eſt tempus vitæ noſtræ, & non eſt refrigerium in fine hominis, & non eſt qui
agnitus ſit reuerſus ab inferis. [2] Quia ex nihilo nati ſumus, & poſt hoc erimꝰ
tanquam non fuerimus. Quoniam fumus afflatus eſt in naribus noſtris, & ſermo ſcin
tillæ ad cõmouendum cor noſtrum. [3] Quia extinctus cinis erit corpus noſtrũ: & ſpi-
ritus diffundetur tanquam mollis aër. Et tranſibit vita noſtra tanquam veſtigium nu
bis, & ſicut nebula diſſoluetur, quę fugata eſt à radiis ſoliſ, & à calore illiꝰ aggrauata.
[4] Et nomen noſtrum obliuionem accipiet per tempus, & nemo habebit memoriam
operum noſtrorum. † [5] Vmbræ enim tranſitus eſt tempus noſtrum, & non eſt reuer- B
ſio finis noſtri: quoniam conſignata eſt, & nemo reuertitur. † [6] Venite ergo & fruamur bonis quę ſunt, & vtamur creatura tanquã in iuuentute celeriter. [7] Vino pretioſo & vnguentis nos impleamus, & non præterea nos flos temporis. [8] Coronemus nos roſis antequam marceſcant: nullum pratum ſit quod non pertranſeat luxuria noſtra. [9] Nemo veſtrum exors ſit luxuriæ noſtræ. Vbique relinquamus ſigna lætitiæ, quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt ſors noſtra. [10] Opprimamus pauperem iuſtum, & non parcamus viduæ, nec veterano: nec reuereamur canos multi temporis.

† Par.44.d

† 16.dd. Deprobatio. c.Iniquum.

Sit autem

† Iere.12.c Matt.27.c

C [11] Sit autem fortitudo noſtra, lex iniuſtitiæ. Quod enim infirmum eſt, inutile inuenitur. † [12] Circumueniamus ergo iuſtum, quoniam [b] inutilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris: & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ. [13] Promittit ſe ſcientiam dei habere, & filium dei ſe nominat. [14] Factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum. [15] Grauis eſt nobis etiam ad videndum, quoniam diſſimilis eſt aliis vita illius, & immutatæ ſunt viæ eius. [16] Tanquã nugaces æſtimati ſumus ab illo, & abſtinet ſe à viis noſtris tanquam ab immunditiis, & præfert nouiſſima iuſtorum, & gloriatur patrem ſe habere deũ. [c 17] Videamus ergo

† Matt.27.c D

ſi ſermones illius veri ſint, & tentemus quæ ventura ſunt illi, & ſciemus quæ erunt nouiſſima illius. † [18] Si enim eſt verus filius dei, ſuſcipiet illum, & liberabit illum de manibus contrariorum. [19] Contumelia & tormento interrogemus eum, vt ſciamus

† Iere.11.d

reuerentiam eius, & probemus patientiam illius. [20] Morte turpiſſima cõdemnemus eum: erit enim ei reſpectus ex ſermonibus illius. † [21] Hæc cogitauerunt, & errauerũt, excæcauit enim illos malitia eorum. [22] Et neſcierunt ſacramenta dei, neq; mercedem

† Genes.1.d. 2.b.1.a Eccle.17.a † Genes.3.a

ſperauerũt iuſtitiæ, nec iudicauerunt honorem animarum ſanctarum. † [23] Quoniam deus creauit hominem inexterminabilem, & ad imaginem ſimilitudinis ſuæ fecit illum. † [d 24] Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum. [25] Imitantur autem illum, qui ſunt ex parte illius.

b. Hoc eſt, iniuſtus, qui nos arguit, cõdemnat, corripit. Licet hoc poſſet etiã ad naturalia hominũ impiorum detorqueri, quæ perhibet vicia ex elliſicucus in fuda prodiſtore legimus, qui auaritiæ ſtudio, & pecuniæ cupiditate, lapideũ productionis in currit atque credit. Amb. offic.lib.1.c.29.

c. Viderunt eccenim ſalutem multa & præclariſſima miracula faciencem, & copioſum poſt ſe populum deducentẽ, ac omnium terrenorũ prædicantẽ contẽptui ſic, videbant ab ipſo principiũ ad quę maxime anhelabãt, auferri. Ideo colligentes cõcilii pontifices & Phariſæi. Dion.lib.1.ex. Aug. d.Ita per occaſionẽ delicti in vniuerſis peccatoribus diabolus mortis ſortis [d] eſt imperiũ, atq; omnes à deo deuiãtes, peccati vinculo obſtrictos, ſqualẽtis carcere clauſos ergaſtulo poſſidebat. Amb. de myſterio paſchæ cap.3.

Iuſtorum & martyrum per tribulationes vita probatur, ac impiorum pro delictis retributio donatur: virginum merces, & adulterorum ſupplicium expectatur. III.

† Deut.32.a A

[a] VStorum [a] † autem animæ in manu dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis. [2] Viſi ſunt oculis inſipientium mori, & æſtimata eſt afflictio exitus illorum. [3] Et ab itinere iuſto abierunt in exterminium, & quod à nobis eſt iter exterminij: illi autem ſunt in pace. [4] Et ſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt, ſpes illorum immortalitate plena eſt. [5] In paucis vexati, in multis bene diſponentur: quo-

B

niam deus tentauit eos, & inuẽnit illos dignos ſe. [6] Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos, & in tempore erit reſpectus illorum. † [7] Fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent. [8] Iudicabunt

† Mach.13.f

nationes, & dominabuntur populis, & regnabit dominus illorum in perpetuũ. [9] Qui confidunt in illo, intelligent veritatem, & fideles in dilectione acquieſcẽt illi: quoniã donum & pax eſt electis eius. [10] Impij autem ſecundũ quæ cogitauerunt, correptio-

C

nem habebunt: quia neglexerunt iuſtum, & à domino receſſerũt. [11] Sapientiam enim & diſciplinam qui abiicit, infœlix eſt, & vacua eſt ſpes illorum, & labores ſine fructu, & inhabitabilia & inutilia opera eorum. [12] Mulieres eorum inſenſatę ſunt, & nequiſſimi filij illorum. † [13] Maledicta creatura eorum, quoniam fœlix eſt ſterilis, & incoinquinata, quæ neſciuit thorum in delicto. Habebit fructum in reſpectione animarum ſanctarum. [14] Et ſpado qui non operatus eſt per manus ſuas iniquitatem, nec cogita-

† Ifa.65. Sapi.4.d Matt.4.d

† Iſa.66.b

uit aduerſus deum nequiſſima. † Dabitur enim illi fidei donum electum, & ſors in

D

templo dei acceptiſſima. [15] Bonorum enim laborum glorioſus eſt fructus, & quæ nõ concidat radix ſapientiæ. † [b 16] Filij autem adulterorum in conſummatione erunt, & ab iniquo thoro ſemen exterminabitur. [17] Et ſi quidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur, & ſine honore erit nouiſſima ſenectus illorum. [18] Et ſi celerius defuncti fuerint, non habebunt ſpem, nec in die agnitionis allocutionem. [19] Nationes enim iniquæ, diræ ſunt conſummationis.

† 16.dd.e.ff. 17.d.e.f. 18.d.e.f. 19.c.1. 20.c.Dixerat.

a. Qui ſanctorum merita religioſa charitate miratur, quinque iuſtorũ gloriis frequentis laude colloquitur eorum mortes, actus, atque iuſticiam immutat. Chryſo. ſuper illud: iuſtorũ animæ. Ser.10.1.

Caſta generatio in multis ab adulterina diſſidet: iuſti etiam plerunque à deo tolluntur, ne ab impiis ſeducantur: & in quo vtriuſque finis differat. IIII.

A [a] QUàm pulchra eſt caſta generatio cum claritate? Immortalis eſt enim memoria illius: quoniam & apud deum nota eſt, & apud homines. [2] Cũ præſens eſt, imitantur illam: & deſiderãt eam cum ſe eduxerit, & in perpetuum coronata triumphat, incoinquinatorum certaminum præmium vincens. [3] Multigena autem impiorum multitudo non erit vtilis, & ſpuria vitulamina non dabunt radices

b, Cur enim quæritur talis cõiugũ de quo ſuſceptus filius nec ſucceſſionis poſſit hæres eſſe, nec ſanguinis? Nec enim habere poteſt hæreditaris cõſortium, qui nõ habet originis priuilegiũ. Curinquam quæritur tale conubernium, de quo natus non filius ſit matrimonii, ſed teſtes ſint adulterii? Cur huiuſmodi ſuſcipiuntur adulteri, qui parẽt pudori ſint, non honori? Vnde dicit ſcriptura: Adulterorum filij in conſummatione erunt. Ambr. Ser.61.

a. Scilicet in religioſis, qui caſtitatem vouerunt, & ſo caſtrauerũt propter regnũ dei: quia caſticas ipſa non ſatiatis ad cordis integritatem, ſine ipſi noſti cõtingit videre dominũ. Chryſo. in 1.cap. Epiſt. hom.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

altas,nec ſtabile firmamẽtum collocabunt.[4] Et ſi in ramis in tempore germinauerint infirmiter poſita,à vento commouebuntur,& à nimietate ventorum eradicabuntur. [5] Confringentur enim rami inconſummati, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum,& ad nihilum apti.[6] Ex iniquis enim omnes filij qui naſcuntur,teſtes ſunt nequitiæ aduerſus parẽtes in interrogatione ſua.[7] Iuſtus autem ſi morte præoccupatus fuerit,in refrigerio erit.[8] Senectus enim venerabilis eſt, non diuturna,neque annorum numero computata.[9] Cani autẽ ſunt ſenſus hominis,& ætas ſenectutis vita immaculata.[10] Placens deo factus dilectus, & viuens inter peccatores, tranſlatus eſt.

† b [11] Raptus eſt,ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius.[12] Faſcinatio enim nugacitatis obſcurat bona, & inconſtantia concupiſcentiæ tranſuertit ſenſum ſine malitia.[13] Conſummatus in breui, expleuit tempora multa. [14] Placita enim erat deo anima illius:propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum. Populi autem videntes,& nõ intelligentes,nec ponentes in præcordiis talia,[15] quoniam gratia dei, & miſericordia eſt in ſanctos eius, & reſpectus ſuper electos illius.[16] Condemnat autem iuſtus mortuus viuos impios, & iuuentus celerius conſummata longam vitam iniuſti.[17] Videbunt enim finem ſapientis,& non intelliget quid cogitauerit de illo deus,& quare minuerit illum dominus.[18] Videbũt enim & contemnent eum,illos autẽ deus irridebit.[19] Et erunt poſt hęc decidentes ſine honore,& in cõtumelia inter mortuos in perpetuum.[c] Quoniam diſrumpet illos inflatos ſine voce,& commouebit illos à fundamentis,& vſque ad ſupremum deſolabuntur. Et erunt gementes,& memoria illorum periet.[20] Venient in cogitatione peccatorum ſuorum timidi,& traducent illos ex aduerſo iniquitates ipſorum.

Iuſti conſtanter ab impijs tolerant perſecutiones, iniuſti autem incaſſum ſperant, qui in futuro ſeculo vitam ſuam deplorabunt. V.

TVnc ſtabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt:& qui abſtulerunt labores eorum,[1] videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis, gementes præ anguſtia ſpiritus,[2] dicentes intra ſe,pœnitentiam agentes,& præ anguſtia ſpiritus gementes: [3] Hi ſunt quos habuimus aliquãdo in deriſum,& in ſimilitudinem improperij.[4] Nos inſenſati vitam illorum ęſtimabamus inſaniam,& finem illorum ſine honore:[5] Ecce quomodo computati ſunt inter filios dei,& inter ſanctos ſors illorum eſt.[b 6] Ergo errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis,& ſol intelligẽtiæ non eſt ortus nobis.[7] Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles: viam autem domini ignorauimus.[8] Quid nobis profuit ſuperbia?aut diuitiarum iactantia quid cõtulit nobis?[9] Tranſierunt omnia illa tãquam vmbra,& tanquam nuntius præcurrens:[10] & tãquam nauis quæ pertranſit fluctuantẽ aquã,cuius, cum præterierit,nõ eſt veſtigium inuenire,neq; ſemitã carinę illius in fluctibus:[11] aut auis quę tranſuolat in aëre,cuius nullũ inuenitur argumẽtũ itineris illius: ſed tantùm ſonitus alarum verberans leuem ventũ,& ſcindẽs per vim itineris aërem,commotis alis trãſuolauit,& poſt hoc nullũ ſignum inuenitur itineris illius:[12] aut tanquã ſagitta emiſſa in locum deſtinatum:diuiſus aër cõtinuò in ſe recluſus eſt, vt ignoretur tranſitus illius:[c 13] ſic & nos nati cõtinuò deſiuimus eſſe:[14] & virtutis quidem nullum ſignum valuimus oſtendere,in malignitate autem noſtra conſumpti ſumus. † Talia dixerũt in inferno ij qui peccauerũt:[15] quoniã ſpes impij tanquam lanugo eſt quæ à vẽto tollitur:& tanquam ſpuma gracilis,quæ à procella diſpergitur:& tanquam fumus qui à vento diffuſus eſt:& tanquã memoria hoſpitis vnius diei prætereũtis.[16] Iuſti autẽ in perpetuũ viuẽt,& apud dominũ eſt merces eorum, & cogitatio illorũ apud altiſſimum.[17] Ideo accipiẽt regnum decoris,& diadema ſpeciei de manu domini,quoniã dextera ſua teget eos,& in brachio ſancto ſuo defendet illos.[18] Et accipiet armaturã zelus illius, & armabit creaturã ad vltionem inimicorũ.[19] Induet pro thorace iuſtitiam,& accipiet pro galea iudiciũ certum.[20] Sumet ſcutum inexpugnabile ęquitatẽ, acuet

a Vindicta noſtra deſcribitur, & perſequentium nos atque inſectantium pœnitentia prædicatur. Cypria. de exhortatione martyrij.

b, Hã & hæc diſpenſatio domini, vt quando impiorũ pœnitentiã non videat & cognoſcat. Etenim ſic martyres ſuos quirq; tyrannos agnoſcent, & tyranni ſunt quos abſtinerant martyres. Cæterum hoc quamuis huc non cõuenirimus manum,attamen a libi nulli eſt qui prohibeat ne aliquando verſemur. Videbimus ſane eos qui in exitũ miſerunt, ſicut Lazarus diuitem, & martyres tyrannos. Chryſoſt. Epiſt.3

c. Cum ſit homo cõpoſitus ex contrarijs, quæ in ſe continuò agunt in ſui corruptionem,neceſſe eſt hominem quãm citò natum redire ad corruptionem. Cuiidium enim non ceſſat agere actione quidem corruptiua ex humidum radicale:ex quo conſtat pro totum corrumpi corpus oportet. Lyra cum Dionyſ. ibid.

† Gene.5.c] De pœ.dis. ca.Si ex bono. & ca.ſequen. fere.vi.b

[21] acuet autẽ diram iram in lanceam,& [d] pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos.[22] Ibunt directæ emiſſiones fulgurũ,& tanquam à bene curuato arcu nubiũ exterminabuntur,& ad certũ locũ inſilient.[23] Et à petroſa ira plenæ mittentur grandines:excandeſcet in illos aqua maris,& flumina concurrent duriter.[24] Contra illos ſtabit ſpiritus virtutis,& tanquam turbo venti diuidet illos:Et ad eremum perducet omnem terram iniquitatis illorum,& malignitas euertet ſedes potentium.

d. Orbis terrarũ cũ domino cõtra inſanos pugnat, quando in pœna delinquẽtiũ ceſſa elementorũ aduerſitas militat. Grego. Moral. lib.6.cap.5.

Iniuſtos rectores graue manet à deo ſupplicium, niſi ſapientiæ adhæreant, quæ ſe vltro quærentibus offert, & totum regit orbem terrarum. VI.

† Eccle.9.d A

† De ſen. recon. c. A nobis. Eccle.9. b Rom.13.a

MElior † eſt ſapientia quàm vires,& vir prudens quàm fortis.[a 2] Audite ergo reges,& intelligite,diſcite iudices finium terrę.[1] Præbete aures vos qui continetis multitudines,& placetis vobis in turbis nationum:† [4] quoniam data eſt à domino poteſtas vobis, & virtus ab altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur:[5] quoniam cum eſſetis miniſtri regni illius, non rectè iudicaſtis, nec cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, neque ſecundum voluntatem dei ambulaſtis. [6] Horrẽdè & cito apparebit vobis:quoniam iudicium duriſſimum in iis qui præſunt fiet.[7] Exiguo enim conceditur miſericordia,[b] potentes autem potenter tormenta patientur.[9] Non † enim ſubtrahet perſonam cuiuſquam deus, qui eſt omnium dominator, nec verebitur magnitudinem cuiuſquam: quoniam puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter eſt illi cura de omnibus.[c 10] Fortioribus autem fortior inſtat cruciatio.[11] Ad vos ergo reges ſunt hi ſermones mei,vt diſcatis ſapientiam,& nõ excidatis. Qui enim cuſtodierint iuſtitiam, iuſtè iudicabuntur: & qui didicerint iuſta, inuenient quid reſpondeant.[12] Concupiſcite ergo ſermones meos,& diligite illos,& habebitis diſciplinam.[13] Clara eſt,& quæ nunquam marceſcit ſapiẽtia,& facilè videtur ab iis qui diligunt eam, & inuenitur ab iis qui quærunt illam.[14] Præoccupat qui ſe concupiſcunt, vt illis ſe prior oſtendat.[15] Qui de luce vigilauerit ad illam,non laborabit:aſſidentem enim illam foribus ſuis inueniet.[16] Cogitare ergo de illa, ſenſus eſt conſummatus:& qui vigilauerit propter illam, cìtò erit ſecurus.[17] Quoniam dignos ſe,circuit ipſa quærens,[d] & in viis ſuis oſtendet ſe illis hilariter,& in omni prouidẽtia occurret illis.[18] Initium enim illius veriſſima eſt diſciplinæ concupiſcentia. [19] Cura ergo diſciplinæ, dilectio eſt:& dilectio cuſtodia legum illius eſt. Cuſtoditio autem legum,conſummatio incorruptionis eſt:[20] incorruptio autem facit eſſe proximum deo.[21] Concupiſcentia itaque ſapientiæ deducit ad regnum perpetuum.[22] Si ergo delectamini ſedibus & ſceptris ô reges populi, diligite ſapientiam, vt in perpetuum regnetis.[23] Diligite lumen ſapientiæ omnes qui præeſtis populis.[24] Quid eſt autem ſapientia,& quemadmodum facta ſit, referam: & non abſcondam à vobis ſacramenta dei, ſed ab initio natiuitatis inueſtigabo, & ponam in lucem ſcientiam illius, & non præteribo veritatem,[25] neq; cum inuidia tabeſcente iter habebo:quoniã talis homo non erit particeps ſapientiæ.[z 26] Multitudo autem ſapientium, ſanitas eſt orbis terrarum,& rex ſapiens,populi ſtabilimentum eſt.[27] Ergo accipite diſciplinam per ſermones meos,& proderit vobis.

a. Vnuſquiſque enim ſcire tenetur,& diligentiſſimo diſcere debet ea quæ ad ſuum pertinẽt ſtatũ ac gradum, quatenus inter ea quæ ſui generis vocationis ambitus diligentẽ dominũ & qui in aliquo eſt cãlliturus officio, illud idoneè excoquatur. Dionyſ. ibid.

b. Fiuſtè ne tibi videbitur ſceleris reus Annas & Caiphas & ſuadæ prodiror, cuius & Pilatus, qui nullã cõpulſus eſt contra dominum terre ſentẽtiam? Idem ibi.

c. Quanto maioris meriti fuiſſadas, tãto maioris criminis eſt: & quanto maioris criminis, tanto maioris & pœnæ. Hieronym. contra Iouin. lib.2.

Quoniam omnium idem eſt finis & conditio, ſapientia omnibus præferenda, & quinque modis acquirenda, quibus ſunt mala vitanda. VII.

A SVm quidẽ & ego [a] mortalis homo, ſimilis omnibus, & ex genere terreno illius qui prior factus eſt,& in vẽtre matris figuratus ſum caro,[2] decem mẽſiũ tẽpore coagulatus ſum in ſanguine,ex ſemine hominis, & delectamẽto ſomni conueniente.[3] Et ego natus accepi communẽ aërem, & ſimiliter in factam decidi terrã:& primã vocẽ ſimilẽ omnibus emiſi plorans.[4] In inuolumentis nutritus ſum,& magnis curis.[5] Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initiũ.[6] Vnus ergo introitus eſt omnib[9] ad vitã,& ſimilis exitus.[7] Propter hoc optaui,& datus eſt mihi ſenſus:& inuocaui,& venit in me ſpiritus ſapiẽtiæ.[8] & prępoſui illã regnis & ſedibus,& diuitias nihil eſſe duxi in comparatione illius.† [9] Nec cõparaui illi lapidẽ prętioſum:

d. Viæ quippe ad creatorẽ ſunt opera cõdita. ea torũ quæ dũ facta cernimus poteſtis factorẽ muramur. In iſtis eius oſtendit ſe illis hilariter,& omni prouidẽtia occurrit, quia factoris nobis virtus in querenda ꝓponitur in omne quod mirabiliter factũ eſt deitur. Greg. Mora. lib.20.cap.8.

e. Hunc ergo qui ſapientẽ deber dicere eũã quod nõ poteſt eloquenter, verba ſcripturarũ tenere maximè neceſſarũ eſt. Qui enim eloquentes dicunt, ſtultiores qui ſapiẽter, ſalubriter audiuntur. Propter quod nõ ait ſcriptura. Multitudo eloquentiũ, ſed multitudo ſapientiũ ſanitas eſt orbis terrarum. Auguſt. de doct. Chriſtia. lib.4. cap.5.

a Adam in iuſtitia originalis eſt creatus immortalis, id eſt poteſtas non mori. In qua ſi ſteriſſet, filios ſine ſimiles generaſſet, immortales: ſed propter lapſum factus eſt mortalis: & ſalit in perpetuum generauit & lios mortales Lyra ibi.

b. Vt enim accipere ſapiẽtiã a deo, non diuitijs, non nobilitatem, non poteſtatẽ ſed ſapientiã poſtulauit: & in illa omnia eũã quæ non poſtulauit, inuenit. Ambr. in Pſalmum 43. in h.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoniam omne aurum in cõparatione illius arena est exigua,& tanquã lutum estimabitur argentũ in conspectu illius.[10] Super salutem & speciem dilexi illam,& proposui pro luce habere illã:quoniam inextinguibile est lumẽ illius. †[11] Venerunt autẽ mihi omnia bona pariter cũ illa,& innumerabilis honestas per manus illius. [12] Et lætatus sum in omnibus:quoniam antecedebat me ista sapientia,& ignorabam quoniã horum omniũ mater est.[13] Quam sine fictione didici,& [c]sine inuidia communico,& honestatẽ illius nõ abscondo.[14] Infinitus enim thesaurus est hominibus:quo qui vsi sunt,participes facti sunt amicitiæ dei, propter disciplinæ dona commẽdati.[d][15] Mihi autem dedit deus dicere ex sententia, & præsumere digna horum, quæ mihi dantur: quoniã ipse sapiẽtiæ dux est,& sapientium emendator. [16] In manu enim illius & nos & sermones nostri,& omnis sapientia,& operum scientiæ disciplina.[17] Ipse enim dedit mihi horum scientiam veram quæ sunt,vt sciam dispositionem orbis terrarum,& virtutes elementorũ, [18] initium & cõsummationem & medietatem temporum,[e] vicissitudinum permutationes,& cõsummationes tẽporum, [19] & morum mutationes: diuisiones tẽporum,anni cursus,& stellarũ dispositiones, [20] naturas animaliũ,& iras bestiarum,vim ventorum,& cogitationes hominũ,differentias virgultorum,& virtutes radicũ,[21] & quæcunq; sunt absconsa & improuisa didici.Omnium enim artifex docuit me sapiẽtia.[22] Est enim in illa spiritus intelligentiæ sanctus,vnicus multiplex, subtilis,modestus, disertus,mobilis, incoinquinatus,certus,suauis, amans bonum,acutus,qui nihil vetat benefacere,[23] humanus,benignus,stabilis,certus,securus,omnẽ habens virtutem,omnia prospiciens,& qui capiat omnes spiritus intelligibiles,mundus,subtilis.[24]Omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia. Attingit autem vbique propter suam mũditiam.[25] Vapor est enim virtutis dei,& emanatio quædam est claritatis omnipotentis dei syncera:& ideo nihil inquinatũ in eam incurrit. [f] †[26] Cãdor est enim lucis æternæ,& speculum sine macula dei maiestatis, & imago bonitatis illius:[27] & cum sit vna,omnia potest:& permanens in se,omnia innouat,& per nationes in animas sanctas se transfert.Amicos dei & prophetas cõstituit.[28] Neminem enim diligit deus, nisi eum qui cum sapientia inhabitat. [29] Est enim hæc speciosior sole, & super omnem dispositionem stellarum . Luci cõparata inuenitur prior. [30] Illi enim succedit nox:sapientiam autem non vincit malitia.

Sapientia quanto affectu sit desideranda:quæ non ab homine,nec ab angelo,nec à dæmone,vel studio,sed per deuotam precationem est à deo impetranda. VIII.

[a]Attingit ergo à fine vsq; ad finem fortiter,& disponit omnia suauiter. [2] Hãc amaui,& exquisiui eam à iuuentute mea,& quæsiui in sponsam mihi eam assumere,& amator factus sum formę illius.[3] Generositatem illius glorificat cõtubernium habens dei,sed & ominum dominus dilexit illam. [4] Doctrix enim est disciplinæ dei,& electrix operum illius.[5] Et si diuitiæ appetuntur in vita:quid sapientia locupletius,quæ operatur omnia?[6] Si autem sensus operatur : quis horum quæ sunt, magis quàm illa est artifex?[7] Et si iustitiam quis diligit, labores huius magnas habẽt virtutes.Sobrietatem enim & prudentiã docet,& iustitiam,& virtutem, quibus vtilius nihil est in vita hominibus.[8] Et si multitudinem scientiæ desiderat quis,scit præterita,& de futuris æstimat:scit versutias sermonum, & dissolutiones argumẽtorum, signa & monstra scit antequam fiant,& cuẽtus temporum & seculorum. [9] Proposui ergo hanc adducere mihi ad conuiuẽdum,[b] sciens quoniam mecum communicabit de bonis,& erit allocutio cogitationis & tædij mei. [10] Habebo propter hanc claritatem ad turbas,& honorẽ apud seniores.Iuuenis [11] & acutus inueniar in iudicio , & in conspectu potentium admirabilis ero,& facies principum mirabuntur me.[12] Tacentem me sustinebunt,& loquentẽ me respicient,& sermocinante me plura,manus ori suo imponẽt.[c][13] Præterea habebo per hanc immortalitatem,& memoriam æternam his qui post me futuri sunt relinquã.[14] Disponam populos,& nationes mihi erũt subditæ. [15] Timebunt me audientes reges horrendi:& in multitudine bonus videbor,& in bello

c Veluti iubet Petr[s] 1. Pet. 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam , in alterutrum illam administrantes.

d Ex lenocinia dicere appetit, quæ non modò sciendo dicere, sed sentiendo desiderat experiri. quod dicit Grego. Moral. lib. 23. cap. 17.

e Hic cõprehendit ac qualiter sibi amorũ mutua vicissitudo redditur orbe lucẽte ordinatus cursus, præcedẽdo se nonnunquam, aut subito subsequendo, vnde eorum esset ortus aut obitus : & alia multa quę sapientia docentæ cognouerat. Ambr. de Salomone. cap. 1.

f Vide quãta dicatur Splẽdor, & claritas paternæ lucis in filio fit. Speculum sine macula , quod pater videatur in filio . Imago bonitatis, quòd nõ corpus in corpore , sed virtus in filio tota cernatur . Imago docet non esse dissimilẽ, character expressum effigiat, splendor signat æternum. Ambr. de fide. li. 1. c. 4.

a Ea potentia, qua fortiter a fine vsque ad finem attingit, numerus sor affe dicitur. Ea vero qua disponit omnia suauiter , sapientia propriè iam vocatur, cum ex vtraque vnius cuiusq; sapientia. Augu. de libero arbitrio lib. 3. ca. 11. in principio.

b Hoc cõ, dona gratiæ sue mihi distribuer, & me spiritualiter ditabit, quisquis quãto quis frequentius iolam cõtemplatur, & ei se applicat, tanto plus crescit in donis eius. Diony. ibid.

c Sed alia immortalitas sue naturæ, alia nostræ est. Nos sumus fragilia cõparanda diuinis. Vna sola substantia diuinitatis , quæ mori nescit. Ambr. de fide lib. 3. cap. 2.

in bello fortis.[16]Intrans in domũ meam,conquiescam cum illa.[d] Non enim habet amaritudinem conuersatio illius,nec tædium conuictus illius,sed lætitiam & gaudiũ. [17]Hæc cogitans apud me,& cõmemorans in corde meo , quoniam immortalis est in cogitatione sapientia,[18]& in amicitia illius delectatio bona,& in operibus manuũ illius honestas sine defectione,& in certamine loquelæ illius sapientia , & præclaritas in communicatione sermonum ipsius:circuibam quærens vt mihi illam assumerem. [19]Puer autem eram ingeniosus,& [e]sortitus sum animam bonam. [20] Et cum essem magis bonus,veni ad corpus coinquinatum.[21]Et vt sciui quoniam aliter non possem esse continens,nisi deus det,& hoc ipsum erat summa sapiẽtia,scire cuius esset hoc donum,adij dominum,& deprecatus sum illum,& dixi ex totis præcordiis meis:

d. Nempe cũ delectatio oritur ex visione potentiæ cũ obiecto cõuenientis, fitq; diffusio animi in conceptæ adeptionem boni ; dã mens fyncere coniungitur summo & incomparabili bono illi, habet copiosa delectationis incrementum. Dio. lib. 10. Diuitæ.

e. Neque enim negligendi sunt, seu errent, seu verum sapiant, qui hoc specialiter & singulariter de anima illa dictũ putãt: meditationis dei & hominũ scio Christũ homoioi. Au. de Gen. ad lit. li. 10. ca. 7. & amplius ca. 17.

Sapientiam à deo petens,ineffabilem illius fatetur sapientiam,& humanam ad illam indigentiam,& absque illo difficultatem. IX.

[a]DEus patrum meorum,& domine misericordiæ,qui fecisti omnia verbo tuo, [2] & sapiẽtia tua cõstituisti hominem,vt dominaretur creaturæ quæ à te facta est,[3]vt disponat orbẽ terrarum in æquitate & iustitia, & in directione cordis iudicium iudicet:[b][4] da mihi sedium tuarum astitricem sapientiam,& noli me reprobare à pueris tuis,†[5]quoniam seruus tuus sum ego,& filius ancillæ tuæ , homo infirmus,& exigui temporis,& minor ad intellectum iudicij & legũ.[6]Et si quis erit consummatus inter filios hominũ,si abfuerit ab illo sapientia tua , in nihilum computabitur.†[7]Tu autẽ elegisti me regem populo tuo,& iudicem filiorum tuorum,& filiarũ.[8]Et dixisti me ædificare templum in monte sancto tuo,& in ciuitate habitationis tuæ altare,similitudinem tabernaculi sancti tui,†quod præparasti ab initio,[9] & tecũ sapiẽtia tua,quæ nouit opera tua,quæ affuit tunc cũ orbem terrarum faceres, & sciebas quid esset placitum oculis tuis,& quid directum in præceptis tuis.[10] Mitte illã de cœlis sanctis tuis,& à sede magnitudinis tuæ,vt mecum sit,& mecum laboret,vt sciã quid acceptũ sit apud te.[11]Scit enim illa omnia & intelligit, & deducet me in operibus meis sobriè,& custodiet me in sua potẽtia.[12] Et erũt accepta opera mea,& disponam populum tuum iustè,& ero dignus sedium patris mei.†[13]Quis enim hominum poterit scire consiliũ dei? Aut quis poterit cogitare quid velit deus?[c][14] Cogitationes enim mortaliũ timidæ,& incertæ prouidentię nostræ.[15]Corpus enim quod corrumpitur,aggrauat animã:& terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantẽ. [16] Et difficilè æstimamus quæ in terra sunt:& quæ in prospectu sunt,inuenimus cũ labore. Quæ in cœlis sunt autem,quis inuestigabit?[17] Sensum autem tuum quis sciet,nisi tu dederis sapientiam,& miseris spiritum sanctum tuũ de altissimis:[18] & si correctæ sint semitæ eorum,qui sunt in terris, & quæ tibi placent didicerint homines? [19] Nam per sapientiam sanati sunt,quicunque placuerunt tibi domine à principio.

a. Quãuis sit deus vniuersitatum iure creationis, coleruationis,& gubernationis; specialiter tamẽ per gratiã præcipuæ electionis voluit deus illorũ crũ patriarchã rum vocari, Abrahã, Isaac & Iacob. Diony. ibid.

b. Potest intelligi de sapiẽtia requisita ad regimẽ iudicum regiorum, quam ideo videtur petere , vt digne possit regnum Israelitici gubernare. Lyra ibid.

Sapientia à præcipuorum conseruatione in bono,ab initio seculi,& iustorum liberatione à malo in suis persecutionibus,commendatur. X.

[a]Hæc[a] † illum qui primus formatus est à deo pater orbis terrarum , cum solus esset creatus,custodiuit: † & eduxit illum à delicto suo.[2] Et eduxit illum de limo terræ,& dedit illi virtutem continẽdi omnia,[1] ab hac vt recessit iniustus in ira sua,†per iram homicidij fraternitas deperiit.† [4] Propter quod cum aqua deleret terram,sanauit iterum sapientia,per contemptibile lignum iustũ gubernãs.[5]Hæc & in consensu superbiæ,cum se nationes extulissent,†scisuit iustum,& conseruauit sine querela deo,& in filiis misericordiam fortem custodiuit.[6]Hæc †iustum à pereuntibus impiis liberauit fugientem , descendente igne in Pentapolim: [7] quibus in testimoniũ nequitiæ fumigabũda constat deserta terra, & in certo tẽpore fructus habentes arbores,& incredibilis animæ memoria stans figmentum salis.[8] Sapientiam enim prætereuntes non tantùm in hoc lapsi sunt , vt ignorarent bona : sed & insipientiæ suæ reliquerunt hominibus memoriam,vt in iis quæ peccauerunt, nec latẽre potuis-

a. Christi[s] verus populi princeps animã iusti velut carrũ agitator affcondẽs, verbi habenis gubernat, ne violentorũ equorũ furore in abruptã rapiatur. Sũt enim eius velut quædam equi, quæ nos affectiones, ira, cupiditas , voluptas , timor quibus furentibus cũ corpore incagi, nequaquã seipsa cognoscit. Corpus est quod corrũpitur , animã grauat, & tanquã irrationabilium animalium curtus inuitam rapit, voluptatibus curris velut quodã impetu promẽte, donec memoria e corpore passiones verbi virtute mucescãt. Ambr. de virg. li. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

scent.[9] Sapientia autē his qui se obseruant, à doloribus liberabit,† [10] Hæc autem profugum ira fratris[b] iustum deduxit per vias rectas,& ostendit illi regnum dei, & dedit illi scientiam sanctorum. Honestauit illum in laboribus: & compleuit labores illius. C †Gene.28.c †Gene.37.f. 41.a.
† [11] In fraude circumuenientium illum affuit illi,& honestum fecit illum. [12] Custodiuit illum ab inimicis,& à seductoribus tutauit illum. Et certamen forte dedit illi, vt vinceret,& sciret quoniam omnium potentior est sapientia. [13] Hæc vēditum iustum non dereliquit,sed à peccatoribus liberauit eum: descenditque cum illo in foueam, [14] & in vinculis non dereliquit illum,donecafferret illi sceptrum regni & potentiam aduersus eos qui eum deprimebant: & mendaces ostendit qui maculauerunt illum, & dedit illi claritatem æternam.† [15] Hæc populum iustum, & semen sine quærela liberauit à nationibus quæ illum opprimebant.† [16] Intrauit in animam serui dei,& stetit contra reges horrendos in potentis & signis.[17] Et reddidit iustis mercedem laborum suorum,& deduxit illos in via mirabili. Et fuit illis in velamento diei,& in luce stellarum per noctem.† [18] Et transtulit illos per mare Rubrum,& transuexit illos per aquam nimiam.[19] Inimicos autem illorum demersit in mare,& ab altitudine inferorum eduxit illos.† Ideo iusti tulerunt spolia impiorum,[20] & decantauerunt Domine nomen sanctum tuum,& victricem manum tuam laudauerunt pariter.[21] Quoniā sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas. D †Exod.3.b. Deuteron. 9. Quppe. 23.q.5.ca.1. & 2.& ca. Quidam. Qui clerici, vel vo.c.Relatum. †Exod.14.f Psal.77.b. †Exod.15.c. & 15.a.

b. Est iustus, qui in principio testimonio accusator, est iustus, est iustus, qui ex hōe vocat, & est iustus, qui ab iij errore est. Primo quidem bonus, quia accedit ad viā: secundo melior, quia currit per viā: tertius optimus quia iam approximat ad finem viæ. Hic tamen accipiamus primū, quē velocior inuenimus. Hūc deduxit dominus, & non alius, quia ipsius est de via iniquitatis ad viā veritatis reducere, & deducere per eā. Per vias, inquit, rectas. Via domini, via rectæ viæ pulchræ, viæ plenæ, viæ planæ, rectæ sine errore, quia ducunt ad vitam pulchre sine turpe, quia docent mundiciā, &c. Bernard. de verbis Sap. 10. Iustum deduxit dominus, &c.

Sapientia multa Israeli peregrinanti in deserto beneficia, Aegyptiis hostibus mirabiliter vexatis, contulit, aquas præbendo, & vltrices sine modo pœnas infligendo. XI.

A †Exod.14.a Exod.15.c. Eccl.46.a †Exod.17.b †Num.20.b

Irexit † opera eorum in manibus propheræ sancti.[2] Iter fecerunt per deserta quæ non habitantur: & in locis desertis fecerunt casas.† [3] Steterunt cōtra hostes, & de inimicis se vindicauerunt.† [4] Sitierunt,& inuocauerunt te,& data est illis aqua de petra altissima,& requies sitis de lapide duro.[5] Per quæ enim pœnas passi sunt inimici illorum à defectione potus sui,in eis cum abundarent filij Israel,lętati sunt.[6] Per hæc cum illis deessent,bene cum illis actum est.[7] Nam pro fonte quidam[a] sempiterni fluminis,humanum sanguinem dedisti iniustis.[8] Qui cum minuerentur in traductione infantium occisorum, dedisti illis abundantem aquam inspe- B ratē:[9] ostendens per sitim quæ tunc fuit,quemadmodum tuos exaltares, & aduersarios illorum necares.[10] Cum enim tentati sunt,& quidem cum misericordia disciplinam accipientes,scierunt quemadmodum cum ira iudicati impij tormenta paterentur.[11] Hos quidē tanquam pater monens probasti,illos autem tāquam durus Rex interrogans condemnasti.[12] Absentes enim & præsentes similiter torquebantur.[13] Duplex enim illos acceperat tædiū,& gemitus cum memoria præteritorum.[14] Cū enim audirent per sua tormenta bene secum agi, commemorati sunt dominum admirantes in finem exitus.[15] Quem enim in expositione praua proiectum deriserunt, in finē C euentus mirati sunt. Non similiter iustis faciens: [16] pro cogitationibus autem insensatis iniquitates illorum. Quòd quidam errantes colebant mutos serpentes,&bestias superuacuas: immisisti illis multitudinem mutorum animalium in vindictam,[17] vt scirent quia per quæ peccat quis,per hæc & torquetur.[18] Non enim impossibilis erat omnipotens manus tua,quę creauit orbem terrarum,ex materia inuisa immittere illis multitudinem vrsorum,aut audaces leones,[19] aut noui generis ira plenas & ignotas bestias,aut vaporem igneum spirantes,aut fumi odorem proferentes,aut horrendas ab oculis scintillas emittentes:[20] quarum non solùm lęsura poterat illos exterminare,sed & aspectus per timorem occidere.[21] Nam & sine his vno spiritu poterāt occidi, † persecutionem passi ab ipsis factis suis, & dispersi per spiritum virtutis tuæ:[b] sed omnia in mensura & numero & pōdere disposuisti.† [22] Multum enim valere tibi soli superat semper: & virtuti brachij tui quis resistet?[23] Quoniam tanquam momētum stateræ,sic est ante te orbis terrarum: & tanquam gutta roris antelucani,qui descēdit in terram.[24] Et misereris omniū,quia omnia potes,& dissimulas peccata hominum D †19.9.4. Qui peccat. †19.9.c.d. De cōse. dis. 2.c.Et dixit. & c. Ieiunat. 21. dis.

a. Sempiternū flumē Nilū vocat, cuius aqua tāquam fontis potui dari est: qui dicunt flumen sempiternū, quia est vn⁹ de quatuor fluuius paradisi, in Genesi vocatur Gihō, circuit⁹, terrā Aethiopiæ: & ibi dicitur Gihon. Inde autē in Aegyptū decurrēdo, vbi Nilus vocatur, & per diuersa loca eisdem diuiditur. Dio. ibi. a. Cruento sanguine turbati in correptione infantium occisorum præcepta.

b. Ad differentiā ipsius diuinæ essentiæ dictum est. Creatura enim in pondere & mensura & numero facta fuit, fola creator his omnibus caret. Pondus in diuinitate res considerat: in pōdere igitur facta est quæcunq; sui generis est cōparata aut inæqualis maioris, aut sequalis, aut diminutæ secūdum æquale. Pōdus habet, quæ quanti valeat æstimari potest. Mensura vero in loco & tempore considerata. In numero facta sunt omnia, vel secūdū partiū cōpositionē, vt sunt corpora: vel secūdū varietatem & mutabilitatē, vt sunt incorporea. Bernar. par. serm. 6.

num propter pœnitentiam.[25] Diligis enim omnia quæ sunt,& nihil eorū odisti, quæ fecisti: nec enim odiens aliquid constituisti aut fecisti.[26] Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut quod à te vocatum non esset, conseruaretur?[27] Parcis autem omnibus: quoniam tua sunt domine, qui amas animas.

Dei correptio quanta dulcedine in iustis, & mansuetudine in malis vtatur, cum Chananæos à terra promissa iustè, sed misericorditer deleret, iustos verò introduceret, impœnitentes seuerè puniendo. XII.

A Quàm bonus & suauis est domine spiritus tuus in omnibus.[2] Ideóq; eos qui exerrant partibus corripis,& de quibus peccant admones,& alloqueris,vt relicta malitia credant in te dñe.[3] Illos enim antiquos inhabitatores terræ sanctæ tuæ, quos exhorruisti,[4] quoniam odibilia opera tibi faciebant per medicamina & sacrificia iniusta,[5] & filiorum suorum necatores sine misericordia,[6] & comestores viscerum hominum,& deuoratores sanguinis,& authores parentes animarum inauxiliatarum perdere voluisti à medio sacramento tuo per manus parentum nostrorū, [7] vt dignam perciperent peregrinationem puerorum dei,quę tibi omnium carior est terra.[8] Sed & his tanquam hominibus pepercisti,& misisti antecessores exercitus tui B vespas,vt illos paulatim exterminarent.[9] Non quia impotens eras in bello subiicere impios iustis,aut bestiis sęuis,aut verbo duro simul exterminare,[10] sed partibus iudicans,dabas locum pœnitentiæ, non ignorans quoniam nequam est natio eorum, & naturalis malitia ipsorum: & quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum.[b11] Semen enim erat maledictum ab initio. Nec timens aliquem,veniā dabas peccatis illorum.[12] Quis enim dicet tibi,quid fecisti? Aut quis stabit contra iudicium tuum? Aut quis in conspectu tuo veniet vindex iniquorum hominum? Aut quis tibi imputabit si perierint nationes quas tu fecisti?[13] Non est enim alius deus quàm tu,† cui cura est de omnibus,vt ostendas quoniam non iniuste iudicas iudicium.[14] Neq; rex,neque tyrannus in conspectu tuo inquirent de iis quos perdidisti.[15] Cum ergo sis iustus,iustè omnia disponis: ipsum quoq; qui non debet puniri,condemnas,& exte- C rum æstimas à tua virtute.[16] Virtus enim tua,iustitiæ initiū est: & ob hoc quòd omnium dominus es,omnibus te parcere facis.[17] Virtutem enim ostendis tu,qui nō crenium dominus es,omnibus te parcere facis.[17] Virtutem enim ostendis tu,qui nō crederis esse in virtute cōsummatus,& horum qui te nesciunt,audaciam traducis.[18] Tu autem dominator virtutis,cum tranquillitate iudicas: & cum magna reuerentia disponis nos. Subest enim tibi cū volueris,posse.[19] Docuisti enim populū tuū per talia opera,quoniam oportet iustum esse,& humanum,& bonæ spei fecisti filios tuos: quoniam iudicās das locum in peccatis pœnitētię.[c20] Si enim inimicos seruorū tuorum,& debitos morti,cum tanta cruciasti attentione,& liberasti,dans tempus & locū per quæ possent mutari à malitia:[21] cū quanta diligentia iudicasti filios tuos,quo- D rum parentibus iuramenta & conuētiones dedisti bonarum promissionum?[22] Cum ergo das nobis disciplinā,inimicos nostros multipliciter flagellas, vt bonitatem tuā cogitemus iudicātes: & cum de nobis iudicatur,speremus misericordiam tuā.[23] Vnde & illis qui in vita sua insensatè & iniustè vixerunt,per hæc quæ coluerunt,dedisti summa tormenta.[24] Etenim in erroris via diutius errauerunt, deos æstimantes hæc quæ in animalibus sunt superuacua, infantium insensatorum more viuentes.[25] Propter hoc tanquam pueris insensatis iudicium in derisum dedisti.[26] Qui autem ludibriis & increpationibus nō sunt correcti,dignum dei iudicium experti sunt.[27] In iis enim quæ patiebantur,molestè ferebant: in quibus patientes indignabantur. Per hæc quos putabant deos,in ipsis cum exterminarentur,videntes illum quem olim negabant se nosse,[d] verum deum agnouerunt. Propter quod & finis condemnationis eorum veniet super illos.

Quàm vanè studeant qui in creaturis quærunt ex errore inexcusabili, & negligentia, & amplius in artificiis mineralibus, ligneis & lapideis diuinitatem, & fatuè adorant, preces porrigentes. XIII.

† Sap.7.b

b. Quid est ergo malitia naturalis hominis, & semen maledictū ab initio, & procreari naturaliter in miseriā & captiuitatem, & natiua filij iræ? Nūquid in Adā natura ista sic condita est? Absit. Sed quia in illo vitia est, &c per omnes natura ista cucurrit & currit, vt ab hac perditione nō liberet nisi gratia dei per Iesū Christum dominum nostrum. Augu. de nuptiis & concupiscib. l. 1. c. 4. & 5.

c. Quia Aegyptios & Chananæos aduersarios filiorū Israel morti & temporali & æternæ obnoxios, & aquis & gladio dedit: cum tam pio moderamine & attentione fragilitatis humanæ paulatim eos punit: do, sed cum interpellatione, vt interim pœnitere. Dion. ibi.

d. Non est de deo humanis iudiciis sentiendum. Neque enim ibi vis est, aut natura est, vt se in cœlestē cognitionem sui viribus eleuet. A deo discendū est quid à deo intelligendū sit: quia nō nisi fuerit à deo reuelatum, nemo potest cognoscere. Iudicium de trinita. lib. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VAni[a] sunt autem omnes homines,in quibus non subest scientia dei, & de iis A
quæ videntur bona,non potuerunt intelligere eum qui est: neque operibus
attendẽtes agnouerũt quis esset artifex,[2] sed aut ignem,aut spiritum,aut cita-
tum aërem,aut gyrum stellarum,aut nimiam aquam,aut solem & lunã rectores or-
bis terrarum deos putauerunt.[3] Quorum si specie delectati deos putauerunt, sciant
quanto iis dominator eorum speciosior est.Speciei enim generator hæc omnia con-
stituit.[4] Aut si virtutem,& opera eorum mirati sunt:intelligãt ab illis , quoniam qui
hæc fecit,fortior est illis.[b5] A magnitudine enim speciei & creaturæ, cognoscibiliter B
poterit creator horum videri.[6] Sed tamen adhuc in his minor est querela.Et hi enim †Rom.1.b.
fortasse errant,deum quærentes,& volentes inuenire.† [7] Etenim cum in operibus il-
lius conuersentur:inquirunt,& persuasum habent quoniam bona sunt quæ videtur.
[8] Iterum autem nec his debet ignosci.[9] Si enim tantum potuissent scire, vt possent æ-
stimare seculum:quomodo huius dominum non facilius inuenerũt?[10] Infœlices au-
tem sunt,& inter mortuos spes illorum est, qui appellauerũt deos opera manuũ ho-
minum,aurum & argentum,artis inuentionem, & similitudines animalium , aut la-
pidem inutilem opus manus antiquæ.†[11] Aut si quis artifex faber de sylua lignum re- C †Iſa.44.b.
ctum secuerit,& huius doctè eradat omnem corticem, & arte sua vsus diligenter fa-
bricet vas vtile in conuersationẽ vitæ, [12] reliquiis autem eius operis ad præparationẽ
escę abutatur:[13] & reliquum horum quod ad nullos est vsus,facit lignum curuum,&
verticibus plenum sculpat diligenter per vacuitatem suam, & per scientiam suæ ar-
tis figuret illud,& assimilet illud imagini hominis,[14] aut [c] alicui ex animalibus illud
comparet,perliniens rubrica,& rubicundum faciens fuco colorem illius, & omnem D
maculam quæ in illo est perliniens,[15] & faciat ei dignam habitationem, & in pariete
ponens illud,& confirmans ferro,[16] ne forte cadat prospiciens illi,sciens quoniã non
potest adiuuare se.Imago enim est,& opus est illi adiutoriũ.[17] Et de substantia sua,&
de filiis suis,& de nuptiis votum faciens,inquirit. Non erubescit loqui cum illo qui
sine anima est:[18] & pro sanitate quidem infirmum deprecatur,& pro vita rogat mor-
tuum,& in adiutorium inutilẽ inuocat:[19] & pro itinere petit ab eo qui ambulare non
potest:& de adquirendo,& de operando,& de omnium rerum euẽtu petit ab eo qui
in omnibus est inutilis.

Idololatriæ origo , & idolorum inutilitas magnam infert idololatris iniuriam,& pœnam irremißibilem ex cultu idoli,ex vano in amicos amore,& ambitiosa dominatione. XIIII.

ETerum[a] alius nauigare cogitans, & per feros fluctus iter facere incipiens , li- A
gno portante se fragilius lignũ inuocat.[2] Illud enim cupiditas adquirendi ex-
cogitauit,& artifex sapientia fabricauit sua.[3] Tua autem pater prouidentia ab †Exo.14.d.
initio cuncta gubernat:quoniam† dedisti in mari viam, & inter fluctus semitam fir-
missimam:[4] ostendens quoniam potens es ex omnibus sanare , etiam si sine rate ali-
quis adeat mare.[5] Sed vt non essent vacua sapientiæ tuæ opera: propter hoc etiam &
exiguo ligno credũt homines animas suas,& transeuntes mare per ratẽ liberati sunt. †Geneſ.8.
[6] Sed & ab initio cum perirẽt superbi Gigantes,† spes orbis terrarum ad ratem cõfu-
giens,remisit seculo semẽ natiuitatis,quæ manu tua erat gubernata.[b7] Benedictũ est
enim lignum,per quod fit iustitia.[8] Per manus autẽ quod fit idolum,maledictum est
& ipsum,& qui fecit illud:quia ille quidem operatus est, illud autẽ cùm esset fragile,
deus cognominatus est.[9] Similiter autem odio sunt deo impius,& impietas eius.[10] Et B
enim quod factũ est,cum illo qui fecit,tormenta patietur.[11] Propter hoc & in idolis
nationum non erit respectus:quoniam creaturæ dei in odium factæ sunt,& in tenta-
tionem animæ hominum,& in muscipulam pedibus insipiẽtium.[12] Initiũ enim for-
nicationis,est exquisitio idolorum:& adinuentio illorũ,corruptio vitæ est.[c13] Neq;
enim erãt ab initio,neq; erunt in perpetuum.[14] Superuacuitas enim hominum hæc
adinuenit in orbem terrarum:& ideo breuis illorũ finis est inuentus.[15] Acerbo enim
luctu

a. Vanum nãque vocatur, quod ad finẽ, propter quẽ instituum eũ, non pertingit: quæ quidem vana medicina,quæ ad sanitatẽ non est. Cum ergo salui hominum fiẽt dei cognitio , sicut asserit Io. 17. Hæc est vita æterna , vt cognoscant te, &c. homines qui ad dei notitiam non perringunt, recte vani cẽsentur, &c. Dionysius ibidem.

b. Ante omniũ oculos creaturam in medio proposuit vt ex operibus creatorem comiciãt, iuxta illud Ro.1. Vidisti magnitudinem? cõsidera potentiam conditoris eũ admirãtione. Vidisti pulchritudinem? sapientiã obstupesce:quã & propheta demonstrans dicebat: Cæli enarrant gloriã dei. Chrysost. ad pupu. Antioch.hom.9.

c. Rideri merito idololatrat, cũ ex parte materiæ idoloti, ex parte operis eorũ , quod ex ipsa arte fit. Quomodo enim alios iuuare vel defendere possent, quæ nec se iuuare nec defendere possunt? Eadem fere habentur Baruch.6. Quomodo ergo stãti debeãt quoniam dii sunt, qui nec de bello se liberãt, neque de malis suscipiũt? Nã cum sint ligneæ, & inauratæ & margentatæ, scient postea quia falsa sunt, ab vniuersis gentibus & regibus, quæ manifesta iam eos non sunt dii, sed opera manuũ hominum, & nullum opus dei cũ illis est. Dionys. ibid.

a. Vanitatẽ & impietatẽ idololatrarum in nutrimenta negotiis ac periculis idola inuocantibus hic malispiti citer obuiãt. Dionys. ibi.

b. Iustitiæ attributio scripturalis diuinã vocat peccatorũ, secundum illud, Benedictũ lignũ, &c. Superius ad crucem dominicam refert, posterius ad errorem gentilium qui ligna venerãtur. Iustitia autem quæ cũ cruce, nisi quòd ascendens illud parabulum dominus Iesus Christus peccatorum nostrorum chirographũ crucifixit, & totius orbis peccatis suo cruore mãdauit? Ambr. in Psal. 118. Ser. 8. & hanc historiam inuenti idolis narrat Fulgentius in Mythologicis ex Diophane Lacedæmonio, qui dicit apud Aegyptios fuisse quãdam virum familia habitantia, locupletem , nomine Sitophanẽ. Hic vnicum filium ineffabili vltra quam paternitas exigebat affectu prosequebatur, quẽ mortuum ei vita abstulit. Vnde ad sedandã tristitiã, imaginem filij ibi fingi curauit, vt saltem filij similitudo refrigeret lenire. Cui vniuersa familia in adulationẽ domini aut coronas plectere aut flores inferre , imò thura succendere consueuit. Immolachro , & tandem ad illum cunquim ad ipsius fontes confugere, quasi vrnæ perfrui nectaribus. Et hinc homines nouo fabro potius timore & amore offerre coperunt, quibus Petronius primus in orbe deos fecit inesse timor. Hęc Fulgẽ. vbi supra.

luctu dolens pater,rapti citò sibi filij fecit imaginẽ:&illũ qui tunc quasi homo mor-
tuus fuerat,nunc tanquam deum colere cœpit,& constituit inter seruos suos sacra &
sacrificia.[16] Deinde interueniente tempore,conualescente antiqua consuetudine,hic
C error tanquam lex custoditus est,& tyrannorum imperio colebantur figmenta.[17] Et
hos quos in palam homines honorare non poterant,propter hoc quòd lõge essent, è
longinquo figuram eorum allatam, euidentem imaginem regis, quẽ honorare vole-
bant,fecerunt:vt illum qui aberat,tanquam præsentẽ colerẽt sua solicitudine.[18] Pro-
uexit autẽ ad horum culturam & hos qui ignorabant,artificis eximia diligẽtia.[19] Illẽ
enim volẽs plus placere illi qui se assumpsit,elaborauit arte sua, vt similitudinem in
melius figuraret.[20] Multitudo autem hominum abducta per speciem operis,eũ qui
antè tẽpus tanquam homo honoratus fuerat,nũc deum æstimauerunt.[21] Et hæc fuit
vitæ humanæ deceptio,quoniã aut affectui,aut regibus deseruientes homines,incõ-
municabile nomẽ lapidibus & lignis imposuerũt.[22] Et non sufficerat errasse eos cir-
ca dei scientiam,sed & in magno viuẽtes insciti bello, tot & tam magna mala pacẽ
D appellant.[23] Aut enim filios suos sacrificantes,aut obscura sacrificia facientes,aut in-
saniæ plenas vigilias habentes,[24] neq; vitam,neque nuptias mũdas iam custodiũt,sed
& alius alium per inuidiam occidit,aut adulterans contristat:[25] & omnia commixta
sunt,sanguis,homicidium,furtũ & fictio,corruptio & infidelitas, turbatio & periu-
riũ,tumultus bonorum,[26] dei immemoratio,animarũ inquinatio,natiuitatis immu-
tatio,nuptiarũ inconstantia,inordinatio mœchię,&impudicitiæ.[d27] Infandorũ enim d. Non quòd idololatria & primum peccatũ originẽ, & à quo in alia facilẽ labitur peccator. In de dicitur principiũ & finis aliorum peccatorum secundum diuersas considerationes dicitur causa, instans & finis omnium peccatorum. Dionys. ibid.
idolorũ cultura,omnis causa mali est,& initiũ & finis.[28] Aut enim dum lætantur,in-
saniunt:aut certe vaticinantur falsa,aut viuunt iniustè,aut peierant cito.[29] Dũ enim
confidunt in idolis quæ sunt sine anima,male iurantes noceri se non sperant.[30] Vtra-
que ergo illis euenient dignè,quoniam male senserunt de deo,attendentes idolis , &
iurauerunt iniustè in idolo contemnentes iustitiam.[31] Non enim iurantiũ est virtus,
sed peccantium pœna perambulat semper in iustorum præuaricationem.

Cum tam bonus sit deus,& idolum tam vile,& vitæ moribus indignum,non mirum si idololatræ tantam culp.m & pœnam incurrant æternam. XV.

TV autẽ deus noster,suauis & verus es,patiens,& in misericordia disponens A
omnia.[a2] Et si enim peccauerimus,tui sumus,sciẽtes magnitudinem tuam:
& si nõ peccauerimus, scimus quoniã apud te sumus cõputati.[3] Nosse enim
te,cõsummata iustitia est:& scire iustitia,& virtutẽ tuam,radix est immor-
talitatis.[4] Nõ enim in errorẽ induxit nos hominũ malæ artis excogitatio, nec vmbra
picturæ,labor sine fructu,effigies sculpra per varios colores,[5] cuius aspect[9] dat insen-
sato concupiscentiam,& diligit mortuæ imaginis effigiem sine anima.[6] Malorum a-
matores digni sunt morte,qui spem habent in talibus,& qui faciũt illos,& qui dili- §Pauperes nõ valentes habere deos aureos vel argẽteos , curabunt habere ligneos vel lapideos aut ligneos artifex autem nõ maiorem habet virtutẽ super terrã suam ad faciẽda vasa quàm imagines : faciens autem vasa nõ inducit illis diuinitatem, nec igitur faciens imagines inducet illis diuinitatẽ, quin posiuẽ in idem iuxta veneri. Dio, ibidem.
a Rom.7.c gunt,& colunt.† B [7] Sed & figulus mollem terram premens laboriosè fingit ad vsus
nostros vnumquodque vas,& de eodem luto fingit quæ mũda sunt in vsum vasa,&
similiter quæ his sunt contraria. Horum autem vasorum quis sit vsus, iudex est figu-
lus.[8] Et cum labore vario deum fingit de eodem luto:ille qui paulo ante de terra fa-
ctus fuerat, & post pusillum reducit se vnde acceptus est , tepetitus animæ debitum
quam habebat.[9] Sed est cura illi,non quia laboraturus est nec quoniã breuis illi vita
est,sed concertatur aurificibus & argẽtariis:sed & ærarios imitatur , & gloriam præ-
C fert,quoniã res superuacuas fingit.[10] Cinis est enim cor eius, & terra superuacua spes
illius,& luto vilior vita eius:[11] quoniã ignorauit qui se finxit,& qui inspirauit illi ani-
mam,& amat quæ operatur,& qui insufflauit ei spiritum vitalem.[12] Sed & æstimaue-
runt lusum esse vitam nostram,& cõuersationem vitæ compositam ad lucrum, & o-
portere vndecunq; etiã ex malo adquirere.[13] Hic enim scit se super omnes delinque-
re,qui ex terræ materia fragilia vasa & sculptilia fingit.[14] Omnes enim insipientes, &
infœlices supra modum animæ suæ superbi sunt , inimici populi tui , & imperantes
Sapi.13.c. illi :† [c15] quoniam omnia idola nationum deos æstimauerunt,† quibus neque ocu- D
Isa.44.b.

a. Quoniam scilicet bonũ & magnum deum habem⁹, qui velit & possit pœnitẽtiã peccata amare,non qui minime audeat permanẽtes in malignitate dispẽdere. Aug. de hãe & operã. ca.22.

b. Sapientes nõ valuerũt habere deos aureos vel argẽteos , curabunt habere ligneos vel lapideos aut ligneos artifex autem nõ maiorem habet virtutẽ super terrã suam ad faciẽda vasa quàm imagines : faciens autem vasa nõ inducit illis diuinitatem, nec igitur faciens imagines inducet illis diuinitatẽ, quin posiuẽ in idem iuxta veneri. Dio, ibidem.

c. Si idola ex parte causæ efficientis, materialis, & formalis sint reprobãda, multo magis ex parte finalis. Hinc enim colẽs idoli est vt ab eo petatur auxilium, vel suffragiũ, quod conferre nequit. Vnde Augu. de Mirerua Troianorum. Neque enim, inquit, homines à simulachro , sed simulachrũ ab hominibus seruabatur. Quomodo ergo colebantur vt patriam custodirent &c. nes, quæ nec suorũ vitæ custodire custodes? Aug. de ciui. dei. li.2.c.8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lorum visus est ad videndum, neque nares ad percipiendum spiritum, neq; aures ad audiendũ, neq; digiti manuum ad tractãdum, sed & pedes eorum pigri ad ambulandũ.[16] Homo enim fecit illos, & qui spiritum mutuatus est, is finxit illos. Nemo enim sibi similem homo poterit deum fingere. [17] Cum enim sit mortalis, mortuum fingit manibus inquis. Melior enim est ipse iis quos colit: quia ipse quidem vixit, cum esset mortalis, illi autem nunquã.[18] Sed & animalia miserrimi colunt. Insensata enim comparata his, illis sunt deteriora.[19] Sed nec aspectu aliquis ex his animalibus bona potest conspicere. Effugerunt autem dei fraudem, & benedictionem eius.

Aegyptij ob idololatriam à bestiis exterminati, Hebræi vero propter fidem esca satiati, licet aliquando à serpentibus in correptionem & satisfactionẽ afflicti, Aegyptij autem aere, aqua & igne passi sunt, Hebræi manna ab aere satiati, & confortati. XVI.

PRopter hæc & his similia passi sunt dignè tormenta, & per multitudinem bestiarum exterminati sunt. [2] Pro quibus tormentis bene dispositisti populum tuum: † quibus dedisti concupiscentiam delectamenti sui nouum saporem, escam parans eis ortygometram:[3] vt illi quidẽ concupiscentes escam, propter ea quæ illis ostensa & missa sunt, etiam à necessaria concupiscentia auerterentur. Hi autem in breui inopes facti nouam gustauerunt escam.[a] [4] Oportebat enim illis sine excusatione quidem superuenire interitum exercentibus tyrannidem, his autem tantùm ostendere quemadmodum inimici eorum exterminabantur. † [5] Etenim cum illis superuenit fœua bestiarum ira: morsibus peruersorum colubrorum exterminabantur. [6] Sed non in perpetuum tua ira permansit: sed ad correptionem in breui turbati sunt: signũ habentes salutis, ad commemorationem mandati legis tuæ.[7] Qui enim cõuersus est: non per hoc quod videbat, sanabatur, sed per te omnium saluatorem.[8] In hoc autẽ ostendisti inimicis tuis, quia tu es qui liberas ab omni malo. †[9] Illos enim locustarum & muscarum occiderunt morsus, & non est inuenta sanitas animæ illorum: quia digni erant ab huiusmodi exterminari.[b] [10] Filios autẽ tuos nec draconũ nec venenatorum vicerunt dentes. Misericordia enim tua adueniens sanabat illos.[11] In memoria enim sermonum tuorum exterminabantur, & velociter sanabantur: ne in altã incidentes obliuionem, non possent tuo vti adiutorio.[12] Etenim neque herba, neque malagma sanauit eos, sed tuus dñe sermo, qui sanat omnia. † [13] Tu es domine qui vitæ & mortis habes potestatem: & deducis vsq; ad portas mortis, & reducis.[14] Homo autem occidit quidem per malitiam animam suam: & cum exierit spiritus, nõ reuertetur, nec reuocabit animam quæ recepta est:[15] sed tuam manum effugere impossibile est. † [16] Negantes enim nosse te impij, per fortitudinem brachij tui flagellati sunt, † nouis aquis & grandinibus & pluuiis persecutionem passi, & per ignem cõsummati.[17] Quod enim mirabile erat, in aqua quæ omnia extinguit, plus ignis valebat. [c] Vindex est enim orbis iustorũ.[18] Quodam enim tempore mansuetabatur ignis, ne comburerentur quæ ad impios missa erant animalia: sed vt ipsi videntes scirent quoniam dei iudicio patiuntur persecutionẽ:[19] & quodam tempore in aqua supra virtutẽ ignis exardebat vndiq;: vt iniquam terræ nationem exterminaret. † [20] Pro quibus angelorum esca nutriuisti populum tuum: & paratum panẽ de cœlo præstitisti illis sine labore, [d] omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem.[21] Substãtiam enim tuam & dulcedinem tuam quam in filios habes, ostendebas, & deseruiens vniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat conuertebatur. † [22] Nix autem & glacies sustinebant vim ignis, & non tabescebant, vt scirent quoniã fructus inimicorum exterminabat ignis ardens in grandine, & pluuia coruscans.[23] Hoc iterũ vt nutrirentur iusti, ignis etiam suæ virtutis oblitus est.[24] Creatura enim tibi factori deseruiens, exardescit in tormentum aduersus iniustos, & lenior fit ad benefaciendum pro iis in qui te confidunt.[25] Propter hoc & tunc omnia trãsfigurata omniũ nutrici gratiæ tuæ deseruiebant ad voluntatem eorum qui à te desiderati sunt,[26] vt scirent filij tui quos dilexisti domine, quoniã nõ natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus

†Num.11.§ Exod.16.c. Num.11.b

†Num.11.b

†Exod.7.d. 8.b.

†Exod.12.f. & 16.10. Apoc.7.d.

†1.Reg.2.a Tob.13.a.

†Exod.3.d.

†Deut.32.

† Deut.8.b. Quomodo Exod.16. & Ioan.6. & Psal.77.c.

† Exod.9.c.

a. Oportebat enim illis Aegyptijs superuenire interitũ, his potissimum qui in mari rubro demergebãtur, quia induratissimi erant: nec tot & tãtis prodigijs fuerunt conuersi, quare fuerant inexcusabiles: quòdq; fœuiter crudelitatem in Israelitas exercuerãt. Dio. ibidem.

b. Vbique fuerant cinifites in regno Pharaonis, non autẽ fuerãt in terra Gessen. Illi conati sunt Magi similiter facere, & minimè potuerunt. Quousque ergo deficerent, nihil de eius terræ segregatione dictum est, sed ex quo cœperunt ea fieri, vbi illi illis humilia facere nec conari auderẽt. August. q. 20. super Exod.

c. Hoc est, vniuersitas creaturarum deo subẽte iustorum vltricitur iniurias, & contra iniustos consurgit, ac creatori suo obediẽs, variis modis affligit Aegyptios. Lyran. ibid.

d. Iuxta morum diuersitatem vim sui sermonis formauit deus in singulis. Nam manna omne delectamentum atque omnis saporis suauitatem in se habuit quod videlicet in ore spiritualium mixta voluntatem edentium saporem dedit: quia diuinus sermo & omnibus congruens, & à semetipso non discrepans, qualitati audientium condescendit quæ dum eleãtus quisq; vnicuiq; intra modestiã iuxta meritum legi, quasi accepta manna in voluntarium saporem vertit. Grego. Moral. lib. 6. cap. 7.

tuus hos qui in te crediderant conseruat. † [27] Quod enim ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat,[28] vt notum omnibus esset, quoniam oportet præuenire solem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te adorare.[29] Ingrati enim spes tanquam hybernalis glacies tabescet, & disperiet tanquã aqua superuacua.

†1.d.c. Ecclesiastes. Deus ea. Matth.4.a

Aegyptij ob idololatriam luce à cœlo priuati triduo, nec cœlo, nec igne, aut magica arte tenebras vincibiles passi, Iudæis luce donatis. XVII.

†Exod.10.f A

MAgna[a] sunt enim iudicia tua domine, & inenarrabilia verba tua: propter hoc indisciplinatæ animæ errauerunt. † [2] Dũ enim persuasum habent iniqui posse dominari nationi sanctę, vinculis tenebrarum & longæ noctis compediti, inclusi sub tectis fugitiui perpetuæ prouidentiæ iacuerunt:[3] & dum putant se latere in obscuris peccatis, tenebroso obliuionis velamento dispersi sunt pauentes horrendè, & cum admiratione nimia perturbati.[4] Neq; enim quæ continebat illos spelunca sine timore custodiebat, quoniã sonitus descendens perturbabat illos: & personæ tristes illis apparentes, pauorem illis præstabant.[b] [5] Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere, nec siderum lympidæ flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam. † [6] Apparebat autem illis subitaneus ignis timore plenus: & timore perculsi illius quæ non videbatur faciei, æstimabant deteriora esse quæ videbantur:[7] & magicæ artis appositi erant derisus, & sapientiæ & gloriæ correptio cum cõtumelia. [8] Illi enim qui promittebant timores & perturbationes se expellere ab anima languẽte, ij cum derisu pleni timore languebant.[9] Nam & si nihil eos ex monstris perturbabat, transitu animalium & serpentium sibilatione commoti, tremebundi peribant, & aërem quem nulla ratione quis effugere posset, negantes se videre.[10] Frequẽter enim præoccupant pessima, redarguente conscientia.[c] [11] Cum sit enim timida nequitia, data est in omnium condemnationem. Semper enim præsumit fœua, perturbata conscientia.[12] Nihil enim est timor nisi præsumptionis adiutorium, proditio cogitationis auxiliorum.[13] Et dum abintus minor est expectatio, maiorem putat sciẽtiam eius causæ de qua tormentum præstat.[14] Illi autem qui in potentem venere noctem, & ab infimis & altissimis inferis superuenientem eundem somnum dormientes,[15] aliquando monstrorum exagitabantur timore, aliquando animæ deficiebant traductione. Subitaneus enim illis & insperatus timor superuenerat. [d] [16] Deinde si quisquam ex illis decidisset, custodiebatur in carcere sine ferro reclusus.[17] Si enim rusticus qui erat aut pastor, aut agri laborum operarius, præoccupatus esset, ineffugibilem sustinebat necessitatem.[18] Vna enim catena tenebrarum omnes erant colligati. Siue spiritus sibilans, aut inter spissos arborum ramos auium sonus suauis, aut vis aquæ decurrentis nimium,[19] aut sonus validus præcipitatarum petrarum, aut ludentium animalium cursus inuisus, aut mugientium valida bestiarũ vox, aut resonans de altissimis montibus [e] Echo, deficientes faciebat illos præ timore.[20] Omnis enim orbis terrarũ lympido illuminabatur lumine, & non impeditis operibus continebatur.[21] Solis autẽ illis superposita erat grauis nox, imago tenebrarum quę superuentura illis erat. Ipsi ergo sibi erant grauiores tenebris.

†Exod.10.f A

†Exod.7.d. 8.b.

†Exod.9.c.

†Num.11.e & Deut.14.f. Psal.77.b. & 104.d.

Hebræi ob dei cultum luce noua (Aegyptiis tenebrarum caligine pressis) illustrati, in desertum ducuntur, Aegyptiorum autem primogenita ob idololatriam mortiti traduntur. XVIII.

SAnctis[a] †autem tuis maxima erat lux, & horum quidem vocem inimici audiebant, sed figuram non videbant.[2] Et quia non & ipsi eadem passi erant, magnificabant te: & qui ante læsi erant, quia non lædebantur, gratias agebãt tibi, & vt esset differentia, te deum petebant. † [3] Propter quod ignis ardentem colũnã tibi, & vt esset differentia, te deum petebant. † [4] Propter quod ignis ardentem colũnã ducem habuerunt ignotæ viæ, & solem sine læsura boni hospitij præstitisti.[b] [4] Digni quidem illi carere luce, & pati carcerem tenebrarũ, qui inclusos custodiebant fi-

a. Iudicia dei, abyssus multa. Altitudinem & profunditatem & latitudinem in dei cognitione quicũque attingere voluerit, ante deficere quam proficit. Ergò abscõdita sunt à nobis propterea, ideo absconduntur, ne deficerentur. Chrysost. in psal. 14. a. tomo 1.

b. Cũ magi in Aegypto superati essent virtute signorũ, dixerũt, digitus dei est hic: & qui paulo ante medicos se iactabant, serpentes & cætera animalia meruebat. Glos. ordina.

c. Quia dũ de facto suo cõscientia pulsatur timor arguit, ipsa testimonium perhibet sibi esse damnabile quod agit. Gre. Moral. li. 27. c. 29.

d. Si quis ex timore in terram decidisset, in loco in quo ceciderit, manere absque vinculis ita detentus, ac si fuisset incarceratus. Nam tribus diebus nullus se mouit de loco suo, nec vidit proximum suum. Dion. ib. e. Et iterato sibi conferendo formã suam: & fit ex aëre repercusso & sonante cum reflexione ad aliquod obstaculo obiectũ maxime concaũ. Arist. 2. de anima.

a. Quoniã inter filios Israel multi erant sancti, & nulli idololatræ, & ideo iterum illuminati. Vnde Aegyptijs in tenebris manentibus Israelitæ vbicunque essent, illuminabantur. Dion. ibi.

b. Interest autẽ inter lucẽ & tenebras, sicut interest inter vestimentũ & nuditatẽ, aut plenum & inane, & similia. Id quod modis omnibus potest intelligi ex tot modis tenebrarum & priuationes lucis cõtrarię. Alia est enim lux quæ videtur his oculis corporeis, cuius ipsa corpora, vt sol, & luna, & stellæ, & si quid huiusmodi est, dei creatura: & lux ipsa corporea cũ alia quæ lucescens lucet carent. Alia autẽ lux est vita sentiens, & valens discernere quæ per corpus ad animã indicium referuntur, id est alba & nigra, canora & rauca, suaue olẽtia & putrida, dulcia & amara, calida & frigida, & cætera huiusmodi. Huic contrariæ sunt tenebræ in cæcitate aut quadam, vel ũ melius, insensalitate dicitur, id est, non sentire, quãuis inferatur qualitatis quæ sentiri possint, & esse ibi illa vera lux ista vnde sentitur. Aug. de Gẽ. ad lit. li. impef.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lios tuos:per quos incipiebat incorruptũ legis lumen ſeculo dari:† [5] dum cogitarent iuſtorum occidere infantes,& vno expoſito filio,ſed liberato,in traductionem illorũ multitudinẽ filiorum abſtuliſti,& pariter illos perdidiſti in aqua valida.† [6] Illa enim nox antè cognita eſt à patribus noſtris,vt vere ſcientes quibus iuramẽtis crediderũt, animæquiores eſſent. [7] Suſcepta eſt autem à populo tuo ſanitas quidem iuſtorum,in- B iuſtorum autẽ exterminatio.† [8] Sicut enim læſiſti aduerſarios noſtros:ſic & nos prouocans magnificaſti. [9] Abſconsè enim ſacrificabant iuſti pueri bonorum:& iuſtitiæ legem in concordiam diſpoſuerunt, ſimiliter bona & mala recepturos iuſtos, patri omnium decantantes laudes. [10] Reſonabat autem inconueniens inimicorum vox & flebilis audiebatur planctus ploratorum infantium.† [11] Simili autem pœna ſeruus cũ dño afflictus eſt,& popularis homo regi ſimilia paſſus. [12] Similiter ergo omnes vno nomine mortis mortuos habebãt innumerabiles. Nec enim ad ſepeliendũ viui ſuffi- C ciebant,quoniam vno momento,quæ erat præclarior natio illorum exterminata eſt.

† Exo.12.c.21 b.
† Exo.14.f 8.
† Exo.12.e.
† Exo.12.d e.

c Ex quo arguunt quidam primogenitorum cedẽ per angelos bonos fuiſſe factã: quod non eſt efficax argumentũ: quia ſæpiſſime ſcriptura refert diuinę iuſtitię dæmones executores, vt pſal. 77. Miſit in eos iræ indignationis ſuæ, indignationem & iram, & tribulationẽ, immiſiones per angelos malos in quo certũ eſt loqui de perſecutione Aegyptiorum. Liranus ibidem.

d Hoc diuinæ bonitatis eſt quæ peccantes colligat vt abſtineant,& pœnitentiam agant. Si autem patientia dei abutantur,ſine excuſatione in æternum puniuntur. Gloſ. ordina.

e Aaron pię viuęs erga domũ, & iuſtè ad proximũ. Vt eius oratio ſua eſſet exaudibilis, in ea fecit mentionem de iuramento dei Abrahæ facto, & teſtamento in monte Sinai iam dato. Lyranus ibid.

g Propugnauit,propriis miniſterij armis orationem & incẽſi placationẽ ferens.

[13] De omnibus enim non credentes propter beneficia,tunc cum primũ fuit[c] exterminiũ primogenitorum,ſponderunt populum dei ſe eſſe. [14] Cum enim quietũ ſilentium contineret omnia,& nox in ſuo curſu mediũ iter haberet: [15] omnipotens ſermo tuus dñe exiliens de cœlo à regalibus ſedibus venit, durus debellator in mediam exterminij terram proſiliuit, [16] gladius acutus in ſimulatum imperium tuũ portans: & * teneret. ſtans repleuit omnia morte,& vſq; ad cœlum attingebat ſtans in terra. [17] Tunc continuò viſus ſomniorum malorum turbauerunt illos,& timores ſuperuenerũt inſperati. [18] Et alius alibi proiectus ſemiuiuus,propter quã moriebatur cauſam demõſtrabat mortis.[d] [19] Viſiones enim quæ illos turbauerunt,hæc præmonebant, ne inſcij quare mala patiebantur perirent. [20] Tetigit autẽ tunc & iuſtos tentatio mortis, & cõmotio † Num.16.g in eremo facta eſt multitudinis:ſed non diu permanſit ira tua.[e] † [21] Properans enim D homo ſine querela deprecari pro populis, proferens ſeruitutis ſuæ ſcutum orationẽ, & per incenſum deprecationem allegans,reſtitit iræ,& finem impoſuit neceſſitati,oſtendens quoniam tuus eſt famulus. [22] Vicit autem turbas nõ in virtute corporis, nec armatura potentiæ,ſed verbo illum qui ſe vexabat ſubiecit, iuramenta parentum, & † Exod.14.b teſtamentum commemorans. [23] Cum enim iam aceruatim cecidiſſent ſuper alterutrũ mortui,interſtitit, & amputauit impetũ, & diuiſit illam quæ ad viuos ducebat viã.† [24] In veſte enim podẽris quam habebat,totus erat orbis terrarum, & parentũ magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant ſculpta,& magnificentia tua in diademate capitis illius ſcripta erat. [25] his autẽ ceſſit qui exterminabat, & hæc extimuit. Erat enim ſola tentatio iræ ſufficiens.

Aegyptiis in mari Rubro extinctis,deus in deſerto mirabiliter patrocinatur,quibus omnis creatura ad neceſsitatem famulatur: Aegyptiỹ verò digna ſunt paſsi ob immenſas in Iudæos crudelitates. XIX.

a Ira dei,diuina vltio eius adiectus ſine miſericordia, quia de rebus temporalibus aeternã prolapſi ſunt. Quibus autẽ in omni opere ac iudicio dei miſericordia ſit admixta, in aliquibus eam in eo dicitur non admixta, quia in eis euidẽter accipe cialiter prædominatur rigor iuſtitiæ, præſertim in vindictis crudelitatũ, quæ dicuntur contrariantur miſericordiæ. Vnde Iacobus 2. cõmuni: Iudicium ſine miſericordia illi qui non fecerit miſericordiam. Dionyſ. ibidem.

b Hactenus vos contigerunt. Nebula ſuper vos refudium vocę porrectæ, columna ceſſante luce vos præcederet, ſolibus vobis vetantibus credentibus, ciuitatibus ſola propemodum voce ceciderunt, non armis vobis opus erat, non acie, non pugna, tantum inimicitiæ ruba, & vitro mœnia corruerũt. Chryſoſto. aduerſ. Iudæos Oratio 5.

[1] Mpiis autem vſque in nouiſſimũ ſine miſericordia[a] ira ſuperuenit. Præſciebat A enim & futura illorum: [2] quoniam ipſi cum reuerſi eſſent vt ſeducerent,& cũ magna ſolicitudine præmiſiſſent illos,conſequebantur illos pœnitẽtiæ actus. [3] Adhuc enim inter manus habentes luctum,& deplorantes ad monumenta mortuorum,aliam ſibi aſſumpſerunt cogitationem inſciẽtiæ: & quos rogantes proiecerant, hos tanquam fugitiuos perſequebantur. [4] Ducebat enim illos ad hunc finẽ digna neceſſitas,& horũ quæ acciderant,cõmemorationem amittebant: vt quæ deerant tormentis,repleret punitio: [5] & populus quidem tuus mirabiliter tranſiret,illi autẽ nouã B mortẽ inuenirẽt. [6] Omnis enim creatura ad ſuum genus ab initio refigurabatur, deſeruiens tuis præceptis,vt pueri tui cuſtodirentur illæſi. [7] Nam nubes caſtra eorum obumbrabat,& ex aqua quæ antè erat,terra arida apparuit,& in mari Rubro via ſine impedimento, & campus germinans de profundo nimio, [8] per quem omnis natio tranſiuit quę tegebatur tua manu,videntes tua mirabilia & monſtra. [9] Tãquam equi enim depauerunt eſcam,& tanquam agni exultauerunt magnificãtes te domine, qui liberaſti

liberaſti illos. [10] Memores enim erant adhuc eorum quę in collatu illorum facta fuerant:quemadmodum pro natione animalium eduxit terra muſcas,& pro piſcibus eructauit fluuius multitudinem ranarum. [11] Nouiſſimè autem viderunt nouam creaturam auium,cum abducti concupiſcentia poſtulauerunt eſcas epulationis.† [12] In al † Sap.16.a C locutione enim deſiderij aſcendit illis de mari ortygometra:& vexationes peccatoribus ſuperuenerunt,non ſine illis quæ antè facta erant argumentis per vim fluminũ, iuſtè enim patiebantur ſecundum ſuas nequitias. [13] Etenim deteſtabiliorem inhoſpitalitatem inſtituerunt. Alij quidem ignotos non recipiebant aduenas:alij autem bonos hoſpites in ſeruitutem redigebant. [14] Et non ſolùm hæc,ſed & alius quidẽ reſpectus illorum erat:quoniam inuiti recipiebant extraneos. [15] Qui autem cum lętitia re- c. Percuſsique ſint Aegyptij cæcitate incertiori, incredibili incorrigibilitate ac vitiorũ pœcitate, quæ exteriori, id eſt, luminis incertione in tenebroſo paſsibilium tenebrarum, ac hoc propter præcepta cordis facinorã. Dionyſ. ibi.

† Gene.19.g D ceperunt hos qui eiſdẽ vſi erant inſtitutis,ſæuiſſimis afflixerunt doloribus.† [16] Percuſſi ſunt autem cæcitate, ſicut illi in foribus iuſti cum ſubitaneis cooperti eſſent tenebris,vnuſquiſque tranſitum oſtij ſui quærebat. [17] In ſe enim elementa dum cõuertuntur, ſicut in organo qualitatis ſonus immutatur, & omnia ſuum ſonum cuſtodiunt. Vnde æſtimari ex ipſo viſu certò poteſt. [18] Agreſtia enim in aquatica cõuerte † Exod.9.f bantur:& quæcunque erant natantia,in terram tranſibant. † [19] Ignis in aqua valebat ſupra ſuam virtutem,& aqua extinguentis naturæ obliuiſcebatur. [20] Flammæ è contrario corruptibilium animalium non vexauerunt carnes coambulantium, nec diſſoluebãt illam quæ facilè diſſoluebatur ſicut glacies bonam eſcam. In omnibus enim magnificaſti populum tuum domine,& honoraſti,& non deſpexiſti,in omni tempore & in omni loco aſſiſtens eis.

INCIPIT PROLOGVS IESV FILII SIRACH in Eccleſiaſticum.

Multorum nobis & magnorum per legem & Prophetas,alióſque qui ſecuti ſunt illos,ſapientia demonſtrata eſt, in quibus oportet laudare Iſrael doctrinæ & ſapientiæ cauſa: quia non ſolùm ipſos loquentes neceſſe eſt eſſe peritos, ſed etiam extraneos poſſe & diſcentes & ſcribentes doctiſſimos fieri. Auus meus Ieſus poſtquam ſe amplius dedit ad diligentiã lectionis legis & Prophetarum, & aliorum librorum qui nobis à parentibus noſtris traditi ſunt, voluit & ipſe ſcribere aliquid horum quæ ad doctrinam & ſapientiam pertinent: vt deſiderantes diſcere,& illorum periti fieri,magis magiſque attendant animo,& confirmentur ad legitimam vitam. Hortor itaque venire vos cum beneuolentia,& attentiore ſtudio lectionem facere, & veniã habere in illis in quibus videmur ſequentes imaginem ſapientiæ,& deficere in verborum compoſitione. Nam deficiunt verba Hebraica quando fuerint tranſlata ad aliam linguam. Non autem ſolùm hæc,ſed & ipſa lex & Prophetæ, cæteráque aliorum librorum non paruam habent differentiam quando inter ſe dicuntur. Nam in octauo & triceſimo anno temporibus Ptolemæi Euergetæ Regis,poſtquam perueni in Ægyptum,& cum multum temporis ibi fuiſſem, inueni ibi libros relictos non paruæ neque contemnendæ doctrinæ. Itaque bonum & neceſſarium putaui & ipſe aliquam addere diligentiam & laborem interpretandi librum iſtum,& multa vigilia attulit doctrinam in ſpatio temporis ad illa quæ ad finem ducunt librum iſtum dare: & illis qui volunt animum intendere,& diſcere quemadmodum oporteat inſtituere mores,qui ſecundum legem domini propoſuerunt vitam agere.

Incipit Eccleſiaſticus.

Sapientia ab æterno originem à deo traxit,quam dat diligentibus ac timentibus eum. Timoris autem radix & finis omnem ſibi vindicat virtutem & profectum. Cap. I.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a. Incipit ab æterna dei sapientia, quæ Christus est, qui ante secula est cum patre. Præp. ex tamen signum distributionis omnis, protestatur quòd loquatur de sapientia increata & creata, infusa & acquisita, imò generali, vt omnem comprehendat virtutem. Raba ibid.
b. Non ante mundi constitutionem, sicut quo dã Græcorũ maximè nouerunt: cui sententiæ aliudens. Hiero. dicit: quis nouit quòt annis aut lustris ante mundũ angeli laudauerint creatorẽ suum? quod non ponit prosententia. Hugo de S. Vict. in præmiss. in Gene. cap. 1.
c. Hoc est, verbum æternũ æternaliter manens in præstantioribus creaturis. Hoc inquã verbum est fons vniuersæ sapientiæ creatæ angelicæ & humanæ. Dion. ibid.
d. Sex sunt species timoris. Naturalis, humanus, mundanus, seruilis, initialis, & filialis. Et hic de duob' postremis loqui intendit: quorum alter est initiũ sapientiæ, alter est filialis, qui sanctus permanet in seculum seculi. Augu. in Epist. Ioan. tract. 9.
e. Quoniam qui timet dominum, declinat errorem, & ad virtutis semitam vias suas dirigit. Nisi enim quis timuerit deum, non poterit renunciare peccato. Ambr. Hexaemeron lib. 1. cap. 4.

† 11. q. 1. c. Reuertimini. Anno ante Christum. 116. Anno mũd. 3746.

† Psal. 36. d

† Infr. 24. a

† De apostat. cap. Quidã. 15. quæst. 2. c. Quisquis. Per regulã. cæcepta.

† Psal. 110. Prouer. 1. a. & 9. b

† 21. q. 4. Omnes.

† Deut. 6. b Exod. 20. b Matth. 15. a Marc. 7. b Ephes. 6. a Iosue. 7. c.

† Deut. 28. a

† Prou. 17. d

† Deprec. dist. 3. Sunt plures. in fi.

† 21. q. 1. c. Nuptiarũ. Deprec. dist. 2. c. Sicut.

a. Cum toris viribus diaboli pugnam aggrederere, ne vi tam fœtidam & delitijs plenam sequaris. Chrysost. ad popul. Antioch. hom. 1.

IN omnis † [2] sapientia à domino deo est, & cum illo fuit semper, & est ante æuum. [2] Arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies seculi, quis dinumerauit? Altitudinẽ cœli, & latitudinem terræ, & profundum abyssi quis dimensus est? [3] Sapientiam dei præcedentem omnia, quis inuestigauit?[b] [4] Prior omnium creata est sapientia: & intellectus prudentiæ ab æuo. † [5] Fons sapientiæ [c] verbum dei in excelsis, & ingressus illius mandata æterna. [6] Radix sapientiæ cui reuelata est, & astutias illius quis agnouit? [7] Disciplina sapientiæ cui reuelata est & manifestata, & multiplicationem ingressus illius quis intellexit? [8] Vnus est altissimus creator omnium, omnipotens, & Rex potens, & metuendus nimis, sedens super thronum illius, & dominãs deus. [9] Ipse creauit illam in spiritu sancto: & vidit, & dinumerauit, & mẽsus est. [10] Et effudit illam super omnia opera sua, & super omnem carnem secundum datum suum: & præbuit illam diligentibus se.[d] [11] Timor domini, gloria & gloriatio, & lætitia & corona exultationis. [12] Timor domini delectabit cor, & dabit lætitiam & gaudiũ in longitudinẽ dierum. [13] Timenti deum, bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur. [14] Dilectio dei, honorabilis sapientia: [15] quibus autem apparuerit in visu, diligũt eam in visione & in agnitione magnalium suorum. † [16] Initium sapientiæ timor domini, & cum fidelibus in vulua concreatus est: Et cũ electis fœminis graditur, & cum iustis & fidelibus agnoscitur. [17] Timor enim domini, scientiæ religiositas. [18] Religiositas custodiet & iustificabit cor, iucunditatem arq; gaudium dabit. [19] Timenti deum, bene erit in extremis: & in diebus consolationis illius benedicetur. [20] Plenitudo sapientiæ, timere deum: & plenitudo à fructibus illius. [21] Omnem domum illius implebit à generationibus, & receptacula à thesauris illius. [22] Corona sapientiæ timor domini, replens pacem & salutis fructum, [23] & vidit & dinumerauit eam. Vtraque autem sunt dona dei. [24] Scientiam & intellectum prudentiæ sapientia compartietur: & gloriam tenentium se exaltat. [25] Radix sapientię est timere deum, rami illius longæui. [26] In thesauris sapientiæ intellectus, & scientię religiositas, † execratio autem peccatoribus sapientia. [27] Timor domini expellit peccatum. [28] Nam qui sine timore est, non poterit iustificari. Iracundia enim animositatis illius, subuersio illius est. [29] Vsque in tempus sustinebit patiens, & postea redditio iucunditatis. [30] Bonus sensus vsque in tempus abscondet verba illius, & labia multorũ enarrabunt sensum illius. [31] In thesauris sapientiæ significatio disciplinæ: [32] execratio autem peccatori cultura dei. [33] Fili, concupiscens sapientiam, conserua iustitiam, & deus præbebit illam tibi. [34] Sapientia enim & disciplina timor domini: [35] & quod beneplacitum est illi, fides & mansuetudo & adimplebit thesauros illius. Contumax [36] non sis, & incredibilis timori dei, & ne accesseris ad illum duplici corde. [37] Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, & non scandalizeris in labiis tuis. [38] Attende in illis ne forte cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationem, [39] & reuelet deus abscõsa tua, & in medio Synagogæ elidat te: [40] quoniam accessisti malignè ad dominum & cor tuum plenum est dolo & fallacia.

Ad patientiam & timorem dei necessarius in primis est dei cultus, & quæ ipsum comitantur, atque in proximum pietas & iustitia. II.

A

a. Filios sapientiæ meritò dicit esse ecclesiam iustorũ quia qui vere sapiens est, verus est iustitiæ cultor: quoniam vera sapientia vere & recte iudicat dicta hominum. Nam, inquit, filiorũ est obedientia & dilectio. Quomodo autem nationem vocat iustorum obedientiã & dilectionem, cũ obedientia & dilectio virtutes sint quæ habẽtur à iustis? dixit quæ tropica locutione per ipsas virtutes exprimit virtutum possessores. Rabanus ibid.
b. Hoc trifariam intelligitur. Primo in oratione pro diebus multos cõtinuata. Secundò in oratione dierum gratiæ, quando scilicet homo talem coniectura scit se esse in gratia. Tertiò in oratione dierum vitæ æternæ, de qua in psal. 90. Longitudine dierũ implebo eũ. Dionys. ibid.
c. Mensura humilitatis cuiusque ex mensura ipsius magnitudinis data est: cui est periculosa superbia, quæ amplius amplioribus infundetur. Aug. de Sancta virginit. cap. 21.
d. Ne præcipiti suspitione in fabulas sacrilegas irruamus, clamat scriptura diuina: Altiora te ne quæsieris, &c. vt magis in illis scientia præsumptio quàm cautæ ignoratio culpanda videatur. Aug. contra Priscil. & Origẽ c. 11.

IN Illij [2] sapientiæ, ecclesia iustorum, & natio illorum obedientia & dilectio. [2] Iudicium patris audite filij dilecti, & sic facite vt salui sitis. [3] Deus enim honorauit patrem in filiis, & iudicium matris exquirens firmauit in filios. [4] Qui diligit deum, exorabit pro peccatis: & continebit se ab illis,[b] & in oratione dierum exaudietur: [5] & sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam. [6] Qui honorat patrem suum, iucundabitur in filiis, & in die orationis suæ exaudietur. [7] Qui honorat patrem suum, vita viuet longiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrem. [8] Qui timet dominum, honorat parentes: & quasi dominis seruiet iis qui se genuerunt. [9] In opere & sermone & omni patientia † honora patrem tuum, [10] vt superueniat tibi benedictio à deo: & benedictio illius in nouissimo maneat. [11] Benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio autẽ matris eradicat fundamenta. [12] Ne glorieris in contumelia patris tui: non enim est tibi gloria, sed confusio. [13] Gloria enim hominis ex honore patris sui, & dedecus filij pater sine honore. [14] Fili sustcipe senectam patris tui, & non contristes eum in vita illius: [15] & si defecerit sensu, veniã da, & ne spernas eum in tua virtute. Eleemosyna enim patris nõ erit in obliuione. [16] Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum, & in iustitia ædificabitur tibi, [17] & in die tribulationis commorabitur tui, & sicut in sereno glacies, soluentur peccata tua. [18] Quàm malæ fama est qui derelinquit patrem: & est maledictus à deo, qui exasperat matrem. [19] Fili, in mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligẽris. [20] Quanto maior es, humilia te in omnibus: & coram deo inuenies gratiam: [21] quoniam magna potentia dei solius, & ab humilibus honoratur. † [22] Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi deus, illa cogita semper: & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. [23] Non est enim tibi necessarium ea quæ abscondita sunt videre oculis tuis. [24] In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus eius operibus non eris curiosus. [25] Plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi. [26] Multos enim supplantauit suspicio illorum, & in vanitate detinuit sensus illorum. † [27] Cor durum habebit malè in nouissimo: & qui amat periculum, in illo peribit. [28] Cor ingrediens duas vias, non habebit successus: & prauicors in illis scandalizabitur. [29] Cor nequam grauabitur in doloribus, & peccator adiiciet ad peccandum. [30] Synagogæ superborum non erit sanitas: frutex enim peccati eradicabitur in illis, & non intelligetur. [31] Cor sapientis intelligitur in sapientia, & au-

num, sustinete misericordiam eius, & non deflectatis ab illo, ne cadatis. [8] Qui timetis dominum, credite illi, & nõ euacuabitur merces vestra. [9] Qui timetis dominum, sperate in illum, & in oblectationem veniet vobis misericordia. [10] Qui timetis dominũ, diligite illum, & illuminabuntur corda vestra. [11] Respicite filij nationes hominum, & scitote quia nullus sperauit in domino & confusus est. † [12] Quis enim permansit in mandatis eius, & derelictus est? Aut quis inuocauit eum, & despexit illum? [13] Quoniã pius & misericors est deus, & remittet in die tribulationis peccata, & protector est omnibus exquirentibus se in veritate. [14] Væ duplici corde, & labiis scelestis, & manibus malefacientibus, † & peccatori terram ingredienti [b] duabus viis. [15] Væ dissolutis corde, qui non credunt deo: & ideo non protegentur ab eo. [16] Væ iis qui perdiderunt [c] sustinentiã: [17] & qui dereliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas. Et quid facient cum inspicere cœperit dominus? [18] Qui timent dominum, non erunt increDibiles verbo illius: & qui diligunt illum, conseruabunt verbum illius. [d] [19] Qui timẽt dominum, inquirent quæ beneplacita sunt ei: & qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius. [20] Qui timent dominum, præparabunt corda sua: & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. [21] Qui timent dominum, custodient mandata illius, & patientiam habebunt vsque ad inspectionem illius, [22] dicentes: Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus domini, & non in manus hominum. [23] Secundũ enim magnitudinem ipsius, sic & misericordia illius cum ipso est.

b. Duab' vijs peccator terrã ingreditur, quado & dei est quod opere exhibet, & mãdi quod per cogitationem quærit. Greg. Moral. lib. 1. c. 10.
c. Sustinentia perdunt, qui dum diu se immorari vitiis libitus est mancipem, spem mutãdi derelinquunt. Greg. Mora. 7. cap. 10.
d. Ille ergo qui timet dominum & qui diligit illũ credit scripturis sacris & seruat operando præcepta domini, & semper meditando quærit quæ beneplacita sunt illi, atque replebitur sapientia & charitate dei. Finis enim præcepti est charitas de corde puro, &c. Rab. ibi.

Parentum honor, dei benedictionem meretur, inhonoratióque maledictionem: humilitas autem parit gratiam, ac eleemosyna profectum. III.

A

a. Filios sapientiæ metitò dicit esse ecclesiam iustorũ quia qui vere sapiens est, verus est iustitiæ cultor: quoniam vera sapientia vere & recte iudicat dicta hominum. Nam, inquit, filiorũ est obedientia & dilectio. Quomodo autem nationem vocat iustorum obedientiã & dilectionem, cũ obedientia & dilectio virtutes sint quæ habẽtur à iustis? dixit quæ tropica locutione per ipsas virtutes exprimit virtutum possessores. Rabanus ibid.
b. Hoc trifariam intelligitur. Primo in oratione pro diebus multos cõtinuata. Secundò in oratione dierum gratiæ, quando scilicet homo talem coniectura scit se esse in gratia. Tertiò in oratione dierum vitæ æternæ, de qua in psal. 90. Longitudine dierũ implebo eũ. Dionys. ibid.

IN Illij [2] sapientiæ, ecclesia iustorum, & natio illorum obedientia & dilectio. [2] Iudicium patris audite filij dilecti, & sic facite vt salui sitis. [3] Deus enim honorauit patrem in filiis, & iudicium matris exquirens firmauit in filios. [4] Qui diligit deum, exorabit pro peccatis: & continebit se ab illis,[b] & in oratione dierum exaudietur: [5] & sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam. [6] Qui honorat patrem suum, iucundabitur in filiis, & in die orationis suæ exaudietur. [7] Qui honorat patrem suum, vita viuet longiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrem. [8] Qui timet dominum, honorat parentes: & quasi dominis seruiet iis qui se genuerunt. [9] In opere & sermone & omni patientia † honora patrem tuum, [10] vt superueniat tibi benedictio à deo: & benedictio illius in nouissimo maneat. [11] Benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio autẽ matris eradicat fundamenta. [12] Ne glorieris in contumelia patris tui: non enim est tibi gloria, sed confusio. [13] Gloria enim hominis ex honore patris sui, & dedecus filij pater sine honore. [14] Fili susc ipe senectam patris tui, & non contristes eum in vita illius: [15] & si defecerit sensu, veniã da, & ne spernas eum in tua virtute. Eleemosyna enim patris nõ erit in obliuione. [16] Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum, & in iustitia ædificabitur tibi, [17] & in die tribulationis commorabitur tui, & sicut in sereno glacies, soluentur peccata tua. [18] Quàm malæ famæ est qui derelinquit patrem: & est maledictus à deo, qui exasperat matrem. [19] Fili, in mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligẽris. [20] Quanto maior es, humilia te in omnibus: & coram deo inuenies gratiam: [21] quoniam magna potentia dei solius, & ab humilibus honoratur. † [22] Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi deus, illa cogita semper: & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. [23] Non est enim tibi necessarium ea quæ absconditа sunt videre oculis tuis. [24] In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus eius operibus non eris curiosus. [25] Plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi. [26] Multos enim supplantauit suspicio illorum, & in vanitate detinuit sensus illorum. † [27] Cor durum habebit malè in nouissimo: & qui amat periculum, in illo peribit. [28] Cor ingrediens duas vias, non habebit successus: & prauicors in illis scandalizabitur. [29] Cor nequam grauabitur in doloribus, & peccator adiiciet ad peccandum. [30] Synagogæ superborum non erit sanitas: frutex enim peccati eradicabitur in illis, & non intelligetur. [31] Cor sapientis intelligitur in sapientia, & au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam. [12] Sapiens cor & intelligibile abstinebit se à peccatis,& in operibus iustitiæ successus habebit.† [c] [13] Ignem ardentē extinguit aqua,& eleemosyna resistit peccatis.[14] & deus prospector est eius qui reddit gratiam. Meminit in posterum,& in tempore casus sui inueniet firmamentum.

† Dan.4.f De pæ.d.1. c.medicina.

c. Magna ergo est eleemosyna quæ ardentium criminum globos benignolentiæ suæ fonte refrigerat,& quo dam stringo largitatis obtutu incendia delictorum: vt quanuis offensus deus, quanuis criminibus prouocatus, cogatur hiberare eleemosynis, quem disposuerat punire peccatis. Ambr. Sermo.15.

Ad misericordiæ opera & modum eorum conducunt timor dei, sapientia, veritas, & iustitia. *1111.*

A † Tob.4.b.

EIli † eleemosynā pauperis ne defraudes,& oculos tuos ne transuertas à paupere.[2] Animam esurientem ne despexeris, & non exasperes pauperem in inopia sua.[3] Cor inopis ne afflixeris,& non protrahas datum angustianti.[4] Rogationem contribulati ne abiicias,& non auertas faciem tuam ab egeno. [a] [5] Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram:& non relinquas quærentibus tibi retro maledicere.[6] Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ, exaudietur deprecatio illius:exaudiet autem eum qui fecit illum.[7] Congregationi pauperum affabilem te facito:& presbytero humilia animam tuam,& magnati humilia caput tuum.[8] Declina pauperi sine tristitia aurem tuam,& redde debitum tuum, & responde illi pacificè in mansuetudine.† [b] [9] Libera eum qui iniuriam patitur, de manu superbi, & non acidè feras in anima tua.[10] In iudicando esto pupillis misericors vt pater,& pro viro matri illorū,[11] & eris tu velut filius altissimi obediens,& miserebitur tui magis quàm mater.[12] Sapientia filiis suis vitam inspirat,& suscipit inquirentes se,& præibit in via iustitiæ.[13] Et qui illam diligit,diligit vitam:& qui vigilauerint ad illam,complectentur placorem eius.[14] Qui tenuerint illam,vitam hæreditabunt:& quò introibit,benedicet deus.[15] Qui seruiunt ei,obsequentes erunt deo:[c] & eos qui diligunt illam, diligit deus.[16] Qui audit illam,iudicabit gentes:& qui intuetur illam,permanebit cōfidens.
[17] Si crediderit ei,hæreditabit illā,& erunt in cōfirmatione creaturæ illorum:[18] quoniam in tentatione ambulat cum eo,& in primis elegit eum.[d] [19] Timorem & metum C & probationem inducet super illum:& cruciabit illum in tribulatione doctrinæ suę, donec tentet eum in cogitationibus suis,& credat animæ illius.[20] Et firmabit illum, & iter adducet directum ad illum,& lętificabit illum,[21] & denudabit abscondita sua illi,& thesaurizabit super illum scientiam & intellectum iustitiæ.[22] Si autem oberrauerit,derelinquet eum,& tradet eum in manus inimici sui.[23] Fili conserua tempus,& deuita à malo.[24] Pro anima tua ne confundaris dicere verum.[e] [25] Est enim confusio adducens peccatum,& est confusio adducens gloriam & gratiam.[26] Ne accipias faciem aduersus faciem tuam,nec aduersus animam tuam mendacium.[27] Ne reuereas proximum tuum in casu suo:[28] nec retineas verbum in tempore salutis. Non abD scondas sapientiam tuā in decore suo.[29] In lingua enim sapientia dignoscitur,& sensus & scientia & doctrina in verbo sensati,& firmamētum in operibus iustitiæ.[30] Nō contradicas verbo veritatis vllo modo,& de mendacio ineruditionis tuæ confundere.[31] Non confundaris confiteri peccata tua, & ne subiicias te homini pro peccato.
[32] Noli resistere contra faciem potentis,nec coneris cōtra ictum fluuij.[33] Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia, & deus expugnabit pro te inimicos tuos.[34] Noli citatus esse in lingua tua,& inutilis & remissus in operibus tuis.[35] Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi.[36] Non sit porrecta manus tua ad accipiēdum,& ad dandum collecta.

a. Nullo modo propterirā exasperādus est pauper,sed blanda locutione placandus: quia ira viri iustitiam dei nō operatur:& qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis,& ipse clamabit,& non exaudietur. Rabanus ibid.

b. Nō in ferendā, sed in depellenda iniuria lex virtutis est: Qui cum non repellit à socio iniuriā si potest, tam est in vitio, quam ille qui facit. Amb. off.1.ca.36.

c. Iuxta quod filius ipse loquit: Ipse pater amat vos, quia vos me amastis. Et rursus: Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum. Hinc dictū est. Sap.7. Nemine diligit deus nisi eum qui cum sapientia inhabitat. Dionys. ibid.

d. Hæc sententia priora cōfirmabitur, quoniam illi quem sapientia diuina introciens inhabitauerit,opera eius dirriget, & præparabit illum in variis tentationibus exercendo atq; probando ad futuræ vitæ gaudia percipienda. Rabanus ibid.

e. Qui erubescit bona facere, à iustis rectitudinis cadit, atq; ad damnationem tendit: qui vero erubescit peccatum fugiendo malorum quæ fecit, ad vitæ libertatē pertransit. Gregor. in Exech. lib. 1.hom.10.

Misericordiæ obsunt auaritia, cupiditas, concupiscentia, & inconstantia: ad quam pœnitentia & mansuetudo & prudentia conducunt. *V.*

A

NOli attendere [a] ad possessiones iniquas,& ne dixeris:Est mihi sufficiens vita. Nihil enim proderit in tempore vindictę & obductionis.[2] Ne sequaris in fortitudine tua concupiscētiam cordis tui,[3] & ne dixeris:Quomodo potui? aut quis me subiiciet propter facta mea? Deus autem vindicans vindicabit.[4] Ne dixeris: Peccaui, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor.† [5] De propitiatu B † Infr.5.a peccatorum

a. Dicuntur iustē possessiones iniquæ, non quia in se malæ aut vitiabiles sint, quoniam omnis creatura deo bona: sed quia vel iniuste vel cupide acquiruntur & reseruantur, vel quia sunt plurimorum occasio vitiorum, idcirco à Christo vocantur mammona iniquitatis. Dionys. ibid.

Hebr.16.b Deut.23.d. Prouer.20.a 21.a. peccatorum noli esse sine metu,neq; adiicias peccatum super peccatum,[6] & ne dicas: Miseratio domini magna est,multitudinis peccatorum meorum miserebitur.† [7] Misericordia enim & ira ab illo citò proximant,& in peccatores respicit ira illius. [b] [8] Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem.[9] Subitò enim veniet ira C dñi,& in tempore vindictæ disperdet te.[10] Noli anxius esse in diuitiis iniustis,non enim proderunt tibi in die obductionis & vindictæ.[11] Non ventiles te in omnem ventum,& non eas in omnē viam. Sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua.
[12] Esto firmus in via domini,& in veritate sensus tui &scientia,& prosequatur te verD bum pacis & iustitiæ.[13] Esto mansuetus ad audiendum verbum dei,vt intelligas, & cum sapientia proferes responsum verum.[14] Si est tibi intellectus,responde proximo: sin autem,manus tua sit super os tuū,ne capiaris in verbo indisciplinato, & confundaris.[15] Honor & gloria in sermone sensati, lingua verò imprudentis subuersio est ipsius.[16] Non appelleris susurro in vita tua,& lingua tua ne capiaris, & confundaris.
[17] Super furem enim est confusio & pœnitentia,& denotatio pessima super bilinguē: susurratori autem odium & inimicitia & cōtumelia.[18] Iustifica pusillum & magnum similiter.

b. Periculū enim & metus est in discrēdo, salus verò certaq; securitas,humilis sit diuino Chrys. in 2. Corin. 19. hom.12.

Charitati & veræ amicitiæ obsunt improperium, contumelia, inuidia, & impietas: quam iuuant dulcis loquela, pax, discretio, humilitas, fides, dei timor, & sapientia. *VI.*

A

NOli fieri pro amico inimicus proximo. Improperium enim & contumeliā malus hæreditabit,& omnis peccator inuidus & bilinguis.[a] [22] Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus, ne forte elidatur virtus tua per stultitiam, & folia tua comedat,[1] & fructus tuos perdat,& relinquaris velut lignum aridum in eremo.
[4] Anima enim nequam disperdet qui se habet,& in gaudium inimicis dat illum, & deducet in sortem impiorum.[1] Verbum dulce multiplicat amicos,& mitigat inimicos,& lingua [b] eucharis in bono homine abundat.[6] Multi pacifici sint tibi, & consiliarius sit tibi vnus de mille.[7] Si possides amicum,in tentatione posside eum,& ne facilè credas ei teipsum.[8] Est enim amicus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis.[9] Et est amicus qui conuertitur ad inimicitiam, & est amicus
† Infr.37.a B qui odium & rixam & conuicia denudabit.† [10] Est autem amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis.[11] Amicus si permanserit fixus,erit tibi quasi coæqualis,& in domesticis tuis fiducialiter aget.[12] Si humiliauerit se contra te,& à facie absconderit se,vnanimen habebis,amicitiam bonam.[13] Ab inimicis tuis seperare, & ab amicis tuis attende.[14] Amicus fidelis,protectio fortis:qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum.[c] [15] Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius.[d] [16] Amicus fidelis medicamentum vitę & immortalitatis:& qui metuunt dñm,inueniunt illum.[17] Qui timet deū,æquè habebit amicitiam bonam,quoniam secundum illum erit amicus illius.[e] [18] Fili,à iuuētute tua excipe doctrinam,& vsque ad canos inuenies sapientiam.[19] Quasi is qui arat C & qui seminat accede ad eā,& sustine bonos fructus illius.[20] In opere enim ipsi? exguum laborabis,& citò edes de generationibus illius.[21] Quàm aspera est nimiū sapientia in doctis hominibus,& non permanebit in illa excors.[22] Quasi lapidis virtus probatio erit in illis,& nō demorabūtur proiicere illā.[23] Sapientia enim doctrinæ secundum nomen est eius,& non est multis manifesta. Quibus autē cognita est,permanet vsq; ad conspectum dei.[24] Audi fili & accipe consiliū intellectus, & ne abiicias consiliū meū.[25] Iniice pedē tuū in cōpedes illius,& in torques illius collū tuū.[26] Subiice humerum tuum & porta illā, & ne acedieris vinculis eius.[27] In omni animo tuo accede ad illā,& in omni virtute tua conserua vias eius.[28] Inuestiga illā,& manifestabitur tibi,& cōtinēs factus ne derelinquas eam.[29] In nouissimis enim inuenies requiē
D in ea, & conuertetur tibi in oblectationem:[30] Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis,& bases virtutis,& torques illius in stolam gloriæ.[31] Decor e- Thob.11.a nim vitæ est in illa,& vincula illius alligatura salutis.† [32] Stola gloriæ indues eam,&

a. Vocat iactātiam, & detestatur superbiam: quia initiū omnis peccati superbia est,& omnis arrogantia abominatio est apud deum. Et ne iafficere nobis credamus ñ existentiam virtutis in actu,dicit, ne te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus. Deus enim inspector est cordis,& non secundū factum, sed secundū veritatē vnumquemque dat iudicat. Raba ibid.

b. Id est bene loquēs,&gratiosus.

c. Nulla diuitiæ,nullæ deliciæ,nulli honores per equalitatem cōparabiles sunt fidelitatem Dionys ibid

d. Nō enim validior est vel efficacior vulneribus nostris medicina,quā habere qui omni incommodo occurrat compatiens, omni commodo occurrat cōgratulans,vt iniuriis suis iumenti onera sua inimicum toleret. & quōd vnusquisque proprij ignis quàm amici portare inimicum. Augu de Amici.c.1.

e. Quicunque ergo in iuuentute studet sanæ doctrinæ aurem adhibere obedientiæ, in senectute delectissimos fructus metet sapientiæ. Vomere quippe euangelij de corde suo genimina vitiorū debet excarpere qui semē diuini verbi edere, & fructus dulcissimos sacrarum virorum desiderat metere. Raba ibi.

f. Iuxta pedes tuos in Dei cōpedes iniicuntur, dum à conditoris desiderio nonnulli discedunt. Collum autem torques dei ornat dū fidelis quisque deo iungitur, quasi per collum capiti suo Christo vnitus. Grego. in 7. pla. 102.

Universidad de Deusto
Biblioteca

coronam gratulationis superpones tibi.[33] Fili si attenderis mihi, disces eam: & si accommodaueris animum tuũ, sapiens eris.[34] Si inclinaueris aurem tuam, excipies doctrinam: & si dilexeris audire, sapiens eris.[35] In multitudine presbyterorum prudentiũ sta, & sapientiæ illorum ex corde coniungere, vt omnem narrationem dei possis audire, & prouerbia laudis non effugiant à te.[36] Et si videris sensatum, euigila ad eũ: & gradus ostiorum illius exterat pes tuus.[b][37] Cogitatum tuum habe in præceptis dei, & in mandatis illius maxime assiduus esto, & ipse dabit tibi cor, & concupiscentia sapientiæ dabitur tibi.

g. Ecce quæ sit conseruer hortatur non autor hic ad sapientiã per metaphoricas locutiones, atque frequentes sanctorum sententias reperiendam, quarum vsu hortatio sua nobis imprimatur cordibus, vt Prou. 7. Liga eas in digitis tuis, & scribe eam in tabulis cordis tui, &c. Diony. ibid.

h. Meritò illi dabitur cordis purus intellectus, & sapientiæ diuinæ amor salubberrimus, qui cogitationes tuas reparat secundũ præcepta altissimi, & ea meditatur assidue, quæ legis dei cõcordant doctrinæ, ipsaq; studet opere implere, quæ nouitiũ condecori omni modo placere. Raba ibid.

e. Virtutes in excellentiori gradu in principibus eccle siasticis & in temporalibus quæ in subditis esse debẽt. Sunt enim erruptæ vicarij dei, à quo est omnis potestas & regimine populi. Vnde vitiosum est ita aperte ambire principatũ, suscipere etiamsi in casu necessitatis eis licitum. Lyra. ibid.

[A] Noli facere mala, & non te apprehẽdent:[1] discede ab iniquo, & deficiẽt mala abs te.[2] Fili, non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplum.[a][4] Noli quærere ab homine ducatum, neq; à rege cathedrã honoris.[5] Non te iustifices ante deũ, quoniam agnitor cordis est ipse: & penes regẽ noli velle videri sapiens.[6] Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalũ in agilitate tua.[7] Nõ pecces in multitudine ciuitatis, nec te immittas in populum,[8] neque alliges duplicia peccata.[8] Nec enim in vno eris immunis.[9] Noli esse pusillanimis in animo tuo:[10] exorare & facere eleemosynam ne despicias.[11] Ne dicas, In multitudine munerum meorum respiciet deus: & offerente me deo altissimo, munera mea suscipiet.[12] Non irrideas hominẽ in amaritudine animæ, est enim qui humiliat & exaltat circumspector deus.[13] Noli amare mendacium aduersus fratrem tuum, neq; in amicum similiter facias.[b][14] Noli velle mentiri omne mendacium, assiduitas enim illius non est bona.[15] Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum,[c] & non iteres verbum in oratione tua.[16] Non oderis laboriosa opera, & rusticationem creatam ab altissimo.[17] Nõ te reputes in multitudine indisciplinatorum.[18] Memento iræ, quoniam non tardabit.[19] Humilia valde spiritum tuum, quoniã vindicta carnis impij, ignis & vermis.[20] Noli præuaricari in amicum pecuniam differentem, neq; fratrem tuum charissimũ auro spreueris.[21] Noli discedere à muliere sensata & bona, quam sortitus es in timore domini, gratia enim verecundiæ illius super aurum.† [22] Non lædas seruum in veritate operantem, neq; [d]mercenarium dantem animam suam.[23] Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua, non defraudes illum libertate, neq; inopem derelinquas illum.[24] Pecora tibi sunt? attende illis: & si sunt vtilia, perseuerent apud te.[25] Filij sunt? erudi illos, & † curua illos à pueritia illorum.[26] Filiæ tibi sunt? serua corpus illarum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas.[27] Trade filiam, & grande opus feceris, & homini sensato da illam.[28] Mulier si est tibi secundum animam tuam, non proiicias illã: & odibili non credas te in toto corde tuo.† [29] Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris.† [30] Memento quoniam nisi per illos natus non fuisses, & retribue illis quomodo & illi tibi.[31] In tota anima tua time deum, & sacerdotes illius sanctifica.[32] In omni virtute dilige eum qui te fecit, & ministros eius ne derelinquas.[33] Honora deum ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes, & propurga te cum brachiis.[c][34] Da illis partem sicut † mandatum est tibi, primitiarum & purgationis, & de negligentia tua purga te cum paucis.[35] Datum brachiorum tuorum, & sacrificium sanctificationis offeres domino, & initia sanctorum:[36] & pauperi porrige manũ tuã, vt perficiatur propitiatio & benedictio tua.[37] Gratia datus in conspectu omnis viuẽtis:† & mortuo non prohibeas gratiam.[38] Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula.† [39] Non te pigeat visitare infirmum, ex iis enim in dilectione firmaberis.[40] In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.

b. Ex isto scripture testimonio vsque adhuc omne mẽdacium videtur generaliter esse detestandũ, vt etiã si quis mentiri velit, etiam si sua mentiatur, ita voluntas ipsa damnanda sit, atq; ad hoc tenerentur, quod nõ dictum est: Noli mẽtiri omne mẽdacium, sed Noli velle mentiri omne mẽdacium: vt non solũ mentiri, sed nec velle mentiri quisquam audeat. vlo mẽdacio. Aug. de menda. ca. 16. lib. 1.

c. Verbũ in oratione iterare, cũ posit fieri cõuitterre quod nullum necessitate de re. Greg. Pasto. admo. 31.

d. Non defraudes mercenariũ vitam suã corporalem pro te exponenti, ideo ait Apostolus Col. 4. Dominus quod iustũ est & æquũ seruis præstate, sit Leu. 19. Nõ morabitur opus mercenarii tui apud te vsque mane. Dionysius.

e. Primitiarum & decimarũ atque oblationũ diuersarũ obligationes, quarũ lege dominus iubet offerri, ad sacerdotũ & Leuitarũ vsum pertinebant, dicente domino ad Aaron & ad filios eius, Num. 18. Omnes primitias sanctuarij quas offerũt filij Israel domino, dedi tibi & filiis & filiabꝰ tuis iure perpetuo. Raba ibid.

Quæ vitia congressionibus obsunt, & quæ illi virtutes conferunt, vt peccatum & confusio vitetur. VII.

a. Nisi forsan sit hostis bonã communis, aut fidei impugnatores, publicúe tyrannus: quo casu quis recte nouitius, aut cõmunis, bonã amore gaudere potest. Dion. ibid.

b. Propterea ergo sanctus tacuit & à seruis protenus, & si pauper cõuitiatur, tacet iustus: cũ peccator opprobriauerit, iustus ridet, & infirmus maledicit iusto hominem. Am. de interpellatio. lib. 2. cap. 2.

c. Bonum est vt quisque cõsideret mensurã virtutum suarum, & sic votũ temperet, ne in mendacij reatum incurrat. Vnde dominus per Moysen præcepit dicens Deut. 23. Cũ vouerris votũ domino deo tuo nõ tardabis reddere: quia requiret illud dominus deus tuus. Et si moratus fueris, reputabit tibi in peccatum. Si noluerit polliceri, absque peccato eris. Rabanus ibi.

† Iosep. 11. A 11. q. 3. c. Pauper.

[A] Non litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius.[2] Non cõtendas cum viro locuplete, ne forte contra te constituat litem tibi. † [3] Multos enim perdidit aurum & argentum, & vsque ad cor regum extendit & conuertit.[4] Non litiges cum homine linguato, & non struas in ignem illius ligna.[5] Non cõmunices homini indocto, ne male de progenie tua loquatur.[6] Ne despicias hominẽ auertentem se à peccato, neq; improperes ei. Memẽto quoniam omnes in corruptione sumus.[7] Ne spernas hominem in sua senectute, etenim ex nobis senescunt.[a][8] Noli de mortuo inimico tuo gaudere, † sciẽs quoniam omnes morimur, & in gaudium volumus venire.[9] Ne despicias narrationem presbyterorum sapiẽtum, & in prouerbiis eorum conuersare.[10] Ab ipsis enim disces sapientiam, & doctrinam intellectus, & seruire magnatibus sine querela.[11] Non te prætereat narratio seniorum, ipsi enim didicerunt à patribus suis.[12] Quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dabis responsum.[b][13] Non incendas carbones peccatorum arguens eos, & ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum.[14] Ne contra faciem stes contumelioso, ne sedeat quasi insidiator ori tuo.[15] Noli fœnerari homini fortiori te, quòd si fœneraueris, quasi perditũ habe.[c][16] Non spondeas super virtutem tuam, quòd si spoponderis, quasi restituens cogita.[17] Non iudices cõtra iudicem, quoniam secundum quod iustum est iudicat.[18] Cum audace non eas in via, ne forte grauet mala sua in te.
[D] Ipse enim secundum volũtatem suam vadit, & simul cum stultitia illius peries.[19] Cũ iracundo non facias rixam, & cum audace non eas in desertum, quoniam quasi nihil est ante illum sanguis: & vbi non est adiutorium, elidet te.[20] Cum fatuis consiliũ non habeas: non enim poterunt diligere nisi quæ eis placent.[21] Coram extraneo ne facias consilium: nescis enim quid pariet.[22] Nõ omni homini cor tuum manifestes, ne forte inferat tibi gratiam fallam, & conuitietur tibi.

† Iosep. 11. A 11. q. 3. c. Pauper.

† q. quæsta. in ecclesiastico.

a. Vir aut mulier suo ornatu oculos hominũ in se trahent, quamuis nullum malum inde sequatur, tamen æternã mercedẽ patri supplicumiquia venenũ præbuit, si fuisset qui biberet. Hieron. ad Demetria.

b. Hoc est, eloquentiã hæreticorum. Multi enim admirãtes eloquentiã hæretici, in errorẽ ab illis seducti sunt: quia colloquio ipsorum fimã nequitiæ in auditorũ suorum cordibus excitat, nisi citius ab eorũ consortio recesserint. Rab. ibid.

Concupiscentiæ periculum est omnium mulierum consortium & colloquium, periculum autem amicitiæ est in amicis nouis, potentibus, iniustis, linguosis, & temerariis. IX.

[A] Non zeles mulierem sinus tui, ne ostẽdat super te malitiam doctrinę nequam.[2] Non des mulieri potestatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, & cõfundaris.[3] Ne respicias mulierem multiuolam, ne forte incidas in laqueos illius.[4] Cum saltatrice ne assiduus sis, nec audias illã, ne forte pereas in efficacia illius.[5] Virginẽ ne conspicias, ne forte scandalizeris in decore illius.[6] Ne des fornicariis animam tuam in vllo, ne perdas te, & hæreditatem tuam.[7] Noli circunspicere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius.† [8][9] Auerte faciem tuam à muliere compta: & ne circunspicias speciem alienam. Propter speciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit.[10] Omnis mulier quæ est fornicaria, quasi stercus in via ab omnibus prætereuntibus cõculcabitur.[b][11] Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti sũt, colloquiũ em illi[9] quasi ignis exardescit.[12] Cũ aliena muliere ne sedeas omnino, nec accũbas cũ ea super cubitũ,[13] & nõ alterceris cũ illa in vino, ne forte declinet cor tuũ in illam, & sanguine tuo labaris in perditionem.[14] Ne derelinquas amicũ antiquũ: nouus enim nõ erit similis illi.[15] Vinum nouum, amicus nouus: veterascet, & cũ suauitate bibes illud.[16] Non zeles gloriam & opes peccatoris: non enim scis quę futura sit illius subuersio.[17] Non placeat tibi iniuria iniustorum, sciens quoniam vsq; ad inferos non placebit impius.[18] Longe abesto ab homine potestatem habente occidẽdi, & non suspicaberis timorẽ mortis.[19] Et si accesseris ad illum, noli aliquid committere, ne forte auferat vitam tuam.[20] Cõmunionem mortis
[D] scito, quoniam in medio laqueorum ingredieris, & super dolentium arma ambulabis.[21] Secundum virtutem tuam caue te à proximo tuo, & cum sapientibus & prudentibus tracta.[c][22] Viri iusti sint tibi conuiuæ, & in timore dei sit tibi gloriatio,[23] & in sensu sit tibi cogitatus dei, & omnis enarratio tua in præceptis altissimi.[24] In manu artificũ opera laudabuntur, & principes populi in sapientia sermonis sui: in sensu verò seniorum verbum.[25] Terribilis est in ciuitate sua homo linguosus, &

† Prou. 11. c. B

c. Societas enim iniustorũ in mensa, trahit ad multa peccata, ad leuitates, iocos cachinnos, verbositates, temerarias iudicia, detractiones, atque ad gulã, & ad vitia cõsequẽtia. Vnde Psal. 100. Superbo oculo & insatiabili corde, cũ hoc non edebam. Dion. ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

temerarius in verbo suo odibilis erit.

Ad idoneum rectorem spectant sapientia, potentia, iustitia, humilitas, timor dei, & mansuetudo: contraria vero illarum ipsum rectorem subuertunt. X.

a. Quemadmodum cũ videris arborem pallentibus foliis marcidam, intelligis quia aliquã culpã habet circa radicem: ita cum videris populum indisciplinatũ, & irreligiosum, sine dubio cognosce quia peccatorum eius non est sanum. Cheysi. in 12. cap. Matth. homil. 57.

A

†Leuit. 19. B

†11. q. 3. ca. Si derebus.

†11. q. 3. c. In Ecclesiastico. 6. q. 1. ca. Præcipue.

B

b. Ex auaritia profecto sperẽ nequitiæ præcauemur, scilicet prodition, fraus, fallacia, periurium, inquietudo, violentia, & contra misericordiam obduratio. Ecce homine deus quilibet amator mundi, & non tui, propter metallia pretiosa, ardentes filgemitq; lapides, alios obduratur propter misericordiam, ne tribuat autem, alios ne purrigat ponam. Amb. precatione 2. præpar. ad missam.

c. Hoc est, radix fons & mater est cuius, sicut elationis, principium est nescire dominum. Chryso. in Ioan. 1. ca. hom. 8

d. Quando gentem iudæorum cum suis cæremoniis expulit, & plantauit humiles ex ipsis, quando ex eadẽ generatione Apostolos elegit, & primitiarum ecclesiã in Ierusalem cõstruxit, tũc superborum Iudæorum radicẽ atefecit dominus. Rabanus ibidem.

C

†Iob. 30.

†11. q. 3. c. Eorum. Prou. 28. c. 21. q. 4. c. Sed scimus.

M Vdex sapiens iudicabit populum suum, & principatus sensati stabilis erit.[1] [2] Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea.[3] Rex insipiens perdet populum suum, & ciuitates inhabitabuntur per sensum prudentium.[4] In manu dei potestas terrę, & execrabilis omnis iniquitas gentium, & vtilem rectorem suscitabit in tempore super illam. [5] In manu dei potestas hominis, & super faciẽ scribę imponet honorem suũ. †[6] Omnis iniuriæ proximi ne memineris, & nihil agas in operibus iniuriæ. [7] Odibilis corã deo est & hominibus superbia, & execrabilis omnis iniquitas gentium. †[8] Regnum à gente in gentẽ transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos.[b] [9] Auaro autem nihil est scelestius. † Quid superbis terra & cinis?[10] Nihil est iniquius quàm amare pecuniã. Hic enim & animam suam venalem habet, quoniam in vita sua proiecit intima sua.[11] Omnis potẽtatus breuis vita, languor prolixior grauat medicum.[12] Breuem languorem præcîdit medicus: sicut & rex hodie est, & cras morietur.[13] Cum enim morietur homo, hæreditabit serpentes, & bestias, & vermes. [14] Initium superbiæ hominis apostatare à deo:[15] quoniam ab eo qui fecit illũ recessit cor eius, quoniam[c] initiũ omnis peccati est superba. Qui tenuerit illã, adimplebitur maledictis, & subuertet eum in finem.[16] Propterea exhonorauit dominus conuentus malorum, & destruxit eos vsq; in finem.[17] Sedes ducum superborum destruxit deus, & sedere fecit mites pro eis.[d] [18] Radices gentium superbarum arefecit deus, & plantauit humiles ex ipsis gentibus.[19] Terras gentiũ euertit dominus: & perdidit eas vsq; ad fundamentum.[20] Arefecit ex ipsis & disperdidit eos, & cessare fecit memoriã eorum à terra.[21] Memoriam superborum perdidit deus, & reliquit memoriam humiliũ sensũ.[22] Non est creata hominibus superbia, neq; iracundia nationi mulierum. [23] Semen hominum honorabitur hoc quod timet deum: semẽ autem hoc exhonorabitur, quod præterit mandata domini.[24] In medio fratrum rector illorũ in honore: & qui timẽt dominum, erunt in oculis illius.[25] Gloria diuitum honoratorum & pauperum timor dei est:[26] non despicere hominem iustum pauperem, & non magnificare virũ peccatorem diuitẽ.[27] Magnus est iudex, & potens est in honore, & non est maior illo qui timet deum. †[28] Seruo sensato liberi seruient, & vir prudens & disciplinatus non murmurabit correptus, & inscius non honorabitur. [29] Noli extollere te in faciendo opere tuo, & noli cunctari in tempore angustiæ. †[30] Melior est qui operatur & abũdat in omnibus, quàm qui gloriatur & eget pane.[31] Fili in mansuetudine seruа animã tuam: & da illi honorem secundũ meritum suum.[32] Peccantem in animam suam quis iustificabit? Et quis honorificabit exhonorantẽ animam suã? [33] Pauper gloriatur per disciplinam & timorem suum: & est homo qui honorificatur propter substantiam suam.[34] Qui autem gloriatur in paupertate, quanto magis in substantia? Et qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur.

a. Sapiens se ipsum humilians, vel afflictus & humiliatus ab alijs, per sapientiã suam dignus est exaltari etiam in præsenti, vt sepe accidit, intra illud Sapientis. 8. Habebo propter hãc claritatem ad turbas, & honorem apud seniores. Primo modo Daniel propter sapiẽtiam suam suis sublimatus primo à regibus Babylonis, secundò à Dario & Cyro regibus Persarum. Secũdo modo Ioseph eductus est de carcere à rege Aegypti, & primus post Pharaonem constitutus. Diony. ibidem.

Quæ sapientem decent, & quæ dedecent: sequenda quæ sint, & quæ fugienda. XI.

A

†Iob. 5. c.

†11. q. 3. c. Eorum. Prou. 28. c. 21. q. 4. c. Sed scimus.

Sapientia[a] humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum cõsedere illum faciet. †[1] Non laudes virum in specie sua, neque spernas hominem in visu suo.[1] Breuis in volatilibus est apis, & initium dulcoris habet fructus illius.[4] Ne glorieris in vestitu vnquã, nec in die honoris tui extollaris: quoniam mirabilia opera altissimi solius, & gloriosa & absconsa & inuisa opera illius.[5] Multi tyranni sederũt in throno, & insuspicabilis portauit diadema: [6] multi potentes oppressi sunt validè, & gloriosi traditi sunt in manus alterorum. †[7] Priusquam interroges, ne vituperes quenquam: & cum interrogaueris, corripe iustè.[8] Priusquam audias, ne respondeas

respondeas verbũ: & in medio seniorum ne adiicias loqui.[9] De ea re quæ te nõ molestat, ne certeris, & in iudicio peccantium ne consistas.[b] [10] Fili, ne in multis sint actus tui: & si diues fueris, non eris immunis à delicto. Si enim secutus fueris, nõ apprehẽdes: & nõ effugies si præcucurreris.[11] Est homo laborãs & festinans & dolẽs impius, & tãto magis nõ abundabit.[12] Est homo marcidus, egẽs recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate, [13] & oculus dei respexit illũ in bono, & erexit eũ ab humilitate ipsius, & exaltauit caput eius, & mirati sunt in illo multi, & honorauerũt deũ.[c] [14] Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas, à deo sunt.[15] Sapiẽtia, disciplina & scientia legis apud dominũ, dilectio & viæ bonorum apud ipsum.[16] Error & tenebræ peccatoribus concreta sunt: qui autem exultant in malis, consenescunt in malo.[17] Datio dei iustis permanet, & profectus illius successus habebunt in ęternum. [18] Est qui locupletatur parcè agẽdo, & hęc pars mercedis illius[19] in eo quod dicit, † Inueni requiem mihi, & nunc manducabo de bonis meis solus,[20] & nescit quòd tẽpus prætereat illum, & mors appropinquet, & relinquat omnia aliis, & moriatur.[21] Sta in testamento tuo, & in illo colloquere, & in opere mãdatorum tuorum veterasce.[22] Ne manseris in operibus peccatorũ. Confide autem in deo, & mane in loco tuo.[23] Facile est enim in oculis dei subitò honestare pauperem.[24] Benedictio dei in mercedẽ iusti festinat, & in honore veloci processus illius fructificat.[25] Ne dicas: Quid est mihi opus, & quæ erunt mihi ex hoc bona?[26] Ne dicas, Sufficiens mihi sum, & quid ex hoc pessimabor? †[d] [27] In die bonorum ne immemor sis malorum, & in die malorũ ne immemor sis bonorũ:[e] [28] quoniã facile est coram deo in die obitus retribuere vnicuique secundũ vias suas.[29] Malitia horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ: & in fine hominis denudatio operum illius. †[30] Ante mortẽ ne laudes hominem quenquã, quoniã in filiis suis agnoscitur vir.[31] Non omnem hominem inducas in domum tuam, multę enim sunt insidiæ dolosi.[32] Sicut enim eructant præcordia fœtentium, & sicut perdix inducitur in caueam, & vt caprea in laqueũ, sic & cor superborum, & sicut prospector videns casum proximi sui.[33] Bona enim in mala conuertens insidiatur, & in electis imponet maculam. †[34] Ab scintilla enim vna augetur ignis, & ab vno doloso augetur sanguis, homo enim peccator sanguini insidiatur.[35] Attende tibi à pestifero, fabricat enim mala, ne forte inducat super te subsannationem in perpetuum.[36] Admitte ad te alienigenam, & subuertet te in turbine, & abalienabit te à viis propriis.

b. Impar quisque inueniturad singula, dum cõsula mẽte diuiditur ad multa. Gregor. Pasto. 1. par cap 4.

c. Nulli dubium est omnia bona à deo esse, mala autẽ quæ dixit, nobis mala sunt dum vindicatur de nobis. Pœna enim quãuis iuste inferatur, patienti tamẽ mala videtur. Vita autem & mors sic à deo est, qua lege dedit, qua seruãtibus se vitã promittit, contẽptoribus vero mortẽ, sed illam quæ secũda dicitur. Aug. in quæst. vete. & no. test. q. 54.

d. Accepta bona mentẽ nõ eleuãt, cum malorũ reminiscimur quæ aut iam accepimus, aut adhuc nos posse habere speramus. Gre. in Ezec. li. 2. ho. 10

e. Aduertendũ est quibus benefaciẽdum sit, vt inter eleemosynam recipiantur merces. Diony ibi.

Quibus eleemosyna danda sit, & in quibus sit agnoscendus inimicus, & item vitandus. XII.

a. Aduertendũ est quibus benefaciẽdum sit, vt inter eleemosynam recipiantur merces. Diony ibi.

b. Posterior pars huius sententiæ videtur retrare beneficentiã. Alte enim intelligas enim figuraliter ponitur pro peccato peccatorẽ, vt ne peccatũ ei* nõ suscipias. Aug. de doctri. Christ. lib. 3. c. 16.

c. Deus qui nouit quid vni cuiq; tribuat, vindicat occidendo in quos voluerit, siue per homines, siue occulto rerũ ordine, nõ quia eos odit inquantũ homines sunt. Idem contra Adimantum Manich. c. 15.

d. Panem tuũ & vinũ pecca coribus præbet, qui iniquis subsidia pro eo quòd iniqui tunc impẽdit. Vnde & nonnulli hoium mundi diuitiis, cũ fame crucientur Christi pauperes, effossi largitatibus nutrisse histriones. Greg. Pasto. 1. parte admo. 11. c. In omnibus his ergo sententijs bene peruersorum fictionem sternuit, qui vana loquitur ad proximũ suũ, labia dolosa in corde loquũtur malaqui insidiatur vt rapiat pauperẽ, insidiatur in occulto, vt interficiat innocentem. Rab. in

A

†Eccle. 13. c. Si benefeceris.

B

†Prou. 17. d

†Prou. 12. b

C

†Iac. 1. c.

†11. q. 3. c. Eorum. 21. q. 4. c. Sed scimus.

†Iac. 4. c.

†11. q. 1. c. 1.

D

†Iac. 4. c.

†11. q. 3. c. Eorum.

Bene-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& in corde suo insidiatur, vt subuertat te in foueam.[16] In oculis suis lachrymatur inimicus: & si inuenerit tempus, non satiabitur sanguine:[17] & si incurrerint tibi mala, inuenies eum illic priorē.[18] In oculis suis lachrymatur inimicus: & quasi adiuuans suffodiet plantas tuas.[19] Caput suum mouebit, & plaudet manu, & multa susurrans cōmutabit vultum suum.

Consortia periculósa quæ sint, & quæ sequenda. XIII.

A ft. qui 1.c. Ambros.

VI † tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit superbo, induet superbiam.[2] Pondus super se tollit, qui honestiori se communicat: & ditiori te ne socius fueris.[3] Quid communicabit cacabus ad ollā? quando enim se colliserint, confringetur.[4] Dives iniustè egit & fremet, pauper autem lęsus tacebit.[5] Si largitus ei fueris, absumet te: & si non habueris, derelinquet te.[6] Si habes, cōuiuet tecum, & euacuabit te, & ipse non dolebit super te.[7] Si necessarius illi fueris, supplantabit te, & subridēs spem dabit, narrans tibi omnia bona, & dicet: Quid opus est tibi?[8] & confundet te in cibis suis, donec te exinaniat bis & ter, & in nouissimo deridebit te. Et postea videns derelinquet te, & caput suum mouebit ad te.[9] Humiliare deo, & expecta manus eius.[10] Attēde ne seductus in stultitia humilieris.[11] Noli esse humilis in sapientia tua, ne humiliatus in stultitiā seducaris.[12] A duocatus à potentiore, discede: ex hoc enim magis te aduocabit.[13] Ne improbus sis, ne impingaris: & ne longé sis ab eo, ne eas in obliuionē.[14] Ne retineas ex æquo loqui cū illo, nec credas multis verbis illius. Ex multa enim loquela tētabit te, & subridēs interrogabit te de abscōditis tuis.[15] Immitis animus illius cōseruabit verba tua, & non parcet de malitia & de vinculis.[16] Caue tibi, & attende diligenter auditui tuo, quoniā cū subuersione tua ambulas.[17] Audiēs verò verba illa quasi in somnis vide, & euigilabis.[18] Omni vita tua dilige deū, & inuoca illū in salute tua. †[19] Omne animal diligit simile sibi, sic & omnis homo proximū sibi.[20] Omnis caro ad similē sibi coniūgetur, & omnis homo simili sui sociabitur.[21] Sicut cōmunicabit lupus agno aliquādo, sic peccator iusto. †[22] Quę cōmunicatio sancto homini ad canē, aut quæ pars bona diuiti ad pauperem?[23] Venatio leonis onager in eremo, sic & pascua sunt diuitū pauperes.[24] Et sicut abominatio est superbo humilitas, sic & execratio diuitis pauper.[25] Dives commotus cōfirmatur ab amicis suis: humilis autē cū ceciderit, expelletur & à notis.[26] Diuiti decepto multi recuperatores: locutus est superba, & iustificauerūt illū.[27] Humilis deceptus est, insuper & arguitur. Locutus est sensatè, & non est ei datus locus.[28] Dives locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius vsq; ad nubes perducēt.[29] Pauper locutus est, & dicunt: Quis est hic? Et si offenderit, subuertent illum.[30] Bona est substantia cui nō est peccatum in conscientia, & nequissima est paupertas in ore impij.[31] Cor hominis immutat faciem illius, siue in bona siue in mala.[32] Vestigium cordis boni & faciem bonam difficilè inuenies, & cum labore.

a. Hoc est, pusillanimis cor de in sapiētia tua, ita vt eā ram modicam arbitreris, quòd non audeas peccātē corripere, ignorantem instruere, ac disciplinā iuta autoritatem, exercere, ū aliquibus præsides. Dion. ibi.

b. Cum multa sint genera amicitiarum quæ carnales & munus intelligibiles æstimant ad veram pertinere dilectionē solūmodo hoc vnum genus est insolubile charitatis, quod nec comēdationis gratia, nec officij vel munerum magnitudo, contractúsve cuiuslibet ratio, vel naturæ necessitas iungit, sed sola similitudo virtutum. Hæc est quę nulli vnquam casibus scinditur, quam non solum dissociare vel delere iocorū vel temporum interualla præualent, sed ne mors quidē ipsam diuellit. Raba.

c. Quis autem est homo diues, cum malitis egeat, nisi ille cui non est graue peccatum in conscientia? Bone enim diuitiæ sunt innocētiæ ac simplicitatis quibus peccatis impunitur, quia nulla in iis dolo fraudisque versutia est. Ambro. ad vir.

Quid ad acquirendam sapientiam maximè conducat, & quid noceat. XIIII.

A †Deprec. 2.c. Hier. ad Eustochium.

BEatus † vir qui non est lapsus verbo ex ore suo, & non est stimulatus in tristitia delicti.[2] Fœlix, qui non habuit animi sui tristitiam, & non excidit ab spe sua.[3] Viro cupido & tenaci sine ratione est substantia, & homini liuido ad quid aurum?[4] Qui aceruat ex animo suo iniustè, aliis congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur.[5] Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? Et non iucundabitur in bonis suis.[6] Qui sibi inuidet, nihil est illo nequius, & hæc est redditio malitiæ illius:[7] & si benefecerit, ignoranter & non volens facit, & in nouissimo manifestat malitiā suam. †[8] Nequam est oculus liuidi, & auertēs faciem suam, & despiciens animam suā.[9] Insatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis, non satiabitur donec consumat aresā ciens animā suam.[10] Oculus malus ad mala, & non satiabitur pane indigens, & in rristitia erit super mensam suā.[11] Fili, si habes, benefac tecum, & deo dignas oblationes offer.[12] Memor esto quoniam mors non tardat, & testamentum inferorum, quia demonstratum

a. Quia omnis qui sine illa legum æ potestate autoritate nomine occidit, homicida est: quisquis ergo sibi occidit, non sic homicida, si non homo est. August. Epistol. 1.

monstratum est tibi. Testamentū enim huius mundi morte morietur. †[13] Ante mortem benefac amico tuo, & secundum vires tuas exporrigens da pauperi.[14] Non defrauderis à die bono, & particula diei boni non te prætereat.[15] Nónne aliis relinques
C dolores & labores tuos? In diuisione sortis[16] da & accipe, [b] & iustifica animam tuā.[17] Ante obitum tuum operare iustitiam, quoniam nō est apud inferos inuenire cibū. †[18] Omnis caro sicut fœnum veterascet, & sicut folium fructificans in arbore viridi.[19] Alia generantur, & alia deiciuntur: sic generatio carnis & sanguinis: alia finitur, & alia nascitur.[20] Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui illud operatur, ibit cū illo.[21] Et omne opus electum iustificabitur: & qui operatur illud, honorabitur in illo. [c][22] Beatus vir qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia meditabitur, & in sensū
D cogitabit circumspectionem dei.[23] Qui excogitat vias illius in corde suo, & in absconditis suis intelligens, vadens post illam quasi inuestigator, & in vijs illius consistens.[24] Qui respicit per fenestras illius, & in ianuis illius audiens.[25] Qui requiescit iuxta domum illius, & in parietibus illius figens palum. Statuet casulam suam ad manus illius, & requiescēt in casula illius bona per ęuum.[26] Statuet filios suos sub tegmine illius, & sub ramis illius morabitur.[27] Protegetur sub tegmine illius à feruore, & in gloria eius requiescet.

b. Hic iustificat animā suā ante mortem, qui ipse vitæ futuræ consequitur fidem, ne moriatur impius. Sed Salomon de eo dicit, qui sub lege vixit, & non conuersatur iustè. Huiusmodi ergo si corrigat animum vt iusta cœpta viat ambulet, iustificare animam suam ante mortē. Augu. de q. vecc. & noui testa. q. 23.

c. Moratur siquidem in sapientia, & sapiens est qui sepium dinidicat, vt æternum dei iudicium exaltet. Si enim, ait Apostolus, nos ipsos diudicaremus, non vtique iudicaremur. Bern. Sententiæ 7. c.

Qui sint ad scientiam acquirendam aptiores, & quis potior fructus eius. XV.

A a. Vnde quo ad præsens admonere hic nō intelligere quemcunq; seruiendi qui peccandi facultatem differre potest, voluntatem non potest, sed filialem ex charitate procedentem, quo deum timemur ne separemur ab eo. Diony. ibid.

VI [a] timet deum, faciet bona: & qui continens est iustitiæ, apprehendet illam: & obuiabit illi quasi mater honorificata, & quasi mulier à virginitate susciet illum.[3] Cibabit illum pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potabit illum. [b][4] Et firmabitur in illo, & non flectetur: & continebit illum, & nō confundetur: & exaltabit illū apud proximos suos.[5] Et in medio ecclesiæ aperiet os eius, † Sup. 6.d B & adimplebit illum spiritu sapientię & intellectus, † & stola gloriæ vestiet eum.[6] Iucunditatem & exultationem thesaurizabit super illum, & nomine æterno hæreditabit illum.[7] Homines stulti non apprehendent illam, & homines sensati obuiabunt illi. Homines stulti nō videbunt eam, longe enim abest à superbia & dolo.[8] Viri mēdaces non erunt illius memores, & viri veraces inuenientur in illa, & successum habebunt vsq; ad inspectionem dei. [c][9] Non est speciosa laus in ore peccatoris:[10] quoC niam à deo profecta est sapientia. Sapiētiæ enim dei astabit laus, & in ore fideli abundabit, & dominator dabit eam illi.[11] Non dixeris, Per deum abest, quæ enim odit, ne feceris.[12] Non dicas, ille me implanauit, non enim necessarij sunt ei homines impij.[13] Omne execramentum erroris odit dominus, & non erit amabile timentibus eum. † Matt. 19.c d[14] Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui.[15] Adiecit mandata & præcepta sua. †[16] Si volueris mandata conseruare, conseruabunt te, † Here. 31.c & in perpetuum fidem placitam seruare.[17] Apposuit tibi aquam & ignem: ad quod D volueris porrige manum tuam. †[18] Ante hominem vita & mors, bonum & malum. † Pet. 3.c Quod placuerit ei, dabitur illi,[19] quoniam multa sapientia dei, & fortis in potentia, videns omnes sine intermissione. †[20] Oculi domini ad timētes eum, & ipse agnoscit omnem operam hominis.[21] Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit spatium peccandi.[22] Non enim concupiscit multitudinem filiorum infidelium & inutilium.

b. Firmabitur in sanctis viris vigor ecclesiæ sapientiæ, qui nericis hæreticis & impugnatoribus catholicæ fidei & veræ religionis vllo modo cedere, sed fortiter resistere. Rabanus. ibi.

c. Etiam quę est in ore peccatoris pœnitentia, non videtur speciosa: quia adhuc de peccati recordatione & memoria confusionem patitur, & frequenter inde cōpungitur. Sed tamen in eo est vitæ & fructuosa cōfessio, eiš non speciosa decoráque laudatio. Oterna. par. ser. sermone 43.

Non lætandum est in filiis impiis, nec propriæ est virtuti fidendum: sed dei vltio est timenda, qui multitudinem infidelium & inutilium filiorum respuit. XVI.

A NE iucunderis in filiis impijs si multiplicentur, nec oblecteris super ipsos si nō est timor dei in illis.[2] Non credas vitæ illorum, nec respexeris in labores eorum.[3] Melior est enim vnus timēs deum, quàm mille filij impij.[4] Et vtile est mori sine filiis, quàm relinquere filios impios.[5] Ab vno sensato inhabitabitur patria, & à tribus impijs deseretur.[6] Multa talia vidit oculus meus, & fortiora his audiuit auris mea. †[7] In synagoga peccantiū exardebit ignis, & in gēte incredibili exardescet ira.[8] Nō exorauerunt pro peccatis suis antiqui Gigantes, † qui destructi sunt cōfidētes suæ virtuti,[9] & nō pepercit peregrinationi illorum, sed percussit eos, & execratus

Universidad de Deusto
Biblioteca

est eos præ superbia verbi illorum.[10] Non misertus est illis, totam gentem perdens,& extollentem se in peccatis suis. [11] Et sicut sexcẽta milia peditum qui congregati sunt B
in duritia cordis sui,& si vnus fuisset ceruicatus, mirum si fuisset immunis.[12] Misericordia enim & ira est cum illo, potens exoratio,& effundens iram. [13] Secundum misericordiam suam, sic correctio illius: hominem secundum opera sua iudicat. [14] Non
effugiet in rapina peccator,& nõ retardabit sufferentia misericordiã facientis. [15] Omnis misericordia faciet locum vnicuiq; secundum [a] meritum operũ suorum,& secũ-
dum intellectum peregrinationis ipsius.[16] Nõ dicas: A deo abscondar, & ex summo quis operis mei memorabitur?[17] In populo magno non agnoscar. Quæ est enim anima mea in tam immensa creatura?[18] Ecce cœlũ,& cœli cœlorũ, abyssus, & vniuersa C
terra,& quæ in eis sunt, in cõspectu illius cõmouebuntur,[19] montes simul & colles, & fundamenta terræ: & cũ conspexerit illa deus, tremore concutientur. [20] Et in omnibus his insensatũ est cor,& omne cor intelligitur ab illo:[21] & vias illius quis intelligit,& procellã quam nec oculus videbit hominis?[b] [22] Nam plurima illius opera sunt
in absconsis, sed opera iustitiæ eius quis enuntiabit, aut quis sustinebit? Longe enim est testamentum à quibusdã,& interrogatio hominum in cõsummatione est.[23] Qui minoratur corde, cogitat inania,& vir imprudens & errans cogitat stulta.[24] Audi me fili,& disce disciplinam sensus, & in verbis meis attende in corde tuo, [25] & dicam in D
æquitate disciplinam, & scrutabor enarrare sapientiam: & in verbis meis attende in corde tuo: & dico in æquitate spiritus, virtutes quas posuit deus in opera sua ab initio, & in veritate enuntio scientiam eius.[26] In iudicio dei opera ipsius ab initio, & ab institutione hominum ipsorum distinxit partes illorum,& initia eorũ in gentibus suis.
[27] Ornauit in æternum opera illorum, nec esurierunt, nec laborauerunt,& non destiterunt ab operibus suis.[28] Vnusquisque proximum sibi non angustiabit vsque in æternum.[29] Non sis incredibilis verbo illius. Post hæc in terram deus respexit, & impleuit illam bonis suis.[30] Anima autem omnis vitalis denũtiabit ante faciem ipsius, & in ipsa iterum reuersio illorum.

a. Conferitur enim meritũ homini ex bonis gestis sed fitis gratuitum, vt deus in his Clementissimus. 6. Recognitionum. Par factum parabet meritum Tertul. de patient.

b. Quis ea nullus ad liquidum dignoscere potest: incõprehensibilia enim sunt iudicia eius,& inuestigabiles viæ eius. Tantum ergo hanc ratio creatura agnoscere poterit, quantum illi reuelare voluerit pietas largitoris. Vnde dicitur. Opera iustitiæ quis enuntiabit? aut quis sustinebit? quia nec vnus homo enuntiare potest iustitiæ dei sublimitatẽ, ita nec sufferre, vel in dierum eius distinctionẽ, nisi cui ipse donauerit, & quantum donauerit. Raba. ibi.

Deus primis parentibus formatis dona contulit & præcepta, atque posteris suis, sicut & peccatorum notitiam, quibus agnitis ipsi agerent pœnitentiam. XVII.

a. Inocenciam autẽ perceperat & capax carnis virtutis dei, quæ ab initio per spiritũ eius data est, & adhuc quidẽ factum est oculos videre, aliud autẽ audiens, aliud manus palpans, & operans, aliud oculis undique cõdẽs & cognoscentes mẽbra, &c. Irenæ. lib. 5.

DEus [a] † creauit de terra hominem,& secundum imaginem suã fecit illum, [1] & A † Gene. 1. d 2. b. 5. d
iterum conuertit illum in ipsam,& secundum se vestiuit illum virtute. [2] Numerum dierum & tempus dedit illi, & dedit illi potestatem eorum quæ sunt super terram.[4] Posuit timorem illius super omnem carnem, & dominatus est bestiarum & volatilium.† [5] Creauit ex ipso adiutorium simile sibi, consilium & linguam, † Gene. 2. 20. dist. c. Deinde, Ephes. 5. c
& oculos,& aures, & cor dedit illis excogitandi: & disciplina intellectus repleuit illos.[8] Creauit & illis scientiam spiritus: sensu impleuit cor illorum,& mala & bona ostendit illis. [7] Posuit oculum ipsorum super corda illorum, ostendere illis magnalia
operum suorum,[8] vt nomen sanctificationis collaudẽt, & gloriari in mirabilibus illius,& magnalia enarrent operum eius.[9] Addidit illis disciplinam,& legem vitæ hæreditauit illos.[10] Testamentũ æternum constituit cum illis,& iustitiam & iudicia sua ostendit illis.[11] Et magnalia honoris eius vidit oculus illorum,& honorem vocis audierunt aures illorũ,& dixit illis: Attendite ab omni iniquo. [12] Et [b] mãdauit illis vnicuiq; de proximo suo.[13] Viæ illorum coram illo sunt semper: non sunt absconsæ ab oculis ipsius.[14] In vnamquanq; gentẽ præposuit rectorẽ, [15] & pars dei Israel facta est manifesta.[16] Et omnia opera illorũ velut sol in conspectu dei,& oculi eius sine intermissione inspicientes in viis eorum.[17] Non sunt absconsa testamenta per iniquitatem C † Iohã. 8. c
illorum,& omnis iniquitas eorũ in cõspectu dei.† [18] Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso, & gratiã hominis quasi pupillam cõseruabit, [19] & postea resurget & retribuet illis retributionem, vnicuique in caput ipsorum, & conuertet in inferiores partes terræ.† [20] Pœnitentibus autẽ dedit viam iustitiæ,& confirmauit deficientes sustinere,& destinauit illis sortẽ veritatis.[21] Conuertere ad dominũ, & relinque peccata † Actor. 3. d
tua: precare

b. Sicut quilibet tenetur primũ ex charitate diligere ita tenetur defectus eius charitatiue ad emendationem eius corrigere: plus tamen pectatis ad hoc adstringitur quem carnẽ. Landul. part. 2. par. c. 2. 8.

tua:[22] precare ante faciem dñi,& minue offendicula.[23] Reuertere ad dominum, & auertere ab iniustitia tua,& nimis odito execrationẽ,[24] & cognosce iustitias & iudicia
D dei,& sta in sorte propositionis & orationis altissimi dei.[25] In partes vade seculi sancti cum viuis,& dantibus confessionem deo.[26] Non demoreris in errore impiorum. Ante mortem confitere. A mortuo, quasi nihil perit confessio.[27] Confiteberis viuẽs viuus & sanus confiteberis,& laudabis deum: & gloriaberis in miserationibus eius.
[28] Quàm magna misericordia domini,& propitiatio illius cõuertentibus ad se![29] Nec enim omnia possunt esse in hominibus, quoniam non est immortalis filius hominis, & in vanitate malitiæ placuerunt.[30] Quid lucidius sole? Et hic deficiet. Aut quid nequius quàm quod excogitauit caro & sanguis? Et hoc arguetur.[31] Virtutem altitudinis cœli ipse conspicit,& omnes homines terra & cinis.

†Dep. dist. 5. hoc iudicium 8. c. Voluissent.

Inæstimabilis dei virtus & pietas in homines, & illorum miseria, atque in proximum defectus, vt homini sit prouidentia, & iudicij memoria, atque oratio assidua. XVIII.

†Gene. 1. 2 De sum. trinit. cap. 1.

A QVi †viuit in æternum, creauit omnia simul. Deus solus iustificabitur,& manet inuictus rex in æternum.[2] Quis sufficiet enarrare opera illius?[3] Quis enim inuestigabit magnalia eius? [4] Virtutem autem magnitudinis eius quis enuntiabit? Aut quis adiiciet enarrare misericordiam eius?[5] Non est minuere neque addere, nec est inuenire magnalia dei.[6] Cũ cõsummauerit homo, tunc incipiet: & cũ quieuerit, operabitur.[7] Quid est homo,& quæ est gratia illius? Et quid est bonum, aut quid
†Gene. 8. a Psal. 89. c. nequam illius?† [8] Numerus dierũ hominum vt multũ cẽtum anni, quasi guttæ aquæ maris deputati sunt: & sicut calculus arenæ, sic exigui anni in die æui.[a] [9] Propter hoc
B patiens est deus in illis,& effundet super illos misericordiam suam.[10] Vidit præsumptionem cordis eorum, quoniam mala est: & cognouit subuersionem illorũ, quoniã nequam est.[11] Ideo adimpleuit propitiationem suam in illis, & ostendit illis viam æquitatis. [12] Miseratio hominis circa proximum suum, misericordia autem dei super omnem carnem. [13] Qui misericordiam habet, docet & erudit quasi pastor gregem suũ.[14] Misereatur excipiens doctrinam miserationis,& qui festinãt in iudiciis eius. [b]
[15] Fili in bonis non des querelã,& in omni dato non des tristitiã verbi mali.[16] Nónne ardorem refrigerabit ros? Sic & verbum melius quàm datum.[17] Nónne ecce verbum
C super datum bonũ? Sed vtrunque cum homine iustificato.[18] Stultus acriter improperabit,& datus indisciplinati tabescere facit oculos.[19] Ante iudiciũ para iustitiam tibi: †ut. q. 1. Sic dixit. cap. Si confitentur. †& antequam loquaris, disce. [20] Ante lãguorem adhibe medicinam,& ante iudiciũ interroga teipsum,& in conspectu dei inuenies propitiationẽ.[21] Ante languorem humilia te,& in tempore infirmitatis ostende conuersationem tuam.† [22] Non impedias orare semper,& ne verearis vsque ad mortem iustificari, quoniam merces dei manet in æternum.[c] [23] Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo
†Isac. 58. a 1. Thes. 5. d qui tentat deum.† [24] Memento iræ in die cõsummationis, & tempus retributionis in
†Sup. 7. c. †Sup. 12. c cõuersatione facies.† [25] Memento paupertatis in tẽpore abundantiæ: & necessitatem
D paupertatis in die diuitiarum.[26] A mane vsque ad vesperam immutabitur tempus, & hæc omnia citata in oculis dei.[27] Homo sapiens in omnibus metuit, & in diebus delictorum attendit ab inertia. [28] Omnis astutus agnoscit sapientiam,& inuenienti eam dabit confessionem.[29] Sensati in verbis,& ipsi sapienter egerunt, & intellexerunt veritatem & iustitiam: & imploruerunt prouerbia & iudicia.† [30] Post concupiscentias
†2. Reg. 11. c. Vrias. Item. 13. d tuas nõ eas,& à voluntate tua auertere.[31] Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudiũ inimicis tuis.[32] Ne oblecteris in turbis, nec in modicis. Assidua enim est commissio eorum.[33] Ne fueris mediocris in contentione ex fœnore: & nõ est tibi nihil in seculo. Eris enim inuidus vitæ tuæ.

a. Quid fuisset si deus illiberalis nostram nimi bonitas cõditoris nostri? qui indignos fouet, ingratos patitur, contemptores tolerat, auersos reuocat, & conuersos ad pœnitentiam misericorditer suscipit, & omnium peccatorum largissimam veniã tribuit. Raba. ibi.

b. Refte docet vt bonis operibus nõ ignoremus* verba improperij, neque maledicamus bonum datum sermonibus peruersis: quia corrumpunt mores bonos colloquia prava, & ingrato facimus bonum donũ verba iniuriosa. Raba. ibid.

c. Ille præparat animã suã qui ante orationem, qui facies eleemosynã venit ad orationẽ. Chrys. Mat. c. 6. hom. 17.

Secreta non temerè ebriis & fornicariis aperienda: correptio non negligenda, & scientia est discernenda. XIX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Si leuia sic occidunt, quæ admodum grauia interficient? Chrysio. Ser. 31. ex 35. sermonibus aggregatis. to. 5. Et si parua curare negligimus, audenter maiora perpetramus. Greg. Moral. 10. cap. 14.

PErarius ebrioſus non locupletabitur: & [a] qui ſpernit modica, paulatim decidet. [2] Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & arguent ſenſatos: [3] & qui ſe iungit fornicariis, erit nequam. Putredo & vermes hæreditabunt illũ, & extolletur in exemplum maius, & tolletur de numero anima eius. [4] Qui credit citò, leuis corde eſt, & minorabitur: & qui delinquit in animam ſuam, inſuper habebitur. [5] Qui gaudet iniquitate, denotabitur: & qui odit correptionem, minuetur vita: & qui odit loquacitatem, extinguit malitiam. [6] Qui peccat in animam ſuam, pœnitebit: & qui iucundatur in malitia, denotabitur. [7] Ne iteres verbum durum & nequam, & non minoraberis. † [8] Amico & inimico noli narrare ſenſum tuum: & ſi eſt tibi delictũ, noli denudare. [9] Audiet enim te, & cuſtodiet te, & quaſi defendens peccatũ odiet te, & ſic aderit tibi ſemper. [10] Audiſti verbum aduerſus proximum tuũ & commoriatur in te, fidens quoniam non te dirumpet. [11] A facie verbi parturit fatuus, tanquã gemitus partus infantis. [12] Sagitta infixa femori canis, ſic verbũ in corde ſtulti. † [13] Corripe amicum, ne forte non intellexerit, & dicat: Non feci, aut ſi fecerit, ne iterum addat facere. [14] Corripe proximum, ne forte non dixerit: & ſi dixerit, ne forte iteret. [15] Corripe amicum, ſæpe enim fit commiſſio: [16] & nõ omni verbo credas. Eſt qui labitur lingua ſua, ſed non ex animo. † Quis eſt enim qui non deliquerit in lingua ſua? [17] Corripe amicum antequam commineris, [18] & da locum timori altiſſimi: quia omnis ſapiẽtia timor dei. Et in illa timere deum, & in omni ſapientia diſpoſitio legis * [19] Et nõ eſt ſapientia nequitiæ diſciplina, & non eſt cogitatus bonus peccatorũ prudentia. [20] Eſt prudentiæ nequitia, & in ipſa execratio: & eſt inſipiens qui minuitur ſapientia. [21] Melior eſt homo qui minuitur ſapientia, & deficiens ſenſu in timore dei, quàm qui abũdat ſenſu, & trãſgreditur legem altiſſimi. [22] Eſt ſolertia certa, & ipſa iniqua. Et eſt qui emittit verbum certum enarrans veritatem. [23] Eſt qui nequiter humiliat ſe, & interiora eius plena ſunt dolo: [24] & eſt iuſtus qui ſe nimium ſubmittit à multa humilitate: & eſt iuſtus qui inclinat faciem ſuam, & fingit non videre ſe quod ignoratum eſt. [25] Et ſi ab imbecillitate virium vetetur peccare, ſi inuenerit tempus male faciendi, malefaciet. † [26] Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. [27] Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis, enuntiant de illo. [28] Eſt correptio mendax in ira contumelioſi: & eſt iudicium quod non probatur eſſe bonum: & eſt tacens, & ipſe eſt prudens.

A

B

D

†41.d.c.6.

C

*Sermõ dicens domino, ſicus placet nõ faciã, ſi poſt hoc fecerit, iteritat nutrien tem ie.

†Prou.11.b. 18.c 19.g.c. Pau per. †Exo.23.a Deut.16.d 18.h.i.k.c.

†Leuit.19.b Matt.18.b Luc.17.a.

†Iacob.3.a

†Sup.10.d

*Modus corripiendi proximum, vitandi ſtultum, & conuerſandi cum magnatibus. XX.

QVàm bonum eſt arguere quàm iraſci, & confitentẽ in oratione nõ prohibere. [3] Concupiſcentia ſpadonis deuirginauit iuuenculam, ſic qui facit per vim iudicium iniquum. [22] Quàm bonum eſt correptum manifeſtare pœnitẽtiam! ſic enim effugies voluntarium peccatum. [4] Eſt tacens qui inuenitur ſapiens, & eſt odibilis qui procax eſt ad loquendum. [5] Eſt autem tacens & non habẽs ſenſum loquelæ, & eſt tacens ſciens tempus apti temporis. [b 6] Homo ſapiens tacebit vſque ad tempus, laſciuus autem & imprudens non ſeruabit tempus. [7] Qui multis vtitur verbis, lędit animam ſuã: & qui poteſtatem ſibi aſſumit iniuſtè, odietur. [8] Eſt proceſſio in malis viro indiſciplinato, & eſt inuentio in detrimentum. [9] Eſt datum quod non eſt vtile, & eſt datũ cuius retributio duplex. [10] Eſt propter gloriam minoratio, & eſt qui ab humilitate leuabit caput. [11] Eſt qui multa redimat modico pretio, & reſtituẽs ea in ſeptuplũ. [12] Sapiens in verbis ſeipſum amabilem facit, gratiæ autem fatuorũ effundentur. [13] Datus inſipiẽtis nõ erit vtilis tibi, oculi enim illius ſeptemplices ſunt. [14] Exigua dabit, & multa improperabit, & apertio oris illius inflãmatio eſt. [15] Hodie fœneratur quis, & cras expetit, & odibilis eſt homo huiuſmodi. [16] Fatuo nõ erit amic⁹, & nõ erit gratia in bonis illius. [17] Qui enim edunt panẽ illius, falſæ linguæ ſunt. [18] Quotiens & quanti irridebunt eũ? [19] Neq; enim quod habendum erat, directo ſenſu diſtribuit, ſimiliter & quod non erat habendũ. [c 20] Lapſus falſæ linguæ quaſi qui in pauimẽto cadens, ſic

a. Sicut prȝ prohibuit iracundiã prauale re in iudicio: ſic & nunc laudat vt correptionem magiſtri ſequatur pœnitentia diſcipuli. Rab. ibid.

b. Prius namque diſcere oportet, quã docere, & ideo ſapiẽs in ſilẽtio melius eſſe dicitur quam loqui incaute. Greg. in 7. Pſal. Pœn. 129.

c. Hi ſunt qui non metuẽtes aliorum miſeriis ventilati flagitationibus agitari, quibus æterna agitando nutritur, nec verberari ea ſanctis dominis caſtigante, cum quo poſt flagella regnatur. Hiero. ad amicum ægrotum.

dens, ſic caſus malorum feſtinanter veniẽt. [21] Homo [d] acharis quaſi fabula vana, & in ore in diſciplinatorum aſſidua erit. [22] Ex ore fatui reprobabitur parabola, non enim dicit illam in tempore ſuo. [23] Eſt qui vetatur præ inopia peccare, & in requie ſua ſtimulabitur. [24] Eſt qui perdet animam ſuam præ confuſione, & ab imprudenti perſonã perdet eam, perſonæ autem acceptione perdet ſe. [25] Eſt qui præ confuſione promittit amico, & lucratus eſt eum inimicum gratis. [26] Opprobrium nequam in homine mẽdacium, & in ore indiſciplinatorũ aſſidue erit. [27] Potior fur quàm aſſiduitas viri mendacis: perditionem autem ambo hæreditabunt. [28] Mores hominum mendacium ſine honore & cõfuſio illorum cum ipſis ſine intermiſſione. [29] Sapiens in verbis producet ſeipſum, & homo prudens placebit magnatis. † [30] Qui operatur terram ſuam, inaltabit aceruum frugum: & qui operatur iuſtitiam, ipſe exaltabitur: qui vero placet magnatibus effugiet iniquitatem. † [31] Xenia & dona excæcant oculos iudicum, & quaſi mutus in ore auertit correctiones eorum. [32] Sapientia abſconſa, & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriſque? [33] Melior eſt qui celat inſipiẽtiam ſuam, quàm homo qui abſcondit ſapientiam ſuam.

d. Sinegratia.

†Prou.11.b. 18.c 19.g.c. Pau per. †Exo.23.a Deut.16.d 18.h.i.k.c.

*A quibus peccatis ſit in primis cauendum, & quem fructum in fine pariant. XXI.

ILli † peccaſti? [a] nõ adiicias iterum, [b] ſed de priſtinis deprecare vt tibi dimittantur. [2] Quaſi à facie colubri fuge peccata: & ſi acceſſeris ad illa, ſuſcipiẽt te. [3] Dentes leonis dẽtes eius, interficientes animas hominum. [4] Quaſi rõphæa bis acuta, omnis iniquitas: plagę illius nõ eſt ſanitas. [5] Obiurgatio & iniuriæ annullabunt ſubſtantiã: & domus quę nimis locuples eſt, annullabitur ſuperbia, ſic ſubſtantia ſuperbi eradicabitur. [6] Deprecatio pauperis ex ore vſq; ad aures ei perueniet, & iudiciũ feſtinatò adueniet illi. [7] Qui odit correptionem, veſtigiũ eſt peccatoris: & qui timet deum, conuertetur ad cor ſuũ. [8] Notus à longe potens lingua audaci, & ſenſatus ſcit labi ſe ab ipſo. [9] Qui ædificat domũ ſuam impendiis alienis, quaſi qui colligit lapides ſuos in hyeme. † [10] Stupa collecta ſynagoga peccantiũ, & conſummatio illorum flamma ignis. [11] Via peccantiũ complanata lapidibus, & in finẽ illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ. [12] Qui cuſtodierit iuſtitiã, continebit ſenſum eius. [13] Conſummatio timoris dei, ſapientia & ſenſus. [14] Non erudietur qui non eſt ſapiens in bono. [15] Eſt autem inſipientia quæ abundat in malo: & non eſt ſenſus vbi eſt amaritudo. [16] Scientia ſapientis tanquam inundatio abundabit, & conſiliũ illius ſicut fons vitæ permanet. † [c 17] Cor fatui quaſi vas confractum, & omnem ſapientiam non tenebit. [18] Verbum ſapiens quodcunq; audierit, ſcius laudabit, & ad ſe adiiciet: audiuit luxurioſus, & diſplicebit illi, & proiiciet illud poſt dorſum ſuũ. [19] Narratio fatui quaſi ſarcina in via, nam in labiis ſenſati inuenietur gratia. [20] Os prudentis quæritur in Eccleſia, & verba illius cogitabũt in cordib⁹ ſuis. [21] Tãquam domus exterminata, ſic fatuo ſapientia: & ſcięntia inſenſati, ineṅarrabilia verba. [22] Compedes in pedibus, doctrina ſtulto: & quaſi vincula manuum ſuper manum dextram. [d 23] Fatuus in riſu exaltat vocem ſuam, vir autem ſapiens vix tacite ridebit. [24] Ornamentum aureum prudenti doctrina, & quaſi brachiale in brachio dextro. [25] Pes fatui facilis in domum proximi: & homo peritus confundetur à perſona potentis. [26] Stultus à feneſtra reſpiciet in domum, vir autem eruditus foris ſtabit. [27] Stultitia hominis auſcultare per oſtium, & prudens grauabitur contumelia. [28] Labia imprudentium ſtulta narrabunt, verba autẽ prudentium ſtatera ponderabuntur. [29] In ore fatuorum cor illorum, & in corde ſapientium os illorum. † [30] Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipſe animã ſuã. [31] Suſurro coinquinabit animam ſuam, & in omnibus odietur: & qui permanſerit, odioſus erit: tacitus & ſenſatus honorabitur.

a. Peccatũ peccato addiciẽs, qui male geſta eiũ defendit: & nocte illam ſolitariã nõ relinquit, qui culpæ ſuę in tenebris eiũ patrocinia defenſionis adhibet. Greg. Moral. 4. cap. 11.

b. Si à peccando deſiſtere hoc eſſet non habere peccatũ, ſufficeret vt hoc nos moneret ſcriptura: Fili peccaſti, nõ adiicias iterũ, ſed non autem ſufficit, ſed addidit ſed de priſtinis deprecare, vt tibi dimittantur. Manẽt ergo, niſi dimittantur. Sed quomodo manẽt ſi præterierunt actu, manent reatu? Aug. de nup. & concup. li. 1 cap. 16.

c. Hic nõ accipitur fatuitas ex defectu naturalis vſus rationis & induſtriæ, ſed morũ & bonæ vitæ. Vnde Prou. 23. In auribus inſipientium ne loquaris, quia deſpiciẽt doctrinam eloquii tui. Lyranus ibid

d. Nõ eſt ergo noſtrũ aſſiduè ridere, reſoluti cachinnis, molliri delicatis: ſed eorum potius & earũ quæ ſpectãtur in theatris, quæ i lupanaribꝰ inquinantur, corũ qui ad hoc ſunt facti paraſitorum & adulatorum. Chr. in cap. 2. Matth. hom. 8.

*Vitium omiſſionis vitandum, correpto fatui inanis, & amicitiæ quanta ſit diſſolutio. XXII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Iosephus. Qui de terrena rerum percussione arte virum quas iuxta stercora reperimus, de boum stercore arbitratur Grego. Mora. 15. cap. 5.

ON lapide luteo lapidatur piger, & omnes loquentur super illius aspernationem. [22] De stercore boum lapidatus est piger, & omnis qui tetigerit eū, excutiet manus. [3] Confusio patris est de filio indisciplinato, filia autem fatua in deminorationem fiet. [4] Filia prudens hæreditas viro suo. nam quæ confundit, in cōtumelia sit genitoris. [5] Et patrem & virum confundit audax, & ab impiis non minorabitur: ab vtrisq; autem inhonorabitur. [6] Musica in luctu, importuna narratio: flagella & doctrina in omni tempore sapientia. [7] Qui docet fatuum, quasi qui cōglutinat testam. [8] Qui narrat verbum non audienti, quasi qui excitat dormiētem de graui somno. [9] Cum dormiente loquitur, qui narrat stulto sapientiam, & in fines narrationis dicit: Quis est hic? † [10] Supra mortuum plora, defecit enim lux eius: & supra fatuū plora: deficit enim sensus eius. [11] Modicum plora supra mortuū, quoniam requieuit. [12] Ne quissimi enim nequissima vita, super mortem fatui. [13] Luctus mortui septem dies, fatui autem & impij omnes dies vitæ illorū. † [14] Cum stulto ne multum loquaris, & cū insensato ne abieris. [15] Serua te ab illo, vt non molestiam habeas, & non coinquinaberis in peccato illius. [16] Deflecte ab illo, & inuenies requiem, & nō acediaberis in stultitia illius. [17] Super plumbum quid grauabitur? Et quod illi aliud nomen quàm fatuus? † [18] Arenam & salem & massam ferri facilius est ferre, quàm hominem imprudentem, & fatuum, & impium. [19] Sicut loramentum ligneum colligatum fundamento ædificij non dissoluetur, sic & cor confirmatum in cogitatione consilij. [20] Cogitatus sensati in omni tempore vel metu non deprauabitur. [21] Sicut ornatus arenosus in pariete lympido, & sicut paleæ in excelsis, & cementa sine impensa posita contra faciē venti non permanebunt, [22] sic & cor timidum in cogitatione stulti contra impetū timoris non resistet. [23] Sicut cor trepidū in cogitatione fatui omni tempore non metuet, sic & qui in præceptis dei permanet sēper. [24] Pungēs oculū deducit lachrymas, & qui pūgit cor, profert sensum. [25] Mittens lapides in volatilia deiiciet illa: sic & qui conuiciatur amico, dissoluit amicitiam. [26] Ad amicum & si produxeris gladium, non desperes: est enim regressus ad amicū. [27] Si aperuerit os triste, ne metuas: est enim cōcordatio excepto conuicio & improperio & superbia, & mysterij reuelatione, & plaga dolosa. In his omnibus effugiet amicus. [28] Fidem posside cū amico in paupertate illius, vt & in bonis illius læteris. [29] In tēpore tribulationis illius permane illi fidelis, vt & in hæreditate illius cohæres sis. [30] Ante ignem camini vapor & fumus ignis inaltatur: sic & ante sanguinem maledicta & contumeliæ & minæ. [31] Amicum salutare non confundaris. A facie illius non me abscondam: & si mala mihi euenerint per illū, sustinebo. [32] Omnis qui audiet, cauebit se ab eo. † [33] Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum, vt non cadam ab ipsis, & lingua mea perdat me?

b Docet sapiēcia vt amici inter se iungantes, verba cō uteorum in alterutrum nō proferāt, nec secreta diuelata per furorem in inimicum deiondent: quia sicut f spiritus ille volat, sic amicitia decidit, ita & conuicij verbo vis amicitiæ dissoluetur Rabanus ibi.

c Signidem vitæ & immortalitatis medicamentum in amico esse ecclesiastic⁹ testimonio tertullus. Et summum in charitate prædium nemo dubitauerit cum Apostolus dicat: Omnia sustinet, omnia credit, &c. Amb. Off. lio 1. cap. 7.

A vitiis linguæ oratione reuocamur: & à luxuria, blasphemia, & in peccatum perseuerantia, dei timore deterremur. XXIII.

a Sicut hactenus peccata in illis detestatus est, sic orat deū vt ipsemet ab illis seddatur immunis, quatenus suo exemplo exteri hoc a domino sua oratione impetrent. Lyra. ibi.

DOmine [a] pater & dominator vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu & cōfilio eorum, nec sinas me cadere in illa exprobratione. [2] Quis superponit in cogitatu meo flagella, & in corde meo doctrinam sapientiæ, vt in ignorationibus eorū non parcant mihi, & non appareant delicta eorū, [3] & ne adincrescāt ignorantiæ meæ, & multiplicentur delicta mea, & peccata mea abundent, & incidam in conspectu aduersariorum meorum, & gaudeat inimicus meus? [4] Dñe pater & deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu illorum. [5] Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, & omne desiderium prauum auerte à me. [6] Auser à me ventris concupiscentias, & concubitus concupiscentiæ ne apprehendant me. Et animæ irreuerenti & infrunitæ ne tradas me. [7] Doctrinam oris audite filij: & qui custodierit illam, non periet labiis suis, nec scandalizabitur in operibus nequissimis. [8] In vanitate sua apprehenditur peccator, & superbus & maledictus scandalizabitur in illis. [9] Iurationi non assuescat os tuum: multi enim casus in illa. [10] Nominatio verò dei non sit assidua in ore tuo, & nominibus sanctorum ne admiscearis: quoniam non eris immunis

† Iaac. 17. b De iureiu. c Fi & Christian.

immunis ab eis. [11] Sicut enim seruus interrogatus assidue à liuore nō minuitur, sic omnis iurans & nominans in toto à peccato nō purgabitur. † [12] Vir multum iurans, implebitur iniquitate, & non discedet à domo illius plaga. [13] Et si frustrauerit fratrē delictum illius supra ipsum erit: & si dissimulauerit, delinquit dupliciter: [14] & si in vacuum iurauerit, non iustificabitur. Replebitur enim retributione domus illius. [15] Est & alia loquela contraria morti, non inueniatur in hæreditate Iacob. [16] Etenim à misericordibus omnia hæc auferentur, & in delictis non volutabunt. [17] Indisciplinosæ loquelæ non assuescat os tuum: est enim in illa verbum peccati. [18] Memento patris & matris tuæ, in medio enim magnatorum consistis, [19] ne forte obliuiscatur te deus in conspectu illorum, & assiduitate tua infatuatus improperiū patiaris, & maluisses non nasci, & diem natiuitatis tuæ maledicas. † [20] Homo assuetus in verbis improperij, in omnibus diebus suis non erudietur. [21] Duo genera abundant in peccatis, & tertium adducit iram & perditionem. [22] Anima calida quasi ignis ardens nō extinguetur donec aliquid glutiat: [23] & homo nequam in ore carnis suæ, non desinet donec incendat ignem. [24] Homini fornicario omnis panis dulcis, non satigabitur transgrediens vsq; ad finem. † [25] Omnis homo qui transgreditur lectum suum contemnens in animam suam, & dicens: [b] Quis me videt? [16] tenebrę circundāt me, & parietes cooperiunt me, & nemo circunspicit me, quem vereor? delictorum meorum non memorabitur altissimus. [27] & non intellexit quoniam omnia videt oculus illius. Quoniam expellit à se timorem dei huiusmodi hominis timor, & oculi hominum timentes illum, [28] & non cognouit quoniam oculi domini multo plus lucidiores super solem sunt, circunspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda: intuentes in absconditas partes. [29] Domino enim deo antequam crearentur omnia sunt agnita: sic & post perfectum respicit omnia. [30] Hic in plateis ciuitatis vindicabitur, & quasi pullus equinus fugabitur, & vbi non sperauit, apprehēdetur. [31] Et erit dedecus omnibus, eo quòd non intellexerit timorem domini. [32] Sic & mulier omnis relinquens virum suum, & statuens hæreditatem ex alieno matrimonio. [33] Primò enim in lege altissimi incredibilis fuit, & secundò virum suum dereliquit, tertiò in adulterio fornicata est, & ex alio viro filios statuit sibi. [34] Hæc in ecclesiam adducetur, & in filios eius respicietur. [c] [35] Non tradent filij eius radices, & rami eius non dabunt fructum. [36] derelinquet in maledictum memoriam illius, & dedecus illius non delebitur. [37] Et agnoscēt qui derelicti sunt, quoniam nihil melius est quàm timor dei, & nihil dulcius quàm respicere in mandatis domini. [38] Gloria magna est sequi dominum. Longitudo enim dierum assumetur ab eo.

† Psal. 140. a

† Supra. 2. Isaiæ. 11. & 30. b

† Sup. 12. c

† Psou. 17. a

† Ga. 10. e

b Hæc vtique vsq; explosa cognoscimus. Nemo enim potest esse expers cruciatus. Sed cū immitem & inexorabilem aliquem ad errorū accusationē, & videri eum cum non amare virtutes, a colapsis penitus corā plurimis renocari, inferre varias desperationes, vt dicat ibi: Quis me videt? tenebræ circundant me, & parietes cooperiant me, & nemo videat quem vereor? Amb. in Psal. 1. 2. Sermo. 2.

c Peccatum matris adulteræ sequitur filios suos & filias, nepotes & neptes, quo ad hæreditatis successionem, & infamiam diuturnam, quoniam pactum dei violauit. Dion. ibi.

Diuina sapientia cuncta ordine creando requiem inuenit, in qua certis legibus cuncta regit & disponit. XXIIII.

a Sapientia hæc nō est alia nisi de qua dixit Apostol⁹ Christum dico dei virtutē & dei sapientiam. Ipse laudauit animam suam, quia omnibus offendit laudabilem vitam suam, & in deo laudabitur. Raba.

b Nec videatur cōpisse ex tempore, quæ parte nascēdo prodiit, vt dixit ipse qui nascitur: Ex ore altissimi prodiit. Sed si naturam non agnoscunt, si non credunt scripturis, vel operibus credant. Ambr. de fide lib. 1. c. 7.

c Neque enim quia ipse filius alibi loquens voce sapientiæ, ipse est enim dei sapientia, ait: Gyrum cæli circuiui sola, separauit se à parte, quasi magis ergo nō est necesse vt tanquam de parte prodiit filius de deo, ligatur quod dei est. Tim. Quæ igitur habes immortalitatē cum ita dictum sit, vt seruet mandatum sine macula. August. de trinit. lib. 1. cap. 6.

A Sapientia [a] laudabit animam suam, & in domino honorabitur. Et in medio populi sui gloriabitur, [1] & in ecclesiis altissimi aperiet os suum. Et in conspectu virtutis illius gloriabitur, & in medio populi sui exaltabitur. Et in plenitudine sancta admirabitur, [4] & in multitudine electorū habebit laudē, & inter benedictos benedicetur, [5] dicens: [b] Ego ex ore altissimi prodiui, primogēnita ante omnem creaturam. [6] Ego feci in cœlis vt oriretur lumē indeficiens, & sicut nebula texi omnē carnē. [7] Ego in altissimis habitaui: & thronus meus in columba nubis. [c] [8] Gyrum cœli circuiui sola, & profundū abyssi penetraui, & in fluctib⁹ maris ambulaui, [9] & in omni terra steti. [10] Et in omni populo & in omni gente primatum habui, [11] & omnium excellentium & humilium corda virtute calcaui. Et in his omnibus requiem quæsiui. Et in hæreditate domini morabor. [12] Tunc præcepit & dixit mihi creator omnium, & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, [13] & dixit mihi: In Iacob inhabita, & B in Israel hæreditare, & in electis meis mitte radices. [14] Ab initio & ante secula creata sum, & vsque ad futurum seculum non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministraui. [15] Et sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requiui; & in Ierusalem potestas mea. [16] Et radicaui in populo honorificato, & in partes

Universidad de Deusto
Biblioteca

dei mei hæreditas illius: & in plenitudine sanctorum detentio mea. [17] Quasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypressus in mõte Sion. [18] Quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plãtatio rosæ in Iericho. [19] Quasi oliua speciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum iuxta aquã in plateis. [20] Sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedi, & quasi myrrha electa dedi suauitatẽ odoris, [21] & quasi storax & galbanus & vngula & gutta, & quasi Libanus non incisus vaporaui habitationem meã, & quasi balsamũ non mixtum odor meus. [22] Ego quasi terebinthus extẽdi ramos meos, & rami mei honoris & gratię. [23] Ego quasi vitis fructificaui suauitatẽ odoris, & flores mei fructus honoris & honestatis. [24] Ego mater pulchræ dilectionis & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. [25] In me gratia omnis viæ & veritatis: in me omnis spes vitæ & virtutis. [26] Trãsite ad me omnes qui cõcupiscitis me, & à generationibus meis implemini. [27] Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauũ: [28] memoria mea in generationes seculorũ. † [c 29] Qui edunt me, adhuc [f] esurient: & qui bibunt me, adhuc sitiẽt. [30] Qui audit me, nõ cõfundetur: & qui operãtur in me, nõ peccabunt: [31] qui elucidant me, vitã æternã habebunt. [32] Hæc omnia liber vitæ, & testamentũ altissimi, & agnitio veritatis. [33] Legẽ mandauit Moyses in præceptis iustitiarum, & hereditatẽ domui Iacob, & Israel promissiones. [34] Posuit Dauid puero suo excitare Regem ex ipso fortissimum, & in throno honoris sedentẽ in sempiternum. † [35] Qui implet quasi Phison sapiẽtiam, & sicut Tigris in diebus nouorũ. † [36] Qui adimplet quasi Euphrates sensum, qui multiplicat quasi Iordanis in tẽpore messis. [37] Qui mittit disciplinam sicut lucem, & assistens quasi Gion in die vindemiæ. [38] Qui perficit primus scire ipsam, & infirmior non inuestigabit eã. [39] A mari enim abundabit cogitatio eius, & consiliũ illius in abyssο magna. [40] Ego sapiẽtia effudi flumina, ego quasi trames aquæ immẽsæ de fluuio. [41] Ego quasi fluuius Dorix, & sicut aquæductus exiui de paradiso. [42] Dixi, Rigabo hortũ plãtationũ, & inebriabo partus mei fructũ. [43] Et ecce factus est mihi trames abundans, & fluuius meus appropinquauit ad mare. [44] Quoniã doctrinã quasi antelucanũ illumino omnibus, & enarrabo illam vsq; ad longinquum. [45] Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in domino. [46] Adhuc doctrinam quasi prophetiam effundam, & relinquam illam quærentibus sapiẽtiam, & non desinam in progenies illorum vsque in æuum sanctum. † [47] Videte quoniam non soli mihi laboraui, sed omnibus exquirentibus veritatem.

Diuinæ sapientiæ tria placent, sed tria displicent: nouem verò insuspicabilia, decimum vero amplius: mulieris autem nequitia omnia superat. XXV.

[a] Concordia ergo fratrum voluntas dei est, iucunditas Christi, perfectio sanctitatis, iustitiæ regula, materia doctrinæ, morum custodia, atque in rectis omnibus laudabilis disciplina. Augustin. Serm. 169. de tempore.

[b] Ergo sapientes quæ cuncta odit vitia, tres species hominum dicit sibi esse odibiles, & aggrauatam eas afferit animi penuersorum, eo quòd contraria filij sentiant, &c. Raban. ibid.

[c] Quid enim tam beatificũ quàm hic timor qui genitor eruditorũque sapientiæ est? In cuius vtique deuotione deuota est & voluntas, quæ autore gratiæ eadem proficit timore, quo cœpit. Ambr. de voca. gẽt. lib. 1. cap. 9.

IN [a] tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram deo & hominibus. [2] Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier bene sibi consentientes. [b] [3] Tres species odiuit anima mea, & aggrauor valde animæ illorum. [4] Pauperem superbum, & diuitem mendacem, & senem fatuum & insensatum. [5] Quæ in iuuentute tua non cõgregasti, quomodo in senectute tua inuenies ea? [6] Quàm speciosum canitiei iudicium: & presbyteris cognoscere consilium. [7] Quàm speciosa veteranis sapientia, & gloriosus intellectus & consilium. [8] Corona senum in multa peritia, & gloria illorum timor dei. [9] Nouem insuspicabilia cordis magnificaui, & decimum dicam in lingua hominibus. [10] Homo qui iucundatur in filiis viuens, & videns subuersionem inimicorum suorum. [11] Beatus qui habitat cum muliere sensata, † & qui lingua sua non est lapsus, & qui non seruiuit indignis se. [12] Beatus qui inuenit amicum verum, & qui enarrat iustitiam auri audienti. [13] Quàm magnus qui inuenit sapientiam & scientiam, sed non est super timentem deum. [14] Timor dei super omnia se superposuit. [c 15] Beatus homo cui donatum est habere timorem dei. Qui tenet illum, cui assimilabitur? [16] Timor dei initium dilectionis eius, fidei autem initium agglutinandum est dei. [17] Omnis plaga, tristitia cordis est: & omnis malitia, nequitia mulieris. [18] Et omnem plagam & non plagam videbit cordis, [19] & omnem nequitiam & non nequitiam mulieris, [20] & omnem obductum & non obductum

c obductum odientium, [21] & omnem vindictam & non vindictã inimicorum. [22] Non est caput nequius super caput colubri, [23] & non est ira super iram mulieris. † Cõmorari leoni & draconi placebit, quàm habitare cum muliere nequam. [24] Nequitia mulieris immutat faciem eius, & obcæcabit vultum suum tanquam vrsus, & quasi saccũ ostendet in medio proximorum. [25] Ingemuit vir eius, & audiẽs suspirauit modicum. [26] Breuis omnis malitia super malitiam mulieris: sors peccatorum cadat super illam. [27] Sicut ascensus arenosus in pedibus veterani, sic mulier linguata homini quieto. [28] Ne respicias in mulieris speciem, & non concupiscas mulierem in specie. [29] Mulieris ira, & irreuerentia & confusio magna. [30] Mulier si primatum habeat, contraria est viro suo. [31] Cor humile, & facies tristis, & plaga mortis, mulier nequam. [32] Manus debiles & genua dissoluta, mulier quę non beatificat virum suum. † [33] A muliere initiũ factum est peccati, & † per illam omnes morimur. [34] Non des aquæ tuæ exitum nec modicum, nec mulieri nequam veniam prodeundi. [35] Si non ambulauerit ad manũ tuam: confundet te in conspectu inimicorum. [36] A carnibus tuis abscinde illam, ne semper te abutatur.

Mulier bona donum optimum, mala vero intolerabile incommodum, & tanquam pestis timenda est conuersatio eius. XXVI.

[a] Nihil enim porcius muliere bona ad institutiõ & informandum virũ quicunque voluerit. Multos enim possem afferre viros asperos & immites per exores mites reddítos & mansuetos. Chrys. hom. 14. super Ioan.

A MVlieris [a] bonæ beatus vir, numerus enim annorum illorum duplex. [2] Mulier fortis oblectat virum suum, & annos vitæ illius in pace implebit. [3] Pars bona mulier bona: in parte bona timẽtium deũ dabitur viro pro factis bonis. [4] Diuitis autem & pauperis cor bonum, in omni tempore vultus illorum hilaris. [5] A tribus timuit cor meum, & in quarto facies mea metuit: [6] Delaturam ciuitatis, & collectionem populi, [7] & calumniam mendacem, super morrẽ omnia grauia. [8] Dolor cordis & luctus, mulier zelotypa. [9] In muliere zelotypa flagellum linguæ omnibus comunicãs. [10] Sicut boum iugum quod mouetur, ita & mulier nequam: qui tenet illam, quasi qui apprehendit scorpionem. [11] Mulier ebriosa ira magna, & contumelia & turpitudo illius non tegetur. [12] Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnoscetur. † [13] In filia non auertente se firma custodiam, ne inuenta occasione abutatur se. [b] [14] Ab omni irreuerentia oculorum eius caue, & ne mireris si te neglexerit. [15] Sicut viator sitiens ad fontem os aperiet, & ab omni aqua proxima bibet, & contra omnem palum sedebit, & contra omnem sagittam aperiet pharetram, [16] donec deficiat. Gratia mulieris sedulæ delectabit virum iuum, & ossa illius impinguabit. [17] Disciplina illius, datum dei est. [18] Mulier sensata & tacita, non est immutatio eruditæ animæ. [19] Gratia super gratiam, mulier sancta & pudorata. [20] Omnis autẽ ponderatio non est digna continentis animæ. [21] Sicut sol oriens mundo in altissimis dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus eius. [22] Lucerna splendens super candelabrum sanctum, & species faciei super ætatem stabilem. [23] Columnæ aureę super bases argenteas: & pedes firmi super plantas stabilis mulieris. [24] Fundamenta ęterna supra petram solidam, & mandata dei in corde mulieris sanctę. [25] In duobus contristatum est cor meum, & in tertio iracundia mihi aduenit. [26] Vir bellator deficiens per inopiam, & vir sensatus cõtemptus, [27] & qui transgreditur à iustitia ad peccatum, deus parauit eum ad romphæam. [c 28] Duæ species difficiles & periculosæ mihi apparuerunt. Difficilè exuitur negotians à negligẽtia sua, & non iustificabitur caupo à peccatis labiorum.

Quantum sit cauenda auaritia, & quis finis & fructus eius, & quàm nociuus. XXVII.

[b] Cum omnibus virtutibus restitdam esse præditorem Apostolus, contra libidinem non dixit resistite, sed ait Fugite fornicationem. Nec si diceret: Reliquis vitiis deo adiuante debemus resistere, libidini vero fugiẽdo superare. Augustin. de nouitate mulierũ cap. 1.

[c] Duæ species hominum difficilè falerem assequuntur, negotiator, & caupo. Primus enim vix curat suã salurem, secundus vix temperat à mendacio. Tyrus ibi.

A PRopter inopiam multi deliquerũt: & qui quærit locupletari, auertit oculum suũ. [2] Sicut in medio cõpaginis lapidum palus figitur, sic & inter mediũ venditionis & emptionis angustiabitur peccatis. [3] Cõteretur cũ delinquente delictũ. [4] Si nõ in timore domini tenueris te instanter, citò subuertetur domus tua. [5] Sicut in percussura cribri remanebit puluis, sic aporia hominis in cogitatu illius. † [a 6] Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tẽtatio tribulationis. † [7] Sicut rusticatio

[a] Hoc inter nos & cæteros interest qui deum nesciũt, quòd illi in aduersis quæruntur & murmurant: nos aduersis non auocãt à fide & virtutis veritate. Cypri. de morta. Ser. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de ligno ostendit fructũ illius, sic verbum ex cogitatu cordis hominis. [8] Ante sermonem non laudes virum: [b] hæc enim tentatio est hominum. [9] Si sequaris iustitiam, apprehendes illam, & indues quasi podêrẽ honoris, & inhabitabis cum ea, & proteget te in sempiternum, & in die agnitionis inuenies firmamentum. [10] Volatilia ad sibi si- B
milia conueniunt, & veritas ad eos qui operantur illã reuertetur. [11] Leo venationi insidiatur semper: sic peccata operantibus iniquitates. [12] Homo sensatus in sapiẽtia manet sicut sol, [c] nam stultus sicut luna mutatur. [13] In medio insensatorum serua verbũ tempori. In medio autẽ cogitantium assiduus esto. † [14] Narratio peccantiũ odiosa, & risus illorũ in delictis peccati. † [15] Loquela multum iurans horripilationem capiti sta tuet, & irreuerẽtia ipsius obturatio auriũ. [16] Effusio sanguinis in rixa superborum, & maledictio illorũ auditus grauis. [d] [17] Qui denudat arcana amici, fidẽ perdit, & nõ inueniet amicum ad animum suum. [18] Dilige proximum, & coniungere fide cum illo. C
[19] Quòd si denudaueris abscõsa illius, non persequêris post eũ. [c] [20] Sicut enim homo qui perdit amicũ suum, sic & qui perdit amicitiã proximi sui. [21] Et sicut qui dimittit auem de manu sua, sic qui reliquisti proximũ tuum, & non eum capies. [22] Non illum sequaris, quoniã longe abest. Effugit enim quasi caprea de laqueo, quoniã vulnerata est anima eus. [23] Vltrà eũ nõ poteris colligare, & maledicti est cõcordatio. [24] Denudare autẽ amici mysteria desperatio est animæ infœlicis. † [25] Annuens oculo fabricat iniqua, & nemo eum abiiciet. [26] In conspectu oculorũ tuorum conculcabit os suum, & super sermones tuos admirabitur. Nouissime autem peruertet os suum, & in ver- D
bis tuis dabit scãdalum. [27] Multa audiui & non coæquaui ei, & dominus odiet illum. [f] [28] Qui in altum mittit lapidẽ, súper caput eius cadet, & plaga dolosa dolosi diuidet vulnera. † [29] Et qui foueam fodit, incidet in eam: & qui statuit lapidem proximo, offendet in eo: & qui laqueum alij ponit, peribit in illo. [30] Faciẽti nequissimũ consiliu, súper ipsum deuoluetur, & nõ agnoscet vnde aduenerit illi. [31] Illusio & improperium superborũ, & vindicta sicut leo insidiabitur illi. [32] Laqueo peribunt, qui oblectantur casu iustorum: dolor autem consumet illos antequam moriãtur. [33] Ira & furor vtraque execrabilia sunt, & vir peccator continens erit illorum.

† Prou. 12.b
† Sup. 23.d
† Prou. 10.b
† Prou 16.d Eccle. 10.b Pfal. 7.d

Vindicta à nullo expetenda est, nec maledica lingua ferenda. XXVIII.

A

[1] Vi vindicari vult, à domino inueniet vindictã, & peccata illius seruans seruabit. † [a] [2] Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecãti tibi peccata soluentur. † [3] Homo homini reseruat iram, & à deo quærit medelã? [4] In homi- † Deut. 32.d
nem similem sibi nõ habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? [5] Ipse dum caro sit, reseruat iram, & propitiationẽ petit à deo? [6] Quis exorabit pro delictis illius? Memento nouissimorũ, & desine inimicari. [7] Tabitudo enim & mors imminent in mandatis eius. [8] Memorare timorem domini, & non irascaris proximo. [9] Memorare testamẽtum altissimi, & despice ignorãtiam proximi. [b] [10] Abstine te à lite, & minues peccata. [11] Homo enim iracundus incendit litem, & vir pecator conturbabit amicos, B
& in medio pacem habentium immittit inimicitiam. † [12] Secundum enim ligna syluę, sic ignis exardescit: & secundum virtutem hominis, sic iracundia illius erit, & secundum substantiã suam exaltrabit iram suam. [13] Certamẽ festinatum incẽdit ignem, & lis festinans effundit sanguinem, & lingua testificans adducit mortem. [14] Si sufflaueris, quasi ignis exardebit: & si expueris super illam, extinguetur. Vtraq; ex ore proficiscuntur. [15] Susurro & bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacem habẽtes. [16] Lingua tertia multos commouit, & dispersit illos de gente in gentem. [17] Ciuitates C
muratas diuitum destruxit, & domos magnatorũ effodit. [18] Virtutes populorũ concidit, & gentes fortes dissoluit. [19] Lingua tertia mulieres viratas eiecit, & priuauit illas laboribus suis. [20] Qui respicit illam, non habebit requiem, nec habebit amicum in quo requiescat. [21] Flagelli plaga liuorem facit, plaga autem linguæ comminuet ossa. [22] Multi ceciderunt in ore gladij, sed nõ sic quasi qui interierunt per linguam suã. [23] Beatus est qui tectus est à lingua nequam, qui in iracundiam illius non transiuit, & qui

† Deut. 32.d
Rom. 12.d
† Matt. 6.b
Matt. 5.c

a Benigni & iusti iudicis est suas iniurias cõtemnere, & aliorum iniuc ausq; vindicare. Qui autem suas vindicat, quamuis iuste vindicet, nũquam tamen iustus iudex esse putatur. Chryso. in 23. cap. Matth. hom. 46.

b. Quãtum malum felicitis, & quam inhonestum sit homini Christiano contentionibus ac rixæ deseruire: Paulus ostendit dicens: Nõ fiat inter vos rixa & contentio. Et item: Videte, inquit, ne inuicem mordentes ab inuicem consumamini. Rabanus. ibid.

c. Hoc est, qui vitia linguæ non incidit, quòd nec sua lingua nequã est, nec aliorũ linguarum prauitate dijectus est, sed per dei gratiam & discretionem hæc mala euasit. Diony. ibidem.

& qui non attraxit iugum illius, & in vinculis eius non est ligatus. [24] Iugũ enim illius D
iugum ferreum est, & vinculũ illius vinculum æreum est. [25] Mors illius mors nequissima, & vtilis potius inferus quàm illa. [26] Perseuerãtia illius non permanebit, sed obtinebit vias iniustorũ. In flamma sua non comburet iustos. [27] Qui relinquunt deum, incident in illam. Et exardebit in illis, & non extinguetur, & immittetur in illos quasi
† Pſal. 140. leo, & quasi pardus lædet illos. † [d] [28] Sepi aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis. [29] Aurum tuum & argẽtum tuum confla, & verbis tuis facito stateram, & frænos ori tuo rectos, [30] & attende ne forte labaris in lingua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortem.

d. Veinam & linguam obsepias, ne loquatis, quę seculi sunt, ne audias quæ seculi sunt. Sed quod prius est, circundata est lingua tua spinis, quæ pungunt, a vulneranti loquentem quæ mũdi sunt. Ambr. in Pſal. 118. Ser. 22.

Misericordiæ operibus vacans, gratis proximo fœneretur, pauperem eleemosyna iuuet, ac fideiussorem reddat indemnem. XXIX.

A

[1] Vi [a] facit misericordiam, fœneratur proximo suo: & qui prævalet manu, mãdata seruat. [2] Fœnerare proximo tuo in tempore necessitatis illius, & iterum redde proximo in tempore suo. [3] Confirma verbum, & fideliter age cum illo, & in omni tempore inuenies quod tibi necessarium est. [b] [4] Multi quasi inuentionem æstimauerunt fœnus: & præstiterunt molestiam his qui se adiuuerunt. [c] Donec accipiant, osculãtur manus dentis, & in promissionibus humiliãt vocem suam: & in tem- B
pore redditionis postulabit tempus, & loquetur verba tædij & murmurationum, & tempus causabitur. [7] Si autem potuerit reddere, aduersabitur: solidi vix reddet dimidium, & computabit illud quasi inuentionem. [8] Sin autem, fraudabit illum pecunia sua, & possidebit illum inimicum gratis, [9] & conuicia & maledicta reddet illi, & pro honore & beneficio reddet illi contumeliam. [10] Multi non causa nequitiæ non fœnerati sunt, sed fraudari gratis timuerunt. [11] Veruntamen súper humilem animo fortior esto, & pro eleemosyna nõ trahas illum. [12] Propter mãdata assume pauperem, & propter inopiam eius ne dimittas eum vacuum. [c] [13] Perde pecuniam propter fratrem & amicum tuum, & non abscondas illam sub lapide in perditionem. [14] Pone thesaurum
† Tob. 4.b tuum in præceptis altissimi, & proderit tibi magis quàm aurum. † [15] Conclude elee-
† Sup. 17.c C mosynã in sinu pauperis, & hęc pro te exorabit ab omni malo. † [16] Eleemosyna viri, quasi sacculus cum ipso, & gratiam hominis quasi pupillam conseruabit: [17] & postea resurget, & retribuet illis retributionem vnicuiq; in caput ipsorum. [18] Super scutum potentis, & super lanceam aduersus inimicũ tuum pugnabit. [19] Vir bonus fidem facit proximo suo: & qui perdiderit confusionem, derelinquet sibi. [20] Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris: dedit enim pro te animam suã. [21] Repromissorem fugit peccator, & immundus. [22] Bona repromissoris sibi adscribit peccator, & ingratus sensu derelinquit liberantem se. [23] Vir repromittit de proximo suo: & cum perdiderit reuerentiam, derelinquetur ab eo. [24] Repromissio nequissima multos perdidit diligentes, & commouit illos quasi fluctus maris. [25] Viros potentes gyrans migrare fecit, & vagati sunt in gentibus alienis. [26] Peccator transgrediens mandatum domini, incidet in pro-
D missionem nequam: [d] & qui conatur multa agere, incidet in iudicium. [27] Recuperã
† Eccli. 39.c proximum secundum virtutem tuam, & attende tibi ne incidas. † [28] Initium vitę hominis, aqua & panis, & vestimentum, & domus protegens turpitudinem. [29] Melior est victus pauperis sub tegmine asserum, quàm epulæ splẽdidæ in peregre sine domicilio. [30] Minimum pro magno placeat tibi, & improperium peregrinationis non audies. † [31] Vita nequam hospitandi de domo in domum: & vbi hospitabitur, non fiduciali ter aget, nec aperiet os. [32] Hospitabitur, & pascet & potabit ingratos, & adhæc amara audiet. [33] Transi hospes, & orna mensam, & quæ in manu habes ciba cæteros. [34] Exi à facie honoris amicorum meorum, necessitudine domus meæ hospitio mihi factus es frater. [35] Grauia hæc homini habenti sensum, correptio domus, & improperium fœneratoris.

† 22. q. 1. c. Quæ dignior.

a. Quare non dixit: Qui miseratur pauperis, dat deo, sed fœneratur? Scriptura nostram auaritiam intuetur. Attende diligenter ad auaritiã. Nouit, insatiabilẽ cupiditatẽ nostram respicere, & additamentũ quærere: quare simpliciter non dixit: Qui miseratur pauperis, dat deo: quòd non simplex datum, mercedẽm que simplicẽ putes, sed qui miseratur pauperis, fœneratur deo. Chryso. de pœnitentia. homil. 6.

b Non accipiunt quod eis accommodatur ac si eis gratis præstetur, non existentes solliciti vt persoluant, sed velut ex inuentrix repurãe illud. Dion. ibi.

c. Si enim pecunia perdẽda est propter amicum, multo magis amici vulnerati* vel necessitatibus cõferẽda. Si igitur des amico vt nõ improperes, non mercedem expectes, nõ frontem obduras, nõ vultum auertas, non deponas oculos sed ferena facie, hilari vultu, sermone iucũdo intercide verba petẽtis, occurre benedicẽs, vt nõ rogatus videaris parare quod petitur. Aug. de amicitia ca. 17.

d. Multa conatur agere, qui vnitatem rectæ fidei & sinceritatem legis dei non curat custodire, sed erroribus variis & sceleribus diuersis mauult se implicare. Iste incidet in iudicium reproborum, hoc est damnationem perpetuam, quando ei in extremo iudicio dicetur cũ his qui ad sinistrã iudicis stabunt: Ite maledicti in ignẽ æternum. Rab. ibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iuuenes sollicitè sunt gubernandi,& animo & corpore erudiendi,& à passionibus arcendi. XXX.

a Hocillum quondam admirabilem perdidit Heli sacerdotem, cuius cum vita esset irreprehensibilis, tamè quia filios caleentes de lege non cõsecutatare coerpuit, cum illis etiam iure punitus est. Chryso. in 1. ca. Ma th. homil. 17. Quod de carnalibus parre & filio dictum est, de spiritali quoq; & eius subditis est intelligendum. Prælatus enim, & omnis qui præest, quicquid in suis subditis reprehensibile est, assiduè debet corripere. Dion. ibid.

b. Rogo vos fratres charissimi, & ad filios vestros vox vestra, memoria vestra, cortigite arguendo, consolamini aliquando, exemplu præbete viuendo. August. hom. 11.

c Sicut salus corporis consistit in proportione humorum, sic salus animæ in proportione morum, & iustæ adequatione: quod maxime fit per iustitiam legalē, quæ omnem includit virtutem, vt Aristot. 5. Ethicorum cap. 1.

d Dilige animam tuam, & consolare cor tuum. Nullã enim aptus homine deo placere potest, nisi ipse prius deo placeat. Landulph par. 1. ca. 76.

a Quomodo enim non admirandus qui diuitias spernit, quas plerq; salutis proprias pretulerant? Ambr. Offic lib 2. ca 14.

b Quousq; ergo apud deũ manifestet voluntate manitquam ēam sanctificauit, & reuelet. Præparatur enim voluntas à domino sed hui⁹ præparationis nõ semper vsus proueniens, nec vna mensura est, quorum inæstimabilis & innumerabilibus dispensationis gratiæ opera & dona variantur: inque singulis illis generibus muneris diuersimodæ sunt gradus, & impares quantitate. Ambr. de voc. gent. lib. 2. cap. 2.

c Quæ est magna mensa, nisi vnde accipim⁹ corpus Christi & sanguinē? Augustin. 2. de pœnit. martyribus.

A †Prou.13.d & 23.b

B

C

†Sup.7.e

†Sup.10.d Infr.42.a.

†Dan.14.b

D

†Deprom. di.3.c. Qui vult.

Qui docet filium suum laudabitur in illo, & in medio domesticorum in illo gloriabitur.[1] Qui docet filium suũ,in zelum mittit inimicum,& in medio amicorũ gloriabitur in illo. [4] Mortuus est pater illius, & quasi non est mortuus:Similem enim reliquit sibi post se.[5] In vita sua vidit,& lętatus est in illo in obitu suo non est contristatus,nec confusus est corã inimicis. [6] Reliquit enim defensorem domus cõtra inimicos,& amicis reddentē gratiam.[7] Pro animabus filiorum colligabit vulnera sua, & super omnem vocem turbabuntur viscera eius.[b 8] Equus indomitus euadet durus,& filius remissus euadet pręceps.[9] Lacta filiũ tuum,& pauentem te faciet.Lude cum eo,& contristabit te. [10] Non corrideas illi,ne condoleas,& in nouissimo obstupescent dentes tui.[11] Nõ des illi potestatē in iuuẽtute, & ne despicias cogitatus illius.† [12] Curua ceruicem eius in iuuentute, & tunde latera eius dum infans est:ne forte induret,& non credat tibi,& erit tibi dolor animæ. [13] Doce filium tuum,& operare in illo,ne in turpitudinē illius offendas.[14] Melior est pauper sanus & fortis viribus,quàm dines imbecillis, & flagellatus malitia. [c 15] Salus animę in sanctitate iustitię,& melior est omni auro & argẽto,& corpus validũ quàm census immẽsus.[16] Non est census super censum salutis corporis,& non est oblectamentum super cordis gaudium.† [17] Melior est mors quàm vita amara,& requies æterna quàm languor perseuerans.[18] Bona absc̃dita in ore clauso,quasi appositiones epularum circumpositæ sepulchro.† [19] Quid proderit libatio idolo?Nec enim manducabit nec odorabitur.[20] Sic qui effugatur à domino, & portãs mercedes iniquitatis.[21] Videns oculis & ingemiscens,sicut spado complectens virginem & suspirans. [22] Tristitiam non des animæ tuę:& non affligas temetipsum in consilio tuo.[23] Iucũditas cordis hæc est vita hominis, & thesaurus sine defectione sanctitatis, & exultatio viri est longæuitas.† [d 24] Miserere animæ tuæ placens deo, & contine & cõgrega cor tuum in sanctitate eius,& tristitiam longe expelle à te.[25] Multos enim occidit tristitia,& non est vtilitas in illa.[26] Zelus & iracundia minuet dies,& ante tempus senectam adducet cogitatus. [27] Splendidum cor bonum in epulis est. Epulæ enim illius diligenter fiunt.

Sobrietati studendum est,& modestiæ in mensa,ac cupiditas est summè vitanda. XXXI.

A

B

†Sup.2.a

†Iac.4.d

†Sup.31.d 22.a

†Sup.8.d

†Matt.26.b

Vigilia honestatis tabefaciet carnes,& cogitatus illius auferet somnũ. [1] Cogitatus præsciętiæ auertit sensum, & infirmitas grauis sobriã facit animã.[2] Laborauit diues in congregatione substantiæ,& in requie sua replebitur bonis suis.[3] Laborauit pauper in diminutione victus,& in fine inops fit.†[4] Qui aurũ diligit, nõ iustificabitur:& qui insequitur cõsumptionẽ,replebitur ex ea.[5] Multi dati sunt in auri casus,& facta est in specie illius perditio illorum. [7] Lignum offensionis est aurũ sacrificantiũ. Væ illis qui sectãtur illud, & omnis imprudẽs deperiet illo.† [a 8] Beatus est diues qui inuentus est sine macula,& qui post aurum nõ abiit, nec sperauit in pecunia & thesauris. [9] Quis est hic, & laudabimus eum? † Fecit enim mirabilia in vita sua.[10] Qui probatus est in illo, & perfectus inuentus est, & erit illi in gloria æterna. †[b] Qui potuit transgredi & non est transgressus, & facere mala, & non fecit.[11] Ideo stabilita sunt bona illius in domino, & eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum.[c 12] Supra mensam magnam sedisti?non aperias super illam faucem tuam prior.[13] Nõ dicas si multa sunt quæ super illam sunt.† [14] Memento quoniã malus est oculus nequã. [15] Nequius oculo quid creatũ est?Ideo ab omni facie sua lachrymabitur,cum viderit.[16] Ne extendas manum tuam prior, & inuidia contaminatus erubescas.[17] Ne comprimaris in conuiuio vino. [18] Intellige quæ sunt proximi tui ex reipso.[19] Vtere quasi homo frugiis quæ tibi apponuntur:& non cum manducas multũ, odio

c odio habearis. [20] Cessa prior causa disciplinæ, & noli nimius esse, ne forte offendas. [21] Et si in medio multorum sedisti, prior illis ne extendas manum tuam,nec prior poscas bibere.[22] Quàm sufficiens est homini erudito vinum exiguum!& in dormiendo non laborabis ab illo,& nõ senties dolorem.[23] Vigilia,& cholera,& tortura viro infrunito,[24] somnus sanitatis in homine parco. Dormiet vsque mane, & anima illius cum ipso delectabitur.[25] Et si coactus fueris in edẽdo multum,surge è medio,& vome,& refrigerabit te,[d] & non adduces corpori tuo infirmitatem. [26] Audi me fili, & non spernas me,& in nouissimo inuenies verba mea.[27] In omnibus operibus tuis esto velox,& omnis infirmitas non occurret tibi.† [28] Splendidum in panibus benedicent labia multorum,& testimonium veritatis illius fidele:[29] in nequissimo pane murmurabit ciuitas,& testimonium nequitiæ illius verũ est. [30] Diligentes in vino noli prouocare:multos enim exterminauit vinum. [31] Ignis probat ferrum durum, sic vinum corda superborum arguet in ebritate potatum.[32] Æqua vita hominibus vinum in sobrietate, si bibas illud moderatè, eris sobrius. [33] Quæ est vita quæ minuitur vino. [34] Quid defraudat vitam?Mors.[35] Vinum in iucunditatem creatũ est,[e] non in ebrietatem ab initio.[36] Exultatio animæ & corporis,vinum moderatè potatum.[37] Sanitas est animæ & corpori sobrius potus.[38] Vinum multum potatum irritationem & iram & ruinas multas facit. [39] Amaritudo animæ, vinum multum potatum. [40] Ebrietatis animositas,imprudentis offensio,minorans virtutem,& faciens vulnera.[41] In conuiuio vini non arguas proximum,& non despicias eum in iucunditate illius. [42] Verba improperij non dicas illi,& non premas illum in repetendo.

d. Plurimos itaq; gula fuit occidit,nullum frugalitas. Innumeris vina nocuerunt: nulli parsimonia. Plerique auere epulas fudere animas,& mensas propriõ repleuere sanguine. Aliis ebrietas vocẽ simul rapuit & sensum & si aliquibus crudelitas noxia nõ fuit,hic vinũ fecit ebrietatis alios in crimen egit obrectari & si ipsa crimen non fit, alios ad egestatem redegit. Amb. de Cain & Abel li. 1. c. 5.

e Nullus se inebrier, nullus in conuiuio cogat alũ plus bibere quàm oportet. Aug. de couersa. cathol. 3. ca. 22.

Rectorum & subditorum discrimina quantum ad politiæ regimen & politicam conuersationem. XXXII.

A

1 8. q. 1. c. Ex mutuo.

B

C

D

†Deprom. di.3.c. Qui vult.

Rectorem[a] te posuerunt?noli extolli:esto in illis quasi vnus ex ipsis. [2] Curam illorum habe,& sic considera,& omni cura tua explicita recumbe,[1] vt lætetis propter illos, & ornamentum gratiæ accipias coronam, & dignationem consequaris cõgregationis. [4] Loquere maior natu:decet enim. †[1] Primum verbum diligentis scientiã,& non impedias musicam.[6] Vbi auditus non est,non offundas sermonem:& importunè noli extolli in sapiẽtia tua.[7] Gẽmula carbunculi in ornamento auri,& comparatio musicorum in conuiuio vini.[8] Sicut in fabricatione auri signũ est smaragdi,sic numerus musicorum in iucundo & moderato vino.[9] Audi tacẽs, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia.[10] Adolescens loquere in tua causa, vix cum necesse fuerit.[11] Si bis interrogatus fueris,habeat caput responsum tuum.[12] In multis esto quasi insciusi,& auditacens simul & quærens.[13] In medio magnatum loqui non præsumas:& vbi sunt senes,non multum loquaris.[14] Ante grandinem præibit coruscatio,& ante verecundiam præibit gratia, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia, [15] & hora surgendi non te tristet.Præcurre autem prior in domum tuam,[16] & illic auocare, & illic lude, & age conceptiones tuas, & non in delictis & verbo superbo. [b 17] Et super his omnibus benedicito dominum qui fecit te,& inebriantem te ab omnibus bonis suis.[18] Qui timet deum, excipiet doctrinam eius:& qui vigilauerint ad illum,inueniẽt benedictionem illius.[19] Qui quærit legem, replebitur ab ea:& qui insidiosè agit,scandalizabitur ab ea.[20] Qui timent deum, inuenient iudicium iustum, & iustitias quasi lumen accendent.[21] Peccator homo vitabit correptionem, & secundum voluntatem suam inueniet comparationem. [c 22] Vir consilij non disperdet intelligentiam:alienus & superbus non pertimescet timorem.[23] Etiam postquam fecit cum eo sine consilio,& suis infectationibus arguetur.[24] Fili,sine consilio nihil facias,& post factum non pœnitebis.[25] In via ruinæ nõ eas, & non offendes in lapides; nec credas te viæ laboriosæ,ne ponas animæ tuæ scandalum. [d 26] Et à filiis tuis caue, & à domesticis tuis attende.[27] In omni opere tuo erede ex fide animæ tuæ: hoc est enim conseruatio mandatorum. [28] Qui credit deo,attendit mandatis: & qui confidit in illo,non minorabitur.

a Sũma vivendi ars est culmen tenere,& gloriam fugere. Magnũ est enim dum in corde sublimiũ, regnat humilitas morum. Greg. in 3. cap. 1. lib. 3. cap. 24.

b Hoc est, de actibus istis tanquam de beneficiis suis deo gratias age: quoniam virtutes nostræ & opera nostra studiosa, seu merita, dei sunt munera, a, inæstimabilia. Ioan. 1. De plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia. Dion. ibi.

c Nunquam de nobilibus sublimiæ sentiemus, etiam si omnibus superiores fuerint neque patrum consilia cõtemnamus, ecsi à viliores habeamus. Non enim qualitas personarum cõsulẽdũ, sed natura consilij in omnibus obseruanda est. Chry. de resedis reprehẽsoribus & conuersione Pauli. homil.

d Vt cauemus ecsi à proximis actibus catholicorum, & peruerst exemplis quæ fidi frustra & crimales quique in ecclesia offendunt; ad peccandũ seducamur. Rabo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sapientis & fatui, iusti & iniusti discrimina, ac patris familias in suos domesticos œconomia. XXXIII.

IMenti dominum non occurrent mala, sed in tentatione deus illum conseruabit, & liberabit à malis. [2] Sapiens non odit mandata & iustitias, & nō illidetur quasi in procella nauis. [3] Homo sensatus credit legi dei, & lex illi fidelis. [4] Qui interrogationem manifestat, parabit verbum, & sic deprecatus exaudietur, & conseruabit disciplinam, & tunc respondebit. † [5] Præcordia fatui quasi rota carri, & quasi axis versatilis cogitatus illius. [6] Equus emissarius sic & amicus subsannator, sub omni supra sedente hinnit. [7] Quare dies diem superat, & iterum lux lucem, & annus annū, à sole? [8] A domini scientia separati sunt [a] facto sole, & præceptum custodiente per dei sapientiam diuiduntur. [9] Et immutauit tempora, & dies festos ipsorum, & in illis dies festos celebrauerunt ad horam, [10] ex ipsis exaltauit & manignificauit deus, & ex ipsis posuit in numerum dierum, & omnes homines de solo & ex terra vnde creatus est Adam. [11] In [b] multitudine disciplinæ domini separauit eos, & immutauit vias eorum. [12] Ex ipsis benedixit & exaltauit, & ex ipsis sanctificauit, & ad se applicauit. Et ex ipsis maledixit & humiliauit, & conuertit illos ad separationē ipsorū: [13] quasi lutum figuli in manu ipsius, plasmare illud & disponere. [14] Omnes viæ eius secūdum dispositionem eius. Sic homo in manu illius qui se fecit, & reddet illi secundum iudicium suum. [15] Contra malum bonum stat, & contra mortem vita, sic & contra virum iustum peccator: & sic intuere in omnia opera altissimi. Duo contra duo, & vnum contra vnum. [16] Et ego nouissimus euigilaui, & quasi qui colligit acinos post vindemiatores. [17] In benedictione dei & ipse speraui, & quasi qui vindemiat, repleui torcular. † [18] Respicite quoniā non mihi soli laboraui, sed & omnibus exquirētibus disciplinam. [19] Audite me magnati, & omnes populi, & rectores Ecclesiæ auribus percipite: [20] Filio, & mulieri, fratri & amico non des potestatem super te in vita tua, & non dederis alij possessionē tuam, ne forte pœniteat te, & depreceris pro illis. [21] Dum adhuc superes & aspiras, non immutabit te omnis caro. [22] Melius est enim vt filij tui te rogent, quàm te respicere in manus filiorū tuorum. [23] In omnibus operibus tuis præcellens esto. [24] Ne dederis maculam in gloriam tuam. In die cōsummationis dierum vitæ tuæ, & in tempore exitus tui distribue hæreditatem tuam. [25] Cibaria & virga, & onus asino: [d] panis & disciplina & opus seruo. † [26] Operatur in disciplina, & quærit requiescere: laxa manus illi, & quærit libertatē. [27] Iugum & lorū curuant collum durum, & seruum inclinant operationes assiduæ. [28] Seruo maleuolo tortura & compedes: mitte illum in operationem, ne vacet. [29] Multam enim malitiā docuit otiositas. [30] In opera constitue eum: sic enim condecet illum. Quòd si non obaudierit curua illum compedibus, & non amplifices super omnem carnem. Verùm sine iudicio nihil facias graue. † [31] Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua. Quasi fratrem, sic eū tracta, quoniam in sanguine animæ eum comparasti. [32] Si læseris illum iniuste, in fugam conuertetur. [33] & si extollens discesserit, quem quæras, & in qua via quæras illum, nescis.

a Præcepit deus † lege dierum, mensium & annorum obseruantiam secundum solis & lunæ cursum. Vnde subbatum & neomenia, phasi, pentecosten, mēses primus, & annus septimus, & quinquagesimus ritu suo celebrātur, vt intelligamus omnia à deo esse ordinata. Glos ordinar.

b. Immutauit vias eorum, vt iam tanquam mortales viuerēt. Tunc facta est vna massa omnium venena de traduce peccati, & pœna mortalitatis, quamuis deo formīte & creante quæ bona sunt omnibus. Augu. ad Simpl. lib. 1. cap. 2.

c. In potestate ergo sua habens conditor omnipotēs mallam humanæ naturæ, vnumquodque vas secundū suam voluntatem sīc fecit ac formauit: nec est qui possit resistere voluntati eius. Nec tamen hunc quisquam iniustum dicere debet: quia omnia iuste & secundū ordinem facit. Raban. ibid.

d. Quam rarus difficile est inuenire seruos fideles & prudentes, dominus testatur in euāgelio d. cēū Quis enim fidelis est & prudens, quem constituit dominus, &c. Chryso. in 24. c. Matth.

† Sup. 11. B

† Sup. 14. d

† De pæ. di. 2. c. Charitas est.

† Sup. 7. 6

[a] Quoniam in contemplatione sacræ scripturæ multa possunt phantasticæ occurrere apprehensiones, ideo docet à talibus cauere, scripturæ inhærendo tāquam regulæ. Ideo inquirendi sunt in illa prudentes. Dion. ibid.

Diuinis est reuelationibus ad scripturarum intelligentiam insistendum, ac vanis insomniis resistendum. XXXIIII.

VAna [a] spes & mendacium insensato viro, & somnia extollunt imprudentes. [2] Quasi qui apprehendit vmbram, & persequitur ventum, sic & qui attendit ad visa mēdacia. [3] Secundū hæc visio somniorum. Ante faciem hominis similitudo alterius hominis. [4] Ab immundo quid mundabitur? Et à mēdace quid verum dicetur? [5] Diuinatio erroris, & auguria mēdacia, & somnia male facientium, vanitas est. [6] Et sicut parturientis cor tuū phantasias patitur, nisi ab altissimo fuerit emissa visitatio. Ne dederis in illis cor tuum. [7] Multos enim errare fecerūt somnia: & exciderunt sperantes in illis. [8] Sine mendacio consummabitur verbum legis, & sapientia in ore fidelis

ore fidelis complanabitur. [9] Qui non est tentatus, quid scit? Vir in multis expertus, cogitabit multa: & qui multa didicit, enarrabit intellectū. [10] Qui non est expertus, pauca recognoscit: qui autem in multis fatuus est, multiplicauit malitiam. [11] Qui tētatus non est, qualia scit? Qui implanatus est, abundabit nequitia. [12] Multa vidi enarrando, & plurimas verborum consuetudines. [13] Aliquotiens vsque ad mortem periclitatus sum horum causa, & liberatus sum gratia dei. [14] Spiritus timentium deum quæritur: & in respectu illius benedicetur. [15] Spes enim illorum in saluantem illos, & oculi dei in diligentes se. [b] [16] Qui timet dominum, nihil trepidabit, & non pauebit, quoniā ipse est spes eius. [17] Timētis dominum beata est anima eius, [18] ad quem respicit, & quis est fortitudo eius. † [19] Oculi domini super timentes eum, protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegimē ardoris, & vmbraculum meridiani, [20] deprecatio offensionis, & adiutorium casus, exaltans animam, & illuminans oculos, dans sanitatem, & vitam, & benedictionem. † [21] Immolantis ex iniquo oblatio est maculata, & non sunt beneplacitæ subsannationes iniustorum. [22] Dominus solus sustinentibus se in via veritatis & iustitiæ. † [c] [23] Dona iniquorum nō probat altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine sacrificiorū eorum propitiabitur peccatis. [d] [24] Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in cōspectu patris sui. [25] Panis egentium, vita pauperis est: qui defraudat illum, homo sanguinis est. [26] Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. [27] Qui effundit sanguinē, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt. [28] Vnus ædificans, & vnus destruens, quid prodest illis nisi labor? [29] Vnus orans, & vnus maledicens, cuius vocem exaudiet deus? † [e] [30] Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio illius? [31] Sic homo qui ieiunat in peccatis suis, & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? Orationem illius quis exaudiet?

b. Qui deum filiali timore timet, nulla aduersa mīi humano timore vel hūmano terrebit. Vnde Christus Matt. 10. Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Dion. ibid.

c. Sacrificia impiorum ea ipsis obesunt qui offerunt impie. Augu. contra epist. Parmeni. lib. 1. cap. 6.

d. Quanta ira hæc sacrificia, & sacrificium, obtendit, quòd orbati patris dolori comparatur. Greg. Pastor. 3 parte Admoni. 10. 12.

e. Baptizatur à mortuo, & iterū tangit mortuum, qui prauā opera quæ in memipso egisse deplorat, sed in eisdem se iterum post lachrymas implicat. Greg. in registro. li. 11. Epist. 38.

† Deut. 18. Baptizatus.

Nihil à sacrificio domini minuendum, & quibus præcipuè sacrificiis est domino seruiendum. XXXV.

A VI conseruat legem, multiplicat orationem. [a] [2] Sacrificium salutare est, attendere mandatis, & discedere ab omni iniquitate, [3] & propitiationem litare sacrificiis super iniustitias: & deprecatio pro peccatis, recedere ab iniustitia. [4] Retribuet gratiā qui offert similaginem: & qui facit misericordiā, offert sacrificiū. [5] Beneplacitum est dño recedere ab iniquitate, & deprecatio pro peccatis recedere. [6] Non apparebis ante conspectum domini vacuus. [7] Hæc enim omnia ab iniustitia. † [8] Non apparebis ante conspectum domini vacuus. [9] Hæc enim omnia propter mandata dei fiunt. [b] [10] Oblatio iusti impinguat altare, & odor suauitatis est in conspectu altissimi. [11] Sacrificium iusti acceptum est, & memoriam eius nō obliuiscetur dñs. [12] Bono animo gloriam redde deo, & non minuas primitias manuum tuarū. † [13] In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas. † [14] Da altissimo secundum datū eius & in bono oculo adinuentionem facito manuū tuarum, [15] quoniam dñs retribuens est, & septies tantum reddet tibi. [16] Noli offerre munera praua: non enim suscipiet illa. [17] Et noli inspicere sacrificium iniustum, quoniam dñs est iudex: & non est apud illum gloria personæ. † [18] Non accipiet dominus personam in pauperem, & deprecationem læsi exaudiet. [c] [19] Non despicies preces pupilli, nec viduam si effundat loquelam gemitus. [20] Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? [21] A maxilla enim ascendunt vsque ad cœlum, & dominus exauditor delectabitur in illis. [22] Qui adorat deū, in oblectatione suscipietur, & deprecatio illius vsque ad nubes propinquabit. [23] Oratio humiliantis se, nubes penetrabit, & donec propinquet, non consolabitur, & non discedet donec altissimus aspiciat. [24] Et dominus non elongabit, sed iudicabit iustos, & faciet iudicium, & fortissimus non habebit in illis patientiam, vt contribulet dorsum ipsorum, [25] & gentibus reddet vindictam, donec tollat plenitudinem superborum, & sceptra iniquorum contribuet, [26] donec reddat hominibus secundum actus suos, & secundum opera Adæ, & secundum præsumptionem illius, [27] donec

a. Non nobis blādiri debemus in sacris iustorum, si in prohibitorum trāsgressione peccemus. Hie. de scitta diuinæ legis.

b. Ideo oblatio iusti fidei impinguat altare, quia ex vera charitate offertur deo tione: & ideo in conspectu dei suauis est odor, quia misericordiæ & veritatis lex refragrat ardor. Sacrificiū iusti est deo acceptū, quoniam bonorū operum eius munus est deo gratissimū. Vnde & memoriā ejus non obliuiscetur dominus: quoniam in memoria aeterna erit iust⁹, ab auditione mala non timebit. Raba. ibid.

c. Deus enim vnicuiq; subuenit secundū conditionē necessitatis suæ. Natura enim non defuit in necessariis, multo minus autē auctor naturæ. Lyra. ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iudicet iudicium plebis suæ,& oblectabit iustos misericordia sua.

Deus est orandus contra impietatem alienorum, atque ab eo petenda est misericordia filiorum. XXXVI.

a. Hic fides gentium futura prædicitur isto modo: Miserere nostri, &c. Hanc sub oppressi & precandi specie prophetiam per Iesum Christum videmus impletam, sed aduersus cõtradictores nõ tanta autoritate profertur quæ Scripta nõ sunt in canone Iudæorum. Aug. de ciuit. lib. 17. ca. 20.

SPecio̅sa misericordia dei in tempore tribulationis, quasi nubes pluuiæ in tẽpore siccitatis. [a] Miserere nostri deus omnium,& respice nos,& ostende nobis lucem miserationum tuarum, [2] & immitte timorem tuum super gentes quæ non exquisierunt te,vt cognoscant quia non est deus nisi tu,vt enarrent magnalia tua.[3] Alleua manum tuam super gentes alienas,vt videant potẽtiam tuam. [4] Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis , sic in conspectu nostro magnificaberis in eis,[5] vt cognoscant te,sicut & nos cognouimus:quia non est deus præter te dñe. [b 6] Innoua signa,& immuta mirabilia.[7] Glorifica manum,& brachium dextrum. [8] Excita furorem,& effunde iram.[9] Extolle aduersariũ,& afflige inimicum.[10] Festina tempus,& memento finis:vt enarrent mirabilia tua. [11] In ira flammæ deuoretur qui saluatur:& qui pessimant plebem tuam,inueniant perditionẽ.[12] Contere caput principum& inimicorum dicentium:Non est alius præter nos.[13] Congrega omnes tribus Iacob,& cognoscant quia non est deus nisi tu,vt enarrent magnalia tua:& hæreditabis eos sicut ab initio. [14] Miserere plebi tuæ super quam inuocatum est nomen tuũ, & Israel quem coæquasti primogenito tuo. [15] Miserere ciuitati sanctificationis tuæ Ierusalẽ,ciuitati requieui tuæ.[16] Reple Sion inenarrabilibus virtutibus tuis,& gloria c tua populum tuũ.[17] Da testimonium,quia ab initio creaturæ tuæ sunt,& suscita precationes quas locuti sunt in nomine tuo prophetæ priores.[18] Da mercedem sustinẽtibus te,vt prophetæ tui fideles inueniantur, & exaudi orationes seruorum tuorum. †c.19 Secundum benedictionem Aaron da populo tuo, & dirige nos in viam iustitiæ: vt sciant omnes qui habitant terram, quia tu es deus conspector seculorum. [20] Omnem escam manducabit venter,&est cibus cibo melior.[21] Fauces contingunt cibum, & cor insensatum verba mendacia. [22] Cor prauum dabit tristitiam,& homo peritus resistet illi.[23] Omnẽ masculum excipiet mulier,& est filia melior filia.[24] Species mulieris exhilarat faciem viri sui, & super omnem concupiscentiam hominis superducit desiderium.[25] Si est lingua curationis,& mitigationis,& misericordiæ, & non est vir illius secundum filios hominum. [26] Qui possidet mulierem bonam, inchoat possessionem:adiutorium secundum illũ est,& columna vt requies.[27] Vbi non est sepes, diripietur possessio:& vbi non est mulier,ingemiscit egens.[28] Cui credit qui non habet nidum? Et deflectens vbicunq; obscurauerit , quasi succinctus latro exiliẽs de ciuitate in ciuitatem.

b. Innoua domine signa immuta mirabilia. Nã priora quidem ipsa consuetudine voluerunt. Plane enim solita nouitas & occasus, terre fœcunditas, temporũ vicissitudo, miracula sunt, & magna miracula, sed tonies hæc videmus, vt non sit qui arrẽdat. Innoua ergo signa, & immuta mirabilia. Ecce, ait, ecce noua facio omnia. O noua miracula. Conceptus fuit sine pudore, partus sine dolore. Mutata est in virgine nostra maledictio Heuæ. Bernard. in virgil. natalis, hom. 4.

c. Quæ est ista benedictio Aaron, nisi ordo & ritus sacerdotij, quẽ dominus dedit populo suo, quãdo adunauit eum Christo vnigenito filio suo? Ipse enim est sacerdos verus, qui semetipsum obtulit hostiã pacifica nobis, & corporis & sanguinis sacramenta nobis tradidit, de quo scriptum est. Tu es sacerdos in eternũ secundũ ordinẽ Melchisedech : Qui not fecit regnũ & sacerdotes. Raba. ibid.

Nom. 6.d. Nehem. 9.6

Amicus & consiliarius discretè sunt eligendi, verbosus autem & sophista vitandi. XXXVII.

a. Omnis amicus tam verus quam falsus amicitiæ initiũ sibi attribuit : sed verus in facto, falsus in verbo cognoscitur. Vera enim amicitia durat vsque ad mortem, falsa vero ad tẽpus quia nil fallacius pestis, quam familiaris inimicus. Lyranus ibid.

A Omnis [a] amicus dicet:Et ego amicitiam copulaui,sed est amicus solo nomine amicus.Nónne tristitia inest vsque ad mortem? [2] Sodalis autem & amicus ad inimicitiã conuertentur.[3] O præsumptio nequissima, vnde creata es cooperire aridam malitia & dolositate illius? [4] Sodalis amico coniucũdabitur in oblectationibus,& in tempore tribulationi aduersarius erit. [5] Sodalis amico condolet causa vẽtris,& contra hostem accipiet scutum. [6] Non obliuiscaris amici tui in animo tuo, & non immemor sis illius in operibus tuis. [7] Noli consiliari cum socero tuo, & à zelantibus te absconde consilium. [8] Omnis consiliarius prodit consilium,sed est consiliarius in semetipso. [9] A consiliario serua animã tuam.Prius scito quę sit illius,necessitas,& ipse in animo suo cogitabit.Ne forte mittat sudem in terram, [10] & dicat tibi, Bona est via tua,& stet è contrario videre quid tibi eueniat. [11] Cum viro irreligioso tracta de sanctitate:& cum iniusto de iustitia: & cum muliere de iis quæ æmulatur: cum timido de bello: [12] cum negotiatore de traiectione : cum emptore de venditione:cum viro liuido de gratiis agendis:cum impio de pietate: cum inhonesto de honestate:

nestate:cum operario agrario de omni opere: [13] cum operario annuali de consummatione anni:cum seruo pigro de multa operatione. [14] Non attendas his in omni consilio. [b 15] Sed cum viro sancto assiduus esto, quemcunque cognoueris obseruantẽ timorẽ dei, [16] cuius anima est secundum animam tuam. Quicunq; titubauerit in tenebris,non condolebit tibi: [17] & cor boni consilij statue tecum.Non est enim tibi aliud plus illo. [18] Anima viri sancti enuntiat aliquando vera quàm septem circunspectores sedentes in excelso ad speculandum. [19] Et in his omnibus deprecare altissimum,vt dirigat in veritate viam tuam. [20] Ante omnia opera verbum verax præcedat te , & ante omnem actum consilium stabile. [21] Verbum nequam immutabit cor,ex quo partes quatuor oriuntur,bonum & malum,vita & mors: & dominatrix illorum est assidua lingua. [22] Vir peritus multos erudiuit,& animæ suæ suauis est. [c 23] Qui sophisticè loquitur,odibilis est:in omni re defraudabitur. [24] Non est enim illi data à domino gratia,omni enim sapientia defraudatus est. [25] Est sapiens animæ suæ sapiens,& fructus sensus illius laudabilis. [26] Vir sapiens plebem suam erudit,& fructus sensus illius fidelis sunt. [27] Vir sapiens implebitur benedictionibus,& videntes illum laudabũt. [28] Vita viri in numero dierum:dies autem Israel innumerabiles sunt. [29] Sapiens in populo hæreditabit honorem,& nomen illius erit viuens in æternum. [30] Fili,in vita tua tenta animam tuam:& si fuerit nequam,non des illi potestatem. †[31] Non enim omnia omnibus expediunt,& non omni animæ omne genus placet. [32] Noli auidus esse in omni epulatione,& non te effundas super omnẽ escam. [33] In multis enim escis erit infirmitas,& auiditas appropinquabit vsque ad choleram. [34] Propter crapulam multi obierunt:qui autem abstinens est,adiiciet vitam.

b. Hoc est,frequẽter illi te adiunge, & eius cõsiliis acquiescito: in quibus inuenies : quia cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Dionys. ibi.

c. Genus captiosarũ ẽdationũ scriptura hic detestatur. Quanquã certi sermonis non captiosus, sed tamẽ abundantius quàm decet verborũ ornamẽta cõfectãs, sophisticus dicitur Aug. de doctri. Christ. lib. 2. ca. 31.

Tam spirituales quàm corporales medici sunt honorandi, sed sanitas à domino per orationem & confessionem est expectanda. XXXVIII.

A Honora medicum : propter necessitatem etenim illum creauit altissimus. [2] A deo est enim omnis medela,& à rege accipiet donationem. [3] Disciplina medici exaltabit caput illius,& in conspectu magnatum collaudabitur. [4] Altissimus creauit de terra medicinam,& vir prudens non abhorrebit illam. †[5] Nonne à limo creauit de terra medicinam,& vir prudens non abhorrebit illam.† Nonne à lignum indulcata est aqua amara? [6] Ad agnitionem hominum virtus illorũ,& dedit hominibus scientiam altissimus,honorari in mirabilibus suis. [7] In his curans mitigabit dolorem,[8] & vnguentarius faciet pigmenta suauitatis, & vnctiones conficiet sanitatis,& non consummabũtur opera eius.Pax enim dei super faciem terræ. [8 9] Fili,in tua infirmitate ne despicias teipsum,sed ora dominum,& ipse curabit te. [10] Auerte à delicto,& dirige manus,& ab omni delicto munda cor tuum. [11] Da suauitatem & memoriam similaginis,& impingua oblationem,& da locum medico. [12] Etenim illum dñs creauit, & non discedat à te , quia opera eius sunt necessaria. [13] Est enim tempus quando in manus illorum incurras: [14] ipsi verò dominum deprecabuntur,vt dirigat requiem eorum,& sanitatem propter conuersationem illorum.† [15] Qui delinquit in conspectu eius qui fecit eum,incidet in manus medici. [16] Fili,in mortuum produc lachrymas,& quasi dira passus incipe plorare, & secundũ iudicium contege corpus illius,& non despicias sepulturam illius. [17] Propter delaturam autem amarè fer luctum illius vno die,[18] & consolare propter tristitia,& fac luctum secundum meritum eius vno die vel duobus,propter detractionẽ.† [19] A tristitia enim festinat mors,& corrit virtutem,& tristitia cordis flectit ceruicem. [20] In abductione permanet tristitia,& substantia inopis secundum cor eius. [21] Ne dederis in tristitia cor tuum,sed repelle eam à te,& memento nouissimorum, [22] & noli obliuisci. Neque enim est conuersio: & huic nihil proderis,& teipsum pessimabis. [23] Memor esto iudicij mei:sic enim erit & tuum.Mihi heri,&tibi hodie. [24] In requie mortui requiescere fac memoriam eius, & consolare illum in exitu spiritus sui. [b 25] Sapientiam scribe in tempore vacuitatis:& qui minoratur actu,sapientiam percipiet,quia sapientia replebitur. [26] Qui tenet aratrum, & qui gloriatur in iaculo , stimulo boues agitat , & conuersatur in operibus

a. Febricitãti,& medicos cũ vocamus, cubiculũ certum tribuimus, & medicinæ legibus parere impellimur quas si negligimus, & irascimur, & culpe apponimur qui eos medicorũ præceptis viuere cogãt. Quòd si magni pretij op⁹ medicina fuerit, libẽter impẽdimus, & medici ipsis nõ parum mercedẽ deponimus. Quando verò nos ipsi egrotamus, semper est iste anima ægrotans, ne medicũ quidẽ accurrere voluntas, nullas pecunias impẽdere, nihil pœnit⁹ præstare, sed quasi publico quodã inimico & hoste nostro iacẽte hẽ anima laborat effœtior. Chrysost. in 13. cap. Matth. homil. 51.

b. Ergo sapientiæ otia, negotia sunt: & qui otiosior sapientia, eo exercitatior in genere suo. E regione vir⁹ exercitata clarior est, nec; probatior, quo officiosior. Et si quis sapientiæ virginis amorem deposuerit, nõ verò deuare videbitur. Vbi autẽ amor est, labor nõ est, sed sapor. Et forte à sapore sapientia denominatur, quòd virtuti accedens quoddã velut condimentum sapida reddat , quæ per se insulsa & aspera quo dammodo videbãtur. Bernar. super Cantic. Ser. 85.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eorum,& narratio eius in filiis taurorũ.[27] Cor suum dabit ad versandos sulcos,& vigilia eius in sagina vaccarũ.[28] Sic omnis faber & architectus qui nocte tanquã diem transigit,qui sculpit signaculo sculptilia,& assiduitas eius variat picturam. Cor suũ dabit in similitudinẽ picturæ,& vigilia sua perficiet opus.[29] Sic faber ferrarius sedens iuxta incudẽ,& considerans opus ferri. Vapor ignis vret carnes eius,& in calore fornacis concertatur.[30] Vox mallei innouat aurem eius, & cõtra similitudinem vasis oculus eius.[31] Cor suum dabit in cõsummationem operum , & vigilia sua ornabit imperfectionem.[32] Sic figulus sedens ad opus suum,cõuertens pedibus suis rotam,quia in solicitudine positus est semper propter opus suum,& innumera est omnis operatio eius. [33] In brachio suo formabit lutum , & ante pedes suos curuabit virtutem suã. [34] Cor suum dabit vt consummet linitionem,& vigilia sua mundabit fornacẽ.[35] Omnes hi in manibus suis sperauerunt,& vnusquisq; in arte sua sapiẽs est.[36] Sine his omnibus non ædificatur ciuitas,& non inhabitabunt,nec inambulabunt,& in ecclesiam non transilient.[37] Super sellam iudicis non sedebunt, & testamentum iudicij non intelligent,neq; palàm facient iudicium & disciplinam, [38] & in parabolis non inueniẽtur,sed creaturam æui confirmabunt:[39] & deprecatio illorum in operatione artis:accommodantes animas suas,& conquirentes in lege altissimi.

Sapiens in bonis proficere non cessat, malis autem omnia in malum cooperantur. XXXIX.

A

a Philosophia est rerũ diuinarum pariter & humanarum scientia. Nouit igitur & quæ sunt humana,& quæ sunt diuina. Habes oracula dei. Nemo te docebit, quẽadmodũ illa: Audire obtecto sæculares omnes. Comparate vobis bibliã, animã pharmica . Si nihil aliud vel is, vel nouum testamẽtum acquirite, Apostolorũ Acta, euangelia, cõtinuos ac tedulos doctores. Si occiderit mœstitia, hæc veluti ad apotecam pharmacorum accumbite. Chrys.in 3. ca. epist. ad Colossen.hom. 9. b. Vbi dominus fidelẽ, doctorem & diligẽtem cœlestis sapiẽtiæ exquisitorẽ ipsũ intelligẽtiæ,vt sciat quãdo & vbi, & quomodo diuina eloquia proferre debeat. Ipsumque diriget propositũ bonæ voluntatis & disciplinam rectæ conuersationis suæ,& externa instauratione illum cõsolatur ac roborat,vt diuinorum testamẽtorum præcepta inter aduersa mundi fiducialiter prædicare valeat.Rabanus ibid.

[1] Sapientiam[a] omnium antiquorum exquiret sapiens , & in prophetis vacabit. [2] Narrationem virorum nominatorum conseruabit,& in versutias parabolarum simul introibit.[3] Occulta prouerbiorum exquiret,& in absconditis parabolarũ conuersabitur.[4] In medio magnatorum ministrabit,& in conspectu præsidis apparebit,[5] & in terram alienigenarum gentiũ pertransiet.Bona enim & mala in omnibus tentabit.[6] Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad dominum qui fecit illũ, & in conspectu altissimi deprecabitur. [7] Aperiet os suum in oratione,& pro delictis suis deprecabitur.[b] [8] Si enim dñs magnus voluerit,spiritu intelligentiæ replebit illũ, [9] & ipse tanquam imbres mittet eloquia sapientiæ suæ:& in oratione cõfitebitur domino. [10] Et ipse diriget consilium eius & disciplinam,& in absconditis suis consiliabitur.[11] Ipse palàm faciet disciplinam doctrinæ suæ:& in lege testamenti domini gloriabitur.[12] Collaudabunt multi sapientiam eius,& vsq; in seculũ non delebitur.[13] Nõ recedet memoria eius,& nomen eius requiretur à generatione in generationẽ.† [14] Sapientiam eius enarrabunt gentes,& laudem eius enuntiabit ecclesia.[15] Si permanserit nomen eius,derelinquet plus quàm mille:& si requieuerit,proderit illi.[16] Adhuc cõsiliabor vt enarrẽ:vt furore enim repletus sum. [17] In voce dicit : Obaudite me diuini fructus,quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificate.[18] Quasi Libanus odorem suauitatis habete.[19] Florete flores quasi lilium,& date odorẽ,& frondete in gratiam,& collaudate canticum,& benedicite dominũ in operibus suis.[20] Date nomini eius magnificentiam,& confitemini illi in voce labiorum vestrorum,& in canticis labiorum & citharis,& sic dicetis in confessione:† [21] Opera domini vniuersa bona valde.[22] In verbo enim eius stetit aqua sicut congeries,& in sermone oris illius sicut exceptoria aquarum:[23] quoniam in præcepto ipsius c placor fit,& non est minoratio in salute ipsius.[24] Opera omnis carnis coram illo,& non est quicquam absconditum ab oculis eius.[25] A seculo vsq; in seculum respicit,& nihil est mirabile in cõspectu eius. [26] Non est dicere:Quid est hoc,aut quid est illud?omnia enim in tempore suo quærentur.[27] Benedictio illius quasi fluuius inundabit: † & quomodo cataclysmus aridam inebriauit,sic ira ipsius gentes quæ non exquisierũt eum,hæreditabit:† [28] Quomodo conuertit aquas in siccitatem, [29] & siccata est terra , & viæ illius viis illorum directæ sunt , sic peccatoribus offensiones in ira eius. [30] Bona bonis creata sunt ab initio , sic nequissimis bona & mala. † [31] Initium necessariæ rei vitæ hominum, aqua,ignis,& ferrum,sal,lac,& panis similagineus, & mel, & botrus vuæ,& oleum, & vestimentũ.[32] Hæc omnia sanctis in bona,sic & impiis & peccatoribus in mala cõuertẽtur. [d] [33] Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt,& in furore suo confirmauerunt tormenta sua. Et in tempore consummationis effundent virtutem : & furorem eius qui fecit illos,confundent.† [34] Ignis grando,fames,& mors:omnia hęc ad vindictam creata sunt,[35] bestiarum dentes,& scorpij,& serpentes,[36] & romphæa vindicans in exterminium impios.[37] In mandatis eius epulabuntur,& super terrã in necessitate præparabuntur,& in temporibus suis non præterient verbum. [38] Propterea ab initio confirmatus sum,& consiliatus sum,& cogitaui,& scripta dimisi. † [39] Omnia opera domini bona,& omne opus hora sua subministrabit.[40] Non est dicere: Hoc illo nequius est.Omnia enim in tempore suo comprobabuntur.[41] Et nũc in omni corde & ore collaudate & benedicite nomen domini.

d. Scilicet dæmones quos deus prima & directa intẽtione creauit ad gloriam & salutem,& bonos condidit eos.Sed quia eorũ ruinã & improbã voluntatẽ præsciuit,hæc quasi cõmunicantes & beneficiaria institutione creauit eos ad vindictam, & ad hoc quòd sua iustitia per eorum iusta dilectione & pœna relucear,& vt vindictam dei pro suis excessibus patiantur. Et licet vt per eorũ obsequium impij homines terreantur,qui seipsos spõte per peccata subiiciunt dæmonibus .Dion.ibi.

Miseriæ hominis ex peccato originali sequentes, & iustorum à dei timore benedictiones. XL.

A

a Quod est hoc graue iugũ nisi peccatũ? & quare dicit ill iugum,nisi quia ex duobus Adam & Heua veniũt? vel duorum premit & cõterat colla ? id est masculi & fœminæ, malorũ videlicet: atque impiorũ: quia id vtrumq; sexu iugũ est. Aug. contra Pelagia. Hypog.li.5

[1] Occupatio magna creata est omnibus hominibus,[a] & iugum graue super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum,vsq; in diem sepulturæ in matrem omnium.[2] Cogitationes eorum &timores cordis,adinuentiones expectationis,& dies finitionis [3] residentes super sedem gloriosam,vsque ad humiliatum in terram & cinerem:[4] ab eo qui vtitur hyacintho,& portat coronam , vsq; ad eũ qui operitur lino crudo.[5] Furor,zelus,tumultus,fluctuatio,& timor mortis,iracundia perseuerans,& contentio,[b] & in tẽpore refectionis in cubili somnus noctis immutat scientiam eius.[6] Modicum autem tanquam nihil in requie,& ab eo in somnis quasi in die respectus.[7] Conturbatus est in visu cordis sui,tanquam qui euaserit in die belli.In tẽpore salutis suæ exurrexit,& admirans ad nullum timorem[8] cum omni carne ab homine vsq; ad pecus,& super peccatores septuplum.† [9] Ad hæc mors,sanguis, contentio,& romphæa,oppressiones,fames,& contritio, & flagella, [10] super iniquos creata sunt hæc omnia,& †propter illos factus est catalysmus.† [11] Omnia enim quę de terra sunt,in terram conuertentur:& †aquæ omnes in mare conuertentur.[12] Omne munus & iniquitas delebitur,& fides in seculum stabit.[13] Substãtiæ iniustorum sicut fluuius siccabuntur,& sicut tonitruum magnum in pluuia personabunt.[14] In aperiendo manus suas lætabitur,sic præuaricatores in consummatione tabescent.[c] [15] Nepotes impiorũ non multiplicabunt ramos,& radices immundæ super cacumen petræ sonant. [16] Super omnem aquam viriditas, & ad oram fluminis ante omne fœnum euelletur. [17] Gratia sicut paradisus in benedictionib[9],& misericordia in seculo permanet.[18] Vita sibi sufficientis operarij condulcabitur, & in ea inuenies thesaurũ. [19] Filij ædificatio ciuitatis confirmabit nomen , & super hanc mulier immaculata computabitur. [20] Vinum & musica lætificant cor,& super vtraque dilectio sapiẽtiæ.[21] Tibiæ & psalterium suauem faciunt melodiam,& super vtraque lingua suauis. [22] Gratiam & speciem desiderabit oculus tuus , & super hoc virides sationes. [23] Amicus & sodalis in tempore conuenientes,& super vtrosque mulier cum viro.[24] Fratres in adiutoriũ in tempore tribulationis,& super eos misericordia liberabit.[25] Aurum & argentum est constitutio pedum,& super vtrunque cõsilium beneplacitum.[26] Facultates & virtutes exaltant cor,& super hæc timor dñi.[27] Nõ est in timore domini minoratio,& nõ est in eo inquirere adiutorium.[28] Timor domini sicut paradisus benedictionis,& super omnem gloriam operuerunt illum:[d] [29] Fili in tẽpore viæ tuæ ne indigeas.Melius est enim mori,quam indigere.[30] Vir respiciens in mensam alienam,non est vita eius in cogitatione victus. Alit enim animam suam cibis alienis. [31] Vir autem disciplinatus & eruditus custodiet se,[32] In ore imprudentis condulcabitur inopia,& in ventre eius ignis ardebit.

b. Temp[9] refectionis dicit tẽpus remunerationis,quã do corpore cõdito in cubiculo sepulchri,anima locũ pœnalibꝫ prẽ peccatis suis deputatur. Tunc omnium mortis immutat scientiam eius:quia longe aliter tunc sentit de actibus suis,quàm ante in hac vita sentiebat: quia tunc omnia manifesta buntur quæ prius fuerant occulta , atque à malignis spiritibus ei in memoriam reducuntur,quę hic neglegebantur,aut oblioni tradebantur.Raban.ibi.

c. Quid est igitur quòd videmus impios quotidie prosperari, senescere,& sobole abundare per generationũ successiones quàm plurimas? iuxta illud Psal. 142. Quorum filij sicut nouellæ plantationes. Filia eorum compositæ,perpetuitatis expertes plenæ &c.Respondendũ est , quòd sicut omnipotẽs iustos pius & sapiens deus peccata regnorum sustinet ad tempus , quousque mẽsuram iniquitatis suæ impleuerint. Vnde in Genesi ait ad Abraham:Nondum cõplete sunt iniquitates Amorrhęorũ, qua iniquitas mẽsura completa mox punietur.Diony.ibid.

d. Admonet nos sapiẽtia id ne per otiositatem perdamus tempꝰ nobis indultũ, sed magis laboremus recte credendo,intrare per legẽ dei medicando, atque bene operando, vt hic habeamus opes virtutum,& in futuro requiem æternam. Melius est enim à præsenti vita citò decedere,quàm hic diu miserabiliter viuere:quia otiosos diuturni tempores maiorem in tormentis habebit vindictam.Raba.ibid.

Mortis memoria quo pacto sit animo reuocanda, & ad illam digne suscipiendam quæ sint sequenda,& quæ fugienda. XLI.

D

†Isa.40.b.

†Sup.eo c.

B

†Sup.39.d.

†Gene.7.b. 11.Infr.44.b. 39.q.2. ca.in ecclesia. †Eccl.1.b.

C

†Isa.44.c.

†Gene.1.d. Mat.7.d.

†Gen.7.d †Eccle.1.c.

†Sup.28.d.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Cum earum diuitiarum copiam præparatã in sepulturis habearis, plurimæque vobis et deliciarum & gloriarum occasiones suppetãt, iracundiæ, & indignationi fortis quid ærumnæ non sufficient vt eis frui valeatis? id circo quoque mortẽ perhorrescitis, vosque miserabiliores contemnit Christus aduersus vitiosæ vitæ amatores monast. vitæ.

MOrs, [a] quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis, [2] viro quieto, & cuius viæ directæ sunt in omnibus: & adhuc valéti accipere cibũ. [3] O mors, bonũ est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus, defecto ætate, [4] & cui de omnibus cura est, & incredibili, qui perdit sapientiam. [5] Noli metuere iudicium mortis. Memento quæ ante te fuerunt, & quæ superuentura sunt tibi, hoc iudicium à domino omni carni, [6] & quæ superuenient tibi in beneplacito altissimi, siue decem, siue centum, siue mille anni. [7] Nõ est enim in inferno accusatio vitæ. [8] Filij abominationũ filij peccatorum, & qui cõuersantur secus domos impiorum. [9] Filiorum peccatorum periet hæreditas, & cum semine illorum assiduitas opprobrij. [10] De patre impio querũtur filij, quoniam propter illum sunt in opprobrio. [11] Vę vobis viri impij, qui dereliquistis legem dñi altissimi. [12] Et si nati fueritis, in maledictione nascemini: & si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra. †[13] Omnia quæ de terra sunt, in terram conuertentur: sic impij à maledicto in perditionem. [b] [14] Luctus hominum in corpore ipsorum, nomen autem impiorum delebitur. [15] Curã habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri magni & pretiosi. [16] Bonæ vitæ numerus dierum, bonum autem nomẽ permanebit in æuum. [17] Disciplinam in pace conseruate filij. † [18] Sapientia enim abscondita, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque? † [19] Melior est homo qui abscondit stultitiam suam, quàm homo qui abscondit sapientiam suam. [20] Veruntamen reuertimini in iis quæ procedunt de ore meo. Non est enim bonum omnem irreuerẽtiam obseruare, & nõ omnia omnibus bene placent in fide. [21] Erubescite à patre & à matre de fornicatione, & à præsidente & à potente de mẽdacio: [22] à principe & à iudice de delicto, à synagoga & plebe de iniquitate, [23] à socio & amico de iniustitia: & de loco in quo habitas, [24] de furto, de veritate dei, & testamento, de discubitu in panibus, & ab obfuscatione dati & accepti, [25] à salutantibus de silentio, à respectu mulieris fornicariæ, & ab auersione vultus cognati. [26] Ne auertas faciem à proximo tuo, & ab auferẽdo partem, & non restituendo. [27] Ne respicias mulierem alieni viri, & ne scruteris ancillam eius, neque stteteris ad lectum eius. [28] Caue ab amicis de sermonibus improperij, & cum dederis, ne improperes.

Secreta celanda, personarum acceptio vitanda, filia custodienda, & mulierum consortia aspernanda. XLII.

a Duplicat sermonem auditus ex reuelatione sermonis absconditi, qui mystica verba diuinæ legis audet maculare sermone peruersã dogmatis & simplicẽ fidei catholicæ veritatẽ in vanũ corrũpendo. verterẽ errorem. Hoc quoniã nouũ fit scripturæ manifestat, dicens, Abominatio domini cogitationes malæ, sermones pulchri eorum firmabitur ab eo. Rabanus. ibid.

NOn [a] duplices sermonem auditus de reuelatione sermonis absc̃oditi, & eris verè sine cõfusione, & inuenies gratiã in cõspectu omniũ hominũ. Ne pro his omnibus cõfundaris, † & ne accipias personã vt delinquas. [2] De lege altissimi, & testamẽto, & de iudicio iustificare impiũ, [3] de verbo sociorum & viatorũ, & de datione hæreditatis amicorum, [4] de æqualitate stateræ & ponderum, de acquisitione multorum & paucorum, [5] de corruptione emptionis & negotiatorum, & de multa disciplina filiorum, & seruo pessimo latus sanguinare. [6] Super mulierem nequam, bonũ est signũ. [7] Vbi manus multę sunt, claude: & quodcũque trades, numera & appende: datum vero & acceptum omne describe. [8] De disciplina insensati & fatui, & de senioribus qui iudicantur ab adolescentibus, & eris eruditus in omnibus, & probabilis in conspectu omnium virorũ. [9] Filia patris abscondita est, vigilia & solicitudo eius aufert somnum, ne forte in adolescentia sua adultera efficiatur, & cum viro commorata odibilis fiat: [10] nequando polluatur in virginitate sua, & in paternis suis grauida inueniatur, ne forte cum viro commorata transgrediatur, aut certe sterilis efficiatur. † [11] Super filiam luxuriosam confirma custodiam, nequando faciat te in opprobrium venire inimicis, à detractione in ciuitate, & obiectione plebis, & confundat te in multitudine populi. [12] Omni homini noli intẽdere in specie, & in medio mulierum noli commorari. [b] [13] De vestimentis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri. [14] [c] Melior est enim iniquitas viri, quã benefaciens mulier, & mulier confundens in opprobrium. [15] Memor ero igitur operum domini, & quæ vidi annuntiabo.

b Morbos aspides sibilantes, & mulier fundit cõcupiscentiæ pestilentiam. Cyprya. de ũgulartia clericorum. c Quia nõnunquam etiam coniux fortium occasio virtutis fit, & virtutes infirmorũ occasio occasi, vnde & fortes quique & discretæ dicuntur, mulier vero mens infirma & indiscreta vocatur. Gre. Mora. li. 11. c. 10.

tiabo. In sermonibus domini opera eius. [16] Sol illuminans per omnia respexit, & gloria domini plenum est opus eius. [17] Nónne dñs fecit sanctos enarrare omnia mirabilia sua, quæ confirmauit dominus omnipotens stabiliri in gloria sua? [18] Abyssum & b & cor hominum inuestigauit, & in astutia eorum excogitauit. [19] Cognouit enim dominus omnem scientiam, & inspexit in signum æui, annuntians quæ præterierunt, & quæ superuentura sunt, reuelans vestigia occultorũ. [20] Non præterit illum omnis cogitatus, & non absc̃odit se ab eo vllus sermo. [21] Magnalia sapiẽtiæ suæ decorauit, quæ est ante seculũ & vsq; in seculum, [22] neq; adiectum est neq; minuentur, & nõ eget alicuius consilio. [d] [23] Quàm desiderabilia omnia opera eius, & tanquam scintilla quę est considerare. [24] Omnia hæc viuunt & manent in seculum, & in omni necessitate omnia obaudiunt ei. [25] Omnia duplicia, vnum contra vnũ, & non fecit quicquam deesse. Vniuscuiusque confirmabit bona. [26] Et quis satiabitur videns gloriam eius?

d Quàm magnalia & desiderabilia opera dei cõsonit cõsiderare tanquã scintillã, id est modicum quid respectu incircũscriptibilis creatoris: vel tanquam scintillam, quia nec multũ clarè ea cognoscimus, nec omnia. Dionys. ibid.

In cœlorum ornatu & pulchritudine eminentia creatoris & gloria relucet, in cuius laude nemo sufficit. XLIII.

a Sol iste qui oritur timentibus deũ, in aspectu, hoc est in præsentia incarnationis suæ euangelizauit regnum dei. Cuius naturæ magnitudo laris admirabilis est, quod non ex viri ingenio, sed ex omnipotentis virtute verbi eius facta est, & habitauit in nubis. In cõspectu ardoris eius quis poterit sustinere? quia nullus corporalibus oculis diuinitatis eius splẽdorẽ potuit sustinere. Ideo humana natura iudicata, vt fragilitas hominũ splendaret aliquo modo potuisset sufferre diuinum. Rabanus ibid.

A ALtitudinis firmamentũ pulchritudo eius, species cœli in visione glorię. [2] Sol in aspectu annuntiãs in exitu, vas admirabile opus excelsi, [3] in meridiano exurit terram, & in cõspectu ardoris eius quis poterit sustinere? Fornacẽ custodiens in operibus ardoris. [4] Tripliciter sol exurens montes, radios igneos exufflans, & & refulgens radiis suis obcæcat oculos. [5] Magnus dñs qui fecit illum, & in sermonibus eius festinauit iter, [6] & Luna in omnibus in tempore suo, ostensio temporis, & signum æui. [7] A Luna signum diei festi, luminare quod minuitur in consummatione. [8] Mensis secundũ nomen eius est crescens mirabiliter in cõsummationẽ. [9] Vas castrorum in excelsis, in firmamento cœli resplẽdens glorioscẽ. [10] Species cœli gloria stellarum in excelsis, in firmamento cœli resplẽdens dñs. [11] In verbis sancti stabunt ad iudicium, & B rum, mundum illuminans in excelsis dñs. [12] In verbis sancti stabunt ad iudicium, & †Genes. 9. b. non deficient in vigiliis suis. † [12] Vide arcum, & benedic eum qui fecit illum. Valde speciosus est in splẽdore suo. [13] Gyrauit cœlum in circuitu gloriæ suæ, [b] manus excelsi aperuerunt illum. [14] Imperio suo accelerauit niuẽ, & accelerat coruscationes emittere iudicij sui. [15] Propterea aperti sunt thesauri, & euolauerũt nebulæ sicut aues. [16] In magnitudine sua posuit nubes, & confracti sunt lapides grandinis. [17] In cõspectu eius commouebuntur montes, & in voluntate eius aspirauit notus. [18] Vox tonitrui eius verberauit terram, tempestas aquilonis & congregatio spiritus, [19] & sicut auis deponens ad sedendum aspergit niuem, & sicut locusta demergens descensus eius. [20] Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus, & super imbrem eius expauescit cor. [21] Gelu sicut sale effundet super terram, & dum gelauerit, fiet tanquam cacumina tribuli. [22] Frigidus ventus aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua. Super omnem cõgregationẽ aquarum requiescet, & sicut lorica induet se aquis. [23] Et deuorabit mõtes, & exuret desertum, & extinguet viride sicut ignem. [24] Medicina omnium in festinatione nebulæ: & ros obuians ab ardore venięti, humilem efficiet eum. [25] In sermone eius siluit ventus, & cogitatione sua placauit abyssum, & planauit illum dominus Iesus. [26] Qui nauigant mare, enarrant pericula eius, & audiẽtes auribus nostris admirabimur. [27] Illic pręclara opera & mirabilia varia bestiarum genera, & omnium pecorũ, & creatura beluarum. [28] Propter ipsum confirmatus est itineris finis, & in sermone D eius composita sunt omnia. [c] [29] Multa dicimus, & deficiemus in verbis: cõsummatio autẽ sermonum ipse est in omnibus. [30] Gloriãtes ad quid valebimus? Ipse enim omnipotẽs super omnia opera sua. † [31] Terribilis dñs & magnus vehementer, & mirabilis potentia ipsius. [32] Glorificantes dñm quantũcunque potueritis, superualebit adhuc, & admirabilis magnificentia eius. † [33] Benedicentes dominum exaltate illum quantũ potestis: maior est enim omni laude. [34] Exaltantes eum replemini virtute. [35] Ne laboretis: non enim comprehẽdetis. Quis videbit eum & enarrabit? & quis magnificabit eum sicut est ab initio? [36] Multa abscondita sunt maiora his: pauca enim vidimus operum eius. [37] Omnia autem dominus fecit, & piè agentibus dedit sapientiam.

[Psal. 97. a.]

[Psal. 107. a.]

† Sap. 13. b.

b Hoc est, virtus dei & sapientia infallibilis repræsentauerunt & apparere fecerunt arcum in aspectu hominum, non solũ vt esset effectus naturalis, sed etiam secũdum quod ex institutione & ordinatione diuina est signũ fœderis inter deũ & homines, quòd vltra nõ delebitur genus humanum aquis vniuersalis diluuii, sicut factum est tẽpore Noe. Dionys. ibid.

c Omnis locutio parua est in cõparatione gloriæ eius, & omnis lingua egena verbis, nec sufficit ad enarrandum virtutẽ eius, quia inestimabilis & ineffabilis admirari & effari à quoquã nõ potest. Ipse cõsummatio termonum nostrorum est, bene & cõditor naturæ sufficit. Raba. ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad virtutum opera per virtutes hortamur, in quorum ministeriis deus ante legem maximè commendatus est. XLIIII.

a. Cum gloria sic clara cum laude notitia, manus est aliquem cum gloria laudare, quàm laude & honore tantum afficere. Itaq; author intēdit hic laudare præcipue patriarchas & prophetas. Dio. ibid.

IAudemus[a] viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua. [1] Multam A
gloriam fecit dominus magnificentia ſua à ſeculo. [2] Dominantes in poteſta-
tibus ſuis, homines magni virtute & prudentia ſua prædíti, nūtiantes in pro-
phetis dignitatem prophetarum, [3] & imperantes in præſenti populo, & virtute pru-
dentiæ populis ſanctiſſima verba. [4] In pueritia ſua requirentes modos muſicos, & nar-
rantes carmina ſcripturarum. [6] Homines diuites in virtute, pulchritudinis ſtudiū ha-
bētes, pacificantes in domibus ſuis. [7] Omnes iſti in generationibus gētis ſuæ gloriam
adepti ſunt, & in diebus ſuis habentur in laudibus. [8] Qui de illis nati ſunt, reliquerunt B Sup.39.b.
nomē narrandi laudes eorum. [9] Et ſunt quorum nō eſt memoria. Perierunt quaſi qui
nō fuerint, & nati ſunt quaſi nō nati, & filij ipſorum cum ipſis. [b] [10] Sed illi viri miſe-
ricordiæ ſunt, quorum pietates non defecerunt. [11] Cum ſemine eorum permanēt bo-
na, hæreditas ſancta nepotes eorum. [12] Et in teſtamentis ſtetit ſemen eorum, & filij eo-
rum propter illos vſque in æternum manent. [13] Semen eorum & gloria eorum non
derelinquetur. [14] Corpora ipſorum in pace ſepulta ſunt, & nomen eorum viuet in ge-
nerationem & generationem. † [15] Sapientiam ipſorum narrent populi, & laudem eo- c †Sap.10.b.
rum nuntiet eccleſia. † [c] [16] Enoch placuit deo, & tranſlatus eſt in paradiſum, vt det gē- †Gene.5.c.
tibus ſapientiam. † [17] Noë inuentus eſt perfectus, iuſtus, & in tēpore iracundiæ factus Hebr.11.a.
eſt reconciliatio. [18] Ideo dimiſſum eſt reliquum terrę, cum factum eſt diluuiū. † [19] Te- †Ge.6.b.7.a
ſtamēta ſeculi poſita ſunt apud illum, ne deleri poſſit diluuio omnis caro. † [20] Abra- Hebr.11.b.
hā magnus pater multitudinis gentium, & non eſt inuentus ſimilis illi in gloria. Qui †Gene.5.a
conſeruauit legē excelſi, & fuit in teſtamento cum illo. † [21] In carne eius ſtare fecit te- †Gene.17.a
ſtamentum, & in tentatione inuētus eſt fidelis. † [22] Ideo iureiurando dedit illi gloriā D †Gene.12.d
in gente ſua, creſcere illum quaſi terræ cumulum, [23] & vt ſtellas exaltare ſemē eius, & †Gene.15.a
hæreditare illos à mari vſq; ad mare, & à flumine vſque ad terminos terræ. † [24] Et Iſaac Gala.3.b.
fecit eodē modo propter Abraham patrem eius. † [25] Benedictionem omnium gentiū †Gen.22.c
dedit illi dñs, & teſtamentum ſuum confirmauit ſuper caput Iacob. [26] Agnouit eum
in benedictionibus ſuis, & dedit illi hæreditatem, & diuiſit illi partē in tribubus duo-
decim. [27] Et conſeruauit illi homines miſericordiæ, inuenientes gratiam in oculis
omnis carnis.

b. Sunt enim hi planè viri misericordiæ, hoc quasi misericordiam cōsecuti sunt, sine qua misericordia plenā, seu quia misericordiæ à deo nobis donati sunt. Bern. Serm. 3. de Apostolis.

c. Enoch sine morte per totius pene seculi cōpendium vertens ab hominum conuersatione euolauit, vt in eo qualiter si homines non peccarent, generata prole cōmutarentur in vitam ipsi rituales sine morte adepturi. Sed licet hoc ita obseruatum sit tēpore adhuc vitæ, mortis tamē debitū, quod omnes in Adam sumpsimus vitare non poterit. Aug. de mirabilibus sac. scrip. lib. 2. c. 3.

Laudes patrum sub lege scripta Moysi, Aaronis, & Phinees. XLV.

a. Sicut in Numeris legitur: Erat Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. Misericordia itaque reddit hominem cunctis amabilē, prout dictum est supra: Fili in mansuetudine opera tua perfice, & super gloriā hominem diligeris. Dio. ibid. b. Neque enim hominibus sine lenitate, non plus quā deo sine fide placere potuisse ēō. Merito sine ip his nil monemur esse parati, quibus & deo cōcedamur, et in maiestatem visuri sumus (& nobis inuicem, vt in nobis eum pariter videamus. Bernar. in vigilia Natalis do. Ser. 5.

c. Per hanc auream sacerdotis summi coronā intelligitur lamina illa aurea in qua nomē domini tetragrammaton sanctū scriptum fuit expressum & sculptum, quæ lamina posita fuit supra mitram pōtificis: sic tamē, quod pars eius inferior dependendo descēdebat vsque ad Pontificis frontem. Dion. ibidem.

Ɛlectus[a] deo & hominibus Moyſes, cuius memoria in benedictione eſt. † [2] Si- A †Exod.11.a
milem illum fecit in gloria ſanctorum, & magnificauit eum in timore inimi- †Exo.4.f.b
corū, & in verbis ſuis monſtra placauit. † [3] Glorificauit illū in conſpectu Re- †Exod.16.c
gum, & iuſſit illi coram populo ſuo, & oſtēdit illi gloriam ſuam. † [b] [4] In fide & lenita-
te ipſius ſanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne. [5] Audiuit enim eū & vocē †Exod.19.a
ipſius, & induxit illum in nubem. † [6] Et dedit illi cor ad præcepta & legem vitæ & di- †Exod.4.d.
ſciplinæ, docere Iacob teſtamentū ſuum, & iudicia ſua Iſrael. † [7] Excelſum fecit Aarō
fratrē ſuum, & ſimilem ſibi de tribu Leui. [8] Statuit illi teſtamētum æternum, & dedit
illi ſacerdotium gentis, & beatificauit illum in gloria. [9] Et circuncinxit eum zona iu- B †Exod.28.f
ſtitiæ, & induit eum ſtolam gloriæ, & coronauit eum in vaſis virtutis. † [10] Circumpe-
des & femoralia & humerale [11] poſuit ei, & cinxit illum tintinnabulis aureis plurimis
in gyro, dare ſonitum in inceſſu ſuo, auditum facere ſonitum in templo in memoriā
filiis gentis ſuæ. [12] Stolam ſanctam auro & hyacintho & purpura, opus textile viri ſa-
pientis iudicio & veritate prædíti. [13] Torto cocco opus artificis, gemmis pretioſis fi-
guratis in ligatura auri, & opere lapidarij ſculptis in memoriam, ſecundum numerū
tribuum Iſrael. [c] [14] Corona aurea ſuper mitram eius, expreſſa ſigno ſanctitatis, gloria
honoris, & opus virtutis, deſiderio oculorum ornata. [15] Sic pulchra ante ipſum non
fuerunt talia vſq; ad originem. [16] Non eſt indutus illa alienigena aliquis, ſed tantùm
filij

†Leui.8.b C filij ipſius ſoli, & nepotes eius per omne tempus. [17] Sacrificia ipſius conſummata ſunt
igni quotidie. † [18] Cōpleuit Moyſes manus eius, & vnxit illum oleo ſancto. [19] Factū
eſt illi in teſtamentū æternum, & ſemini eius ſicut dies cœli, fungi ſacerdotio, & ha-
bere laudē, & glorificare populū ſuum in nomine ſuo. [20] Ipſum elegit ab omni viuē-
te offerre ſacrificium deo, incenſum & bonum odorem, in memoriā placere pro po-
pulo ſuo. [21] Et dedit illi in præceptis ſuis poteſtatem, in teſtamentis iudiciorum do-
†Num.16.a cere Iacob teſtimonia, & in lege ſua lucē dare Iſrael. † [d] [22] Quia cōtra illum ſteterunt
alieni, & propter inuidiā circundederunt illum homines in deſerto, qui erant cū Da-
than & Abirō, & cōgregatio Core in iracūdia. [23] Vidit dominus deus, & non placuit
illi, & cōſumpti ſunt in impetu iracundiæ. [24] Fecit illis mōſtra, & conſumpſit illos in
flāma ignis. [25] Et addidit Aaron gloriā, & dedit illi hæreditatem, & primitias frugum
D terræ dimiſit illi. [26] Panem ipſis in primis parauit in ſatietatem, nam & ſacrificia do-
†Num.25.c mini edēt, quę dedit illi & ſemini eius. [27] Cæterū inter gētes non hæreditabit: & pars
1.Macc.2.f nō eſt illi in gēte. Ipſe eſt enim pars eius & hæreditas. † [28] Phinees filius Eleazari ter-
tius in gloria, & imitādo eū in timore domini, [29] & ſtare in reuerētia gētis, in bonita-
te & alacritate animæ ſuæ placuit deo Iſrael. [30] Ideo ſtatuit illi teſtamentum pacis, &
principem ſanctorū, & gētis ſuę, vt ſit illi & ſemini eius ſacerdotij dignitas in ęternū.
[31] Et teſtamentū Dauid Regi filio Ieſſe de tribu Iuda, hæreditas ipſi & ſemini eius, vt
daret ſapientiam in cor noſtrum iudicare gentem ſuam in iuſtitia, ne abolerentur bo
na ipſorum, & gloriam ipſorum in gentem eorum æternam fecit.

d. Seditionem vero Dathā Core & Abiron, qui cōtra Moysen & Aaron excitauerunt, & ob hoc vindictā in eos à domino prolata est, liber Numerorum. cap. 16. manifestissime declarat. In quib* mystice demōstratur* hi qui hæreses & schismata facere conantur, & multos secum trahendo decipiunt, contendere sacerdotes Christi, & se à clero eius plebisq; iocunde segregēs constituere audent ecclesias, & aliud altare præcomū, altera illicitis vocibus faciunt, dominica hostiæ veritatem per falsa sacrificia euanescendi: quoq; contra ordinationem dei nituntur, & ob temeritatis audaciam terræ cōpagibus ruptis, profundo hiatu mergūtur. Nocentium quidem cineres eorū sunt sed & illi qui cōsensiēdo participes eorūde effecti sunt, in igne æterni iudicij præparata vltioni peribunt. Raba. ibi.

Ioſue, Caleb, Iudices, & Samuel à magnificis geſtis poſt legem magnificantur. XLVI.

a. Ioſue vir non tā corpore quam animo fortis, ſuo ministerio nō ſine laude ſatisfecit: fide insignis, studio impiger, bonitate, ſapientia & potentia præstās. Breuiter dixi, vt iure exēplar ſit Christianorum principū. Vocelius. Quique typum ac figurā gerebat veri ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Quemadmodum enim ille è deſerto per Iordanem in terrā repromiſſam perduxit populum ſic & ſaluator noſter ex ignorātiæ & idolatriæ deſerto per ſanctū & ſalutiferum baptiſmum in cœleſtem Ieroſolymam nos eraduxit, ad matrē primogenitorum, in qua veræ quietis paratæ manſiones, vbi vita ſeditionis neſcia, pacificaq; Chryſ. de verbis Iſa. Vidi dominum. hom. 1. b. In 1. libro. de ciuita. dei cap. 1. quod dictū eſt de Samuele: Non erat de filiis Aaron, dicendum potius fuit: non erat filius ſacerdotis. Filios quippe ſacerdotum defunctis ſacerdotibus ſuccedere, magis legitimi moris fuit. Nam in filiis Aaron reperimus præter Samuelis, ſed ſacerdos non fuit: nec ita in filiis vt eum ipſe genuerit Aaron, ſed ſicut omnes illius populi dicuntur filij Iſrael. Aug. Retract. lib. 2. cap. 41. Quique ſummo ſacerdoti Heli ſucceſſit, cum ipſe ſacerdotis filius nō eſſet, ſed tamen ex filio, id eſt ex poſteris Aaron. ibid. cap. 11.

A Ɔrtis[a] in bello Ieſus Naue ſucceſſor Moyſi in Prophetis, qui fuit magnus ſe-
cundum nomē ſuum, [2] maximus in ſalutem electorum dei, expugnare inſur-
gentes hoſtes, vt conſequeretur hæreditatem Iſrael. [3] Quam gloriam adeptus
eſt in tollendo manus ſuas, & iactando cōtra ciuitates romphæas. [4] Quis ante illū ſic
†Ioſ.10.c reſtitit? Nam hoſtes ipſe dominus percuſſit. † [5] Aut non in iracundia eius impeditus
eſt ſol, & vna dies facta eſt quaſi duo? [6] Inuocauit altiſſimū potentem in oppugnādo
inimicos vndiq;, & audiuit illum magnus & ſanctus deus, in ſaxis grandinis virtutis
B valde fortis. [7] Impetum fecit contra gentem hoſtilem, & in deſcenſu perdidit cōtra-
†Num.14.c rios, [8] vt cognoſcant gentes potentiam eius, quia contra deum pugnare non eſt faci-
le, & ſecutus eſt à tergo potentes. † [9] Et in diebus Moyſi miſericordiam fecit ipſe &
Caleph filius Iephone, ſtare contra hoſtem, & prohibere gentē à peccatis, & perfrin-
gere murmur malitiæ. [10] Et ipſi duo conſtituti, à periculo liberati ſunt à numero ſex-
†Ioſ.14.c. centorum milium peditum, inducere illos in hæreditatem in terram quæ manat lac
& mel. † [11] Et dedit dominus ipſi Caleph fortitudinem, & vſq; in ſenectutē perman-
ſit illi virtus, vt aſcenderet in excelſum terræ locum, & ſemen ipſius obtinuit hęredi-
C tatem. [12] Et viderunt omnes filij Iſrael, quia bonū eſt obſequi ſancto deo. [13] Et iudices
ſinguli ſuo nomine quorum non eſt corruptum cor, qui non auerſi ſunt à domino,
[14] vt ſit memoria illorū in benedictione, [15] Et oſſa eorū pullulent de loco ſuo, & no-
1.Para.2.b men eorum permaneat in æternum, permanente ad filios illorum [b] ſanctorum viro-
10.a.16.c. rum gloria. [16] Dilectus à deo ſuo Samuel propheta domini renouauit imperium, &
14.que.5.c. Nec mirū. vnxit principes in gente ſua. [17] In lege domini congregationē iudicauit, & vidit deū
Iacob, & in fide ſua probatus eſt propheta. [18] Et cognitus eſt in verbis ſuis fidelis, quia
D vidit deum lucis. [19] Et inuocauit dominum omnipotentem in oppugnādo hoſtes cir-
†1.Reg.17.c cunſtātes vndiq;, in oblatione viri inuiolati. † [20] Et intonuit de cœlo dominus, & in
†1.Reg.12.a ſonitu magno auditam fecit vocem ſuam, [21] & contriuit principes Tyrorum & om
nes duces Philiſthiim. † [22] Et ante tempus finis vitæ ſuæ, & ſeculi teſtimonium præ-
†1.Re.25.c buit in conſpectu domini & Chriſti, pecunias & vſque ad calceamenta ab omni car-
ne non accepit, & non accuſauit illum homo. † [23] Et poſt hoc dormiuit, & notum fe-
cit Regi, & oſtendit illi finem vitæ ſuæ, & exaltauit vocem eius de terra in prophetia
delere impietatem gentis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nathan, Dauid, Salomonis, & quorundam suo tempore celebratorum præconia. XLVII.

a In Dauid regia tribus accipitur, hoc est Iuda, in Nathan prophetalit o do describitur. Leui referent ad sacerdotes, ex quo ortū est sacerdotium: in Semei doctores accipiuntur. Exhac enim tribu magistrorū agmina pullulabant. Hiero. in Zacha cap. 12.

b Neq; enim vulgari more Dauid proiecit lapidē, sed prius dixerat: Tu venis ad me in diuisu, ego autē venio ad te in nomine domini Sabaoth, cui exprobrasti hodie. Atque exhoc loco tres emisit lapides: atq; hæc vox lapidem velut manu dirigens in Goliath: hæc quasi ferrū incudi barbaro, hæc hostis considerāti fregit. Chrys. de Dauide & Saule hom 1.

c Laudat ex toto corde, qui laudat quē diligit, quia ad hoc factus est homo, vt eū laudet & diligat. Iandiligh. d. Sanē nō ignora est historia quæ narrat de Salomone filio Dauid, quomodo ei deus per visionem apparens concesserit vt peteret ab eo quod vellet: qui cū cor docibile sibi dari postulasset, vt discernere posset inter bonum & malum, ac iusto iudicio populum dei iudicare, placuit sermo corā domino, & dedit illi cor sapiens & intelligens, in tantum vt nullus ante se ei similis fuerit, nec post eū surrecturus sit. Insuper dedit illi diuitias & gloriā, vt nemo fuerit similis eius in regibus cunctis retro diebus: deinceps illi pacem vndique ab hostibus suis. Vnde diuulgatum est nomen eius ad insulas longe, & dilectus est in pace sua, quia ædificauit templum domino mirifica opere, & cantores cōstituit, cantilenasq; que dispo suit, ita vt prouerbia sapiēs ederet, & comparationes, & interpretationes, &c. Rabanus ibidem.

e Hoc est stipum stultum, & populi Iuda Regem insapientem: qui propter sua insipientiam regnum diuisit vnde, innumera & non dum finita deriuata sunt mala. Dionys. ibid.

f Etiam sanctum samis eorum pere per eorum dominos pascebatur: & quē perse quebantur homines, ei seruiebant auro. Auferebat seruo dei corona mane panes, ad vesperam carnes, non indigebat ergo ille quem deus ministeris auibus pascebat: & ramen quamvis Elias non indigeret, mittitur ad viduam Sareptanam, & dicitur ei: Vade, illa vidua pascet te. Aug. Serm. 146. de tempore.

b. Iam enim bene peracto homo sanctissimus in cælū fastollitur, propheris aliis ad ficarum non neficientibus, & reliquis Elisæo suo operāre deo, spiritum suū, relum suum, & loquere illi: ecce iam. Vatcelius de variis illustribus.

POst † hæc surrexit [a] Nathā propheta in diebus Dauid. [2] Et quasi adeps separatus à carne, sic Dauid à filiis Israel.† [3] Cum leonibus lusit quasi cum agnis, & in vrsis similiter fecit sicut in agnis ouium.† [b] [4] In iuuentute sua nunquid non occidit Gigantem, & abstulit opprobriū de gente? [5] In tollendo manum in laxo fundæ deiecit exultationē Goliæ, [6] vbi inuocauit dominum omnipotētem. Et dedit in dextera eius tollere hominē fortem in bello, & exaltare cornu gentis suę.† [7] Sic in decem milibus glorificauit eum, & laudauit illum in benedictionibus domini, in offerendo illi coronam gloriæ. [8] Cōtriuit enim inimicos vndique, & extirpauit Philisthiim contrarios vsq; in hodiernum diem. Contriuit cornu ipsorum vsq; in ęternū. [9] In omni opere dedit confessionem sancto, & excelso in verbo gloriæ. [c] [10] De omni corde suo laudauit dominum, & dilexit deum qui fecit illum, & dedit illi contra inimicos potentiam.† [11] Et stare fecit cantores contra altare, & in sono eorum dulces fecit modos. [12] Et dedit in celebrationibus decus, & ornauit tempora vsq; ad consummationem vitæ, vt laudarent nomē sanctum domini, & amplificarent mane dei sanctitatem.† [13] Christus purgauit peccata illius, & exaltauit in æternum cornu eius, & dedit illi testamentum regnum, & sedem gloriæ in Israel.† [d] [14] Post ipsum surrexit filius sensatus, & propter illum deiecit omnem potentiam inimicorum. [15] Salomon imperauit in diebus pacis, cui subiecit deus omnes hostes, vt conderet domum in nomine suo, & pararet sanctitatem in sempiternum, quemadmodum eruditus est in iuuētute sua. [16] Et impletus est quasi flumen sapientia, & terram retexit anima sua. [17] Et replesti in comparationibus ænigmata: ad insulas longe diuulgatum est nomen tuū, & dilectus es in pace tua. [18] In cantilenis, & in prouerbiis, & comparationibus, & interpretationibus, miratæ sunt terræ: [19] & in nomine domini dei cui est cognomē deus Israel. [20] Collegisti quasi aurichalcum aurum, & vt plumbum complesti argentum, † [21] & inclinasti femora tua mulieribus. Potestatem habuisti in corpore tuo. [22] Dedisti maculam in gloria tua, & profanasti semen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, & in cæteris stultitiam tuam, [23] vt faceres † imperium bipertitū, & ex Ephraim imperare imperium durum. [24] Deus autem non derelinquet misericordiam suam, & non corrumpet neq; delebit opera sua, neq; perdet à stirpe nepotes electi sui: & semē eius qui diligit dominum, non corrumpet. [25] Dedit autem reliquum Iacob, & Dauid de ipsa stirpe, [26] & finem habuit Salomon cum patribus suis.† [27] Et dereliquit post se de [e] semine suo gentis stultitiam, [28] & imminutum à prudentia Roboam, qui auertit gentem consilio suo, [29] & Ieroboam filium Nabat, qui peccare fecit Israel, & dedit viam peccandi Ephraim, & plurima redundauerunt peccata ipsorum. [30] Valde enim auerterunt illos à terra sua. [31] Et quæsiuit omnes nequitias vsq; dum perueniret ad illos defensio, & ab omnibus peccatis liberauit eos.

Elias, Elisęus, & Ezechias ob singulares virtutum actus magnificantur. XLVIII.

IT [a] surrexit Elias propheta quasi ignis, & verbū ipsius quasi facula ardebat.† [2] Qui induxit in illos famem, & imitantes illum inuidia sua pauci facti sunt. Non enim poterant sustinere præcepta domini. [3] Verbo domini cōtinuit cœlum, & deiecit à se ignem terræ. [4] Sic amplificatus est Elias in mirabilibus suis. Et quis potest similiter sic gloriari tibi? [5] Qui sustulisti mortuū ab inferis de sorte mortis in verbo domini dei: [6] qui deiecisti Reges ad perniciem, & confregisti facilè potentiam ipsorum, & glorioſos de lecto suo. [7] Qui audis in Sina iudicium, & in Horeb iudicia defensionis.† [8] Qui vngis reges ad pœnitentiam, & prophetas facis successores post te.† [b] [9] Qui receptus es in turbine ignis in curru equorū igneorū, [10] qui inscriptus es in iudiciis temporum lenire iracundiam domini, cōciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Iacob.† [11] Beati sunt qui te viderunt, & in amicitia tua decorati sunt. Nam

[12] Nam nos vita viuimus tantùm, post mortem autem non erit tale nomen nostrum.
[13] Elias qui in turbine tectus est, & in Eliseo completus est spiritus eius. In diebus suis non pertimuit principē, & potentia nemo vicit illum. [14] Nec superauit illum verbum aliquod,† & mortuū prophetauit corpus eius. [15] In vita sua fecit mōstra, & in morte operatus est mirabilia. [c] [16] In omnibus istis non pœnituit populus, & non recesserunt à peccatis suis vsque dum abiecti sunt de terra sua, & dispersi sunt in omnem terram, [17] & relicta est gens perpauca, & princeps in domo Dauid. [18] Quidam ipsorum fecerunt quod placeret deo, alij autem multa commiserunt peccata. [19] Ezechias muniuit ciuitatem suam, & induxit in medium eius aquam, & fodit ferro rupem, & ędificauit ad aquam puteum.† [d] [20] In diebus ipsius ascendit Sennacherib, & misit Rapsacen, & sustulit manū suam contra illos, & extulit manū suam in Sion, & superbus factus est potentia sua. [21] Tunc mota sunt corda & manus ipsorum, & doluerunt quasi parturientes mulieres. [22] Et inuocauerunt dominū misericordē, & expandētes manus suas ad cœlū, & sanctus dominus deus audiuit citò vocem ipsorum. [23] Non est commemoratus peccatorum ipsorum, neq; dedit illos inimicis suis, sed purgauit illos in manu Isaiæ sancti Prophetæ.† [24] Deiecit castra Assyriorū, & cōtriuit illos angelus domini. [25] Nam fecit Ezechias quod placuit deo, & fortiter iuit in via Dauid patris sui, quā mandauit illi Isaias propheta magnus & fidelis in conspectu dei.† [26] In diebus ipsius retro rediit sol, & addidit Regi vitam. [27] Spiritu magno vidit vltima, & consolatus est lugentes Sion, vsque in sempiternum. [28] Ostendit futura, & abscondita antequam euenirent.

Iosiæ, Zorobabel, Nehemiæ, Enoch, & Ioseph acta celebrantur. XLIX.

MEmoria † Iosiæ in cōpositione odoris facta opus pigmentarij. [2] In omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria, & vt musica in conuiuio vini. [3] Ipse est directus diuinitus in pœnitentia gentis, & tulit abominationes impietatis, [4] & ad dominum gubernauit cor ipsius, & in diebus peccatorum corroborauit pietatem. [a] Præter Dauid, & Ezechiam, & Iosiam, omnes peccatum commiserunt: [6] nam reliquerunt legem altissimi reges Iuda, & contempserunt timorem dei. [7] Dederunt enim regnum suum aliis, & gloriam suam alienigenæ genti. [8] Incenderunt electam ciuitatem sanctitatis, & desertas fecerunt vias ipsius in manu Ieremię.† [9] Nam male tractauerunt illum,† qui à ventre matris confecratus est propheta, euertere & eruere, & perdere, & iterū ædificare, & renouare.† [10] Ezechiel qui vidit conspectum gloriæ, quam ostendit illi in curru Cherubim. [11] Nam commemoratus est inimicorum in imbre, benefacere illis qui ostēderūt rectas vias. [12] Et duodecim Prophetarum ossa pullulant de loco suo. Nam corroborauerunt Iacob, & redemerūt se in fide virtutis. [13] Quomodo amplificemus Zorobabel? Nam & ipse quasi signum in dextra manu Israel. [14] Et Iesum filium Iosedech? Qui in diebus suis ędificauerunt domum, & exaltauerunt templum sanctum domino, paratum in gloriam sempiternam.† [15] Et [b] Nehemias in memoria multi tēporis, qui erexit nobis muros euersos, & stare fecit portas & seras, qui erexit domos nostras.† [16] Nemo natus est in terra qualis Enoch. Nā & ipse receptus est à terra.† [17] Et Ioseph, qui natus est homo princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, ſtabilimentum populi,† [18] & ossa ipsius visitata sunt, & post mortem propheravuerunt. [19] Seth & Sem apud homines gloriam adepti sunt, & super omnem animam in origine Adam.

Simonis Oniæ filij magni sacerdotis præconia narrantur celeberrima. L.

SImon [a] Oniæ filius sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit domū, & in diebus suis corroborauit templum. [2] Templi etiam altitudo ab ipso fundata est duplex ædificatio, & excelsi parietes templi. [3] In diebus ipsius emanauerunt putei aquarum, & quasi mare adimpleti sunt supra modum. [4] Qui curauit gentem suam, & liberauit eam à perditione. [5] Qui prævaluit amplificare ciuitatem, qui

c Cum tam magni propheta Elias & Eliseus populū decem tribuum per verba, exempla atque miracula horrearentur & increparēt, non tamen pœnituit populus ille induratus de idolatria sua, atq; quæ peccatis, pro maiori parte. Aliqui tamen fuerunt pij: sanctus illos communis, & multa mitia erant in populo illo quæ idola non colebant. Dion. ibi.

d Verè completa est in Ezechia consolatio domini cui animus extitit sanctus super omnes reges qui fuerunt ante eum. Nam inter cætera bona quæ meritō præstitit ei deus, cū mitteret ad eū Sennacherib rex Assyriorū Rapsacē principē militiæ suę, & libellū plenū improperiis & blasphemiis contra deū, ficut exponit Isaias propheta, Ezechias accepit libellum illum & ingressus templum aperuit ante dominum, & orauit, & confestim iussus est ad eū Isaias propheta, annuntians ei protectionem dei, & abfortasse eum. Ad preces Ezechię exiit angelus à facie domini, & percussit in castris Assyriorum 185000. virorum, Chryso. in 1. cap. Matth. hom. 1.

e Iudæus hos tres Reges maxime deo placuisse ob deuotionem cordis, & cultum pietatis quæ habuerūt in obsequio dei. Qui licet in aliquo crimine captisint, & reprehensibiles inuenti, tamen per condignā pœnitentiā deleuerunt quicquid gesserunt: vnde & perfecti indulgētiam meruerunt. Fuerunt etiā aliij reges in Iuda, quorū pietatis opera commemorantur, sed non ita perfecta, sicuti horum reuim. Maxima autē pars regum Iuda sicut & reges Israel, declinauerat ad opera impietatis, & scelera peccatorum. Rabanus ibi.

f Eldad, & Nehemias coadiutor instaurant templū muros extruūt ciuitatis, omnisque illa turba populi redeūtis in patriā, dedicatio sacerdotum, Leuitarū, Israelis, proselytorū, ac per singulas familias murorum & turrium opera diuisa, alius in poetice præferunt, aliud resinent in medalia. Hieron. Paulino.

a Onia pontifex definitus filius eius Simon successit, iuſtē cognominatus, quòd & deū pie coleret, & ciues summa profequeretur benevolentia. Iosep. li. 12. c. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

b. Huius virtutes per similitudines rerum, more Hebræorum declarat. Doctrinam, inquam, famam & claritatem, per stellam matutinam, lunam & solem. Virtutes varias eius per iridē diuersi coloris, & flores varios: castitatem per lilia: orationem & deuotionē per thus: charitatem per ignē effulgentem: sapientiā per vim auri: opera misericordiæ per oliuam: contemplationem per cypressum: pœnitentiam per stolam, & cætera quæ facilè intuenti patent ex Diony. ibidem.

adeptus est gloriam in conuersatione gentis, & ingressum domus & atrij amplificauit. [b] [6] Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena in diebus suis lucet. [7] Et quasi sol refulgens, sic ille effulsit in templo dei. [8] Quasi arcus refulgēs inter nebulas glorię, & quasi flos rosarum in diebus vernis, & quasi lilia quę sunt in trāsitu aquæ, & quasi thus redolens in diebus æstatis. [9] Quasi ignis effulgens, & thus ardens in igne, [10] quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso. [11] Quasi oliua pullulans, & cypressus in altitudinem se extollens. In accipiendo ipsum stolam gloriæ, & vestiri eum in consummatione virtutis, [12] in ascensu altaris sancti gloriam dedit, sanctitatis amictum. [13] In accipiēdo autem partes de manu sacerdotū, & ipse stans iuxta aram. [14] Circa illum corona fratrum, & quasi plantatio cedri in mōte Libano, sic circa illum steterunt quasi rami palmę, & omnes filij Aaron in gloria sua. [15] Oblatio autem domini in manibus ipsorum coram omni synagoga Israel: & consummatione fungens in aram, amplificare oblationem excelsi Regis, [16] porrexit manum suam in libatione, & libauit de sanguine vuę. [17] Effudit in fundamenta altaris odorem diuinū excelso Principi. [18] Tunc exclamauerunt filij Aaron, & in tubis ductilibus sonuerūt, & auditam fecerunt vocem magnam in memoriam coram deo. [19] Tunc omnis populus simul properauerunt, & ceciderunt in faciem super terram adorare dominum deum suum, & dare preces omnipotenti deo excelso. [20] Et amplificauerunt, psallētes in vocibus suis. Et in magna domo factus est sonus suauitatis plenus. [21] Et rogauit populus dominum excelsum in prece, vsq; dum perfectus est honor domini, & munus suum perfecerunt. [22] Tunc descendens, manus suas extulit in omnem congregationē filiorum Israel, dare gloriam deo à labiis suis, & in nomine ipsius gloriari, [23] & iterauit orationem suam, volens ostendere virtutem dei. [24] Et plus orauit deum omnium, qui magna fecit in omni terra, qui auxit dies nostros à ventre matris nostræ, & fecit nobiscum secundum suam misericordiam, [25] det nobis iucunditatem cordis, & fieri pacem in diebus nostris in Israel per dies sempiternos, [26] credere Israel misericordiā dei esse nobiscum, vt liberet nos in diebus suis. [27] Duas gentes odit anima mea, tertia autem non est gens quam oderim. [28] Qui sedent in monte Seir, & Philisthiim, & stultus populus qui habitat in Sichimis. [29] Doctrinam sapientiæ & disciplinæ scripsit in codice isto Iesus filius Sirach Ierosolymita, qui renouauit sapientiam de corde suo. [30] Beatus qui in istis versatur bonis. Qui ponit illa in corde suo, sapiens erit semper. [31] Si enim hæc fecerit, ad omnia valebit: quia lux dei, vestigium eius est.

a. Oratio Iesu Sirach, quā melius generaliter ad tota ecclesiā trāsferimus, quām specialiter ad cuiuslibet viri personam: quia cum multæ describantur in ea species tribulationū, & diuersi solatia iuuaminum, melius ad totum corpus referuntur, quām ad quālibet partem corporis. Orat enim ecclesia dominum suum rectum Christum, & gratias illi refert de beneficijs sibi copiosissimè ab eo collatis. Rabanus ibid.
b. Hoc est: Considerauit misericordiam suam immensam, quæ nullam in se speciem reliquit, & præcipuæ salutationis super electos suos, qui longanimiter præstolantur auxilium suū Deo ait psalmista. Quapud te propitiatio est, & propter legem tuam sustinui te domine. Sed & liberabis eos de manu persecutorum: quia in hac vita datur eis patientiam, & post hanc vitam beatitudinem æternam, iuxta illud beati Iacobi Apost. Beatus vir qui sustinet tentationem: quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ. Diony. ibid.

Oratio Iesu filij Sirach in dei laudem, exultationem, & gratiarum actionem. LI.

[a] COnfitebor [1] tibi domine Rex, & collaudabo te deū saluatorē meum. [2] Confitebor nomini tuo, quoniam adiutor & protector factus es mihi, [3] & liberasti corpus meū à perditione, à laqueo linguæ iniquæ, & à labiis operantiū mendacium, & in cōspectu astantiū factus es mihi adiutor. [4] Et liberasti me secundū multitudinem misericordiæ nominis tui à rugientibus præparatis ad escam, [5] de manibus quærentiū animā meā, & de portis tribulationis quæ circundederunt me: [6] à pressura flāmæ quæ circundedit me: & in medio ignis nō sum æstuatus. [7] De altitudine vētris inferi, & à lingua coinquinata, & à verbo mēdacij, à rege iniquo, & à lingua iniusta. [8] Laudabit vsq; ad mortē anima mea dominum, [9] & vita mea appropinquās erat in inferno deorsum. [10] Circundederunt me vndiq;, & nō erat qui adiuuaret. [b] Respiciens eram ad adiutoriū hominum, & non erat. [11] Memoratus sum misericordiæ tuæ domine, & cooperationis tuæ, quæ à seculo sunt, [12] quoniā eruis sustinentes te domine, & liberas eos de manibus gentium. [13] Exaltasti super terrā habitationē meam, & pro morte defluenti deprecatus sum. [14] Inuocaui dominum patrē domini mei, vt nō derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tēpore superborū sine adiutorio. [15] Laudabo nomen tuum assiduè, & collaudabo illud in confessione, & exaudita est oratio mea. [16] Et liberasti me de perditione, & eripuisti me de tempore iniquo. [17] Propterea confitebor

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca